LIBER SEXTVS DECRETALIVM

D. BONIFACII PAPÆ VIII.

CLEMENTIS PAPAE V. CONSTITVTIONES.

EXTRAVAGANTES TVM VIGINTI D. IOANNIS PAPAE XXII. TVM COMMVNES.

Hæc omnia cum ſuis gloßis ſuæ integritati reſtituta, & ad exemplar ROMANVM *diligenter recognita.*



AVGVSTÆ TAVRINORVM.
M. D. LXXXVIII.

Permiſſu, quorum intereſt.

51994b

Canon Law
BV
154
1588
v.4-5
folio

~~Canon law~~
~~BV~~
~~170~~
~~1588~~

CLEMENTIS † PAPAE QVINTI CONSTITVTIONES,

PROOEMIVM.

IOannes [a] epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilectis filijs doctoribus,& ſcholaribus vniuerſis Bononiæ commorantibus, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Procemij diuiſio, & ipſius familiaris declaratio ſecundũ Heliam.

† In antiqs codicibꝰ titulus huius libri habet ita, incipiũt conſtitutiones Clemẽtis Papæ Quinti.

IOannes epiſcopus.] Diuide in quatuor partes, aut in duas, & ſecundã in tres: In prima ponitur ſalutatio, dum dicit: *Ioannes epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei*, mandat ſuppleo, & dicit ſalutem & Apoſtolicam benedictionem, *Dilectis filijs*, ſcilicet doctoribus, & vniuerſis ſcholaribus Bononiæ commorantibus: ideſt, moram gerentibus & facientibus. Et ſequitur in textu, *Quoniam nulla iuris ſanctio*. Et ibi ponit exordium. Dicit Clemens in hoc exordio, quòd iura ſunt ita ambigua & dubia, ꝙ nõ poteſt reperiri modus aliquis, vt iura benê declarentur propter malitiam hominum: quia dum iura fiunt de nouo,& quamuis benè & ſufficienter clara, tamen homines ſunt adeo & intantum procliui,& habiles, ſeu proni ad malum, ꝙ ipſi interpretantur iura aliter quàm legislator ea intellexerit, & illa diuertunt & ſubuertunt de intentione ipſius legislatoris. Et narrat Clemens Papa, ꝙ tanti caſus emergunt de nouo quotidie, ꝙ impoſſibile eſt tot iura condi, & fieri: quare dicit, vt tantæ malitiæ vitentur,& iura aliquo modo clarificentur,& de cætero non tãtum diuerſificentur, ꝙ recurrendum eſt ad auctoritatem principis, quæ in hoc eſt neceſſaria, qui princeps declarabit ipſa iura & declarationem illam tenebuntur homines inſequi, & ſic ſuo ſenſui nõ innitentur. Quare dixit formalis textus. Quoniam, pro quia. Et no. ꝙ quia,& quoniam, ponuntur in eodẽ ſenſu, ſed quoniam, propriè præponitur, & ſic ſequentem ſenſum alligat, vt quoniã diſcis, diſco: quia quippe poſtponitur, & ſuperiorẽ ſenſum confirmat, dic ergo quia nulla ſanctio, id eſt, nulla conſtitutio iuris digeſta, id eſt, ordinata. conſummata,& explicata, quantuncunque conſilio perpenſo, i. valde pẽſato & cogitato, ſufficit ad varietatem humanæ naturæ: nec ſufficit ad machinationes, i. ad dubitationes inopinabiles eius ſ. iuris: nec vlla ſanctio attingit, i. iuxta tangit, ad deciſionem lucidam, i. lucidandam: ambiguitatis nodoſæ, id eſt, difficilis, eo præſertim, i. intantum ꝙ vix aliquid ſtatuitur: adeo certũ, id eſt, taliter,& ſic certum: quoque pro &, & clarum quin reuocetur in dubium, i. quin dubitetur, ex cauſis emergẽtibus, iura iam poſita, id eſt, iam edita & facta non poſſunt mederi. ſ. quo ad deciſionem quæſtionum emergentium. Sequitur in textu: *Quia ergo*, aliàs eſt, quia etiam. Et hic dat conſilium ac ſi diceret. Poſtquã iura ſunt taliter,& ita ambigua, ſeu dubia, ꝙ nulla ſanctio poſſit fieri ita clara, quin adhuc remaneãt dubia aliqua:& ideo hic dat vnum conſilium, ꝙ auctoritas principis eſt neceſſaria propter malitiam hominum, qui homines ab adoleſcentia ſua ſunt procliui ad malũ, ideo dicit textus, Ergo, id eſt, propter rationem ſequentem: quia ſenſualitas humana declinat ad malum ab adoleſcentia viri procliui, id eſt, facilis, ſ. ad malũ: per quod, i. pp quam malitiã nõ põt fieri iura ita clara, qn hõ, qui eſt procliuus ad malũ, ea reddat ambigua: iõ ſubuerſio, i. deſtructio morũ, ſ. bonorũ obrepit, i. latẽter ſubintrat: frequẽter, i. ſæpe, in clero, in oĩbus clericis & populo intellige: quare auctoritas ſupioris eſt neceſſaria, vt declaret iura dubia ſic facta dubia pp malitiã hoĩs procliui ad malum, vt ipſa auctoritas, i. vt ipſa iura declarata auctoritate principis, ſeu declaratio ipſius principis tollat ambigua, ſcilicet, dubia, lites auferat per elucidationem, id eſt, per declarationem iurium: & dirimat, i. ſopiat & extinguat altercationes tã per ſuffragium, id eſt, auxilium determinationis opportunæ, quàm extirpet vitia per ſarculum cultoris prouidi. Et ponitur ibi ſarculum tranſſumptiue: nam ſarculum dicitur inſtrumentum, quo euelluntur inutiles herbæ: ſic princeps per ſarculum ſuum, id eſt, per auctoritatem ſuam tollit fatuas interpretationes hominum. Et dic vt auctoritas principis inſerat, id eſt, ſeminet virtutes per declarationem iuris: quia quando princeps declarabit iura ambigua, id eſt, ſeminabit virtutes & veram ſcientiam, cum ſua auctoritas non minorem vim habeat, quàm ipſa lex benè interpretata. Et vt auctoritas ipſius principis corrigat exceſſus: quæ, pro &, & vt reformet mores corruptos in bonos [*Hæc ſanè*.] Hic eſt narratio, in qua Ioannes Papa commendat, vel laudat actum Clementis, id eſt, laudat Clementem, qui fecit iſtas Clementinas, & excuſat tarditatem ſuam videlicet quare citius librum iſtum non tradidit Clemens. Et dicit ipſe Ioannes narrans, ꝙ Clemens Papa videns & attendens hæc quæ diximus in exordio, & volens ſeu cupiens proſpicere reformationi deformatorũ,& ſoluere difficilia,& intendens ꝓmulgare, id eſt, pronũtiare & manifeſtare plurimas conſtitutiones quas edidit, id eſt, quas fecit & cõpoſuit, in quibus ſtatuit multa ſalubria, id eſt, multa vtilia ad ſalutem. Et quamuis ipſe Clemens decreuiſſet, id eſt, deliberaſſet mittere iſtas conſtitutiones collectas, id eſt, ſimul aggregatas in vnum volumen: tamen propter hoc ꝙ nimium, id eſt, valde fuit occupatus circa magna, & ꝓpter hoc ꝙ ſublatus eſt de medio, id eſt, propter hoc ꝙ mortuus eſt, ſcilicet non nimis ſenex, iſta fuerunt in cauſa quare non expleuit, id eſt, quare nõ adimpleuit propoſitũ ſuum, id eſt, ſuã voluntatẽ, quæ erat de mittẽdo ſubditis Clementinas: quare dicit Ioannes Papa ſic: Nos Ioannes, qui ſucceſſimus eidem Clemẽti Papæ, etiam impediti fuimus à tempore noſtræ promotionis, i. à tpe quo fuimus electi in Papã, ꝙ non potuimus cõmittere, & mittere prædictas conſtitutiones. ſ. iſtas Clementinas ſub bulla noſtra. Et dic ordinãdo aliqualiter textũ: Sanè, i. certè, Clemens Papa quintus prædeceſſor noſter, attendens, id eſt, intelligens hæc quæ diximus in exordio:& cupiens, id eſt, deſiderans proſpicere reformationi deformatorum & cupiens ſoluere difficilia, edidit, id eſt, fecit conſtitutiones plurimas ante & poſt concilium, in quibus conſtitutionibus ipſe ſtatuit multa ſalubria, id eſt, vtilia,& ipſe Clemens decidit, id eſt, terminauit nonnulla dubia, id eſt, aliqua dubia, quæ dubia ſunt frequentia in iudicijs & extra iudicia. Et licet, id eſt, quamuis Clemens decreuiſſet mittere eas, ſcilicet, Clementinas collectas, id eſt, aggregatas in vnum volumen,& quamuis decreuiſſet, id eſt, deliberaſſet mittere eas collocatas ſub congruis titulis, & dare eas ſubiectis, ſcilicet ſuis in commune, id eſt, vt communicarentur inter ſubditos, tamen occupatio aſſidua circa magna, quia erat impeditus ſuper rebus arduis, ac, id eſt, etiam conditio humanæ ſortis, id eſt, humanæ fortunæ, quæ ſuſtulit, id eſt, remouit ipſum Clementem de medio per mortem, iſta ſcilicet fuerunt in cauſa, quare ipſe Clemens non expleuit propoſitum ſuum, id eſt, ſuam deliberationem. Nos etiam Ioannes qui ſucceſſimus eidẽ Clemẽti Deo ꝑmittente,& ſic diſponente in officio Apoſtolatus: quia ſumus Papa, id eſt, vicarius Chriſti, ſicut & ipſe Clemens fuit: Et ſupplè poſtq̃ ſucceſſimus eidem Clementi in officio Apoſtolatus, ſic debemus ſibi ſucceſſiſſe in plenitudine effectus & poteſtatis: ſuppleo, & maximè debemus ſibi ſucceſſiſſe in his, ſcilicet, rebus, quæ concernunt cõpendium, id eſt, lucrum vniuerſi, ſcilicet orbis: Et nos Ioannes circũſepti, id eſt, circumquaque ſepti & circundati,& vndique cincti tot grandibus agendis,& arduis rebus fuimus hactenus, i. vſq; huc,& vſq; ad hoc tẽpus impediti ab exordio, i. à principio noſtræ promotionis, ꝙ tam ex hoc quod dicimus, q̃ ex alijs cauſis rationabilibus, quas prouidimus committendas ſub ſilentio, i. quas tacemus, pro nunc ſuppleo, non potuimus has conſtitutiones ſeu Clemẽtinas cõicare. Nunc igitur, id eſt, modo & in pręſenti tempore tranſmittimus. i. vobis mittimus illas conſtitutiones, ſeu Clementinas, captata opportunitate, i. captato & deſiderato tempore congruo & cõuenienti. Sequitur textus. *Vniuerſitati*. Et hic ponitur concluſio: quare nos Ioannes mandantes vniuerſitati Bononienſi per ſcripta Apoſtolica, quatenus eas, ſcilicet Clementinas ſuſcipiatis prõpto affectu & ſtudio alacri, vſuri, ſcilicet ſitis eis Clementinis ſeu cõſtitutionibus de cætero, id eſt, amodo in iudicijs & ſcholis, illis ſuppleo conſtitutionibus ſeu Clementinis exiſtentibus vobis manifeſtatis & cognitis. h. d. præſens decretalis. Nota primò ibi, *Doctoribus*. doctores præferendos ſcholaribus ex ordine literæ. pro hoc. 43. diſt. ſit rector. No. ex verbo, *Commorantibus*. id quod notat gloſſa, & extra gloſſ. in procemio Gregoriano. Et colligit Paulus quinq; neceſſaria ſcholaribus, vt proficiant, quæ ponit Hoſtien. in c. vnico. de officio primi. & ibi dixi. No. ꝙ ſenſualitas humana procliuis eſt ad malum. No. cauſas quare oportet aliquem eſſe principem humani generis. Zabar.

Ioannis nomen viguit ſuper cætera inter ſũmos Pontifices,& iuris canonicis interpretes.

¶*Glo. prima primò allegat duo propter quæ nomen Ioannis nõ extollit, oſtendens hoc nomen viguiſſe in Romanis Pontificibus, in gloſſatoribus,& doctoribus canoniſtis. Secundò rationem inducens, operis imperfectionem excuſat. Tertiò auctorem procemij de ſex virtuoſis cõmendat, & de mutatione nominis, & alijs in ſalutatione dicendis remittit, & procemium diuidit.*

a ¶*Ioannes*.] Gratioſum hoc nomen per interpretationes,

QVoniam nulla [a] iuris [b] ſanctio [c] quantuncunq; perpenſo [d] digeſta [e] conſilio ad humanæ naturæ varietatē [f], & machinationes [g] eius inopinabiles ſufficit, nec ad deciſionem lucidam ſuæ nodoſæ [h] ambiguitatis [i] attingit: eo pręſertim quòd vix [k] aliquid adeo certum clarumque ſtatuitur, quin ex cauſis emergentibus, quibus iura iam poſita mederi [l] non poſſint, in dubium reuocetur: Quia etiam † ab adoleſcētia viri procliuis [m] ad malum ſenſualitas [n] humana declinat: per ꝙ morum ſubuerſio in clero & populo frequenter obrepit [o] † neceſſaria eſt ſuperioris auctoritas, vt tam per determinationis [p] opportunæ ſuffragium tollat ambigua, lites auferat, altercationes [q] dirimat, & obſcura ſuccidat [r] †, quàm per cultoris prouidi ſarculum [ſ] extirpet vitia, virtutes inſerat [t], corrigat exceſſus, moreſque reformet [u]. ¶ Hęc [x] ſanè felicis recordationis Clemens Papa [y] quintus prędeceſſor noſter prudenter attendens, & prouidè cupiens deformatorum reformationi †, ꝓſpicere, ſoluere difficilia, ac ſanctiones quęſtionibus, & negotijs imminentibus conſonas [z] promulgare: Dudū nedū in concilio Viennenſi, quin ēt ante [a] & poſt ipſum cōciliū cōſtitutiones plurimas edidit, in quibus multa vtilia ſtatuit, atq; ſalubria, & nōnulla dubia in iudicijs & extra frequētata decidit [b]. Et licet eas collectas in vnum [c] volumen, & ſub cōgruis titulis collocatas mitte-

deriuationes, vel etymologias extollere non eſt meum: ſuſpicionis ratio patet. Eſſet etiam hoc refricare notiſſima. In apoſtolatu tamen hoc nomē ſuper cætera viguit xxij. Eſt enim ipſe qui loquitur, cum tamen reliqua Romanorum Pontificū nomina xj. non tranſcenderint numerum, ad quem ēt ſolius Benedicti nomen aſcēdit. Inter canoniſtas ēt commentarios hoc nomen viguit. Habuimus. n. Ioannem Theutonicū præferendum, non ex ordine, ſed ex fructu. Ioannem Galeñ. Vulteranum, Ioānē Hiſpanum, Ioannē Fauētinum, Ioannem de Faucona, Ioannem de Anchona, Ioannem de Deo etiam Hiſpanum: Ioannem de Lāguicella Ceſenateñ. Ioannē Monachū Cardinalem: Ego etiam ꝗ minor ſum inter xij. doctores collegij Bononienſis me quartum fuiſſe Ioannem, nunc inter eos ſolus, ſed inter commentatores decimus: & de nigro forte papyrum non dignꝰ occupare membranas. Et quia (prout patet hic in exordio) etiam compoſitores iurium vix poſſunt tā clarum certumq; ſtatuere, quin dubia multa relinquant, excuſabilis ero. ꝙ in hac prima lectione, vel gloſſatione ſingula non perfectè rimantur. Nam etiam in rebus experimur, quæ naturaliter generantur, ꝙ in eis paulatim de imperfecto ad perfectum venitur. Sic & qui de veritatis cognitione à principio parum attingunt, poſtea quaſi pedetentim ad quandam pleniorem veritatis menſuram perueniūt. Igitur ſub hoc excuſationis clypeo, licet varijs occupatus, per fiduciam clementiæ diuinæ has Clementinas gloſſandas aggredior. Eſt autem ſciendum, ꝙ iſte dominus Io. Pontifex induſtrioſus, & mundus, ſimoniam fugans, & iuſtitiam amans, ſcientia magnus, ſtatura puſillus, conceptu magnanimus, prius Iacobus vocabatur. De hac vero mutatione nominis & alijs, quæ ſalutationem hanc reſpiciunt, dic vt no. in ſalutatione lib. 6. Diuido aūt hoc proœmiū præter datam, in quatuor partes, aut in duas, & ſecundā in tres, vt ibi. In prima ponitur ſalutatio vſque ibi: *Quoniam.* ibi exordiū, vſque ibi. *Hęc ſanè.* ibi narratio vſque ibi, *Vniuerſitati.* ibi concluſio vſque in finem.

† Aliàs. qa ergo.

† Aliàs, obrepſit.

¶ *Glo. ſeq. primò ponit actum diuerſum Clementis & Ioannis: Secundò quęrit de differentia triū exordiorum, quam declarat.*

a ¶ QVoniam nulla.] Exordium. Eſt ſciēdū ꝙ Clemens ſuo exordio ad inſtar Innocētij iiij. & Gregor. x. narrabat, quomodo conſtitutiones quaſdam ante cōcilium & in concilio Vienneñ. & poſt concilium promulgauerat: quibus præcipiebat vti in iudicijs & in ſcholis: Ioannes autem deciſo ſub bulla illo proœmio Clemētis, ponit ꝓœmium ſuū cum exordio. Sed cum habemus tria exordia Gregorij ix. Bonifacij viij. & Io. xxij. in quo differant videamus. & dico ꝙ Gregorius in ſuo exordio principaliter oſtendit qualiter emanauerit ius poſitiuum, & ipſius iuris effectus: vt ibi plenius dixi. Bonifacius in ſuo exordio recognoſcit, quòd ex debito regiminis ſibi commiſſi habet intendere ſubiectorū cōmodis: quod dicit ſe ſollicitè facere noua iura condēdo, & antiqua declarando, vt tollat ipſorum lites & ſcandala. Ioānes autem in hoc exordio volens excuſare multiplicationem conſtitutionū & voluminū, quod præuiderat Eccleſiaſtes vlt. c. ſic dicēs, Faciendi plures libros nullus eſt finis: dicit, ꝙ principis auctoritas neceſſaria eſt pp duo: Primò, quia ius poſitiuū quātuncunq; maturè certè & clarè cōpoſitū, non ſufficit ad caſus emergentes: pp quod opportuna eſt [& neceſſaria 1] declaratio principis. Scđo, quia hō pronus ad malum, facilè mores ſubuertit: pp quod eſt neceſſaria principis poteſtas ad inſerēdas virtutes, & vitia extirpāda. Patet ergo ꝙ in his tribus exordijs nulla eſt inculcatio, ſuperfluitas vel repetitio. Q̄uo autē exordientium propoſito prædicta conueniant, per ſe patet.

1 Hæc duo verba: & neceſſaria, deſunt in antiquiorib. codicibus.

b ¶ *Iuris.*] humani poſitiui, ſicut canonicum vel ciuile, ſynodale vel municipale. 2 Naturale vero vel diuinum morale eſt immutabile. 5. diſtin. in princ. & eſt perfectum: quia manauit ab illo qui non nouit imperfectum opus, de bap. maiores. ver. ſed adhuc.

2 Placet Panor. in cap. Quintauallis. de iureiuran.

c ¶ *Sanctio.*] hic & ĵ. ver. hæc ſanè. latè ſumitur: nam ponitur ſtrictè pro conſtitutione pœnali. vt no. 3. diſtin. in ſumma.

† Succindat

d ¶ *Perpenſo.*] quaſi perfectè penſato & deliberato. habetur ſimile verbum de pac. c. vl. circa medium. lib. 6.

e ¶ *Digeſta.*] alibi dicitur decocta. 35. q. 9. Apoſtolicæ. & hæc benè conueniunt. de cōſe. diſt. 5. ne tales. & ca. penul. Io. And.

† Aliàs, reformationē proſpicere.

f ¶ *Varietatem.*] ſumi potuit de corpore auth. de non alie. aut permut. re. ec. §. vt autem. in princ. coll. 2. & de inſtr. cau. poſt princip. coll. 6.

g ¶ *Machinationes.*] quaſi aſtuta ingenia, ꝗd eſt enim quod homo ſemel deditus malitiæ nō adinueniat? 3 in Authen. vt hi qui ſe ob. ꝓ hi. poſt prī. coll. 6.

3 Vt aduocatus. glo. I. ab Anaſtaſio. C. manda.

h ¶ *Nodoſę.*] de ver. ſig. cum olim. & de reliq. c. vnico. in prin. lib. 6.

i ¶ *Ambiguitatis.*] de triplici ambiguitate iuris, facti, & perſonæ, nota. 33. diſt. c. fi. in glo. 1.

k ¶ *Vix.*] innuit fieri poſſe. de cog. ſpi. c. 2. lib. 6.

l ¶ *Mederi.*] facit in Authen. hæc conſtitutio inno. com. in prin. coll. 8.

m ¶ *Procliuis.*] 20. q. 3. procliuus. facit 12. q. 1. c. 1. & in Authen. de mo. §. ſi quis igitur. ad fin. coll. 1. Et dicitur procliuis quaſi præceps, prompta, facilis vel inclinabilis.

n ¶ *Senſualitas.*] de hac, de ſacra vnc. cap. vnico. ver. in vertice. & per hanc appetimns delectabilia corpori, & fugimus nociua: nec omnino poteſt extingui, vt dicam infra. de hære. ad noſtrum. verſi. ſecundò quòd [in verbo, ſenſualitas.]

o ¶ *Obrepit.*] quaſi latenter ſubintrat. & idem verbum. 61. diſt. nullus inuitis. & de cele. Miſ. cum creatura. & ĵ. de ſtatu mo. ne in agro. in prin.

p ¶ *Determinationis.*] facit. ĵ. de elect. ne Romani. in prin.

q ¶ *Altercationes.*] quo ad verborum certamina.

r ¶ *Succidat.*] reſpicit quod prius dixerat vſque ad ver. quia etiam. quod ſequitur reſpicit quod dixerat in ipſo ver. quia.

ſ ¶ *Sarculum.*] Inſtrumentum quo euelluntur malæ & inutiles herbæ, quæ naſcuntur inter bonas: quod Boñ. vocant roncare. Eſaiæ 7. in fi. Vepres & ſpinæ in vniuerſa terra, & omnes montes ſarculo ſarcientur. Et 1. Reg. 13. in fi. Deſcendit omnis Iſrael vt acueret vnuſquiſque vomerem ſuum, ligonem, ſecurim, & ſarculum. Differentia inter fullonem & ſarcinatorem notatur inſti. man. in fi.

Sarculum quid ſit præter gloſ. hic, vide Iſidorū lib. 10. Etymologiarū cap. 14.

t ¶ *Inſerat.*] Hiere. 1. ſ. de maio. & obe. ſolitæ. ver. potuiſſes.

u ¶ *Reformet.*] de accuſa. ſicut olim.

x ¶ *Hęc ſanè.*] Narratio ponens & commendans actum Clementis, illius etiam propriam tarditatem excuſans.

y ¶ *Papa.*] id eſt, admirabilis. Et dicitur à Papæ, quod eſt interiectio admirantis, & verè admirabilis: quia vices Dei in terris gerit. Inde dixit ille Anglicus in poetria noua: Papa ſtupor mundi. & circa fi. Qui maxima rerum. Nec Deus es. 4 nec homo, quaſi neuter es inter vtrunque. Etymologia vero nominis eſt, id eſt, pater patrum.

4 Hæc verba ſano modo ſunt accipienda: prolata. n. ſunt ad oſtendēdum ampliſſimam eſſe Romani Pōtificis poteſtatem.

z ¶ *Conſonas.*] 4. diſt. erit autem.

a ¶ *Ante.*] iſtæ ſolæ emanauerunt ante cōciliū. de iud. dudū. de immu. eccl. qm̄. de ſen. exc. ex frequentibus. Reliquæ oēs in concilio vel poſt cōciliū, vt in ipſorū ſubſcriptionib. patebit.

b ¶ *Decidit.*] concor. proœmium Gregorij ix.

c ¶ *In vnum volumen.*] non tamen ſub nomine libri. vnde male dicunt qui allegant ſeptimum librum: nam ſi ſub nomine libri compoſuiſſet conſtitutiones, quæ emanauerunt poſt compilationem ſexti iuxta morem inſertæ fuiſſent. Item hoc expreſſiſſet, vt fecit in proœmio ſexti.

a ¶ Dare.

re decreuiſſet, & dare[a] in commune ſubiectis: aſſidua tamen occupatio circa magna, ac ſortis[b] humanæ conditio, quæ ipſum de medio[c] ſuſtulit, in cauſa fuerunt, quare ſuum in hac parte propoſitum non impleuit[d]. ¶Nos etiam qui ſicut eidem (licet immeriti) in Apoſtolatus officio, Domino permittente[e], ſucceſſimus, ſic & in affectus plenitudine, in his quæ compendium[f] vniuerſi concernunt[g], ſucceſſiſſe debemus[h], tot grandibus agendis, & arduis fuimus à noſtræ promotionis exordio circūſepti[i], quòd tam ex hoc, quàm ex cauſis rōnabilibus alijs, quas ſub † ſilentio[k] prouidimus cōmittendas, prædictas vobis communicare conſtitutiones fuimus hactenus impediti. Nunc igitur (opportunitate[l] captata) illas vobis ſub bulla noſtra tranſmittimus: Vniuerſitati[m] veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus eas prompto affectu ſuſcipiatis, & ſtudio alacri[n], eis ſic[o] vobis manifeſtatis & cognitis, vſuri de cætero[p] in iudicijs, & in ſcholis[q]. Data[r] Auinione † viij. Calend. Nouembris[ſ], Pontificatus[t] noſtri anno ſecundo.

† Dictio, ſub, deeſt in antiquioribus exemplaribus.

† Hoc inducit Zabarella ad qōnē, an videlicet in inſtrumētis apponi debeat locº in quo ſunt confecta: eū videto.

a ¶*Dare*.] nota pro eo quod in fine dicam.

b ¶*Sortis*.] ſumitur hic pro fortuna vel euentu. ſic 26. q. 2. ſors. alibi pro ſortilegio. de ſorti. c. 1. alibi pro capitali. de vſur. cap. 1. & 2. alibi pro parte vel portione. de præb. cùm ſecundùm. 21. diſt. cleros. in princ.

c ¶*De medio*.] id eſt, de hac vita: quæ quare dicatur medium, habes 23. q. 4. hæc autē vita.

d ¶*Non impleuit*.] concor. de pigno. c. 3.

e ¶*Permittente*.] & ſorſan agente. omnia enim quæ fiunt, aut iuſto iudicio facit, aut ſuo permiſſu ita fieri ſinit. 26. q. 5. nec mirum. §. aruſpicine. verſ. nec ideo.

f ¶*Compendium*.] qđ eſt breue & vtile. de hoc de reſcri. diſpendia. lib. 6.

g ¶*Concernunt*.] quaſi ſimul cernunt, vel conſpiciunt.

h ¶*Debemus*.] debet ergo ſucceſſor perficere factum prædeceſſoris ſui. 12. q. 5. quia Ioannes. 63. diſt. ca. 2. de reſcri. literis. vbi de hoc. & 11. q. 3. ſi epiſcopus ante.

i ¶*Circunſepti*.] id eſt, circundati, vel vndique cincti.

k ¶*Silentio*.] ſit rector diſcretus in ſilentio. 43. diſt. ſit rector in prin. contra illos qui dicunt tacenda. Ouidius ſine titulo:

Quis minor eſt vnquam, quàm tacuiſſe labor? & Cato,

Virtutem pimam eſſe puta compeſcere linguam. & Seneca ait: Dixiſſe me quandoque pœnituit, tacuiſſe nunquam.

l ¶*Opportunitate*.] 23. q. 4. non poteſt. in fin. & de eo qui cogno. conſangui. vxo. veniens 2.

m ¶*Vniuerſitati*.] concluſio huius procemij.

n ¶*Alacri*.] concordat procemium inſtitutionum. in fi.

o ¶*Sic*.] ſcilicet permiſſionem noſtram ſub bulla.

¶*Glo. ſeq. primò per hunc tex. arguit & remittit. Secundò excludit vt caſus non dubios, contra quintum allegans, dicens reliquos ſic examinandos, maximè in tribus ſpeciebus. Tertiò narrat quædam euenientia tempore Clementis & poſt mortem ipſius: ex quibus arguens pro & contra tribus rarionibus concludit, ꝙ eius tēpore ligauerint: & tribus alijs cōcludit contrarium, quod dicit æquum, definitionem Papæ reſeruans.*

p ¶*De cætero*.] Videtur per hanc literam ꝙ hæ conſtitutiones non ligauerint tempore Clementis. Itē nec tempore Ioānis: niſi poſt hanc datam, & poſt duos menſes ab illa. & vide quod ſcripſi ſuper data 6. lib. Hunc paſſum (quem periculoſum eſt decidere) proſequendo, excludamus primò caſus indubios. Indubitatum eſt autem, ꝙ conſtitutiones quæ præceſſerunt concilium, de quibus dixi ſuper verba, ante, etiam tunc ligabant. Item indubitatum eſt ꝙ ante mortem Clementis ligabāt. j. eo. ti. c vnico. & j. de elect. ne Romani. de iureiur. Romani. de re iudic. paſtoralis. Conſtat enim ꝙ Papa Clemens ſolemniter illas publicauerat, & ꝙ ſtatim ligarent, mādauerat. Item indubitatum eſt, ꝙ conſtitutiones declaratoriæ ligabāt: & hoc ſiue princeps in illis vtatur verbo, declarationis, vt j. de elect. quod circa. & c. ſeq. ſiue non, vt j. tit. 2. gratiæ. & j. ti. 3. conſtitutionem. de offi. dele. iudices. de teſti. c. 2. & decr. quæ ſunt ſub tit. de præb. & 3. & vlteriores ſub tit. de ap. & his ſimiles. Itē ſunt qdā quæ ſine pœnæ adiectione pcipiūt vetera iura ſeruari, vt j. de ęta. & quali. c. 1. de off. ord. c. 1. de cēſi. c. fi. & de reliqui. & vene. ſan. c. 1. & de illis non expedit dubitare vel quærere. Idem dico de his quæ priuilegiant. j. de celebra. Miſ. dignū. de bap. c. vnico. de priuileg. archiepiſcopo. & facit ad hoc de conceſſ. præb. c. 1. poſt princ. lib. 6. Hæc vera, niſi dicas aliud in priuilegio 1 ſimpliciter dato, & aliud in eo quod dat conſtitutio: quo caſu imitari debet naturam conſtitutionis. facit de offi. deleg. ſi ſuper gratia. lib. 6. in alijs ergo remanet dubium quod expedit examinari, & maximè in pœnalibus, quæ ſunt multæ: & in his quæ decretum apponunt. de elc. c. 4. & vlt. & c. in pleriſq; vel quæ excludunt: de æta. & qual. vt hi qui de reg. vt profeſſores. Circa hoc ſciendum eſt. ꝙ conſtitutiones concilij, licet non omnes fuerint in concilio publicatæ, tn̄ poſtea de facto fuerunt publicatæ: & ipſarum habita copia, & iam habebatur. ꝙ ligarent: & quia patuit aliquas ex illis ineptè, aliquas prolixè, aliquas defectiuè cōpoſitas, aliquas ēt nō expedire, noluit Clemens ꝙ cōpoſitio illa procederet: ſed (vt fertur) ſub excōicationis pœna mādauit, ꝙ illas habentes infra certos dies reſtituerēt cameræ, vel incenderēt, vel dilacerarēt ēt eaſdē. Demū per peritiores fecit illas receſeri, qui aliquas & paucas in totum reſeruauerunt, aliquas in totū reſecarūt, aliquas mutauerunt quo ad verba, mēte ſeruata: in aliquibus menti & verbis detraxerunt, & addiderūt: & has licet nō ſub his verbis in cocilio publicatæ fuiſſent, voluit ſub noīe cōcilij reſeruari, ē multas conſtitutiones vtiles addēs, de qb. nō fuerat in concilio tractatum, vt de reſcriptis oēs, quæ ſunt poſt ſecūdā. & de elec. oēs poſt primā, cū ſimilibus fecit illas vna cū quibuſdā conſtitutionib. quas prius ediderat ſub debitis titulis compilari. Et (vt à dn̄o Attrebaten. audiui, q̄ tunc erat cōtradictarū auditor) Clemens præcepit illas in audientia publicari. & ipſe dn̄s auditor dixit, ꝙ inchoauit & finiuit in audiētia publicationē illarum. Memini tūc audiuiſſe, ꝙ Clemēs mādauerat, ꝙ conſtitutiones præter prædictas quatuor ligarēt poſt quatuor menſes. Aliq̄ dicebāt, ꝙ ordinauerat eas ligare, poſtq̄ eſſent per ſtudia publicatæ. mortuo Clemente iſtarū cōſtitutionū haberi copia de cācellaria nō poterat, & ſic tenuerūt curiales, ꝙ vltra illas quatuor nō ligarent. Creato aūt dn̄o Ioanne, adhuc primò anno ſui Pontificatus & vltra viguit hoc dubiū. Sed quia q̄buſdā petentibus per ipſum auditores dari in cauſis beneficialibus cum clauſula, ſimpliciter & de plano, &c. interdū ſic rn̄dit conſtitutionem habetis: cœperūt dicere auditores palatij, ꝙ ipſe videbatur velle, ꝙ cōſtitutiones ligarent. Contrarium videbatur: q̄a petiuerat & receperat cōſtitutiones ipſas examinādas, & corrigēdas, & aliquas correxit & mutauit, vt j. ti. 1. c. vni. Finaliter deliberauerūt auditores illā habere pro cōſtitutione, de qua Papa ſic dixerat, reliquas priori dubio relinquēdo. Ex his ergo cōcluditur pro & cōtra: ꝙ ligauerint, facit p̄dicta aſſertio dn̄i auditoris q̄ dicit ſe de mādato Clemētis publicationē in audientia finiuiſſe. 2 & ſic fuit oīs actus legis cōdēdæ pfectus. de quo. C. de legi. humanū. Itē cōtrariū ſonat in abſurdū, ꝙ cōſtitutiones q̄ attribuūtur cōcilio & Clementi, à tpe finiti cōcilij nō ligent infra q̄nquēniū, & à tēpore Clemētis infra biēniū, ex quo ergo fuit cōſtitutio cōcilij vel Clemētis, & verbū, ſtatuo, deſignat rē perfectā. de verb. ſig. in his. cū concor. ergo ligabant poſt tempus limitatum à iure. Itē non apparet nec fertur ꝙ dn̄s Ioannes de his cōſtitutionibus fecerit aliā publicationē in audientia, ergo innititur iā factæ. Sed hoc dicere multos illaqueat, & maximè ponderatis conſtitutionibus. de vi. & hone. cle. qm̄. de ſepul. c. 1. de ſtatu monach. c. 1. de reli. do. c. 1. de pri. c. 1. per quas id tenēdo multi clerici & infiniti religioſi ligati dicētur. Item ſonat in abſurdū dicere, ꝙ ligarent cōſtitutiones, quę occultabantur. 3 Quare benignius videretur id quod in prin gloſſ. dixi, quaſi his perplexitatibus pōderatis, dn̄s Ioānes hic voluerit per hoc verbum, de cætero, ꝙ tēpore huius datæ ſit ipſarū publicatio facta. Ne obſtat publicatio facta tēpore Clementis: quia licet illas publicare fecerit, illas tn̄ nō dedit: quod patet: quia ſupra dicitur, ꝙ dare decreuerat, ſed ſuū propoſitū non impleuit: quod ſatisfacit. Hæc ſic dicta ſumantur in modū collationis, nō definitionis, quam hoc caſu conditor facere poſſet, nō gloſſator.

1 Et quod priuilegium corpori iuris inſertū regulariter ſit ius, vide Felynum in c. j. extra de reſcr. & contra hāc gloſſam vide eūdem Felynū in c. 2. de cōſtit.

2 An credatur doctoribus, aliquid de facto allegantibus, pſertim conſuetudinē, pulchrè Rochus de curte in notabilibus. c. ſi. de cōſue. Font.

3 Placet Panor. niſi exprimat, ſtatim ligent. Font.

q ¶*In ſcholis*.] de his verbis dic vt ſ. in procemio Gregor. in vlt. glo.

r ¶*Data*.] circa hanc datam vide quod notaui in fin. 6. lib, ſuper eius data.

ſ ¶*Nouembris*.] quare menſis iſte ſic denominetur, dicam. j. de reliq. & vene. ſan. ſi dominum. ver. licet igitur.

t ¶*Pontificatus*.] qui incepit Nonis: ideſt, quinto die Septēbris, anno domini M.cccxvj. qua die conſecratus fuit Benedictus & coronatus, licet prius fuerat electus ſeptima Auguſti. Et per hoc patet, ꝙ tardauerat mittere coſtitutiones has ferè per xiiij. menſes poſt coronationem, & hæc eſt cauſa quare ſuperius ſe excuſauit. Io. And.

DE SVMMA TRINITATE ET FIDE CATHOLICA.

¶Circa rubricas huius voluminis non continuandas, repete quòd no. eo. titu. lib. 6. quod etiam hic fortius locum habet, cum hoc volumen non emanauerit ſub nomine libri, vt in proœmio dixi. Et licet hac ratione viderētur conſtitutiones Grægorianæ compilationis & Sexti allegandæ in hoc volumine ſecundũ ſuas materias, prout ſupra, & infra. omnes tamen. allegabo, vt ſupra. ex quo in altera illarum compilationum hæc inſeri non mandatur. Io. And.

TITVLVS I.

De ſumma trin. & fide catholica.

¶Clemens v. in concilio Viennen.

¶Fatetur concilium vnicum Dei filium in eſſentia Dei æternaliter ſubſiſtentem, verum corpus humanum aſſumpſiſſe de Virgine, & in eo paſſum, & iam mortuum lancea perforatum, approbans in hoc ordinem, quem tradidit Euãge. Io. hoc dicit.

CAP. I.

Fidei catholicæ[a] fundamento[b], præter quod (teſte Apoſtolo[c]) nemo poteſt aliud ponere, firmiter inhærentes, apertè cum ſancta matre Eccleſia cõfitemur, vnigenitum[d] Deus filiũ[e] in his oībus[f], in quib. Dei pater exiſtit[g] vnà cum patre æternaliter[h] ſubſiſtentem, partes noſtræ naturæ ſimul vnitas[i] (ex q̃bus ipſe in ſe verus Deus exiſtens, fieret[k] verus homo) humanũ videlicet corpus paſſibile[l], & aīam[m] intellectiuā, ſeu rationalem ...

Fidei catholicæ.] Prima gloſſa ſufficere poteſt pro caſus figuratione. Not. quòd eccleſia dicitur mater noſtra ſcilicet ratione principij inſtitutionis: nam vberibus ſuis nos nutrit. 2. q. 2. ad Romanam 2. & in ea renaſcimur per baptiſmum & ſacramentũ. 12. q. 2. qui abſtulerit. Not. quòd confeſſio fidei debet eſſe firma, in ver. firmiter. & aperta in verbo, apertè. Ad primum, eo. tit. firmiter. Ad ſecundum, eſt illud ad Romanos 10. Corde creditur ad iuſtitiam, ore autem cõfeſſio fit ad ſalutē. ad hoc. 11. q. 3. Nolite. Zaba. Nota ꝙ ſtatim tempore conceptionis Chriſti, fuit perfectus homo. & fuit anima rationalis ſibi infuſa; quia fuiſſet incongruum filium Dei aſſumpſiſſe corpus nõ formatum. pro hoc facit gloſſa in verbo, vnigenitum: & allegat Ariſtotelem in 1. phyſicor. vbi dicit. fruſtra fit per plura, quod poteſt fieri per pauciora. In alijs autem à Chriſto nõ infunditur anima ſtatim cum fit cõceptio: ſed oportet ꝙ prius recipiat fœtus alimentum, & quòd recipiat ſuam dilationem, & extenſionem membrorum, vt ſic diſponatur ad animam recipiendam. Et dicitur ꝙ in fęmina expectatur per lxxx. dies à conceptione embryonis: in maſculo vero per xl. dies vide gl. in verbo, vnitas. Et in Decreto 5. diſt. §. 1. in glo. fi. No. quod corpus Chriſti erat paſſibile: quare poterat pati frigus, calorem, famem, ſitim, & omnes alias pœnalitates humanas, præter ignorantiam & peccatum. & ſi ipſe non fuiſſet mortuus in cruce, ad vltimum ſenio defeciſſet. De hoc habetur in gl. in verbo, paſſibile. præſentis decre.

¶Prima gloſſa ſummat & diuidit.

a ¶*Fidei catholicæ.*] Summa huius concilij hæc eſt: Fatetur cõcilium vnicum Dei filium in eſſentia Dei æternaliter ſubſiſtentem, verum corpus humanum aſſumpſiſſe de Virgine: & in eo paſſum: & iam mortuum lancea perforatum: approbãs in hoc ordinem, quem tradidit Euangeliſta Ioannes. Secundò reprobat & hæreticam iudicat doctrinam, quæ habet ꝙ ſubſtantia animę rationalis ſeu intellectiuæ, verè & per ſe humani corporis non ſit forma. Tertiò aſſerens confitendum vnum baptiſma, ſicut vnum Deum, & vnam fidem: approbat opinionem, quę habet per illud conferri etiam paruulis quoad habitum informantem gratiam & virtutes. Partes patēt: ſecunda ibi, *Porrò*. Tertia: ibi, *Ad hoc*. Item hęc prima pars facit tria, primò fatetur æternam diuinitatem Chriſti: Secundò veram humanitatem ipſius: Tertiò ipſius paſſionem & mortem: & figuram inducens ordinem approbat, quem de plagis Chriſti ponit Euangeliſta Ioannes.

b ¶*Fundamento.*] quod eſt Chriſtus.

c ¶*Apoſtolo*] 1. ad Corinth. 3. & concor. 1. q. 1. cum Paulus. de præsby. non bap. c. fi.

¶Glo. ſeq. probat per rationem Anſelmi, Dei filium vnigenitũ.

d ¶*Vnigenitum.*] vt dicit Anſelmus: In ſancta trinitate quãtumlibet paruum inconueniens eſt impoſſibile, ſed ſi pater alium filium genuiſſet, ille per omnia ſimilis eſſet iam genito filio: & cum iam genitus filius ſit verbum, reliquus eſſet verbum, & ſic eſſent in deietate duo verba: ſed cum vno Dei verbo omnia perfectiſſimè dicantur & creentur, aliud ſuperfluũ & nugatorium fuiſſet: nam duorum ad idem ſuffragantium quorum vnum ſufficit, alterum ſuperfluum eſt; quòd non eſt in deitate poſſibile: & Philoſophus 1. phyſicorum. Fruſtra fit per plura, quod poteſt fieri per pauciora. Io. And.

1 Ad hanc gloſſam vide Magiſtrum, & ibi Theologos ſcholaſticos lib. 4. ſē. diſt. 8. & B. Thomam 3. pa. in multis quæſtio.

e ¶*Filium.*] de ſpiritusſancto & eius æterna proceſſione. s̃. c. fideli. lib. 6.

f ¶*Omnibus.*] per hoc 1 comprehendit immenſitatem, incommutabilitatem. incomprehenſibilitatem, omnipotentiā, & ineffabilitatem. Item eſſentiam, ſubſtantiam, ſeu naturam. de his omnibus. s̃. eo. firmiter. in princ. Et in diuinis hæc tria vltima repetimus ad maiorem expreſſionem. Si enim ad diuinam eſſentiam habeatur reſpectus quaſi matematicè, i. abſtractè, non reducta conſideratione ad perſonas, ſic eſt eſſentia. Si conſideretur concretè habito reſpectu ad perſonas, ſic eſt ſubſtantia: quia in qualibet perſona ſubſtat, & eſt tota. s̃. eo. damnamus. verſi. nos autem. Si vtroq; modo: quaſi in conſideratione vniuerſali, ſic eſt natura: quia naturale eſt diuinę eſſentiæ ꝙ ſit vna. & ꝙ in ea ſint perſonę: ſimplex tamen eſt impertialis & indiuiſibilis.

g ¶*Exiſtit.*] damnati ſunt ergo Bonoſiani, 2 qui Chriſtũ dicebant nõ primũ, ſed adoptiuum filium Dei 24. q. 3. quidã. verſic. Bonoſian. & de hoc de cele. Miſ. in quadam.

2 De horũ dãnatione frequens fit mentio ab Innocentio Papa 1. epiſtola. 21. & 22.

¶Gloſſa ſequens ponit errorem Arrianorum & ipſorum motiuum, cui reſpondet.

h ¶*Aeternaliter.*] Arriani 3 negauerũt filiũ coæternũ patri. 15. diſ. c. 1, 24. q. 3. quidã. ver. Arriani. & arguebãt ſic: omne quod natum eſt principiũ habet: ergo filius qui natus eſt, principiũ habuit, & eſſe cœpit. vñ dicebat Arrianus: ſi filius eſt, natus eſt, ſi natus eſt, ergo tempus fuit ꝙ non erat filius. Sed vt contra eũ dicit Ambroſius lib. 1. de trin. c. 5. idē poſſet dicere de Deo, ꝙ ſi cœpit eſſe pater, ergo primo fuit Deus q̃ pater, & fuit tēpus quo non erat pater: ſed cũ ex hoc ſequeretur eũ mutabilē primæ gñationis acceſſione mutatũ, hoc dicere amētia eſt: ſemper enim fuit pater, ſemper & filius: nã ex vi correlatiui, poſito vno ponitur & reliquum. Dicebat ergo Auguſt. lib. de fide ad Petrũ c. 2. ſi Dei filius virtus & ſapiētia Dei eſt, nec vnq̃ fuit Deus ſine virtute & ſapientia: Dei ergo filius coæternus eſt Deo patri. Primũ probat Apoſtolus 1. ad Cor. 1. & habetur 37. diſt. §. hinc etiam. Ergo dicit Gregorius & Auguſtinus quòd ſicut ſplendor qui gignitur ab igne, coæternus eſt illi, & eſſet coæternus ſi ignis eſſet æternus: ſic eſt intelligendũ ex Deo natum eſſe ſempiternum vt ſit patri filius coæternus. & hoc proſequitur magiſter ſententiarum, lib. 1. diſ. 9.

3 De Ario & eius condemnatione facta in concilio Nicæno, vide latiſſimè ꝑ Nicephorũ Calixtũ lib. 8. hiſtoriæ eccleſiaſticæ, cap. 5. & multis ſeq.

i ¶*Simul vnitas.*] dicũt theologi 4 ꝙ in inſtāti cõceptionis perfectus fuit hõ, & fuit aīa rationalis infuſa, tũ ꝑꝑ infinitā virtutē agentis. ſ. ſpiritus ſancti: tũ quia incongruũ fuiſſet filium Dei corpus aſſumpſiſſe niſi formatum. In alijs aũt nõ infunditur niſi organizato embryone, & bene habilitato ad ipſam recipiendam. de hoc 32. q. 2. ꝙ verò. quod dicunt quidam fieri per differentiam ſexuũ à xl. vel lxxx. die à conceptione embryonis. de hoc 5. diſt. §. 1. de purifi. poſt partum. c. vnico.

4 Vide Magiſtrum & Theologos libr. 3. ſent. diſt. 2. & B. Thomam 3. par. q. 6. art. 3. & 4.

k ¶*Fieret verus homo.*] concor. s̃. eo. firmiter. ver. tandem. ibi, verus homo factus eſt. & conſidera verba: non enim fuit Chriſtus compoſitus ex deitate & humanitate: nam ſimplitas deietatis nullam recipit compoſitionem, vt ibi ſatis not. in princ. Et quod ibi dicitur, Chriſtum fuiſſe compoſitum: verũ eſt reſpectu humanitatis, quæ fuit compoſita ex anima rationali & humana carne, vt ibi. & hic: & s̃. de hære. cum Chriſtus. & vide quod not. de conſe. diſt. 2. hoc eſt quod dicimus.

¶Gloſſa ſequens primò exprimit quomodo corpus Chriſti fuit paſſibile. Secundò, quare, tres cauſas reddens.

l ¶*Paſſibile.*] intantum ꝙ (vt dicit Auguſtinus) oēs defectus 5 noſtros aſſumpſit filius Dei præter ignorantiã, & peccatũ. de hoc 3. ſen. 15. diſt. licet igitur in aſſumptione ſui ipſius caro fuerit à ſpiritu ſancto ab oībus reliquijs peccati mũdata, 6 vñ Angelus ad Virginē, Luc. j. Spiritusſanctus ſupueniet in te, & virtus altiſſimi obũbrabit tibi: qđ ex te naſcetur ſanctũ, vocabitur filius Dei: tñ vt dicit ipſe Auguſti. Si in cruce mortuus nõ fuiſſet, ad vltimũ ſenio defeciſſet: frigus ergo, calorē, famē, ſitim, & alias humanas pœnalitates pati poterat, & ſic habuit corpus paſſibile. Fuit autem hoc congruũ ꝙ noſtros defectus aſſumeret ꝑꝑ iuſtitiā ſatisfactionis, q̃ ꝓ nobis faciēdā aſſumpſerat, vt ꝓ nobis ꝑfectè ſatisfaceret ꝑ pœnalitates carnis noſtræ. Itē ꝑꝑ fidē īcarnatiouis: ſine his. n. pœnalitatib. humana natura hoībus nota nõ fuiſſet. Itē ꝑꝑ exēplũ patiētiæ nobis præbendũ ad tolerandas pęnalitates carnis humanę.

5 Vide B. Thomã 3. par. q. 14. & 15. vbi plenè.

6 Expone ſano modo, mundata, id eſt, immunis, & penitus libera.

m ¶*Animam.*] non ſpiritũ vitalē tm̃. de cele. Miſ. in quadã. vbi plurib. auctoritatibus ꝓbatur ꝙ hic de vera aīa dicitur.

a ¶Rationa-

tionalem [a] ipſum corpus verè per ſe & eſſentialiter informãtem, aſſumpſiſſe ex tempore [b] in virginali thalamo [d] ad vnitatem ſuæ hypoſtaſis [e] & perſonæ. Et quòd in hac aſſumpta natura [f], ipſum Dei verbũ pro omnium [g] operanda ſalute, non ſolùm affigi cruci [h], & in ea mori [i] voluit: ſed etiã emiſſo † iam ſpiritu perforari lancea ſuſtinuit latus ſuum, vt exinde profluentibus [k] vndis aquæ [l] & ſanguinis, formaretur vnica, & immaculata [m], ac virgo ſancta mater Eccleſia coniunx Chriſti. Sicut [n] de latere primi hominis ſoporati [o] Eua ſibi in coniugium eſt formata [p]: vt ſic certæ figuræ primi & veteris Adæ (qui ſecundùm Apoſtolum [q] eſt forma futuri) in noſtro nouiſſimo Adam, id eſt, Chriſto veritas reſponderet. Hæc eſt inquam veritas illius prægrandis aquilæ vallata teſtimonio, quam propheta vidit Ezechiel [r] animalibus cæteris Euangelicis tranſuolantem, beati Ioannis videlicet Apoſtoli & Euangeliſtæ, qui ſacramenti huius rẽ geſtam narraans & ordinem in Euangelio ſuo, dixit [ſ]: Ad Ieſum autem cum veniſſent, vt viderunt eum iam mortuũ, non fregerunt eius crura, ſed vnus militũ lancea latus eius aperuit, & continuò exiuit ſanguis & aqua: & qui vidit teſtimonium perhibuit, & verum eſt teſtimonium eius: & ille ſcit, quia vera dicit, vt & vos credatis. Nos igitur ad tam præclarum teſtimonium, ac ſanctorum [t] patrum & doctorum [u] communem ſententiam Apoſtolicæ cõſiderationis (ad quam duntaxat [x] hæc declarare pertinet) aciem conuertentes, ſacro approbante concilio: Declaramus prædictum Apoſtolum & Euangeliſtam Ioannem rectum in premiſſis factæ rei ordinem tenuiſſe: narrando, quod Chriſto

Gen. c. 2.

Rom. c. 5.

Ezec. c. 1.

Ioan. ca. 19.

a ¶*Rationalem.*] non dicit ſenſitiuam vel vegetabilem tantùm. de quibus ĵ. in parte proxima dicetur.

¶*Gloſſa ſequens præmittit de duplici annorum computatione, & quærit quare tunc, & ſolutionem eiulat, deinde ſoluit.*

b ¶*Ex tempore.*] quod tps ſatis notũ eſt. Et ab hac incarnatione cõputant quidã annos Dñi. 23. diſt. in noĩne Dñi. in prin. alij à natiuitate. & de hoc in Spe. de inſtru. edi. in 1. col. Dubitari 1 poſſet de tpe incarnationis quare tunc & non prius, vel tardius: canoniſtæ dicunt ſatis eſſe dicere cum Paulo; O altitudo diuitiarũ, &c. ad Roma. xj. in fi. de pœ. diſ. 4. ſi ex bono. circa prin. verſi. cur ergo. nam & in poteſtate miſerentis eſt qñ & quantum miſereri velit. facit de pę. diſt. 2. ſi. n. inquit. vltra mediũ. verſ. ſicut. & quod no. qui cle. vel vo. c. 2. Dicunt tñ theologi, ꝙ certum eſt non fuiſſe cõueniẽs ante peccatum Deum incarnari, cum opus incarnationis principaliter ordinetur ad abolitionem peccati, & vt dicitur Lucæ 5. Non ſanis, ſed infirmis opus eſt medico: nec venit vocare iuſtos, ſed peccatores. 2. q. 1. multi. de pœ. diſt. 1. libenter. Item nec fuit conueniens ſtatim poſt peccatum Deum incarnari: cum enim ex ſuperbia peccatum proueniſſet, ſic liberandus erat homo, vt humiliatus recognoſceret ſe liberatore indigere. quod magno conſilio Dei actũ fuit, vt cognita ſui infirmitate homo clamaret ad medicũ, & gratiæ poſceret auxiliũ. Ad finẽ verò ſeculi non debuit differri, vt de imperfectione humanæ naturę ꝑ incarnationẽ ꝑueniretur gradatim ad ꝑfectionẽ gloriæ in fine ſeculi. Item fuit æquũ poſt datã legem Moſaycã & propheticã, quã multi ſpernebant, iuſtificari Deo genus humanũ ꝑ incarnationẽ & tps gratię, qđ ſi dilatũ fuiſſet ad finẽ ſeculi, forſan reuerentia & notitia Dei, & morum honeſtas in terris fuiſſet abolita. fuit etiam hoc cõueniẽs ad manifeſtandã diuinam virtutem ſeruantem per fidem præteriti, præſentis, & futuri, vt no. Ber. ſ. eo. tit. ſuper rubrica.

1 De hac dubitatione vide omnino B. Thomam 3. par. q. 1. art. 5. & 6. vbi pleniſſimè.

† Vide Guidonẽ Carmelitam in ſumma de hæreſibus, tit. de hæreſibus Petri Ioannis & eius ſequacium, c. 3.

¶*Gloſſ. ſeq. quærit quare de Maria voluit incarnari, & non de alia, & tres rationes reddit.*

c ¶*Virginali.*] quare de Maria virgine, & non de alia voluit incarnari? Dicunt ſancti, quòd ſicut ex ſuperbiſſima natus eſt morbus, ſic per contrarium ex humilima inchoari debuit medicina: vnde verſo nomine Euæ ipſi virgini dictum eſt, Aue. Luc. 1. Item ſicut ad ſummam humilitatem Dei filius voluit incarnari, ſic ſummè humilẽ eligere voluit, in qua & à qua tanta deberet humilitas inchoari: vnde ipſa in cantico ſuo dixit ibidem, Reſpexit Dominus humilitatem ancillæ ſuæ. Tertio, quia (vt quædam refert hiſtoria 2) prima ipſa fuit quæ virginitatẽ Deo obtulit, vnde quia nouum doni genus obtulit, nouo & inaudito dono debuit honorari. In coniugium autem Ioſeph conſenſit inſtinctu ſpiritus ſancti ad celandum myſterium, quod dic vt 37. q. 2. c. 2. ver. fi. & c. inuẽta.

d ¶*Thalamo.*] id eſt, cubiculo vel vtero.

e ¶*Hypoſtaſis.*] Græci eodem modo vtuntur hoc nomine hypoſtaſis, 3 quo nos vtimur hoc nomine perſona. de hoc nomine. 1. ſent. 23. & 25. diſt. hypoſtaſis autem cõponitur ab bypos, quod eſt ſub: & ſtaſis, qđ eſt ſtatus vel ſtãs. & dicitur hypoſtaſis ſubſtãtia intellectiua ſiue forma, ſ. primordialis materia, & dicĩ quaſi ſubſtans: quia hẽt ſubſtare oĩbus accidẽtib. & oĩa accidẽtia ad ſe recepit, à nullo tñ informaĩ, ſcđm Hug.

2 Viđ B. Auguſtinum in libro de ſancta virginitate c. 1. & B. Thomam par. 1. q. 28. ar. 4.

3 Vide B. Thomã 3. par. q. 2. art. 3. vbi plenè de hypoſtaſi.

f ¶*Natura.*] ſcilicet vera humana. Ioan. And.

g ¶*Omnium.*] quo ad ſufficientiã: ſed quo ad efficaciam pro prædeſtinatis tantùm. de hoc de conſe. diſt. 2. ſemel. 2.

¶*Gl. ſe. de cruce tria pręmittit, ponens quatuor quare Chriſtus crucis mortẽ elegit, ſubdẽs de quatruplici ſpecie lignorũ ipſius.*

h ¶*Cruci.*] In huius paſſionis memoriã vidẽmus in ſingulis particularibus eccleſijs depictã crucẽ in altum erigi: celebramus ẽt feſtũ inuentionis ipſius. de conſ. diſt. 3. crucis. Dicit Auguſtinus: Crux q̃ erat ſuppliciũ latronũ, nunc tranſit ad frõtes Imperatorum: ſi tñ honorem Deus contulit ſupplicio ſuo, quantũ conferet ſeruo ſuo? Inter alia fuit quadruplex cã, quare Chriſtus crucis 4 mortem elegit. Primo, vt in illa pẽdẽs in aere ſe inter Deũ & hominem mediatorem oſtenderet: & ſic no. 1. ad Timoth. 2. & 10. diſt. qm̃. Secũdò, vt damna quæ obuenerãt per lignum primis parẽtibus vetitum, per lignum crucis reſtauraret. Tertiò, vt diabolũ qui per lignũ vincebat, per lignum ſuperaret, & hæc duo Gregorius exprimit in præfatione de cruce, Qui ſalutẽ humani generis, & c. de qua de conſ. diſt. 1. inuenimus. & ĵ. de reli & vene. ſan. ſi Dñm. ante mediũ. Quartò, vt euidẽter oſtẽderet ꝓ quibus reſtaurãdis patiebatur, ſ. pro ſuperis angelorũ ruinis replẽdis: ꝓ iuſtis de limbo educẽdis: pro amicis colligendis & adiuuandis: ꝓ inimicis recõciliãdis. Primũ deſignat per brachiũ ſuperius. Scđm per inferius. Tertiũ per dextrũ. Quartũ per ſiniſtrũ. Fertur ẽt crux quatuor genera lignorũ habuiſſe. ſ. cedrum in ſtipite palmã in palo per lõgũ: cupreſſum in ligno ex tranſuerſo: oliuã in tabula ſup crucẽ loco quarti brachij. & datur verſus.

4 Plures cauſas cur Chriſt' mortem crucis pati debuerit. refert. B. Thomas. 3. par. q. 46. art. 4.

Ligna crucis, palma, cedrus, cupreſſus, oliua.

Et quomodo proprietates lignorum bene conueniant, inſtant theologi, quod omitto.

i *Mori.*] de conſecr diſt. 2. timorem.

k ¶*Profluentibus.*] ſeparatim. de hoc de conſecr. diſt. 2. c. 1.

l ¶*Aquæ.*] & fuit vera aqua. de quo ſatis de cel. Miſ. in quadã. & fuit aqua regñationis, & ſanguis redẽptionis, vt ibi.

m ¶*Et immaculata.*] ad Epheſios 5. ante finem.

n ¶*Sicut.*] ponit figuram quam etiam inducebat Hoſtienſis de celeb. Miſ. in quadam, ver. per hoc.

o ¶*Soporati.*] ergo dormitio Adæ & mors Chriſti cõueniũt in figura, ſicut cõueniũt in figura vigilãs & viuẽs: ſi de latere ergo viuẽtis debuiſſet formari cõiũx, ecõtra de latere vigilãtis fuiſſet Eua formata.

p ¶*Formata.*] Geneſis.

q *Apoſtolum.*] ad Roma. 5. poſt medium.

¶*Gl. ſe. exponit ſecundùm Greg. figuras quatuor Euãgeliſtarũ.*

r ¶*Ezechiel*] 1. c. & 17. in prin. Io. Grego. in 4. hom. ſuper Exechielem de viſione quatuor animalium habentium facies diuerſas, ſ. hominis, leonis, bouis & aquilæ, dicit, ꝙ iure per hominem figuratur 5 Matthæus: quia cœpit ab humana generatione. Marcus per leonẽ: quia cœpit à clamore in deſerto. Lucas ꝑ vitulũ, quia cœpit à ſacrificio. Ioãnes verò dignè ꝑ aquilã: qa cœpit à diuinitate Chr̃i, Sicut. n. aquila cũctis auibus altius volat, & irreuerberatis oculis ſolis radios intuẽt, ſic iſte altius cæteris aſcẽdit, q̃ dicens, In principio erat verbũ, & verbũ erat apud Deum, & Deus erat verbũ, dum in ipſam diuinitatis ſubſtãtiã intendit, quaſi more aquilæ oculos fixit in ſolem.

5 De materia hui' glo. plenè Caſſane' in catalogo gloriæ mundi par. 4. conſiderat. 35.

ſ ¶*Dixit.*] 19. diſt. c. 1. ad finem. Et ad literam hic ponitur textus Euangelij, quem gloſſare non eſt meum.

t ¶*Sanctorũ patrũ.*] ſ. Aug. ſup Io. ſermone 120. & 15. de ciu. Dei. c. 26. ipſe & Amb. ſup epiſt. ad Roma. & Theoph. ſup Io.

u *Doctorum.*] vt Thomæ 3. par. q. 62. art. 5. Io. Scoti ſup 4. ſen. Fertur etiam ꝙ tempore concilij congregati fuerunt ad hoc theologi doctores per Clementem, qui hoc tenuerunt.

x ¶*Duntaxat.*] de bap. maiores. in princi. cum ſuis concord. Non obſtat 79. diſt. c. 2. vt ibi not.

¶*Glo.ſeq.ponit literam antiquam, & deciſionis cauſam, & illam exponit. Secundò quærit, quæſtionem fortificat, & illam tripliciter ſoluit.*

a ¶*Aperuit.*] ſequebatur in conſtitutione concilij etiam correcta. & in audientia publicata, vt dixi in proœmio, ꝙ textus Matthæi qui dicebatur in quibuſdam libris antiquis ſub alio ordine hoc narrare, per anticipationem intelligi & exponi debebat. Et hoc remouit Ioannes fortè ex eo, quòd ille textus in Matthæo cõmuniter non habetur. Et anticipatio dicitur ab ante & capio, cum ſcilicet ante capitur vel ponitur poſtponendum. ſ̃. de reſcri. cauſam. Sed quæritur quid valet ad fidẽ hoc diſputaſſe, quod hic dicitur de hoc ordine? Sine dubio cõiunx Chriſti Eccleſia quæ regenerat à Deo genitos ita formari poterat per plagam & vndas fluentes Chriſto viuente, ſicut Chriſto mortuo: nec in hoc diſputatio hæc reſpicit fidẽ. Sed opinio hic damnata detrahit miraculo. euidentius enim fuit miraculum hoc de corpore mortuo, quàm de viuo manaſſe. Item detrahit figuræ hic poſitæ, vt ſ̃. dixi. Item detrahit fidei Ioan. Euangeliſtæ, qui vltimus Euangelium ſuum ſcribens notabiliter expreſſit hunc ordinem, & his reſpectibus concilium hunc ordinem approbat.

iam mortuo vnus militum lancea latus eius aperuit [a].

¶*Reprobat & hæreticam iudicat doctrinam quæ habet, quod ſubſtantia animæ rationalis, ſeu intellectiuæ, verè & per ſe humani corporis non ſit forma. Ioan. And.*

b ¶*Porrò.*] Secunda pars quæ duo facit: Primò quandam opinionem reprobat: Secundò illam pertinaciter tenentes hæreticos iudicat.

¶*Porrò.*] Caſus Hæc eſt ſecunda pars, in qua tangitur, quòd dicebant aliqui animam intellectiuam ſeu rationalem ſeu ſubſtantiam animæ rationalis non eſſe formam verè & per ſe humani corporis. Et opinionem iſtorum ſic dicentium dicit Clemens erroneam, & contra veritatem: & dicit eos eſſe hæreticos qui talem opinionem pertinaciter ſuſtinere voluerint. *Porrò*, pro ſed, ſed nos reprobamus omnem doctrinã, id eſt, reprobamus omnes qui dant talem doctrinam aſſerentem, id eſt, affirmantem: temerè, id eſt, fatuè. aut etiam nõ ſolùm reprobamus doctrinam vel poſitionem aſſerẽtẽ, ſed etiam vertentem in dubium, id eſt, reprobamus illos qui dubitant, quòd ſubſtantiæ animæ rationalis ſeu intellectiuæ non ſit forma verè ac per ſe humani corporis: talem opinionem reprobamus vt erroneam ac veritati inimicam, & fidei catholicæ: Diffinientes, id eſt, determinantes. ſcilicet, nos Clemens, vt veritas fidei ſynceræ, id eſt, integræ. nota, id eſt, manifeſta & cognita ſic cunctis. id eſt, omnibus hominibus, ac etiam ne ſubintrent aditus vniuerſis erroribus: quòd ſi quis deinceps, id eſt, modò præſumpſerit aſſerere, id eſt, affirmare, defendere ſeu tenere pertinaciter, ꝙ anima rationalis ſeu intellectiua non ſit forma humani corporis per ſe & eſſentialiter, talis ſit cenſendus, id eſt, iudicandus tamquam, id eſt, ſicut hæreticus. Not. ꝙ iſta dictio, præcludatur. ſ̃. poſita, eſt compoſita de præ. & cludo, cludis. Vnde antiqui dicebant cludo cludis, ſed moderni dicunt claudo, claudis. Et poteſt componi ſecundum antiquitatem concludo concludis, excludo excludis, & præcludo præcludis. Et quod dicitur in tex. præcludatur aditus, id eſt claudatur introitus ſeu via, ne de cætero homines dicant illam falſam opinionem. Et nota ſuper dictione, porrò: ꝙ porrò eſt aduerbium ordinis, id eſt, conſequenter. Porrò etiam dicitur certè, vel valde, vel longè, vel ſed vel vtique. No. in verbo, pertinaciter ꝙ pertinax, cis, penultima correpta, ſed producta in genitiuo omnis generis, id eſt, valde vel impudenter & ſine verecundia tenens, durus, perſeuerans in ſua opinione, impudens cõſtans, irreuocabilis, indocilis, obſtinatus. Nã pertinax nullo mõ vult doceri, ſed ſemper putat habere ſaniorẽ intellectũ: iõ dicitur indocilis. Inde ꝑtinacitas, tis. i. aſſiduitas pſeuerãtia, impudẽtia: idẽ & pertinacia, ciæ. & ſecũdũ Papiã pſeuerãtia eſt in virtute, ꝑtinacia in malo. Not. verbũ temerè, qđ eſt in principio temerè aduerbiũ eſt. i. præſumptuoſè, ſtultè, ſine cã, ſine cõſilio. Itẽ verbũ, deinceps, exponas, i. ab hodie in antea. & eſt aduerbiũ tpis vel ordinis, & deſinit in ps, & vt dicit Huguitio, cõponitur à de, & incepto. Nota ꝙ veritas dẽt eſſe ſyncera, id eſt, non inuoluta. de ſen. excom. à nobis. 2. Et quid ſit veritas, not. Archi. eo. ti. c. vnico. lib. 6. & de cõſecr. diſ. 2. corpus. Nota in verbo, pertinaciter. quòd ſola pertinacia eſt quæ facit hominem hæreticum. de quo in gloſ. Franc. Zaba.

c ¶*Poſitionem.*] vtunt theologi. & artiſtæ hoc verbo, quo ẽt nos vtimur. de confeſ. c. 1. vbi de hoc ſatis lib. 6. fatetur autem quis & credit id quod ponit de iureiur. c. vlt. eo. lib.

d ¶*In dubium.*] de hæreticis, dubius.

¶*Glo ſeq. primò excludit animarũ dubiũ, declarans quare de iſta dubitatur. Secundò probat opinionẽ hic approbatã tribus rationibus, exprimens duo propter quæ contraria opinio eſt hæretica. Tertiò reſpondet ad quatuor rationes opinionis cõtrariæ.*

¶ Porrò [b] † doctrinam omnem, ſeu poſitionem [c] temerè aſſerentem, aut vertentem in dubium [d], quòd ſubſtantia aĩæ rationalis, ſeu ĩtellectiuæ [e], verè ac per ſe humani corporis non ſit forma: velut erroneã, ac

† Vide cõcilium Lateran. ſub Leone x. ſeſſione 8. in decreto incip. Apoſtolici regiminis.

e ¶*Intellectiuæ.*] de ſenſitiua. n. & vegetatiua non fuit opinio: ſenſitiua. n. qua ſentimus per ſenſus corporeos, certum eſt ꝙ corrũpitur corpore corrupto: & ſic non poteſt dubitari quin ſit corporis forma. Idem de vegetatiua qua vegetamur, nutrimur, & augmentum ſumimus. In prima cõmunicamus brutis, in ſecunda ẽt plantis. Sed de intellectiua 1 vel rõnali fuit contraria opinio, quæ præcipue fundabatur ſuper rõne ꝑdicta. Cum. n. vniri, non dico accidentaliter, ſed per ſe & eſſentialiter ſit inſeparabiliter vniri: ergo forma non poteſt eſſe ſine materia propria, ſed aĩa intellectiua cum ſit incorruptibilis remanet corrupto corpore corpori non vnita: ergo non vniẽ corpori vt forma per ſe & eſſentialiter. Sed anteq̃ huic inductioni rñdeã, eſt ſciendũ ꝙ opinio hic approbata, pro qua facit de celeb. Miſ. in quadã. ſic probatur ſecundũ Philoſophũ viij. Metap. Differentia ſumitur à forma rei, ſed differentia conſtitutiua hoĩs, eſt rõnale, quod de homine dicitur rõne animæ intellectiuæ: ergo ipſa eſt hominis forma. Item demonſtratur ex rõne ſpeciei humanæ: natura. n. rei oſtẽditur ex ipſius operatione: propria vero operatio homiuis. inquantum hõ, eſt intelligere: oportet ergo ꝙ ſortiatur ſpeciẽ ſecundũ illud quod ipſius operis eſt principiũ: ſortitur aũt ſpeciẽ vnũquodq; per ꝓpriã formam, ex quo relinquitur ꝙ principium intellectiuũ, vel anima intellectiua ſit ꝓpria hoĩs forma. Sed aduertẽdũ, ꝙ quãtò forma eſt nobilior, tãnto plus dominatur materiæ corporali, & minus ei immergitur, & plus eam excedit ſui virtute: vñ aĩa vegetabilis, plus quã forma metalli, ſenſibilis, plus quã vegetabilis, intellectualis ergo in nobilitate vltima intantùm excedit in homine materiam corporalem ꝙ habet aliquã operationem & virtutẽ, in qua corporalis materia non cõmunicat, quæ virtus dicitur intellectiua. Demonſtrat etiam id Ariſto. 2. de anima. quia id quo primũ aliquid operatur eſt forma illius cui operatio atribuitur: ſicut quo primo ſanatur corpus eſt ſanitas: quo primò ſcit aĩa, eſt ſcientia: ſanitas ergo eſt forma corporis, & ſcientia forma eſt aĩæ ad corporis vnionẽ. Secundò inducebat id quod dicit Philo. 3. de anima. anima ergo eſt forma corporis, & ſcientia eſt forma animæ. Certum eſt autem ꝙ primum quo viuit corpus, eſt anima: & cum vita manifeſtetur ſecundũ diuerſas operationes in diuerſis gradibus viuentiũ, id quo primò operamur vnumquoq; illorum operũ vitæ, eſt anima. Anima. n. eſt quo primó nutrimur, sẽtimus, & mouemur ſecundũ locũ: ergo ſimiliter id quo primo intelligimus: ſiue dicatur ĩtellectus: ſiue aĩa intellectiua, eſt forma corporis. Et hoc negans oportet ꝙ inueniat quomodo iſta actio ei conueniat: experitur enim quiſquis ſeipſum eſſe qui intelligit. Attribuitur autem actio alicui tripliciter, vt patet. 5. Phyſico. aut ſecundùm ſe totum, ſicut medicus ſanat: aut ſecundùm partem, ſicut homo videt per oculum: aut per accidens, ſicut dicimus quòd albũ ædificat. quia accidit ædificatori eſſe album. Cum ergo dicimus Andream intelligere: certum eſt hoc ſibi non attribui per accidens. cum hoc, inquãtum eſt hõ, de ipſo eſſentialiter prædicetur: ergo aut oportet dicere ꝙ intelligat ſecundum ſe totum, quod etiam poſuit Plato dicens hominem eſſe animam intellectiuã: aut dicere oportet ꝙ intellectus ſit pars ipſius animæ: primum ſtare non poteſt: quia idem ipſe homo eſt q̃ percipit ſe intelligere & ſentire: ſentire verò non poteſt ſine corpore: vñ oportet aĩam ſenſitiuã eſſe aliquã hoĩs partẽ, relinquitur ergo ꝙ intellectus quo Andreas intelligit, ſit pars ipſius Andreæ, ita ꝙ intellectus aliquo mõ ipſi corpori vniatur. Et licet aliqui dixerint hãc vnionem eſſe per ſpeciem intelligibilem: quæ duplex habet ſubiectũ, intellectum poſſibilem, & phantaſmata: alij ꝙ intellectus vt motor vnitur corpori: quod vnum eſſe patet multis rationib. & iſtæ duæ ſufficiant. Intellectus non mouet corpus niſi per appetitum: cuius motio præſupponit operationem intellectus: Nõ ergo ideo intelligit A. quia mouetur ab intellectu, ſed potius ecõtrario quia intelligit, ideo ab intellectu mouet, concluditur ergo ꝙ vnitur vt eſſentialis forma. Item ſi anima intellectiua ſe haberet vt motor, certũ eſt ꝙ nauis põt eſſe ſine nauta: qui ſe habet ad eam vt motor: ergo etiam poſſet eſſe quòd

1 De materia huius gloſſæ vide pleniſſimè B. Thomã citatum etiã in fine gl. par. 1. q. 76. art. 1. & ibidem Caietanũ.

Actio alicui tripliciter attribuitur.

veritati catholicæ[a] inimicam fidei, prædicto ſacro approbãte concilio reprobamus. Diffinientes,vt cunctis nota ſit fidei ſynceræ veritas,ac præcludatur vniuerſis erroribus aditus, ne ſubintrent: quòd,quiſquis deinceps aſſerere, defendere ſeu tenere pertinaciter[b] præſumpſerit, quòd anima rationalis, ſeu intellectiua, non ſit forma corporis humani per ſe, & eſſentialiter, tamquàm hæreticus ſit cenſendus.

¶ *Aſſerens confitendum vnum baptiſma,ſicut vnum Deum & vnam fidem,approbat opinionem, quæ habet, per illud conferri etiam paruulis (quo ad habitum) informantem gratiam & virtutes.Ioan. And.*

¶ Ad hoc[c] † baptiſma vnicũ[d] baptizatos omnes in Chriſto regenerans eſt (ſicut vnus[e] Deus[f] ac fides vnica[g])ab omnibus fideliter confitendum[h]. Quod celebratum in aqua[i],in nomine[k] patris,& filij,& ſpiritus ſancti,credimus eſſe tam adultis, quàm paruulis cõmuniter perfectum[l] remedium[m] ad ſalutem.¶Verùm,quia quãtũ ad effectũ baptiſmi in parruulis, rep eriuntur doctores q̃dã

ſe quòd Chriſtus corpus humanum ſine anima ſumpſiſſet: q̃d eſt contra fidem.s̃.eo.c.& s̃.eo firmiter. Cum ergo principaliter incarnatio ordinetur ad ſalutem animæ,inutilis fuiſſet incarnatio,ſi anima non eſſet eſſentialis corporis forma. Et per hoc vides rationem quare opinio hic damnata iudicatur hæretica: quia eſt contra fidem incarnationis. Eſt etiam contra fidem reſurrectionis, habet eñ fides ꝙ reſurgemus cũ corporibus,quę nũc geſtamus, vt patet eo.tit. c.firmiter.in fi. 1. partis. ſed ſi anima non eſſet eſſentialis forma corporis. ad quid reſurgerent corpora,non videmus. Tenentes opinionem hic reprobatã, primò inducebant q̃d in principio dixi. Ad quod reſpondetur ꝙ ſecundùm ſe conuenit animæ corpori vniri, ſecundum ſe conuenit corpori leui ſurſum eſſe, & ſicut leue manet, cum à loco proprio fuerit ſeparatum, cum aptitudine & inclinatione ad proprium locum; ita anima humana manet in ſuo proprio eſſe cum fuerit à corpore ſeparata habens aptitudinẽ & inclinationem naturalem ad corporis vnionem. Secundò inducebant quod dicit Philoſophus 3.de anima, quòd intellectus eſt ſeparatus, & quòd nullius corporis eſt actus: ergo non vnitur corpori vt forma. Sed dic quòd Philoſophus intelligit ſeparatum: qui intellectus non eſt virtus alicuius organi corporalis,ſicut virtus viſiua oculi: conſtat etenim quòd intelligere non eſt actus qui poſſet exerceri per aliquod organum corporale ſicut viſio, ſed eſt in materia inquantum ipſa anima,cuius eſt hæc virtus, eſt hominis forma & terminus generationis humanæ.Et quòd ſit in materia probatur 2. Phyſico.quia homo generat hominem: dicitur ergo anima intellectiua ſeparata ſecundùm virtutem intellectiuam, quæ nõ eſt alicuius organi corporis. Et ſic etiam reſpondetur ad id quod tertiò dicebant,quòd ſi intellectus vniretur corpori vt forma, cum omne corpus habeat determinatam materiam, ſequeretur quòd intellectus haberet determinatam materiã, & ſic non eſſet cognitiuus omnium, quod eſt contra rationem intellectus. Sed dico quòd procederet ſi virtus intellectiua eſſet actus organi corporis: fateor enim quòd actus illos, viſus cum oculo,tactus cum manu, & ſimiles bene oportet limitari ex materia: ſed cum anima intellectiua his organis nõ vtatur, limitationi non ſubiacet. Dicebant quartò quòd cũ anima ſit quid ſubſiſtens, & habeat eſſe ſecundum ſe, ergo alterius forma eſſe non poteſt. quia forma dat aliquid eſſe, & ſic eſſe formæ non eſt ipſius formæ ſecundum ſe, anima ergo intellectiua habens eſſe ſuum & ſuum ſubſiſtens,non vnitur corpori vt forma. Ad quod reſpondetur, quòd anima intellectiua illud eſſe, in quo ſubſiſtit, communicat corporali materiæ, ex qua materia & anima intellectiua fit vnum: ita ꝙ illud eſſe quod eſt totius compoſiti, eſt ẽt ipſius animæ,quod non eſt in alijs formis, quæ non ſunt ſubſiſtentes. Et propter hoc anima humana remanet in ſuo eſſe deſtructo corpore:nõ autẽ alię formæ. Curioſus qui hoc plenius diſquirere vellet, videat in ſumma S.Thomæ parte 1.q.76.in prin. Io.And.

Reſponſio adquutuor ratiões opinionis cõtrariæ.

a ¶*Catholicæ.*] fidei, ꝙ ſequitur & poſtpoſitum fuit vt euitaretur hiatus, quod propriè in Rhetorica dicitur cum vocalis eadem ſequitur vocalem.

Pertinax quis dicitur.

b ¶*Pertinaciter.*] pertinacia in malo, perſeuerantia in virtute: vnde pertinax valde,vel imprudenter tenens, durus, irreuocabilis, indocilis, obſtinatus.& idem verbum j̃. de vſur. ex graui.§.penulti.

c ¶*Ad hoc.*] tertia pars, primò ponens de eſſe paptiſmi: Secundò,de ipſius effectu.Ioan.And.

¶ §.*Ad hoc.*] Caſus Hæc eſt tertia pars, quæ primò ponit de eſſe baptiſmi: Secundò, ponit de effectu ipſius. Et primo dicit, quòd omnes debent fideliter confiteri vnicum baptiſma, quod regenerat omnes baptizatos in Chriſto Ieſu, & tale baptiſma celebratur in aqua: in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti. Et credimus eſſe perfectum remedium ad ſalutem habendam,tam paruulis quàm adultis. Et ſic extra caſum & pro caſu notemus,ꝙ baptiſma nos non generat,ſe bene regenerat: quia quando generamur, habemus iam labem peccati originalis, quæ labes proceſſit à noſtro primo parente, ſed vt iſta labes nobis remittatur,habemus remedium ad noſtram ſalutem,ſcilicet baptiſma;per quod videmur eſſe renati:quia baptiſma nos regenerat in hoc quòd per ipſum labes originalis peccati nobis remittitur. Et dicitur peccatum originale: quia illud peccatum nos cõcomitatur à noſtra origine ſeu natiuitate: ita quòd ita cito quòd habemus originem & ſumus geniti,ſumus in peccato, quod dicitur originale. Sed procedamus in caſu,ſed quia de effectu baptiſmatis doctores habuerunt varias opiniones: Nam quidam dicebãt quòd per baptiſma culpa remittitur paruulis, ſed propter hoc eis nõ cõfertur gratia, niſi quando decedunt,id eſt,quã do moriuntur: vel nõ confertur eis paruulis gratia, niſi quando perueniunt ad ætatem adultam,quę ætas eſt infra xxx. annos. & opinio iſtorũ reprobatur. Alij dixerunt econtra, quia per baptiſma,culpa remittitur paruulis, & gratia infunditur eis & etiam virtutes. Et iſtam opinionem approbat: quia pariter omnibus baptizatis, ſcilicet tam paruulis quam adultis confertur gratia, & remittitur culpa: ſed gratia infunditur in paruulis quo ad habitum, quamuis non quo ad vſum pro illo tempore quo ſunt paruuli. Vide textum aliqualiter ordinatum. *Ad hoc*. id eſt, inſuper confitendum eſt ab omnibus fideliter baptiſma vnicum regenerans omnes baptizatos in Chriſto, ſicut nos confitemur quòd eſt vnus Deus. *Ac.* id eſt, etiam vnica fides ꝙ ſcilicet, baptiſma celebratum eſt in aqua. In nomine patris,& filij, & ſpiritus ſancti: quia baptizans debet accipere aquam, & proijcere ſuper caput illius qui vult baptizari, dicendo formaliter hæc verba, in nomine patris & filij, & ſpiritus ſancti. Et nos Clemens credimus hoc baptiſma eſſe perfectum remedium ad ſalutem habendam tam paruulis, quàm adultis, id eſt communiter omnibus. *Verùm*. pro ſed: ſed doctores quidam theologi reperiuntur habuiſſe contrarias opiniones quantùm ad effectum baptiſmi, ſcilicet traditum paruulis: *Quibuſdam*, id eſt, aliquibus ex ipſis, ſcilicet doctoribus, dicentibus culpam remitti ipſis paruulis per virtutem baptiſmi. Sed ipſi doctores dicebant eis paruulis gratiã non conferri: *Alijs*. ſcilicet, doctorbus aſſerentibus, & dicentibus contra, ſcilicet: quòd etiam culpa quæ præceſſit non ab ipſis, ſed à peccato primi parentis remittitur, & virtutes & gratia informans infunduntur, ſcilicet, in eis paruulis quo ad habitum: *Et ſi*, id eſt, quamuis non infundantur pro illo tempore ad viſum. *Ideo nos.* Clemens attendentes, id eſt, reſpicientes generalem efficaciam mortis Chriſti, quæ efficacia mortis applicatur pariter, tam paruulis quàm adultis per baptiſma baptizatis, duximus ſecundam opinionem eligendam tamquam probabiliorem & conſonã dictis ſanctorum & doctorum mordernorum theologiæ, quæ ſcilicet, ſecunda opinio dicit gratiam informantẽ conferri, tam adultis quàm paruulis in baptiſmo, & etiam virtutes infundi.]

† Alias, Ad hæc.

d ¶*Vnicum.*] quare ſic dicatur, habetur de conſ.diſt.4.aliud. Ioan.And.

e ¶*Vnus.*] ad Epheſi.4. habetur de hac triplici vnitate. & infrà de exceſ. præla. frequens, ad fi. & infra.de ſent.excommun c.1. & vt dicit Ambro. lib.de trini. & exponit magiſter. 1.ſen.24.diſt.circa princ.cum vnũ dicimus Deum, vnitas excludit numerum deorum,nec quãtitatem in Deo ponit: quia nec numerus,nec quantitas in Deo eſt.

f ¶*Deus.*] in hoc verbo ponit cauſam efficientem baptiſmi.

g ¶*Vnica.*] licet ſpecie differat, quòd dic vt not. Ber. s̃.eod. tit.ſuper rub.

h ¶*Cõfitẽdum.*] vñ in ſymbolo dicit:Cõfiteor vnũ baptiſma.

i ¶*In aqua.* cauſa materialis.

k ¶*In nomine.*] cauſa formalis.

l ¶*Perfectum.*] ſine pœnitentia exteriori. de conſe.diſtin.4. ſine pœnitentia.

m ¶*Remedium.*] cauſa finalis.Ioan.And.

a ¶*Theologi.*] & canoniſtæ.de hoc de conſe.diſtinct.4. nihil. & cap. paruuli.

¶*Glo. ſeq. dicto vnde oritur dubium,ponit de infuſione virtutum in baptiſmo duas opiniones,quas reprobat: & tertiam hic approbatam probat per figuram, rationem oſtendens non obſtare vllum ex quinq; impedire valentibus. Vltimo reſpondet duabus rationibus opinionis cōtrariæ, & remittit.*

theologi[a] opiniones[b] contrarias habuiſſe: Quibuſdam ex ipſis dicentibus, per virtutem baptiſmi paruulis quidem culpam remitti. ſed gratiam non conferri: Alijs ecōtra aſſerentibus, quòd & culpa eiſdem † in baptiſmo remittitur, & virtutes[c] ac informans[d] gratia infunduntur quo ad habitum[e], & ſi non pro illo tempore, quo ad vſum. Nos autem attendentes generalē efficaciam mortis Chriſti (quæ per baptiſma applicatur pariter omnibus[f] baptizatis) opinionem ſecundam (quæ dicit,tam paruulis, quàm adultis conferri in baptiſmo informātem gratiā, & virtutes) tamquā probabiliorem, & dictis ſanctorum[g], ac doctorum modernorū theologiæ magis conſonā, & concordem, ſacro approbante cō cilio duximus eligendam.[h]

† Aliàs, ipſis.

b ¶*Opiniones.*] eſt ſciēdum ꝙ primò fuit opinio Donatiſtarum 1 ꝙ paruuli inutiliter baptizabantur, quæ reprobata eſt, & ad ipſorum rationes reſponſum eſt, de baptiſ. maiores. Sed ibi dubiū eſt relictum, an paruulis infundant̄ 2 virtutes & gratia: quod hic ſoluitur. Eſt ergo hic ſciendum ꝙ quorūdam fuit opinio: ꝙ pueris nullo modo dantur virtutes in baptiſmo: ſed ſolùm ab originali mundantur: ſed poſtea quando decedunt, vel quando perueniunt ad ætatem adultam eis virtutes infunduntur, ſi ſeruent innocentiā. Hanc cōiter theologi reprobant per id quod habet Eccleſiaſt. 11. quod ſonat illud quod habetur 25.diſt. qualis in prin. quare ſi pueris ante mortem non fuerint conceſſæ virtutes & gratia informans, in morte non conferentur, & ſic non ſaluabuntur, quod eſt falſum. Error autem huius opinionis videtur fuiſſe ex ignorantia diſcernendi habitum ab actu. Alij dixerunt ꝙ pueris dētur virtutes & gratia: non tamen in ſeipſis, ſed in ſua radice, ſ. charactere ſacramenti: cuius virtutes cum venerint ad perfectam ætatem, & cum perfectis organis ſolutæ fuerint potentiæ, conſequentur gratiam & virtutes. Et Hug. videbatur miſcere hanc opinionem primę de conſe.diſt.4.nihil. Sed ꝙ hoc eſſe non poſſit, patet: quia ſi puer verteretur in furiam ante perfectam ætatem, potentiæ in eo non ſoluerentur, & ita numquam haberet virtutes explicitè. Item ꝙ potentiæ ſint aliquo impedimento ligatæ, non impedit habitum, ſed actum: quia dormientes & vinolenti habitus habent, ſed ligatos. Tertia fuit hic opinio approbata, ꝙ virtutes & gratia dentur in habitu ligato ꝑꝑ pueritiam: ſicut in dormiente ꝑꝑ ſomnum, ſed diſcendente pueritia inclinantur ad bene operandum, niſi aliqd ſpirituiſancto reſiſtat: & habetur de hoc figura j. Regū. xvij. vbi Dauid paruulus armatus armis Saul regis non potuit eis vti contra Goliam: Sic puer in baptiſmo armatus gratia & virtutibus. ꝑꝑ imbecillitatem illis vti non poteſt quo ad actum. Et ꝙ hoc ſit verum, patet: quia cum pueri ſicut adulti per baptiſmum efficiantur membra Chriſti, neceſſe eſt ꝙ à capite recipiant fluxum [vel fructus] gratiæ & virtutis: cuius influxionis non eſt impedimentum ex parte Dei, qui omnes vult ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. j. ad Timot. ij. & s. de baptiſ. maiores. ver. abſit. Nec ex parte gratiæ, quæ ex vi ſacramenti omnibus præſtò eſt. & facit de conſe. diſt.4. ſine pœnitentia. Nec ex parte ſacramenti, quod pro omnibus inſtitutū eſt, nec ab illo vllus excluditur, vt in decre. maiores. ver. cum ergo. Nec ex parte paruuli, qui nec reſiſtit, nec reſiſtere poteſt infuſioni; gratiæ nec curamus ipſius reluctātiam vel gemitum in baptiſmo de conſe.diſt.4. cum videmus. & c. ſeq. Nec ex parte Eccleſiæ in cuius fide ſaluatur, & quæ nulli claudit gremium, de hær. ſup. eo. lib.6. nec aliquē decipit. 22. q.1. de viduis. de dona. per tuas. Huic autem opinioni 3 approbatæ, non obſtat ꝙ habitus virtutum habilitat ad actū, ſed pueri non ſunt habiles ad agendum quæ ſecundùm virtutes ſunt, ergo nō recipiunt habitum virtutū in baptiſmo: Nā dico ꝙ habitus facit habilem ad actum, tollendo inhabilitatem, quæ ex imperfectione potentiæ, non quæ eſt ex parte corporis, vt patet in dormiente. Nec obſtat quod dicitur in noua influentia oportere ꝙ recipiens vel influens aliter ſe habeat nunc quàm prius, ſed anima pueri baptizati non alio modo ſe habet inſtanti poſt baptiſmum quàm prius, quia caret vtroque tempore vſu liberi arbitrij. Item nec Deus influens aliter ſe habet: Concluditur ergo, ꝙ pueri etiam baptizati gratiam & virtutes non recipiunt. Ad quod rn̄detur, ꝙ licet agēs principale ſit immobile, agens inſtrumentale aliter ſe habet nunc quàm prius ad puerum, quia nunc & non prius baptizatur: ex quo etiā ſequitur, ꝙ aliter ſe hēt baptizatus: quia nūc & non prius impreſſus eſt character in ipſo. Itē conſtat ꝙ ſine aliqua ſui immutabilitate Deus ſine ſacramento poſſet gratiam conferre, vt patet in ſanctificatis in vtero. de renun. niſi cum pridem. in princi. Curioſus etiam videre poſſet in Thoma.4.ſenten.diſtin.4.& in 3.parte ſummæ.q.68. & 69.

1 Hanc hęreſim pelagianis tribuit Auguſtinus lib. de hæreſibus, c. 88. etiam & alij.

2 De hoc dubio vide theologos lib. 4. ſent. diſ.4. & B. Thomā. 3. par. q.69. ar.6.

Gratia paruulis per baptiſmū confertur.

Salutē omnium optat Deus: vult enim omnes ad agnitionem veritatis venire.

3 Ex hac glo. habes quòd baptizatis infunduntur virtutes. Nam habilitatur anima in baptiſmo, ſed non corpus, cuius habilitas requirit̄ in operatione virtutū. Zabarella.

c ¶*Virtutes.*] de theologicis non eſt opinio inter modernos, ſed de moralibus ſic, vt j. dicam. dicuntur autē virtutes quaſi virum tuētes, & præſeruantes à vitijs. de pœn. diſtin. 2. illa anima. & c. ſeq. Io. And.

¶*Glo. ſeq. ponit duas opiniones, ad primam tres rationes inducens.*

d ¶*Informans gratia.*] hanc multi theologi dicūt eſſe idem in re quod habitus charitatis, tum quia charitas & graria habent eaſdem operationes, tum quia dicit Auguſtinus 15. de trini. ca. 18. loquens de charitate: Nullum eſt iſto Dei dono excellentius. Sed omni dono diſtincto à gratia, ipſa gratia excellentior eſt, tū quia ſi ſic diſtinguerentur, poſſent à Dei virtute ſeparari, & ſic aliquis eſſet Deo gratus, ſed non charus, & econuerſo. Alij vero dicunt, ꝙ gratia eſt habitus, qui fundatur in eſſentia 4 animæ: charitas vero eſt alius habitus, qui fundatur in voluntate.

4 Vide B. Thomā. 1. 2. q. 110. ar. 1. 4. & ibidem Caietanum.

e ¶*Ad habitum.*] de ſimilibus de baptiſ. maiores. vel quamuis. in 1. glo.

ADDITIO. Habitus hic accipitur pro quadam habituatione, quæ propriè dicitur habitudo, & ſic non eſt aliud quàm quædam habilitatio per remotionem impedimenti. Vnde quod dicit hic textus, habitum, textus in cap. maiores. ver. quamuis de baptiſ. vocat aptitudinem. Ergo ſenſus, ꝙ baptizatis etiam paruulis infundantur virtutes quo ad habitum, id eſt, vt habitus virtutum, quos poſtea acquirent, ſint eis meritorij ad ſalutem. Cardi.

f ¶*Omnibus.*] etiam fictè recipientibus quo ad characterem, & gratiam gratis datam? ſed non ad gratiam facientem gratum: niſi cum fictio illa receſſerit. de conſe. diſtin.4. tunc valere. & c. penult.

¶*Glo. ſeq. primo nominat vnum ſanctum, & quatuor doctores, dicens eos conuenire in virtutibus theologalibus: de moralibus ponit primo opinionem Thomæ, & vnam rationem ipſius. Secundo ponit opinionem contrariam, qua ad rationem illam reſpondet. & pro ſe duas rationes inducit.*

g ¶*Sanctorum ac doctorum modernorum.*] de ſanctis habemus Auguſtinum contra Iulianum, lib. 1. de baptiſ. paruulorum. doctores habemus, Magiſtrum. 4. ſent. 4. diſt. in princ. & ibi Alex. Alber. & Thomam apertius. Et breuiter oēs Theologi moderni in hoc concordāt quo ad virtutes theologicas, ſcilicet fidem, ſpem, & charitatē: ſed de virtutibus moralibus vt iuſtitia, fortitudine, temperantia, prudentia & alijs de quibus 28. quæſtio. 1. §. ex his. bene diſcordant moderni theologi. Thomas enim & ſui tenent etiam morales infundi: nam vt dicunt morales acquiſitæ non ordinant ex ſe in vltimum finem, nec inclinant quòd homo ſit bene mobilis à ſpiritu ſancto, ergo eſt fateri illas infuſas. Sed qui tenent contrarium reſpondent ad hoc, quòd morales acquiſitæ coniunctæ charitati, quæ eſt forma virtutum, vtrumque ſufficienter peragunt: & ſic non eſt neceſſe ponere eas infuſas. Inducunt etiam iſti illud phyſicorum, quòd fruſtra fit per plura, &c. vt dixi in principio capituli: ſed per virtutes morales acquiſitas poteſt homo cum theologicis finem ſuum acquirere ſine moralibus infuſis: proprium enim eſt charitati nos Deo vltimo fini coniungere. Eſt enim ſecundum Aug. rectiſſima affectio, quæ nos Deo coniungit: ergo non requiritur infuſis theologicis quòd aliæ virtutes morales infundātur. Item ſi paruulis infunderentur, ergo & adultis: ſed experimur quòd adultus non fictè baptizatus non plus ſe ſentit ſobrium, prudentem, temperatum, vel iuſtum quàm prius: quòd ſi infunderentur, ſentire deberet, ex quo ætas non impedit, cum virtus moralis ſit habitus inclinans per modum naturæ: quia ſecundum Philoſophum ij. Ethi. Virtus eſt quę habentem perficit, & opus eius bonum reddit: ergo cum ſacramentum baptiſmi ſit commune, omnia gratis donans, videtur quòd non infundatur adultis nec paruulis.

h ¶*Eligendam.*] ergo illam ſequi tenemur. de hoc eo. tit. c. vnico. lib.6. in 6. gloſ.

TITVLVS II.

De reſcriptis.

¶Clemens v. in concil. Viennenſi.

¶*Maior prælatus pro membris ſuis (etiam ſi ſint de menſa) reum conuenire non poteſt per reſcriptum Apoſtolicum, niſi vbi poſſent adminiſtratores membrorum. Contra faciens in expenſis, & intereſſe punitur, & proceſſus eſt irritus. Ioannes And.*

DE RESCRIPTIS.

ABbates.] Sunt duæ partes: in prima duplex prohibitio. in ſecunda: ibi, *Si quis.* duplex pœna, ſcilicet iuris & hominis. ¶Ad euidentiam pmittas ſecundū do. An. ꝙ ſi actor & reus ſunt eiuſdē diœceſis, oportet ꝙ actor impetret in diœceſi, de qua ſunt. de reſcri. ſtatutum. §. cum autē. lib. 6. Si vero diuerſarum, actor neceſſitatur ad impetrandū vel in diœceſi rei, vel in propinqua per dietam: in propria autem actoris impetrare non poteſt, vt ibi. Secundo præmitte quòd pro membris ſubiectis abbates agere poſſunt & appellare. Et quando agentes præferantur, habetur materia de iudic. cum deputati. de teſti. cum olim. de relig. domi. cum venerabilis. & plenius de reſtit. ſpoliato. olim cauſam. Tertio præmitte, ꝙ pro locis ſpectantibus ad menſam, non ſemper expedit præponere gubernatores ſpeciales. quod dic vt in glo. in verbo, haberent.

Additio ex Ioanne de Imola, & ex Cardinali de Zabarellis.

His præſuppoſitis ad caſum huius capituli accedamus.

¶Iſta cōſtitutio fuit edita propter fraudem, quæ fiebat ad decretalem, ſtatutum. eo. tit. lib. 6. in verſi. cum verò. in quo dicitur, ꝙ cum actor & reus ſunt eiuſdem ciuitatis, & eiuſdē diœceſis, extra ipſas ciuitatem & diœceſim non eſt cauſa delegāda niſi ex iuſta cauſa: ſcilicet quando impetrat contra epiſcopum vel contra eius capitulum eccleſiæ cathedralis, vel cōtra vniuerſitatem, qui habent iuriſdictionem in tota diœceſi, ratione cuius potuerunt impetrare, vt dictas perſonas conueniāt alibi quàm in ciuitate ſua. Et adhuc limita, ꝙ non poterunt impetrare vt dictas perſonas conueniant alibi quod diſtet vltra vnam dietam à ſua diœceſi. Item dicit illud c. ſtatutum. in verſi. cum autem. ꝙ ſi actor & reus ſint diuerſæ diœceſis, quòd actor debet impetrare delegatos in diœceſi rei, niſi ipſe haberet homines illius diœceſis ſuſpectos: quia fortè reus eſt magnus dominus in illa diœceſi, & gentes illius diœceſis vellent ſibi fauere potius q̄ actori. Pone ſic caſum: Ante iſtam Clemētinā fiebat talis fraus illi c. ſtatutū. e. tit. lib. 6. & pcipuè illi ver. cū aūt. & illi ver. cum verò. Si ergo erā Prior illius prioratus, q prioratus erat in vna diœceſi, & ſuberat alicui abbatiæ, quæ erat in alia diœceſi; ego prior habebam vnum reum debitorem qui erat eiuſdem diœceſis & eiuſdem ciuitatis, & ego iſtū reum conuenire volebam: ſed ego nolebam eum conuenire in ciuitate noſtra, de qua eramus, & in qua morabamur: ſed bene volebam eum conuenire extra, ſed hoc non poteram facere: quia. c. ſtatutum. ſ. allegatum hoc prohibet, ſicut dixi in præſuppoſitione. Quid faciebam? certè vt ego ipſum reum vexarem, & facerem eum conueniri extra noſtram ciuitatem, ego iui ad meum abbatem, cui ſuberat beneficium, & dixi: Domine Abbas ratione mei prioratus, qui vobis ſubeſt, habeo vnum reum qui mihi debet pecunias, quas non vult mihi ſoluere: etiam nō vult ſoluere iura debita ipſi prioratui: vos habebitis damnum ſicut ego, niſi mihi ſoluatur: Ego facerem eum conueniri, ſed ego non poſſum, niſi in ciuitate in qua morамur: ego volo eum bene vexare, ſed non poſſum, capiatis iſtam cauſam ad manum, & faciatis eum conueniri: Dicit abbas, Domine prior, non poſſum: quia ego ſum de aliena diœceſi à ſua, & dicimus per c. ſtatutum. in verſi. cum autem, ꝙ ſi actor & reus ſint diuerſæ diœceſis, ꝙ actor debet conuenire reum in ſua diœceſi, & in ciuitate ſua, ideo ſi vellem illum conuenire, oporteret ꝙ illum conuenirē in ciuitate ſua, quod non vis. Dixit Prior ſuo abbati, Domine abbas, nō timeatis, immo faciatis illum conueniri alibi, quia vos impetrabitis literas à ſede Apoſtolica, vt eum conuenire valeatis in proxima ciuitate diſtante à ſua diœceſi vna dieta, & ſic fecit abbas. Et per iſtam fraudem fiebat. ꝙ qui erat actor & reus eiuſdem ciuitatis, efficeretur reus & actor diuerſarum ciuitatum: & ſic multotiens excludebant reum à ſua diœceſi contra voluntatem & intellectum. c. ſtatutum. ſ. alle. Vnde Clemēs videns iſtam fraudem ſic fieri, fecit iſtam conſtitutionem, in qua continetur ꝙ de cętero, abbates vel religioſi præſidentes alicui adminiſtrationi, non poterunt auctoritate literarum Apoſtolicarum vel legatorum, conuenire reos eis ſubditos occaſione dictorum beneficiorum, vel occaſione ſuarum abbatiarum, niſi vbi & coram quibus ſunt ſubditi immediatè, vel niſi vbi conuenirent, ſi haberent ſpetialem adminiſtrationem. Etiam ſi illa beneficia eſſent de menſa abbatis: quia abbas non poterit cōuenire homines illius beneficij, niſi in loco in quo potuiſſet antequam beneficium eſſet vnitum, & de menſa ſua. Si autem contrafactum fuerit, in expenſis cōdemnabitur abbas, & proceſſus habitus eſt irritus, niſi prędicta ſint facta de partium conſenſu.

CAP. I.

ABbates[a] †, aut alij[b] religioſi, quibuslibet adminiſtrationibus pręſidentes[c], occaſione[d] Prioratuum, ſeu aliorum locorum ſubditorum eiſdem, nullum auctoritate literarum Apoſtolicæ ſedis, vel legatorū[e] ipſius, quomodolibet valeant conuenire[f] †. Niſi vbi, & coram[g] quibus, Prioratuum

¶*Gloſſa prima ponens caſum ſimul ſummat: diuidit, & declarat quare emanauerit hæc conſtitutio.*

a ¶*Abbates.*] Caſus. Maior prelatus pro mē bris ſuis, etiam ſi ſint de menſa, reum conuenire non poteſt per reſcriptum Apoſtolicū, niſi vbi poſſent adminiſtratores membrorum. Contrafaciens in expenſis & intereſſe punitur, & proceſſus eſt irritus. Et ſunt duæ partes: in prima duplex prohibitio: in ſecunda ibi: *Si quis.* duplex pœna, ſcilicet iuris & hominis: Cauſam dedit conſtitutioni fraus, quæ ſæpe cōmittebatur ad decr. ſtatutum. ſ. eo. lib. 6. quia ſi Prior alicuius domus Bon̄. diœceſis contra me. Bon̄. impetrare volebat, habebat neceſſe impetrare Bon̄. Sed ſi plus expediebat, vel placebat ei me conuenire Ferrariæ, impetrabatur ibi reſcriptum ſub nomine maioris, puta Camaldulen̄. Ciſtercien̄. Carthuſien̄. & ſimilis, cui ſuberat illa domus, & ſic, quaſi actor & reus eſſent diuerſarum diœceſum, fiebat commiſſio in loco vicino diœceſ. Bon̄. infra dietam: & conſtat quòd hoc multum frequentabatur ad excludendam diœceſim rei. Eodem modo ſi domus erat Ferrariæ, me Bon̄. conueniebat Ferrariæ ipſe maior, quod Prior loci nō potuiſſet. Ioan. And.

a ¶*Abbates.*] ſolent iſti vocari patres abbates. ſ. de reg. c. fi.

b ¶*Alij.*] hoc nomen non ſemper poſitionem facit. de hoc. ſ. eo. tit. c. ſedes. in 3. glo.

¶*Glo. ſeq. tripliciter exemplificat præſidentes regularibus. Secundò, dicit idem de ſecularibus.*

c ¶*Præſidentes.*] vt magiſtri hoſpitalis Cruciferorum, & his ſimiles. Idem ſi denominentur Priores, vt Camaldulen̄. vel Miniſtri, vt in ordine Minorum: vel quodcunque ſit nomen pręſidentium tali loco vel ordini cui ſubſunt hæc membra. Et latè intelligas literam, ſiue ſint prælati ordinum, vt prædicti, ſiue ſint prelati monaſteriorum habentium membra, vt Nouantulanum, Pompoſianum, Fructuariēſem, & his ſimiles. Et licet 1 non intellexerit, vt puto, de præſidentibus capitulis prouincialibus monachorum, de quibus de ſta. mona. in ſingulis. & c. ea quæ. illi enim non impetrant pro monaſterijs prouinciæ: ſi tamen daretur quòd impetrare poſſent, locum haberet quod hic dicitur ex identitate rationis. Et licet de religioſis loquatur: idem tamē de ſecularibus, qui ſimili modo præeſſent: ſed quia id rarum, hoc frequentatum, ideo de religioſis loquitur.

d ¶*Occaſione.*] ſi enim cauſam propriā vel capituli talis pręlatus agere vellet, & pro illa impetrare, tunc non haberetur conſideratio loci, vbi ſitum eſt membrum.

e ¶*Legatorum.*] vel delegatorum. ſ. eo. ſtatutum. §. in nullo. lib. 6. De inferioribus ordinarijs non eſt dubium, cum in eis locum non habeat decr. ſtatutum 2. ſed id quod habetur de offi. ord. cum epiſcopus. & c. vt litigantes. lib. 6.

¶*Glo. ſeq. ſoluit dubium caſus conuerſi.*

f ¶*Conuenire.*] in actore loquitur, non in reo. hinc eſt, ꝙ ſi ego Bonon̄. pro membro Bon̄. volo conuenire ipſius membri maiorem, qui eſt diœceſis Aretinæ, nō potero impetrare Bon̄. ſed Aretij, vel in loco vicino, infra dietam, ſecundùm formam decr. ſtatutum. §. cum autem. Identitas enim qua hic idem fingitur adminiſtrator membri & ſuus maior, in reorum fauorē inducta, in eorum grauamen retorqueri non debet. de reg. iur. quod ob gratiam. lib. 6. cum ſuis conc. Priorem autem illius membri bene conueniam Bon̄. vt ibi. §. cum verò. Et quod prius dixi, procedit hic, poſito ꝙ etiam in realibus cōſideretur locus domicilij, vt no. in pal. §. cū verò. in gl. olim dicebamus.

¶*Gloſſa ſequens ſoluit duo dubia.*

g ¶*Coram quibus.*] de loco erat dubium, de perſonis nō, ſed forſan hoc intendit, quòd ſi is qui impetratur à priore loci poterat recuſari, etiam recuſari poterit impetratus per maiorem ordinis, facit quod ſcripſi de offi. deleg. inſinuante. Hoc ſcias, quòd licet Prior domus propter excommunicationem repelleretur ab agendo, iſte maior non repellitur qui excommunicatus

† Hi habent dignitatem principaliter. c. hac conſtitutione de offi. del. lib. 6. Bald. per illum tex. in Authen. habita. C. ne fil. pro patre glo. c. à ſub diacono. diſtin. 93. & glo. limitatur à Dom. ibi p c. qs. §. quāquā de prębēn. li. 6. Barba. Fonta. No. primò ꝙ in realib. cōputant dietæ à loco in quo eſt res. ſic colligit Laud. ibi, loca ipſa: cuius dictum tenet hic Cardinalis per c. dilectus 2. ſ. eo. titul. Not. ſecundo pœnam indebitè vexantium alios in iudicio.

† Niſi hoc fuiſſet eis prohibitū, potuiſſent, quia impetrare reſcriptū regulariter pmittit̄, qn̄ nō & c. docet hic Bartol. Font.

1 Ad hanc gloſſam pter Imolā & alios hic, vide tradita per Iaſ. in l. tale pactum. §. vlti. ff. de pact.

2 Idē Barba. inferēs ꝙ ordinarij citant vltra vnam dietam.

catus

catus non eſt: ſolùm enim perſonas coram quibus, & loca in quibus ſit conuentio determinat hæc litera.

a ¶*Liceret.*] agere enim poſſent, & defendere quandiu adminiſtrationes tenent, quamuis ſint obedientarij. de hoc ſatis, & quis cui præferatur, not. poſt Inno. & Hoſt. de iudi. cum deputati. de reſti. ſpo. olim 1. de teſti. cum olim. de relig domi. cum venerabilis 1. vbi not. Innoc. ad fi. ꝙ quando in caſu defenſionis iudex procedere debet ad miſſionem in poſſeſſionē, hoc non facit etiam ſi vnus ſit contumax, niſi omnes vocentur alleg. ff. de euic. Æmilius. & ff. ex qui. cau. in poſ. ca. l. hoc autem.

tuum, & locorum ipſorū Prioribus, aut alijs gubernatoribus hoc liceret [a]. Nec occaſione [b] locorum ad menſas pertinentium eorundem, aliud ipſis ſuper hoc [c] liceat, quàm ſi loca ipſa ſic præmiſſa ſpeciales ſub eis gubernatores haberent [d]. ¶Si quis autem aliquem contra hæc vexare [e] præſumpſerit, in expenſis [f] ſibi, & intereſſe per iudicem (coram [g] quo vexatio fiet huiuſmodi) condemnetur: omniſque proceſſus [h] contra præmiſſa habitus ſit irritus ipſo iure [i] †.

1 Etc. edoceri. de reſcri. in omnibus his plenè de hoc. Et eſt ſimile in patre & filia, qui concurrunt in petitione dotis, & inuicem de prælatione cōtendūt: q̄d dic vt l. 3. ff. ſolut. matri. & l. 1. §. fi. & l. non ſolùm. eo. tit. Pet. de Anch.

b ¶*Nec occaſione.*] Iſte ver. non fuit de prima compilat. concilij.

c ¶*Super hoc.*] ſ. ſup recōuentione reorum.

d ¶*Haberent.*] innuit quòd loca, quæ ſunt de menſa, interdum non habent ſpeciales gubernatores concor. j. de ſupplen. neg. præla. c. vnico. vndè licet illorum fructus clericis concedantur ad firmam, non vacant per mortem illorum j. de exceſ. præla. frequens. verſi. quidam etiam & ibi dicam quæ loca propriè ſint de menſa: & aliquid not. Inno. & Hoſtien. de reb. eccl. non alie. vt ſuper.

e ¶*Vexare.*] ex ſola enim impetratione non veniunt expenſæ, vel intereſſe, niſi ſequeretur vexatio vel conuentio.

f ¶*In expenſis.*] legitimis. ſ. eo. ſtatutum. 5. cum verò, in fin.

g ¶*Coram quo.*] concor. quòd not. ſ. eo. c. fi. in vlt. gl. & quod illa decret. vocat damna, hæc vocat intereſſe.

h ¶*Proceſſus.*] circa principale.

i ¶*Ipſo iure.*] id eſt, ſine ope exceptionis. concor. ſ. eo. c. 1. & c. ſtatutum in fin. lib. 6.

E*T ſi principalis.*] Pro euidentia huius c. not. id quod habetur in c. ſtatutum. §. 1. eo. tit. lib. 6. ſcilicet quòd inter cetera, quæ exiguntur in delegato Papæ, exigitur quòd ſit in dignitate: per quod apparet quòd ſtrictè intelligitur de dignitate, ſcilicet propria iudicis delegati: quia ſic in dubio verba debent intelligi, vt naturalem & propriam naturam plus reſpiciant quàm accidentalem. de ſentent. excom. ſi quem. de teſta. ſi pater. lib. 6. quod non eſt modicum fundamentum ad dicenda. Ioan. de Imol.

¶Iſta Clementina ſeu conſtitutio fuit edita ad excludendum & remouēdum vnum dubium quod erat: Diceret aliquis iuuenis canoniſta, Pater Sanctiſſime, ſcio per decretalem veſtrā ſtatutū, ſitam in rub. de reſcri. lib. 6. quòd cauſæ delegatæ à ſede Apoſtolica poſſunt committi perſonis decoratis dignitate, id eſt: exiſtentibus in dignitate vel perſonis obtinentibus perſonatum, vel canonicis eccleſiæ cathedralis: Sed dubito, an officialis principalis epiſcopi, & etiam officialis foraneus, & Prior conuentualis, vel Prior clauſtralis monaſterij ſint in tali dignitate conſtituti, vel perſonatu, ꝙ poſſunt cauſæ iſtis delegari & committi ab Apoſtolica ſede? Et reſpondet Papa, quòd principalis officialis epiſcopi, & prior conuentualis, quamuis etiam tales non ſint aſſumpti per electionem, ſunt tamen tales perſonæ, quòd eis poſſunt & debent cauſæ à Papa delegari, & erunt idonei iudices delegati: officialis autem foraneus, qui ſolummodo in certa parte diœceſis, vel ad certos actus conſtituitur, & nō ad omnem iuriſdictionem epiſcopi exercendam, & Prior clauſtralis ſui monaſterij non ſunt capaces formæ, hoc eſt non ſunt tales perſonæ quibus Papa intendat cōmittere cauſas ſuas delegatas, niſi expreſsè exprimat dum delegabit, ſic dicendo: Et volumus ꝙ talis officialis foraneus, vel talis prior clauſtralis cognoſcat de tali cauſa. hoc dicit. Ideo dicit tex. quamuis principalis officialis epiſcopi, aut pro, vel religioſus obtinens prioratum conuentualem dari valeat delegatus (cape parentheſim) Et quamuis prior conuentualis non conſueuerit aſſumi per electionem ad prioratum: Et ſic remouet vnū dubium: quia quis poſſet dubitare quomodo Papa delegat cauſas tali priori conuentuali, qui non eligitur ad prioratum ſuum: videtur ꝙ non habeat dignitatem, cum talis ſit ſolummodo prior ad voluntatem ſui abbatis, & eſt obedientiarius: & ſic videtur ꝙ non ſit conſtitutus in dignitate? Remouet illud dubium per hoc quod dicit; quamuis ad prioratum eundem non conſueuerit per electionē aſſumi', tamen tali priori poterit committi cauſa à ſede Apoſtolica. & ſequitur in textu: Officiali tamen foraneo aut religioſo clauſtrali priori ſui monaſterij Papa non committit cauſas à ſede Apoſtolica. Ex dictis no. ꝙ principium noſtri textus non videtur dicere ꝙ principalis officialis epiſcopi, vel prior conuentualis, ſint tales perſonæ, ꝙ eis poteſt delegari: ſed videtur dicere ac ſi illud confirmaret, & eſſet notum ſatis per ſe: tamen non reperio alibi ī textu formaliter. Not. ꝙ officialis foraneus eſt qui conſtituiī in certa parte diœceſis, vel ad certos actus: vel etiā foraneus, vt eſt decanus ruralis, vel etiam quia foris in diœceſi cōſtituebatur, vel foraneus quia forū teneat, vel foraneus q̄a de foris venit, vt aduena vel peregrinus, cuius ſunt reprobata iudicia, vt in glo. in ver. foraneos. ſ. de offi. ord. in c. Romana. talis officialis non eſt perſona cui poſſit delegari à Papa, niſi hoc dicat Papa in ſua cōmiſſione. Pet. Not. de dictione, & ſi, quæ ponitur hic pro vna dictione: pro quamuis, vt in gl. 1. ad hoc de poſtu. c. fi. vbi dixit. Not. ꝙ prior conuentualis eſt in dignitate, quod no. glo. in ver. conuentualem. & eam ſigna. Franc. Zaba.

¶Idem in eodem.

¶*Principalis officialis epiſcopi, & Prior conuentualis, licet obedientiarius delegari poſſunt à Papa: officialis verò foraneus, vel Prior clauſtralis non. Ioan. And.*

† In quibuſdam exemplarib. poſt hęc verba: ipſo iure: mox ſubſequunt hęc: niſi ad id expreſſus partiū accedat aſſenſus.

CAP. II.

ETſi [k] principalis [l] officialis [m] epiſcopi [n] †, aut religioſus conuentualem [o] obtinens Prioratum, (quamuis ad Prioratum eundem Prior non

† Vide concilium Triden. ſeſſio. 25. de refor. c. 10.

† Barbatia exponit, id eſt generalis vicarius epi, & eſt gneralis dicendus & ſi cōſtituatur ad certum locū, q̄d Cardi. negat. adde etiam ſi ſint plures æque principales omnibus poterit delegari.

¶*Glo. prima ſummat, diuidit, & dicit quid declaret.*

k ¶*Et ſi.*] Caſus. Principalis officialis epiſcopi & prior conuentualis licet obedientiarius, delegari poſſunt à Papa: officialis verò foraneus, vel Prior clauſtralis nō. Et partes patent: quia Prima duorum permiſſiua: Secunda duorum prohibitiua: ibi, *In officiali.* Et declarat inquantum de religioſo loquitur. no. 16. q. 1. de præſentium. de priuileg. cum olim. 2. per Hoſti. in ſum. de offi. deleg. §. cui poſſit. ver. ſed nunquid. & per Guli. in Spe. tit. 1. §. 1. nunquid ergo monacho. [& ff. de iudic. l. cum prætor.] Et multum olim dubitabam de his caſibus, & fortè fui pars impulſiuæ cauſæ conſtitutionis iſtius. Et exponas, Et ſi, pro quamuis. Ioan. And.

¶*Glo. ſeq. vnius thematis duo dubia ſoluit, de tertio remittit. Item quærit, & remittitendo ſoluit, & ad ſimile remittit.*

l ¶*Principalis.*] quid ergo ſi plures officiales inſolidum habet epiſcopus? Innuit hæc litera ꝙ delegari poſſit is qui eſt principalis. Item quid ſi ſimpliciter delegetur officialis? Intelligitur de principali, iuxta not. de offi. deleg. quoniam abbas. Et ſi neuter principalior, ſed æque principalis vterque? dic vt ibi. Sed quid ſi deſijt eſſe officialis? Vide quod no. in Spec. tit. 1. §. fi. ver. quid ſi cauſam. Dico per prædictam decr. quoniam. quòd ſi non erat expreſſum proprium nomen, deſijt eſſe iudex: aliàs iudex remanet niſi aliud canonicum eum impediat. & de hoc ſatis per Archid. in canonico qui deſijt eſſet canonicus, de reſcrip. ſtatutum. §. 1. lib. 6.

¶*Glo. ſeq. addit talium nomina, & ius vetus. Secundo ſoluit dubium.*

m ¶*Officialis.*] Alibi dicitur miſſus dominicus de reg. c. 2. de frigi. c. 1. Alibi vicarius. de offi. vica. c. fi. lib. 6. Olim etiam delegabatur officialis de offic. deleg. inſinuante. de appel. dilecti. vlti. Et per hoc verbum vidtur vicarium in ſpiritualibus, qui aliàs officialis non eſt, delegari non poſſe. Ad hoc de tempo. ordi. cum nullus. §. 1. & 2. lib. 6. ſalua certa ſcientia principis, vt dicam in vlt. glo.

¶*Glo. ſequens arguit. à contrario. Secundò duas quæſtiones ſibi ſimiles ſoluit.*

n ¶*Epiſcopi.*] ergo ſecus in officiali archidiaconi, vel inferioris ab epiſcopo. Sed quid de officiali quem dat capitulum epiſcopali ſede vacante? Licet ille dici non poſſit officialis epiſcopi, qui non eſt. facit de conſti. cum acceſſiſſent. j. de procura. c. fin. credo tamen ꝙ hæc conſtitutio etiam illum intendit includere, cum ſit officialis iuriſdictionis epiſcopalis. facit de maio. & obe. c. vnico lib. 6. Et idem puto de officiali electi confirmati nondum conſecrati. ſ. de elec transmiſſam. maximè quia quo ad officium iuriſdictionis conſecratio nihil addit. facit de tempo. ordi. cum nullus. §. 1. in fi. lib. 6.

Prioratus an ſit dignitas.

o ¶*Conuentualem.*] de iſtius ætate. j. de ſtat. monacho. ne in agro. §. cæterùm. Et quæ dicatur eccleſia conuentualis, plenè ſcripſi de iure pa. nobis. vbi not. Hoſt. & Inno. eo. tit. poſtulaſti. & de hoc de elect. cap. 1. Et hic patet approbatum quod not. Abb.

Abb.de præben.niſi.ſcilicet quòd prioratus eſt dignitas,ſi conuentualis eſt, aliàs non.

¶*Glo.ſeq.fortificat dubium, & dupliciter reſpondet. Secundò arguit ad quæſtionem de qua remittit.*

a ¶*Per electionem.*] ſed per prouiſionem. Et intelligo de obediētiario,qui remoueri poteſt ad nutū ſui maioris:aliàs nulla fuiſſet dubitatio.de iſto verò, & de officiali quem epiſcopus ad nutū remouet, meritò dubitatur, quaſi iſti nō ſint in dignitate: ex quo non ſunt perpetui: ſed ſatis eſt ꝙ poſſunt eſſe ppetui 1, id eſt, quamdiu viuent.ff.pro ſoc.l.1. facit de his quæ fiunt à præla.cum Apoſtolica. Inſtitu.de aucto.tut.§.neque.ff. de condict. indeb.l.ſufficit. Item per mortem vel remotionē talium Priorum,licet obedientiarij,vacat prioratus,vt patet ĩ. de ſupplen. negl. præla. quia regulares. Facit autem hoc ad quæſtionem de clauſtrali, an poſſit vicarius eſſe epiſcopi vel coadiutor prælati: de quo ſatis notaui de cle.ægro.c.fi.in ſumma: coadiutor. in 4.q.tertij membri.& ibi remiſſionem inuenies,an poſſit eſſe delegatus ordinarij,vel arbiter.

conſueuerit per electionem [a] aſſumi) à ſede Apoſtolica, vel legato [b] eiuſdem, dari valeat delegatus [c]: In † officiali tn̄ foraneo [d],aut religioſo, monaſterij ſui Priore clauſtrali [e],nequaquā hoc volumus obſeruari [f].

†Aliàs ita: In officiali tamē foraneo, aut religioſo monaſterij. ſeu priore clauſtrali, nequaquā &c.

1 Adde gl. & quæ ibi notaui. c. vt circa. §. 1. de elec. lib.6.& vide glo.in l. 1.ff. pro ſo.

b ¶*Legato.*] vel delegato, vt dixi ſ.c.proxi.

¶*Glo.ſeq.quærit, quæſtionis dubium aperit, allegans ad negatiuam: deinde ad affirmatiuam.*

c ¶*Delegatus.*] quid dices de conſeruatore? procedit dubiū in officiali, non in priore per decr.vlt.1.reſpon.de offi.deleg. lib.6. quæ requirit, ꝙ conſeruator ſit epiſcopus 2, vel ſuperior,vel abbas,vel habens dignitatem,vel perſonatum in eccleſia cathedrali vel collegiata: ſub quibus nō videtur officialis includi, quem tamen quo ad alios delegatos bene includit decre.ſtatutum.in prin.quæ ſimpliciter requirit, ꝙ ſit dignitate præditus,vel perſonatum obtineat. ſic per hoc videtur ꝙ licet dignitate præ alijs donatus poſſit eſſe delegatus: quia tamen non habet dignitatem in eccleſia cathedrali vel collegiata non poſſit eſſe conſeruator. In contrarium ex quo dignitatem damus,non conſtat ꝙ iſta ſit alterius eccleſiæ quàm cathedralis: ex dignitate enim epiſcopi deſcendit iure connexionis: ergo idem ius. de conſti.tranſlatio. egeret declaratione.

2 Licet nō cōſecratus Imola.quā uis enim non veniat appellatione epi, venit appellatione habētis dignitatē. Barb. Font.

¶*Glo.ſeq.recitat opi. quæ quæſtionem ſoluit. Secundò textum prorogat. Tertiò determinat.*

d ¶*Foraneo.*] de quo de offi.ordi. Romana.in prin.lib.6. vbi tenent Inno.& Hoſt.ꝙ tales officiales foranei,qui in certa parte diœceſis, vel ad certos actus conſtituuntur, habent delegatum 3, & ꝙ ab eis appellatur ad conſtituentem.Et ꝙ dicitur vnum conſiſtorium epiſcopi & officialis, intelligitur de generali, & principali.ad quod bene facit hæc decre.de appel. Romana. in princ.lib.6. Et quod hic dicitur de officiali foraneo, intelligo etiam de decano rurali, qui in parte diœceſis ad tempus gerit vices epiſcopi,de quo ſ.de offi.archi.ad hæc.in fi.qui etiam officialis foraneus dici poteſt. Et hæc intelligo vera,niſi tales officiales vel decani ex alio capite admittantur, vt quia canonici cathedralium eccleſiarum, vel his ſimiles.Ioan.And.

3 Videtur mirum, ꝙ habeāt delegatā, cū vniuerſitas cauſarum certi loci & hominū ſit eis commiſſa, ad hoc vide quod legit & no.ff qs & à quo appel. l. 1. §.1.Petr.

¶*Gloſſa ſequens ponit opi. Secundò ſignat duo iura in contrarium, & ſoluit.*

e ¶*Clauſtrali.*] de quo de ſtatu mona.cum ad monaſterium. ver. Prior.& idem dicit Gul.in prædicto verſ.ꝙ tenet curia de ſachriſta cuſtode, vel camerario monaſterij. Sed contra.ſ.de præben.licet.de conceſ.præben.ex tenore.ex quarum ſubſcriptionibus patet ꝙ clauſtralis & ſuperior delegantur à Papa. Sol. tempore illorum iurium adhuc non erant determinatæ qualitates perſonarum,quibus debent tales cauſæ delegari:ſed poſtea fuerunt per decre.Inno.iiij.quam hodie non habemus. eo.tit.præſenti.& poſtea immutatum in parte per decret. Boniſa.eo.tit. ſtatutum. in prin.lib.6.

4 Quod ſufficit, ſecundū Baro.& ſi non dicatur, nō obſtante tali lege. Vide doct.ī c.nō nulli.ſ.eo. do.c.1.lib. 6.Bald.per illum text. in l.fi ad fi. C. de lat. lib. tol. & certa ſcientia poteſt per teſtes probari, vt ait Barba. hic.

¶*Glo.ſeq. ponit caſum exceptum.*

f ¶*Obſeruari.*] niſi id fieret ex certa ſcientia principis hoc expreſſo 4, vt no.in prædicta decr.cum olim.de priuile.& facit quod not.ſ.eod.ſtatutum.lib.6.in glo.pone. In legato ſecus, quem arctat conſtitutio maioris 5. facit ĩ.de offi.ordi.collatio.& quod no.de hære.c.vlt.lib.6. in magna glo.

5 Idem Io. de Imo. ad de gl.c.fi. de hære.li. 6. Barr. tenet contra glo.Font.

AVditor.] Summus Pontifex.facit hoc nouum ſtatutum. Et figuratur ſic caſus, Titius & Caius erant in controuerſia ſuper aliquo beneficio, quod quidē beneficium Titius ad ſe pertinere dicebat. Ecōtra autem Caius illud beneficium prætendebat ad ſe ſpectare, Iſti duo adiuerunt ſummum Pontificē,qui impeditus alijs negotijs non potuit cognoſcere, nec declarare ad quem beneficium ſpectaret, ſed quendam Sempronium in curia exiſtētem deputauit auditorem, qui audiret de controuerſia Titij & Caij, & pronuntiaret dictum beneficium fore & eſſe debitum Titio, ſi quod ius ipſe Titius haberet,vel pronuntiaret debitum Caio,ſi Titius non haberet.Iſte auditor ſic diſceptauit ſeu terminauit dictam cōtrauerſiam, & pronūtiauit beneficiū fore debitū Titio: & Caium cōdemnauit ad ea ad q̄ veniebat condēnandus.Modò iſte Titius videns beneficium de iure fuiſſe ſibi adiudicandum ab ipſo auditore, volebat vt ipſe auditor conferret ſibi beneficiū, quod ſibi adiudicauit. Quæritur,an iſte auditor poſſit conferre illud beneficium cui ipſe adiudicauit fore debitum.Et reſpondet ſummus Pōtifex ꝙ auditor in curia Romana ab ipſo deputatus: ſi pronuntiat beneficium deberi alicui,ꝙ etiam ipſe poterit dictum beneficium conferre ei cui adiudicauit. Et reddit rationem,vt vitetur circuitus. nam qn̄ Papa deputauit aliquem auditorem vt cognoſceret de controuerſia aliquorum: poſtquā ipſe cognouit,ſi ipſe auditor non poſſet prouidere nec cōferre,oporteret ꝙ ille cui auditor declarauit beneficiū ſibi debitum, iterum iret ad Papam,vt ipſe Romanus Pontifex ſibi cōferret, & ſic eſſet circuitus: quia primò fuit ad Papam & fuit delegata cauſa,& ſic de Papa iuit ad aliquem auditorem, & iterū de auditore ipſo rediret ad Papam,vt Papa ſibi beneficiū conferret, quod auditor declarauit ſibi eſſe debitum: quod eſſe non debet, quia circuitus eſt vitandus. Not.ꝙ dubium iſtius capituli erat ex eo ꝙ Papa qn̄ deputauit Sempronium auditorem in cōmiſſione ſua, dixit ꝙ cognoſceret cui beneficium erat de iure debitum: & non dixit ꝙ conferret ei cui declarabit debitum. Modò dubitatur, an virtute iſtius cōmiſſionis poterit dictum beneficium conferre,& ſic ſuam ſententiā mandare executioni? Et reſpondetur ꝙ ſic, vt vitetur circuitus. Not.ꝙ eſt quidam auditor contradictarum & cameræ,& de iſto videas Gof. & Hoſt.in ſumma de of.ordi.in prin. & talis habet iuriſdictionem ordinariā: Alius eſt auditor cauſarum qui habet ordinariam iuriſdict.in cognoſcendo,& delegatam in definiendo.Et de iſto vide Gulie.in Spe.tit.3.§.poſt principium.dicit tn̄ Bonifacium octauum fuiſſe interlocutū, ꝙ in curia Romana nullus habeat ordinariam niſi Papa. Nota differentiam inter ſuū & debitum. quia ſi auditor pronunciaret eſſe ſuum, tunc non poſſet alio modo prouidere, Secus ſi pronūciaret beneficium fore debitum, quia tunc auditor non pronunciat ſimpliciter ſuum eſſe,ſed reſtat adhuc executio ſuæ declarationis. Not.dū dixit in textu,*Vitetur*. quod ibi ponitur ſimplex pro cōpoſito, vitetur id eſt, euitetur circuitus. Nam fruſtra ſit per plura ꝙ æque commodè poſſit fieri per pauciora.h.d.No.ꝙ expectans habet ius ad beneficium, & poteſt dicere beneficium ſibi de iure debitum: licet glo. in c.veniens.de renun. dicat ꝙ habet potius officij implorationem.quod dic vt dixi. Nota finaliter caſum mirabilem in quo poteſtas delegati extenditur ad non commiſſa, vt euitetur circuitus. Zabarel.

¶ Idem in eodem.

¶*Breuius non poteſt ſummari.*

CAP. III.

AVDITOR [g] † in Romana [h] curia deputatus

† Vide doctores in c. ſup eo. de offi. deleg. & Alexandrum in l. more.ff.de iuriſdi.om. iudi.

¶*Glo.prima dicit quid determinat.Secundò an in libello ſit petí neceſſe. Tertio an auditor habeat ordinariam.*

g ¶*Auditor.*] Breue eſt & nouum quod hic ſtatuitur, determinans not.per Compoſt.eo.tit.mandatum.ad fi.& per Guli. in Spec.titul.de actio.& peti.§. ſuper actionibus verſi.ſed ſi ad ipſam præbendam. & verſi.ſeq. Et patet hic expeditum quod ibi not. ſcilicet quòd coram auditore peti poterat beneficium pronunciari debitum & cōferri.Et ſcias ꝙ hodie eſt tutum 6 hoc in libello peti: puto tamen ꝙ & ſi non petatur in libello conferri, ſed ſolum debitum pronuntiari, ꝙ poſt pronuntiationem peti poterit & conferri: ſicut enim confert, licet non fuerit commiſſa collatio: ſic conferat, licet non fuerit in primo libello petita. Item ſcias ꝙ de auditore contradictarum & Cameræ tenent Gof.& Hoſt.in ſum.de offi.ord.in prin.ꝙ habent ordinariam. De alijs auditoribus cauſarum not.Guli.in Spec.in tit.3.§.1.poſt.principium, ꝙ habent ordinariam in cognoſcendo, delegatam in definiendo. Sed Archid. 11.q.1.experientiæ. dicit Bonifacium octauum interlocutum fuiſſe, ꝙ in curia nullus habeat ordinariam niſi Papa, & facit quod dicam.ĩ.tit.1.ne Romani, Ioan.And.

6 quare ſtatutum, ſatis patet ſecundū Barbatiā & gl. in verſi. poterit. & ideo dicit hic Cardinalis nō directè petetur collatio, ſed implorādo ſolūm officiū iudicis. facit in c. fi.ſ. c. Barba. Font.

¶*Glo.ſeq.arguit à contrario, & dat ſimile.*

h ¶ *In Romana curia.*] in dato ergo extra curiam non habet hoc locum, nec in aliquo corrigitur decretalis, ſuper eod.de offi.delega.& eſt ſim.ĩ.de ſequeſtr. poſ.c.vnico.

¶Glo.

¶Glo. ſequens argumentatur à contrario, dicens quis dicatur datus à Papa.

a ¶*Deputatus à nobis.*] ergo ab alio, puta legato, ad quem etiam ſpectaret beneficij prouiſio, non poterit prouidere, etiã ſi fuerit ſibi cõmiſſa pronuntiatio: quia nec aliter auditor pronuntiat, ſed audit & refert. & de offi. deleg. ſuper quæſtionum. facit ad primum ſ. eo. tit. ſuper eo. Et intelligit deputatum à Papa illum qui ſecundùm morem curiæ, per referendariũ vel officialẽ ad hoc datum ex auditoribus palatij deputatur ad talẽ beneficialẽ cauſam delatam ad curiam audiendam, & hoc in minoribus: Cathedralium enim, & regularium eccleſiarum cauſas propria voce Papa committit, & vt plurimum Cardinalibus.

à nobis,[a] de beneficio[b] (quod pronũtiabit[c] alicui de iure fore debitũ[d]) poterit[e] ſibi abſq; commiſſione alia (vt euitetur circuitus[f]) prouidere[g].

¶Idem.

¶Expectans beneficium perdit gratiam, ſi conſequitur aliud, quod cum illo, quod expectat, de iure tenere non poteſt. Ioan. And.

CAP. IIII.

GRatiæ[h] †, vt de dignitate, vel beneficio curato tibi prouideatur, renuntiare[i] videris, ſi ante adeptionẽ eiuſdẽ[k],

† Gratias ¶ Expectatiuæ dicũtur, omnino ſuſtulit conciliũ Trident. ſeſſio. 24. de refor. c. 19.

b ¶*Beneficio.*] largè ſumitur vt comprehendat etiam dignitates 1: cum eadẽ ſit ratio. concor. de reg. iur. c. 1. vbi de hoc.

1. Adde & epiſcopatũ, qui ſemper in fauorabilibus venit ſub nomine dignitatis. arg. c. 1. & 2. 22. diſt. Barbatia. Font.

c ¶*Pronuntiabit.*] & ſic videbatur functus officio ſuo. de offi. deleg. in literis, Ioan. And.

¶Glo. ſeq. declarat vnum quare. Secundo quærit, arguit negatiuè, contrarium ſoluit.

d ¶*Debitum.*] ſi pronuntiaret illud ſuum, tunc ceſſaret prouiſio. Eſt ergo differentia inter ſuum & debitum. de præbend. ſi tibi abſenti. lib. 6. 2 ſicut inter ius in beneficio & ad beneficium. eo. tit. c. pen. de conceſ. præb. c. vlt. eo. lib. Quid de electo qui appellauit à denegatione confirmationis, vel caſſatione electionis, nunquid auditor qui pronuntiat bene appellatum, vel reuocat caſſationem electionis, poterit confirmare? Videtur ꝙ non, quia hic ſolùm loquitur de prouiſione illius cui debitum erat. In contrarium videtur, nam hoc faceret delegatus. de excep. ſignificauerunt. de re iudic. ad probãdum. ex quo. n. bene appellatum eſt facit quod facere debebat principalis. de excep. dilectæ. & facit quod not. C. de appel. eos. in prin. & quod dixi de teſta. Raynaldus. ver. condemnauitque. Item de confirmatione non videbatur dubium, ſed de prouiſione: nam primam facit officialis & capitulum vacante ſede, qui nõ faciunt ſecundum, vt de offi. vica. c. vlti. & de inſti. c. 1. lib. 6. quia ergo illud plus dubitabile, ideo conceſſum.

2. Nam petens beneficiũ tamquã debitũ, per viam exceptionis pôt repelli: Si verò repetat tamquã ſuũ vtrũ poſſeſſorio vel petitorio an poſſit ꝑ viã exceptionis criminis, vel defectus, vel formæ repelli, dic vt ſ. de elec. quod ſicut. & c. inter dilectos. de exceſſib. prælat. Petr.

e ¶*Poterit.*] non quicquid iudicis poteſtati cõmittitur, &c. ff. de iudic. non quicquid. de offi. deleg. conſuluit. licet ergo auditor hoc poſſit, non tamen tenetur ad hoc.

f ¶*Circuitus.*] C. de arbi. l. ne in arbitris. in fi. de adop. l. fin. ff. de condi. indebi. dominus teſtamento. & ibi concor. de hoc in fi. vlt. glo. Eſſet autem circuitus ſi oporteret ad Papam redire pro noua commiſſione, vel pro collatione ad ipſum, vel ad executorem. Dicebant ergo qui hoc tenebant, ꝙ auditor fungitur vice iudicis in ſententiando, & vice executoris in conferendo, vt no. in gl. in prin. alleg.

¶Glo. ſeq. ponit dictum, cui obijcit & ſoluit.

g ¶*Prouidere.*] Intelligo etiam ſi non ex facto Papæ, ſed inferioris legati vel delegati fuerit beneficium illi debitum, qđ eſſe poſſet: iuxta not. de conceſ. præb. ſi ſoli. lib. 6. Huic tamen obſtat ratio, quam inducebant Compoſtel. & Guli. ꝙ per talẽ collationem nulli ſit præiudicium: quia cum cõferre ſpectat ad Papam, non refert an per auditorem, an per executorẽ conferatur: Sed in decret. ſuper eo. non ſpectabat collatio ad Papã: fieret ergo præiudiciũ ei ad quẽ ſpectat collatio vel inſtitutio. Sed cũ poteſtas nedum delegati, ſed et legati cauſetur à Papa, nec ex facto alterius poſſit eſſe debitum vel affectum, ſatis conuenit illa ratio. Ioan. And.

GRatiæ.] Iſtud c. ampliat c. ſi pauper. de præben. lib. 6. In illo cap. dicitur, quòd mandatum factum alicui à Papa, vt pauperi clerico prouideatur: ſi clericus pauper antequam fuerit ſibi prouiſum virtute illius mandati, aliud beneficium fuerit conſecutus, tunc mandatum expirat. Sed quærit in hac Clementina Papa Clemens, an ſit idem in quocunq; clerico, vel in quacunque gratia? Et videtur reſpondere ꝙ Cum Clementina indiſtinctè & generaliter loquatur, nos debemus illã indiſtinctè & generaliter intelligere, vel de mãdato quod impetratum eſt in forma pauperum: ſicut intelligebat c. ſi pauper. de præb. lib. 6. vel de mandato quod impetratum eſt in forma gratiæ, de quo dubitatur, vel etiam in quocunque clerico paupere, vel non: & nunc per iſtam conſtitutionem ſeu Clementinam tollitur dubium: quia de vtraq; gratia ſiue impetrata in forma pauperum, ſiue impetrata in forma gratiæ, vel impetrata à Papa, vel ab altero. His præſuppoſitis ſig[illegible] ſic caſum pro iuuenibus canoniſtis, qui ſubtilitates iuris non nouerunt, ſine quibus profundi eſſe non poſſunt. ¶Quidam Petrus iuit ad Romanum Pontificem, & conqueſtus eſt in hunc modũ: Pater ſancte, ego ꝑ multos annos ſtudui in iure canonico, & vt ſtudium mihi afferret aliquam vtilitatẽ aliàs veni ad vos, & impetraui gratiam, ꝙ gratis mihi contuliſtis fauore mei ſtudij, vt ꝓuideretur mihi de primo beneficio proximè vacaturo: ſteti bene ꝑ decem annos cũ gratia veſtra. quia ꝑ ipſam aliquod beneficium non potui habere: Videns hoc, inueni alium modum, taliter ꝙ conſecutus ſum beneficium curatum, ſed eſt modici valoris: Modò curatus meæ parochiæ eſt mortuus, & cura mea eſt bona & ſufficiens: ego volo illam curam habere, virtute veſtræ gratiæ iam pridem à vobis impetratæ, non obſtante hoc, ꝙ ſum aliud beneficium curatũ conſecutus: Quæro à vobis, Pater ſanctiſſime, an ego poſſim illam habere per veſtram gratiam, & virtute ipſius? Reſpondet Papa, Amice rñdeo tibi ꝙ renuntiare videris gratiæ impetratę, vt de dignitate, vel beneficio curato tibi prouideatur, ſi aſſequeris aliud beneficium pacificè ante adeptionem eiuſdem, id eſt, ante adeptionem beneficij virtute gratiæ obtenti: quod, ſ. beneficium obtinuiſti, non per gratiam noſtrã, ſed alio modo retinere non poſſis ſimul de iure cũ dignitate, vel beneficio curato virtute gratiæ tibi debito, licet illud beneficium, quod habuiſti non virtute gratiæ, ſed alio modo, forſan quia fuit tibi reſignatum, reſignaueris, vel reſignare paratus ſis. Et per hoc ſolue iſtud dubium, & pone ſic: Pater ſanctiſſimè, ego audio ꝙ vos dicitis, quia ego non poſſum habere curam meæ parochiæ virtute meæ gratiæ, eo ꝙ aſſecutus ſum aliud beneficium curatum: Ego bene ponã remedium: quia ego reſignabo vobis primã curam quam habui, aliàs quàm per veſtram gratiam, & aſſequar iſtam curã, & ſic ſatisfaciam huic textui. ꝙ ſimul de iure cũ dignitate vel de beneficio retinere non poſſim? Rñdet Papa ad illud dubium, tu arguis in vanũ: quia licet, id eſt, quis paratus ſis illud beneficium reſignare, aut iamq; reſignaueris, tu non potes aliud beneficiũ conſequi virtute gratiæ, poſtquã executionem & prouiſionem tuæ gratiæ, vel mandati non expectabili. h. d. Notemus ꝙ iſta Clementina ampliat decretalem, ſi pauper. quia gl. prima illius decretalis dicit, nota verbum, pauper. quod non ſine myſterio dictum puto. Si enim gratia ſpeciali quę non eſt de iuſtitia, ſit prouiſum alicui, & poſtea antequã vacet aliquod beneficium quod poſſet habere per ſuam gratiam, ipſe adeptus eſt aliud beneficiũ non virtute ſuæ gratiæ, non expirat gratia, quia illa decretalis loquitur de forma gratię, qua prouidetur neceſſitati pauperum, quę eſt iuſtitia, vel quaſi. prouiſione igitur facta impetranti ceſſat cauſa iuris, & ſic ipſius executio. Sed iſta Clementina nõ diſtinguit de qua gratia, vel de gratia ſpeciali, vel de gratia quæ fit pauperi, quæ eſt quaſi iuſtitiæ: ideo generaliter debemus eam intelligere, nec facere dictam diſtinctionem ad capitulum, ſi pauper. lib. 6. de præben. Not. quòd vbi canon non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus: ſic vbi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus. in l. de pretio. ff. de Publicia.

¶Prima glo. ponens caſum ſummat, dicit quid approbat, & quid addit: tertiò quæſtionem ſoluit.

h ¶*Gratiæ.*] Expectans beneficium perdit gratiam, ſi conſequitur aliud, quod cum illo quod expectat de iure tenere non poſſet. Et approbat quod notaui de præb. ſi pauper. lib. 6. in prima gl. & idem ibi Archid. Et per illam decretalem determinatur quid iuris ſi conſequitur beneficium is, pro quo ſcriptum eſt in forma pauperum, hic de illo pro quo ſcriptum eſt in forma gratiæ. & in illo caſu non diſtinguitur qualitas beneficij adepti: iſto ſic. Et quia generaliter loquitur hoc principiũ, generaliter intelligatur de cuiuſcunq; gratia Papę, vel alterius.

¶Glo. ſeq. arg. pro opinione. ſecundò dubium ſoluit.

i ¶*Renuntiare.*] Idem tenet Inno. & Compoſtellanus in illo qui litigabat ſuper beneficio, & recepit ſecundum, quod cum primo tenere non poſſet, ſcilicet ꝙ per hoc renuntiat liti. hæc not. ſ. eod. in noſtra vt ibi plenius ſcripſi. Et puto hanc decret. locum habere etiam ſi proteſtetur recipiendo ſecũdum, quòd gra[tiæ] renuntiare non intendit, cum proteſtatio ſit facto contraria. de conſt. cum M. nec defendat in his præiudicialibus. ſ. de elect. vt quis duas. lib. 6 facit quod ſcripſi cum Inno. contra Hoſt. in præd[i]. decre. in noſtra.

k ¶*Eiuſdem.*] dignitatis vel curati quod expectas.

a ¶Bene-

a ¶*Beneficium.*] curatum.ſ.vel dignitatem, vel perſonatum per decr.de præben.de multa. Et idem puto in caſu decr.literas.de conceſ. præb.vel cum ſecundũ. de ſpeciali iure requirit continuam reſidentiam.iuxta no. per Inn de cle.non reſi c.fi.

b ¶*Pacificè.*] puto idem ſi accepta collatione per eum ſtaret, quominus haberet pacificam. ad quod.ſ.de elect.commiſſa.§.1.de præbẽ. licet epiſcopus. lib.6.

† Alias ita: gratiæ prædictæ.

ADDITIO. Idem Pau. & Steph. & Zenzel.qui intelligit poſſeſſionem pacificam liberum exercitium curæ, licet poſſeſſionem pacificam maioris partis beneficij non ſit adeptus de quo dic, vt not.ſ.de elect. commiſſa.lib.6. nec deſinit eſſe pacifica,ſi ex poſt facto cõtrouerſia moueatur: ſecus ſi in ipſa apprehenſione,vt l.ſi poſt perfectam. C.de euictio.Pet.

c ¶*De iure.*] de hoc.ſ.eo.gratia.lib.6.

d ¶*Non poſſes.*] ſi ergo eſſet tale ꝙ cum illo teneri poſſet,nõ perit gratia: vt Inno.decre.ſi pauper. & hoc etiam tenet Io.de Deo in quæſtionibus ſuis lib.1.q.23.

e ¶*Illud.*] quod adeptus es interim.

f ¶*Reſignaueris.*] gratia ergo perempta non reuiuiſcit, licet res reuertatur in priſtinum ſtatum. Et facit ad quæſtionem de clerico qui contraxit matrimonium, quod poſtea diſſoluitur per profeſſionem ſponſæ non cognitæ,vel quia reperitur conſanguinea, de quo ſcripſi de cle.coniug.c.1. 1 in prin.

1 Ibi Do. & capel. Tholoſa.q.239. Fonta.

g ¶*Paratus* 2.] Si tamen vellet dimittere ſecundum beneficium, poſſet per collationem ordinarij cõſequi primum olim ſibi debitum, non enim intendit ꝙ ſit inhabilis ad illud, ſed ꝙ ex vi gratiæ non eſt ſibi plus debitum: nec per executores gratia conferendum. Et ſic not.caſum, ꝙ ex facto ſuperuenienti paratur exceptio contra gratiam,quæ tenuit à principio. Alios caſus colligas ex no.de præb.quia ſæpe.lib.6.in vlt.gl.Io.And.

2 In hac gl. latiſſimè examinat Barbatia poſt Cardinalem pluralitatẽ beneficiorum. Fontan.

L*iteras.*] Iſtud c.inducit nouum ius, & eſt inductum cõtra illos qui nimis cito volunt habere fructum de gratijs ſuis. Pone ſic caſum: Quidam cupidus beneficiorum (& per conſequens credo ꝙ cupidus ſuæ damnationis) iuit ad Papam & eum requiſiuit, ꝙ ſibi prouideret de beneficio aliquo, à quo poſſet lenius & blandius in futurum ſuſtentari: Papa videns ſuam ſupplicationem eſſe gratioſam,dedit ei gratiã quæ erant datę menſis Ianuarij: in qua continebatur ꝙ prouideretur ſibi de beneficio proximè vacaturo: Iſte reuerſus ad prouinciã ſuam non expectans niſi mortem alicuius, & cogitans quis antiquior curatus vel canonicus eſſet in eccleſia,& ipſe videns quia omnes erant iuuenes,& non naturaliter in proximo morituri, valde contriſtatus eſt. Sed quid accidit, certè vna dierum accidit,ꝙ quidam miles redeundo de bello, & exiſtens in grabato tendens & anhelans ad mortem,vt aliqualem recompenſationem de forefactis ſuis Deo perageret,quandam capellam conſtruxit & ædificauit: ſic ædificatam & dotare voluit, centum marchas auri cuidam,qui per tempora perpetua Deũ, Mariam,& ſanctos peroraret pro redemptione animæ ſuæ cõtulit: His peractis, vt donatio ſua eſſet valida, & vt beneficiũ crearet in ſua capella de nouo ædificata, miſit ad epiſcopum, vt de licentia eius beneficium crearet, qui quidem epiſcopus omnia quæ voluit decretauit, & beneficium creauit calendis Nouembris: iſte qui impetrauit gratiam ſuam, iucũdus illam accepit, & venit ad militem,& eum requiſiuit,vt ipſum virtute gratiæ ſuæ præſentaret epiſcopo,& quod epiſcopus beneficium ſibi cõferret: Epiſcopus videns iſtam gratiam & datam ſuæ gratiæ eſſe de calẽdis Ianuarij,& vidẽs creationem beneficij eſſe de data calendarum Nouembris, reſpondit ſibi epiſcopus,Amice,ego non teneor tibi conferre beneficium iſtud nouiter creatum virtute tuæ gratiæ: quia tua gratia habet vires ſuas in beneficijs creatis ante datam tuæ gratiæ,ſeu litterarum tuarum: modò iſta capella eſt creata poſt datã literarum tuarum: Iſte impetrans non contentus de epiſcopo iuit ad Papam,& narrauit ſibi caſum vt ſ.Cui reſpõdit Papa, Amice,nos ſtatuimus literas noſtras directas ſuper beneficio vacaturo tibi conferendo non extendi ad beneficium creatum poſt datam ipſarum literarum.hoc dicit. No.quòd per iſtam Clementinam Papa ſtatuit nouum ius: & probo per hoc quod dicit, *Statuimus*. Not.quòd Papa dat literas ad beneficium vacaturum: ſic & legatatus de latere reſeruat vacaturum per modum de quo in penul.c. de offi.leg.lib.6.

3 Cõcludit ergo hęc gl. ꝙ ſi dubitatũ vtrum beneficiũ ſit creatũ ante vel poſt datã literarum, onus probãdi incũbit non impetranti, ſed aduerſario, qui negat ipſũ ante creatum: ſiue agat ſiue cõtra impetrantẽ ſe defendat. Idẽ Paul. & Ge. plenius Idẽ Stepha. pſens.n.ſtatus beneficij, quod deprehenditur extare, & à nemine poſſeſſum releuat eum ab onere probandi & incumbit aduerſario. C. ſi ſer. expor. vend. l. moueor.Petr.

Not. initium ſpectandum. de elec. dudm. 3. Item attendendum tempus datæ.eo.tit.eam te.de quo.j. plene. Zaba.

¶*Prima glo.dicit qualis ſit diſpoſitio huius cap.*

h ¶*Literas.*] Breuis & fortis eſt,ius nouum inducens: quod forſan plus ab extrinſeca, quàm intrinſeca cauſa iuſtificatur, vt j. dicam.

aliud beneficium [a] pacificè [b] aſſequaris, quod ſimul de iure [c] cum dignitate, vel beneficio virtute dictæ † gratiæ tibi debito, retinere non poſſes [d]: licet illud [e] reſignaueris [f], aut ſis reſignare paratus [g].

¶Idem.

¶*Gratia ſuper vacaturo non comprehendit beneficium poſt datam in ſubſtantia creatum.h.d. Io.de Imo.*

CAP. V.

Literas [h] † noſtras [i] ſuper conferendo tibi [k] beneficio vacaturo [l] directas, ad beneficium poſt datam [m] ipſarum creatum [n] † ſtatuimus [o] non extendi.

¶*Glo.ſeq.cum ſequenti ampliat literam in tribus caſibus.*

i ¶*Noſtras.*] Idem in literis reſeruationis legatorum, cum eadẽ & fortior ſit ratio.

k ¶*Tibi*] idem puto vbi Papa dediſſet poteſtatem conferendi primum vacaturum, non expreſſa perſona cui cõferri deberet. Idẽ ſi cõtuliſſet fructus beneficjorum primi animi, quę vacare contingeret in diœceſi, vel prouincia, cum in his ſit eadem ratio.

† Vide concilium Triden.ſuperiori proximo c. citatum, vbi prohibẽtur gratiæ Expectatiuæ, & mandata de prouidendo.

¶*Glo.ſeq. exponit literam, & ſoluit dubium.*

l ¶*Vacaturo.*] in vacante non procedebat dubitatio: nec diſtinguo an debeatur ſimpliciter vacaturum, an debeatur cum beneficio acceptandi,cum eadem ſit ratio.

¶*Glo.ſeq.ſoluit literam, & dat ſimile.*

m ¶*Poſt datam.*] etiam ſi paulopoſt: & facit quod no. Hoſt. ſ.eo.cap.fin. Inſpicimus ergo an extaret beneficium tempore datæ: ſicut inſpicimus ætatem impetrantis illo tempore.ſ.eo. ſi eo tempore.lib.6.& concor.ſ.eo eam te.de pręben.dilectus. 2.vbi de hoc.

† Itẽ de litera poſt datã reſcripti. ca. fi.ſ.eo. de iure orto poſt lit.conteſt.l. non poteſt videri. ff. de iu. ſimiliter arbitria non extendũtur ad futura. l. de his. de arbitr. nec pactum. l. tres fratres. de pac.nec trãſactio.l. cum Aquiliana. ff. de trãſac. nec ſtipula. l. ita ſtipulatus.§. Chriſogonᵒ. nec teſtamentũ. l. ſi ita. de au.& argen. nec iuramẽtum c.clericus.de iureiur. nec renũtiatio. de quo puncto lege (oro) Barba. Fõt.

¶*Glo.ſeq. primò ponit tria exempla. Secundò quærit de renouato: pro allegationibus remittit & ſoluit. Tertiò quærit quid in dubio alleg.contra impetrantem. Secundò pro, & illud approbat, & contrarijs reſpondet.*

n ¶*Creatum.*] Pone, conſtruitur noua eccleſia, de eccl.ædi. ad audientiã.creatur noua dignitas.de conſue.cum olim.conſtruitur noua præbenda.de præbend.dilecto. & c.vacante. Sed quid dices de beneficio olim creato,ſed tempore datæ ſuppreſſo,nunc autem renouato? pro & contra quæ no.ſ.eo.quamuis, lib.6. Videtur ꝙ bene extendatur ad illud.arg. eius quod not.de conſti.cum acceſſiſſent.in fin. & facit quod ſcripſi poſt Hoſtien.de cenſi.ſignificauit ſuper fi.pen.gloſſæ.& hoc præcipuè,quia hoc ius nouum eſt, vt j.dicetur.& de creato tantùm loquitur,non de renouato. Sed quid ſi dubitatur an data præcedat creationem beneficij, vel econtra: puta quia eadem die factum eſt vtrunque,nec apparet quod prius ſit.ſ.eo.tit.c.pen. lib.6. Contra impetrantem facit: quia ipſe petit beneficium. probet ergo illud ſibi debitum: ad quod videtur neceſſarium ꝙ illud prius fuerit creatum: ſi ergo hoc non probat,non fiat executio.facit de ſenten.excom.venerabilib.ad fin.& quod ibi not.in gl.penult.lib.6.& in dubijs iudicamus pro reo. de proba.in præſentia.& c.ex literis.de teſti. cum tu.ſecundùm vnam lecturam.ſuccumbet ergo in dubio iſte petens.Pro impetrante facit: quia in tali dubio fauetur ei qui potiorem habet gratiam,vel habet eam à maiore, vt in prædicta decre.penul.& de præb.ſi à ſede.lib.6.Item in dubio interpretamur vt res valeat. de verb.ſig.abbate. Item ſi ponimus impetrantem eſſe reum, planum eſt ꝙ ſuccumbit actor: idem videtur ſi ponamus eum actorem: Nam aduerſarius excipit, & quo ad onus probandi reus in excipiendo fit actor.ff.de excep.l.1. ſi ergo exceptionẽ non probat,ſcilicet quòd poſt datam creatum fuerit,ſuccumbet. Nec dicas ꝙ hæc ſit negatiua, quia etiam ſi per verba negatiua proponeretur, vt nego tunc extitiſſe, vel dico ꝙ tunc non extabat,habet reſolutam affirmatiuam,& quæ probari poteſt.de renun.ſup hoc.Itẽ multũ facit pro ipſo: quia hæc decr. ponens ius nouum, parat exceptionem contra impetrantem. Obtinebit ergo vt olim impetrans, niſi de illa fiat fides.& hoc verum puto.Non obſtãt prius allegata: quia hic dę iure actoris conſtat de facta fide, de gratia, & de vacatione.

¶*Glo.ſeq.obijcit & obiectionem fortificat per ſex abſurditates: ſoluit inducens rationem extrinſecam & vnum ſimile: demum rationẽ impugnat.In fi.reaſſumit quintam abſurditatẽ, dicens in canonicis expectantibus capitulũ locum non habere.*

o ¶*Statuimus.*] non dicit declaramus. ponit ergo ius nouũ, quod videtur iniquum: quia certum eſt beneficium nouiter creatum nondum ordinatum vacare: quare ergo nõ debetur expectanti vacaturum alteri non debitum: maximè cũ fauorabilior ſit expectatio vacationis per creationẽ,quàm per mortem.facit de conceſ.præb.accedens. Nec videtur ponderandũ tempus datæ: quia ſi tunc extaret beneficium quod debito modo, & non in fraudem expectantis ſuppreſſum eſſet vel extinctum,

tinctum,non deberetur expectanti. de conſtitutionibus , cum acceſſiſſent. Item ſequeretur ex hoc, ꝙ ſi impetraui literas ad beneficium cum cura , illud quod tempore datæ ſimplex erat, ſed nunc curatum,non deberetur. & idem econtra in ſimplici. Item ꝙ ſi impetrarem ad collationem alicuius , & beneficium tempore datæ non ſpectabat ad ipſius collationem , licet tempore vacationis ſpectet , ꝙ non deberetur : & hæc falſa, cum inſpiciamus in his tempus vacationis & collationis, vt ꝓbatur.j. de præbẽ. ſi de beneficio. & eod.tit. ei cui.lib.6.Plus,quia per hoc videtur ꝙ canonico expectanti præbendam nõ deberetur prębenda ex ſuperexcreſcentibus,cum illud ſit præbendam de nouo creare.de cõſtitutionibus cum M.de præben dilecto. Item ꝙ non deberetur præbenda vel portio in eccleſijs non habentibus numerum ; eadem ratione contra id quod no. de cõceſ. præb.c.fi.lib.6. Quare dico ꝙ hoc nouum inducit hæc conſtitutio : ꝙ ſicut reſcripta ad lites non extenduntur ad lites poſt exortas,vt ſ.eo.c.fi.ſic nec reſcripta beneficialia, ad beneficia poſt creata,cum illa etiam ſint odioſa.de præb. quamuis.lib.6. & ſic duo requiruntur coniunctim,ꝙ beneficium in rerum natura fuerit tempore datæ, & ꝙ vacet tempore collationis. ad quod facit ff.de contrahen.emp.l. Rutilia Polla.& l.in lege.& concordantias ad idem collige per not.ſ.eo.c.fi. in 4.Glo. Et fuit fortè motiuum, quia forſan creatores beneficiorum retraherentur ab illis creandis,quãdo videtur illa ſtatim impetrantibus deberi. Sicut ergo voluit æquitas beneficium permutatio vacans expectanti non deberi. de re. permu.c.vnico.lib.6. quia forſan aliàs vocaturum non fuiſſet, ita noluit deberi beneficium nouiter creatum , licet vacet ; quod aliàs fortè creatum non fuiſſet.Et tamen dico 1 ꝙ hæc decr.generaliter loquens locum habet non ſolum in prima ordinatione beneficij,ſed etiam in vlteriori,vt ſi Calend.Ianuarij data fuit gratia, Calend. Februarij creatur beneficium quod confertur Titio per cuius mortem nunc vacat,& tamen tunc deficit illa ratio. Sed ſi ponis quem expectantem ex canonia,non ex reſeruatione vacaturi tantum , cum canonico non debeatur ſimpliciter vacaturum , ſed cum ſe facultas obtulerit , non puto decretalem hanc locum habere : ſed debitur illi præbenda per augmentum creata. de præben. relatum. de conceſ. præben, cum ſuper.& in prædicta decretali.cum M. de conſtitu.

1 Idẽ Pau. ſuper verbo extendi. vbi ſupple etiã in ſecunda , vel vlteriori collatione , idem & plenius Gen.ſecundum eũ cum x.dicat generaliter non extẽdi, &c. debet intelligi i quacunq; vacatione : quo ad hoc ergo vt impetrati non debeat, cenſeri dẽt ꝑpetuo no uiter creatum qđ poſt datam creatum fuit.alleg. qđ not. de priuile.c. vlti.Pet.

TITVLVS III.

De electione, & electi poteſtate.

Clemens v. in concilio Viennenſi.

¶*Religioſus eligi non poteſt ad prælaturam non epiſcopalem alterius religionis , vel habitus : ſi contra fiat,eſt irritum.h.d.Ioan.And.*

DE ELECTIONE ET ELECTI POTESTATE.

Vm rationis.] Iſta conſtitutio prohibet religioſis vnius profeſſionis,ne eligantur prælati in profeſſione alterius religionis : Et figura ſic caſum : Cũ in ciuitate aliqua,puta ciuitate Pariſienſi , ſint religioſi diuerſæ ꝓfeſſionis,ſ.monachi nigri, & monachi albi, qui nuncupantur vulgariter monachi ſancti Ambroſij : Accidit ꝙ Abbas monachorum nigrorum ſenio fractus ſublatus eſt de medio : cõuentus tendens ad electionem noui abbatis, camerarium ſancti Ambroſij (qui erat alterius profeſſionis : quia monachus albus) elegit in ſuum abbatem & prelatum : quæritur an bene fecerint ? Rñdet Papa in hac Clementina & dicit : Prohibemus ne religioſus aliquis eligatur in abbatem alterius religionis vel habitus, quàm ſuæ.Et reddit rationem, cum rationi non congruat , vt homines diſparis profeſſionis vel habitus ſocientur ſimul,id eſt, eiſdem monaſterijs: quod ſi ſecus,id eſt, aliter fuerit factum quàm iſta Clementina intelligat,eoipſo irritum ſit & inane. Et ſumus in verſiculo , *Per hoc autem*. Pater ſanctiſſime audiui qualiter prohibuiſtis ne religioſi vnius profeſſionis eligantur in abbatẽ alterius: Sed quæro à vobis quid ſi aliquod capitulum ſeculare vellet eligere vnum monachum nigrum vel album in ſuum epiſcopũ : quæritur an poſſit eligi in epiſcopum cuiuſlibet eccleſiæ regularis vel ſecularis ? Et videtur ꝙ non : cum idem monachus nõ ſit eiuſdem profeſſionis cum capitulo : Ad hoc reſpondet Papa in hęc verba : Per hoc autem non intendimus prohibere quin religioſus licite poſſit eligi in epiſcopum cuiuslibet eccleſiæ hoc dicit. Not. ꝙ eſt idem in mulieribus religioſis : cum dicat, *Homines* : quod nomen comprehendit vtrumque ſexum : cum declinetur hic & hæc homo,communis generis. Not.rationem de omnibus eſſe reddendam : de quo hic tractat Zenzelinus : ſed plenè dixi de reſcrip.ſi quando. Not. ꝙ ſufficit inducere rationem etiam non inducto aliquo textu vel glo. vel alia auctoritate alicuius doctoris : quod no.hic Zenzel.& probat principium hic in verbo, rationis , pro hoc de præb.ratio. nam etiam lex non eſt aliud quàm id quod ratione cõſiſtit.1.diſt.conſuetudo. Zabarel.

CAP. I.

Vm † rationi[a] nõ congrat , vt homines[b] diſparis profeſſionis,vel habitus,ſimul in eiſdem monaſterijs[c] ſocienẽ[d]: Prohibemus, ne religioſus aliquis in abbatẽ, vel prelatũ[e] alterius religionis[f], vel habitus[g]

† De materia huius. c. vide notata per Anto. de Butrio, in c.abbate. extra de verbo. ſig.adde textũ cum ibi not. in c. ſicut tuis in princ.extra. de ſimo.

¶*Prima gl. ſummat, & diuidit, & dicit quid corrigit,et ſoluit quæſtionẽ.*

a ¶[*Cum rationi.*] Religioſus eligi non poteſt ad prælaturam non epiſcopalẽ alterius religionis vel habitus : Si contra fiat, eſt irritum . Et primo ꝓhibitionis cauſam ponit : ſecundo prohibet : tertio decernit quarto proteſtatur.partes patent.Prima pars corrigit communem opinionem iure fulcitam & conſuetudine 2 approbatam, quæ habebat, ꝙ profeſſus vnius religionis in prælatũ alterius poſſet aſſumi. Et licet quidam diſtinguerent religionem maiorem à minori, ego putabam ꝙ ſatis eſſet eligendum eſſe profeſſum tria ſubſtantialia regulæ,vt maiori vel minori religioni præfici poſſet: quod etiã placebat Archi. 16.q.1. qui vere.eo.tit.nullus.lib.6. per quam decretalẽ apertè hoc probatur ibi dum dicit,vel alterius. Probabam etiam hac ratione : quia ſi præfici poteſt religioſus eccleſiæ ſeculari propter curã, vt probatur 16.q.1.doctos.& c.ſeq.de ſtat.mon.ꝙ Dei.Fortius ergo regulari.licet minoris religionis, vt dicere ſoleo in decre.cum ad monaſteriũ. eo.tit.hic autem expediuntur ibi no. & 16.q.7.in nona.

2 Vide ad hãc gloſſam q̃ notat hic Io. de Imol.

¶*Glo.ſeq.ſoluit dubium reſpondens huic decretalis . Secundò quærit : arguit pro : contrarium ſoluit , & ad ſimile remittit.*

b ¶[*Homines.*] hic & hæc homo comprehendit etiam fœminam : vnde etiam in monaſterio monialium quo ad ſuas prælaturas habet hoc locum ; nec impedit verbũ,religioſus, quod ſequitur : quia fœmininũ ſub illo maſculino comprehẽditur. de hoc eo.tit.generali,lib.6.in gl. 2. Sed dubitari poſſet an locum haberet in monaſterio monialium 3 quæ per mares leguntur. 18.q.2.qui religioſis.& in c.decima . Videtur ꝙ non : quia inter illos non eſt ſocietas , de qua ſequitur , nec eſſe debet , vt in cap.in decima. Satis puto idem per verba generalia quæ ſequuntur,& ſimilis quæſtio not.eo.tit.indemnitatibus.§. ſanè.in fi.magnæ glo.

3 Vide conciliũ Trid. ſeſ.25.tit.de Regularib⁹ & Monialibus,c.7.

¶*Glo.ſeq.quærit & ſoluit.*

c ¶[*Monaſterijs*] eccleſias ergo ſeculares non cõprehendit,vt j.dicetur . Quid de eccleſia ſancti Ambroſij Mediolañ.vbi eſt duplex collegium,ſ.monachorum & regulariũ canonicorum? Dic ꝙ cum quodlibet collegium ſit ibi diuiſum : quia monachi per abbatem reguntur, & canonici per præpoſitum , locus erit huic conſtitutioni in illis prælatis aſſumendis. Ioan.And.

¶*Glo. ſeq. alleg. duas concor.ponit prouiſionem & reſponſionem antiquam.*

d ¶[*Socientur.*] habebatur hoc 16.q.7.in nona. & facit eo.tit. cum cauſam. ſed ſecundum ſtatum antiquum prouidebamus ad hoc : quia ſe conformabat prælatus habitui illorum , quibus præfectus erat.ſ.de vi.& hone.cler. Deus qui. vbi de hoc. Ad c.in nona.reſpondebamus illud in vera diſparitate , qualis eſt ſecularis clerici vel laici ad ꝓfeſſos.& circa hoc vide quod ſcripſi de teſta. Ioannes in 3.appoſitione.& quod not.eod.tit. officij.in glo.penult.

¶*Glo.ſeq.ponit nomina , ſoluit dubium , & remittit.*

e ¶[*Prælatum.*] puta Priorem, Magiſtrum, Miniſtrum , Cuſtodem,Præpoſitum,Archipresbyterum,vel quodcunq; ſit nomen . Et not.ꝙ licet ratio ſuperior ſit generalis etiam quo ad ſocios , tamen non prohibet eligi in ſocium & fratrem : quod intellige cum diſtinctione,an ſit minoris religionis, paris, vel minoris, vt not.de præben cum ſingula.§.penult.lib.6.

f ¶[*Religionis.*] ſ.dixit, profeſſionis.ex quo ergo diuerſa eſt religio, puta Ciſtercien.& Cartuſien. licet forſan idem profiteatur, vtraque cadit ſub prohibitione.

¶*Gl.ſeq.tractat de regularibus canonicis, licet diuerſi coloris.*

g ¶[*Vel habitus.*] non dicit coloris, per quod videtur ꝙ omnes regulares canonici,per profitentur regulam Auguſtini,licet varient in colores, quia aliqui habent colorẽ nigrum , alij album, alij griſeum, alij miſelum,inuicem eligi poſſunt, quod videtur , maximè : quia dicitur ipſorum habitum eſſe lineam togam quam ſub cappa deportant. facit etiam j.de ſtat.mo.ne in agro.poſt prin.facit etiam quod not. 16.q.7. in nona. Item in qui-

in quibuſdam religionibus eſt videre, ꝙ eſt etiam duplex color: vnde videmus ꝙ Ciſtercienſes & griſeo & albo colore, prout placet, vtuntur: vbi vero color eſſet de habitu & ipſius ſubſtãtia, diuerſitas coloris induceret diuerſitatem habituum. & facit ĩ.de reg.eos.qui. Ioan.And.

decætero [a] eligatur [b]. Quod ſi ſecus actum extiterit, ſit eoipſo irritum, & inane [c] †. Per hoc autem, quin religioſus [d] in epiſcopum ſecularis [e], vel cuiuſlibet [f] regularis eccleſiæ licitè poſſit eligi, non intendimus prohibere.

a ¶*Decætero.*] electiones ergo prius factas non vitiat, etiam ſi ſuper illis conſtitutionis tempore lis penderet. facit quod not. & dixi de poſtu.c.vnico.lib.6.

† Barbatia pulcherrimè examinat virtuté decreti.& tenet contra Cardi. illud afficere ignorãtes ét ante publicationé conſtitutionis. ſolus Princeps tñ ignorantes ligare pôt Compoſt.in c.capitulum ſanctę Crucis. de reſcrip.& dixit Ioã.de Imol.in l.ex facto. ff. de vulg.& pup. quod principe confirmante ſtatuta inferiorũ per appoſitionem decreti nõ poſſunt inferiores illa declarare.Fõt.

¶*Glo. ſeq.primo ſoluit duo dubia,ſecundo quærit,arguit pro,& ſoluit.*

b ¶*Eligatur.*] nõ prohibet poſtulari ex cauſa: ſed puto ꝙ à Papa. & ſimi.not.de elect.c. indemnitatibus. poſt prin.lib.6.Sed nunquid per viam prouiſionis talis præfici poterit? Quod videtur, cum iſta ſunt diuerſa.de præben.cum in illis.lib.6. & hæc conſtitutio ius vetus corrigit: in caſu ergo non expreſſo ſtetur iuri antiquo. C. de app.præcipimus.in fi.de teſta.ſancimus.& licet hoc poſſet defendi, contrarium tamen eſſe videtur 1 de mente conſtituentis per rationem hic expreſſam, quæ communis eſt, & hoc ſaltem in eo qui prouidet ex iure ad ipſum deuoluto propter delictum vel negligentiam electoris.facit ĩ.de ſup.neg.præla.c.1.quod ibi dicam.

c ¶*Inane.*] confirmatio ergo ſecuta nihil operatur, concor. quod not.ſ.eo.quàm ſit.lib.6.in fi.vlt. glo.

d ¶*Religioſus.*] etiam nouitius.ſ.eod.tit.nullus.lib.6.& vide quòd ibi not.in vlt.glo.etiam ſi ſit mendicans: ſaluo quod habes eo.tit.quorundam.lib.6.ĩ. de regula. vt profeſſores.

¶*Glo. ſeq.ponit opinionem quam reprobat de ſecularibus collegiatis: arguit pro & contra, & declarationem expoſcit.*

e ¶*Secularis.*] dicunt quidam ꝙ ex quo religioſus permittitur eligi in epiſcopum eccleſiæ ſecularis 2, in prælatum alterius ſecularis eccleſiæ non poterit eligi: ſed hoc non credo per prædictum verbum,ſcilicet in eiſdem monaſterijs: & cum id non ſit expreſſe mutatum,in ſuo ſtatu perſiſtant antiqua iura quę id permittunt.51.diſt.priſcis.58.diſt.c.1.16.q.1.doctos. cum multis c.ſeq.de ſta.mona.ꝙ Dei. Incidenter ergo dictum eſt hic de ſeculari,cũ principaliter de regulari intenderet proteſtari 3, vt ſequitur: & ſatis placet hoc in ſecularib. eccleſijs non collegiatis. Sed de collegiatis maius eſt dubium: ſed ꝙ & in illis poſſit,facit quod not.Ber.ſ.ſta.mon.c.2. in 3.glo. & c.quòd Dei timorem. & not.Ioan.68.diſt.c.2.74. diſt.c.quorundam.16.q.7.in nona. In contrarium facit quod not.Hoſt. in prędicta decr.ꝙ Dei.vbi tenet monachum non poſſe habere præpoſituram vel decanatũ eccleſiæ ſecularis, niſi ex diſpenſatione hoc fiat ob neceſſitatem curæ animarum.Item hic ſola diſparitas habitus impedit: fortius impedire debet diſparitas habitus & profeſſionis,vt in caſu iſto: ſcilicet cum religioſus præficitur collegio ſecularium clericorum, & hoc maximè in ſimul viuentibus, in quibus plus arctat principium decr.& qui quandoque funguntur priuilegijs religioſorum.de vi.& hone. cler.quoniam.& not.16.q.1.decimas. Egeret hoc declaratione: ſed vt prædixi verbum, in eiſdem monaſterijs,multum facit,quod poſſit hodie ſicut olim: niſi dicas ꝙ verbum, monaſterijs, ponatur pro eccleſijs.ſic.16.q.7.nemini. Poſſet etiam dici,ꝙ clerici ſeculares non habent certum habitum: cum nõ ſit expreſſum in iure de colore vel forma,per quę vel quorum alterum oportet habitum diſcerni, vt prædixi. & licet fatear certas formas, & colores eis eſſe prohibitos.ĩ.de vi. & ho.cle. quoniam.ſ.eo.tit.clerici. nõ ex hoc ſequitur certum habitum eſſe prefixum: large tamen dicimus habitum clericalem conuenientem & non prohibitum clericis, ſicut & laicalem conuenientem laicis.de ſent.excom.ſi iudex. lib.6.

1 Idé Pau. qa ratio huius c.adaptatur ad omnem modũ quo eccleſijs prouidetur: & ratio legis extendit verba ad cauſam vbi eadem ratio reperitur:facit qđ dixi. ſ.eod.titu. ſi poſtquã.lib. 1.Petr.adde Barbat. tractantem de extenſione pœnali.

2 Quomodo tunc viuet, vide gl. c. de monachis.11.q.1. & pleniſſimè B. Thomam, & Caietanũ 2.2. q.187. ar.8.

3 No. Barb. non arguí à cõtrario ſenſu verborũ incidẽter ꝓlatorum.

f ¶*Cuiuſlibet.*] quaſi diceret etiam ſi ſit alterius religionis vel habitus. Ioan.And.

Diuiſio.

NE *Romani.*] Diuiditur in ſex partes: Quia primo ponit de poteſtate Cardinalium ſede vacante: ſecundo de officio Camerarij vel pęnitentiarij: ibi, *Eo tamen*: Tertiò determinat quid comprehendatur appellatione diœceſis,& quid ſi Papa moritur extra curiam: ibi, *Sanè*. Quartò. determinat quid ſi cõtingat omnes Cardinales exire conclaue: ibi,*Porrò*. Quintò de exceptione cenſuræ non opponendæ contra Cardinales eligentes Romanum Pontificem: ibi,*Cæterùm*. Sextò arctat venire debentes exiſtentes extra curiam vt veniant, licet intellexerint ſedem vacare: ibi, *Verùm*.Ioan.de Imola.

Additio domini Heliæ ꝑmittens caſum.

¶Iſtud cap.determinat ſeu ſupplet concilium. Lugdũ.in c. vbi periculum.lib.6.eo.tit. In illo cap. iſta dicuntur: Si Papa moriatur,Cardinales præſentes debent expectare abſentes per decem dies, vt ipſi congregati in vnum tractent de electione noui Romani Pontificis: qui quidem Cardinales intrabunt quoddam conclaue, id eſt quendam locum ſecretum, quod conclaue erit planum,& nulla erunt in illo conclaui intermedia,ſeu nullæ erunt partes in medio: & iſti Cardinales ſemel incluſi in conclaui, non poterũt exire,& nullus cum eis poterit loqui. Et per vnam feneſtram bene arctam & ſtrictam miniſtrabitur Cardinalibus potus & cibus: Et ſi infrà tres dies nõ eligant Papam, ipſi non habebunt per quinque dies niſi vnum ferculum,id eſt,non comedent niſi de vno epulo: Et ſi in illis quinque diebus adhuc non eligant, ipſi non habebunt niſi panem, vinum, & aquam, & non recipient ſuas diſtributiones de camera: imo ſi aliquas recipient ibi tenebuntur illas reſtituere. Et debent eſſe ita intenti ad electionem dicti domini Papę,ꝙ non debent ſe interponere de aliquo alio negotio quouſq; electionem ſuam fecerint. Item ſi quis Cardinalium non intrauerit conclaue, vel ſi intrauerit tamen exijt: alij exiſtentes nihilominus procedãt in dicta electione,& illium exeuntem non admittent,id eſt, illum amplius non recipient, niſi exierit propter infirmitatem: quia poſt infirmitatem recipietur, ſi inter pendente negotio electionis. Item expectari per decem dies, ſi ipſæ veniant ipſi admittentur. Item illud c.vbi periculum. dicit ꝙ aliquotiens Papa moritur alibi quàm Romę,quid erit ſi moriatur alibi. Ibi dicit ꝙ ſi Papa obierit extra ciuitatem Romanam,ꝙ Cardinales debent illũ eligere in ciuitate illius territorij, in quo obijt. Et dicit ꝙ rectores illius ciuitatis ita cito quàm ſcient mortẽ Papæ,ꝙ ipſi debent compellere Cardinales, vt ipſi eligant Papam, & ſi ipſi non faciant (dicit Papa) ipſi rectores erunt infames,& priuabuntur officijs ſuis. Et dicit concilium ꝙ feudis,ſi feuda habeant. Item dicit quòd Cardinales debent eligere Papam liberè,& ſine conuentione vel pactione aliqua. Et ſi aliquod iuramentum ipſi Cardinales alicui præſtitiſſent de aliquo eligendo, dicit Papa quòd tale iuramentum non valet. Item dicit quòd tota eccleſia debet orare ſuper prouiſione electionis noui Pontificis. ¶His ſuppoſitis accedo ad Clementiam, quæ aliquotiens aliquid ſupplet ad dictum capitulum: aliquotiens confirmat & terminat: ea quæ deciduntur in dicto c.vbi periculum,iam determinato. ¶Figura caſum: Pater ſancte,Deus vos conſeruet à mala peſte,quia vidi ſi aliquo caſu eſſetis ſublatus de medio,id eſt ſi eſſetis mortuus,quomodo vos docetis me qualiter deberent eligere,ſi ius haberẽ eligendi Romanum Põtificem? Sed quæro vobis, an nullæ ſint aliæ ſolemnitates ad eligẽdum Romanum Pontificem præter iſtas poſitas in dicto cap.vbi periculum. & ſi ego obſeruarem dictum capitulum,vt iacet ad pedem literæ, ad mea electio eſſet valida? Et reſpõdet Papa, quòd ſic: dummodo adiungam ea quæ ſunt in iſto capitulo,ſeu in iſto Clemẽtina: in cuius principio dicitur, quòd olim erant diuerſæ opiniones an c.vbi periculum. poſſet modificari.corrigi,vel immutari,vel aliquid ei detrahi,vel addi per cœtum Cardinalium: Summus Pontifex conſiderans, ꝙ lex ſuperioris non debet tolli per legem inferioris,reprobat opinionem ſatagentem,id eſt, dicẽtem & procurantem,ꝙ conſtitutio edita in concilio Lugdũ.in c.vbi periculum.(Eccleſia vacante) poteſt corrigi,immutari,aut quicquam,id eſt,aliqui poteſt ab ea detrahi. Et dicit ꝙ non vult ꝙ Cardinales ſede vacante aliam iuriſdictionem habeant,præter iuriſdictionem eis conceſſam in dicto cõcilio, vbi periculum. ¶Hoc tamen plus habent: quia ſi contingat ꝙ Camerarius moriatur pendẽte tempore,quo Papa eſt mortuus: vel maior, vel aliqui ex pœnitentiarijs, Papa Clemens vult, ꝙ cœtus & congregatio Cardinalium tales perſonas eligant: quia Papa intendit ꝙ per obitum ſuum talia officia vacent. Et maximè, id eſt, præcipuè vult vt pœnitentiarij eligantur, cum ſint ipſi populo per quàm neceſſarij: quia ipſe Clemens vult, ſi pœnitentiarij moriantur,non obſtante ꝙ ſint impediti in electione Romani Pontificis, tamen vult ꝙ eligantur noui, & quòd in locum pœnitentiariorum mortuorum Cardinales ſubrogent nouos: ¶Item quia concilium dicit in c.vbi periculum.quòd ſi contingat Papam mori extra ciuitatem Romanam, ꝙ Papa eſt eligendus in ciuitate illius territorij, in quo mortuus eſt: Sed ſupplico, declaretis mihi quid vos intelligatis per territorium, & dicatis quid continet? Reſpondet Papa, ꝙ nomine terri-

Caſus literalis domini Heliæ.

Caſus.§.Eo tamen.

Caſus.§.Sanè.

¶Idem.

¶*Cœtus Cardinalium ſede vacante iuriſdictionem Papalem nõ exercet, niſi inquantum permittit concilium Lugdun. nec illud, vel eius partem alterare poteſt. Ioan. And.*

NE CAP. II.

NE RO-

territorij tota diœceſis intelligitur, & intelligatis ꝙ ſi audiētia cauſarum & literarum Apoſtolicarum ſit in vno loco, & ꝙ contingat Papam mori in alio loco, ꝙ Papa non eſt eligendus in loco in quo moritur, ſed in quo remanſit curia ſua. Et niſi forſan Papa antequam moreretur determinaſſet audientiam cauſarū alibi profecturam, quo caſu conſtitutio cōcilij Lugdun̄. obſeruaretur.

Caſus. §. Porrò.

¶Sed pone, accidit ꝙ Cardinales exiſtentes in conclaui non fecerunt electionem, imo omnes ſimul exierunt conclaue, vel ſucceſſiuè exierūt, quęritur quid iuris, an propter hoc electio nō ſit facienda? Reſpondet Papa, ꝙ rectores ciuitatis ad quos executio p̄dictæ cōſtitutionis, vbi periculum pertinet, cōſtringēs ipſos Cardinales ad iterum intrandū conclaue: aliàs ſi non faciant, incurrunt pœnas contentas in dicta conſtitutione, vbi periculum. Sed quæreret aliquis: qn̄ Cardinales reintrabunt cōclaue deputatum, incipient ne ipſi de nouo procedere in electione, ac ſi nunquā intraſſent? Reſpondet Papa non: ſed incipient in ſtatu in quo erant quādo exierunt conclaue.

Caſus. §. Cæterum.

¶Item quæro, pone ꝙ ſunt multi Cardinales excommunicati, eruntne ipſi repellendi ab electione, cum ſint incapaces. Reſpondet Papa, ꝙ tales non poterunt repelli aliqua exceptione, vt vitentur ſeu euitentur diſſenſiones vel diuiſiones ſeu ſchiſmata: quia ſi poſſent repelli exceptione excommunicationis, ipſi Cardinales fortaſſe negarent ſe excōicatos, & eſſet lōgum expectare probationes aliorum, & nimis prolongaretur vel differretur electio, quod eſſe non debet.

1 Caſus. §. Verùm.

¶Sed 1 quæro, durante tēpore electionis ſunt aliqui in prouincijs, qui fuerunt electi aliquibus dignitatibus: quod faciēt ipſi, quomodo ipſis ꝓuidebitur de confirmatione ſuæ electionis, an teneantur venire ad ciuitatem Romanam, ac ſi Papa nō eſſet mortuus? Reſpondet ꝙ tenentur venire vel mittere, ac ſi curia Romana non vacaret. hoc dicit totum iſtud c. cuius ordo facilis eſt. Not. ꝙ opiniones doctorum variæ præbent obſtaculum & dilationem expeditioni alicuius negotij: Nam in tali varietate alteram ſequi, non eſt temerarium, vt notatur in d. c. ne innitaris. s̄. de conſtit. Et ſecundum Pau. ſine reprehenſione poteſt vnus adhærere vni, & alter alteri: quia opinionibus eſt deferendum. s̄. de reſti. ſpo. Et per hoc dicendum eſt, ꝙ ſi iudex in iudicando ſequitur vnam opinionem de pluribus, non facit litem ſuam, quod dic vt not. Bart. in l. cum prolatis. ff. de re iudi. Vide hic plenius per Pet. de Anch. No. quòd opinio non conſonans veritati eſt reijcienda. Zabarel.

¶*Prima gloſſa ponens caſum ſimul ſummat, & diuidit: & dicit quid ſupplendo determinat: & quid prima pars approbat vel reprobet.*

a ¶*Ne Romani.*] Caſus Cœtus Cardinalium ſede vacante iuriſdictionem Papalem non exercet, niſi inquantū permittit conciliū Lugdun̄. nec illud vel eius partem alterare poteſt. Secundò dicit, quod officium Camerarij, vel Pœnitentiariorum Papę durat eo mortuo, qui ſi deficiunt, poterit cœtus pro tempore vacationis alios ſubrogare. Tertio determinās diœceſim intelligi id quod in concilio dicit de territorio & diſtrictu, ſtatuit moriente Papa extra curiam, ipſis electionem fieri debere in loco, vbi erat cauſarum & literarum audientia, licet ſuſpenſa: niſi prius ordinatum eſſet de curia transferenda. Quarto prouidet caſui, quo contingeret Cardinales omnes exire conclaue. Quinto ſtatuit per exceptionem excommunicationis, ſuſpenſionis, vel interdicti ab electione non repelli. Vltimo electos & alios, qui mittere vel ire tenentur ad curiam aſtringit ad id ſede vacante. Et principaliter determinat & ſupplet decret. vbi periculum. s̄. eod. Quas autem opiniones approbet vel reprobet, dicam per partes. Et prima pars determinat quod no. 79. diſt. nullus 2. & corrigit quod not. Hoſt. de pœnit. & remiſ. cum ex eo. cuius opinionem & rationes ſcripſi, de ſchiſmа. c. vnico. lib. 6. & approbat quod ibi not. & quod tenet Archid. in decre. prædicta, vbi periculum. §. cæterum. in fin. quod ſpecialius contingit hunc caſum. Car. etiam ſequebatur Hoſt. eo. tit. cupiens. §. ꝙ ſi. vt etiam dicam j. §. fin.

b ¶*Indeterminata.*] habes igitur exemplū opportunæ determinationis, de quo loquitur proœmium harum conſtitutionum.

mani [a] electioni Pontificis indeterminata [b] opinionum diuerſitas aliquod poſſit obſtaculum, vel dilationem [c] afferre: Nos inter cætera [d] præcipuè attendentes, quòd lex ſuperioris per inferiorem [e] tolli [f] non poteſt [g]: opinionem aſtruere (ſicut accepimus) ſatagentem, quòd conſtitutio fœlicis recordationis Gregorij Papæ decimi prædeceſſoris noſtri, circa electionem præfatam edita in concilio Lugdunen̄. [h] per cœtum [i] Cardinalium [k] Romanæ Eccleſiæ (ipſa vacante) modificari [l] poſſit †, corrigi, vel immutari, aut quicquam ei detrahi, ſiue addi, vel diſpenſari [m] quomodolibet circa ipſam, ſeu aliquam eius partem [n], aut eidem etiam renuntiari per eum, tamquam veritati non conſonam [o] de fratrum noſtrorum cōſilio reprobamus [p] †: irritum nihilominus & inane decernētes, quicquid poteſtatis [q], aut iuriſdi-

c ¶*Dilationem.*] ſumme periculoſam, vt in ca. conſti. in prin. Ioannes Andreas.

d ¶*Cætera.*] quæ patere poſſunt ex glo. prædictis. ſupra.

e ¶*Inferiorem.*] 21. diſtin. inferior. s̄. de maio. & obed. cum inferior. C. de leg. fin. & hoc maximè cum ille inferior ab illo ſuperiore recipit poteſtatem 2, vt in caſu noſtro cœtus Cardinalium à Papa: per quod idem videtur de concil. s̄. eo. tit. ſignificaſti. 9. q. 3. cuncta.

f ¶*Tolli.*] innuari poſſet per pœnæ adiectionem 3. de hoc dixi de offic. archipresbyte. cap. fin.

g ¶*Non poteſt.*] hoc etiam fatebatur Hoſti. ſuprà eodem licet. dicens quòd Cardinales illi cōſtitutioni expreſſe renuntiare non poterant per hanc rationem: tacitè ſic, vt infrà dicam.

h ¶*Lugdunenſi.*] s̄. eod. vbi periculum. lib. 6.

¶*Glo. ſeq. ponit alia duo nomina, & remittit.*

i ¶*Cœtum.*] Collegium vocatur de ſchiſma. cap. vnico. lib. 6. quæ ſatis reſonant in idem, vt patet 15. diſt. canones. in fi. alibi dicitur gremium. 23. diſtin. nomine Domini. ante medium. Quomodo verò Cardinales habent ius collegij vel capituli. nec cenſentur iure ſingulorum in diuerſis titulis locatorum, ſatis tractauit Hoſt. de Iudæ. ad liberandam.

k ¶*Cardinalium.*] vnde ſic dicantur, not. s̄. de offi. archipreſ. c. 2. in 1. glo. Ioan. And.

l ¶*Modificari.*] diminutionem continet. de verborum ſignifica. cap. fin. & multa verba hic ponit, ſeptem ſcilicet, vt omnem modum per quem conſtitutio tangi poſſet, includat. Ioan. Andr.

m ¶*Diſpenſari.*] hoc addit: quia ſtante conſtitutione maioris, minor quandoque contra illam diſpenſat. de ætate. & qualita. c. vnico. lib. 6. cum ſimilibus.

n ¶*Partem.*] quid iuris ſit de toto, & c. ff. de rei ven. quæ de tota. & s̄. de dona. inter virum & vxo. nuper.

¶*Glo. ſeq. reſpondet ad rationem Hoſt. quem excuſat, & hanc definitionem coadiuuat.*

o ¶*Non conſonam.*] quod ergo dicebat Hoſtienſis quòd alia collegia hoc habent, ergo & collegium Cardinalium? Reſpondetur illis permiſſum, huic expreſsè prohibitum, & ſi per antiqua iura conceſſum prius erat, per iſtam poſteriorem conſtitutionem eſt correctum. de conſtitu. cap. 1. lib. 6. Et ſic breuiter reſpondetur ad quam plures ex rationibus Hoſtienſis, qui tamen excuſabilis eſt, quia non vidit decret. vbi periculum. Ad id quod dicitur, non eſſe veriſimile, filium Dei voluiſſe mortuo Papa gregem fidelium eſſe ſine paſtore, vel Eccleſiam ſine ſponſo: Reſpondetur ꝙ ſponſus, rector & paſtor & Chriſtus, & caput 4 Eccleſiæ, quæ eſt ipſius corpus. Primum patet. 86. diſt. ieiunium 2. in fine. Secundum 96. diſt. c. 1. circa medium. Tertium de ſacra vnctio. cap. 1. verſi. ſed vbi. 3. q. 4. c. fin. Licet ergo deficiat vicarius non deficit principalis, qui vicariatus ſolum Petro & ſucceſſoribus Apoſtolicis datus fuit Abſurditas autem huius opinionis apparet: quia ſecundum eam non eſſet neceſſarium Papā eligi 5, ex quo cœtus Cardinalium Chriſti vicarium haberet. Item nec eſſet hoc expediens, quod cuique patet. & facit de conceſ. præben. quia diuerſitatem. in prin. & in deciſa.

¶*Glo. ſeq. quærit, negatiuè ſoluit.*

p ¶*Reprobamus.*] Sed nunquid per hoc reprobatur opinio Goffred. Hoſtien. & Compoſt. & Guliel. quæ habet. Cardinales tollere poſſe, quod de numero duarum partium ſtatuit concilium Lateran̄. s̄. eod. titul. licet. ſcilicet ordinando quòd nominatus à pluribus in ſcrutinio ſit Papa, vt ibi ſcripſit? Dic ꝙ non: quia illud concilium illam opinionem approbat cum dicit, niſi maior interuenerit concordia. ex quo ergo concordant nominatum vel nominandum à pluribus eſſe Papam; videtur ille nominatus ab omnibus, & facit quòd not. s̄. eod. tit. ſi cui. lib. 6. in glo. nota.

¶*Glo. ſeq. dicit opi. Hug. reprobatam, & rationem eius tolli per inſtantiam.*

q ¶*Poteſtatis.*] reprobatur ergo quod notat Hug. 79. diſtin. nullus 1. cuius dictum recitat Hoſtien. s̄. eod. licet. qui dixerat Cardi-

† Fallit iſtud ſecundū Barba. in alijs, quæ ſe de vacante habēt iuriſdictionē: ſed ratio iſtius tex. eſt periculum vacationis ſedis Papalis. Fontanus.

† Notat Barbat. ꝙ Papa poteſt facere conſtitutionem ſuper electione ſucceſſoris, non ſic epiſcop⁹: quia poſt obitum non erit iudex, ergo nō valet qđ agit. l. cum qui. §. fin. ff. de iur. omn. in Fonta.

2 Placuit doctoribus & not. ꝙ inferior nō ſemper (gratia exēpli) epiſcopus recipit poteſtatē à ſuperiore, ſcilicet archiepiſcopo. c. paſtoralis. in princip. de offic. ord.

3 Sequūtur doct. facit c. vt animarū periculis. de conſti. lib. 6. glo. 1. cle. vt hi q. de æta. & qualita. Barbat. Fōt.

4 Vide Turrecrematā ī ſumma de eccleſia lib. c. 44. & ſeq.

5 Quod eſt falſum vnde infert. Barb. ꝙ auctoritas Chriſti non tranſit ad conciliū ſede vacante, vide glo. c. quodcunque ligaueris. 24. q. 1. Font.

Cardinales poſſe tunc creare Cardinalem: cum poſſint tunc creare Papam, quod plus eſt: ſed videmus quod capitulum creat epiſcopum, nec tamen confert beneficia ad illius ſolius collationem ſpectantia, ne ſede vacante. cap. vnico, lib. 6.

a ¶ *Pertinentis.*] ſi ergo aliquid diuiſim ad collegium pertinet, quod forte prior ipſorum expedit, vt eſt moris, hoc non impedit. facit p̄dic. decr. vnica. & de reſcri. edoceri.

b ¶ *Permittitur.*] in §. idem quoque.

c ¶ *Camerarium.*] ad quem ſpectat temporalia pauperibus erogare, vt not. Io. 8. q. 1. c. 1. hodie autem magnum eſt officium: & iuriſdictionem exercet circa omnes debentes Cameræ: & auditorem habet etiã ad hoc, quem puto ꝙ habere poſſit ſede vacãte, per hanc literam. prouiſione tamen pendente Cardinales nil ab ipſo recipient, vt in prædicta decre. vbi. §. prouiſionis.

d ¶ *Maiorem.*] ex pęnitentiarijs 1, qđ ſequitur, & eſt ſenſus ꝙ officium pęnitentiarij maioris, qui ſolet eſſe Cardinalis, vel aliorum minorum, non expirat. Tẽpore tamen incluſionis maior pænitentiarius, ſi eſt Cardinalis, per ſe non poteſt vti officio: ſi tamen nollet in clauſula manere etiam perſonaliter vtetur officio, fecit dñs Tuſculanus.

e ¶ *Quorum.*] Interpoſitio.

1 Vide Ludouicũ Gomes in pœmio regularum Cancellariæ de officio ſacręq; pœnitẽtiæ.

...ctionis ad Romanum, dum viuit, Pontificem pertinentis[a] (niſi quatenus in conſtitutione prædicta permittitur)[b] cętus ipſe duxerit (eadem vacãte Eccleſia) exercendum.

¶ *Officium Camerarij, vel Pęnitentiariorum Papę durat eo mortuo, qui ſi deficiant, poterit cœtus Cardinalium pro tempore vacationis alios ſubrogare. Ioan. And.*

¶ Eo tamen prouiſo, quòd ſi eiuſdẽ Eccleſiæ Camerariũ[c], aut maiorem[d], vel aliquos alios ex pęnitẽtiarijs (quorũ[e] officium per obitum eiuſdem Põtificis nolumus expirare[f]) per mortem, vel aliàs deficere quouiſmodo[g] contingat: valeat idem cętus[h] ad tempus vacationis huiuſmodi, pro numero deficientium[i], vel ampliori etiam, quantum[k] ad pęnitentiarios (ſi hoc[l] eidem cętui concorditer[m] expedire videbitur) alios ſubrogare.

¶ *Determinans dięceſim intelligi id quod in concilio dicitur de territorio & diſtrictu, ſtatuit moriente Papa extra curiam, ipſius electionem fieri debere in loco, vbi erat cauſarum & literarũ audientia, licet ſuſpenſa: niſi prius ordinatum eſſet de curia transferenda. Io. And.*

¶ *Glo. ſeq. dicit quid approbat, duas lecturas pōnens.*

f ¶ *Expirare.*] hoc de pęnitentiarijs, tenebat Hoſt. de ſen. excommu. ꝙ de his. in fi. vbi determinat quod not. in Specula. tit. 3. §. 1. vbi defendit Gul. ꝙ Camerarius Mareſchallus, & auditor cameræ habent ordinariam. quod ſi verum eſſet de iure communi duraret illorũ officium mortuo Papa de offic. leg. c. 2. lib. 6. ſed hic de Mareſchallo nil dicitur. & vide ꝙ dixi ſ. ea. compil. tit. 1. audito. in 1. gloſ. Secundùm quod dicimus iſtos habere delegatam, ſpeciale hic inducit, quod durat delegata poſt mortem delegantis, ſicut & ſupra de hære. in fidei. lib. 6.

Camerari⁹ Papæ & Mareſchallus an habeant ordinariã, vel delegatam.

g ¶ *Quouiſmodo.* 2] puta qa incidit in furorem vel infirmitatem, quæ impedit executionem officij. idem puto ſi recederet, vel nollet officium exercere.

2 De hoc verbo vide Decium in c. ſedes. extra de reſcrip.

h ¶ *Cœtus.*] poteſt ſuppleri, vel pars maior: qa quod maior, & c. 6. di. Apoſtolica. de electio. cum inter canonicos. in prin. ff. ad munici. l. qđ maior. & hoc verum vbi ſolum pro numero deficientium ſubrogant. vbi verò pro ampliori, neceſſaria ſit plena concordia. 3 & ſic intelligo quod ſequitur.

3 Vide Abbatem in c. non poteſt extra de re iud.

i ¶ *Deficientium.*] tolle quod eſt j. alios ſubrogare.

k ¶ *Quantũ ad pęnitẽtiarios.*] ſecus ergo quo ad Camerariũ.

¶ *Glo. ſeq. quærit, & ſoluit.*

l ¶ *Si hoc.*] videlicet ꝙ pro ampliori numero ſubrogẽt pęnitentiarij. Sed nunquid nullo deficiẽte poterit cętus ꝓ ampliori numero concorditer pęnitentiarios ſubrogare? De verbis videt ꝙ non, cũ cõſtitutio ſit prohibitoria præter caſus ꝑmiſſos. & iſtud nõ videtur permiſſum, niſi cum aliquis deficit. Io. An.

m *Concorditer.*] idem in decre. vbi periculum. §. nulli. & §. idẽ quoque. vnus 4 ergo ſolus hoc impedire poterit, facit quod not. ſ. eod. tit. quia propter. ver. vel ſaltem.

4 Vide Alexandrũ conſil. 12. in 2. volu.

n ¶ *Conſtitutionem prædictam.*] in §. porrò.

¶ *Glo. ſeq. ſoluit dubium, & reſpondet contrario.*

o ¶ *Moriente.*] vel cedente, qđ eſſe poteſt, vt de renũ. c. 1. lib. 6. Nã tunc quo ad ſedem cenſetur mortuus 5 . 7. q. 1. §. ecce. in quibus & cũ hic ſit eadẽ ratio, & fauor prouiſionis Eccleſiæ, & ceſſet ambitio, ceſſat ẽt cõtrariũ de decr. ſuſceptũ. de reſcr. li. 6.

5 Mors em ciuilis æquiparatur naturali, vbi ſperatur eũ

dé effectũ, de quo vide Abbatẽ in c. niſi. de ꝓba. & Alexãdrum conſi. 1. in 5. volu.

p ¶ *Regulariter.*] hoc dicit propter caſus interdicti, & rebellionis ibidem exceptos. Ioan. And.

¶ *Glo. ſeq. fortificat textum per ſimile, & per rationem. Secũdò obijcit, & reſpondet.*

q ¶ *Diçceſim.*] iuſtum fuit hic plus ponderari diœceſim, quã diſtrictum, ſicut & in caſu, de reſcrip. ſtatutum. lib. 6. maximè quia ſtãte diçceſi, diſtrictus facile variantur, quandoque per conceſſiones imperiales, quandoque per occupationes principum, vel ciuitatum. ad tales autem mutabilitates eccleſiarum ſtatus nõ mutatur. 10. diſt. cap. 1. 101. diſt. c. 1. & de relig. domi. c. 1. Si ergo Papa moritur apud Bazanũ, vel Nouantulã, quę loca ſunt diſtrictus Bonon̄. quia, tamẽ loca ipſa ſunt diçceſis Mutinen̄. in ciuitate Mutinen̄. conuenire debent Cardinales, & ibidem includi. Sed cum locus ille non diſtringatur ꝑ ciuitatẽ Mutinen̄. quomodo regens ciuitatẽ Mutinen̄. illos includet? quare melius videbatur accipere proprie territorium, vel diſtrictũ. Sed fortè ponderauit auctor ꝙ multa ſũt loca 6, quæ non diſtringuntur per ciuitates aliquas, ſed per ſingularia dominia, qui dñi etiam ciuitatibus non reſpondent. Illi ergo non ſunt de diſtrictu ciuitatis, ſunt tamen de diœceſi. Ad primum dico quòd Cardinales ſe debent offerre, & ſperandum eſt quòd hoc facient: quia non facile continget quin aliqui ſe offerant, quos alij ſequentur nolentes perdere vocem ſuam, vt de facto videmus. Poſſet etiam eſſe locus remiſsioni, de qua j. de re iudic. paſtoralis. circa medium,

6 Talia loca non ſunt de diſtrictu ciuitatis, ſecundũ hanc glo. quã no. & adde qđ no. Io. And. ſupra de iureiur. nimis. & dixi in c. ſtatutum. §. cum vero. de reſcrip. & in c. ſi propter. e. tit. c. 1. ver. ad idẽ quæritur. li. 6. Pet.

¶ Sanè cum iuxtà conſtitutionem[n] prædictam Papa extra ciuitatem, in qua cum ſua erat curia, moriente[o], in ciuitate in cuius diſtrictu, ſeu territorio moritur, ſit regulariter[p] ſucceſſoris electio celebranda: diſtrictus, ſeu territorij nomine, diçceſim[q] hoc caſu[r] intelligendam fore cenſemus. Eo tamen adiecto, quòd ſi in certo loco cauſarum, & literarũ Apoſtolicarum audientia remanente, Papam alibi[ſ] mori contingat, non[t] ibi, ſed vbi prædicta fuerit audientia, memorata electio celebretur: ẽt ſi eadem audientia tempore mortis huius vacare[u] noſcatur: niſi forſan ante mortem eandem ordinatum[x] eſſet per Papam de curia tranferenda[y]: quo caſu ſeruetur prouiſio[z] conſtitutionis prædictæ.

¶ *Prouidet caſui, quo contigeret Cardinales omnes exire conclaue.*

¶ Porrò[a] ſi Romano non electo Pontifice, Cardinales omnes[b] ſimul, vel ſucceſſiuè (ꝙ abſit) exire contingeret conclaue deputatum eiſdem: hi (ad quos[c] pertinet executio

r ¶ *Hoc caſu.*] Alijs ergo caſibus ſumitur vt habetur. ff. de verbo. ſig. pupillus. §. territorium. tamen & alibi territoriũ ponitur pro diœceſi. 26. q. 2. ſi quis epõrum. cui concor. de conſti. c. 2. lib. 6. Quandoque etiam parochia ponitur pro diœceſi. 12. q. 2. bonæ rei. de dona. Apoſtolicæ. in prin. quandoque ponitur pro regione. 9. q. 2. epiſcoporum.

ſ ¶ *Alibi.*] id eſt in loco alterius diœceſis.

t ¶ *Non ibi.*] vbi moritur.

¶ *Gloſſa ſeq. dat duo ſimilia.*

u ¶ *Vacare.*] licet vacet inſpicimus primũ ſtatum, ita mulier vidua vacãs denominatur à dignitate prioris mariti, donec alteri nupſerit. concord. in decr. de fo. competen. ex parte. in fin. vlti. glo. Ponderamus igitur hic habitum ſine actu. ſic ſ. ead. compil. de ſum. trinit. c. 1. in fin.

x ¶ *Ordinatum.*] Ad idem de præben. ſi Apoſtolica. in fi. lib. 6.

y ¶ *Transferenda.*] ad aliam diœceſim, aliàs idem quod ſ.

z ¶ *Prouiſio.*] ſcilicet quòd fiat electio in loco vbi Papa moritur, vt in dicto §. porrò.

a ¶ *Porrò.*] prouidet caſui non determinato per c. vbi periculum: Nam licet ibi in §. ſanè. prouiderit quid iuris cum aliqui ex Cardinalibus exeunt conclaue, improuiſum erat quid iuris, quando omnes exeunt. & caſus iſte poſt mortem Clementis fuit de facto.

b ¶ *Omnes.*] bene dicit: quia ſi aliqui, vel aliquis remaneret, in illos, vel illum reſideret ius eligendi, vt colligitur ex prædicta decret. §. ſanè. & facit quod not. de poſtul. prælat. gratum. cum ſuis concor. 7 Vbi verò omnes mortui eſſent quid iuris: ſcripſi poſt Hoſt. ſ. eod. licet.

7 Capitulo igitur aggregato, non dicitur diſſolui collegiũ per receſſũ etiam maioris partis: qa in ſolo remanente dicitur ius collegij remanere: ſed antequam congregentur, niſi duæ partes accedãt, nõ fingitur capitulum conueniſſe in loco. Pet. de Ancha.

c ¶ *Hi ad quos.*] de quibus habetur in §. præterea.

¶ *Glo. ſeq. quærit, & ſoluit: ſecundò duas quæſtiones ſubdit, de qui-*

constitutionis prædictæ) illos ex ipſis, quibus infirmitas corporis, aut nota debilitas excuſationem non dabit, idem conclaue (quam citò poterũt) re intrare compellant [a] †: pęnes in dicta conſtitutione cõtentas [b], niſi hoc fecerint, incurſuri [c]. Cardinales autem huiuſmodi conclaue reintrantes, ad electionem iam dictam procedant: & aliàs conſtitutionem pręfatam obſeruent ſecundum ſtatum, in quo [d] erãt in eodem conclaui, quando ipſum (vt præmittitur) exiuerunt.

¶ Statuit Cardinales per exceptionem excommunicationis, ſuſpenſionis, vel interdicti ab electionem nõ repelli Ioan. Andr.

¶ Cæterum [e], vt circa electionem prædictam, eo magis vitẽtur diſſenſiones, & ſchiſmata, quo minor eligentibus aderit diſſidendi facultas [f]: Decernimus, vt nullus † Cardinalium cuiuſlibet [g] excõmunicationis, ſuſpenſionis, aut interdicti prætextu, à dicta valeat electione repelli: Iuribus alijs [h] circa electionem eandẽ hactenus editis, plenè in ſuo robore duraturis.

de quibus remittit; Tertiò quærit & quæſtionem ampliando, prouiſionem expoſcit.

a ¶ *Compellant.*] ſed quid ſi aliqui territorium illorum exeant? faciant de his qui infra diſtrictum ipſum manent. Sed nunquid illi ſoli poterunt eligere? Item quid ſi nulli remanent? Vide quod dixi ſ. in gl. iuſtum. Item quid ſi omnes remanent, & aliqui citius re intrant cõclaue, nunquid illi poterunt eligere, & ſi alij non haberẽt iuſtam cauſam, planũ eſſet. Sed quid ſi alij non intrantes habent iuſtum metum mortis, vt allegabatur poſt mortem Clementis, & dicat dominus temporalis non eſſe potẽs ad ſecuritatem ipſorũ, vel etiam tunc dicebatur: quid fiet, & quis de iuſta cauſa metus cognoſcet. Iſta non deciſa, nec tũc prouiſa, adhuc egebũt prouiſione.

† Notat Pe. de Anch. ꝙ ſi prima executio non eſt ſortita effectũ iterum inchoatur. alle. Barto. in l. ſi fideiuſſor. §. meminiſſe. ff. de lega. 1.

b ¶ *Contentas.*] In §. quod ſi præmiſſa.

c ¶ *Incurſuri.*] quia pœna ciuium & rectorum eſt punitio ciuitatis, videntur etiam includi pœnę, de quibus ibi in §. ciuitas.

d ¶ *In quo erant.*] habita diſtinctione, an lapſi eſſent tres dies tantum, an etiam octo, vt ibi in §. conclaue.

† Aliàs ita: vt nullius ex Cardinalibus.

¶ Glo. ſeq. dicit quid approbat, & quid prorogat, et opi. Cõpo. recitat.

e ¶ *Cæterum.*] iſte §. approbat quod not. Io. 79. diſt. c. 1. vbi not. de vitio eligentium obijci nõ poſſe: & ꝓrogat opinionem Compoſt. not. ſ. eod. licet. qui dixit contra electionem factam per duas partes excipi non poſſe de excõmunicatione, vel ſuſpenſione eligentium, etiam ſi ſit notoria. Nec obſtat ſecundum eum ꝙ peccant alij communicando talibus: faciunt enim hoc auctoritatem hoc auctoritate illius iuris, quod omnem exceptionẽ remouet. alleg. ff. de riuis. l. Seruius. §. ſi quis riuum. Item ſecũdum ipſum in caſu neceſſitatis licitè excõmunicato cõicatur, ſed maior neceſſitas, quam carentia vicarij Ieſu Chriſti non poſſet haberi. 22. diſt. omnes. 2. q. 6. ad Romanam. & facit ſ. de hęr. præſidentes. lib. 6. hic approbatur hęc opinio, etiam quo ad actum electionis faciendæ.

f ¶ *Facultas.*] facit ſ. eod. indemnitatibus. §. vt autem. lib. 6.

g ¶ *Cuiuſlibet.*] iuris, vel hominis. Item qualiſcunque ſit ſuſpenſio, vel interdictum.

h ¶ *Iuribus alijs.*] 79. diſtin. per totum. 23. diſt. in nomine Domini. ſ. eod. licet.

¶ Glo. ſeq. dicit approbatã opi. Gar. & Io. Mon. licet mala rõne falſificatã, & contrariã reprobatã, ſubdens abſurditatis cãm.

i ¶ *Verum quia.*] approbat quod not. Gar. & Io. Monachus ſ. eo. cupientes. 1. reſpon. li. 6. ſuper ver. comparere. qui dicebant electum non venientem tunc infra tempus illius conſtitutionis incurrere pœnam mouebantur autem illa ratione: quia iuriſdictio Papę. & ipſius exercitium remanet penes collegium Cardinalium, quæ ratio reprobatur. ſ. 1. reſponſo. Dicebant tamen ꝙ Papa deberet pęnam remittere, ex quo venit ante creationem. Papæ, licet poſt tempora. alle. ff. ſi quis in ius vo. non ierit. l. 2. §. fi. Archi. ibi in fine, primę partis propter verbum, coram nobis, tenebat contrarium, ſcilicet ꝙ non incideret in pœnam tunc non veniendo. Cum ſcripſi ſuper illa decretali, hunc caſum non tetigi qa mihi videbatur contra æqtatem, ꝙ tunc incideret, & per illud verbum, corã nobis. de rigore videbatur ꝙ incideret: Quis enim poteſt diuinare aſtrictus adueniendum quando ſit Papa creandus. cum ergo poſſet omni die creari, ergo omni die paratus ſit is qui aſtrictus eſt ad cauſam proſequendam. & licet rigoroſum videatur, reſpicit tamen expeditionem Eccleſiarum & fortè propter hoc non vtitur hic verbo, declaramus: ſed verbo, ſtatuimus.

¶ Electos & alios (qui mittere, vel ire tenentur ad curiam) aſtringit ad id ſede vacante. hoc dicit. Ioannes Andreas.

¶ Verum [i] quia tam ex prouiſis [k] remedijs, quàm ex orationibus [l] ad Deum ſuper † huius negotio effundendis [m], ꝙ breuiter huiuſmodi celebretur electio, præſumendum eſt probabiliter, & ſperandum: Statuimus, vt electi & alij [n] (qui ex quacunque [o] cauſa ad ſedem Apoſtolicam venire, vel mittere [p] ſunt aſtricti) ad ipſam cum vacat, ac [q] ſi non vacaret, venire, vel mittere teneantur.

¶ Idem.

¶ Primò ponit formam, ſecundùm quam appellans appellationem intimat appellato, vt per ipſam cauſa beneficialis ad curiam deuoluatur. Secundò, prouidet cum appellatus vel ipſius ſpecialis procurator nequit haberi. Tertiò, prouidet cũ per metum appellati, vel ſuorum intimatio fieri non poteſt. Quartò, vitiat intimationem aliter factam. Quintò, prorogat hunc modum intimandi ad alios caſus. hoc dicit. Ioannes Andreas.

CAP. III.

CAV-

k ¶ *Prouiſis.*] per decre. vbi. & iura quæ allegauit in fi. prox. partis.

l ¶ *Orationibus.*] qualis debeat eſſe oratio 1, vide quod dicam. j. de reliqui. & venera. ſan. ſi Dominum, ad fi. & quo modo in ea ſperandũ eſt, ibi dixi ſatis in vltimo membro gloſſę.

1 De hac materia vide plene p B. Thomam 2. 2. q. 83. arti. 12. 13. & 14.

m ¶ *Effundendis.*] vt in decr. vbi periculum. in fi. & verbum, effuſionis. largitatem & abundantiam denotat. 16. q. 1. reuertimini.

† Aliàs ita: ſuper hoc eius negotio. aliàs ita: ſuper huiuſmodi negotio, &c.

n ¶ *Alij.*] perſonæ inſtructæ opponentes, & appellantes 2.

2 Et ſecundum Barto. perſonæ ꝓuiſæ per defunctũ Papam, ponderando verbũ, aſtricti. & ver. prouiſi, iuncta glo. in c. cupientes §. 1. in verbo, electi. de electi. lib. 6. Fõta.

o ¶ *Quacunq; cauſa.*] per hoc videtur ꝙ citatus qui tenetur ire, vel mittere ad curiã, mortuo Papa teneatur ad idem: cuius contrariũ not. Hoſti. ſ. de accuſa. licet. vt ibi ſcripſi ſuper verbo, acceſſiſſes.

p ¶ *Mittere.*] ſicut hi quos arctat decre. 1. ſ. eod. lib. 6. decre. 1. de appellat. & decre. quamuis de offi. ord. eod. lib. Item electi cathedralium, vel regularĩ eccleſiarum, quos arctat conſtitutio, cupientes. niſi ſint iuſtè impediti, vt eo. c. §. ꝙ ſi. Itẽ poſtulati, qa ſunt eccleſijs alligati vt ibi §. deniq; vel fęminæ. ſ. eo. indẽnitatib. §. ſed cum eas libro 6.

q ¶ *Ac ſi non vacaret.*] & ſic patet ꝙ infra tempora ſtatuta.

C*Auſam electionis.*] Diuiditur in quinq; partes, vt patet in rubro, quarũ ſecunda eſt: ibi, *Quòd ſi forſan.* Tertia: ibi, *Verũ*: Quarta: ibi, *Intimatio.* Quinta: ibi, *Idem quoque.*

¶ Pręſupponatis notata in c. ſtatuimus. li. 6. eo. tit. vbi dicitur, ſi aliquis fuerit electus ad aliquam dignitatẽ, vel fuit ſibi prouiſum de beneficio, vel forſan fuit poſtulatus. ꝙ ſi aliquis cõtra talẽ prouiſionẽ, electionẽ, vel poſtulationẽ ſe opponat, vel fortè fuit appellatũ à tali electione, ꝓuiſione, vel poſtulatione, ꝙ talis appellans ſimiliter & appellatus ſeu defendens, dẽnt arripere iter ſuũ à die quo ſe appoſuerunt, vel appellauerunt infra menſem, vt vadãt ad Papã, qui de cã appellationis diſceptabit. Itẽ dicit dictũ ca. ꝙ ſi vna pars à die quo ſe oppoſuit, infra menſem iuit Romã, & ibi ſuã partẽ aduerſam per xx. dies expectauit, & nõ venit procedet in negotio electionis, nõ obſtante cuiuſq; abſentia, ſicut de iure fuit. Itẽ aliquotiens aliqs opponit in formã electiouis, i. cõtra formã electionis, dicẽdo electionẽ ritè nõ eſſe factã: imo ꝙ fuerunt omiſſæ ſolẽnitates iuris: ſi talis opponens non poſſit probare peccatũ formæ, i. electionẽ non eſſe factam ſecundum formam, quã accepit à iure, tũc talis cõdemnabitur alteri parti in expenſis: quia ipſe ſoluet expẽſas, dãna & intereſſe, q̃ vel quas habuit ille, vel fecit, cõtra quẽ oppoſitũ eſt in formã. Aliquotiens aliqs ſe opponit nõ in forma electionis, ſed in pſonã, i. cõtra pſonã electã, dicens eam nõ eſſe capacem electionis: quia dicit talem eſſe excõicatum, quare eſt ineligibilis. Vel dicit talem perſonã non eſſe legitimã, nec de legitimo matrimonio, iõ illã pſonã dicit non eſſe eligẽdã, & ſic opponit in pſonã, i. cõtra pſonã illã electam. Et ille q opponit in pſonã, ſi nõ probet ea q̃ opponit cõtra illã: tũc talis opponens eſt ſuſpẽſus triẽnio à ſuis beneficijs: imo perpetuò priuatus eſt, ſi ſe interim, i. pẽdente illo triẽnio immiſcuerit ad illa beneficia. His auditis figura caſum in Clementina. Pater

ſan-

ſanctiſſime, audio doctrinam veſtram, in qua dicitis, ꝙ ſi aliquid opponatur contra prouiſionem,electionem,vel poſtulationem factam ad perſonatum,dignitatem, vel canoniam, & ob hoc fuerit appellatum ad Papam,appellans & defendens, & quorum intereſt à die oppoſitionis, vel appellationis infra menſem arripiant ſuū iter eundi Romam: q̃a cauſa eſt deuoluta ad ſummum Pontificem: Sed quęro,an eo ipſo ꝙ oppoſui me contra aliquem, quia fuit electus ad dignitatem,& me oppono contra formam, vel an eoipſo ꝙ appellaui,vel me oppoſui,cauſa ipſa ſit deuoluta ad ſedem Apoſtolicam? Et reſpondet Papa ꝙ nō,ſic dicendo:Nos cenſemus cām electionis,poſtulationis,ſeu prouiſionis emiſſam,i.deuolutam ad ſedem Apoſtolicam, cum ipſa appellatio fuerit ſpecialiter interpoſita in præſentia appellati,i.in præſentia illius contra quem appellatur: aut ſi fuerit interpoſita in præſentia procuratoris eiuſdem appellati,aut cum fuerit intimata, id eſt,notificata alteri eorum,ſcilicet,in perſonam appellati,aut in perſonam ſui procuratoris infra menſem ab interpoſitione ipſius appellantis, vel ſaltem cum fuerit intimata poſt lapſum tēporis.ſ.poſt menſem quam citò poterit fieri commode. Intelligatis cum fuerit intimata,porrecto,id eſt,dato libello, ſub ſcriptura authentica, vel lecto tenore illius (quia talis appellatio quando intimatur, debet legi coram appellato) & copia appellationis data modo ſimili ſicut modis ſupradictis, ſi ipſa copia fuerit petita, & inde fuerit data. Et ſic habemus,ꝙ cā appellationis non dicitur emiſſa, nec deuoluta ad ſedem Apoſtolicam,niſi fuerit infra menſem,vel poſt menſem quàm cito cōmodè poterit, intimata & notificata:ſic videlicet, vobis Petro tali electo ad talem dignitatem: quia ſcio electionem eſſe inualidā,vel quia ſcio vos incapacē illius electionis,vobis intimo & notifico,ꝙ de tali electione de vobis facta appello ad curiā Romanam: & ibi cauſam appellationis proſequi intendo. Hoc facto,cauſa appellationis dicitur emiſſa ad ſedem Apoſtolicam. Sed quæro,ſi appellans non poſſit intimare,i.notificare appellationem ſuam appellato,quomodo prouidebitur:quia forſan appellatus aufugit,& non eſt in prouincia,nec poteſt eius procurator inueniri,vel forſan quia appellatus, habet domum remotam, ita ꝙ appellans non poteſt ſibi intimare? Reſpondet Papa,ꝙ appellans debet ire ad eccleſiam cathedralem in ciuitate,vel dięceſi cuius ſit beneficium,vel dignitas de qua fuit electus, & ibi ſuam appellationem publicari faciet, & copiam dabit appellato modo præmiſſo ſupra, quandocunque copia petita fuerit. Et ideo dicit textus quòd ſi forſan contingat appellatum abeſſe,id eſt, abſentem eſſe, & contingat talem procuratorem non inueniri,ſcilicet,ꝙ poſſit intimari appellatio: tunc appellans faciat appellationem ſuam publicari in domo, in qua ipſe appellatus conſueuit communiter habitare. Vel ſi talis publicatio non poſſit fieri in domo,quia domus eadem exiſtit in remotis partibus: tunc faciat publicari ſuam appellationem in eccleſia cathedrali, in cuius ciuitate,vel diœceſi beneficium quod litigioſus eſt,conſiſtat,id eſt,ſit. Et nihilominus volumus publicari dictam appellationem vtroque caſu,ſcilicet,in eccleſia cathedrali,vel in loco, in quo eſt beneficium,ac de ipſa, ſcilicet publicatione quandocunque fuerit petitum, fieri copiam appellato volumus modò præmiſſo, & ſupradicto. Et ſum in verſiculo, *Verùm*. Et quæro ponendo ſic, ꝙ appellatus non abeſt, nec eius procurator, nec domus eius longè diſtat:ſed ipſe appellatus, hoc eſt, ille contra quem appellatum eſt,eſt ita potens & ita timendus, ꝙ appellans nō audet intimare ſuam appellationem? Reſpondet Papa, quòd talis appellatio debet publicari ſolemniter in loco publico, in quo loco eſt veriſimile ipſum appellatum, vel eius procuratorem veriſimiliter non poſſe ignorare. Et ideo dicit textus, *Verùm*,pro,ſed,ſi intimatio fieri nequeat,vt præfertur, propter metum appellati: quia eſt ita potens ꝙ appellans nō eſt audiens ire ad eum: vel ſi intimatio fieri nequeat propter metum,& timorem ſuorum parentum: Nos Clemens volumus eandem appellationem ſic publicari ſolemniter in loco publico, quod poſſit veriſimiliter peruenire ad notitiam appellati,ſeu procuratoris eius.Intimatio verò aliter facta careat omni effectu: nec cauſa cenſeatur deuoluta ad ſedem Apoſtolicam per eandem appellationem,niſi certa notitia eius appellationis aliter perueniſſet ad appellatum infra tempus prædictum,ſ.infra menſem. Et iſtum modum intimandi vult obſeruari in alijs caſibus, in quibus requiritur intimatio facienda: ideo dicit textus. *Idem quoque obſeruari volumus in alijs caſibus, in quibus requiritur intimatio facienda.* hoc dicit.No. primò ibi, *Vel ſaltem*,de aduerſatiua, *Vel*, cui quando adijcitur dictio, *Saltem*, vt hic, ſignat diminutionem.de reſcri. ſtatutum.§.cum verò.lib.6. Nota ſecundò caſum, in quo datur tempus arbitrarium ad purgandum moram tēporis determinati. de quo in gl.in verbo, cōmodè. Zabar.

† Vide concilium Trident. ſeſſio. 24.de reformat.c.20.

ſam[a] † electionis[b], poſtulationis, ſeu prouiſionis[c], per appellationem ab ipſa, vel occaſione[d] ipſius, ad ſedem[e] Apoſtolicam emiſſam: tunc demum ad ſedem eandem deuolui[f] cēſemus, cū in appellati[g], aut procuratoris eiuſdē in ipſa cauſa ſpecialiter[h] conſtituti præſentia interpoſita[i] fuerit: aut eorū alteri[k] infrà menſem ab interpoſitione[l] ipſius, vel ſaltem poſt lapſum eiuſdē menſis (quā citò cōmodè[m], fieri po-

¶ *Prima gloſſa ponens caſum ſimul ſummat, & diuidit,& dicit quid determinat.*

a ¶ *Cauſam.*] Caſus. primò ponit formam, ſecundum quam appellans appellationem intimat appellato, vt per ipſam cauſa beneficialis ad curiam deuoluatur.Secundò prouidet cum appellatus,vel ipſius ſpecialis procurator nequit haberi. Tertiò prouidet cum per metum appellati, vel ſuorum intimatio fieri non poteſt. Quartò vitiat intimationem aliter factam. Quintò prorogat hunc modum intimandi ad alios caſus. Et determinat not. per Inno.Hoſti.Io.Mo.& Archi.eo.tit.c.1.lib.6. ſuper verbo, infra menſem per Compoſt.ibidem.& Guil.in Spe.tit.de citatio.§.ſequitur.poſt prin plenius.de appel.§.qualiter. verſic.cautus etiam ſit.& verſicu.quid ſi procuratori.adhuc apertius per Guliel.Mandegoti,in libello electionum.in fin. per ipſum Io. Monach.de reg.iur. in generali.lib. 6. vltra medium. & quod no. ſuprà eodem. cupientes. 1. reſponſo. libro 6. ſuper verſic. notitiam.

b ¶ *Electionis.*] etiam epiſcopalis.vel cathedralis eccleſiæ,vt dicam.j̃.§.penul.

c ¶ *Prouiſionis.*]hæc tria exprimit decre.1.eo.tit.lib.6.

¶ *Gloſ ſeq.approbat opi.Compoſt.quam plenius recitat.*

d ¶ *Occaſione.*] id eſt, propter cauſam electionis,poſtulationis, vel prouiſionis,vt ſi appellatur à grauamine illato in iudicio: quo caſu locum habet decre.1.s̃.eod.lib 6.ſecundùm Cōpoſt.qui plus ibi no.quòd ſi ſuper prima appellatione dent iudices extra curiam, & ab illorum grauamine appelletur,locum habet decr.illa. & dicit ſic ſeruaſſe Innocentium,licet quidam contra, quòd ſolum in cauſa primę appellationis habet locum hæc decretalis, quod eſt contra mentem: quia per ſecundam appellationem ſicut per primam poſſit protelari vacatio.

e ¶ *Sedem apoſtolicam.*] in alijs enim non habet locum prædicta decre.1.s̃.eod.lib.6.vt ibi not.

f ¶ *Deuolui.*] quo ad hoc vt principale negotium ſit in curia,vt dicam.j̃.§.penul.

g ¶ *Appellati.*] ſi contra capitulum,vel collegium appelletur. vide quod not.s̃.eod.bonæ.1.in gloſſ.1.ſoli.de conceſſio. præb.ſi capitulo,in lib.6.in gl.6.Ioan.And.

¶ *Gloſſa ſequens dicit approbatam opinionem Speculatoris: arguit ad ſimile, & de tribus remittit.*

h ¶ *Specialiter.*]approbat opinionem Spec.in prin.verſi.quid ſi procuratori.vbi poſitis duabus opinionibus, quarum prima habebat,quòd non ſufficit intimare procuratori: ſecunda, ꝙ ſufficit: dicebat primam veram in generali procuratore,ſecūdam veram in ſpeciali: allegabat de teſti.præſentium. §. cęterum lib. 6.ff.de liber.cau.l.imo. ff.de contrahen. emp.l. in huiuſmodi.de procur.dilectus. & c.non iniuſtè. in fin. Sicut autē ſpeciali procuratori appellati fieri poteſt intimatio, ita etiam poteſt fieri per ſpecialem 1 procuratorem appellantis: nam & talis in his cauſis appellat: quod dic vt not.eod.titu. procurator.lib.6. Quomodo vero formetur procuratorium ad intimandum, & quomodo per procuratorem fiat intimatio,vide in prædi.libel. electionem. in fin. & quomodo de procuratorio ſuo ſicut & de appellatione debet fidem facere.

1 Eſt bona & ſingu. ſecundū Car. facit in fin. gl. fi. in c.2. de cōfe.Barto.tamē putat ſufficere generalem.

i ¶ *Interpoſita.*] & tunc interponitur ſimul, & intimatur, quare cum illis conſtet illum appellaſſe,alia intimatio facienda non eſt.

k ¶ *Alteri.*] ſcilicet appellato,vel ſpeciali procuratori: ergo fortius ſi vtrique ſimul, vel diuiſim: & tolle hic literam,legitimè intimata,quę ſequitur.

l ¶ *Ab interpoſitione.*] & ſic currit de momento in momentum. concor.s̃.de re iud.ꝙ ad conſuetudinem:ibi,à cuius prolatione. Et quot dies habeat menſis,not.s̃.eo.tit.quàm ſit li.6.

¶ *Gloſſa ſequens ponit duas concor.ſoluit dubium: ponit ſimile per conuerſum.*

m ¶ *Commodè.*] concor. prædicta decret. quàm ſit. in princ. libro 6. & cap. cupientes. §. cęterum. veniet hoc in arbitratu boni viri: & datur hic tempus arbitrarium ad purgandum

moram temporis determinati. alibi econuerſo datur tempus determinatum ad purgandum moram temporis arbitrarij in prædicto.§.cæterum. & per hoc videtur quòd poſt hoc tẽpus facta intimatio, non deuoluat, vt dicam in fin.

a ¶ *Porrecto.*] per hoc patet quòd expenſis intimantis habet hoc fieri, ſicut de libello dicitur.3.q.3.c. induciæ.ver.offeratur.

b ¶ *Videlicet.*] declarat verbum, legitimè, quod præmiſit.

¶ *Glo.ſequens dubium ſoluit, & textum iuſtificat.*

† In antiqoribus codicibus legitur, fuerit.

c ¶ *Authentica.*] ſcilicet confecta manu publica, vel habente ſigillum authenticum. de ſenten.excom. cum medicinalis. lib. 6. & ſatis dixi.de proba. poſt ceſſionem. vt enim dicebat Spe.in verſi.in prin. allegato, graue eſſet dicere, quòd aduerſario meo dicenti ſe appellaſſe ad curiam, tenear credere cum appellatio hoc caſu habeat vim citationis, vt infra dicam. Et quomodo appellato interdum expediat authentica ſcriptura, patet.j.c.proxi.§.penul.

terit) legitimè intimata: porrecto [a] videlicet [b] ſibi ſub ſcriptura authentica [c], vel perlecto [d] illius tenore, & copia modo conſimili [e] (ſi petita [f] fuerint †) inde facta. ¶ Quòd ſi forſan appellatum abeſſe, & procuratorem talem [g] non inueniri contingat [h], in domo [i], quam ipſe appellatus habitare [k] communiter [l] conſueuit: vel (ſi domus eadem in remotis [m] exiſtat) in eccleſia cathedrali [n], in cuius ciuitate, vel dięceſi conſiſtit beneficium: & nihilominus vtroque [o] caſu in eccleſia, vel beneficio [p] de quo agitur, volumus appellationem huiuſmodi publicari, ac de ipſa quandocunque petitum fuerit, copiam modo [q] præmiſſo fieri appellato. ¶ Verum ſi propter appellati, aut ſuorum metum [r], vel potentiã intimatio fieri nequeat, (vt præfertur [ſ]) appellationem eandem in loco [t] aliquo publico [u] ſic ſolemniter [x] volumus publicari, quòd ad appellati, ſeu eius procuratoris [y] notitiã poſſit veriſimiliter [z] peruenire. Intimatio verò aliter facta, omni † careat iuris effectu: Nec cauſa per appellationem eandem ad ſedem cenſeatur deuoluta [a] prædictam, niſi ad

† Aliàs, omnino.

d ¶ *Vel perlecto.*] patet quòd primò caſu cũ porrigitur, nõ eſt legi neceſſe. cõcor.de ap.appellatio.lib.6. Et illud, per, deſignat integrã lectionem. ſimile.ff.de ver.ſign.Vrbana. §. pernoctare.

e ¶ *Conſimili.*] ſcilicet ſub ſcriptura authentica.

1 Vide Feli. in c.cum M. de conſtitu. verſ. quarta concluſio.

f ¶ *Si petita.*] ſi ergo non petitur 1, ſufficit legiſſe. concord. ſ.de ſepultu.c.1.in fi.lib.6. de ſen.excom.c.1.eo. lib. per quod c. patet, quòd vtile conſilium eſſet appellato de petitione pręd icta facere confici publicum inſtrumentum: ſatis tamen eſſet de hoc per teſtes fidem fieri poſſe: licet ibi ſecus, vt ibi notaui. Ioannes Andreas.

g ¶ *Talem.*] ſpecialem, de quo præmiſit.

h ¶ *Contingat.*] collige literam quæ eſt infra, volumus appellationem huiuſmodi publicari. Ioan. Andr.

i ¶ *In domo.*] id eſt ante domũ. eo enim inuito non debet domum ingredi. faceret enim iniuriam. ff. de in ius vocan.l. plerique.& l.ſeq. hoc dixi, de eo qui mit.in poſ.c.fin.

k ¶ *Habitare.*] etiam ſi ſit inquilinus. ff. de damno infect.l. 4.§.ſi domum.

¶ *Gloſſa ſequens ſoluit duo dubia.*

l ¶ *Communiter.*] licet ergo ibi non habitet vltra dimidium anni ſed minus, ex quo tamen ibi habitat plus quam alibi, ibi poterit fieri intimatio. ad hoc. ff. de verbo. ſignifi. maiore. Sed ſi ęqualiter habitaret in duobus locis, in quolibet illorum fieri poterit, vbi elegerit appellans, & tutum eſſet fieri in vtroque. facit de ſepultu.cum quis.§.1.lib.6.

m ¶ *In remotis.*] ex remotione ergo loci ſtatuitur ius diuerſum. de ſenten.excomm.relatum.de temp.ordi. cum nullus.§. 2.lib.6.& vt ibi no. puto hoc arbitrarium. de hoc. ſ. de reſti. in integ.tum ex literis.in glo.pen.

n ¶ *Cathedrali.*] concor.j.de fo.compe. quamuis.

o ¶ *Vtroque caſu*] ſcilicet cum publicatio fit ad domum, vel in eccleſia cathedrali propter domus diſtantiam.

p ¶ *Beneficio.*] etiam ſi eſſet campeſtre, vel rurale. & ſi non ſit ibi notarius, nec pręſentia teſtium, illos adducat, & ſic ſeruatur in hoc caſu, & in caſu decre.vlt.eo. tit. lib.6.

q ¶ *Modo præmiſſo.*] ſcilicet ſub authentica ſcriptura.

r ¶ *Metum.*] iuſtum. de appel.ſi iuſtus.

¶ *Glo.ſeq.literam exponit, & dubium ſoluit.*

ſ ¶ *Vt præfertur.*] quia nec domino, nec ſpetiali procuratori, nec ad domum habitationis, & in beneficio, nec in eccleſia cathedrali & beneficio. Si autem dominus, vel appellans locũ adire non poſſit perſonaliter 2, poſſet tamen adire per procuratorem, vel econtra, non per procuratorem, ſed perſonaliter poteſt adire: nõ erit locus ei quod dicitur, ſed intimationẽ ad domum fieri oportebit. & hoc vult litera iſta, vt præfertur.

2 Not. hic ſi metus eſt ꝑſonalis rõne loci, vbi debet actus neceſſario explicari, an ꝑ aliũ debeat actus neceſſario expediri, ad qđ vide qđ not.in c.bonæ. infra de elect. Pe.

¶ *Gloſſa ſequens notat ex ſingulari.*

t ¶ *Loco aliquo.*] licet ergo ſanum ſit conſilium, quod not. Guli. Nande.in libello prędicto ſuper forma penul. ſcilicet ꝙ in pluribus locis fiat publicatio, quia tanto maior præſumptio erit contra appellatum de ſcientia. facit de poſtul. præla. c.1.qui ma.accu.poſ.cum in tua per hanc tñ literam patet ſatis eſſe, ꝙ fiat in vno loco, dummodo ſit publicus, &c. vt hic dicit.

u ¶ *Publico.*] ad tollendas illorum fraudes, qui captata opportunitate abſentiæ illorum, quos tangit, vel per quos poſſit inſinuari, faciunt tales intimationes. facit in Authent.de litig. §.omnem colla.8. & ſimiliter quod not. ſ. eo. tit.c.vlt.lib.6.

x ¶ *Solemniter volumus publicari.*] cõcor. eod.tit.quia propter. in fin. fiet autem in loco viciniori. cod.tit. vbi periculum.§. porrò.lib.6. de præſump. quoſdã.& c.quãto.in publica Miſſa populoſa, vel ſermonibus, vel nundinis vel alio actu per populum frequentato.

y ¶ *Procuratoris.*] ſpecialis, de quo prius dixi.

z ¶ *Veriſimiliter.*] facit extrauag. Boni. rem non nouam. poſt princ. Et no. ꝙ inſpicitur veriſimilitudo. cõcor. ſ. de præſump. quia veriſimile. & cap. literas. de regul. iur. inſpicimus libr. 6.

¶ *Gl.ſeq.primò declarat opi. Inn. & Hoſt. ſecundò decre.cupientes, tertiò, an vitietur appellatio: & notans tria tempora, ponit duas opi. contrarias, & ponit quã approbat: obijcit et ſoluit.*

a ¶ *Deuoluta.*] quod 3 ergo no. Inno.& Hoſti. in glo.in prin. allegata, ꝙ decre. 1.eo.tit.lib.6. arctat etiam ignorantes, ex quo appellatio publicè fuit emiſſa, cum conſtitutio illa voluerit prouidere contra vacationes eccleſiarum: vel eſt falſum, vel intelligendũ non de appellato, ſed de alijs quorum intereſt: vel intelligendũ eſt ſecundùm proximũ dictum, qñ.ſ. ita publicè factum eſt, ꝙ veriſimiliter potuit ad appellati, vel ſpecialis ꝓcuratoris notitiam peruenire: & hoc tunc demum, qñ propter metum vel potentiã 4, &c. vt ibi: cum.n. talis appellatio habeat vim citationis peremptoriæ, vt ibi, ad idẽ de app.ſæpe. ita ꝙ non veniens in termino iuris habetur contumax, & proceditur contra eũ vt contra contumacem, & in principali, abſurdũ eſſet contumacẽ cenſeri ignorantem, cui appellatio intimata non eſſet. Et hęc oĩa vera puto ẽt in electionib. cathedraliũ & regularium eccleſiarum, de quibus loquitur decre. cupientes. vt ex quo non aliter q̃ per appellationem deuoluuntur ad curiam, neceſſe ſit per hunc modũ intimationẽ fieri. Fortius.n.punitur & arctat conſtitutio, cupientes. quàm decr. 1. priuat.n. iure q̃ſito, & totali proſecutione proceſſus, & ad perſonalẽ arctat comparationem. Sed decr. 1. punit ſolũ in proceſſu fiendo in partis abſentia, & per eam ſatis eſt procuratorẽ mittere, ergo ẽt fortius ibi faciẽda eſt intimatio Et ſic ab olim ſeruauit curia. qñ tñ appellatus non poterat haberi, varie loquebantur doctores, qđ tñ hic expeditũ eſt. Et nota ꝙ licet hæc litera vitet intimationẽ, & impediat deuolutionẽ, non vitiat appellationẽ, quo minus ſuper ea poſſet extra curiam impetrari. Vnde in talibus appellationibus no. tria tpa. Primùm, quo præſcribitũ appellationi ne poſſit interponi, & eſt x. dierum à notitia. de app. concertationi.lib.6. Secundùm, quo præſcribitur deuolutioni principalis negotij ad curiam: ſi non fiat intimatio, vel fiat, ſed nõ debito tpe & debita forma: & de hoc hic. Tertiũ, quo ꝑſcribitur proſecutioni, & in deuolutis ſeruanda ſunt tpa decr. 1.& decr.cupientes. in alijs datur annus, & ex cauſa bienniũ, & vltra de app.cum ſit.& c.ex ratione. Prædictorum aũt ſecundũ non poteſt eſſe ſine primo, id eſt, deuolutio ſine appellatione: ſed primùm bene poteſt eſſe ſine ſecundò. de app.cordi. lib.6. vñ dicit Ioan. Monach.in prædi.regula, in generali. ꝙ cũ negotiũ tractari in conciſtorio principis ſit hic ſpetiale, hoc ius ſingulare facilius tollitur, quàm cõe. alleg. ff. de pact. ſi vnus.§. pactus.in Auth.de non alie.§.quia verò.coll. 2. Audiui aliquos dicentes, ꝙ mens eſt huius literæ, ꝙ nõ valeat appellatio prędicto modo non intimata, ita ꝙ non valeat impetratio ſuper ea facta, ẽt extra curiã. Mihi placet primùm dictum, quod ẽt placet Io.Mona. vt prædixi. ſed obſtat. qa ſecundũ hoc erit in poteſtate appellantis eludere decr.ſtatuimus.& nõ deferre principale negotiũ ad curiam. Sol. appellato & ignoranti, nõ appellãti intendit hæc conſtitutio ꝓuidere 5, quare conſulo ꝙ appellãs vadat, vel ſufficiẽtẽ mittat, vt ſi veniret appellatus, fortè ſciẽs, quẽ ignorare credebat, ꝓcedi poſſit: vel ſi Papa ad curiã citare vellet

3 Ad hanc gloſſam vide aliqua ꝑ Feli. in c.cũ dilecta. extra de reſcr.

4 Idem doctores. Fon.

5 Ad hanc gl. vide deciſioné Rot. 40. inci. fuit dubitatum. in nouis. & deciſio. 44. incip. voluerunt.

vellet appellatum: aliàs ex parte appellati nullo veniente, planum eſt ꝙ pœna proceſſus, de qua decre. I. loquitur, locum habere non poſſet, ſed pœna decre. cupientes, de qua prædixi, bene poſſet habere locum, etiam appellato non veniente.

a ¶ *Appellatum.*] non repetit de procuratore, per quod videtur ꝙ hoc caſu, vbi non per modos prædictos haberetur notitia, non ſufficiat procuratorem ſciuiſſe.

¶ *Gloſſa ſequens exponit, & exemplificat.*

b ¶ *Plena, & certa.*] Nota ꝙ non ſufficit talis 1 qualis, ſicut in caſu decret. illud. de cleri. excom. mi. cũ ſimilib. Et plena dicit, vt totius appellationis & omniũ obiectorum in illa notitiam habuerit, ſic etiam teſtis dicit plenam veritatem. de accu. cum dilecti. Certa dicit, vt indubitatum ſibi ſit, vel eſſe debeat ſic appellatum: ex quo autẽ certus eſt, certificari vlterius non debet. de reg. iu. eum qui certus. Poſſet autem hoc conſtare: quia ſuper appellatione conſuluit aduocatus, amicos, vel ſimili modo, fortè per amicum proprium, vel amicum appellantis 2 ſibi plenè fuerat intimata.

1 Vide Dec. conſil. 74. & Rotam deciſ. 127. in nouis.

2 Gloſſam tenet Barbatia: quia vt dicit Bar. in l. non ſolùm. §. qui alieno. ff. de procur. amicus agit pro amico ſine mandato. facit gl. in l. in teſtamẽto. ff. de fidei. liber. & amicꝰ impetrat pro amico. glo. in c. ad aures. & c. nonnulli. de reſcrip. ad do quæ dicit idẽ Barba. in l. cum acutiſſimi. C. de fideic. Fonta.

appellatum [a], eius plena [b] & certa notitia, infrà tempus [c] prædictum aliter perueniſſet. Idem quoque in alijs [d] caſibus obſeruari volumus, in quibus requiritur intimatio facienda.

¶ Idem.

¶ *Decretalis, vt circa. locum non habet cum appellans ius ſuum, vel eccleſiæ directè proſequitur: ſed cum in formam, vel perſonas opponit crimina, vel defectus: quorum circunſtantias ſi non ſpecificat, ſuper illis non auditur, etiam ſi iuret illas didiciſſe de nouo. Nec etiam in eadem cauſa ſuper illis auditur alius non appellans, & proſequens commune, non proprium intereſſe: poteſt tamẽ aſſiſtere appellanti. Appellans qui non ſeruat formam, etiam ſi appellationi renuntiat, per viam querelæ non proſequitur obiecta, nec etiã alia, niſi in caſibus exceptis. Omiſſio formę, licet appellantem à probatione repellat, non tamen infirmat probationem ſuper his legitimè factam aduerſarij confeſſione, vel aliter. hoc dicit. Ioan. Andr.*

CAP. IIII.

CONSTITV-

¶ *Gloſſ. ſeq. notat notificationem poſt tempus factam non deuoluere: ſecundò quærit an appellet: ponit opinionem poſt Compoſt. & contrariam, & remittit.*

c ¶ *Tempus prædictum.*] ſcilicet menſis, vel poſtquam cito cõmodè fieri poſſet. ſ. eo. ca. in princ. Et not. quia per hanc literã puto ꝙ notificatio facta poſt tempus prædictum, nõ arctat appellatum, nec deuoluit: aliàs ſequeretur abſurdum, ꝙ ſi poſt annum vel quinquẽnium notificaret appellationem, arctaret appellatum, & deuolueret. Hæc autem temporis determinatio procedit ab hac conſtitutione, de qua prædicti doctores nõ cogitauerunt. Inter alia ergo ſubſtantialia, vt deuoluat appellatio cauſas beneficiales ad curiam, de quibus. ſ. eo. c. 1. & c. vt circa. lib. 6. requiritur debita notificatio, de qua hic loquitur: & ꝙ fiat infra tempus hic expreſſum; his & alijs concurrẽtibus ſic deuoluitur, ꝙ conſtituit abſentem contumacem, & proceditur in ipſius abſentia in principali, etiam ad diffinitiuã, ex quo non venit infra tempora. Sed an ſic conſtituat eum cõtumacem, ꝙ non poſſit appellare à diffinitiua contra ſe lata, dubitari ſolet. & Compoſt. in prædi. decr. 1. eod. tit. lib. 6. in gl. qualiter probationes. in 5. q. tenet ꝙ quando citatio, vel notificatio pſonaliter apprehẽdit, ſit verè contumax, nec appellet: ſi verò facta fuit ad domũ, eccleſiam, vel locũ publicum: tunc ſit fictè contumax, & appellare poſſit. & fertur hanc opinionem multum vigere in curia. Aliquibus videtur, ꝙ ſatis ſit hoc caſu abſentẽ puniri in proceſſu & diffinitione cauſę: non eſt autem per hoc æquum appellatione priuari, cum non ſit expreſſum: & vide quod dicam ĩ. de do. & contu. ſi ante. Supradicta procedunt in his beneficialibus, in quibus locum habet hæc decre. 1. In his verò in quibus locum habet decr. cupiẽtes. planum eſt, ꝙ non punitur contumax ſolùm in proceſſu, imo cadit ab omni ſuo iure, vt ibi. §. ꝙ ſi per xx.

¶ *Gloſ. ſequen. primò allegat in exemplum quatuor iura: ſecundò amplians caſum allegat octo: tertiò allegat quinque, quibus dicit conſtitutionem ceſſare.*

d ¶ *In alijs caſibus.*] vt ĩ. de appel. c. 1. ĩ. de renun. c. vnico. ſ. de procur. mandato. ad idem. ſ. vt lit. non conte. quoniam. In caſibus tenetur quis non ſolùm intimare, ſed requirere. 16. q. 3. placuit. 2. ſ. de emp. & ven. c. fi. ſ. de offi. ord. ſi canonici. & c. quis. de ſent. excõ. c. 1. de ſepul. c. 1. li. 6. & ĩ. de ſepul. dudũ. & ĩ. de hære. c. 1. cũ ſimil. In quibus etiã tutum eſt hunc ordinẽ obſeruari. Sunt etiam quædam intimationes, quę fieri debent Papę, in quibus non puto ꝙ hic dicitur locum habere, vt ſuprà de præben. graue. verſi. metropolitani. de ſta. mona. c. fin. verſic. quod ſi forſan. de cleri. ægro. cap. vnico. §. ſi autem. lib. 6. & in extrauag. Bonifa. ſancta Romana. & infrà de hęreti. nolentes. ad fin. Io. And.

C*Onſtitutionem.*] Conſueuit hic dicere dominus Pet. ꝙ tex. huius Clement. eſt difficilior aliquo alio huius volumus, adeo ꝙ nunquam legebat hanc decr. & præcedentem, quin ſibi darent laborem. Diuiditur autem in quinque partes, quia in prima declarat decre. vt circa. non habere locum vbi exceptio quę opponitur directè, ſeu principaliter concernit opponentis ius, vel eccleſię. In ſecunda: ibi, *Cæterùm*: declarat in caſibus exceptis in decre. vt circa. non admittendum eũ, qui omiſit debitam ſpecificationem circunſtantiarum. In tertia: ibi, *Sanè*, declarat appellationem factam in cauſa beneficiali, & eum qui proſequitur proprium intereſſe omiſſa forma decret. vt circa. & alium volẽtem venire pro intereſſe communi; & nõ appellantem non debere admitti contra appellatum in eadem cauſa proſequendo eoſdẽ articulos, licet poſſit aſſiſtere appellanti ne colludat, & proſequi ſuũ intereſſe, ſi illud prætendat. In quarta: ibi. *Inſuper.* declarat appellantem non ſeruata forma debita decretal. vt circa. non eſſe audiendum ꝑ viã querelæ regulariter, ẽt ſi illa appellatione nollet vti. In quinta: ibi, *illius*, declarat omiſſionem formæ decret. vt circa. repellere probationem fiendam, & nõ vitiare iam factas. Io. de Imo.

¶ *Conſtitutionem.*] debetis ſcire ꝙ lib. 6. eod. titu. eſt vnum capitulum nuncupatum, vt circa. quod multum erat ab initio in ſe dubium: ſed Bonifacius illud capitulum ſuo tẽpore declarauit inquantum potuit: & illud declarauit per quatuor capitula; ideo ſi ſciatis iſtud capitulum, vos bene ſcietis quatuor, vel quinque alia. Capitulum, vt circa. lib. 6. fuit declaratum à Bonifacio per c. is qui circa. per c. qui contra. per c. procurator. & per c. conſtitutio. libr. 6. Et illa quatuor capitula hic nominata ſunt declaratiua illius decre. vt circa. ita ꝙ tempore Bonifacij nulla dubia noua emerſerunt ſuper illa decr. vt circa. quę non declaraſſet: ſed eo mortuo ſuper dicta decre. ſeu c. vt circa aliqualiter adhuc fuit dubium, & reperta ſunt dubia: quare videns Clemens Papa, quòd Bonifacius tantum laborauerat ad declarandum illam decretalem, quæ adhuc poſt ipſum Bonifacium remanſerat dubia: ipſe Clemens voluit illam de dubijs nouiter emerſis declarare per iſtam conſtitutionem, ſeu Clementinam hic poſitam. Et vt bene intelligatis iſtam Clementinam, vos oportet ſcire quæ dicit ca. ſępe nominatum, vt circa. & ſcire dubia, quæ emerſerunt tempore Bonifacij, & etiam declarationes dubiorum, aliàs iſtam Clementinam profundè non intelligetis: quare non admiremini ſi aliqualiter ſit prolixa, quia dum eam intelligetis, verbis breuioribus bene & ſubtilius eam redigetis. Capitulum, vt circa, iſta dicit quæ ſequuntur. Illi qui opponunt contra electionem alicuius, qui fuit electus ad aliquam dignitatem, vel qui ſe opponunt contra poſtulationem alicuius: quia aliquis fuit poſtulatus qui eligi non potuit, vel illi qui ſe opponunt contra prouiſionem alicuius, cui ſit prouiſum de aliquo beneficio, tales ſe opponentes contra electionem, poſtulationem, vel prouiſionem, antequam recipiantur in oppoſitionibus ſuis, ipſi debent exprimere in libello, ſeu inſtrumento publico omnia ea quę intendunt opponere contra perſonas eligentium, quia dicit perſonas eligentes non poſſe eligere: quia ſunt excommunicatæ, vel ſuſpenſæ, ſecundùm quod dicitur in ca. cum inter. ſuprà de conſuetud. vel ſecundùm. c. cum dilectus, vel quia ſcienter elegerunt indignum, ſecundùm c. cum in cunctis. Vel opponit contra eligentes: quia dicit quòd ſunt infames, quibus ſunt actus legitimi interdicti, & eligere eſt actus legitimus. ff. de regu. iur. l. actus. Vel forſan opponit contra perſonam electi, dicendo & exprimendo electum eſſe illegitimum: ergo incapacem, vel dicendo excommunicatum, vel dicendo infamem. Vel forſan opponit contra formam electionis, dicendo electionem non eſſe factam ſecundùm formam decretalis, quia propter. Vel opponit contra formam poſtulationis: quia dicit ꝙ non eſt concors: vel ſaltem à duabus partibus celebrata; & hoc quando vnus eligitur, & alius poſtolatur, vt ſ. ca. ſcriptum, in antiq. Et omnia iſta debet exprimere opponens in inſtrumento publico: & debent iurare opponentes, quòd credunt ea quæ opponunt contra electionem, poſtulationem, vel prouiſionem eſſe vera, & ſe poſſe probare. Si autem talia non exprimerent opponentes, ipſi vel eorum adhærentes non audiantur, niſi aliqua de nouo emergant, vel perueniant, ſue ſuperueniat facultas probandi. Et opponentes debebunt iurare corporaliter,

idest ſacroſanctis Euāgelijs tactis, aliàs non ſatisfacient iſti cō ſtitutioni: & contra non probantes ea quæ obiiciunt in perſonam, vel in formam, intelligitur pœna ſtatuta in c. ſtatuimus. ſ.eo.& ſic habemus ea quæ dicuntur in c. vt circa. Nunc videamus qualiter illud. c. vt circa. fuit declaratum per c. is qui. & certè ſic intelligitur, quia ille qui obijcit contra formam electionis, vel qui obijcit ſeu opponit contra perſonam, & præſtat iuramentum corporale, ſ. recitatum, ꝙ credit eſſe vera, & credit ſe poſſe probare ea que opponit, non eſt adhuc audiendus, quamuis talia exprimat: & non ſatisfacit conſtitutioni, vt circa. niſi determinatè, & non diſiunctè iurauerit ſe credere ea que opponit, eſſe vera, dicendo: Ego ſcio ꝙ ille, quem vos elegiſtis, eſt illegitimus & excōmunicatus: quare electio veſtra eſt nulla: & non ſatisfaceret conſtitutioni ſi diceret opponens, credo, vel ſcio, vel credo ꝙ talis electus eſt illegitimus, vel excōmunicatus. Item illa decretalis, vt circa, dicit ꝙ quando ego appello contra aliquam perſonam nominatam: puta contra Petrum ne eligatur ad dignitatem aliquā, debeo obſeruare formam illius decreta. vt circa. quæ forma declaratur per illud c. qui contra, videlicet ꝙ ego debeo inſcribere in inſtrumento authentico & publico ea quæ volo cōtra eum obijcere, ſic acſi eſſet iamque electus, quod non fuerat dictum formaliter in illa decretali, vt circa, ſed fuerat dictū virtualiter, & intellectiuè, vt declarat illa decre. qui contra. lib. 6. Si autem appellans, vel opponens non ſic faciat, non valet eius appellatio interpoſita, nec etiam appellans audietur ſuper expreſſis in appellatione ſua. Et ſic habemus capitulum, vt circa, declaratum per duo cap. ſcilicet per c. is qui. & per cap. qui contra. & per hoc poſſumus intelligere illa duo cap. & illa ſcire. Item cap. procurator. declarat illud cap. vt circa. quia illud cap. vt circa. dicit ꝙ appellantes ab electione, poſtulatione, vel prouiſione, debent exprimere ea quæ volunt obijcere contra aliquem in inſtrumento publico & authentico, & fuit declaratum per c. qui contra. Sed quæro an ille qui ſe vult opponere, vel appellare ab electione, poſtulatione, vel prouiſione in perſonam vel in formam, an ipſe poſſit conſtituere procuratorem ad appellandum contra poſtulationem, prouiſionem, vel electionem. Et ſi poſſit conſtituere quæro qualiter debet conſtituere, & quando ſit idoneus, procurator? Reſpondet Papa in illo c. procurator. Procurator non reputetur de cætero idoneus ad appellandum contra electionem, poſtulationem, aut prouiſionem: quam ſi, id eſt, niſi omnia ſint ſpecialiter expreſſa, quæ vult obijcere in formam, vel in perſonam in procuratorio eius, & niſi habeat ſpeciale mandatum corporaliter iurandi in animas eorum, quorum ipſe extitit procurator: & iurabit in animas dominorum ſuorum, ꝙ ipſi credunt expreſſa in procuratorio ꝙ ſibi miſerunt vera eſſe. Et per hoc habes. c. vt circa. declaratum in hoc ꝙ loquitur de conſtitutione procuratoris per c. procurator. libr. 6. & per cōſequens habes illud. c. procurator, declaratum. Reſtat finaliter. c. vt circa, declarare per c. cōſtitutio. lib. 6. eo. tit. & poſtea accipiemus noſtram Clementinam, & facillimè eam intelligemus. Nos videmus quam formam debent habere appellantes ab electionib. poſtulationibus, & prouiſionibus. Sed quæro, mihi videtur ꝙ vidi vnum c. de appellationibus, nuncupatum vt debitus honor. qđ dat formam qualiter debemus appellare. Item vidi c. cordi. lib. 6. eo. tit. quod c. dat formam appellandi. Et vidi c. 1. ſ. eo. quod dat etiam formam appellationis: ergo mihi videtur ꝙ iſtud c. vt circa. ſit ſuperfluum. Dicit Papa: Amice non turberis propter diuerſitatē multorum capitulorum: quia capitula quæ allegas contra iſtud. c. vt circa. intelliguntur quando cōtingit appellari in iudicio, illud verò cap. vt circa. intelligitur quando appellatur extra iudicium: ideo dicit c. illud, conſtitutio. in textu formaliter: Conſtitutio felicis recordationis prædeceſſoris noſtri Gregorij Papæ edita, id eſt facta & compilata in concilio Lugdonen. exprimens, id eſt, declarans formam ſecundùm quam debeat appellari ab his, qui ſe opponunt electionibus, poſtulationibus, ac prouiſionibus: talis conſtitutio non vendicat ſibi locum, i. non habet locum, nec intelligitur niſi cum, id eſt, quando ſolùm appellatur extra iudiciū. Quando verò cōtingit appellari in huiuſmodi negotijs, ſ. quādo appellatur contra electionem, poſtulationem, vel prouiſionem: quia quando contingit appellari in huiuſmodi negotijs, & in iudicio, oportet iura anteriora obſeruari, ſ. cap. vt debitus. de appel. & cap. cordi. lib. 6. cum talia iura per illam cōſtitutionē. vt circa. non fuerint immutata. Et hęc ſufficiant pro præſumptione. † ¶ Or accedimus ad caſum noſtrę Clementinæ, quæ & tendit ad declarationem dicti c. vt circa. de dubijs emergentibus poſt obitum Bonifacij. Et dicit ꝙ illud cap. vt circa. non habet locum quando ea, quæ opponuntur directè reſpiciunt ius eccleſiæ, vel ius perſonæ opponentis, ſed tñ habet locum

† Præſenti.

vbi crimina vel defectus opponuntur per quemlibet competitorem appellantem, vel oppoſitorē in formam vel perſonas, i. contra formam electionis, vel contra perſonas electas. Et ſum in ver. *Cæterùm*. Et pone ꝙ appellans quando interponit appellationem ſuam contra electum, vel contra formam electionis, ꝙ ipſe omittit debitam ſpecificationem circunſtantiarum vel defectus: Quæro ſi poſtea in proſecutione negotij velit ſpecificare circunſtantias criminis, vel defectus, an ſit audiendus? Reſpondet ꝙ non, quamuis aſſerat dictas circunſtantias de nouo ad ſe perueniſſe. Sed antequam procedam ad declarationē verſiculi ſequentis, volo declarare aliqua verba ſupra poſita. Et quęro, qđ hoc eſt dictu quod dicat hæc decretalis, vt circa. non habet locum quando ea quę opponuntur reſpiciunt directè ius eccleſiæ, vel ius opponentis? Ad hoc rñdeo, ꝙ quando capitulum eligit aliquem ad aliquam dignitatem, & nō aduocauit epm̄ vt veniat ad electionem, & eps ſe opponit tali electioni, dicendo ꝙ de iure eccleſiæ eſt, ꝙ eps vocetur ad electionem talis dignitatis. Vel ſic. ꝙ eccleſia habet ius ꝙ eligatur aliquis de gremio ipſius, & ſi aliquis non exiſtens de gremio fuerit electus, ille qui ſe opponit tali electioni, dicendo ꝙ electus non eſt de gremio eccleſiæ, talis opponit ea quæ reſpiciunt ius eccleſiæ, & in tali oppoſitione non ſeruatur forma illius decr. vt circa. vel ſicut dicit gl. in verbo eccleſiæ. ꝙ ſi eccleſia, vel p̄latus nomine ipſius ſe opponit, puta dicendo hoc eſſe de iure eccleſię, ꝙ alius abbas alicuius monaſterij habeat vocem in cap. vel alius habeat vocem in electione, tunc illud reſpicit ius eccleſię, vt ſ. eo. in anti. c. ſcriptum. & capi. conſtitutis. & capit. Cumana. & de cauſa poſſeſſio. cum eccleſia. ideo pro hoc videas glo. iſtius Clemētinæ. Similiter illa verba: q̄ reſpiciunt ius opponentis, hoc volunt dicere, puta quia aliquis qñ videt ꝙ volunt canonici aliquem eligere ad aliquam dignitatē, cuius dignitatis collatio ad ipſum pertinet, tūc talis ſe opponit dicēdo, non poteſtis eligere, qa ego ſolus habeo ius eligendi: & ſi contingat vos eligere, tali electione faciendæ me oppono, vel fortaſſis opponit ſe electioni iam factæ de Petro, qa cum ipſe eſſet de electoribus, ipſe fuit contemptus & neglectus: vel fortè aliquis opponit ea quę reſpiciunt ius ſuū, dicendo, Ego fui legitimè electus, quare non procedatis ad aliam electionem, aliàs electioni me oppono. His & ſimilibus caſibus nō eſt neceſſe obſeruare conſtitutionem, vt circa. Item in hoc qđ dicit, ꝙ opponens crimina non debet dimittere, quin dicat circunſtantias criminis contra perſonam, contra quam opponit, nec debet omittere ſpecificationem circunſtantiarū. Quęro, quid hoc eſt dictu? Rñdeo ꝙ ſi opponēs contra perſonā dicens eā homicidam, & nil aliud dicat, talis non dicit niſi crimen, & nō dicit circunſtantias. Item ſi opponens dicat, ille quem vos vultis eligere, vel ille quem iam elegiſtis, eſt periurus, non ſatis dicit: ſed debet dicere, talis eſt homicida, & talem interfecit in tali loco, in præſentia talium. Item ſi dicat eum eſſe periurum, debet dicere, talis eſt periurus, quia in tali cauſa tulit teſtimoniū, & iurauit ea quę dicebat eſſe vera, poſtea fuit probatum contrarium, & fuit reprobatus tanquā periurus in tali foro coram tali iudice, in p̄ſentia talium, vt patet per acta grapharij illius curię. Et ſum in verſiculo, *Sanè*. Et pone ꝙ aliquis cuius intererat, puta canonicus illius eccleſiæ, vel patronus, appellauit ab electione, poſtulatione, vel ꝓuiſione: quia opponit crimina, vel defectus contra electū, & non ſeruauit formā decretalis, vt circa. qa illa quę vult opponere contra electū, non expreſſit in ſuo libello, vel ſi illa expreſſit, non iurauit corporaliter ſacroſanctis Euangelijs tactis: vel econtra, ſi iurauit corporaliter non expreſſit ea quæ vult obijcere in libello, vel inſtrumento authentico: tñ non obſtante ꝙ non obſeruauit formam dictæ conſtitutionis, ipſe ſemper proſequitur ſuā appellationē, quia quo ad aliqua bene obſeruauit formā conſtitutionis, vt circa. quo ad alia non obſeruauit, & ſic quo ad illa quæ obſeruauit cōſtitutionem, vt circa. poteſt proſequi appellationem ſuam. Et dum proſequeretur ſuam appellationē, venit quidam alius, qui non appellabat ab electione, nec appellabat contra perſonā electam, qui voluit admitti, id eſt, recipi in eadem cauſa principaliter, quia dicebat habere cōe intereſſe ſicut ille qui appellauerat ſi talis eligeret, quia homicida, vel illegitimus, quare volebat admitti ad eandem cām, ſicut ille q̄ appellauerat, q̄ vis ipſe nō appellaret, & volebat admitti in cā contra electū, non tamquā adhęrens cū appellante, ſed volebat admitti vt principalis q̄ritur, an talis bene dicat? Dicit ꝙ non debeat admitti pro intereſſe cōi, etiam proſequendo eoſdem articulos, quos proſequebatur appellans, tñ poterit aſſiſtere appellanti, ne ipſe colludat, id eſt, ne ipſe fraudem committat cū illo contra quem appellauit. Sed quęro vltra. Pater ſancte, ego pono ꝙ iſte ſuperueniēs habet aliquod intereſſe particulare, ſi talis eligatur, vult admitti ad cauſam, an poſſit? Dicit ꝙ ſic, nā

perſe-

perſecutionem proprij intereſſe non denegamus. Et ſum in verſic. *Inſuper.* & pone quòd ille appellans ab electione, poſtulatione, vel prouiſione, videns quòd melius proſequeretur ſi ageret per viam ſimplicis querelæ illud quod intendit, quàm facere per ſuam appellationem: Quid fecit, certe ipſe qui appellauerat hoc fecit: quia ipſe egit contra eum, contra quem appellauerat, & deſerebat ſuam appellationem. Vel forſan econtra: quia appellatus egit contra eum: quid fecit iſte qui appellauit, & deſeruit appellationem, & egit per viam ſimplicis querelæ: ipſe vult vti ſuis obiectionibus tam expreſſis quàm non expreſſis in ipſa appellatione ſua, quam interpoſuerat, an poſſit? Reſpondetur quòd ipſe debet repelli ab obiectionibus expreſſis in appellatione ſua, & alijs non expreſſis, ſi non ſeruauit formam dictę conſtitutionis, vt circa. puta quia non iurauit, & ille qui non iurauit corporaliter, non auditur niſi ſuper obiectionibus expreſſis, præterquam in caſibus in conſtitutione præmiſſa exceptis; videlicet quando ille qui appellauit, non ſeruauit formam conſtitutionis, vt circa. auditur ſuper nouiter emergentibus, vel ad ſuam notitiam de nouo peruenientibus, vel ſuper illis, de quibus ſuperuenit probandi facultas: quia in iſtis caſibus ipſe non excludetur, ſi agat per viam ſimplicis querelæ, quamuis non obſeruauerit formam conſtitutionis, vt circa. quando interpoſuit appellationem quam deſerit. Et ſum ibi: *Etiamſi appellationem ſuam non proſequatur.* Et miror de eo quod dicitis, quòd appellans volens deſerere, id eſt, dimittere appellationem ſuam, & agere per viam ſimplicis querelæ, quòd non poterit ſe iuuare de obiectionibus ſuis expreſſis, niſi obſeruauerit formam dictæ conſtitutionis, & dicitis maximè de non expreſſis, niſi obſeruauerit formam illius conſtitutionis: quæ forma tenet, quòd iuret corporaliter: quia ſi non iurauerit, non auditur niſi ſuper expreſſis. Sed pono caſum, ꝙ ipſe appellans non vult illam appellationem ſuam proſequi, imo vult illi appellationi renuntiare: vel non vult illam appellatione exhibere, ideſt mõſtrare, ſeu oſtendere, imo aſſerit ſe nolle vti tali appellatione: & quamuis faciat fidem coram iudice, quòd ſi ipſe monſtraret ſuam appellationem, quòd ipſe pararet arma contra ſe: quia per ipſam eſt quęſitum ius aduerſario: puta quia expreſſit aliqua in appellatione contra electum, quæ non poſſet probare, & ſic reus poſſet abſolui: tamen his non obſtantibus non poterit agere per viam ſimplicis querelę, ſic quòd poſſit opponere ea quæ obiecit in appellatione. Item dicit vltra, quòd quamuis omiſſio illius conſtitutionis repellat appellantem contra formam electionis, vel contra perſonas eligentiũ, vel contra perſonam electi ab obiectionibus propoſitis, vel proponendis, & quamuis illum repellat à probatione facienda: tamen omiſſio formæ illius conſtitutionis non infirmat, nec inualidat probationem iam factam per confeſſionem aduerſarij. hoc dicit. Totum iſtud cap. eſt ſatis obſcurum, ſed pro Deo penſetis ad caſum, & ad aliquas glo. Ordinetis: Nos Clemens decernimus conſtitutionem, ſeu decretalem, vt circa. editam, id eſt, factam, ſeu compilatam in concilio Lugdunenſi, id eſt, dum concilium Lugdunẽſe celebrabat̃, locũ non habere, q̃n ea, id eſt, q̃n illa, quæ opponuntur, ſcilicet ab appellante, ab electione, poſtulatione, ſeu prouiſione reſpiciunt directè ius perſonę opponentis, ſicut declaraui. vel quando reſpiciunt ius eccleſiæ, vt etiam dixi in caſu, vel preſuppoſitione. Sed decernimus illam conſtitutionem, vt circa. lib. 6. tantùm habere locum, vbi crimina, vel defectus opponuntur per competitorem, id eſt, illum qui appellat, & petit eligi appellando, ne alius eligatur: vel appellando ab electione iam facta vt ipſa caſſetur, vel per oppoſitorem, vel quemlibet alium appellantem in formam, vel in perſonam. Et dic, vbi crimina opponuntur, ſcilicet contra perſonam electam, vel defectus cõtra formam electionis. Cæterùm pro ſed, cum prædictus appellans circa crimina, vel defectus omittit, id eſt dimittit debitam ſpecificationem cauſarum, ſicut declaraui ſ. poſtmodum in proſecutione negotij, hoc eſt in proſecutione oppoſitionis, vel appellationis, non eſt audiendus ſuper his, ſcilicet quibus omiſit debitam ſpecificationem cauſarum, etiam, id eſt quamuis aſſerat, id eſt, affirmet per iuramentum huiuſmodi circunſtantias, vel probationes perueniſſe ad ſe de nouo: Sanè pro ſed, vel pro certè, ſi quis cuius intereſt, puta canonicus eiuſdẽ eccleſię duxerit appellandũ ab electione, poſtulatione, vel prouiſione, opponendo crimina, vel defectus: omiſſa id eſt dimiſſa, & non ſeruata forma dictę conſtitutionis, vt circa. eo ſcilicet appellante poſtmodum huiuſmodi appellationem proſequẽte: alius ſcilicet nouus ſuperueniens non appellans, non debet admitti in eadem cã principaliter, pro cõi intereſſe ꝓſequendo eoſdẽ articulos contra appellatũ: quos articulos appellans, ſup pleo ꝓſequitur: licet, id eſt, quamuis poſsit aſſiſtere appellãti ne colludat: propter hoc tamen quod dicimus, ſed ei ſcilicet nouiter venienti nondenegamus proſecutionẽ proprij intereſſe. Inſup ſi appellãs ab electione, poſtulatione, vel ꝓuiſione, agat cauſam per viã ſimplicis querelæ, vel defendat eam ſcilicet cauſam appellato agente, repelletur ab obiectionibus expreſſis in appellatione ſua: & repellitur in alijs, id eſt, ab alijs obiectionibus, ſcilicet non expreſſis, niſi conſtiterit ipſum ſeruaſſe formam prædictam, vt circa. Et dic prædictam formam: ſcilicet iurando: quia aliàs non audiretur: & ſi ſeruauerit prædictam formam, ſcilicet iurando: quia alias non auditur ſuper non expreſſis præterquam in caſibus exceptis in conſtitutione præmiſſa: quia in illis non tenetur ſeruare formam ilius conſtitutionis. Etiam ſi non proſequatur appellationem ſuã, nec illam exhibeat, id eſt, oſtendat & aſſerat, id eſt, affirmet ſe nolle vti illa, dumtamem fides fiat ab eo, ſcilicet ab appellante: quia per ipſam appellatienem quæſitum eſt ius aduerſario ſuo repellendi eundem appellantem per ipſam appellationem: licet, id eſt quamuis omiſſio formæ iſtus conſtitutionis repellat appellantem ab obiectionibus propoſitis, vel proponendis, & eorum probatione facienda in formam electionis, vel in perſonas eligentium, vel in perſonam electi: tamen illa omiſſio formæ conſtitutionis. vt circa. non infirmat probationem factã per confeſſionẽ aduerſarij, vel alias factã legitimè.

† Hic not. Car. ꝙ lex aut capitulum allegãdum eſt per ſuum principium. Fõ.

...tionem[a], Vt circa[b] †. editam in concilio Lugdunenſi, locum decernimus non habere, quando quæ opponuntur directè[c] reſpiciũt ius eccleſię[d], vel opponentis[e] perſonæ:

¶ *Glo. prima dicit quid approbet, vel declaret: & ſummat.*

a ¶ *Conſtitutionem.*] Licet Bonifacius aliqua declarauerit, de quibus ſuo tempore dubitabatur circa decre. vt circa. vt ſ. eo. is qui & c. qui contra. & c. procurator. & c. conſtitutio. lib. 6. poſt eũ tamen noua dubia emerſerunt. quæ Clemens hac ſua conſtitutione declarat, quę breuiter ſummari non poteſt. Sed hoc dicit: decretalis, vt circa. locum non habet, cum appellans ius ſuum, vel eccleſię directè proſequitur: ſed cum in formam, vel perſonas opponit crimina, vel defectus: quorum circunſtantias ſi non ſpecificat, ſuper illis non auditur, etiam ſi iuret illas dediciſſe de nouo. Nec etiam in eadem cauſa ſuper illis auditur alius non appellans, & proſequens commune non proprium intereſſe, poteſt tamen aſſiſtere appellanti. Appellans, qui non ſeruat formam, etiam ſi appellationi renuntiat, per viam querelę non proſequitur obiecta, nec etiam alia, niſi in caſibus exceptis. Omiſſio formę licet appellantem à probatione repellat: non tamen infirmat probationem ſuper his legitimè factam aduerſarij confeſſione, vel aliter. Aliquas opiniones determinat, de quibus dicam per partes. Et principaliter approbat quod obſcurè no. Archidiaconus in decreta. vt circa, dicens ibi, quòd electus non tenebatur ſeruare illam conſtitutionem: ſed ſatis erat quòd in ſua appellatione ſeruaret antiqua iura. Ioannes Andr.

1 Exceptiones, quæ opponũtur in cauſis beneficialibus interdum concernunt ius eccleſię; vt hic exemplificat glo. cũ qua cõcor. Guliel. Pau. & Ge. interdũ exceptiones concernunt ius opponẽtis, & exemplifica vt in glo. ſeq. interdum concernunt formam, interdum pſonã, contra quã crimina opponunt. Circa iſtos obiectus in formã, vel perſonam quęrit d. gl. ſeq. de dubitabili quæſtione, quam vide. Ber.

b ¶ *Vt circa.*] ſ. eo. lib. 6. & ita reſtringas hanc declarationem ad illam decr. nam decre. 1. & decre. cupientes. eo. tit. & lib. nõ contingit hęc declaratio: Nam illæ locum habent etiam ſi nõ appelletur propter crimina. vel defectus, ſed propter intereſſe proprium appellantis, nec mireris: nam illę arctant ad veniendum, vel mittendum infra certa tempora. decre. vt circa ad exprimendum, & iurandum.

c ¶ *Directè.*] ſemp. n. ſcđariò, vel indirectè contingit eccleſiã.

¶ *Glo. ſeq. dupliciter exponit, vel reſtringit, exprimens quare.*

d ¶ *Eccleſię.*] poſſet coniugi, & non coniungi verbum, opponentis, qđ ſequitur, & hoc intendit, qđ ſi eccleſia, vel prælatus ipſius nomine ſe opponit, puta dicendo hoc eſſe de iure eccleſiæ 1 illius ꝙ vocem habeat in electione. ſ. eod. ſcriptum, & c. conſtitutis. & c. Cumana. de cauſa poſ. cum eccleſia. vel ꝙ de ipſius gremio debeat eligi, vel ꝙ ad eã ſpectat prouiſio. de cõſue. cum dilectus. de reſt. in int. c. 2. de ver. ſig. abbate. nõ erit locus formæ decre. vt circa. Idem ſi loquitur de eccleſia, ad quã facta eſt electio, poſtulatio, vel prouiſio, vt quia dicuntur facta prædicta contra priuilegia ipſius eccleſię. de electio. conſiderauimus. vel opponitur de numero 2. ſ. de reſcrip. conſtitutus.

2 Quia receptus eſt par reſcriptum Apoſtolicũ cõtra numerum, non facta mẽtione de numero. Imola. Fõ.

¶ *Glo. ſeq. declarat, quærit, arguit negatiuè, & cõtrariũ ſoluit.*

e ¶ *Opponentis.*] vt quia dicit beneficiũ ad ſe ſpectare, vel ſibi debitũ, vel ꝙ ipſe habet prouidere, fortè iure ad ipſum ſolũ deuoluto, vel ꝙ fuit contõpus, vel q̃a eſt canonice electus: his & ſimilib. caſib. in appellatione nõ eſt neceſſe ſeruare cõſtitutionẽ vt circa. Percepi dubitatũ in curia in hoc caſu: Scripſerat Papa mihi ꝓuideri de beneficio in certa dięceſi, qđ non excedat

valorẽ 50.florenorum, vel ſi de loco ſim oriundus: pro Titio ſcripſit ſimpliciter ſecundo, quòd ſibi prouideretur in eadem diœceſi de vacanti, vel primo vacaturo: poſt hoc vacante beneficio in diœceſi facio mihi per meum executorem illud cõferri: Titius etiam facit ſibi idem beneficium per ſuos executores conferri, & appellat à prouiſione mihi facta, & proceſſibus executorum meorum, dicens quòd beneficium excedat ſumamm taxatam, vel quòd non ſum de diœceſi oriundus: dubitabatur an decret. vt circa. in appellatione ſeruari debuerit? Videtur ꝙ non, per hoc principium, quaſi appellatio fundetur ſuper iure appellantis, non ſuper defectibus, vel criminibus. Contrarium videtur, quia vtroque caſu opponitur contra formam prouiſionis, & non ſolùm contra electionem, circa quam ſtatutæ ſunt formæ concilij, quia propter.eod. titu. ſed etiam contra prouiſionem cadit obiectus in formam, vt patet in litera ipſius decre.vt circa. Item ſecundus obiectus ſatis eſt in perſonam, vt defectiua dicatur ex loco originis, quo ad illud beneficium: & licet illud procedat à reſcripto, ſatis tamen conuenit iuri communi. facit quod not. de reſcrip. ſi proponente. in gloſſa finali.

† Nota differentiam inter competitorem & oppoſitorem. & quis ſit cõpetitor, dic vt i gl. eiuſdẽ. oppoſitor autẽ eſt quãdo electus eſt vnicus, vt lit. pen. cap.1. & 2. libr.6. Zabarel.

ſed[a] tantùm vbi per competitorem[b], † vel oppoſitorem quemlibet appellantem[c] in formam, aut perſonas[d] defectus[e], vel crimina proponuntur[f], ¶ Cæterùm cum circa crimina, vel defectus debitam circunſtantiarum[g] ſpecificationem prædictus omittit appellans, non eſt poſtmodum in proſecutione negotij ſuper his[h] audiendus, etiam ſi circumſtantias huiuſmodi, vel probationes earum per iuramentũ aſſerat ad ſe perueniſſe de nouo[i]. ¶ Sanè[k] ſi quis cuius intereſt[l] ab electione, poſtulatione, vel prouiſione[m] duxerit appellandum, opponendo crimina vel defectus, forma[n] dictæ cõſtitutionis omiſſa[o], eodem[p] poſtmodum appellationẽ huiuſmodi ꝓſequente[q], alius ſuperueniens non appellans[r], contra appellatum in eadẽ cauſa[ſ] principaliter admitti non debet, pro intereſſe communi[t] eoſdẽ articulos[u] proſequendo, licet appellanti poſſit aſſiſtere, ne colludat[x]: non tamen ei propter hoc proſecutionem[y] pro

a ¶ *Sed.*] repete decernimus locum habere tantùm, & cętera.

b ¶ *Competitorem.*] eiuſdem dignitatis, vel beneficij cuiuſcũque. & coniunge appellantem, quod ſequitur.

c ¶ *Appellantem.*] non dicit ad ſedem Apoſtolicam, vel ad nos, vt ſ̃. prox. quod facit pro opinione, quam tenui in decr. vt circa. in glo. ad Papam tamen certum eſt ꝙ ſolùm in extraiudicialibus appellationibus hoc locum habet. ſ̃. ead. conſtitutio. lib.6.

d ¶ *Perſonas.*] eligentium, vel electi. prouidentium vel prouiſi, poſtulantium, vel poſtulati: ideo vtitur plurali. ad hoc infrà. §. final. & quæ poſſunt in his opponi. notauit in decre. vt circa.

e ¶ *Defectus.*] reſpicit formam, & perſonas: ſed quod ſequitur, crimina, reſpicit perſonas.

f ¶ *Proponuntur.*] ſatis notabant hæc verba iſtius conſtitutionis, ibi dum dicebatur, ſe opponunt proponendo aliqua, & c. vtiliſſimum tamen fuit hoc declarari.

g ¶ *Circunſtantiarum.*] approbat hæc litera quod nota. in decr. vt circa. in glo. quid ergo. & in decr. procurator. eod. tit. lib.6. ſcilicet quòd non ſufficiat opponere periurium, vel homicidium, niſi fiat illorum expreſſio, ſic & alibi debent exprimi circunſtantiæ. de cler. ægro. c. vnico. lib.6.

h ¶ *Super his.*] ſcilicet, ſuper quibus omiſit debitam ſpecificationem: ac ſi dicatur, ꝙ ſi quædã plenè ſpecificauit, quædam non & legitimè iurauit, ſuper ſpecificatis audietur, ſuper alijs non, etiam ſi vult iurare ꝙ circunſtantias, ſeu probationes ipſarum de nouo percepit, vt ſequitur.

¶ *Gloſſa ſequens obijcit, ſoluit, & notat.*

i ¶ *De nouo.*] videbatur contrarium per decre. vt circa. vbi ſuper non oppoſitis auditur appellans cum iuramento, quòd illa de nouo peruenerint ad ipſius notitiam: ergo idem videbatur de circunſtantijs non ſufficienter expreſſis. Sed contrarium hic determinatur: quia vbi non oppono quòd ignoro, vel quòd ſcio, ſed non credo me poſſe probare, hic nullum vitium eſt: iuſtum eſt ergo vt poſtmodum admittar cum iuramento, vt ibi: ſed vbi oppono & circunſtantias non exprimo, hic vitium eſt, quia non debitè oppono. Item quia non videtur iuramentum poſſe defendi, quo iuraui me credere poſſe probare, ex quo nunc dico me nouiter circunſtantias, vel probationes percepiſſe, ergo meritò hic aliud quam ibi. Et ſic not. quod dicere ſoleo de confirma. vti. vel inuti. bonę. quòd interdum expedientius eſt in totum veritatem 1 tacere, quàm non perfectè dicere. Ioan. And.

1 De hoc dicto vide Alexãdrũ in additione ad Bar. in l. ait prętor. in prima additione. ff. de iud. & Decium conſil. 37.

k ¶ *Sanè.*] determinat aliqualiter not. per Compoſt. ſuprà eod. cap.1. lib.6. in glo. vnde meritò. verſ. ſed ad quid admittetur.

l ¶ *Intereſt.*] de hoc intereſſe notatur in decret. vt circa.

m ¶ *Prouiſione.*] facta, vel facienda. quod dic vt ſ̃. eod. qui contra certam. lib.6.

n ¶ *Forma.*] ſpecificationis, de qua præmiſit.

o ¶ *Omiſſa.*] in quibuſdam.

p ¶ *Eodem.*] ſcilicet appellante. & idem in adhærente, per decretal. vt circa. verſ. alioquin.

q ¶ *Proſequente.*] quo ad illa, in quibus ſeruauit conſtitutionem, vel in quibus conſtitutio non arctabat, vt ſuprà 1. Reſponſo. Certũ eſt enim quòd ſi aliqua ſufficienter expreſſit, aliqua non, quo ad expreſſa tenet appellatio, dummodo in alijs conſtitutionem ſeruauerit.

r ¶ *Non appellans.*] nec etiam adhærens, vt ſit fortius dubium. Sed litera ſequens, quæ dicit quòd poteſt aſſiſtere, videtur contraria, ſed illud propter intereſſe.

¶ *Gloſſa ſequens arguit à contrario, determinat, & quæſtionem ſoluit.*

ſ ¶ *Eadem cauſa.*] ergo in alia poterit, hoc verum per viam actionis, etſi non fuit de adhærentibus, vt dicam infrà proximo. §. Et ſi dicas, quid proficit hæc appellatio? Dic quòd multum: quia ſuccumbet appellans in inſtantia, & punietur in expenſis & pœnis decret. 1. ſuprà eodem lib. 6. & fiet executio contra ipſum. Item forſan ille tertius poſtea non aget, vel agens ex aliquo capite forſan repellitur. Ioannes Andreas.

t ¶ *Communi.*] ſcilicet quando, & in his proſequitur ius, vel intereſſe eccleſiæ, vel commune ſui, & appellantis, vt cum dicitur, criminoſus is qui eſt electus, vel prouiſus, vel defectuoſus, vel electio, vel prouiſio facta per eum qui non potuit propter crimina, vel defectus, vel facta prouiſio per literas ſurreptitias, vel his ſimilia.

¶ *Gloſſa ſequens oſtendit in quo ampliat, obijcit, iuſtificat, & obiectioni reſpondet.*

u ¶ *Articulos.*] ſcilicet non ſpecificatos, & hoc voluit ver. alioquin. in decr. vt circa. quo ad appellantem & adhęrentes: ſed iſta latius loquitur. Et licet prima facie videretur iniquum, quòd vnus proſequi non poſſit id à quo repellitur alter propter ineptitudinem propoſitionis, vel defectum proponentis. facit 2. quæſt. 1 prohibentur. 10. quæſt. vlt. libellorum, in fin. ſuprà de accuſa. veniens. ff. de accuſ. l. hi tamen. in fin. & l.4. in fin. vbi not. de accuſatore repulſo propter ineptitudinem libelli. & bene facit ff. de adult. ſi maritus 2. in fin. & de libe. ho. exhib. l.3. §. hoc interdictum. Item licet graue videatur, quòd negligentia vel culpa vnius malè exprimentis, noceat eccleſiæ & omnibus alijs habentibus æquale intereſſe. de regul. iur. delictum. & regula, non debet aliquis. lib.6. Tamen fateri oportet hoc æquum, quia aliàs inutilis fuiſſet quo adhoc & deriſoria prouiſio decret. vt circa. ſi appellans poſſit ſubmittere pędagogum, qui ſibi aſſiſtens in eadem cauſa, vt dicit textus, clarè formaret & exprimeret per eum malè formata, & inſufficienter expreſſa. Ad contraria reſpondetur, quòd loquuntur in alia cauſa, vel inſtantia. Item imputet ſibi qui à principio non appellauit. Item quia via nullitatis illi non deficit. de appella. concertationi. lib.6. & proſecutio proprij intereſſe, vt ſequitur.

x ¶ *Ne colludat.*] ſcilicet ſuper expreſſis, in quibus fuit forma ſeruata. & eſt ſi. de procur. cap.2. in fin. lib.6. Et quòd proſit ſic adeſſe, ibi not. in vlti. gloſ. & ff. dè inoffic. teſtame. ſi ſuſpecta.

¶ *Glo. ſeq. duas lecturas ponit, & notat.*

y ¶ *Proſecutionem proprij.*] ſi dicat propter quod etiam fuit appellatum, planum eſt etiam ſi non fuerit forma ſeruata, vt in 1. reſponſo. Vel intelligitur de proſecutione, quam facit per querelam. Et nota quòd etiam publica, vel popularis actio habet etiam quandoque priuatum intereſſe. ff. de ſepul. vio. l.3. §. ſi ad plures. de procur. licet in popularibus. in prin. cum ſuis conco.

¶ *Gloſſa*

prij intereſſe denegamus. ¶Inſuper [a] ſi apellans [b] ab electione, poſtulatione, vel prouiſione per viam querelæ [c] ſimplicis cauſam agat [d], vel eam appellato agente defendat, repellitẽ [e] ab obiectibus in appellatione † ſua expreſſis, [f] & alijs [g], niſi conſtiterit ipſum formam ſeruaſſe prædictam, præterquàm [h] in caſibus in cõſtitutione præmiſſa exceptis: etiam ſi appellationem ſuam non proſequatur, nec exhibeat, & illa ſe aſſerat nolle [i] vti: dum tamen de ipſa [k] corã iudice [l] fiat fides [m]: quia per ipſam ius repellendi eundem aduerſario eſt quæſitum [n]. ¶Illius verò conſtitutionis formę [o] omiſſio, licet appellantẽ ab obiectibus in formam electionis, vel perſonas eligentium, vel electi propoſitis, vel proponendis, & eorum facienda probatione repellat †: probationem tamen factam ſuper his per aduerſarij confeſſionem †, vel aliàs legitimè [p] non infirmat [q].

¶ *Gloſſa ſequens duo euidentialia proſequitur.*

a ¶ *Inſuper.*] ad huius §. intellectum, & pręcedentis & ſequẽtis etiam, ſcire debes quod Compoſt. not. ſ. eod. c. 1. lib. 6. in gloſ. qualiter vtraque quòd lapſis temporibus illius decr. 1. pars appellans, quę infra tempora illius decret. non fuit appellationem proſecuta, poteſt electionem, vel prouiſionem impugnare per modum querelæ ex eiſdem cauſis, ex quibus appellauit, vel ex alijs: quia tempus illius conſtitutionis non ſtatuitur, vt poſt illud ſuper illis, vel alijs non audiatur appellans, ſicut dicitur in iuditialibus appellationibus. de appellatio. cum ſit Romana. & ſicut dicitur in decr. cupientes. & vide qđ ibi not. in §. ſi verò. in glo. infra idem. ſed ſtatuitur ad hoc, vt poſt illud tẽpus procedi poſſit partis abſentia non obſtante. Item ſcias ꝙ forma decre. vt circa. quo ad illa obiecta, in quibus requiritur ipſa forma, duplex eſt: vna, ꝙ in appellatione omnia, & ſingula exprimantur in inſtrumento publico, ſeu literis, &c. Secunda, quòd ſuper obiectis debito modo iuretur. Si prima forma ſeruetur, ſed ſecunda non: quia non iuratur, vel non debito modo, nõ auditur appellans, etiam ſuper expreſſis. ſ. eod. tit. is qui. lib. 6. Si verò ſeruetur forma ſecunda: quia debito modo iuratur, ſed non prima: quia non debito modo exprimitur, tunc aut nihil exprimitur, aut aliquid exprimitur debito modo, aliquid non: primo caſu non auditur appellans, niſi in caſibus exceptis in decreta. vt circa. in §. niſi. in fine. Secundo caſu auditur ſuper expreſſis. Item in prędictis caſibus exceptis, ſed ſuper obiectis non ſpecificatis non, etiam ſi velit iurare ꝙ circunſtantias de nouo percepit, vt ſ. 2. reſponſo. hæc vera quo ad illa obiecta, in quibus forma requiritur, & arctat conſtitutio. Si verò propter aliqua appellat, in quibus arctat conſtitutio, & propter aliqua in quibus non arctat, vt ſupra primo reſpõſo: tunc licet neutra forma ſeruetur, auditur appellans, illa proſequens, quę conſtitutio non reſpicit. his viſis, proſequor literam.

† Eſt hic ſingularis limit. ad c. examinata, de iudi. ad hoc qđ per ineptitudinẽ inſtantiæ ex calumnia pſumpta, non ſolùm excluditur quis ab inſtãtia, ſed à meritis cauſæ: ita ꝙ omiſſa inſtãtia nõ ritè ĩchoata, non poteſt qs deducere in alia ritè inchoata id ꝙ in prima ineptè deduxit. Imola. Font.

b ¶ *Appellans.*] vel adhęrens: quia de vtroque loquitur decret. vt circa. ver. alioquin. Alter ergo qui nec appellans eſſet, nec adhærens, bene admitteretur, cum eſſet in eo ratio poſita in fine huius §.

¶ *Gloſſa ſequens quærit & ſoluit.*

c ¶ *Querelæ ſimplicis.*] Nunquid ergo reprobatur opinio Compoſtel. de qua dixi in principio huius partis? Dic quòd non, ipſe enim non fuit locutus de pœna decreta. vt circa. quã etiam non vidit, ſed de pœna decret. primę, quæ hoc ſolùm habet, quòd poſt tempus ibi ſtatutum proceditur in partis abſentia. Sed decretalis, vt circa. imponit pœnam non ſeruanti formam in iurando, quod non auditur, etiam ſuper expreſſis, non ſeruanti in exprimendo quòd non poteſt obijcere nõ expreſſa. ſimpliciter ergo in pœnam ab obijciendo repulſus, nec per viam querelę poſſit obijcere. & hoc vult iſte §. ſed punitur ſolum in proceſſu fiendo in eius abſentia, & per appellationem proſequi poteſt obiecta in eo ſtatu, in quo cauſam inuenit: ergo & per querelam. & ſic verum ſit dictum Compoſtel. cum ergo diuerſæ ſint culpę, non mirum ſi diuerſæ ſint pœnę. & ſimi. quod not. ſuprà eodem. Cumana. in vltim. gloſ.

d ¶ *Agat.*] facit de appell. concertationi. lib. 6. & quod not. poſt Innò. & Hoſtien. de appell. dilecto.

e ¶ *Repellitur.*] inſtante appellato, vt dicã in fine huius partis.

f ¶ *Expreßis.*] intelligas ſingulariter & clarè, tunc exponas quod ſequitur formam ſeruaſſe prędictam, ſcilicet in iurando: cum enim non iurans non audiatur, etiam ſuper expreſſis per viam appellationis, ergo nec per viam quærelæ. de reg. iur. cum quid. lib. 6.

g ¶ *Alijs,*] non expreſſis.

h ¶ *Præterquam.*] excipit à verbo, alijs, & eſt ſenſus, appellans qui formam non ſeruauit in exprimendo, auditur ſuper nouiter emergentibus, vel ad notitiam peruenientibus, vel ſuper quibus ſuperuenit probandi facultas; illis ergo caſibus non excludetur etiam per viam querelæ.

i ¶ *Nolle vti.*] Videns enim appellans quòd formãm non ſeruauerat, de conſilio aduocati celat appellationem: vel dicit quòd illa non vult vti, vt cauſam per viam querelæ proſequi poſſit. Et facit hęc litera ad quæſtionem, an inuito impetrante, is contra quem impetratum eſt, poſſit vti reſcripto. de qua ſatis ſcripſi per Inno. & Hoſtien. de reſtitu. ſpoli. ex conqueſtione. Ioan. Andr.

k ¶ *De ipſa.*] appellatione, in qua non fuit forma ſeruata, vel illorum expreſſio facta.

l ¶ *Iudice.*] corã quo per viam querelæ ſimpliciter agitur cauſa.

¶ *Gloſſa ſequens ſoluit dubium, tripliciter diſſimilitudinem exprimens.*

m ¶ *Fides.*] plena. Nec ſufficeret illa ſemiplena, de qua not. Compoſte. in c. 1. ſ. eod. lib. 6. in glo. quid ſi Papa. vbi dicit per vnum teſtem, & literas, quas procurator abſentis, de cuius procuratorio conſtat, vult impetrare ſuper appellatione probari appellatum. Illud enim locum habet quo ad proceſſum in partis abſentia faciendum, & quo ad probationem deuolutionis; ſed hic loquitur de pœna repulſionis, vt ſtatim ſequitur. Item illud coram iudice appellationis, hoc coram iudice querelę. Item ibidem de probatione appellationis, hic neceſſe eſt probare formam appellationis. Vides autem per hoc quomodo expedit appellato, quòd ſibi in forma publica appellatio intimetur. ſuprà eod. c. proxi.

† Nota hic cõfeſſionẽ in iudicio nullo factã valere, idẽ dixit Inno. c. fi. de re. ſpol pano. Fonta.

† In quacunq; parte litis opponatur ſecũdũ Imo. ſed Frã. dicit hãc exceptionẽ dilatoriã: & ideo qa in iſtis ſpiritualibus non cõteſtatur lis, cle. ſæpe. opponendam antequam procedatur ad illa, quæ aliàs fiunt poſt litem conteſta. p glo. & quę ibi dixi. c. 1. ſ. eo. 2. libr. 6. Fõtan.

n ¶ *Quæſitum.*] optimè concor. ſ. eod. ab eod. lib. 6. & cum hoc reſpiciat fauorem appellati, eo patiente bene procederet hęc obiectio. ad hoc infrà §. prox. non ſic in caſu illius decret. ab eod. vt ibi not. in vlt. glo.

o ¶ *Formæ.*] ſi intelligas de forma iuramenti, plenum eſt: ſi de forma expreſſionis: idem cum diſtinctione, quam ſcripſi ſuprà §. proxi. in princi. hoc dico quo ad repulſionem, de qua ſequitur.

p ¶ *Legitimè.*] ſi ergo inuito appellato fieret probationum receptio ſuper articulis, ſuper quibus recipi non debebat, hoc ſibi non nocet: conſueuerunt articuli admitti, ſaluo iure impertinentium, & non admittendorum: de quo ſcripſi de offic. deleg. cum cõtingat. ſuper gl. penult. de teſtibus exparte.

q ¶ *Non infirmat.*] bene concord. de accuſ. cap. 1. & 2. lib. 6. & facit quod not. ſ. eod. ſi fortè. libr. 6. in 5. glo.

IN *pleriſque.*] CASVS. ¶Pater ſanctiſsime, video multas eccleſias cathedrales pauperrimas, & priuatas auxilio facultatum ſeu diuitiarum, quæ non habent clerum, nec populum, & video aliquando iſtas eccleſias vacare prælato, & hi ad quos ſpectat eorũ prouiſio frequenter aſſumunt religioſos mendicantes ad honorem Pontificatus vel prælaturæ, qui religioſi aſſumpti, nõ poſſunt prodeſſe aliquo modo ipſi eccleſię, nec poſſunt præeſſe, vt decet & conuenit: imo obnubilant & obſcurant ſerenitatem ſeu claritatem Pontificalis dignitatis inſtabilitate vagationis, & opprobrioſæ mendicitatis: Ego quæro pater ſancte, an iſti tales prouidentes eccleſijs de talibus perſonis pauperrimis bene faciant? Et reſpondet Papa, ꝙ de cætero nulum religioſum vel mendicantem eligant ad dignitatem eccleſiæ cathedralis, quæ careat clero & ſubditis Chriſtianis. Item dicit Papa, ꝙ talis religioſus nunquam petat licentiam à ſuo ſuperiori, vt talem dignitatem adipiſcatur, nec ipſe ſuperior forſan prouincialis vnquam valeat dare licẽtiam tali religioſo mendicanti: imo dicit ſi religioſus petierit licentiam ad adipiſcendam, id eſt, capiendam talem dignitatem, & paſſus fuerit eligi in epiſcopum, vel permiſerit ſe conſecrari, ꝙ ipſe nullo modo recipiatur in epiſcopum, ſed patietur talis religioſus pro ambitione tali, ꝙ ipſe erit redactus, id eſt, poſitus ad ſuum monaſterium, vt in illo viuat ſeu degat humiliter, & ꝙ in illa religione ſeu monaſterio ſuo nunquam aſſumatur, nec aſcendat ad aliquam dignitatem. Et ſi aliquid contra præmiſſa fuerit attentatum, omnia decernimus vana, non obſtante, id eſt, non contrariante quacunque conſuetudine. Or pater ſanctiſsime, video veſtram conſtitutionem nobilem, in qua non vultis pauperem cum paupere nubi, quia non vultis ꝙ eccleſia cathedralis priuata ſubſidio facultatũ, habeat prælatum religioſum & pauperem: Sed quæro, an ſimiliter

liter intelligatis in alijs eclesiis tam cathedralibus, quàm non habentibus diuitias & bonos redditus, an in talibus prohibeatis ne religioſi mendicantes eligantur? Et reſpondet ꝙ non: imo vult Papa Clemens ꝙ in talibus ius commune ſeruetur, nec vult in illis ius commune coarctari, id eſt reſtringi vel ampliari, hoc dicit. Ideo vide textum: improuida ſuperiorum prouiſio aſſumit multos, præſertim religioſos frequenter: id eſt, ſæpe ad honorem pontificatus, id eſt, in epiſcopos in pleriſque ecclesijs nedum priuatis ſubſidio, id eſt, auxilio: facultatum, id eſt, diuitiarũ ſed etiam carentibus clero & populo Chriſtiano: quod referimus, id eſt, recitamus & narramus: dolentes, id eſt, cum dolore: qui.ſ. religioſi aſſumpti, nec ſunt valentes, id eſt, potentes prodeſſe: prout expediret, id, eſt ꝓut conueniẽs eſſet ipſi eccleſię nec valẽtes p̄eſſe: vt, i. ſicut deceret. Et qa religioſi electi ad eccleſias cathedrales carentes populo & clero, obnubilãte ſerenitatẽ id eſt deturpant, & obſcurant nobilitatẽ pontificalis dignitatis inſtabilitate vagationis & mendicitatis opprobrioſæ: Et ſic iſta inſtabilitate vagationis, quia per totam ſuam vitam ſtant vagando & diſcurrendo ꝑ dięceſes, q̃rendo vicariatus ab ep̄is, habẽtibus letas dięceſes, & vt ipſi ſint ep̄i portatiui, ſicut videmus in multis ciuitatibus, in quibus non reſident ep̄i; & iſti epiſcopi non reſidentes dant vicariatum ſuum cuidam religioſo epiſcopo, qui vulgariter appellatur epiſcopus portatiuus, qui cõfert ordines epiſcopi. Vel dic inſtabilitate vagationis, quia iſti vadunt ac curias principum, & quærunt habere penſionem, & multoties principes eos habent tanquam familiares, & tamquam capellanos; & dic mendicitatis opprobrioſæ, quia opprobrioſum, id eſt, turpe eſt epiſcopis mendicare. Et ſequitur in textu. Nos igitur volentes prouidere contra temeritatem, id eſt, contra fatuitatem tam facientium, id eſt, eligentium tales religioſos, quàm frequentius recipientium huiuſmodi prouiſiones, quia etiam punit religioſos patientes ſe eligi, & ſibi prouideri de talibus dignitatibus: ſtatuimus de conſilio noſtrorum fratrum, ſcilicet Cardinalium, vt nullus de cætero, id eſt, amodo, vel deinceps præpollens, id eſt, clarens quantacunque dignitate, prouideat de paſtore eccleſiæ cathedrali ſibi qualitercunque, id eſt, quomodocunque ſubiectæ; quæ cathedralis eccleſia careat clero, & populo, vel ſubditis Chriſtianis, niſi fulciatur ſuper hoc ſpeciali auctoritate ſedis Apoſtolicę, id eſt, niſi hoc, ſcilicet ꝙ eligat religioſum ad talem dignitatem, impetret à ſede Apoſtolica, ꝙ talem religioſum eligat: vel niſi ipſe religioſus impetret à ſede Apoſtolica quòd eligatur: quę pro &: & nullus religioſus vnquam licentietur à prælato forſan principali, ꝙ conſentiat tali prouiſioni, ſcilicet ꝙ eligatur: ꝙ id eſt, quia: qa ſi licentiatus conſenſerit huiuſmodi prouiſioni, & fecerit ſe aut permiſerit ſe in epiſcopum conſecrari, nullatenus id eſt, nullo modo recipiatur in epiſcopali honore, ſed in pœnam tantę ambitionis, id eſt, pro pœna huius ꝙ ambiuit talem honorem, ipſe degat, id eſt, viuat cũ paupertate: quę pro &: & iaceat ſemper proſtratus & humilis ſub prælato, id eſt, ſubditus ſuo pręlato ſuę religionis, aut monaſterij: ita ꝙ eidem religioſo paſſo de ſe fieri talem electionẽ nullus ſit acceſſus in religione ſua, aut extra religionem, ſuam cuiuſlibet, id eſt, cuiuſuis honoris, vel adminiſtrationis: enim pro quia, vel pro certe, nos Clemẽs decernimus irritũ eſſe, & inane, id eſt, vanũ & nullius effectꝰ qcquid contigerit attentari, vel fieri, ſuppleo cõtra p̄miſſa vel contra aliquod p̄miſſorum, id eſt, antedictorum in iſta conſtitutione: non obſtante, id eſt: non contrariante quacunque conſuetudine. Sanè, id eſt, certè, & rectè decernimus præmiſſa eſſe ſpecialiter prouidenda, circa pręfatas eccleſias, id eſt, circa eccleſias cathedrales carentes clero, & populo Chriſtiano: ꝙ, id eſt, qa: qa nec, id eſt, nõ intendimus circa prouiſionem quarũlibet aliarum eccleſiarum non carentium clero & populo coarctare limites iuris communis, nec intendimus ampliare vltra. Et ſic concludit ꝙ iſta conſtitutio habet locum ſolùm in eccleſiis cathedralibus carentibus clero & populo, & non habet locum in alijs eccleſijs habentibus populum, immo in ipſis omnimodo vult ſeruare ius commune. Not. primò ꝙ eccleſiæ (maxime cathedrales) debent habere facultates: & facultates dñr earũ pręſidiũ. ibi, pręſidio facultatum, nam ſine temporalibus ſpiritualia diu eſſe non poſſunt. 1. q. 3. ſi quis obiecerit. de vi. & ho. cle. vt quiſque. & c. quoniam. Not. ſecundò ꝙ in epiſcopis opprobrioſa eſt mendicitas, pro hoc glo. in verbo, opprobrio, ad hoc de renun. ad ſupplicationem. Zabar.

¶ Idem.

¶ Sine ſpeciali licentia Papæ nullus prouidere poteſt eccleſiæ cathedrali clero carenti & populo Chriſtiano. Religioſus per prælatum licentiari non debet, vt tali prouiſioni conſentiat, conſentiens etiam ſi fuerit conſecratus priori prælato ſubiacet, nec in epiſcopum recipitur, nec ad aliquem honorem promouetur: quæ contra fient irrita decernit. Ioannes Andr.

¶ Prima gloſſa ſummat, & diuidit.

CAP. V.

IN pleriſque [a] eccleſijs nedum (quod dolentes [b] referimus) præſidio [c] facultatũ priuatis: ſed & clero carentib. & populo [d] Chriſtiano [e], multos frequẽter & religioſos [f] p̄ſertim improuida ſuperiorum [g] prouiſio ad Pontificatus aſſumit honorem, qui nec ...

a ¶ *In pleriſque.*] Caſus. Sine ſpeciali licentia Papę nullus prouidere poteſt eccleſię cathedrali clero carenti, & populo Chriſtiano. Religioſus per prælatũ licentiari non debet, vt tali prouiſioni conſentiat: conſentiens etiam ſi fuerit conſecratus, priori prælato ſubiacet: nec in epiſcopum recipitur, nec ad aliquem honorem promouetur: quæ contra fient, irrita decernit. Et ſunt tres partes. In prima, conſtitutionis cauſa. In ſecunda, conſtitutio. In tertia, proteſtatio. Secunda pars, quam ſummaui quatuor facit: Primò prohibet prouiſionem fieri. Secundò licentiam dari. Tertiò punit conſentientem. Quartò decernit. partes patent. Et ſummè fuit honeſtum quod hic dicitur.

b ¶ *Dolentes.*] concor. ſ. de cele. Miſ. dolentes. ſ. de ſta. mo. recolentes. j. eod. tit. attendentes. & de cenſi. ad noſtra. in prin.

c ¶ *Pręſidio.*] id eſt, ſubſidio, ſine quo ſpiritualia diu eſſe non poſſunt. 1. q. 3. ſi quis obiecerit.

¶ Gloſſa ſequens quærit, arguit negatiuè, & affirmatiuè, & declarationem poſcit, dicens primum plus placere.

d ¶ *Et populo.*] certum eſt quòd clerus, & populus 1 ſunt diuerſa. de priui. ex parte. de ſen. excomm. ſi ſententia. lib. 6. Quid ſi habet alterum tantum? hic & j. eod. c. ponitur copula, per quod videtur quòd carere debeat vtroque. Habens autem alterum, non caret vtroque, & ſic non videtur arctare conſtitutio. vide ſimile: habẽs codicem, non includitur ſub carentibus Decreto, & Codice: & habens panem, non includitur ſub carentibus pane, & vino. & habens argentum, non includitur ſub carentibus auro & argento: ita non includitur eccleſia habens clerum, vel populum, ſub carentibus clero, vel populo: aliàs non eſſet diuerſum dicere, clero & populo: & dicere clero vel populo: & eſſet hoc incidere in improprietatem locutionis ſumendo copulatiuam pro diſiunctiua, quę improprietates excuſande ſunt, non ſequendę, vt not. de verbo. ſign. pręterea. pro hoc facit, quia foret abſurdũ, quód illi clero, vel populo, quem habet eccleſia, ſubtraheretur epiſcopus, & hoc multum vrget. Contra, carere eſt non habere, ſed ſi dixiſſet, ſi non habeat, vel niſi habeat clerum & populum, propter copulam requiritur quòd habeat vtrunque, ergo ſi habet alterum tantum, arctat conſtitutio, & idẽ in prædictis exemplis ſi dicatur: ſi non habeat, vel niſi habeat Decretum & Codicem: requiritur quòd habeat vtrumque. Idem cum dicitur, ſi non habeat panem & vinum, argentum, & aurum, & in ſimilibus: vt cum dicitur, nullus eligatur niſi habeat, vel ſi non habeat ætatem, ſcientiam, & mores, ſingula 2 requiruntur, vt ſ. eod. cum in cunctis. Item ſi dicatus, ſi careat ſcientia, moribus, & ętate. facit de æta. & qualit. eam te. Pro vtraq; parte poſſet induci. ff. de rebus dub. ſi is qui ducenta. §. vtrum. Egeret declaratione, ſed primum plus placet.

1 An populus cõprehẽdat clerum, vide Baldum in l. 1. §. huius ſtudij. ff. de iuſt. & iure. & Felinum in c. Eccleſia ſanctę Mariæ. extra de conſti.

2 Vide Decium cõſ. 177. col. 2.

¶ Gloſſa ſequens primò ponit dictum, & pro ſolutione contrarij remittit: ſecundò ſoluit dubium.

e ¶ *Chriſtiano.*] talia loca quæ ſunt in poteſtate hoſtium non 3 deſinunt eſſe ſacra. Ad l. cum loca. ff. de reli. & ſumpti. fu. reſponde vt not. 7. quæſt. 1. paſtoralis. in fin. Non putes tamen quòd ſit neceſſarium, ꝙ locus ſit captus ab hoſtibus: ſatis eſt. n. quòd clero careat & ſubditis Chriſtianis. per verba huius decret. licet non ſit in hoſtium poteſtate.

3 Faciunt notata per Innocent. in c. penul. & vlt. extra de ſepult.

f ¶ *Religioſos.*] qui laborant ad hoc etiam interdum importunè, & per corruptelas, vt dicere poſſint cum pſalmiſta: Laqueus contritus eſt, & c. pſal. 123. Niſi quia dominus erat. Vidi iam religioſum conſecratum ad titulum, qui non erat in rerum natura, nec fuerat: quod patere poſſet per prouincialem, [id eſt, per librum in quo ſcriptæ ſunt prouinciæ.]

g ¶ *Superiorum.*] ad quos ſpectat qouis iure prouiſio: Et maximè quatuor principales patriarchæ, & quidam archiepiſcopi, qui ſub eis ſunt, conſueuerant hoc facere.

a ¶ *Dece-*

1 Vide Concilium Trident. ſeſſio. 12. de refor mat. c. 2.

a ¶ *Deceret.*] 8. q. 1. qui epiſcopatum.
b ¶ *Vagationis.*] conſueuerunt tales diſcurrere 1, & vicarias epiſcoporum quærere maximè habentium diœceſes latas, interdum principibus adhærere familiariter, qui cauſa honoris quærunt habere capellanos epiſcopos.
c ¶ *Opprobrio.*] nedũ in epiſcopo, ſed in quo libet clerico. 93. diſt. diaconi. vlt.
d ¶ *Serenitatem.*] de qua ĩ. de pœnis, ſi quis ſuadente. circa fin Ioãnes Andreas.
e ¶ *Obnubilant.*] ſaltem quo ad vulgus. de hoc. 93. diſt. legimus. facit ſ. de priuileg. c. 1.
f ¶ *Quantacunque.*] ꝓpter patriarchas hoc dicit, vt prædixi.
g ¶ *Speciali.*] ſi ergo haberet generalem auctoritatem prouidendi epiſcopatibus ſpectantibus ad prouiſionem Papalem, non ſufficit per hanc literam.
h ¶ *De paſtore.*] vtitur hic vocabulo generali, vt archiepiſcopos, epiſcopos, & etiam patriarchas comprehendat. alibi latius. ſ. eod. ne pro defectu. de reg. iur. quamuis.
i ¶ *Cathedrali.*] in alijs locum non habet, vt in fin.
k ¶ *Qualitercunque.*] non diſtinguit: ergo ſiue plenè ſubſit, ſiue quo ad prouiſionem tãtùm.

(vt expediret) prodeſſe, nec præeſſe (vt deceret [a]) valentes, inſtabilitate vagationis [b], & mendicitatis opprobrio [c] ſerenitatem [d] Pontificalis obnubilant [e] dignitatis. ¶ Volẽtes igitur contra temeritatem tam facientium, quam vt frequentius recipientium prouiſiones huiuſmodi prouidere: de conſilio fratrum noſtrorũ ſtatuimus, vt nullus de cętero quantacunque [f] dignitate prę pollens (niſi ſpeciali [g] ſuper hoc auctoritate ſedis Apoſtolicæ fulciatur) de paſtore [h] prouideat cathedrali [i] eccleſiæ ſibi qualitercunque [k] ſubiectæ, quæ clero careat, & ſubditis Chriſtianis [l]. Nulluſque religioſus à ſuo vnquam, quòd prouiſioni tali conſentiat, licentietur prælato [m]. Quòd ſi licentiatus [n] etiam huiuſmodi prouiſioni conſenſerit, & in epiſcopum [o] ſe fecerit, aut permiſerit [p], cõſecrari in ẽpali nullatenus recipiatᷣ honore [q]. Sed in tantæ ambitionis pœnam ſub religionis, aut monaſterij [r] ſui prẽlato [ſ] ſemper ſic degat humilis, iaceatque proſtratus [t], quòd nullus eidem in religione ſua, vel extra ad gradum honoris, vel adminiſtrationis cuiuſlibet [u] ſit aſcenſus. Nos enim quicquid contra pręmiſſa, vel aliquod [x] pręmiſſorum contigerit attentari, irritum eſſe decernimus & inane, contraria quacunque cõſuetudine nõ obſtante [y]. ¶ Sanè circa præfatas [z] eccleſias ꝑmiſſa ſic ſpecialiter prouidenda decernimus, quòd circa prouiſionẽ quarumlibet aliarum [a], facultatem ſuperiorum nec coarctare intẽdimus, nec vltra iuris communis limites ampliare [b].

a ¶ *Aliarum.*] non cathedralium, vel etiam cathedralium habentium clerum, & populum Chriſtianum.
b ¶ *Ampliare.*] ſimile de innouatione dicitur, quòd ius vetus conſeruat, nouum autem non creat. de priuil. ex parte 1. in fin. & c. quia intentionis. & optimè conuenit huic fini extrauag. Clc. quæ incip. meruit. Ioan. Andr.

Quod circa.] Iſtud c. determinat, ſeu declarat conſtitutionem, quorundam. lib. 6. In illo c. dicitur quòd ex vocatione quocunque modo facta in diſcordia, de religioſo mendicante ad prælaturã extra adminiſtrationem ſui ordinis, non acquiritur il li ius, nec tali electioni poterit conſentire, etiã de licentia prælati ſui. Item dicit de vocatione facta à minori parte, ſeu numero ad quamlibet prælaturam de religioſo non mendicante. & ſecus factum irritum decernit. Hoc habito præſuppono quòd duplex eſt electio, quædã eſt quę in facto conſiſtit: vt quando ſunt decem electores, & octo vnum eligunt, alij duo eligunt alium. Sed contra iſtos duos opponitur ꝙ ſunt excommunicati, quare ille qui eſt electus ab octo, dicit: Ego ſum electus ab omnibus: & ſi aliquis dicat: Certè tu non es electus niſi ab octo, & ſunt decem electores: ergo tu non es electus ab omnibus: Ipſe reſpondet: ius fingit me eſſe electum ab omnibus, quamuis non ſim electus niſi ab octo: quia poteſtas eligendi eſt translata in octo, poſtquam alij ſunt excommunicati. His pręſuppoſitis cum gloſſa poſita in verbo, quæ in facto: pone caſum. Quidã religioſus fuit in aliqua dignitate electus, quæ non eſt de ordine ſuo, ſed extra ſuũ ordinem, & cum eſſent decem electores fuit electus ab octo de electoribus, & alij duo electores elegerunt quendam alium non religioſum: ſed iſte religioſus opponebat contra eos, ꝙ erant excõicati, & ſic non habebant vocẽ in capitulo: & ꝙ vox illorum duorum eſt trãslata, & confuſa in alios octo, qui ipſum elegerunt, & ſic fictiuè dicebat ſe electum ab omnibus: Modò quæro an ipſe bene dicat, & an ſatiſfaciat conſtitutioni quorundam. poſit. ē eo. tit. lib. 6. Ad qđ reſpondet Papa ꝙ non, & dicit in textu: Nos Clemens declaramus illud qđ cauetᷣ in cõſtitutione Bonifaciana circa electiones religioſorũ ſuper diſcordia numeri, ſcilicet in religioſis mẽdicantib. & minoritate numeri, ſ. in religioſis nõ mendicantib. debere intelligi ſecundũ ea quæ conſiſtunt in facto: qꝛ requiritur ꝙ ab omnibus eligatur, & ꝙ oẽs concordent, non autem in fictione iuris, vel eius effectu: quia quãuis ſint aliqui qui ſint excõicati, & non concordant electioni ipſius religioſi, ideo ꝓpter hoc non dicitur nec eſt electus, quia illa cõſtitutio intelligit, ꝙ de facto eligatur ab omnibus 4. vide glo. ſuper verbo, quæ de facto. Not. ꝙ electio dicitur actiuè & paſſiuè. & pro hoc gloſ. 2. quæ hic dicit, intelligi de paſſiua. & Idem Pau. pro hoc not. eo. tit. illa. & probatur de ele. excom. mi. c. fin.

4 Nota caſum in quo cõputantur voces in electione, quæ tamen de iure nõ valẽt. & eſt caſus ſpẽlis. quo ad c. quorũdam. in duo bus caſibus ibi poſitis & hic, licetbre uiter enumeratis. Zabarel.

¶ Idem.

¶ *Capitulum, quorundam. quo ad diſcordiam & minoritatem numeri, intelligitur quo ad voces facti, non ſecundum iuris fictionem. hoc dicit. Ioan. And.*

CAP. VI.

Quod circa [c] religioſorum electiones [d] ſuper diſcordia [e], & minorita--

¶ *Gloſ. prima commendat, dicit qđ determinat. & qđ approbat.*
c ¶ *Quod circa.*] Breue & vtile, determinãs decre. quorũdam. ſ. eo. lib. 6. & approbans qđ ibi not. Ioan. Monachus, Archid. & quod not. ſ. eo d. tit. indemnitatibus. §. ſanè. in 4. glo. Io. An.
d ¶ *Electiões.*] paſſiuas: nã ꝯſtitutio hic declarata loquitᷣ qñ religioſi eligunt, ꝗcũq; ſint eligẽtes, religioſi, vel alij. Et dic, electiones, poſtulationes, ꝓuiſiones, vel quaſlibet vocationes, vt ibi.
e ¶ *Diſcordia.*] hoc quo ad mendicantes, circa quos prouiſum eſt, ꝙ ex electione in diſcordia facta de ipſis extra adminiſtrationes ſui ordinis, nullũ ius eis acquiratᷣ, nec audeãt cõſentire.

¶ *Gloſ.*

2 De his quatuor ſedibus Patriarchalibus, vide concilium Lateranen. ſub Innocentio 3. c. 5. refertur in c. antiqua. extra de priuilegijs.

l ¶ *Chriſtianis.*] circa quatuor patriarchales 2 ſedes principales quandiu ſunt in poteſtate infidelium, vel ſchiſmaticorum, prouidit Bonifacius in ſua extrauaganti, ſancta Romana.
m ¶ *Prælato.*] qui contrafaciens puniendus eſſet pęna arbitraria, ex quo circa ipſum certa hic non ſtatuitur. de of. deleg. de cauſis.
n ¶ *Licentiatus etiam.*] ergo & habita licentia conſentire nõ poteſt. concor. ſ. eod. quorundam. §. 1. in fin. lib. 6.
o ¶ *Et in epiſcopum.*] Not. ꝙ ex ſolo conſenſu non eſt locus pęnis inferioribus, ſed tunc demum cum ſequitur conſecratio. hoc probat hæc copula.
p ¶ *Permiſerit.*] in abſolutè coacto ceſſaret pęna. ſ. qđ met. cau. ſacris. nec imprimeretur character. ſ. de bap. maiores.
q ¶ *Honore.*] quia nec admittetur quo ad executionem Pontificalis officij, nec permittetur Pontificalibus inſignijs vti. & ſic minus poterit quàm alter epiſcopus nullius eccleſię. de ord. ab epi. c. 1.

3 Vide Felinum in c. nõ nulli. verſ. amplia iſta. extra de reſcript.

r ¶ *Monaſterij.*] includit etiã canoniam regularem. de æta. & qualit. intelleximus. de priuileg. cum olim. 2. in princi. & per hanc 3 literam patet hanc pœnam ſolùm in religioſis locum habere.
ſ ¶ *Prælato.*] ergo per talem promotionem non fuit ſoluta obedientia, ſecus ſi prouiſio tenuiſſet. 18. q. 1. c. vnico. 16. q. 1. ne pro cuiuſlibet.
t ¶ *Proſtratus.*] concor. de deci. quamuis ſit. in fine.
u ¶ *Cuiuſlibet.*] concor. ĩ. de regular. vt profeſſores. & ꝑ hoc excludit etiam temporales.
x ¶ *Vel aliquod.*] igitur prouiſio de tali eccleſia facta non valet, nec licentia conſentiendi religioſo data, vel ipſius conſenſus, vel conſecratio ſubſecuta quo ad ipſius executionem, non dico quo ad characterem. facit quod not. de conſecrat. diſt. 5. manus. in vlt. glo. & facit quod dixi ſ. de conſuetu. quanto. ſuper 1. gl. Item nec valet promotio facta de tali contra proximum dictum.
y ¶ *Non obſtante.*] multa ſimilia vide de conſtitu. c. 1. lib. 6. in glo. penul. & concor. ĩ. eod. ſtatutum.
z ¶ *Præfatas.*] cathedrales clero carẽtes, & populo chriſtiano

¶ *Glo.ſeq.exponit, & id dupliciter probat, & prorogat.*

a ¶ *Minoritate.*] hoc quo ad religioſos non mendicantes, circa quos ſtatutum fuit: idem circa electiones factas de ipſis ad quaſcunque prelationes à minori parte numero.

b ¶ *Conſtitutione.*] ſ.eod.quorundam.& patet per ſingulare, ꝙ nõ loquitur de decr. indemnitatibus. Itẽ illa non tractat ſolũ de diſcordia & minoritate numeri, imo tractat in forma ſcrutinij & cõpromiſſi de numero duplo maiori. Itẽ maiori, non duplo maiori. Itẽ minori: Sed illa, quorundam. ſolũ tractat de electione diſcordia, & facta ꝑ minorem partem numero. fateor ob identitatem rationis hoc quod hic dicitur etiam in numero, de quo loquitur decre. idemnitatibus. locum habere, & ſaltem quo ad § ſi qua verò.

te [a] numeri Bonifaciana conſtitutione [b] cauetur, de diſcordia & numeri minoritate, quæ [c] in facto, non in fictione, vel iuris effectu conſiſtunt, debere intelligi declaramus [d].

¶ *Glo.ſeq.primò declarat literam: ſecundò quærit, & ſoluit quo ad decre.quorundam. quo ad decre. idemnitatibus. diſtinguit, & declarationem expoſcit, ſubdens de non vocandis, vel vocatis, qui contemnunt vel renuntiant. & de conſtitutis in ſacris.*

c ¶ *Quæ in facto* 1 *non in fictione.*] hoc intendit. Si ex decẽ electoribus octo elegerũt mendicantẽ: duo, aliũ, vel contradicunt, ſed contra iſtos duos aliquid opponitur propter quod negatur ipſos vocem habuiſſe, vt quia dicuntur excommunicati, ſuſpenſi, irregulares, priuati ea vice poteſtate eligendi, vel his ſimiles, propter quod dicitur totum capitulum eligentium in illis octo conſiſtere, & per conſequens electionem fingi concordem: hoc non iuuat mendicantem 2. Item ſi ex decem canonicis vel monachis quatuor tantùm elegerunt religioſum non mendicantem: qui dicit illos ſex, vel tres ex illis fuiſſe tales, vt ſ. per quòd concludit fingi electionem ſuam factam à toto capitulo, vel à maiori parte, hoc eum non iuuat. vide quod not. de conceſ. præb.auctoritate.lib.6. in vlti. glo. Sed quæro, ſi ita eſt quod voces in iuris effectu aliàs non valẽtes, vt excommunicatorum, & his ſimilium, computantur in numero, quo ad hoc vt reliqua electio dicatur diſcors, vel facta per minorem partem: ac prædictorum voces augeant etiã numerum & ſuffragium, intantum quòd ex illis vocibus ſequi poſſet confirmatio, quę aliàs fieri non poſſet illis excluſis, vt patere poteſt in prędictis terminis de electo, per 6. de 10. qui 6. omnes, vel tres ex eis ſunt excommunicati, vel ſimiles? Apertè dico quòd nõ, quo ad caſus decre.quorundam. quia in quolibet prædictorum caſuum conſtitutio ſolùm nocet: quia ſcilicet impedit mendicantem, & non mendicantem, quemlibet ſuo caſu, ſed coëlectum non iuuat: nec hoc colligi poterit ex verbis, vel mente conſtitutionis ipſius. Non enim hoc ipſo quòd non valet electio mendicantis facta in diſcordia, valet electio coëlecti: aliàs ſequeretur quòd ſi ex xx. canonicis xviij, elegerunt mẽdicantem, valeret electio facta per duos. Item nec ſequitur quòd ſi ex. xx. electoribus nouem elegerũt profeſſum: quòd per hoc valeat electio facta per xj. vt patet ſ. eod. ſcriptum. ad fin. & c. idemnitatibus. §. ſi verò. & §. ſi qua verò. quod ergo non mutatur, & c. C. de teſta. ſancimus. nec correctiones iurium dilatamus. ſ. eod. cum expediat. lib. 6. Sed in caſu decre. indemnitatibus. videtur ſecus quo ad electum per ſcrutinium, à duplo maiori numero, à principio, vel per acceſſum debito modo factum, vel per compromiſſum, cui minor pars ſe opponit: cuius confirmationem exceptio partis aduerſæ impedire non poteſt. Et ſic erit in hoc ſimile electioni Cardinalium, vt vtrobique voces talium ſuffragium afferant, & computentur in numero duarum partium, vt in conſti. cle. ſ. eo. ne Romani. §. cæterùm, & ſatis credo ꝙ hoc fuit de mente. Sed tenens contrarium, dicere poſſet. ꝙ illa decre. dicit etiam eo caſu officium confirmatoris non deficere. hoc ergo venit in examinatione electionis, an ex vocibus eligentium ſit canonica. Sed ſi litera ibi in §. *Sanè.* quę dicit, ſi aliàs inuenta fuerit, & c. intelligatur aliàs, ſcilicet quàm conſideratione numeri, faciet pro primo dicto. quando verò electa eſt à maiori parte, ſed non duplo maiori: tunc cum admittantur partis minoris exceptiones, licet ſummariè cognoſceendæ: videtur ꝙ licet non quo ad adminiſtrationem impediendam, tamen quo ad electionem caſſandam hæc obiici poterunt. Et in his etiã xepediret declaratio, & etiam circa voces abſentium non vocandorum, vel vocatorum, qui venire noluerunt, vel expreſsè renuntiauerunt, quas computari ſonat in abſurdum, licet hoc videatur ex fictione. Item de non conſtitutis in ſacris in collegijs Marium, communiter tenetur per decret. 2. infrà. de æta. & qualit. quòd illorum ratio, vel computatio non habeatur, ſicut nec haberetur illorum qui canonici vel profeſſi non eſſent, quaſi ſit mens huius, ꝙ aliàs vocem habens ex fictione, nõ excludatur à numero: talis autem vocẽ non habet, licet iure nouo. Vnde idem videtur de abſente non vocando, vel vocato, qui venire noluit, vt prædixi. vnde nec in duabus partibus Cardinaliũ eligẽtiũ Papã cõputamus nõ excluſos, licet computemus excomunicatos, vt in prædicta decre. ne Romani. §. cæterùm. primum patet eodem titu. vbi periculum. §. ſane. lib.6.

1 Quando verba intelligantur tã de iure, quã de facto, vide doctores in c. ſciſcitatus. extra de reſcrip.

2 Hic habes ſecũdũ Gene. ꝙ quandoque quis alteri nocet & ſibi non prodeſt. Et eſt ſimile in vxore defuncti, quæ licet agnatis extantibus non ſuccedat viro., vt C. vnde vir. & vxor. l.1. nocet tamẽ filijs naturalib⁹ defuncti, & eos ſuccedere impedit, qui poſſent aliàs ſuccedere. C. de na. li. Authen. licet. idẽ erat olim ĩ lege Fuſia. inſtit. de leg. Fu. can. tol. Pe. de Ancha.

d ¶ *Declaramus*] idem fertur olim Bonifac. declaraſſe, vt dixi in decreta. indemnitatibus. §. ſanè.

¶ Idem.

¶ *Emolumentum ex iuriſdictione, ſigillo curiæ, vel aliàs pertinens ad prælatum cathedralis eccleſiæ, vel collegiatæ, ea vacante, non obſtante conſuetudine (deductis expenſis) reſeruandum eſt ſucceſſori: Niſi tunc certæ dignitati competat iuriſdictio cum ipſius emolumento. Io. Andr.*

CAP. VII.

STatutum [e] ſuper bonis à prælatis cathedralium, regularium, & collegiatarum [f] eccleſiarum dimiſ--

STatutum.] Prima pars ponit dictum cum certa determinatione: Secunda ab illo excipit: ibi, *Cæterum*. ¶ Præſuppone ſtatutum capitulo quia ſæpe. quod eſt iſtud: Vacante cathedrali, regulari, vel collegiata eccleſia, ſingulares perſonæ, capitulum, vel conuentus, quæ occupant bona à prelato dimiſſa, vel vacationis tempore obuenientia, tales ſunt ſuſpenſi ab officio & quibuſcunque beneficijs ſeu quibuſcunque dignitatibus, niſi plenè reſtituant, non obſtantibus priuilegijs, conſuetudinibus, vel ſtatutis quacunque firmitate vallatis, id eſt, firmatis. Figura ſic caſum: Video quòd ſtatutum dicit quòd omnia bona, omnes fructus vndecunque prouenientes, & bona dimiſſa à prelatis debent fideliter reſeruari ſucceſſori: Et videbatut quòd non: quia debent illis eſſe, vel pertinere, ad quos tranſit iuriſdictio: cum acceſſorium ſequatur principale, ſed iuriſdictio tranſit ad capitulum: ergo & fructus tranſire debent: cum fructus ſint acceſſorium ad illam iuriſdictionem: quia mediante iuriſdictione veniunt fructus. Illa dubitatione non obſtante decidit in contrarium, niſi in vno caſu, quem ponit: ibi, *Cæterùm.* & pone quòd ita fuit ſtatutum, ꝙ archidiaconus, vel archipresbyter haberent iuriſdictionem epiſcopalem cum emolumento, vel eſt conſuetudo: an talis conſuetudo, vel ſtatutum corrumpatur per conſtitutionem, quia ſæpe? Et dicit ꝙ non: & ſic habes ꝙ illud ſtatutum, quia ſępe. quod eſt ſuper bonis dimiſſis à prelatis eccleſiarum cathedralium, corrumpit & derogat omni ſtatuto, vel conſuetudini, præterquam ſtatuto, vel cõſuetudini poſitę in §. cæterùm. hoc dicit. Nos Clemens declaramus ſtatutum editũ, id eſt, factũ & compilatum ſuper bonis dimiſſis à prelatis cathedraliũ vel collegiatarum eccleſiarum, aut ſuper bonis obuenientibus tẽpore vacationis earum, ſcilicet eccleſiarum, reſeruandis fideliter futuris ſucceſſoribus, habere locum in omni emolumento quod prouenit ex iuriſdictione, id eſt, ratione iuriſdictionis, & ꝙ prouenit ex ſigillo curiæ eccleſiaſticæ vel ſecularis: aut aliàs vndecunque quod ſcilicet emolumentum pertineret ad prælatos non vacãtibus eccleſiis, conſuetudine qualibet contraria, ſcilicet iſti ſtatuto non obſtante: ita tamen quòd in iſtis & ſimilibus rationabiles expenſæ deducãtur: quia iſti q receperunt illos fructus dimiſſos à prelatis tempore vacationis, ſi aliquos ſumptus faciant, ipſi poterunt deducere tales ſumptus. *Cæterum*, pro ſed: ſed nolumus pręſentẽ conſtitutionẽ extendi ad ſingulares ꝑſonas, ad quas iuriſdictio deuoluitur ratione dignitatum, quas dignitates obtinent cum emolumento, conſuetudine, priuilegio, vel alio iure ſpeciali. Not. quòd expenſæ debent deduci, & illæ ſolæ deducuntur, de quibus de dolo & cõtu. finem. & ibi gl. Not. in ver. cęterùm. quòd conſuetudo dat iuriſdictionem, etiam ſpiritualem. de hoc. 9. q. 3. conqueſtus. de for. compe. cum contingat. Zabarella. — ordo literę.

¶ *Glo.prima ſummat, & dicit quid reprobet, vel approbet.*

e ¶ *Statutum.*] Emolumentum ex iuriſdictione ſigillo curiæ, vel aliàs pertinens ad prælatum cathedralis eccleſiæ, vel collegiatæ ea vacante, non obſtante conſuetudine (deductis expenſis) reſeruandum eſt ſucceſſori: niſi tunc certę dignitati competat iuriſdictio cum ipſius emolumento. reprobat quod not. ſ. eo. quia ſæpe. lib. 6. Et approbat quod ibi not. Archi. de quo ſtatuto hic loquitur.

f ¶ *Collegiatarum.*] in alijs.n.non habet locũ decret. præſenti. de offi. ord. co. lib. de qua fit extenſio. j. tit. 2. quia. in. fin.

¶ *Gloſſa*

¶ *Glo.ſeq.ponit opinionem, contra quam allegat.*

a ¶ *Dimiſſis.*] per hoc probabat ibi Archid. ꝙ decre. loquitur de bonis prælati diſtinctis, non de communibus prælato & capitulo.alleg. 12.q.2.hęc huius. & c.non liceat.& c. charitatem.& c.de laicis. & c. illud. & q.5.ſicubi. facit.ſ.ne ſe. va.c. vnico.li.6.de reg.c. vlt. eo. lib. Sed litera, aliàs vndecunque, quæ hic ſequitur, multum facit contra.

ſis[a], aut abuenientibus tempore vacationis earum, futuris ſucceſſoribus fideliter reſeruādis[b] editum, locum declaramus[c] habere in oī emolumēto[d], quod prouenit ex iuriſdictione[e], & ſigillo[f] curię eccleſiaſticæ, vel ſecularis[g], aut aliàs vndecunque, quod ad prę latos (eccleſijs non vecantib.) pertineret, cōſuetudine[h] qualibet contraria non obſtante: ita tamen quòd in iſtis, & ſimilibus rationabiles deducantur expenſę[i]. ¶ Cæterum ad ſingulares[k] perſonas, ad quas ratione dignitatum[l], quas obtinent, iuriſdictio cum eius emolumento[m] deuoluitur, ſede vacante de conſuetudine, priuilegio, vel iure alio ſpeciali[n], nolumus præſentem conſtitutionem extendi[o].

b ¶ *Reſeruandis.*] nec occupandis, per collegia, conuentus, capitula, vel ſingulares perſonas ipſorum, circa qđ principaliter prouidet iſta conſtitutio 1. Per quem autem ſint reſeruanda, ibi dixi. [quia ꝑ ęconomum, vel per alium deputatum.]

1 Quę intelligit de bonis eccleſiaſticis, ſecus ſi erant patrimonialia ipſius prælati. In talib. tantum nō ſuccedat eccleſia, ſed ꝓpinqui. 12. q.vlti.c.fi. & q.3. quicunque. Ad quem auté ſpectat talium cuſtodia dixi in c.quia ſępe. & c. is cui ſ. eo.lib.6.Pe. de Ancha.

¶ *Gloſſa ſeq. ponit motiua opi.reprobatæ. Secundò opi.approbatæ, ad quæ reſpondet. Tertiò declarationem iuſtificat.*

c ¶ *Declaramus.*] hic patet ꝙ reprobat, non corrigit opinionem meam: quia nō ſtatuit hoc eſſe de iure nouo: ſed declarat hoc fuiſſe de veteri, & approbat opinionem Archid. Sed videamus motiua. Mihi prius videbatur, ꝙ ex quo iuriſdictio trāsfertur in capitulum iure communi, ꝙ omnis fructus iuriſdictionis iure acceſſorij capitulo deberetur. Sed Archid. contra, propter verbum ibi poſitum, vacationis tempore obuenientia. Item vt dicebat, capitulum habet cuſtodiam, & adminiſtrat nō ſuo, ſed alieno nomine: vſurpare igitur non debet quod habet cuſtodire, & dicebat Bonifa. ſic declaraſſe. Cum vltimò legi Sextum, dixi, ꝙ non recederem ab opinione mea, niſi declarationem viderem. Ad verbum, obuenientia, reſpondebā per relatiuum, quæ, vt ibi no. Ad id quod dicit, de cuſtodia, reſpondebā ꝙ in iuriſdictione non ſuccedat quo ad cuſtodiam tantū, imo quo ad exercitium; aliàs ſequeretur ꝙ viſitando nō poſſet ꝓcurationem recipere: de qua dicam.j.de hęret.multorum. Stemus declarationi, quæ iuſtificari poteſt ex eo quod ibi notaui in prima glo. cum enim canonici videntes fructus ſibi deberi, vacationem prolixam fortè procurent, difficultates ingerant, & tardius eligant: quia propter fructus iuriſdictionis, vel ſigilli ſi eos perciperent, hoc contingere poſſet, meritò & hi cenſeantur eſſe prohibiti.

2 Ibi dicit Panor. per hanc glo. ꝙ nō valet cōſuetudo inducens corruptioné iudicis. & an mala cōſuetudo excuſet à pœna. vide gl. in c. cum venerabilis.de con ſue. Ludou. Singul. 19. Frā. Crem. ſingul. 169. Fonta.

d ¶ *Emolumento.*] idem verbum de ſimo.nemo in princi. de teſti.cap. 1.lib.6.

¶ *Glo.ſeq. ponit duas lectiones, & ſecundam reprobat.*

e ¶ *Ex iuriſdictione.*] ex qua ſoluuntur iudicis officio pœnę pecuniariæ, vel emendæ.de offi.or.dilectus.facit de ſenten.excommu.venerabilibus.§.denique.lib.6.& quod not.de pœ.licet. Forſan etiam loquitur de quota litis, quæ de conſuetudine deberi poteſt ſecundum Guli.qui hoc notat in Spe.de ſala. §.1.ver.ſi verò ordinarius.& §.ſeq.quod non placet per decre. cum ab omni 2. de vita & hone.cler. vt ibi dixi.

f ¶ *Sigillo.*] ſiue ad vſum cauſarum, vt cum ſit litera citatoria, vel aliquid tale: ſiue ad contractus: puta quia recognoſcūtur, vel publicantur ſub ſigillo curię, fortè cum non ſit ibi vſus tabellionum.facit de fide inſtru.cum dilectus.de fo.com. Romana.ad fin.lib.6.

3 No.ꝙ cōſtitutio declarās aliā, recipit ampliationes, & limitationes conſtitionis declaratæ. Card. Font.

g ¶ *Vel ſecularis.*] vt quia prælatus temporalem iuriſdictionem habebat in loco.de appel.ſi duobus.de delic. pue. c.2.

¶ *Glo.ſeq.mouet dubium.ſoluit, & literę reſpondet.*

h ¶ *Conſuetudine.*] No. quia decre. quia ſępe.vitiat non ſolū conſuetudines.ſed etiam priuilegia & ſtatuta: hic verò ſolum conſuetudinem.dico ꝙ hoc ipſo ꝙ declaratur iſtud ſtatutum locum habere in caſibus prædictis, cuius ſtatuti pars eſt vitiare priuilegia, conſuetudines, & ſtatuta contraria, ergo & illa quo ad hos caſus ſublata dicantur 3. Sed puto ꝙ conſuetudinē, q̄ ſecuta eſſet conſtitutionem ipſam, quia ſæpe.hæc litera tollere noluit 4, ne obſtet decre.1.de conſti.lib.6.

4 Not.Imo. ꝙ ſimpliciter damnata conſuetudine intelligitur de ꝑterita nō futura.Font.

¶ *Glo.ſeq.ponit.opinionem, & exemplificat:*

i ¶ *Expenſæ.*]hoc etiam tenebat ibidem Arch. vt quia ſalaria dantur officiali, qui iuriſdictionē exercet, vel qui ſigillat, vel fiunt expenſæ in miniſtris, chartis, cera, & ſimilibus.facit ſ.eo. vt prętéritę.12.q.2.hęc huius placiti.ff.de admi.tu.cum plures. §.1. & l.1.ff.de tut. & ratiò.di.l.1.§.ſed nonnullos.ff.de pet.hæredi.ſi quid.§.ſicut.

¶ *Gloſ.ſeq.mouet dubium, arguit negatiuè. Item affirmatiuè, quod approbat, & contrarijs reſpondet.*

k ¶ *Singulares perſonas.*]ſalua pace componentis hic remanet dubium, an hoc intelligatur de ſingularibus ꝑſonis, etiam ipſorū collegiorū? Et videtur ꝙ nō: qa conſtitutio expreſsè tollebat quo ad hos cō traria priuilegia, &c. Videtur contta: quia aliàs iſta verba ſunt ſupflua, cum certum eſſet cōſuetudinē ipſam extraneos non ligare, ſed ſolū capitula & perſonas ipſorum: per quod puto ꝙ etiam de ſingularibus perſonis collegiorū intelligatur. Et ſecundùm hoc dicam ibi, ſublata priuilegia, & c. quo ad ſingulares perſonas collegiorum, quæ non iure dignitatum hoc vendicant, cum priuilegia dignitatum ibi ſublata non eſſent.

¶ Idem.

¶ *Conceſſio licentiæ generalis religioſo de conſentiendo electioni factę, vel fiendę, non valet. Ioan.de Imo.*

CAP. VIII.

CVm[p] conceſſa religioſo à ſuperiore[q] ſuo licentia, vt electioni, vel prouiſioni[r] (ſi quam[ſ] de ipſo contigerit fieri) ſuum dare poſſit aſſenſum, ambitionis[t] vitio viam paret: nullius[u] eam exiſtere decernimus firmitatis.

¶ *Glo.ſeq.ſoluit duo dubia.*

l ¶ *Dignitatum.*] quid ſi ratione perſonatuū, vel officiorū? Videtur ꝙ idem.& intelligo hanc literam, ſiue dignitas ſit in ipſa eccleſia vacante, ſiue in alia, puta quia archidiacono in eccleſia cathedrali hoc competit, vel in eccleſia collegiata hoc cōpetit archidiacono, qui tamen ipſius eſt canonicus.

m ¶ *Cum eius emulumento.*] ergo ſecus ſi iuriſdictio tantum.

¶ *Glo.ſeq. dat tria exempla.*

n ¶ *Spetiali.*] puta ſtatuto facto in fundatione dignitatis, vel eccleſiæ.18.q.2.Eleutheri⁹.de conſu.cū dilectus. vel re iudica. de re iu.c.cū inter. vel arbitrio.de ꝓſc.cū olim.de arb.cū olim.

o ¶ *Extendi.*] ſi.ſ.de offi.ordi.pręſenti.§.porrò.lib.6.

CVm conceſſa.] CASVS. Fuit aliqs valde ambitioſus, q quotidie non penſabat aliud, niſi quomodo poſſet habere bñficia vel dignitates, qd fecit? ipſe videns ꝙ erat religioſus, dixit, ego non poſſum habere bñficia, quia nō poſſum eligi nec poſtulari ſine licētia mei ſuperioris: Certè (dixit ipſe) ego vadā ad eū, impetrabo licentiā, vt ego poſſim eligi, vel ꝙ mihi poſſit ꝓuideri de aliquo bñficio: q̄ro an per talē licentiā impetratā à meo ſuperiori poſſim obtinere bñficia? Rñ. Papa ꝙ nō, cum iſta conceſſio licentiæ paret viam vitio ambitionis.h.d. Cum licentia conceſſa religioſo, à ſuo ſuperiori vt ipſe religioſus poſſit dare aſſenſum, id eſt, conſenſum electioni, vel prouiſioni ſi q̄ electionē, vel ꝓuiſionē ſi contigerit de eo fieri, paret, i. pręparet viam vitio ambitionis, eā licentiam ſic conceſſam volumus exiſtere.i.eſſe nullius firmitatis, i.nullius valoris. No.ambitionem reprobari.ꝓ hoc 7.q.1.ambitionis. eod.tit.auaritiæ. & c.quorundam.lib. 6. Not.quòd non eſt aperienda via vitijs: ſed potius præcludenda.C.de indi.vidu.l.2.in fin. Zabarella.

¶ *Gloſſa prima dicit quid inducat.*

p ¶ *Cum.*] Se ſummat, inducens ius nouum, & ęquiſſimum.

q ¶ *Superiore.*] qui ſine capitulo ſolus hoc poteſt.ſ.eo.ſi religioſus.2. reſponſo.lib.6.

r ¶ *Prouiſioni.*] latum verbum, quod comprehendere poteſt nominationem, poſtulationem, præſentationē: & collationē: & facit quod no.ſ.eo.ſi compromiſſarius.§.idem.in fi.vlt.gl.lib.6.

¶ *Gloſ.ſeq. textum iuſtificata, & prorogat.*

ſ ¶ *Si quam.*]licet hic videatur reprobare licentiā gñalem 5, & meritò: quia forſan eligeretur ad locū cui non expediret illū præfici: & forſan prælatus licentiā ſpecialē daturus nō eſſet ad illum, tamen credo idem in ſpeciali: vel ſi exprimatur locus, vt puta qđ conſentire poſſet, ſi eligatur ad talem prælaturā fortè vacantem, cum ibi ēt ſubſit ratio ambitionis, quę ſequitur.

5 Nam rei quæ non eſt vel eſſe neſcitur priuilegium non conceditur. de eccl.ædi. c.ad audientiā. & de deſpon. impu. ad diſſoluēdum. vbi de hoc vide qđ no.Io.And. ſ.eo. ſi cōfirmationem. lib. 6. Pet. de Anchar.

t ¶ *Ambitionis.*] quę ſæpe religioſorum oculos excæcat.ſ. eod.quorundam. in prin.lib.6.

u ¶ *Nullius.*] per hoc dico ꝙ etiā electioni prius factę ipſo ignorāte conſentire non poſſet, quaſi ſuper certo danda ſit talis licentia.facit de conceſ.peæb.c.1.lib.6.ver.ſubiectum. in fi.

¶ *Glo ſeq.exponit literā, & ꝓbat inductiuè rōnem, ꝑ quam cōtrariū ſeruabatur: ſcdò ſoluit queſtionem de clerico ſeculari.*

a ¶ Fir-

a ¶*Firmitatis.*]ſi ergo ex tali licentia cõſentiret, cõſenſus nõ valeret,& priuatus eſſet omni iure ſibi ex electione quæſito.s̃. eo.ſi religioſus.1.reſponſo.lib.6.Et ſatis videbatur hoc eſſe de mente veteris iuris, inquantum prædic.decreta.1.& 2. reſpon. loquitur de electione facta,& eodem titu.quàm ſit. Tamen tenebamus contrarium, dicentes ꝙ ſicut malè facit abbas abſoluens monachũ ad aliud monaſterium,niſi illud habeat paratum, & cõſtet ꝙ illum recipere velit: tamẽ valet ſi hoc facit. & de hoc per Inno. de renun.c.ſi.per Hoſti. de iureiur. ſicut ex literis. ita malè faciebat prælatus talem dando licentiam, tamen data tenebat, per quod videtur ꝙ valeret talis licentia ſi daretur clerico ſeculari de conſentiendo & tranſeundo: quia quo ad ſolum conſenſum non eſt neceſſaria: propter vim enim profeſſionis magis notatur ambitio in profeſſo. Et licet actiua poteſtas eligendi non detur ad beneficium non vacans. de conceſ.præben. conſtitutus.paſſiua benè datur.de tranſla.cap. fina. de ſi.presby.c.1.& 2.lib.6.

Eligendi poteſtas duplex.

re volumus firmitatis [a].

TITVLVS IIII.

De renuntiatione.

¶Clemens v. in concilio Viennenſi.

¶*Renuntiatio dignitatis, vel beneficij facta per procuratorem ad hoc conſtitutum, tenet: licet prius procurator fuerit reuocatus: ipſo tamẽ & ſuperiore cui fiebat ceſſio, ignorãte, niſi per malitiam ipſorum, vel aliorum reuocatio ipſis fuerit occultata. Ioan. And.*

CAP. VNICVM.

CVm [b] † illuſio, [c] & variatio in ꝑſonis eccleſiaſticis [d] maximè [e] ſint vitandæ: p̄ſenti conſtitutione ſancimus: vt ſi quis accedendum [f] Pontificali, aut alij cuilibet dignitati †, vel beneficio procuratorem [g] ſponte [h], ac liberè [i] conſtituerit, & ipſum ignoran-

DE RENVNTIATIONE.

¶ *Dictum eſt ſuprà tit.proxi. de modis medijs acquirendi beneficia eccleſiaſtica, videlicet electione, poſtulatione, prouiſione: veruntamen beneficia modis ſupradictis acquiſita aliquotiens perduntur, ſeu dimittuntur, & illud accidit per renuntiationem, reſignationem, ſiue ceſſionem, quod idem eſt, idcirco poſt rubricam precedentem ponit rubr.de renuntiatione.*

CVm illuſio.] CASVS. Abbas noſtræ dominæ de Exulduno, vel prior aliquis, forſan ſancti Paterni, conſtituit procuratorem ſuum ad reſignandum beneficium ſuum in manibus ſui ſuperioris: facta conſtitutione procuratoris ad renuntiandũ beneficio ſuo, vel abbatiæ ſuæ: ipſe vel prior conſtituens pœnitentia ductus reuocauit huiuſmodi procuratorem:ſed ipſam reuocationem non notificauit, nec inſinuauit ipſi procuratori, nec ſuperiori in cuius manibus erat fienda renuntiatio: procurator conſtitutus ignorans iſtam reuocationem, hoc eſt ignorans quòd fuit reuocatus,renuntiauit,id eſt, reſignauit huiuſmodi beneficium in manibus ſuperioris, quæ renuntiatio fuit admiſſa per ſuperiorem: quæritur vtrum teneat renuntiatio,ſiue reſignatio,& vtrum ſuperior poſſit illud beneficium conferre alteri? Dicit quòd cum illuſio ſit reprobata in perſonis eccleſiaſticis, quæ debent monſtrare exemplum bonitatis cæteris hominibus,ideo valet renuntiatio facta per procuratorem,& collatio alteri facta per ſuperiorem valet,ac ſi nunquam fuiſſet facta reuocatio per ipſum conſtituentem: Et hoc niſi ipſe conſtituens notificauerit procuratori, vel ſuperiori ipſam reuocationem: quia ſi conſtituens (puta abbas predictus) notificaret qualiter ipſe reuocauit procuratorem ſuum: tunc talis procurator non poſſet reſignare dictum ſuum beneficiũ.Sed vtrũ iſtud indiſtinctè ſit verum, etiam ſi per procuratorem ſteterit, quo minus reuocatio fuerit ſibi notificata,quia fortè procurator intelligens reuocationem factam,celauit ſe,ne ſibi notificaretur quò ipſe eſſet reuocatus, vel forſan ipſe procurator fecit detineri nuntium in itinere: vel ſi fortè ſteterit per ſuperiorem,ne notificatio reſignationis † perueniret,vel fortè ſtetit per extraneum, dicit quòd tunc renuntiatio ſiue ceſſio,vel reſignatio beneficij habetur per non facta,& intimatio, ſeu notificatio reſignationis habetur pro facta. hoc dicit H.R.Nota primò caſum,in quo ſufficit quòd reuocatio perueniat ad procuratorem: rationem reddit gloſſa in verbo, *Ignorantem*.Nota ſecundò, quòd reuocatio procuratoris poteſt fieri expreſsè & tacitè. probat verbum.*Quomodolibet*,iuncta gloſſa.Zabar. Not. ꝙ quis poteſt renuntiare beneficio per procuratorẽ. Pro hoc vide gloſſam ſuper verbũ, *Procuratorem*. Nota principiũ huius textus, ad quod allegatur,ꝙ maior cõſtantia & honeſtas requiritur in perſonis eccleſiaſticis,quam in cæteris:ideo variatio magis reprobatur in clericis quàm in laici ſe conformant vitæ clericorum & prelatorũ iuxta illud: Si pecauerit vnctus, faciet peccare populum, & dic *Vnctus*,id eſt, clericus, vel prelatus Nota ꝙ varians non eſt audiendus.l.ſi quis.C.de iureiurando. Nota principalem effectum,ꝙ ſi quis reuocauerit procuratorem ſuum,& non notificauerit reuocationem,ſi aduerſarius fecerit impenſas,ipſe reuocans tenetur ſoluere expenſas. No.quòd paria ſunt notificatio reuocationis, vel ſi ſtetit per procuratorem, vel per alium, quo minus reuocatio veniret ad eius notitiã, & hoc quo ad audiendam renuntiationem, & effectum ipſius. Sed quæritur, quid iuris ſi conſtituens non notificauit reuocationẽ, ſed ipſe ꝓcurator fuit aliũde certioratus,quòd ipſe eſt reuocatus, fortè ꝑ aliquos vicinos, vel extraneos, reddendo ei inſtrumentum reuocationis:vtrum hoc ſufficiat? Dicendum ꝙ ſufficit ꝙ fiat ſibi notificatio, & non refert, id eſt non eſt curę per quem notificatio fiat. Sed quid in tacita reuocatione, quia cõſtituens eſt mortuus,vtrum valeat renũtiatio,ſiue reſignatio beneficij poſtea per procuratorem facta? Dicendum eſt ꝙ non: quia per mortem conſtituentis beneficium erat vacans. Et hoc fuit practicatum in archiepiſcopum Tholoſanum, qui licet haberet archiepiſcopatum per renuntiationẽ,ſeu reſignationem, tamen neceſſaria fuit alia collatio.

† Reuocationis.

† Vide Feli. in c. ex parte decani, extra de reſcrip.

† Sub iſta voce dicit Car. ꝑ tex. hunc nõ cõprehẽdi epiſcopatum. Feli. in rub. de maio. & obed.in col. 6.Fon.

¶ *Prima glo.ſummat, & dicit quid determinat.*

b ¶ *Cùm illuſio.*] Renuntiatio dignitatis, vel beneficij facta per procuratorem ad hoc conſtitutum, tenet:licet prius procurator fuerit reuocatus: ipſo tamen & ſuperiore, cui fiebat ceſſio ignorante: niſi per malitiam ipſorum, vel aliorum reuocatio ipſis fuerit occultata. Ponit dictum, & exceptionem à dicto: ibi,niſi fortè. Et determinat not. per Inno.s̃.eo.tit.veniens.quæ quaſi ad literam no.Archi.s̃.eo.c.2.lib.6. Item not. per Goff.Inno. & Hoſt.& Aegi.s̃.eod.quidam. Ioan. And.

¶ *Gl.ſeq.alle.duas concor.vbi idem verbum habetur, & illud exponit.*

c ¶*Illuſio.*]Idem verbum de poſtu.præla.bonæ 2.ver.nec obſtabat,de re iud.cùm olim.de ali.iudi.mu.cau.fac.c.1.de appe. ſuggeſtum.de præben.dilectus.ff.de re iudic.ſi prætor.de Iudę. in nonnullis.infra de re.permu. cap.vnico. Et ponitur pro deceptione 1, vel deriſione.

1 Illuſio qd ſignificet, & de ea vide Feli.in c. ex parte decani. extra de reſcrip.

d ¶ *Eccleſiaſticis.*] de iurepa.cum autem.s̃.de elect.publicato & eo.tit.nulli.lib.6.8.q.2. dilectiſſimi.

e ¶ *Maximè.*] hoc dicit: quia etiam laicis regulariter prohibetur variatio,de quo ſatis not.de reg.iur. quod ſemel.lib.6.

¶ *Glo.ſeq.querit, opinionem ponit, quę contrario reſpondet, ſoluit, & de alio caſu remittit.*

f ¶*Cedendum.*] quid de procuratore dato ſolũ ad petendam licentiam cedendi? Dicebat Vin. de elec. cũ poſt petitam. per ver.ibi,obtentam, & Inno. in decre.quidam. per decre.lectæ. eo.tit.ꝙ valet reuocatio, etiam poſt petitionem præſentatam ſuperiori. Nec obſtat quod dicitur de poſtulatione, cùm iſta non fiat ita publicè & ſolemniter vt illa, & cum hic nullius interſit, & ſic ſoluitur de poſtulat.bone 2.ver. nec obſtabat. ſed ſi ſuperior ignorans reuocationem, dedit licentiam,tenet licentia ſecundum Inno.quamuis ſecundùm eum diſtingui poſſet,an per procuratorem, an per nuntium petierit ceſſionem, ad quod facit litera ſequẽs,& quod infra dicam.Satis dici poſſet per hanc decre.ꝙ ſi procuratori ad hoc conſtituto, & hoc petenti data ſit licentia cedendi priuſquam reuocatio peruenerit ad procuratorem,vel ſuperiorem,ceſſante malitia,cogatur cedere per decre.quidam.De poſtulatione verò poſt reuocationem ſuperiori præſentatam quid iuris, ſcripſi poſt Hoſti. in prædi.decre.bonę.ver.nec nocebat.ſuper verbo, videtur.

Procurator ad petẽdam licentiã cedẽdi datus, quando poteſt reuocari.

g ¶*Procuratorem.*] nõ video ꝙ quo ad hoc ſit ius diuerſum an conſtituat vnum, vel plures inſolidum,vel coniunctim,laicum vel clericum.de procu.c.1.lib.6.videtur tamen tutius cõſtituere clericum.facit quod ſcripſi de procu.accedens.

h ¶ *Sponte.*] ſecus ergo ſi per iuſtum metum.

i ¶ *Ac liberè.*] poteſt reſpicere libertatem conſtituentis. & facit.s̃.de procu.accedens.& libertatem conſtituti: ſcilicet pure,non in diem vel ſub conditione. ſed hoc caſu putarem idẽ ſi ante ceſſionem & notitiam reuocationis dies, vel conditio eueniſſet, cum ex tunc cenſeatur pura.ff. qui po. in pig. ha.l.

potio

potior.2.reſp.& facit de reſcrip.ſi pro te.lib.6.& quod ibi not.

a ¶*Ignorantem.*] planum eſt ergo, ꝙ ſi reuocatio perueniſſet ad procuratorem,ſatis eſſet per hanc literam.& ſit ratio:qa talis procurator cenſetur cõſtitutus ad negotium, in quo ſufficit ꝙ reuocatio ad ipſum peruenerit.ff.man. ſi mandaſſem.ſ. de reſcrip. ex parte decani.

tē [a] poſtmodum duxerit quomodolibet [b] reuocandum: teneat [c] ceſſio facta per eum,antequam ad ipſius, vel illius(in cuius manibus [d] ceſſio fuerat facienda [e]) notitiam reuocatio huiuſmodi ſit deducta [f]: Niſi fortè per ipſos [g], aut alios [h] malitioſè factũ fuerit, quominus ad eos, vel eorũ [i] alterum ante ceſſionem potuerit reuocatio perueniſſe [k].

b ¶ *Quomodolibet.*] puta,expreſsè reuocando, vel inhibendo, vel aliũ ad illud conſtituẽdo, non reſeruato primò.de procura. non iniuſtè. Si verò mortuus fuiſſet prius ipſe conſtituens, planum eſt mãdatum tunc reuocatũ, & diceretur beneficiũ vacare morte, non renuntiatione.de pręben. dudum lib.6.

¶*Glo.ſeq. ponit opinio. Vin.et tres aliàs, quas omnes quo ad hunc caſum oſtendit reuocatas.*

c ¶ *Teneat.*] Vincentius primò videbatur hoc tenere in prædict. decre. veniens, ſed ſubdebat poſtea, ꝙ ſi conſtituens poſſeſſioni incumbebat, & publicè reuocauerat mandatum, quòd cõcedi poterat ꝙ renuntiatio non tenebat, licet teneatur ad expẽſas & intereſſe ei,cuius interfuit.allega.ff.ſi cer.pet. eius qui. & quod habetur de preb. dudum.in fin.lib.6. facit ad idem de procu.c.vlt.lib.6.in fi.Sed illud ſpecialiſſimum in carnali matrimonio cõtrahendo,vt ibi not. concor.ff.de manumiſ. vin.l. ſi pater. in princ. pro & contra.ff.de diuor.l.ſi pœnituit. Et vide: quia quo ad caſum iſtam tollitur opinio Dyni, qui dicebat in præallega.l.ſi pater. quod ſufficiebat procuratorem reuocatum,licet non certioratum, ad hoc vt impediretur actus, quem procurator gerebat, ex quo ipſius mandatarij non intererat. Alij dicebant,ſemper procuratorem de expreſſa reuocatione certificari debere,per prædi.l.ſi mandaſſem.ff.man.ſecus in tacita, quæ fit per mortem. & ſic rñdent ad l. eius qui. ſed primo dicto cõtradicit.l.illa. ſi pater. Quare dicunt alij,quod aut mandatarius interuenit vt nudus miniſter,aut vt procurator.Primo caſu reuocatio ſine certioratione impedit actũ gerendum, & ſic loquitur lex illa, ſi pater.vbi filius erat miniſter patris,quod probant:quia manumiſſus non eſt ipſius, ſed patris libertus.ff.de manumiſ.l.nepos.ff.de iurepat.filius.& ſic loquatur.l.prædic.ſi pœnituit. & prædi.decr.vlt. de procu. Scđò caſu cum procurator verba contractus concipiat in ſuam perſonam.ff.de conſti.pecu.eum qui.§. ſed ſi actori.diſtingunt, ſi actus gerendus eſt talis ad cuius eſſe requiritur voluntas dñi: tunc vt non valeat actus, ſufficit reuocatio ſine certioratione: exemplum in traſlatione dominij rei meę. ff.de reg. iur. id quod noſtrum.ſic loquitur l.eius qui.§.quas vero.ff.de dona.l. 2.§. ſed ſi quis donaturus. Fallit fauore liberationis.ff. de ſol. cum quis.§.1.& l.qui hominem.§.ſi Titium.Si verò ad eſſe cõtractus non requiritur conſenſus domini, vt ſi mandauit librum,vel equum emi,reuocatio ſine certioratione non impedit illum actum, vt l.ſi mandaſſem. Quicquid dicatur in alijs caſibus, quo ad caſum iſtum reuocatio ſine certioratione procuratoris, vel ſuperioris non impedit ceſſionem, licet mandatarij non interſit,& tractetur de perdendo dominio: ratio conſtitutionis ponitur in princ. & concor. quod no.ff.de contrahen.emp.l.1.in fi.

Procuratoris act⁹ poſt reuocationem geſtus an ſit validus.

d ¶*Manibus.*] ſcilicet Papæ, ſi fuit dignitas epiſcopalis. de tranſla.cap.1. & 2.ſi inferior, in manibus confirmatoris, vel collatoris,etiam ſi ſit inferior epiſcopo. de hoc. ſuprà eodem. admonet. & 7.quęſt.1.de loco. Not. tamen Innoc. ſuprà eod. ꝙ in dubijs non improbabiliter dicitur in illius manibus quem renuntiare debere, qui poſſet illum inuitum deſtituere.

Renũtiatio beneficiorũ in cuius manibus ſit facienda.

ADDITIO. Vide ſ.eod. cap.fin.& ibi Inno. Quid iuris ſi ad abbatem ſpectat præſentatio, & ad epiſcopum confirmatio? Dicit ibi Inno. quòd requiritur conſenſus abbatis in renuntiatione, cum requiritur conſenſus eligentium, ſicut & præſentantis. quod tenet hic Paulus, & remittit ad not. per Inno.in c.ſuper hoc eod.titu. Pet. de Ancha.

e ¶ *Facienda.*] ſi perſona cui facienda erat ceſſio,fuit expreſſa in mandato,illi facienda erat notificatio.Si verò mandatum erat generale, puta ad cedendum in manibus eius, qui recipere poſſet, non videtur iuuare notificatio, niſi facta ſit illi qui recipit: imputet enim ſibi qui omnibus debuit intimare, vel ſaltem procuratori.

f ¶ *Deducta.*]& de hoc per ipſum fiat fides. ſimile.ſuprà eadem compilla. de electio. conſtitutionem. §.penul.

g ¶*Per ipſos.*] ſuperiorem, vel procuratorem.

h ¶ *Alios.*] reſolue plurale in ſingulare, vt ſ.de priui.vt priuilegia. facit.ff. vi bo.rap.l. prętor ait.§.homines.

i ¶ *Eorum alterum.*] ſatis eſt ergo quòd impedita fuit notificatio facienda, etiam ſi alteri fieri potuiſſet.

k ¶ *Peruenisse.*] videtur quòd in hac intimatione ſeruanda ſit forma decret. de electio. cauſam, vt ibi dixi in fin.

TITVLVS V.

De ſupplenda negligentia prælatorum.

¶ Clemens v. in concilio. Viennẽ.

¶ *Si prælati regulares non conferũt infra ſex menſes prioratus, adminiſtrationes, & eccleſias vacantes, quæ non ſunt de menſa: ſed ſolent ſpeciales, licet obedientiarios:rectores habere: diæceſani auctoritate ſua, vel Apoſtolica, ſi ſint exempta, conferunt illa perſonis, quibus per prælatos fuerant conferenda. Nec permittunt illa applicari menſis pręlatorum: vel penſionibus grauari. Declarantur etiam decr. de off.ordi. præſenti. & de prębend. cum ſingula.in talibus prioratibus, & eccleſiis locum habere.Io. And.*

Q CAP. VNICO. VIA

DE SVPPLENDA NEGLIGENTIA, prælatorum.

Continuatio.

¶*Viſum eſt ſupra qualiter pręlati in eccleſia inſtituantur:verũ quia aliquado pręlati ſunt negligentes, dubitaret aliquis quis poſſet ſupplere negligentiam ipſorum: ideo hic inſeritur rubrica, de ſupplenda negligentia prælatorum.*

Q*Via regulares.*] ¶ Pro intellectu huius cap. præſupponitur illud quod dictum eſt in c.nulla. ſupra de conceſ.præbend.in antiq.vbi dicitur,quòd ſi collatio alicuius beneficij ſpectet ad prælatum alicuius eccleſiæ, fortè ad prælatum inferiorem epiſcopo: quia fortè ad pręlatum eccleſiæ collegiatę, ſi ipſe prælatus infra ſex menſes non conferat,& hoc à tempore ſuæ ſcientiæ, id eſt,à tempore quo ipſe ſcit quòd beneficium vacat: tunc collatio deuoluitur ad ſuperiorem,ſcilicet ad epiſcopum.

CASVS. Aliquis abbas regularis fuit negligens ad conferẽdum aliquod beneficium per ſex mẽſes à tempore quo beneficium ſpectabat ad eius collationem: an diœceſani, hoc eſt, epiſcopi, vel archiepiſcopi poſſint ſupplere negligentiam prælati regularis, ſicut poſſunt ſupplere negligentiam prælati ſecularis? Reſpondet Clemens, quòd ſic. Sed quæritur,qua auctoritate poſſunt ſupplere,an auctoritate ſua iure ad eos deuoluto,vel auctoritate Apoſtolica ſibi à Papa delegata? Clemens diſtinguit: aut ille prælatus negligens erat exemptus à iuriſdictione epiſcopi, aut non erat exemptus: Si ipſe non erat exemptus, tunc iure ſuo collatio deuoluitur ad ipſum epiſcopum: Si verò erat exemptus à iuriſdictione epiſcopi: tunc prælatus ſuperior facit auctoritate Apoſtolica ſibi delegata per hoc cap. & non ſua: cum non ſit ſuperior ad illum prælatum. Sed quæritur, vtrum epiſcopus illud beneficium regulare poterit conferre clerico ſeculari: vel ſi ſit beneficium ſeculare poterit conferre regulari? Dicit quòd non: ſed regulare beneficium debet conferre clerico regulari,& ſeculare ſeculari. Et ſum in verſi. *Eadem quoque auctoritate*. Sed quæritur, quid iuris ſi prælati regularis volunt huiuſmodi beneficium vacans retinere, & ſuæ menſæ vnire, vtrum epiſcopus debeat illud tolerare, id eſt, parti? Dicit quòd non: ſed ad epiſcopum ſpectat vtrum debeat vniri, vel non. Sed quid ſi ipſe pręlatus velit augmentare penſiones antiquas, vtrum ſit ei permiſſum? Dicit Clemens quòd non. & ſum in verſi. *Pręmiſſa*. Sed quæritur, vtrum illud ſit verum indiſtinctè, quòd infra ſex menſes ipſi prælati teneantur huiuſmodi conferre beneficia: Dicit quòd non eſt intelligendum de beneficijs ſpectantibus ad menſam poſt vnionem.hoc dicit.R. Not. ꝙ epiſcopus poteſt ſupplere negligentiam prælati regularis, & conferre beneficia regularia, etiam poſito quòd prælatus regularis negligens ſit exemptus à iuriſdictione epiſcopi: quia tunc conferat auctoritate Apoſtolica delegata per hoc cap. Not.quòd quando collatio deuoluitur ad ſuperiorem, tunc ſuperior tenetur conferre illi perſonæ, cui pręlatus negligens debebat conferre. Not. quòd collatio de

Caſus.§.Eadē quoque.

uoluitur

uoluitur ad ſuperiorem, in cuius diœceſi eſt beneficiũ vacãs, & non ad epiſcopum, in cuius diœceſi eſt prælatus negligens. Not. ꝙ prælati exempti à iuriſdictione epiſcopi, non poſſunt beneficia ſpectantia ad ſuam collationem vnire ſuæ menſę, etiam ſi ipſe prelatus haberet epiſcopalem dignitatem: quia nullus eſt auctor in cauſa ſua; tamen bene poſſet vnire menſæ conuẽtus. Not. ꝙ prelatus regularis non poteſt imponere nouas penſiones, nec antiquas augere: ſed ſpectat ad epiſcopum ne illud fiat. Not. ꝙ prælati regulares nõ poſſunt occupare bona alicuius beneficij, qđ ſpectat ad ipſorum collationẽ, ſed debẽt reſeruare ſucceſſorib. Not. finaliter ad id qđ allegat iſtud c. ꝙ regulares nõ pñt retinere beneficia plura, ẽt ſimplicia. Et not. quòd omnia beneficia ſecularia regularibus ſunt incompatibilia.

† Id eſt, concilium Lateran. ſub Alexandro 3. cap. 8.

† Vide concilium Trident. ſeſſio. 14. de reformat. c. 10.

Regulares [a] prelati [b] prioratus, eccleſias, adminiſtrationes, aut quæuis alia beneficia [c] ad eorum diſpoſitionem [d] ſpectãtia cum vacant, interdum cõmittere [e] negligunt, vel conferre infrà tẽpus in Lateranẽ. [f] † concilio conſtitutum: diœceſani locorum [g] in non exemptis ſua [h], in exẽptis [i] verò Apoſtolica [k] auctoritate negligentiam [l] ſuper hoc ſuppleant eorundem. Prioratus, eccleſias, adminiſtrationes, & beneficia huiuſmodi, illa † videlicet quæ conſueuerunt per ſeculares clericos gubernari, ſecularibus [m] clericis: alia † verò quæ religioſis [n] dumtaxat cõmitti ſunt ſolita, vel conferri, religioſis monaſteriorum [o], quorum prælati huiuſmodi negligẽtes fuerint, conferẽdo. ¶ Eadem [p] quoq; auctoritate [q] diœceſani ſuffulti nullo modo permittãt, ꝙ ijdẽ prælati prioratus, eccleſias, adminiſtrationes, aut beneficia huiuſmodi applicẽt [r] menſis ſuis, pẽſionesvè [ſ] nouas [t] eis impõnãt [u].

† Aliàs ita illa vero, &c.

¶ *Prima glo. ſummat, & dicit quid declaret: deinde, diuidit & rurſus dicit quid declaret.*

a ¶ *Quia regulares.*] Caſus. Si prelati regulares non conferũt infra ſex menſes prioratus, adminiſtrationes, & eccleſias vacãtes, quę non ſunt de menſa: ſed ſolent ſpeciales (licet obedientiarios) rectores habere: diœceſani auctoritate ſua, vel Apoſtolica, ſi ſint exempta, conferunt illa perſonis, quibus per prelatos fuerant conferenda. Nec permittunt illa applicari menſis prælatorum, vel penſionibus grauari. Declarantur etiam dec. de offi. ord. præſenti. & de prębend. cum ſingula. in talibus prioratibus & eccleſijs locum habere. Et ſunt quatuor partes: prima ponit de negligentia Regularium in beneficijs conferendis per diœceſanos ſupplenda: & de modo ſupplendi: Secunda de eccleſijs non applicandis menſis prelatorum: nec penſionibus grauandis: ibi, *Eadem.* Tertia determinat de quibus eccleſijs prędicta intelligantur: ibi, *Præmiſſa*. Quarta declarat duas Bonifacianas: ibi, *In quibus*. & quas opiniones declaret infra dicetur.

a ¶ *Regulares.*] in ſecularibus ergo non haberet locum hęc conſtitutio, inquantum ponit ius nouum, & præiudicat priuilegio exemptionis.

b ¶ *Prælati.*] ſi ad collegia regularium ſine prælato ſpectaret collatio, quod eſſe poteſt, de regu. cap. fin. lib. 6. prius ad prelatum, & demum ad diœceſanũ deuolueretur poteſtas 1. facit ĵ. de præben. ſi de beneficio.

c ¶ *Beneficia.*] eccleſiaſtica. & vide quod dixi de cle. coniug. c. cum Ioannes.

d ¶ *Diſpoſitionem.*] id eſt collationem, vel prouiſionem. hoc dico quia ſi ad ſolam præſentationem, vel electionem ipſorũ ſpectarent: tunc ad confirmantem, vel inſtituentem deuolueretur poteſtas, ſiue ſit diœceſanus, ſiue alius 2.

e ¶ *Committere.*] vtitur iſto verbo: quia ſe prælati excuſabant dicentes, ꝙ illarum eccleſiarum non fiebat collatio, vel prouiſio, ſed ſolum quędam commiſſio, quaſi illis eſſent caſtaldi, miniſtri, vel pędagogi.

1 Idem Panor. & Imola hic notãtes, ꝙ negligentia inferioris deuoluit immediatũ ad ſuperiorẽ. Fonta.

2 Idem Panor. hic, &c. c. cũ in cunctis. de ele. notans ꝙ negligẽtia deuoluit ius eligendi, & preſentandi ad cõfirmãtem. Fon.

¶ *Glo. ſeq. ponit lecturam, ſecundùm quam reprobat opinionem, ſubdens caſum indubitatum.*

f ¶ *Lateranen.*] de conce. prębe. c. 2. Et ſi intelligimus de prioratibus etiã conuentualibus, hic reprobatur opinio quæ habet, ꝙ tempus generalis concilij, ſcilicet trium menſium, locum habeat in prouiſionibus talium, ſicut in electionibus: nã vt dicebat Inn. in decre. ne pro defectu. de elect. inter electionem & prouiſionem diuerſitatis ratio non apparet: quod Cõpoſte. verum eſſe dicebat in perpetuis, ſed non in temporalibus. Hoc autem certum eſt, ꝙ ſi prioratus eſt principalis prelatura in eccleſia regulari collegiata, & ei prior per viam electionis prouidetur, locum habet cap. ne pro defectu.

g ¶ *Locorum.*] ergo non perſonarum. ſi ergo prelatus alterius diœceſis habet prioratum, quem conferre negligit in diœceſi Bonon. epiſcopus Bonon. ſupplebit. probat hoc decre. 2. eod. titu. ibi, in tuo epiſcopatu. nec diſtinguit vnde ſint collatores, facit quod dicam infra in glo. proxi.

¶ *Glo. ſeq. ſoluit duo dubia, & obiectioni reſpondet: ſecundò ſoluit alia duo fortiora.*

h ¶ *Sua*] auctoritate. quod ſequitur. Et procedit hoc in prioratibus, eccleſijs, & adminiſtrationibus non exemptis: etiam ſi prælati ad quos prouiſio pertinet, ſint exempti. de priuileg. quoniam. & c. ex ore. facit de præben. c. 1. lib. 6. Item procedit hæc ſuppletio quam facit diœceſanus ſuo iure infra ſecundùm ſemeſtre: quo elapſo ad proximum ſuperiorem, ſiue ſit metropolitanus, ſiue Papa, collatio deuoluet. eod. tit. c. vlti. Non obſtat litera quæ ſequitur: quia licet circa exempta cõcedat Papa ius ſuũ, circa non exempta non. Item licet cõcedat ſuppleri vice ſua negligentiam aliorum, non tamẽ cõcedit diœceſanis vt ſuppleant ſuam propriam. Sed modo remanet dubium ſatis forte, nunquid in exemptis deuolutis ad epiſcopũ currat tempus ſemeſtre epiſcopo: & ſi currit, an ad metropolitanum deuoluatur poteſtas tempore lapſo, an ad Papã: Et circa primùm videtur ꝙ non currat. ĵ. de præben. ſi de beneficio. & quod ibi not. in glo. ſed nunquid. Circa ſecundùm, dato ꝙ currat, videtur ꝙ ad Papam nõ ad archiepiſcopum deuoluatur. ad hoc de cler. ægro. cap. vnico. lib. 6. & vide quod dixi de hære. ad abolendam. ſuper glo. fina.

Papa nõ cõcedit alicui vt ſuppleat propriã negligentiam.

i ¶ *In exemptis.*] olim ſecus. eo. tit. ſicut. & de præben. cum ſingula. in fi. lib. 6. & ſic in hoc ius nouum inducit.

k ¶ *Apoſtolica.*] concor. de offi. ordi. irrefragabili. & de hære. ad abolendam. de cler. ægro. c. vnico. lib. 6. eodem lib. de ſta. mo. cap. vnico. & ĵ. de ſtatu mona. attendentes. de reli. do. quia contingit.

¶ *Glo. ſeq. ſoluit vnam quæſtionem.*

l ¶ *Negligentiam.*] inquantum hæc decre. ponit ius nouum, & præiudicat priuilegijs exemptionis, non puto ꝙ locum habeat qñ prelatus priuatus eſſet propter delictum, cũ hoc nõ ſit expreſſum, facit de elect. quamquam. 1. reſponſo lib. 6. ſecus in non exemptis, vt ſ. eod. c. in fin.

¶ *Gloſſa ſeq. alleg. vnam concor. & arguit pro opi. quam determinat.*

m ¶ *Secularibus.*] facit de prebẽ. cum de beneficio. lib. 6. Facit hæc litera pro eo quod no. Pet. & Abbas in prædi. decr. eo. tit. ſicut. vbi dicunt, ꝙ ad eccleſiam quæ conſueuit regi per ſeculares clericos, monachi regularem præſentare nõ poſſunt. ꝙ verum crederem in non curatis: vel ſi præſentant illum vt clauſtralem.

¶ *Glo. ſeq. idem facit quod ſuperior proxima.*

n ¶ *Religioſis.*] concor. de reb. eccle. non alie. poſſeſſiones. dicebat ibi Abbas ꝙ illud cap. non loquitur de conuentualibus eccleſijs monachorum, ſed de alijs, in quibus miniſtrare conſueuerunt: & ꝙ ſi per negligentiam monachorum deuoluitur ius conferendi talem eccleſiam ad epiſcopum, non ponet ibi clericum, ſed monachum 3: quod hic approbatur, & limitatur per literam quæ ſequitur.

¶ *Gloſſa ſeq. alleg. concor. & ibi remittit, & arguit ad duas quæſtiones.*

o ¶ *Monaſteriorum.*] concor. de præben. cum ſingula. §. prohibemus. lib. 6. Et quid ſi nõ ſit idoneus in monaſterio. ibi not. Et optimè facit hæc litera coniuncta cum illa, ad quæſtionẽ quam olim diſputaui: An is ad quem deuoluitur eligendi poteſtas, teneatur eligere de illo collegio, de quo tenebatur qui neglexit: quam vide in mercurialibus ſub hoc tit. & eſt poſita ſub regula, cõtra eum. Item bene facit ad id quod ſcripſi ſ. de elect. c. publicato. in vltima quæſtione.

3 Et ſic poteſtas ſuperioris in cõferendis beneficijs deuolutis, modificatur & regulatur ſecundum poteſtatem ipſius inferioris: vt quibus ipſe cõferre nõ potuiſſet, ſimiliter nec poſſit ſuperior. translationes enim de perſona in perſonã fiũt cũ ſua cauſa, & ſuis qualitatib. modis & cõditionibus, vt l. Caio Seio. ff. de ali. & ciba. leg. & l. legatũ ſub cõditione. de adim. leg. Pet.

p ¶ *Eadem.*] Iſte §. ſequẽs determinat not. per Inno. Hoſtien. de præben. in Lateranẽ. de priuileg. paſtoralis.

q ¶ *Auctoritate.*] ſcilicet Apoſtolica, etiam in exemptis.

r ¶ *Applicent.*] vide quod dicam ĵ. de ſta. reg. ne in agro. §. ad hoc. vbi patet, ꝙ licet eſſet caſus vniendi, per ordinarios fieri debet.

ſ ¶ *Penſionesvè.*] de præben. auaritiæ. de cenſi. prohibemus.

t ¶ *Nouas.*] quæ dicantur nouę, not. de cenſi. ſignificauit.

u ¶ *Imponant.*] auctoritate ſua, aliàs ex cauſa poſſent nouę penſiones imponi, vel antiquę augeri per epiſcopum. de hoc de cenſi. prohibemus. quod quomodo intelligant Innocen. & Hoſtien. ibi dixi ſuper glo. 2.

a ¶ *Soluan-*

aut veteres augeant, ſiue quæ ipſis de nouo impoſitæ ſunt, ſiue auctæ ſoluantur. [a] Præmiſſa [b] verò de prioratibus, eccleſijs, adminiſtrationibus, & beneficijs, intelligimus, quę non ſunt de menſa [c] prælatorum ipſorum, ſed ſpeciales priores, adminiſtratores, ſeu rectores conſueuerunt habere, licet priores, ſeu adminiſtratores huiuſmodi liberè poſſint ad clauſtrum (cum oportuerit[d]) reuocari. [e] ¶In quibus [f] etiam conſtitutionem [g] Bonifacij Papæ octaui prædeceſſoris noſtri bona beneficiorum vacantium occupari à prę latis, vel alijs prohibentem, ac nihilominus in prioratibus huiuſmodi, & eccleſijs illud Bonifacij eiuſdem ſtatutum, [h] quod religioſum quemcunq; pluribus præeſſe prohibet prioratibus, aut eccleſijs curam [i] animarum habentibus (etiam ſi cura ipſa non per eum, ſed per alium [k] habeat exerceri) locum ſibi cenſuimus vendicare, licet etiam eiſdem prioratibus cura non immineat ſupradicta.

a ¶*Soluantur.*] concor. prædi. decre. ſignificauit. de cenſi. & de iureiuran. tua nos 1. Ioan. And.

b ¶*Præmiſſa.*] ſcilicet quæ dicta ſunt ſuprà in 1. & 2. reſponſo.

c ¶*De menſa.*] illa ergo non intelligerentur vacare: & ſic in illis non habebit locũ quod dicitur de negligentia ſupplenda, vt probatur j. de exceſſi. prælato. frequens. verſi. quidam etiam. Item nec habebit locum qđ dicitur de penſione imponenda, vel de augenda, cum totum ſit abbatis. & abbates fructus talium poſſunt vendere & locare, vt in prædi. ver. quidam. & facit qđ not. Inno. de ſta. reg. c. 2. verſi. prioratus.

d ¶*Cũ oportuerit.*] idẽ videtur de ſta. mona. cum ad monaſterium. verſi. tales. & vide quod ibi dixi, & qui cle. vel volu. inſinuante. ſuper glo. 3.

¶ *Gl. ſeq. ponit dictum, de quo remittit: Secundò obijcit, & ſoluit: Tertiò dat dubium ſolutum, ſuper quo nouum ſtatutnm expoſcit.*

e ¶*Reuocari.*] Et in talibus clauſtralibus habet locum quod dicitur, eos non debere ſtare ſolos, vt patebit j. de ſtatu regula. ne in agro. §. ad hoc. Sed aduerte: quia non videbatur ꝙ in talibus obedientiarijs locum haberet concilium Lateranenſe: deriſorium eñ eſt dicere, ꝙ epiſcopus hodie conferat monacho prioratum, & abbas, cuius negligentiam ſuppleuit epiſcopus, cras reuocet illum. Nec dicas ꝙ ſic inſtitutum per epiſcopum ſupplentem, abbas reuocare non poſſit: quia nec plus, nec aliter confert ſupplens, quàm negligens, vt probatur ſuprà. 1. reſponſo. Item ſecundùm illud aperta eſſet via ad perpetuandum clauſtrales: quod tamen etiam Papa non facit. ſ. de confir. vti. vel. inuti. ad noſtram. & c. porrecta. Volens enim abbas præficere nepotem, vel ſibi charum, permitteret labi tempus, vt ille demum per epiſcopum inſtitutus eſſet perpetuus, & tali fraudi claudenda eſt via. de diuor. quanto. in fi. & propter hanc cauſam communiter olim hæ ſuppletiones non fiebãt, ſed ſatis eſt quòd ſatisfiat iuri in eo quod ſuppletur: quod abbas facere neglexit. Nec poteſt negari quin hoc ſit vtile: ſaltem enim erubeſcent abbates de negligentia notari. Et ſcias per hanc decre. hodie teneri, quòd manualia quæ non ſunt de menſa, & temporales prioratus vacant per mortem, vel remotionem eorum, qui præſident illis: Vnde & hodie Papa qui recipit fructus vacantium, recipit fructus talium, nec reſiſti poteſt per hanc literam, & per ſequentem, & tendit hoc ad noxiam: quia ſuperiores locorum manualium tales occupationes fructuum timentes dimittunt in talibus prioratibus illos, quos aliàs remouerent, & quos remoueri forſitan expediret: & ſic inducit hic quaſi quandam perpetuationem clauſtralium. Et ob hanc cauſam ſi aſſiſterem Papæ, conſulerem declarari, vel ſtatui, quòd cum ſibi reſeruat, vel alteri concedit fructus vacantium in vrbe, prouincia, vel diœceſi, non includerentur manualia, ſed quandiu duraret gratia 20. vel alia quota, de qua videretur ſtatuendum fructuum ipſorum manualium ſolueretur priuilegiato ſingulis annis: & ſic non impediretur clauſtralium priorum correctio, & remotio, nec in illis priuilegiatus fruſtraretur priuilegio.

Religioſus per epiſcopum inſtitutus, ſupplendo abbatis negligentiam, an poſſit per ipſum abbatẽ reuocari.

f ¶*In quibus.*] prioratibus, adminiſtrationibus, & eccleſijs manualibus, quæ non ſunt de menſa.

¶*Glo. ſeq. dicit quid determinat, & quid reprobat.*

g ¶*Conſtitutionem.*] de of. ord. præſenti. lib. 6. & determinat quod ibi prolixè no. Archid. & reprobat quod ibi no. Io. Monac. qui dicebat prioratus commendatitios propriè non vacare: & ideo in illis decretalem illam locum non habere. Sed ſi intellexit de his quæ ſunt de menſa. tunc vera.

¶*Gl. ſeq. dicit quid approbat, & reprobat, & rationi contrariæ reſpondet.*

h ¶*Statutum.*] de præben. cum ſingula. lib. 6. & approbat hic duas opiniones meas ibi not. in 1. reſpon. in 4. & vlti. glo. Prima ſcilicet quòd decretalis illa locum haberet etiam in prioratibus manualibus: Secunda, quòd locum haberet etiam in non curatis. In ſecunda concordabat Archid. In prima reſiſtebat, probans per id quod habetur ibi. In ſecundo reſponſo datur illis optio. Dicebat eñ Bonifacium conſultũ ſic reſpondiſſe, ſed cum vltimo legi Sextum, quod inducit Archid. pro ſe reuoluebam cõtra eum: Certum eſt enim quòd in perpetuis non daretur optio, etiam ante illam decretalem, per decret. de multa. ergo de temporalibus debebat intelligi.

i ¶*Curam.*] hoc inducebat dubium, an determinaret etiam verbũ, prioratibus. & hoc decidit in fine.

k ¶*Alium.*] puta ſecularem presbyterum, vt in dicta decret. cum ſingula. in prin. de ſta. mo. ne in agro. §. cæterùm.

TITVLVS VI.

De ætate & qualitate, & ordine pręficiendorum.

¶Clemens v. in concilio Viennenſi.

¶*Diœceſani ſeruare debent, & à ſuis ſubditis ſeruari facere iura loquentia de qualitate perſonarum præficiendarum eccleſiis. Io. And.*

CAP. I.

CVM † ECCLESIÆ, DE AETATE ET QVALITATE, etcetera.

† Vide concilium Trident. ſeſſio. 24. de reformat. c. 12.

¶ *Viſum eſt quibus titulis, & modis præficiuntur homines in eccleſiis: dubitaret aliquis vtrum prælati debeant eſſe idonei: Et quia idoneitas conſiſtit in ętate, & qualitate, & ordine: ideo annectit rubricam de ætate & qualitate ordinandorum.*

C*Vm eccleſiæ.*] ¶Præmiſſa ratione excitat officium diœceſanorum circa obſeruantiam canonum loquentium de promouendis ad beneficia: ibi, *Nos volentes*. Imola.

CASVS. Iure cautum eſt in capit. cum in cunctis. capit. ne pro defectu. capitu. nihil de elect. in antiqu. capitu. graue. de præbend. & dignit. quòd ille ad quem ſpectat collatio beneficiorum, debet illa conferre perſonis idoneis, quæ idoneitas conſideratur reſpectu ætatis, videlicet, quòd ille cui confertur dignitas minor dignitate epiſcopali, ſit ætatis 25. anno. & ille cui confertur ep̃atus, ſit ætatis completæ triginta annorum, & inchoauerit 31. annum. Item idoneitas conſideratur reſpectu qualitatis, puta ꝙ ille cui confertur dignitas, ſit bonæ famæ & honeſtę conuerſationis, ex legitimo matrimonio, & ꝙ ſit ſufficientis ſcientiæ. Item idoneitas conſideratur reſpectu ordinis, vt nemo aſſumatur in ep̃m, niſi ſit in ordine ſubdiaconatus. Sed quæritur, ad cuius officium pertinet iſta obſeruare? Dicit Clemens, ꝙ epiſcopus quantùm ad ſe debet ſeruare iura antiqua, videlicet ꝙ non conferat beneficiũ vacans, niſi perſonis idoneis. Item ep̃s quantùm ad patronos ſibi ſubditos, debet illos compellere, vt non conferant beneficia, niſi perſonis qualificatis. Et in hoc iſtud capitulum continet aliquid noui: quia nihil dicitur de diœceſano in iuribus antiquis, licet dicatur aliquid de concilio generali. c. graue. allegato. hoc dicit. Colligo aliqua notabilia. Nota ꝙ quis non eſt præficiendus, id eſt, inſtituendus in aliqua eccleſia, niſi ſit idoneus ſcientia, moribus, & ętate: Vnde ſecundùm diuerſitatem beneficiorum requiritur diuerſa ætas, quia in ep̃atu requiritur ætas triginta annorum, in eccleſia parochiali & alijs dignitatibus inferioribus ab ep̃atu, requiritur ætas 24. annorum, tñ pro ſimplici dignitate pôt ep̃s diſpenſare in 20. anno. in alijs beneficijs, vt in præbendis requiritur ætas 14. annorum: quia ibi ſufficit maturitas conſilij: ideo iſta ætas requiritur. In alijs vt in capellaniis, quæ non requirunt maturitatem conſilij, requiritur ætas ſeptem annorum. In alijs, vt in prioratibus, qui non habent curam animarum, requiritur ætas 20. annorum. Et de hac materia ſingulariter tractat Panor. in c. cum ſis. de præbend. & dignita. in antiq. Item in præficiendo requiritur idoneitas in moribus: quia ſi eſſet malę vitę, poſſet inducere laicos ad malum exemplum. Item requirit

ꝙ ſit ſufficientis ſcientiæ: quia in epiſcopo requiritur theologia, & quòd ſciat nouum & vetus teſtamentum ad prædicandum ſuis ſubditis. Item requiritur ꝙ ſit iuriſta, vt poſſit conſeruare iura ſuæ eccleſiæ. In abbate verò non requiritur magna ſcientia: ſed ſufficit ꝙ ſit expertus in negotijs. In rectore eccleſiæ parochialis ſufficit ſcientia canonum pœnitentialium. Hæc optima tractat Inno. in c.cum in cũctis, de ele. in antiq. Not. ꝙ epiſcopus poteſt compellere ſubditos ſuos ad obſeruationem canonum, id eſt quòd poteſt monere prælatus ſibi ſubditos, vt non conferant beneficia perſonis non idoneis. Quæritur hic: Si prelati ſint negligentes ſuper eo quod hic diſponitur, qualiter peccent? Dicit Lau. & Zen. ꝙ mortaliter. 4. diſt. denique. quod not. glo. de offi. Archid. ea quæ. de quo per Archid. 76. diſ. vtinam. pro hoc iſta litera ibi, *Diſtrictè iniungimus*. Zabarella.

ſiæ, [a] quibus præficiuntur perſonæ minus idoneæ ſcientia, [b] moribus, val ętate, [c] grauia ꝓpter hoc (vt docet [d] experientia) nonnunquam preferant in ſpiritualibus, & temporalibus detrimeuta: Nos volentes per locorum diœceſanos, quibus ratione, [e] officij hoc competit, pręcipuè [f] ſuper hoc diligentius præcaueri, eis diſtrictè iniungimus, vt ipſi ſtatuta canonica, [g] quæ ſuper præficiendis perſonis in huiuſmodi eccleſijs hactenus emanarunt, diligentius per ſeipſos obſeruent, & faciant à ſuis ſubditis [h] inuiolabiliter obſeruari, ſi diuinam [i] offenſam, & ſedis Apoſtolicæ debitam vitare voluerint vltionem. [k]

¶ Idem.

¶ *In capitulo cathedralis eccleſiæ, vel collegiatę vocem non habet qui non eſt ſubdiaconus. Habens beneficium, cui annexus eſt ordo, poſt annum, niſi prius (impedimento ceſſante) promoueatur ad illum, in capitulo vocem non habet donec fuerit ordinatus: & interim perdit diſtributionum dimidiam. Ioan. And.*

CAP. II.

VT † ij, [l] qui diuinis in cathedralibus, vel collegia

¶ *Prima gl. ſummat, opponit & exponit.*

a ¶ *Cum eccleſiæ.*] Diœceſani ſeruare debent, & a ſuis ſubditis ſeruari facere iura loquentia de qualitate perſonarum præficiendarum eccleſijs. Et neſcio ſi aliquem fructum inducet hæc conſtitutio. Sed hoc neſcio, quòd innouata ſine pœnarum adiectionibus raro proficiunt, vide ſub rubri. ſ. de magi. & poteſt exponi, eccleſiæ, id eſt eccleſiaſtica miniſteria. de ele. c.cum in cunctis, in princi. de quibus etiam poteſt intelligi, licet ſolùm de regimine eccleſiarum videatur hic loqui: nihil enim intereſt, cum nil nouum inducat.

b ¶ *Scientia.*] qualis ſcientia requiratur in epiſcopo, & in alijs miniſtris, & quæ ſit eminens, & quæ competens, & quid de parum ſciente, an poſſit promoueri, & an peccet recipiendo officium, ad quod ſcientia ſua non ſufficit, ſcripſi poſt Innocen. & Hoſtien. & Compoſt. de elect. cum in cunctis. ſuper ver. ſcientia.

c ¶ *Ætate.*] de ordine nihil dixit, ſicut nec decret. eamte. ſupra eod. Et vide quod not. de præben. ſi pro pauperibus. lib. 6. in glo. 2.

d ¶ *Docet.*] facit ſupra de elect. quàm ſit. in princip. lib. 6. vbi de hoc.

e ¶ *Ratione officij.*] excitat ergo ipſorum officium, non conſtituit illos delegatos. ſ. de offi. ordi. licet. & c. penult.

f ¶ *Præcipuè.*] duplex punctuatio.

g ¶ *Canonica.*] ſupra eodem per totum. de elect. cum in cunctis. & cap. nihil. de præben. graue. cum ſimilibus.

h ¶ *Subditis.*] non ſufficit prælato, quòd ſit bonus in ſe: niſi etiam ſit, quantum eſt in ſe, bonus in ſubditis. de ſimo. licet. in prin. cum concor.

i ¶ *Diuinam offenſam.*] concor. huic fini de elect. vbi periculum. §. qui autem. & c. perpetuæ. & c. commiſſa. in fi. lib. 6. & j. de cen. ad noſtram. in fin.

k ¶ *Vltionem.*] ſpecialiter circa hoc ſtatutam: de generali vide quod not. de treu. & pa. c. 1. de celeb. Miſ. dolentes. de ele. generali. lib. 6.

VT *ij qui.*] ¶ Primò declarat non exiſtentem in ſacris non habere vocem in capitulo cathedralis eccleſiæ, vel collegiatæ: Secundò idem dicit de habente beneficium, cui annexus ſit ordo, niſi ad illum promoueatur ceſſante impedimẽto infra annum: quia illo elapſo tunc non habet vocem in capitulo, & ei ſubtrahitur pars dimidia diſtributionum Secunda: ibi, *Illi verò*. Imola.

C a s v s. Vacat eccleſia cathedralis, collegiata, vel conuentualis, fortè per mortem prælati: tunc canonici, vel regulares profeſſi conuenerunt ſuper electione facienda: ſunt tamen aliqui canonici, vel religioſi, qui non ſunt in ſacris conſtituti, licet ſint profeſſi, vel canonici præbendati: ſed conſtituti in ſacris propoſuerunt ex parte ſua ꝙ alij non conſtituti in ſacris non admitterentur, id eſt, non reciperentur ad electionem faciendam: Quæritur, quid iuris? Dicit Romanus Pontifex Clemens, vt intitulati in eccleſia inducantur ad ſuſcipiendos ſacros ordines: ſtatuit, id eſt, ſtatutum facit, ꝙ iſti non conſtituti in ſacris non habeant vocem in capitulo, dum celebrabitur electio, vel aliud capitulum. Sed ponamus ꝙ ſit dignitas vacans, vel perſonatus, vel aliud beneficium, quod requirit certum ordinem: puta ꝙ ſi quis aſſumatur ad talem dignitatem, ꝙ ipſe ſit diaconus, vel presbyter: quidam ſubdiaconus fuit aſſumptus ad illam dignitatem, vel beneficium, & non fecit ſe promoueri infra annum ad ordinem requiſitum illi dignitati, vel beneficio: quęritur quam pœnam incurrit talis qui accepit tale beneficium, vel dignitatem, & non ponit ſe in ordine annexo illi beneficio, vel dignitati? Rñdet Clemens, ꝙ talis non habebit vocem in capitulo, & ꝙ perdit medietatem diſtributionum, donec fuerit promotus ad ordinem requiſitum in tali beneficio. Sed quæritur vtrũ pœnæ antiquæ ſint ſublatæ per iſtud capitulum? Dicit ꝙ non: ſed remanent in ſuo robore. Et ſunt illæ pœnæ, quòd ſi quis beneficiatus fuerit monitus vt infra annum promoueatur ad ſacros ordines, & infra annum non fecerit ſe promoueri, tunc poterit priuari illo beneficio. Sed per c. licet. de ele. in 6. fuit ſtatutum in eccleſia parochiali, quòd ipſo iure perdit beneficium abſque monitione: ſed non loquitur in alijs beneficijs: ideo in alijs beneficijs remanent iura antiqua incorrecta: videlicet quòd debent ꝓmoueri † poſt monitionem: ſed abſq; monitione incurrunt pęnas huius capituli. No. ꝙ ordo non dicitur annexus ita ꝙ non conſtitutus in tali ordine nõ poſſit habere illud bñficium: ſed intelligitur ꝙ habens illud beneficium debet promoueri ad illum ordinem. No. ꝙ mancipati, id eſt, deputati diuinis officijs & miniſterijs, quã citius pñt debẽt promoueri ad ſacros ordines ad illũ finem, vt ab illo ſtatu non poſſint retrocedere: hoc eſt, ꝙ poſtquã habent bñficium, & dicunt velle eccleſiaſticari, & ſub illa ſpe accipiunt bñficium, nõ retrocedãt, id eſt, non mutent ſuã voluntatem, nec vxorem accipiant: quare quando ſunt ſemel in ordine, nõ poſſunt retrocedere, id eſt, reaccipere ſtatum quem dimiſerunt tacitè, accipiendo beneficium, vel dignitatem. Et ſi retrocedit, & habebat animum retrocedendi dum accepit beneficium: talis tenetur ad reſtitutionem omnium fructuum beneficij: Secus autem ſi non haberet animum retrocedendi à principio: quia forſan poſtquàm tenuit beneficium per aliquod ſpatium, ipſe cognouit quòd non poſſet ſaluari cum beneficio, & quòd melius ſaluaretur cum matrimonio, & dimittit beneficium & retrocedit: credo quòd talis non tenetur ad reſtitutionem fructuum, niſi eſſet opulentiſſimus, ita quòd reſtituendo, facultates ſuæ & ſtatus eius parum diminuerentur. Not. quòd conſtitutus in ſacris habet vocem in capitulo: & hoc accipiendo capitulum impropriè, ſcilicet pro collegio & conuentu: quia propriè capitulum dicitur in eccleſia cathedrali, collegium dicitur in alijs eccleſijs ſecularibus, & conuentus in eccleſijs regularibus: ſed vnum ſæpe ponitur pro reliquo. No. quòd habens dignitatem requirentem certum ordinem, & illam tenet per lapſum vnius anni, & non promouetur ad illum ordinem requiſitum illi dignitati, non priuatur illa dignitate, ſed punitur pœnis hic contentis, & in c. cum in cunctis. de elect. in antiq. & in c. licet. de ele. lib. 6. No. de dictione, Vt, quæ hic ponitur in vim cauſę: ſed regulariter facit modum. de cond. appo. verum. & quod ibi dixi. No. ꝙ inhabilitas vocis, ſurgẽs ex defectu ordinum ſacrorũ, non eſt remiſſibilis ꝑ habiles: ẽt ſi hoc ſibi ab alijs concedat. concor. ponit gl. in verbo, *Concedatur*. Zabar.

† Vide concilium Trident. ſeſſio. 7. de refor. c. 12. & ſeſſ. 24. de refo. c. 12.

† priuari.

¶ *Primò gl. ſummat, & dicit quid dederit cauſam conſtitutioni: & infert à ſimili.*

l ¶ *Vt ij.*] Caſus. In capitulo cathedralis eccleſię, vel collegiatæ vocẽ non hẽt, qui non eſt ſubdiaconus; habens bñficiũ, cui annexus eſt ordo, poſt annũ, niſi prius, (impedimẽto ceſſante) promoueatẽ ad illum, in capitulo vocẽ nõ habet, donec fuerit ordinatus: & interim ꝑdit diſtributionum dimidiã. partes ſunt duę: quæ ſatis patent. Cãm dedit conſtitutioni, qđ no. Hoſt. de præben.

præben.extirpandæ.§.qui verò. vbi dicit eſſe æquum, ꝙ ſicut minor ſubdiacono non eligitur in epiſcopum:ita nec eligat, vt bene conueniant electus & eligentes:dicens ibi per conſtitutiones legatorum in prouincia Prouinciæ hoc eſſe ſtatutum, ꝙ non exiſtentes in ſacris non habeant vocem : talem autem conſtitutionem facere poſſunt nedum legati, ſed etiam epiſcopi, 1 vt ſcripſi poſt eum de offi. archipreſ. c. fi.vndè conſtat, quòd multi epiſcopi tales cõſtitutiones habebant, Not. etiam ipſe Hoſt. eod. tit. de offic. archipreſ. c. 2. ꝙ ſicut inter Cardinales nullus eſt quin ſit ſaltem diaconus:ita & inter canonicos nullus deberet eſſe, quin eſſet ſaltem ſubdiaconus.argu.ſ.eo. quæris. de conſe. diſt. 1.epiſcopus Deo ſacrificans.& c.iubemus.facit quod dicit canon, illicitum eſſe eum qui non ſit in ordine, eccleſiaſticis miſceri tractatib.96. diſt. ſatis euidenter.tales enim retrocedere poſſunt à ſtatu clericali.de elec.cum ex eo.lib.6.

1 Vide Alexãdrum cõſi.106.in 2. vol. col.6.

tis ſecularibus, vel regularibus [a] eccleſijs ſunt mancipati [b] officijs, [c] vel mancipabuntur in poſterum, [d] ad ſuſcipiendos ſacros ordines propenſius [e] inducantur: Statuimus, vt nullus [f] de cætero in huiuſmodi eccleſijs vocem in capitulo [g] habeat (etiam ſi hoc ſibi ab alijs liberè concedatur [h]) niſi ſaltem in ſubdiaconatus ordine fuerit conſtitutus. [i] ¶Illi verò qui dignitates, perſonatus, officia, vel præbendas, [k] quibus certi [l] ordines ſunt annexi [m] pacificè nunc obtinent in eiſdem [n] eccleſijs, vel obtinuerint in futurum:ni-

proba. ex literis. epiſcopum ſociare, & fructus percipere, de ele.non reſi.ad audientiam.eccleſiam defendere.de conceſ.p̄ben.ex parte de elect.generali.de reb.eccl.non aliena.c.2.li.6.

¶ *Gl.ſeq.alleg.duas concordantias: quærit pro,contrarium ſoluit,illud amplians.*

h ¶*Concedatur.*] concor.ſ̄.de elect. conſtitutus.& ĩ.de regu.vt profeſſores. Sed quid ſi actum electionis imminentis participant ſibi ſocij? Videtur ꝙ poſſint, per ea quæ not.ſ̄. de elect. cum Vintoñ. in vlti.gl. Contrarium crederem, quaſi ſit inhabilitas in perſona, p̄ hanc literam,per quam etiam non credo epiſcopum contra hoc diſpenſare poſſe. & facit verbum,nullo modo.ĩ.proximo reſponſo.

¶ *Gl.ſeq.primò quærit:arguit negatiuè,contrarium ſoluit per duo iura, & tria ſimilia,& contrario reſpondet: ſecundò quærit,& ſoluit per vnum capitulum, & quatuor abſurditates: tertiò ſubdit duas quæſtiones,& ſoluit.*

i ¶*Conſtitutus.*] & habens ætatem,de qua ĩ.c.proxi. quod c. fuit ſummè neceſſarium propter iſtud, vt ibi dicam. Sed pone (quod de facto nunc ſatis occurrit) canonicus dum vacat eccleſia non eſt in ſacris, ſed tempore quo imminet electio facienda,eſt in ſacris,habetnẽ vocem in electione?Si ponderemus initium iuxta ea quæ not. de elect. dudum 1.videtur ꝙ non: quia tunc non erat habilis:Tu dicas ꝙ ſatis eſt, ꝙ tpe faciendæ electionis ſit habilis : quod ſatis probatur ſ̄. de elect. cum inter R.in fi.& ſ̄.de excep.Apoſtolicę.Idem enim decernimus † de eligendo,vt in præd.decr.dudum.1.& 2.Sic etiam is qui non eſſet canonicus tempore vacationis,ſi tempore electionis canonicus eſſet,admitteretur cũ alijs,& eligeret.& qui tpe vacationis non eſſet in loco vñ vocari deberet,ſi tempore electionis præſens eſſet,admitteretur ad eligendum. de hoc ſ̄. de elect.eccleſia 2.Quod dr̄ in electionib.ſpectari initium,intelligitur de initio electionis,non vacationis.Sed fortius quęro,nũquid canonicum non conſtitutum in ſacris,in proximis temporib.ordinari volentem, quæ tpa incidunt infra terminum iuris datum ad eligendum,teneãtur ſocij expectare,maxime ſi hoc petat? Puto ꝙ non : quod bñ probatur, ne ſe.vacan.c.vnico.1.reſponſo.lib.6.aliàs ſequeretur ꝙ ſcd̃m iura vetera impuberem, cuius pubertas finitur infra terminum, expectare tenerentur,vel abſentem in loco,de quo vocari non debet dicentem ſe velle ad eccleſiã redire:vel excõicatum,dicẽtem ſe velle abſolutionem petere: vel nouitium, dicentem ſe velle profiteri, vel his ſimilia. Sed qd ſi nullus de capitulo eſt in ſacris? tunc ſolus prælatus expediat quæ incumbunt, per decreta. prælleg. & facit quod ſcripſi de elect. cum eccleſia. Sed quid ſi ipſius prælati electio imminet facienda,& nullus de capitulo eſt in ſacris? Hic ſatis crederẽ, ꝙ ſuperior habeat expectare lapſum termini iuris.facit prædicta decre. vnica,ne ſede va.1.reſp.de elect.commiſſa.in prin. lib.6. licet ergo canonici,qui ſunt in ſacris non expectent canonicum, cum ipſi ſint capitulum:ſuperior tñ qui habet vti iure deuoluto,vt pœnæ deuolutionis ſit locus, habebit neceſſe vſque ad iuris terminum capitulum expectare,& hęc etiam egerent declaratione,& repetita intelligantur infra proxi.reſpon.

Canonico ſufficit eſſe in ſacris tẽpore electionis, ad hoc vt eligere poſſit.

† Aliàs,diceremus.

Canonicus in ſacris nõ conſtitutus nõ eſt ab alijs expectãdus,licet velit ordinari infra termi num iuris datũ ad eligendum.

Electio prælati p̄ quem fiet, ſi nullus de capitulo ſit in ſacris.

k ¶*Præbendas.*]in collegiatis eccleſijs,vt ĩ.dicam.

l ¶*Certi.*]non dicit,ſacri: per quod dico etiam in minoribus hoc locum habere.

¶ *Gl.ſeq.tria dicit exponendo quod de annexione dixit.*

m ¶*Annexi.*]de iure communi,primæua inſtitutione, antiqua cõſuetudine,vel ſtatuto. Et intelligo hanc literam, ſiue certis prębendis annexi ſint ordines,ſiue incertis, quæ tamen poſtea certificatæ ſunt, puta quia tertia vacans eſt ſacerdotalis, 3 vt ſcripſi,de conceſ.præb.propoſuit. in princ.Nec intelligo de annexione,qua non poſſunt conferri, niſi ei q ſit in illo ordine:quia tunc non eſt dare ꝙ habeat iſtud beneficium non habens ordinem annexum. Dico tñ ꝙ ſi per literas Papales ad hoc ſufficientes conſequeretur beneficium non exiſtẽs in ordine,adhuc locus eſſet huic decret.niſi etiam ad non recipiendum ordinem ſufficientem diſpenſationem haberet.

3 Vide cõcilium Trident. ſeſſio. 24. d̃ refor. c.12.

¶ *Gl.ſeq.quærit de principali prælato:allegat propter duas rationes,contrario plus accedit,& declarationem exponit.*

n ¶*In eiſdem.*]cathedralib.vel collegiatis, de quib. præmiſit. Sed mihi remanet dubiũ, an hoc c. in vtroq; reſponſo locum habeat in principalib. prelatis eccleſiarũ collegiatarum, puta

a ¶*Regularibus.*]Si ergo in eccleſijs regularib. non conſtitutus in ſacris vocem non habet:ergo nec in numero computatur de facto,non de fictione,vt no.in cle.ſ̄.de elec. quod circa.in fine penulti.glo.

¶ *Gl.ſeq. exponit & infert ſolutionem dubij, quam fortificat, prorogat & determinat.*

b ¶*Mancipati.*]quaſi dicat,nuncupati. electi,vel deputati,& quia mancipare eſt ſeruire, vel in ſeruitium, vel in poteſtatẽ reducere:ideo vtitur hoc verbo: quod etiam habetur 28.diſt. de his.in prin.1.q. 3.ſaluator. vltra medium. In his ergo qui non ſunt deputati ad diuina officia, quales ſunt conuerſi,vel profeſſi laici,præcipuè in eccleſijs regularibus,nihil puto mutatum per hanc cõſtitutionem. & ſic ſaluum manet quod no. de elect.ex eo ꝙ lib.6. in fi.& ita ſeruatur : aliàs ſequeretur ꝙ per hanc conſtitutionem moniales non haberent vocem in ſuis capitulis, quæ propter ſexus fragilitatem non ſunt capaces 2 ordinum.de hoc 27.q.1.diaconiſſam.hac eadem ratio ne videretur quòd extranei, qui non ſunt in eccleſijs inſtituti,ſed in certis actibus habent vocem in capitulo,non includuntur hac conſtitutione.quod intelligo, niſi per ius capituli ſuæ eccleſiæ habeant talem vocem in aliena.

2 Fœminę cur ſacrorũ ordinũ ſint incapaces, docẽt th.ologi ſchola ſtici lib. 4. ſent. diſt. 2. vbi latè Sotus.q.j.ar.2.

c ¶*Officijs.*]etiam ſi ſacri ordines annexi non ſint, & ſic differt à proxi. reſponſo.

¶ *Glo.ſeq.dupliciter obijcit, ſoluit, & vtrique obiectioni reſpondet.*

d ¶*In poſterum.*]ꝙ poſteris indici poſſit aſperior ſtatus,non dubitatur: ſed videtur abſurdum ꝙ hic indicatur iam intitulatis, ſaltem non profeſſis. hoc dico propter id quod not. de reg.iu. quod omnes.li.6.Item videtur abſurdum,ꝙ conſtitutio liget præterita,contra id.ſ̄.de conſti.c.fi. Dicas.ꝙ hæc decre.non priuat eos beneficio, ſed ſolùm voce capituli : & tamen certum eſt,ꝙ cum beneficium aſſumpſerit,vt expediens & neceſſarium officium eccleſiæ gerat, ſi ingrueret neceſſitas eum ad ſacros ordinari, & hoc renueret, poſſet etiam priuari beneficio.ſ̄.e.quæris.Non manducet ergo qui non vult laborare: Quod primò in contrarium allegaui,locum habet in cõtinentia,quæ non inducitur inuito.32.q. 1. integritas. Quod dixi ſecundò,non obſtat: quia conſtitutio iſta non ligat præteritas inſtitutiones, ſed futuros tractatus & actus capitulorum.Item non vitiat vocem in capitulo præſtitam,ꝙ eſſet reſpicere præterita,ſed præſtandum:& ſic reſpicit futura.

e ¶*Propenſius.*]idem verbum de offic.ord. c. 1. deriuatores exponunt,id eſt, extenſius.ſed illud : vbi dicimus protenſius : ſed propenſius deriuatur à prope, vel properè, quaſi velociter vel feſtinè.

Propenſius quid ſignificat.

f ¶*Vt nullus.*] iam inſtitutus, vel inſtituendus, vt patet per præcedentia.

¶ *Glo.ſeq ponderat verbum,per quod ſoluit dubium ad ſolutionem inducens quatuor ſimilia.*

g ¶*In capitulo.*] ſtallum chori nõ aufert.& per hoc verbum patet,ꝙ ſi eſſet actus expediẽdus vt à priuatis non à capitulo, ad talem bene admitterentur. per quod puto ꝙ talis canonicus non in ſacris,præbendam & domum optare poſſit, ſicut conſtitutus in ſacris,ſi eccleſiæ ſtatutum,vel conſuetudo non obuiet,cum ille actus non ſit collegialis, & competat ex canonia,& præbenda:non ex voce capituli: ſicut & poteſt delegatus dari.de reſcrip.ſtatutum.lib.6. agere pro præbenda. de

Canonicus non in ſacris, actus nõ collegia les exercere poteſt.

Archipresbyter ſi nō ſit presbyter, an poſſit admitti ad eligendum.

archipresbyteris, vel plebanis plebium, vel his ſimilibus? Et videtur quòd ſic per verbum, dignitates, quod præcedit. facit de præſcrip. ſtatutum, lib. 6. eod. lib. de offic. leg. cap. penul. in princip. Certum eſt autem quòd illi dignitati annexus eſt ordo presbyteralis. ſ. eod. c. 1. ſi ergo non fiant presbyteri infra annum, locus erit huic pęnæ. Nec occurrit ratio quare plus arctetur habēs perſonatum, vel canoniam, quàm habens principalem prælaturam; imo videtur maior in iſto ratio, quia plus eſt adſtrictus. de reſcript. edoceri. & in ſeipſo debet oſtendere quid ſubditis facere oporteat, de elec. cum in cunctis. in princip. & à capite inchoari debet rationis editio. ff. de eden. argentarius. §. edi autem. In contrarium facit de elect. ſtatutum. lib. 6. Nec obſtat hæc litera: quia tales non habent dignitatem in eccleſijs: imo habent eccleſias, vel dignitates eccleſiarum. ſuper quo vide quod dicam infra de præben. c. 1. Item abſurdum videretur principalem prælatum eccleſiæ priuari voce propter ordinis defectum, non ſine graui damno eccleſiæ, cuius negotia debet ordinare. Vnde poteſt dici, quòd cum prælatus & capitulum ſint diuerſa. ſ. de his quę fi. à præla. in rub. & nigro. ne ſede vacan. cap. vnico. lib. 6. cum ſimilibus, ſub appellatione capituli non includatur prælatus, vt hic, & ſ. proxi. reſponſo. Et ſi dicatur, quòd de quadam largiſſima verbi ſignificatione prçlatus nomine capituli comprehendatur, quaſi illius corporis caput, de his quæ fi. à prælat. nouit. & faciunt not. de conceſ. præben. poſt electionem. Mihi tamen eſt ſatis, quòd communiter non comprehendatur, vt probant iura prædicta, vt cum ſit hoc ius correctiuum iuris veteris, & pœnale, non largiſſimam, ſed potius ſtrictam, interpretationem recipiat. de regu. iur. quæ à iure. & cap. in pœnis. lib. 6. Item licet prælatus & capitulum faciant vnum corpus & vnā eccleſiam, & ſic loquuntur contraria, non per hoc ſequit̄ prælatum includi ſub appellatione capituli, imo potius ſumitur contrarium. & idem videretur dicendum circa decretalem, vt profeſſores. inſ. de regu. & tamen vtrobique neceſſaria eſſet declaratio.

ſi (iuſto impedimento [a] ceſſante) ad huiuſmodi ordines ſe promoueri fecerint infra annum, [b] extunc [c] donec [d] ad eos promoti fuerint, nullo modo [e] vocem in capitulo habeant earundem. Ipſiſque diſtributionum, [f] quæ dantur his, qui certis [g] horis interſunt, [h] pars dimidia [i] ſubtrahatur, non obſtantibus quibuslibet conſuetudinibus, [k] vel ſtatutis. [l] Pœnis alijs, quæ contra tales promoueri ad ordines recuſantes ſtatuuntur in iure, [m] nihilominus in ſuo robore permanſuris.

a ¶ *Impedimento.*] concor. ſ. de elect. commiſſa. §. 1. lib. 6. & ibi videas exempla: vbi verò impedimentum proueniſſet ex culpa ſua, non videtur excuſari. de hoc ſ. eo. c. 1. & in hoc differt à parte ſ. proxi. in qua non excuſat impedimentum, & meritò. hic aliud: quia hic eſt pœna negligentis.

b ¶ *Infra annum.*] à tempore, quo ligat conſtitutio in prius inſtitutis, & à tempore habitæ poſſeſſionis: vel quo per eos ſtetit, quo minus haberent in inſtituendis. ſ. de elect. commiſſa. §. 1. & de præben. licet. 2. lib. 6.

c ¶ *Ex tunc.*] ſcilicet anno elapſo: prius ergo non eſt locus huic pœnæ: poſſet tamen excludi etiam prius à voce capituli ex alio capite. ſ. proxi. reſponſo. hoc eſt dicere, ſi habens præbendam diaconalem ſubdiaconus eſt, licet non diaconus, non excluditur à voce niſi poſt annum. Si verò nec eſſet ſubdiaconus, & ſi ipſa præbenda eſſet ſubdiaconalis tantùm, excluditur etiam infra annum: ſed à diſtributionibus ſolùm poſt annum, & eum excuſat impedimentum.

1 De hac dictione, donec, vide Alexandrum conſ. 66. incip. viſo teſtamento, in 3. volum.

d ¶ *Donec.*] 1 Illis ergo ordinatis ceſſat pœna. concord. ſupra de elect. quia ſæpe. lib. 6. & quod no. de mat. contract. contra. cap. fin.

e ¶ *Nullo modo.*] Vniuerſale negatiuum excludit conceſſionem capituli, vt ſ. proxi. reſpon. & diſpenſationem epiſcopi, vt ibi dixi.

¶ *Glo. ſeq. arguit, & dubium ſoluit.*

f ¶ *Diſtributionum.*] per hoc verbum, & verbum, capitulo, qđ præcedit, patet in beneficijs, quibus non debetur vox capituli, & in quibus non ſunt diſtributiones, has pœnas non competere: puto tamen quòd ſi in eccleſia collegiata eſt capellania, vel altare, ex cuius inſtitutione etiam capellanus tenetur officiare eccleſiam: vt in eccleſia Bonoñ. ſi in illis horis aliquæ diſtributiones eis deberentur, quo ad illas locus eſſet huic pœnæ, ſi promotus non eſſet, licet non quo ad redditus capellaniæ, vel altaris, de quibus hic non cauetur.

2 De his horis. vide Abbatem ī c. 1. extra đ celebrat. Miſ.

g ¶ *Certis horis.*] Not. pro conſuetudine eccleſiarum collegiatarū, quę diſtributiones ordinant non per omnes horas, 2 ſed per certas, & aliquas attribuunt Miſſæ, quæ non eſt de horis. de cele. Miſ. c. 1. & decr. vnica. de cler. non reſid. non dicit de horis, ſed de officijs. Honeſtius eſſet & iuri conſonans, vt per omnes horas fieret ipſarum compartitio. quod autem pro Miſſa, matutino, & veſpera debeat fieri æqua contributio, facit infra, de reliq. & vene. ſanct. cap. vnico. in fine.

h ¶ *Interſunt.*] dato ꝙ prædictis interſint, aliàs priuarentur illis in totum. quod dic vt ſ. de cler. non reſi. c. vnico. lib. 6.

¶ *Gl. ſeq. ſoluit duo dubia de inopia: & cui pars accreſcat.*

i ¶ *Pars dimidia.*] ēt ſi reliqua dimidia ad ſuſtentationem ipſorum non ſufficit: 3 & imputent ſibi cum per ordinis receptionem hāc pœnam vitare poſſint. facit quod not. de elect. quia ſæpe. lib. 6. in gl. aliud. Et ſic non obſtat quod not. de elect. cum Vintonieñ. in gl. nota ꝙ in fi. & vide quod not. & dixi de appel. paſtoralis. in fi. vlt. glo. Et ſcias quòd iſta dimidia ſubtracta accreſcit alijs intereſſentibus diuinis. inſtit. de leg. §. ſi eadem. ff. de vſufr. accreſ. l. 1. in fi. niſi eſſet aliter odinatum. facit de cler. non reſid. c. vnico. lib. 6. & vide quod dicam ĩ. de vita & hone. cleri. c. 2.

3 Hāc gloſſam reprehēdit Guil. de monte Lauduno: ſed eam defendit hic Io. Imola. quem videto.

k ¶ *Conſuetudinibus.*] concor. ĩ. de ſepul. c. 2. §. pen. in fi. & ĩ. de ſtat. mona. c. 1. §. ſanè. & c. 2. in fi. de relig. do. c. 2. §. vt autem & §. penul. de iure patro. c. 1. in prin. & in fi. & ſimi. ĩ. de pœ. ſi quis ſuadente. poſt prin. de pœni. & remiſ. c. 1. de ſen. excom. cap. 1.

l ¶ *Statutis.*] Nota quòd non reuocat priuilegia. concor. de capel. mo. c. vnico. lib. 6. & quod ibi not.

m ¶ *In iure.*] ſ. eod. quæris. de elect. licet canon. lib. 6. & vide quod ibi. not. in gl. antepenult. de regularibus habes. ĩ. de ſta. mona. ne in agro. §. cæterùm. Ioan.

¶ Idem.

¶ *In 18. anno ad ſubdiaconatum. In 20. ad diaconatum. In 25. ad presbyteratum poteſt quis liberè promoueri. hoc dicit. Io. And.*

CAP. III.

GEneralē [n] † Eccleſię ob-

† Vide qd diſponat cōcilium Trident. ſeſſio. 23. de reforma. cap. 12.

GEneralem.] CASVS. Viſum eſt ſuprà qualiter requiritur certa ætas in præficiendis: nunc quæritur vtrum requiratur certa ætas in ordinandis? Et reſpondet quòd ſic, quia in ſubdiacono requiritur quòd compleuerit decimum ſeptimum annum, & attigerit decimum octauum: In diacono requiritur quod compleuerit 19. & quòd ſit in 20. in presbytero requiritur quòd compleuerit 24. annum, & quòd ſit in 25. anno. In minoribus verò ordinibus ſufficit quòd fuerit extra infantiam, & compleuerit ſeptimum annum. hoc dicit. H. R.

¶ Colligo aliqua notabilia: Primò, quòd quis non poteſt promoueri ad diaconatus ordinem, niſi ſit in in 20. anno: nec ad presbyteratum, niſi ſit in 25. Sed quæritur vtrum defectus ætatis impediat receptionem ordinis? Dicendum quòd non, imo quis in 20. anno poterit recipere ordinem presbyteratus, ſed non habebit executionem illius ordinis donec attigerit ætatem legitimam, & ipſo iure eſt ſuſpenſus ab executione ordinum vſq; ad illa ætatem legitimam: & ſi quis presbyter in ætate minori 25. annorum celebraret, tunc contraheret irregularitatem. Not. dictionem *Vero*, vt ſ. in c. conſtitutionem. de ele. etiam videbis dictionem, *Decernimus*. No. quòd ad receptionem ordinem requiritur, vt ordinato non obſtet aliquid canonicum: ſupplet Paulus, ſcilicet impedimentum. de ſenten. excom. quòd de his. & cap. quamuis. puta ſecundùm Gen. irregularitatis defectus, vel vitium. de corp. vitia. per totum. Zabarel.

¶ *Gloſſa prima commendat cap. & dicit quid corrigit, & quid determinat, & obiectionem ſoluit.*

n ¶ *Generalem.*] breue & ſummè neceſſarium propter conſtitutionem ſuprà proxi. Determinat autem ætatem ſacrorum ordinum, & corrigit canones. 87. diſtinct. peruenit. per totum. 78. diſtin. cap. 1. & 3. & vlt. & 28. diſt. de his. in quibus dicebatur, quòd habens 20. annos ſubdiaconus, 25. diaconus, 30. presbyter fieri poterant, & debebant eſſe anni completi, & ibi determinat etiam not. de elect. cum in cunctis. §. inferiora. de tempo. ordin. vel non eſt compos. Et ſine dubio, licet hæc decretal. optimè coniungatur proximæ: melius tamen intitulata fuiſſet ſub rubrica de temp. ord. iſta enim rubrica tractat de ætate & qualitate eorum, qui præficiuntur, illa de qualitate illorum qui ordinantur, ſed propter connexitatem ſic tranſit. & eſt ſimile quod dixi ſupra eodem, ad aures.

¶ Glo.

¶ *Gloſſa ſequens allegat ſimile : probat obſeruantiam : ponit opinionem quam impugnat, & expedientiam huius iuris. in fi. querit & ſoluit, de alia quæſtione remittit.*

ſeruantiam [a] volentes antiquis [b] iuribus in hac parte præferri: Decernimus, [c] vt (alio non obſtante impedimento † canonico) poſſit quis liberè [d] in decimo octauo [e] ad ſubdiaconatus, in vigeſimo ad diaconatus, [f] & in vigeſimo quinto ætatis ſuæ anno [g] ad presbyteratus ordines promoueri. [h]

TITVLVS VII.

De officio vicarij.

¶ Clemens v. in concilio Viennenſi.

1 De materia huius gloſſæ tenē quod nouiſſime ſanciuit conciliũ Trident. ſeſſio.23. de reforma. c.11. 12. & ſeq. † Dictio, impedimento, de eſt in antiquioribus exemplaribus.

a ¶ *Obſeruantiam.*] ſimile 1 j. de appella. quamuis. Procedebat autem hæc obſeruantia à præalle. §. inferiora. quia cum ibi de ætate antiquorum canonum in ſacerdotio demantur v. anni & plus, quia qui 25. attingit, poteſt fieri ſacerdos ita videbantur 5. demendi de ætate diaconi, & ſubdiaconi, per quam etiam in 15. dabatur ſubdiaconatus. nec mirum, ſi dicebantur antiqui canones in hoc correcti : nam per illos ſeruabatur interſtitia temporum inter ordinem, & ordinem, quæ hodie non ſeruantur. Vnde laicus in carniſpriuio, in feſto reſurrectionis presbyter eſſe poſſet. Sed Hoſtien. dicens antiquos canones ſeruandos, dicebat quòd in §. inferiora. diſpenſabatur in ætate propter curam animarum, & ſecundùm Innocen. ſuberat neceſſitas, ex quo vocatus fuerat ad beneficium, quod requirebat ordinem. Sed mirandum eſt hoc, cum enim ſine aliqua diſpenſatione promoueatur ad curam, ergo & ad ordinem annexum curæ. Item ſonat in abſurdum, quòd maior 24. annis poſſit habere curam & ſacerdotium & non ſolùm ſacerdotium. Item aliud abſurdum: quia ſecundùm id eadem erit ætas epiſcopi & ſacerdotis: quare ſæpe clamaui in ſcholis, & ad curiam ſcripſi, & præcipuè domino Richardo ſancti Euſtachij diacono Cardinali, vt determinaretur hæc ætas, quod ſummè fuit neceſſarium propter proximam decretalem, aliàs innumeroſæ & inextricabiles quæſtiones emerſiſſent. volens enim habere vocem in capitulo maior 14. minor 20. recepiſſet ſubdiaconatum, fuiſſet obiectum, illum nihilominus excludendum, quaſi non ritè promotum propter defectum ætatis, iuxta illud quod no. de præben. ei cui. lib. 6. Ipſi replicaſſent antiqua iura correcta per diſſuetudinem, & per §. inferiora. contra quos duplicatum fuiſſet de prædicta opinione Innocen. & Hoſtien. quam etiam ſequitur Archidiaco. in prædicta decret. ei cui. Sed quid de promotis ante hanc decretalem infrà hanc ætatem? puto ſatis eſſe quòd nunc ſit in ætate. ſ. de tempo. ordin. vel non eſt. Si verò nec adhuc ſunt in ætate, excludentur ab executione ordinis vſque ad ætatem legitimam, vt ibi. De ordinato verò infra pubertatem ad ſacros, an teneatur continere, 2 not. & ſcripſit de cleri. per ſalt. promo. cap. vnico.

2 De hoc dubio vide Ricardum lib.4. ſent. diſt.25. art. 4. q.2. & Paludanũ eadem diſtin. quæſt.3.

b ¶ *Antiquis.*] allegatis in 1. gl. Sed contra: quia canon antiquus. 77. diſt. c. 1. permittebat quem ſubdiaconari in 14. anno. Sol. illud verum, computationem inchoando poſt infantiam, vt ibi not.

c ¶ *Decernimus.*] non dicit declaramus, quod facit pro opinione Inn. & Hoſtienſis.

d ¶ *Liberè.*] id eſt, ſine diſpenſatione, dato quòd non habeat beneficium quod ordinem requirat.

e ¶ *In decimo octauo.*] intelligo inchoato: ſatis eſt ergo ꝙ attigerit, vt in §. inferiora. & idem de ſequentib. Certum eſt. n. ꝙ maior 17. eſt in anno 18. nec litera requirit ꝙ ſit 18. annorũ, ſed in 18. olim ſecus, vt dixi in 1. glo. Nota per hanc decretalem coniunctam. ſ. c. proxi. 1. reſponſo, hodie puberem non habere vocem in capitulo, niſi exceſſerit 18. annuum.

f ¶ *Diaconatus.*] licet in anno 20. poſſit quis eſſe diaconus, non per hoc putes ꝙ poſſit eſſe archidiaconus. De ætate 3 n. promouendorum ad dignitates terminata per §. inferiora. nihil hic immutatur: aliàs ſequeretur, ꝙ cum ſubdiaconus poſſit in epiſcopum eligi, eo. ti. à multis. & maior 17. ſubdiaconus eſſe poſſit, vt hic, ergo poteſt eligi: quod eſt falſum.

3 Vide omnino conciliũ Trident. ſeſſio.24. de reforma. cap.12.

g ¶ *Anno.*] ſi prius ordinatur, ſuſpenditur ordinans à collatione ordinum, & ordinatus ab executione ipſius ordinis vſq; ad ætatem legitimam. de tempo. ordin. vel non eſt. & per præ di. decre. eod. titu. dilectus. non puto epiſcopum circa ætatem hanc diſpenſare poſſe.

h ¶ *Promoueri.*] ſed quæ eſt ætas minorum ordinum? Dic ꝙ maior infantia. 28. diſtin. de his. de temp. ord. nullus. lib. 6. 78. diſt. cap. 2. & vide quod ibi notaui in ſumma. & c. ſuper inordinata. de præben. Io. And.

DE OFFICIO VICARII.

¶ *Iſta rub. continuatur ad præcedentes : Dictum eſt ſuprà per diſcurſum titulorum de promotione clericorum ad beneficia eccleſiaſtica: verùm quia ſic promoti quandoque ſub ſe habent vicarios : ideo annectitur rubr. de officio vicarij.* Continuatio.

¶ *Iura loquentia de eccleſiis curatis, locum habent quo ad tria in vicarijs perpetuis eccleſiarum parochialium. Io. And.*

CAP. VNICVM.

QVæ de eccleſijs [i] curam [k] animarum habentib. per receptionẽ aliarum ſimilium amittendis: [l] Ac de ipſarum [m] rectorib. ꝓmouẽdis [n] ad

QVæ de eccleſiis.] Diuiditur ĩ tres partes Secunda: ibi, *Ac de ipſarum*. Tertia: ibi, *Et de eorum.*

Casvs. Iſtud capitulum ſecundùm glo. ſeipſum ſummat, & decidit tria dubia. Caſus ſic poteſt poni ſecundum primum dubiũ: Cauetur in cap. de multa. de præben. & digni. in antiq. & in conſtitutione, Execrabilis. quòd ſi obtinens eccleſiam parochialem, dignitatem, perſonatum, aut bñficium acceptet, & apprehendat pacificam poſſeſſionem illius beneficij ſecundi, ſeu dignitatis, vacat prima eccleſia, ſeu primum beneficium. Sed quæritur vtrum ſit idem de vicaria perpetua, vt ipſa vicaria perdatur per aſſecutionem ſecundæ vicariæ perpetuæ, ſicut perditur eccleſia parochialis, dignitas, vel perſonatus? Et reſpondet Romanus, Pontifex quòd idem eſt: Nam quod iura ſanxerunt circa eccleſias parochiales perdendas per aſſecutionem ſecundi beneficij, illud idem ſanxerunt in vicarijs perpetuis. Secundum dubium oritur ex cap. licet canon. de elect. lib. 6. vbi dicitur, quòd promotus ad eccleſiam parochialem debet facere ſe promoueri ad ordinem ꝑſbyteratus infra annum numerandum à tempore habitæ poſſeſſionis. Sed ponamus quòd quidam fuit promotus ad vicariam perpetuam, & ſic non erat rector, ſed vicarius perpetuus, quæritur vtrum promotus ſic ad vicariam debeat promoueri ad ſacerdotium infra annum numerandum à tempore adeptæ pacificæ poſſeſſionis: & ſi non fuerit promotus, vtrum vacet illa vicaria perpetua? reſpondet quòd ſic. Tertium dubium ſumitur ex cap. cum in cunctis. de elect. in antiq. vbi dicitur quòd promotus ad eccleſiam parochialem debet habere ætatem 25. annorum: Quæritur vtrum ſit idem in promouendo ad vicariam perpetuam? Reſpondet Romanus Pontifex quòd ſic. hoc dicit. H.R. ¶ Colligo aliqua notabilia. Et primò iuncta glo. quòd ſi obtinenti eccleſiam parochialem conferatur alia eccleſia parochialis, vel vicaria perpetua eccleſiæ parochialis: & habuerit iſtius eccleſiæ ſecundæ adeptæ pacificam poſſeſſionem: immediatè & ipſo facto vacat prima parochialis, & poterit ſuperior cui ſpectat collatio illius eccleſiæ, illam conferre, etiam non vocato poſſeſſore. No. quòd ſicut promotus ad eccleſiam parochialem debet promoueri infra annum ad ſacerdotium, ita etiam promouendus ad vicariam perpetuam debet promoueri ad ſacerdotium infra annum. Nota ꝙ in promouendo ad vicariam eccleſiæ parochialis, requiritur ætas 25. annorum: quia iſta ætas requiritur in promouendo ad eccleſiam parochialem. Not. de vicario perpetuo, ex quo nota eſſe dare etiam temporalem, vt patet in iuribus allegatis in gl. in ver. perpetuis. Nota ꝙ verb. *Volumus*, eſt inductiuum noui iuris: quod colligitur ex gl. & ideo vtitur verbo, volumus. Fran. de Zabar.

¶ *Prima gloſſa dicit quid facit.*

i ¶ *Quæ de eccleſiis.*] Se ſummat tria dicens.

k ¶ *Curam.*] in foro iudiciali, vel pœnitentiali, vt ſcripſi poſt Innoc. & Hoſt. de præben. de multa.

¶ *Gloſ. ſequens remittit ad caſus exceptos: & dubium ſoluit.*

l ¶ *Amittendis.*] niſi in caſibus exceptis, quos collegi ſ. de ꝑben. de multa. & puto quod etiam conſtitutio Io. 22. execrabilis. locum habeat in his vicarijs, cum expreſsè loquatur de beneficijs, & officijs curatis in §. qui verò.

m ¶ *De ipſarum.*] eccleſiarum curatarum: & intellige de non collegiatis. de elect. ſtatutum. lib. 6.

¶ *Gloſſa ſequens ponit vnam differentiam, & dubium ſoluit.*

n ¶ *Promouendis.*] infra annum. de elec. licet can. lib. 6. & qũ incipiat currere, ibi patet, & e. tit. commiſſa. Et in hoc differt à cõmenda talis vicaria, qa commenda parochialis eccleſię nõ põt fieri non ſacerdoti. de elec. nemo deinceps. li. 6. vicaria ſicut & rectoria. de inſtit. c. 2. li. 6. concedi poteſt nõ ſacerdoti, dum- Commenda & vicaria differũt.

dummodo ſacerdos fieri poſſit,vt hic,& eo.tit.c.fin. Et ſcias ꝙ pœna illius decre.vlt.non eſt ſublata per iſtam. quod eſt dicere,ꝙ etiam infra annum ſi moniti non promouentur, priuari poſſunt,ſicut de rectore not.quo ad pœnam.§.inferiora.in decret.licet canon.in gl.antepe.in principio.

¶ *Gloſſa ſequens dicit quid reprobat: quærit arguit,negatiuè,contra rium ſoluit, & in contrarium allegatis reſpondet.*

† De vicarijs perpetuis vide multa per Felinum in cap. G.perpetuus extra. de fide inſtru.

ſacerdotium, [a] Et de eorum [b] ætate [c] à iure ſtatuta noſcuntur: in perpetuis [d] † eccleſiarum parochialium [e] vicarijs, & aſſumptis ad eas volumus [f] obſeruari.

TITVLVS VIII.
De officio & poteſtate iudicis deleg.

a ¶ *Sacerdotium.*] in hoc corrigitur quod not.Archid.de ele.licet canon.lib.6.in ver.is ẽt. vbi tenebat in ꝑpetuis vicarijs illud capitulum locum nõ habere, cum de rectore loquatur, vt ibi patet. Sed nunquid epiſcopi cum iſtis vicarijs ſuper differendo ſacerdotio per ſeptennium poterunt diſpenſare ſecundum formam c.cum ex eo.de elect.lib. 6. Videtur ꝙ non:fortius enim adſtrictus eſt vicarius ad reſidentiam perſonalem, quàm rector de præben.extirpandæ.§. qui vero. Item vicarius non dat vicarium.eod. tit. clericos. Contrarium puto per decre.iſtam,& quia decret.cum ex eo. generaliter permittit epiſcopos diſpenſare cum his, qui obtinent eccleſias, quod verbum ita includit vicarios, vt rectores. Item ratio permiſſionis illius eſt commune ius iſtis vt illis, ergo idem ius. de conſtit. tranſlato. Ad decret.clericos,reſpondeo,quòd hic vicarius non dabit vicarium,ſed epiſcopus diſpenſas, ſicut aliàs loco rectoris: ita & hic loco perpetui vicarij ponet vicarium ſeptennalem,vt in decre.cum ex eo.§.porro.

b ¶ *Eorum.*]ſcilicet rectorum.

c ¶ *Ætate.*]ſcilicet quòd attigerint xxv.annum. habetur hoc de elect.cum in cunctis.§. inferiora.eo. tit.licet canon.lib.6.Et dico quòd ſicut cum rectore non diſpenſat epiſcopus in ætate,de æta.& quali.c.vnico.lib.6. ita nec cum vicario, per hanc literam.

d ¶ *Perpetuis.*] in temporalibus ergo non habet hoc locum. de quibus ſup.de appel. peruenit 2. de cle.non reſi. ca. pen.de voto.c.1.de elect.cum ex eo.libr.6.de regularibus beneficium. eo.lib.Sic & alibi diſtinguimus vicariam perpetuam à temporali.de reſcrip.poſtulaſti.de filijs presbyte.conſtitutus.& c. Michael.Perpetuos autem vicarios cognoſcas per id quod habes. e.tit.ad hoc.de præben.extirpandæ.§.qui vero. de capel.no.ca. vno.lib.6.

Vicaria ꝑpetua in quibus eccleſijs eſt permiſſa.

e ¶ *Parochialium.*]de his loquitur, & non ſimpliciter de curatis, quia ſolum in eccleſijs parochialibus annexis perpetua vicaria videtur permiſſa,& non ſimpliciter in beneficijs curatis,per decret.extirpandæ. §.qui vero.de præben.

¶ *Glo. ſeq. obijcit quòd vti debuerat verbo declarationis, & ſoluit.*

f ¶ *Volumus.*] probari videbantur hæc per antiqua iura. primum,de pluralitate.ſ.eo.c.1.& c.prouideas. ſecundum, de ſacerdotio.ſ.eod.titu.c.fin.tertium, de ætate probari poterat per eandem decre.ſi.quæ probat eum curatum:& per decre.ſuper eo.de præben.lib.6.Sed quia licet decret.1.prohiberet eum habere vicariam cum eccleſia: Et decr.prouideas. prohiberet illum plures habere vicarias, non tamen priuabant illum prima per adeptionem ſecundæ.Item licet decret. vlt. præciperet illum fieri ſacerdotem: non tamen priuabat illum hoc non facientem. Idem de ætate. ideo vtitur verbo volumus, 1 non verbo declaramus, prorogando his caſibus pœnas iuris ad tales vicarios.& forte ſatis erat de mente, vt in primo caſu not. Ber. ſuprà eo. cap. 1. de ſecundo probat decret. commiſſa. de elect.lib.6.quæ ſic latè in ſuo princip. ponit ver. commiſſa. de tertio ſatis patet, vbi ponimus ſecundum. Siue ergo recipiat talis vicarius ſimilem vicariam, ſiue dignitatem, perſonam, vel beneficium curatum,vacat prima. Idem ſi conuertas, vt quia habens dignitatem,perſonatum,vel beneficium curatum,recipit talem vicariam,vacat prima. De dignitatibus vero,& perſonatibus hic ſubticuit, quia non conueniebat illis, quòd hic de ſacerdotio dicitur.

1 Verbum, volumus, in dicatus de nouo. vide Abbatem ī cap. Sedes Apoſtolica de reſcrip. & in c.ex ratione.de appella.& Barto.& doctores in l.1.C. de ſum.trini.& fid. catho.

Continuatio.

DE OFFICIO ET POTEſtate, &c.

¶ *Viſum eſt de his qui gerunt vices aliorum in foro pœnitentiali,nunc videndum eſt de his qui gerunt vices aliorum in foro iudiciali,& contentioſo.*

IVdices.] præſupponendum eſt primò, quòd ille cui à ſede Apoſtolica commiſſum eſt nudum miniſterium,debet illud in propria perſona exercere: ita quòd non poteſt alteri vices ſuas committere,ſeu ſubdelegare: ſecus eſſet ſi haberet iuriſdictionem delegatam.l.à iudice.C.de iudic.Secundò præſupponendum eſt illud, quod dicitur in c. ſi.eo. titu. in antiq. videlicet, quòd ille cui Papa com mittit propter induſtriam ſuæ perſonæ,talis non poteſt ſubdelegare, nec committere alijs vices ſuas.

¶ Clemens v. in concilio Viennenſi.

¶ *Iudex ad receptionem teſtium in ciuili, & executor ad prouidendum certæ perſonæ,cognitione præmiſſa à Papa deputati licitè ſubdelegant.*

C. VNIC.

IVdices [g] ſuper receptione † teſtiũ in cauſa

Casvs. Tu & ego habebamus cauſam, in qua proceſſum fuit vſq; ad productionem teſtium hincinde ſuper petitione tua, & ſuper meis defenſionibus: quia tamen teſtes erant in patria longinqua,& multum diſtantes à nobis,nec commodè venire potuiſſent,niſi cum magnis ſumptibus & expenſis,Papa commiſit vices ſuas alicui iudici de receptione & examinatione iſtorum teſtium: Accidit quòd iſte commiſſarius Papæ fuit impeditus,& non potuit vacare receptioni,& examinationi teſtium, & voluit ſubdelegare alium,qui reciperet & examinaret: Quæritur vtrum poſſit? Dicit Romanus Pontifex quòd ſic: nam iſte deputatus ſeu delegatus non eſt nudus miniſter, nec recipit nudum miniſterium:ideo poteſt vices ſuas ſubdelegare:ſecus:ſi reciperet nudum miniſterium, puta ſolam examinationem ſine iuriſdictione. Sed quid, ſanctiſſime pater,ſi aliquis fuit datus executor ad prouidendum aliquibus certis clericis de aliquibus beneficijs in genere, puta quia mandauit executori vt prouideret iſti,& contentis in reſcripto de beneficio, ſi eſſent vitæ laudabilis,& honeſtæ conuerſationis: Si iſte executor fuerit impeditus,vtrum poſſit alium ſubdelegare? Videtur ꝙ non, quia Papa videtur elegiſſe ſuam induſtriam, & non fuit ei mandatum ſimpliciter,ſed ſub conditione: Tamen dicit Romanus Pontifex quòd poteſt ſubdelegare,poſito quòd fuerit ei mandatum ſub conditione,ſi iſte eſſet vitæ laudabilis, & conuerſationis honeſtæ.& per illam clauſulam non videtur elegiſſe induſtriam perſonæ, ſed ſolum declaraſſe officium: quia ſi illa clauſula non fuiſſet expreſſa,tamen tacitè intelligebatur. hoc dicit. Nota quòd in cauſa criminali iudex non debet committere examinationem teſtium,ſed ipſe perſonaliter eos debet examinare: ſecus in cauſa ciuili: & tunc iudex cui committitur receptio,& examinatio teſtium,poteſt alium ſubdelegare.No. quòd executor datus ad prouidendum alicui de beneficio,poteſt vices ſuas committere. Sed vtrum ſit dandus caſus, in quo deputatus à ſede Apoſtolica in cauſa ciuili ad examinandum teſtes,non poſſit committere alteri?Et dicendum eſt quòd ſic, videlicet, ſi iſte qui vult ſubdelegare non recipiat iuriſdictionem, ſed ei ſolum ſit delegatum nudũ miniſterium,puta ad examinandum ſolum,& non ad recipiendum, iurari faciendum, & ad citandum partem aduerſam vt det interrogatoria: quia tunc videtur ſibi commiſſa iuriſdictio, quam poſſet ſubdelegare. Et ſic nota quòd commiſſarius ad teſtes recipiendos & examinandos poteſt exercere omnia, ſine quibus non poſſet negotium explicari, licet de illis non fiat mentio in reſcripto. Nota dictionem, *Solertem:* Solers, tis, id eſt, ſapiens, ingenioſus, ſagax, cautus. Nota quòd inquiſitio debet fieri cum ſolertia, in verbo ſolertem, quod expone vt in gloſ. quaſi. & concor. infrà de ſtatu reg. cap. 2. Nota quòd beneficiandi debent eſſe vitæ laudabilis, & conuerſationis honeſtæ. ſimile. infrà de conceſ. præben. clemen.vnica.Zabarel.

† An quod hic dicit de receptione teſtium, ꝑcedat ī qualibet parte iudicij, vt deputatus ſuper illa à principe poſſit ſubdelegare, vide Inn.in c. quoniã contra falſam. extra de ꝓba.

¶ *Prima gloſſa dicit quid primum, & ſecundum dictum determinat,ponit differentiam inter iudicem,& miniſtrum.*

g ¶ *Iudices.*] Se ſummat dicens duo. Et primum determinat not. per Innocen. & Hoſtien. ſuprà eodem tit. cap.fin.& quæ ibi ſcripſi in vlt. gl.& de re iud. cum Bertholdus. & quæ ibi ſcripſi ſuper gloſ. ſed qualiter. Secundum dictum approbat quod not. Ioan. Mo. ſuprà eodem titu. is cui. lib. 6. vbi tenet, quòd ſi committitur executori examinatio illius, cui eſt facienda prouiſio, vt fit in forma pauperum, quòd ſubdelegare poterit. & not. hoc principium, quod dicit, iudices: per quod patet, quòd tunc demum talis receptor teſtium ſubdelegat, quando iudex eſt, ſecus ergo ſi ſit nudus miniſter: puta quia receptis teſtium iuramentis, examinatis articulis, ſuper quibus producuntur, & interrogatorijs,

ſecundum

ſecundum quæ debet fieri examinatio, committitur id alicui expediendum: iſte enim non eſt iudex, nec propriè receptor, ſed potius examinator ipſorum teſtium, & talis actus fieret die feriato, vt not. Gul. in Specu. de ferijs. §. 2. ver. ſed quid ſi tunc. receptor autem, qui iudex eſt, cogit teſtes, citat eum cõtra quem producuntur ad videndum eos iurare, audit exceptiones, recipit iuramenta, refrænat multitudinem teſtium, examinat interrogatoria, punit teſtẽ qui aures eius offendit. C. de teſti. l. nullum. cũ ergo iuriſdictionẽ habeat, ex quo illam habet à principe, ſubdelegat. Videbatur autem contrarium, quaſi eſſet nudus miniſter: per prædict. decre. vlt. s̃. eod. ſed illud procederet in examinatore. Et huic verſi. iudices. coniunge literam ĩ. in fine, à ſede Apoſtolica deputati.

ciuili: [a] Nec non [b] executores [c] ad prouidendum aliquibus: [d] ſi per inquiſitionem [e] ſolertem [f] eos [g] eſſe vitæ laudabilis, & conuerſationis honeſtæ repererint, [h] à ſede Apoſtolica [i] deputati, alijs poſſint committere [k] licitè vices ſuas. [l]

a ¶*Ciuili.*] Non intendit per hęc verba excludere cauſas ſpirituales, ſed criminales, in quibus debent teſtes exhiberi coram iudice, vt in Authen. de teſti. §. & quoniam. coll. 8. C. de fide inſtru. authen. apud eloquentiſſimum. & not. 3. q. 6. teſtes. de iud. at ſi clerici. in 4. glo. de teſt. cog. c. 1. Benè tamen poſſet criminalis cauſa delegari. de hoc 23. q. 4. iſtud. 95. diſt. c. 1. de rapto. in archiepiſcopatu. de reſti. in integ. c. penul. & in Spec. de iud. deleg. §. ſi. ver. item ꝙ eſt delegatus in cauſa. Io. And.

Cauſa criminalis poteſt delegari.

Negatio duplex affirmat.

b ¶*Nec non*] reſoluuntur in vnam affirmationem. ff. de verb. ſig. duob. & operantur copulam, ſ. ac ſi diceret, &.

c ¶*Executores.*] deputati à ſede Apoſtolica. quod eſt ĩ. Et ex tit. patet ꝙ iſti habent delegatam iuriſdictionem, vt no. de reſcrip. tibi qui. in gl. 2. lib. 6.

d ¶*Aliquibus.*] nominatis. s̃. co. is cui. lib. 6.

e ¶*Si per inquiſitionem.*] hoc inducebat dubium, quaſi in inquiſitione ſit electa induſtria perſonæ. 1 & hæc clauſula cõmuniter ponitur in forma pauperum, in qua ſcribitur, ꝙ cum fuerit repertus idoneus in literatura per examinatores ad hoc deputatos, committit Papa, ꝙ ſi, &c.

1 Facit 30. q. 5. iudicantem. & de iud. exhibita. cũ ibi notatis. Io. de Imo.

f ¶*Solertem.*] quaſi ſolicitam, vigilantem, aſtutam, ſagacem, induſtrioſam, & ſcribitur, per vnicum l. datur verſus.

Exiguo pulchram ducit ſolertia vitam. Aliàs.
Exiguo placitam ducit ſolertia vitam.

g ¶*Eos.*] pro quibus ſcribitur. Io. And.

¶*Glo. ſeq. quærit arguit pro, ponit diſtinctionem Inn. an ſapiat monitionem, an conditionem: ſecundò, in arbitrio executoris: tertiò, in effectu proceſſus. Secundò ponit aliam opin. in forma conditionis, an alius lædatur nec ne: cui obijcit, & dupliciter ſoluit: Tertiò ponit finale dictum Inno. non curantis an ſit monitio, vel conditio, ſed an dicatur ſi eſt, an ſi conſtiterit, & an alter lædatur, vel non: & per id dicit quæſtionem ſolui.*

h ¶*Repererint.*] ſed nunquid 2 eis neceſſe erit ꝙ præcedat ſuper hoc cognitio, vocatis quorum intereſt? Videtur ꝙ ſic propter verbum iſtud, & verbum, per inquiſitionem; dicit Innoc. in decre. vlt. de præſump. ꝙ ſunt clauſulæ, quæ ſonant in monitionem, non in conditionem, puta ſi perſona ſit idonea, & ſimilia: & iſtæ non dant nouam formam mandato, ſed inſtruunt executorem quali perſonæ prouideat: quare teneret tunc prouiſio facta indigno, & excommunicatio propter hoc lata, licet ſit iniuſta: cum executor in his iuriſdictionem habeat. Sed ſunt quæ bene ſonant in conditionem, vt ſi dicitur prouideas P. in tali eccleſia, ſi de tali vico ſit oriundus: hoc. n. ſapit conditionem, & formam certam adijcit mandato, vnde ſi non eſt vera, non valet prouiſio, nec excommunicatio propter id lata, propter tranſgreſſionem mandati. de reſcript. cũ dilecta. nec audiretur petens prouiſionem ante omnia ſortiri ſuum effectum, cum negetur iuriſdictionis fundamentum, cuius acceſſorium eſt prouiſio, vt ibi plenius proſequitur. Dicit tamen Inno. ꝙ in prima & ſecunda clauſula is cui ſcribitur, ſi vult, poteſt eſſe merus executor, & ſine cauſæ cognitione prouidere de vacante: poteſt etiam aſſumere partes iudicis, inquirendo de prædictis vocatis, & non vocatis ijs, quos res tangit, dummodo committens iuriſdictionem habuerit, vt ſic poſſit delegatus quod poterat delegans. Differunt tamẽ proceſſus facti cum cauſæ cognitione, ab ijs qui fiunt cauſa non cognita quo ad præiudicium eorum, quos res tangit, vt ibi not. Innocen. & Hoſtien. qui etiam dicunt, quòd dato ꝙ clauſula: ſi perſona ſit idonea: non ſit in reſcripto, poteſt executor ſuper ea partes iudicis aſſumere, cum ſubintelligatur: hæc vera, niſi merum miniſterium eſſet illi commiſſum.

2 De materia huius gloſſæ vide Alex. conſi. 281. inci. viſis verbis. li. 2. & Oldra. conſi. 41. incip. breuiter videtur, & Bal. & Felin. c. fi. de p̃ſump.

Dicit demum Innocen. alios melius diſtinguere in clauſula, quæ ſonat in conditionem, ſi de tali vico eſt, vel ſi doctoratus eſt in theologia, vel ſimile: quòd ſi per tales literas tollitur, vel læditur ius alicuius, puta prouiſoris ordinarij, non prouidebit executor, niſi vocatis his quos res tangit, de conditione cognoſcat: tamen de plano ſine libello & litis conteſtatione, quod hodie patet infrà de iudi. diſpendioſam. Et idem in ſimilibus vbi in reſcripto præambula eſt conditio non ſubintellecta, vt ſcilicet primò partibus præſentibus illa diffiniatur: vt ſi mandaretur inquiſitio veritatis fieri contra aliquem, ſi fuerit infamatus. Si verò per literas non tollitur, nec lęditur ius alterius, vt ſi prouiſor mandat alicui quòd prouideat ſub illis conditionibus, tenet prouiſio etiam ſuper illis inquiſitione non facta, nec vocatis partibus: quia nec congruæ ſunt hic partes. Et ſi dicis præiudicium fit eccleſiæ, cui plus expediret habere iſtum ſic conditionatum, quàm alium, reſpondeo quòd opponi non poteſt contra prouiſionem delegati, ſicut nec delegantis. Vel dic ꝙ licet prouiſio delegati ex eo quod non ſeruauit formam, ſit nulla, non per hoc ſequitur quòd neceſſe fuerit partes in prouiſione vocari. Dicit demum Inno. ꝙ ſiue in monitionem, ſiue in conditionem ſonet clauſula, tenet prouiſio delegati nõ præmiſſa cognitione: quia non eſt iudex, ſed prouiſor. de ele. venerabilem. verſic. exercuit. tamen ſi monitio, vel conditio non eſt vera, caſſatur, vel caſſum nuntiatur quod attentauit prouiſor tamquam obreptitium. de re iud. cum olim. in fi. poteſt tamen prouiſor aſſumere partes iudicis: & tunc ſi non admittit oppoſitionem contradictoris de falſitate clauſulæ, poterit ab eo appellari, ex quo partes iudicis aſſumpſit, vt prædixi. Alij contra, cum ad id non teneatur: & facit id ſolum ad ſuam inſtructionem, nec ſit ſententia neceſſaria. ſecus ſi dicatur in litera, ſi tibi conſtiterit, ꝙ ſit de tali vico, & c. tunc enim ſi iuri alterius præiudicatur, cum talis fungatur vice iudicis, non poterit conſtare niſi partibus præſentibus, & ſi non præmittit cognitionem, proceſſus non valebit: quòd ſi alteri non pręiudicatur, tunc valebit quod ſine cognitione facit: cum nõ tamquam iudici, ſed tamquam bono viro ſit hoc ſibi commiſſum: ex quo ergo non eſt iudex, vel inquiſitor, ſatis eſt quòd inſtruat ſe. Et placuit (quia vtile hoc putaui) ſic ſummare prædictas gloſſas Innocentij. & Hoſtienſis valde prolixas. Et per hunc finem pateat ſolutio quæſtionis.

TITVLVS IX.

De officio iudicis ordinarij.

¶Clemens v. in concilio Viennenſi.

¶*Epiſcopi ita debent corrigere clericorum exceſſus, ꝙ metu pœnæ ipſi arceantur, et alij pertimeſcant. I. A.*

CAP. I.

VT CLERICO-

i ¶*A ſede Apoſtolica.*] aliàs non eſſet dubium.

k ¶*Committere*] eadem ratione dicam, ꝙ ſuccedat in his illis ſucceſſor, ſi ſcriptum fuit dignitati non expreſſo nomine perſonę. s̃. e. quoniam abbas. Quid autem ſi fuiſſet nudum miniſterium, 3 an tunc ſuccederet, no. Inno. & Hoſt. s̃. eo. cap. fi.

3 Vide Abbatem in c. de cætero. extra de re iudicata.

l ¶*Vices ſuas.*] de miniſterio quod occurreret in iudicio faciendum, non dubitatur: quia illud committit delegatus ab ordinario, vt dixi ſupra eodem ſuper quæſtionum. in princip. ſuper gl. ſi ergo. de hoc per Guliel. in Specu. eodem titu. §. primo. verſi. ſed nunquid.

DE OFFICIO IVDICIS ORDINARII.

¶*Quia iudicum duplicia ſunt genera: Nam quidam ſunt delegati, & quidam ordinarij: De delegatis viſum eſt in tit. præcedenti, qui delegati ſunt maiores quibuſcunque ordinarijs, quia repręſentant principem, & tamquam princeps ſunt honorandi: ideo dicendum eſt nunc de ipſis ordinarijs.*

Continuatio.

V*T clericorum.*] ¶Iſtud capitulum continet exhortatione ordinariorum, vt ipſi intendant ad ea quæ pertinent ad eorum officium.

CASVS. Quidam clerici alicuius diœceſis perpetrauerunt aliqua crimina, puta homicidium, vel furtum, vel rapinam, vel aliud delictum: nunc quæritur ad quem ſpectat correctio, & quis debet illos punire: Dicit Romanus Pontifex quod correctio ipſorum de iure communi ſpectat ad epiſcopum, qui epiſcopus in clericis corrigendis debet adhibere tantam diligentiam, quòd metu pœnę alij pertimeſcant in futurum talia perpetrare, hoc dicit. H. R. ¶Colligo huius capituli flores: Primò ex principio textus iuncta gl. ꝙ clerici pro ſuis delictis nõ ſunt coueniendi corã iudice ſeculari, ſed corã

rum [a] audacia [b] (qui prætextu priuilegij [c] clericalis ordinis † impunitatem exceſſuum obtinere ſperantes, [d] † nonnulla multotiens committunt enormia, per quæ nimirum † diffamatur [e] Eccleſia, & ſcandala [f] grauia in populo [g] generantur, potiſſimè cum talia per epiſcopos, ad quos horum ſpectat correctio, deferantur, vt plurimum incorrecta) propẽſius [h] compeſcatur: Eiſdem epiſcopis [i] diſtrictè iniungimus, † quatenus ſic circa correctionem clericorum huiuſmodi vigilanter intendant, & diligenter ſui officij debitum exequantur, ꝙ & ijdem clerici metu [k] pœnæ à ſuis arceantur inſolentijs, [l] † & alij eorum exemplo perterriti [m] proſilire ad ſimilia meritò pertimeſcãt.

¶ Idem.

¶ *Valet collatio beneficij facta à collatore quolibet citra legatum Apoſtolicum, non facta mentione de beneficio, quod prius habebat is, cui fit.h.d.Io.And.*

CAP. II.

Etſi ab Apoſtolicæ [n] ſedis legato [o] de beneficio facta [p] collatio beneficiũ [q] aliud obtinenti, non valeat, niſi de illo quod obtinet facta fuerit mentio ſpecialis: [r] In alijs tamen quibuslibet [s] collationem [t] beneficiorum habentibus, [u] nolumus [x] obſeruari. [y]

iudice eccleſiaſtico, nec per iudicem ſecularem ſunt puniendi. Secundò nota, ꝙ impunitas parit & tribuit incentiuum, & cupiditatem delinquendi, & ſic facilitas veniæ tribuit incentiuum delinquendi. Tertiò no. ꝙ propter exceſſus clericorum, Eccleſia dehoneſtatur, & ſcandalum in populo generatur. Et hoc verum de Eccleſia quo ad opinionem vulgi, quia Eccleſia non dehoneſtatur. Vel dicendum, ꝙ Eccleſia dehoneſtatur, id eſt, ſtatus clericorum vilificatur & deturpatur. No. ꝙ nomine clericorum veniunt omnes clerici etiam in ſacris cõſtituti. 11.q.1. de perſona.in fi. Nota ꝙ audacia reprobatur, & accipitur hic in malum.gl. 2.alle. concor.Zabarel.

†Dictio, ordinis, deeſt in antiquioribus exemplaribus.

† Debent meritò ſpe fruſtrari ꝑ l. ſed ſi ex parte.§.quãquam.ff.qđ cum eo.l.re legatorum.§.fi.ff.de interd. & releg.l.penul. ff. de iure dot.per quã legem hoc no.Bal.in c. ex parte. de conſuc. facit.l. etiam. §.1.ff.ſolut. mat.eſt tex. in l. 1.ff. ſi quis teſta.liber eſſe.

¶ *Prima gloſſa ſummat, diuidit, et remittit.*

a ¶*Vt clericorũ.*]Epiſcopi ita debent corrigere clericorum exceſſus, ꝙ metu pœnæ ipſi arceantur, & alij pertimeſcant. Et præmittit cauſam mandati, quod ſecundo ſubmittit: ibi, *Eiſdem*.& repete. quod dixi.s̃.ea.compilatione.de æta.& quali.c.1.in 1.gl.

† Aliàs nimium.

† Si negligant peccãt mortaliter. 4.diſt.c. denique. Aufre.Font.

b ¶*Audacia.*]tolle verbum, propenſius compeſcatur, quod eſt ĩ.& ponitur hic audacia in mala parte.ſic 3.diſt.factæ ſunt. alibi in bona.8.q.1.audacter.

c ¶*Priuilegij.* 1] tam immunitatis perſonæ, de qua 17.q.4.ſi quis.quàm fori.s̃.de fo.compe.nullus.

1 Et gl. notat Card. ꝙ priuilegiũ denotat immunitatem perſonæ & fori.Font.

d ¶*Sperantes.*] propter quam ſpem qui ſunt nequam, fiunt nequiores. de ſenten.excom. vt famæ.& facilitas veniæ incentiuum, &c.de vita hone.cleri.vt clericorum.

e ¶*Diffamatur.*]id eſt, malè de ipſa prædicatur: vel, id eſt, vilificatur & dehoneſtatur.ſic etiam exponitur. s̃.de oblig. ad ratiocinia.cap.vnico.in fi.& concor.2.q.5.ſi mala fama.

f ¶*Scandala.*]quibus obuiandum eſt etiam ſi puſilla ſunt. s̃. de noui ope.nun.c.2.

g ¶*Populo.*] concor. 2.q.5. presbyter ſi à plebe.de purg.cano.cap.2.

h ¶*Propenſius.*]idem verbum vide.s̃.ea.compil.de æta.& qualit.vt hi qui.& vide quod ibi dixi.

i ¶*Epiſcopis.*]ad quos de iure communi hoc pertinẽt: poſſet tamen ad alios de iure ſpeciali ſpectare. 2 eo. tit.irrefragabili.de fo.compe.cum contingat.dic vt ibi.

2 Vide Sicu. in ca. cũ contingat.

k ¶*Metu 3 pœnę.*]concor.de elect. cum in cunctis.de vita & hone.cle.vt clericorum.cum ſuis concor.

3 Huc ſpectat illud: oderũt peccare boni virtutis amore: oderunt peccare mali formidine pœnæ.

l ¶*Inſolentijs.*]de accuſ.qualiter 2.ver.verum. Inſolentia eſt morum inconuenientia, fatuitas, vel ſuperbia, vel paruus vſus, quaſi contra ſolitum, & debitum naturę curſum.

m ¶*Perterriti.*]concor.2.q.7.quapropter.eo. tit.irrefragabili. de calum.c.2.de Iudæ.ad liberandam.

Etſi *ab Apoſtolicæ.*] Ponit duo dicta: Primò vnum in legatis ſedis Apoſtolicæ: Secundò, aliud in alijs collatoribus: ibi, *In alijs*.Imola.¶Præſupponendum eſt, ꝙ obtinens beneficium quantumcunque modicum, ſi impetrat aliud à Papa, & non facit mentionem de primo, ſua impetratio eſt ſurreptitia, & nulla ipſo iure: & hoc verum, niſi Papa ſuo proprio metu ei concederet beneficium, vt in c.ſi motu proprio. de pręb.lib.6. Casvs. Eſt aliquis Cardinalis legatus in Francia in ciuitate Pariſieñ. habens poteſtatem conferendi beneficia ex legatione generali, vel alias habens ad hoc ſpeciale mandatum, quia legatus concurrit cum quocunque ordinario, tamen inter ipſum & ordinarium eſt locus præuentioni: quia primus qui confert beneficium, dat ius illi cui confert: Ego impetraui beneficium à legato, & nullam feci mentionem de beneficio quod obtinebam: modo quæritur an mea impetratio ſit ſurreptitia, ac ſi eſſet impetrata à Papa? Reſpondetur quòd ſic. Sed quid ſi impetraui ab epiſcopo, & non feci mentionem de primo, vtrum impetratio cenſeatur ſurreptitia? Dicit, ꝙ non, niſi illud eſſet incompatibile cum primo: quia tunc primum ipſo iure vacaret.c.vnico.s̃.de offic.vic. & c. de multa. extra de præb. in antiqu.hoc dicit.H.R.¶ Colligo aliqua notabilia: Primò ꝙ legatus de latere, hoc eſt Cardinalis, ex legatione ſua generali poteſt conferre beneficia in prouincia ſibi decreta, durante tempore ſuæ legationis. No. quòd legatus non habet poteſtatem excluſiuè ſupra ordinarios, ſed accumulatiuè: quia concurrit cum alijs ordinarijs, & inter ipſos eſt locus præuentioni: hoc eſt, ſi legatus primò conferat, nunc collatio ordinarij eſt nulla: Si ordinarius primò cõferat, & legatus poſt, collatio legati eſt nulla. Not. iuncta gloſſ. ꝙ in legatione legati cauetur, quòd poſſit conferre beneficia: quia ſi eſt legatus, & non eſt Cardinalis, tunc non poteſt conferre beneficia, niſi ad hoc habeat ſpeciale mandatum. Quòd caueatur in commiſſione legati, ꝙ poſſit conferre beneficia, cauetur in c. 1.de offic. leg.in 6.No. ꝙ ſicut taciturnitas beneficij vitiat collationem Papæ, ita etiam vitiat collationem legati: non tamen vitiat collationem Epiſcopi, & aliorum ordinariorum. Et ſic eſt differentia inter legatos Papæ, & inter ordinarios: rationem aſſignat glo. pen. Nota caſum, in quo non ſufficit mentio gñalis, quod dic vt in gl.in verbo, ſpãlis. Zabar.

† Ob iſtam cauſam puniuntur rei in ipſo loco delicti.Sali. in Authen. ſi verò. C.đ adult.Font.

¶ *Prima gl. dicit quid declaret, & quid corrigat, & exponit.*

n ¶*Et ſi ab Apoſtolicæ.*]Breue eſt declarans decre.vlti.de offi.leg.lib.6.Et principale dictum corrigit, quod ibi no.Arch.qui dicebat idem in alijs ordinarijs, quod in legatis, qui etiam ſunt ordinarij: & approbat quod ibi not. Et exponas, etſi, pro quamuis.

o ¶*Legato.*]de latere: nam alij beneficia conferre non poſſunt.quod dic vt de offi.leg.c.1.lib.6.

p ¶*Facta.*]declarari debuiſſet (ꝙ procuraſſem ſi compilatoribus adhæſiſſem) an intelligeretur hoc de collatione facta etiam motu proprio legati, circa quod ſunt opiniones: mihi videtur ꝙ valeat. 4 Ioan.Mo.contra.in decre.vlt.de offic.leg.& Arch.in decre.ſi motu.de præben.lib.6.in prin.

4 Idẽ Cardinalis, & Io.Imola.

q ¶*Beneficium.*]quantumcunque modicum. de præb.ſi motũ proprio.lib.6.in prin.

r ¶*Specialis.*]In hoc approbat quod not. Archid.in prædict. decre. vlt. vbi dicebat ꝙ in tali collatione facienda erat mentio ſpecialis 5 beneficij: nec ſufficiebat generalis, qualis eſt illa de præbend.non poteſt.in fi.lib.6.& facit pro Hoſti.contra Compoſtellanum in his quæ ſcripſi de præſcrip.in noſtra.in fi. An verò etiam de qualitate curæ beneficij quod habet impetrans, facienda ſit mentio, dicam.ĩ.de præben.c.1.

5 Specialis id eſt, exꝑſa, Alex. in l. 1. poſt gl. ff.de of.eius cui manda. eſt iuriſd. & de materia gloſſæ vide Calde. in c. in noſtra.de reſcri.& Rotam deciſ. 105.& 282. in antiquis.

s ¶*Quibuſlibet* Si ergo metropolitanus, epiſcopus, archidiaconus, vel quiuis alius confert beneficium, in collatione non eſt facienda mentio prioris beneficij: ſed habeatur diſtinctio, an de iure communi poſſit vtrunque teneri, vel an ſit diſpenſatio neceſſaria, & cuius.

t ¶*Collationem.*]De electione, vel præſentatione non dubitabatur, pendent enim illa ex officio confirmatoris. s̃. eo.titu. cum vos.de elect.nihil eſt.

u ¶*Habentibus.*]iure proprio, vel deuoluto. Et licet de ordinarijs loquatur: quod patet ex titu. idem in delegatis ab eis.ad hoc verbum.s̃.quibuslibet.

x ¶*Nolumus.*] Sed quæ eſt ratio huius iuris diuerſi legatorum ad alios ordinarios? Sol. licet legati de latere per poteſtatem expreſſam in iure, & alij legati ex ſpeciali commiſſione quandoque beneficia conferant, faciunt hoc Apoſtolica auctoritate, nec ſunt collatores ordinarij: imo ꝑ factum ipſorum fit pręiudicium illis, ad quos collatio pertinet: ipſorum ergo collatio vt extraordinaria ſuper inducta, & collatorib.præiudicans eſt reſtringẽda: Ordinariorum verò collatio vt naturalis & fauorabilis amplianda. facit de.reſcri.ad hoc. de re iud.c. fi.de reg.iur.odia.lib.6.& eſt ſimilis differentia, de reſcrip. ſtatutum.lib.6.

y ¶*Obſeruari.*]licet ergo ĩterdũ nõ valeat collatio in caſu. s̃. eo.ordinarij.in fi.lib.6.hoc tñ non eſt ex vi ſuppreſſionis tñi.& vide quod dicam ĩ.de præb.ſi plures.in gl.ſi intelligas.

DE

DE PROCVRATORIBVS.

¶ *Viſum eſt ſupra de iudicibus, nunc videndum eſt de iudicijs, quæ exercentur per ipſos iudices: verùm quia perſonæ quandoque non poſſunt perſonaliter comparere, & conſtituunt alios procuratores: ideo præmittit rubricam de procuratoribus.*

TITVLVS X.
De procuratoribus.

¶Clemens v. in concilio Viennenſi.

¶*Qui ſciens ſine proteſtatione recipit inſtrumentum, vel literas ſuæ procurationis, quib. conſtituens pro ipſo cauebat, ſuper incluſis in procuratorio, dominum defendere cogitur. Ioan. And.*

CAP. I.

INſtrumento,[a] † vel literis,[b] quibus te aliquis in cauſis[c] ſuis procuratorem conſtituens, pro te debito modo[d] cauit,[e] ſimpliciter (nulla facta proteſtatione[f]) à te ſcienter,[g] receptis,[h] non potes poſteà recuſare defenſionem illius: imo cogi[i] poteris ipſum defendere in omnib.[k] cauſis,[l] & negotijs, ad quę prędicta inſtrumenta, ſeu literę ſe extendunt: Cum per hæc[m] ad omnia tuum præſtitiſſe videaris aſſenſum.[n]

¶Idem.

¶*Procurator habens mandatum*

INſtrumento.] ponitur dictum, & eius ratio: ibi, *Cum per hęc.* ¶Pręſupponendum eſt illud quod dicitur in l. ſi filiusfamilias. & in l. non cogendum. ff. de procu. videlicet, quòd procurator alcuius, nō poteſt cogi præciſè, vt defendat cauſam ſui domini: imo poteſt cauſam ſui domini deſerere, & dimittere: ſed tamen tenet domino ad intereſſe: hoc fallit in caſu huius capituli.

† Inſtrumento, ſcilicet manu publica debitè confecto, vt differat à ſcriptura alia, de qua ſequitur. Bonifacius de Vital.

Continuatio domini Heliæ.

CASVS. Ecce te citari coram iudice, noluiſti, vel non potuiſti perſonaliter comparere, & conſtituiſti procuratorem, & in procuratorio ſeu inſtrumento procurationis cauiſti de iudicato ſoluendo: nuntius tuus notificauit conſtitutionē tuam tuo procuratori: ipſe ꝓcurator certioratus per receptionem inſtrumenti procuratorij dicit ſe compariturum, tñ ſine proteſtatione: ſ. quia non dicit, ſuſcipio procuratorium, & poſtea dabo reſponſionem: ſed ſimpliciter dicit ꝙ ipſum defenderet; adueniente die aſſignationis poſt dationem mei libelli petij, vt procurator tuus reſponderet libello meo: dicit procurator ꝙ te non defenderet, ſed ꝙ acciperem defectum: imploraui officium iudicis, vt procuratorem compelleret ad reſpondendum libello: quia malo ꝙ cauſa accipiat bonum finem, quàm accipere defectum: Quæritur vtrum procurator poſſit compelli? Dicit Romanus Pontifex ꝙ ſic: quia ſecūdm leges ſi procurator præſens fuerit conſtitutus, ipſe compellitur ipſum defendere, ita etiam ſi fuerit abſens, vt hic. ¶Colligo aliqua notabilia iuncta glo. Primò ꝙ procurator poteſt conſtitui per literas priuatas ſignatas ſigno manuali domini conſtituentis, dum tamen fuerit probatum ſignum: & ſic eſt caſus, in quo priuata litera facit fidem. Not. ꝙ procurator rei quantuncunque conſtet de procuratorio, tenetur cauere, id eſt cautionem dare de iudicato ſoluendo, quæ cautio continet tres clauſulas: Primò ꝙ defendet dominum vſque ad finem: ſecundò, ꝙ dolum non committet: Tertiò, ꝙ ſoluet id, in quo reus erit condemnatus: Secus de procuratore actoris, qui non præſtat iſtam cautionem. niſi quando eſt dubium de procuratorio. l. 1. C. eo. Et dicitur eſſe dubium de procuratorio, quando ipſum procuratorium eſt ſuſpectum: quia dubitatur vtrum notarius ſcripſerit, vel non. Non autem dicitur dubium ꝙ omnino reprobetur, & perinde eſſet ac ſi nullum eſſet reprobatum: & tunc qn̄ procuratorium eſt dubium, procurator debet cauere de rato. Nota caſum, in quo procurator rei præciſè compellitur ad defendendum dominum ſuū. Not. ꝙ poteſt procurator conſtitui ad plures cauſas per verbum, *In cauſis:* ſic etiam ad vnam, vt hic in glo. 3. Item Zenzel. Nota quòd paria ſunt non facere, vel non debito modo facere: ibi, *Debito modo.* quod dic vt in glo 4. & idem Paulus. pro hoc quod not. ſ. eod. c. 1. & c. mandato. Zabar.

¶*Prima glo. ſummat, & diuidit.*

a ¶*Inſtrumento.*] Caſus. Qui ſciens ſine proteſtatione recipit inſtrumentum, vel literas ſuæ procurationis, quibus conſtituens pro ipſo cauebat ſuper incluſis in procuratorio, dominum defendere cogitur. Ponitur dictum, & eius ratio: ibi, *Cum per hoc.*

b ¶*Vel literis.*] per quas etiam conſtituitur procurator. ff. e. l. 1. in prin. ſ. eo. ex inſinuatione. de cenſi. ſopitæ. & eſt caſus quo litera, & ſigillum priuati facit fidem. ff. eo. tit. ſi procuratorem. vbi de hoc.

c ¶ *Cauſis.*] Ad vnam enim, & ad plures, & ad omnes dari poteſt, ff. eo. l. 1. & 3. & ſ. eod. is qui. lib. 6.

d ¶ *Debito modo.*] An ſit idonea cautio cum promittit dominus ratum habere quod legitimè fecerit procurator, ſatis ſcripſi de dila. cap. fina. & huic literæ concor. l. ff. qui ſatiſda. cog. quotiens. quod enim vitioſè cautum, vel ſatiſdatum eſt, non videtur cautum.

e ¶*Cauit.*] de iudicato ſoluendo. loquitur enim hic de procuratore rei, vt j. patet per verbum, defenſionem. ad idem ff. eo. filius. §. fi. & de hac cautione not. ſ. eod. mandato. Io. And.

¶*Glo. ſeq. ponit duas lecturas, & contrarium ſoluit.*

f ¶ *Proteſtatione.*] Poteſt intelligi de generali, & ſpeciali proteſtatione. de prima, puta quia proteſtatur ꝙ recipiendo inſtrumentum procuratorium, vel literas, non intendit ſe obligare mandato, ſed ſe velle deliberare. facit de reſti. ſpo. olim. 3. De ſecunda, vt quia de certa cauſa incluſa in procuratorio proteſtatur, ꝙ illam, vel illius mandatum ſuſcipere non intendit: & ſic proteſtatio iuuat: quia nec primo, nec ſecundo caſu eſt contraria facto. bene enim compatiuntur ſe inſtrumentum recipere, & deliberare velle. Item recipere & acceptare mandatum in quibuſdam, & in alijs 1 non: vbi verò proteſtatio, & factum ſe non compatiuntur, proteſtatio non iuuat. de hoc. ſ. de conſti. cum M. cum ſuis concor.

Cauere nō ſufficit habere ratū, quod legitimè fit per procuratorem.

1 Scilicet ſeparatis. idem in ratificante Alexander. & Aret. in l. 4. §. Cato. ff. de verb. ob. vbi Romanus num. 6. fortaſſis incautè dicit dn̄m non poſſe reuocare quo ad quædam: qa imo poteſt pro parte reuocare in ſeparatis: ſed tunc procurator poteſt totum negotium relinquere ſignificando dn̄o niſi dn̄s ex iuſta cauſa variaret.

¶ *Gloſſa ſequens not. à contrario, & illud probat: addit ſecundum, inducens duo ſimilia.*

g ¶ *Scienter.*] Requiritur ſcientia: ſecus ergo ſi ignoraret quid contineretur in inſtrumento, vel literis. ignorans autem, vel errans non conſentit. 38. diſt. quamuis. de pręben. ſi de beneficio. lib. 6. de iuriſ. om. iu. ſi per errorem. ſicut nec contemnit. de excep. Apoſtolicæ. de ſenten. excom. ſi verò aliquis. de conſti. c. 2. li. 6. Requiritur etiam ꝙ ſponte receperit, quia officium eſt voluntarium. C. eo. l. inuitus. ſic alibi requiruntur hæc duo coniunctim. de regul. conſtitutione, in ſi. lib. 6. & in confeſſione. de hoc ſ. de confeſ. c. fi. lib. 6.

h ¶*Receptis.*] etiam ſi prius recuſauerat, & re integra pœnituit, & recepit. ſ. eo. licet. lib. 6. Poſt hanc autem receptionem competit huic exercitium officij, ſicut de iudice dicitur. de appel. ſuper eo. 2. facit eod. tit. is qui. lib. 6. 4. q. 5. c. vnico, & qđ not. de cle. excom. mi. c. penul.

¶ *Gloſſa ſequens ponit regulam, & quatuor caſus, quibus fallit: obiectionem ſoluit, & vnum caſum excipit.*

i ¶*Cogi.*] præciſè. Licet enim regulariter procurator ſpecialis, vel generalis non cogatur præciſè dominum defendere, etiam ſi ſatiſdedit de iudicato ſoluendo, & de domino defendendo. ff. eo. l. mutus. §. vlt. & l. ſeq. ſed ſatis eſt ſtipulationem committi. ff. eo. non cogendum. & eum teneri domino ad intereſſe inſti. man. §. mandatum. tamen in caſibus cogitur: ſ. cū dominus ſatiſdedit pro procuratore præſente, & non contradicente. ff. e. filius. §. fi. vbi de hoc. & in l. ſed & hæ. §. pen. & hoc ne fallat fidem domino & aduerſario. & idem ſi pro abſente, & poſtea procurator expreſsè vel tacite ratum habet. ff. eo. ſi defunctus. 1. reſpon. & circa hoc verſatur decreta. iſta. Eſt & alius caſus quando agit: cogitur enim defendere, aliàs denegatur actio. ff. eo. l. mutus. §. pœna. Alius caſus eſt in actione peritura, vt cogatur ſaltem litem conteſtari. ff. eo. ſed etiam ex his. & l. mutus. §. ſi. 2 Et per hoc ſoluitur ꝙ obijci poſſet procuratorem etiam poſt ſuſceptum mandatum re integra pęnitere priuſquam interſit aduerſarij. inſtitut. man. §. mandatum. quia illud verum in procuratore, pro quo conſtituens non cauit, ſecus in illo, ꝓ quo cauit, de quo hic loquimur. Quod autem dicit hæc litera talem procuratorem cogi, verum intelligas niſi dicta cauſa procuratorem excuſaret, vt prædicta l. filius, §. fi. cum l. ſeq. ex quib. patent exempla, nam ex illis etiam dominus eum reuocaret poſt litem conteſtatam. ſupra eod. c. 2. lib. 6.

2 Hic ſunt caſus in quibus quis p̄ciſe compellitur ad factum. cōtra regulā, qua cauetur, ꝙ quis ad factū præciſe non compellitur, ſed ſufficit ꝙ ſuccedat obligatio: & quo plenè p Barto. in l. ſtipulationes nō diuiduntur. §. Celſus. ff. de verb. ob. Pet.

k ¶ *In omnib.*] tacita ergo acceptatio vniuerſalis eſt ad oīa etiam futura, ſi ſint incluſa, quod eſſe poteſt. ſ. eo. non iniuſtè.

l ¶*Cauſis & negotijs.*] quid iſta ſint, habetur de verbo. ſign. forus.

m ¶*Cum per hæc.*] ſcilicet ꝙ procuratorium, vel literas ſine proteſtatione recepiſti.

¶ *Gloſſa ſequens ſignat contrarium, & ſoluit.*

n ¶*Aſſenſum.*] contra procurator non datur inuitus. C. eo. l. inuitus & quod dicit l. 1. ff. eo. ad fi. ꝙ officium iſtud eſt neceſſarium,

ſarium,ſumitur ibi neceſſarium pro vtili, vel expedienti; interdum tñ etiam eſt neceſſarium ex parte conſtituentis. s̃. de elect.cupientes.§.ꝙ ſi.de ſta.reg.c.vnico.§.epiſcopus.lib.6.C. eo.tit.l.penul.ſed ex parte conſtituti non: quia etiam dr̃ inuitus,non ſolum cum contradicit,ſed etiam ſi non conſentit. ff. e.l.filius.§.inuitus. Sol. §.ille determinatur per hanc decre. Verum eſt enim quòd conſtitutus ſimpliciter tacens, non habetur pro conſentiente,vt ibi,ſed qui nõ ſimpliciter tacet, ſed agit recipiendo ſimpliciter chartam procuratorij,iſte cõſentit, vt hic: quod ergo dicit l. 1. in fi.& l.2. ff. eo.ꝙ abſens conſtituitur procurator, dummodo ratum habeat, determinatur per hanc decre. vt ratum cenſeatur habere ſimpliciter recipiendo chartam procuratorij. Multos caſus, quibus quis ipſo facto agit, vel conſentit, vide not. 11. q. 3. æſtimant. de appel.dilecti 2. de offic. deleg. cum ſuper.& facit de hære. accuſatus §.ille. lib.6. Ioan. And.

† Idem & multo magis ſi ad alterum tantum: cũ tũc procuratoris minor eſſet poteſtas.

Procurator habens mandatum iurandi, & omnia faciendi quæ requirunt ſpeciale mandatum, contra electum, vel prouiſum opponere non poteſt crimina, vel defectus. Io. And.

CAP. II.

NOn poteſt [a] procurator ad agendum, vel defendendum,† iurandumq; [b] de calumnia,& veritate dicenda,& generaliter ad omnia alia,quæ ſpeciale mandatum exigunt, conſtitutus (niſi aliud ſuper [c] hoc in mandatis [d] habeat [e]) opponere in perſonam [f] electi,[g] ſeu eius,cui eſt prouiſio facienda, vel facta, crimina, † vel defectus: Cum ſub generalitate tali, grauiora [h] non

NOn poteſt] Ponit dictum,& eius rationem:ibi, *Cum ſub.* ¶Præſupponendum eſt illud quod habetur in c. qui ad agendum.eo. tit. in 6. vbi dicitur, ꝙ ſi quis fuerit conſtitutus procurator ad omnes cauſas,& fiat ſpecificatio aliquorum requirentium ſpeciale mandatum,& ipſis aliquibus expreſſis ponatur clauſula generalis: & generaliter ad faciendum omnia alia & ſimilia,quæ ipſe conſtituens faceret,ſi præſens eſſet: talis procurator admittitur ad alia ſpecialia, licet de ipſis non fuerit mentio facta in procuratorio.

CASVS. Cum quidam Titius electus fuiſſet in epiſcopum Pictauen.vel forte ſibi fuiſſet prouiſum iure deuoluto per archiepiſcopum Burdegaleñ.ego volens impedire confirmationem,vel cõſecrationem ipſius me oppoſui, & conſtitui procuratorem ſpecialiter ad petendũ reſtitutionem in integrum cum clauſula generali:& generaliter ad faciendum & exercẽdum omnia alia & ſimilia,quæ ipſe ego conſtituens facerem, ſi præſens eſſem: procurator meus voluit obijcere aliqua crimina,vel defectus contra ipſum Titium electum, forte quia homicida,vel irregularis,vel illegitimus: oppoſitum fuit procuratori meo ex parte Titij electi, ꝙ ipſe non habebat ſufficiens mandatum ad opponendum iſta crimina, vel defectus: quæritur quid iuris? Reſpondet Romanus Pontifex, ꝙ licet procurator meus conſtitutus ſit generaliter aliquibus ſpecialiter expreſſis,puta iurandi de calumnia, vel petendi reſtitutionem,& poſtea ſuppoſita clauſula generali, tamen ille procurator non admittitur ad opponendum defectus,vel crimina,niſi nominatim illud caueatur in procuratorio: Ratio decidendi† eſt in c.qui ad agendum.in 6.hoc dicit H.R. Not.ꝙ in cauſis ciuilibus iuratur de calumnia, & in criminalibus iuratur de veritate dicenda.Not.ꝙ ad iurandum de calumnia, & veritate dicenda,requiritur mandatum ſpeciale. cap. fin. de iuramento calumniæ,in 6.Not.ꝙ iſtud cap.limitat cap.qui ad agendum.eo. tit. in 6. quia illud c. intelligitur quando paria, vel æqualia,& non maiora opponuntur,quam fuerint illa ſpecialiter expreſſa in procuratorio:ſecus ſi maiora,vel grauiora, vt in fi.huius c. Not. ꝙ procurator vt ſit idoneus, debet dari non tantum ad agendum, ſed etiam ad defendẽdum. pro hoc eo.tit.accedens.vbi de hoc.Not.ex hoc c. ꝙ verborum ſubſequentium generalitas reſtringitur ad ea,quæ ſunt ſimilia præcedentibus.Zenzelinus pro hoc iura allegat in gl. fin. in prin. Zabarel.

† Imo dubitandi.

¶*Prima gl.ſummat,diuidit,& dicit quod determinat.*

a ¶*Non poteſt.*]Caſus.Procurator habens mandatum iurandi,& omnia faciendi,quæ requirunt ſpeciale mandatum contra electum,vel prouiſum, opponere non poteſt crimina, vel defectus;ponit dictum & eius rationem:ibi, *Cum ſub.* Determinat quod not.Inno.de accuſ.ſuper his.in fine.& Compoſt. de elect.c.1.lib.6.in gl.quæritur quis procur. & Pet.de Samp. & Archid.ibi.& Guli.in Spec.de procu.§. 1. ver. ſed nunquid media.vt j.declarabitur.Expreſſius autem fuerat hæc quæſtio diſputata per recolendæ memoriæ dominum Ioan.de monte Murulo,vt in mercuria.eod.tit.ſub litera G.

b ¶*Iurandumque*]hoc verbum cum clauſula,quæ ſequitur, inducebat dubium per decre.qui ad agendum.s̃. eo. lib. 6.vbi habes, quòd ſi in procuratorio exprimatur aliquid requirens mandatum ſpeciale, generali clauſula ſubmiſſa, illius virtute poterit non expreſſa. iſta verò iuramenta requirunt ſpeciale mandatum.de iura.calum.c.fi.lib.6.

c ¶*Super hoc.*] quod ſequitur de oppoſitione criminum, & defectuum.

¶*Gloſſa ſequens ſoluit dubium,ex quo infert differentiam.*

d ¶*In mandatis.*]quia ſ.habet mandatum opponendi crimina,& defectus contra illum:nec eſt neceſſe ꝙ crimina, vel defectus ſpecificentur in procuratorio, vt not. Compoſt.in gl.præc.& ibi per Archid.& Ioan. Mo.in quæſt.prædict.& Guli.in præd.§.ver.ſed nunquid ſufficit. Et in hoc differt procurator ſolum excipiẽs, vel opponens, ab appellante: ille enim habere debet crimina & circunſtantias ſpecificatas in ꝓcuratorio.s̃.de elect.procurator.lib.6.

† Crimina ītellige magna vel parua,dũ tamẽ talia ſint, q̃ probata repellerẽt electum à beneficio, de quo agatur, iuxta. c.1.de elect.li.6.& Clement. conſtitutionem. ſupra de elect.Bonifacius.

e ¶*Habeat.*]tenet Compoſt.in fi. gl. quam allegaui in 1.gl. & Guli.in prædi.§.ſed quid ſi procuratorium. ꝙ non eſt ſatis de hoc caſu procuratorium factum eſſe, niſi per procuratorem ſit receptum,& officium ſuſceptum. facit s̃.eo.c.prox.& quod ibi dixi ſuper verbo,receptis.

¶*Gloſſa ſequens ſoluit dubium.*

f ¶*In perſonam.*]in formam ergo poſſet,vel in perſonas eligentium,vel prouidentium,iudicum,teſtium,& his ſimilium: nam tales etiam ex probatione non puniuntur. de ord.cog.c. 2.& Guli.hoc tenet in ver.alleg.in 1.gl.in fin.Sit etiam ratio, quia exceptio illos principaliter non contingit.

¶*Gloſſa ſequens primò ſoluit duo dubia: ſecundò not. contra opinionem & diſtinguit, & alteri membro coaptat rationes Inn.ex quibus infert quod reprobat.*

g ¶*Electi.*] vel eligendi ex quo contra certam perſonam. de elect.qui contra certam.lib.6.ad hoc ver.facienda, quod ſequitur.& idem dic de poſtulato.de elect.c.1.in prin. lib. 6. Et 1 not.ꝙ iſta litera non diſtinguit an cauſa iſtius electi ſit in curia per appellationem necne,& videtur tolli,quod not. Compoſt.in gl.præ.& Guli.in Specul.in præc.§.ver.ſed quid ſi cauſa.qui dicebant pœnam decre.1 de elect.lib.6.non habere locum,niſi cum cauſa eſt in curia per appellationem. Si ergo eſſet coram metropolitano,vel alio ordinario, vel in curia aliter quàm per appellationem, dicebant non eſſe locum pœnæ, per conſequens generale procuratorium ſufficere propter rationem,quam ſtatim dicam. Sed hoc dictum videtur hic tolli,quare poſſet dici,ꝙ licet decret.1.de elect.lib.6. quo ad deuolutionem negotij,& citationem partium locum ſolum habeat in appellationibus interiectis ad Papam, & ſic intelligatur quod ibi not. quo ad pœnam opponentium, locum habeat etiam in appellationibus interiectis ad alios, vel etiam ſi non fuerit appellatum, quod forte fuit de mente. Facit de elect.vt circa.in fi.& c.ſi forte.lib.6. & ſi ſic intelligamus rationes,quas inducebat Inno.in prædi.decret.ſuper his.bene adaptabuntur huic caſui ſic generaliter poſito: dicebat enim ꝙ quia per obiectiones criminum,de quibus hic loquimur, diminuebatur ſtatus opponentis ex eo quòd in probatione deficiens ſuſpenſus erat ab eccleſiaſticis beneficijs per triennium, per conſtitutionem prædictam. & ſi ſe interim diuinis ingereret,perpetuo erit priuatus.ergo hic procurator,per quẽ ſtatus diminui poterat.ff.de va.& extraor.co.l.pe. ſine ſpeciali mandato non poterat opponere, alleg. ff. de mino.l.illud.de procu.non ſolum §.fi.& licet primo gradu pęna ſit temporalis,nihilominus diminutionem ſtatus continet: nam & relegatio & damnatio in opus publicum ſunt temporales, & tamen diminutionem ſtatus continent,ff. de pœnis. l. quidam. & ſic reſpondebat ad leges. ff. pro ſocio. actione.§.renunciare.ff.de iniur.ſed ſi vnius.§.procuratorem. Quia diſſoluere ſocietatem, vel agere iniuriarum actione, dato quòd ſuccumbat, non continet diminutionem ſtatus, & ideo non requiritur expreſſum hoc in illo qui habet omnium adminiſtrationem: hanc tamen rationem textus infra non exprimit,niſi dicas maioritatem,vel grauitatem ex prædictis conſiderari, quod ſatis videretur,vt ſtatim dicam.Sed cum prædicta pœna ſit hodie reſtricta ad beneficia ipſius eccleſiæ. de elect.ſi compromiſſarius.lib.6.in fi.ſi conſtituens non habet ibi beneficia, ceſſat ratio: ergo ſufficiat generale. ſed puto contrarium per ibi no.in vlt.gl.& per decret.per inquiſitionem.de elect.

1 Nota bene hanc gl. ex qua inter alia habes intellectum c.1.de elect.lib.6. & nõ eſt alibi hæc gloſ. Io.Imola.

Pęna etiam temporalis diminutionem ſtatus continet.

¶*Glo.ſeq.alleg.vnam concor.ponit dictum, de quo remittit,& ſoluit obſtaculum.*

h ¶*Grauiora.*]concordat quo ad reſcripta. s̃. de reſcri.ſedes. quod tamen regulariter etiam in procuratoribus locum non habet, vt ibi ſcripſi ſuper 3. gloſſ. nec obſtat hæc litera, per

quam

quam prima facie videretur (quod non puto de mente) ꝙ ſi in procuratorio expreſſit cauſam ſidei epiſcopalem, vel ſimilem, generalitas tunc comprehendet hunc caſum. Sunt enim cauſæ maiores, mediæ, & minores 1 de quibus ſcripſi poſt Hoſ. de cri. falſi. c. fi. Sed ſi diligenter attendas, litera non dicit, quòd generalitas adiecta in procuratorio expreſſioni cauſæ, non includat maiores cauſas: nam & illa generalitas ſine expreſſione includeret: vt ſi nulla cauſa expreſſa conſtitui te procuratorem ad omnes cauſas meas. ff. cod. l. 1. ſed dicit quòd generalitas adiecta in ꝓcuratorio cauſæ, quæ requirit ſpeciale mandatum, non includit grauiora. Et ſatis puto ꝙ grauiora intellexerit per modũ, de quo prædixi. Item ſunt iſta odioſa intantum ꝙ eccleſia excluſa per peremptorium non reſtituitur ad iſta proponenda, ſecundum Compoſtel. qui hoc not. de elect. quòd ſicut. & Guli. in Specu. parte 2. de reſt. in integ. §. 2. ver. ſed pone, eccleſia.

1 Not. hic Laur. quatuor eſſe genera cauſarum: quædã maximæ, vt cauſa fidei. de baptiſ. c. maiores. q̃dam maiores, ſicut epiſcoporum & maioris dignitatis. de elect. q̃uis. lib. 6. q̃dam mediæ, vt cauſæ beneficiales & ſpirituales. de cri. fal. c. fi. vbi plenè ꝑ Hoſtien. Et q̃dam inferiores, vt ciuiles, & pecuniariæ. Petrus de Anchara.

veniant, vel maiora, [a] quàm in ipſo procuratorio ſint expreſſa.

¶ Idem.

¶ *Religioſus etiam pro conreligioſo, niſi pro conſorte eiuſdem litis, non poteſt procurator conſtitui ſine licentia ſuperioris, nec etiam alium conſtituere, nec ſubſtituere, licet hoc habeat in mandatis. Io. And.*

CAP. III.

Religioſus [b] procurator, etſi per alium [c] religioſum ſui, vel alterius monaſterij fuerit conſtitutus, ſicut non poteſt ſine ſui ſuperioris licentia [d] procurationis † officium ſuſcipere, [e] niſi pro ſuo in eadem lite conſorte: [f] ita non poteſt alium procuratorem conſtituere, [g] ſeu ſubſtituere, [h] etiam ſi per cõſtituentem hoc ſibi expreſsè [i] fuerit commiſſum. [k]

† Aliàs ꝓcuratoris.

¶ *Gl. ſeq. allegat 4. concor. obijcit, & ſoluit.*

3 Hic notat Imo. exorbitantia extē di ex identitate rōnis. ſi. gl. in cle. auditor. de reſcri. Font.

g ¶*Eccleſiaſticis.*] In ſecularibus ergo nil eſt mutatum, quāuis in eccleſiaſtico foro tractentur.

¶*Gl. ſeq. primò ſoluit dubium de decima ſingulari: ſecundò quærit de Papali. & ſoluit per tres rationes: tertiò quærit de iure percipiendi, & ſoluit tollens duo obſtantia.*

h ¶*Decimis.*] intelligo communibus, & quæ iure diuino debentur, quod probat ſequens litera. ergo ſi debebātur ex pacto, pollicitatione, vel voto, non erit locus huic conſtitutioni. & facit qđ no. ſ. de deci. tua 2. in fi. 1. glo. Quid de decima Papali, de qua. ȷ. de deci. ſi beneficiorum. ſi inter illum cui Papa conceſſit & clericum ſit quæſtio, eritnē locus huic conſtitutioni? puto ꝙ nō fuerit hoc de mente nec ſemper eſt illa decima, ſed quandoque viceſima, vel alia quota. de vot. c. ſi. Et iſta conſtitutio iura corrigens & exorbitans non eſt ampliãda vel habilitanda. de reg. iur. quæ à iure. lib. 6. Sed quid ſi nō eſt quæſtio cū debitore decimæ, ſed inter duas eccleſias ſuper iure percipiendi? tunc puto locum eſſe conſtitutioni ꝑ hanc literam, & literam quæ ſequitur, & eas quoquomodo, & c. Nec obſtat litera quæ ſequitur, quæ non eſt determinatio huius caſus, vel reſtrictio, ſed interpoſitio: quod probatur ex eo qđ dicit, ad quarū etiam, & c. Non ob. quod dixi ſup ver. beneficijs: quia cā ſuper proprietate decimarū ſit decimalis.

Decimæ Papalis quæſtio an debeat tractari de plano.

i ¶*Præſtationem.*] integram, & ſine deductione ſeminis, vel ſumptuum quo ad prædiales. de deci. cum ſint homines. & c. non eſt. & c. tua. 2. Qđ ad perſonales dic vt eo. tit. paſtoralis.

k ¶*Tenentur.*] Quilibet 4 autem laicus tenetur qui ſe non oſtendit immunem ſ. de deci. à nobis. De clericis dic vt eo. tit. nouum. De religioſis dic vt ſ. eod. tit. ex parte. 1. & contra quoſcunque ex his agatur, locum habet conſtitutio: & contra religioſos aſſerentes ſaltem decimam integrā in præcepto non eſſe, emanauit conſtitutio. ȷ. de pœnis. cupientes.

4 Vide B. Thomā 2. 2. q. 87. art. 1. & ſeq.

¶*Glo. ſeq. alleg. tres concor. & ponit quorundam obſeruantiā.*

l ¶*Præmoniti.*] ſ. de deci. peruenit. ȷ. de ſenten. excom. ſacro. & c. conſtitutionem. lib. 6. Multi ſeruant & videtur expediens eccleſijs, quòd faciant monitionem generalem fulminantem excommunicationis ſententiam in non ſoluentibus decimas fructuum prædiorum, quæ habent in parochia, & poſtea non ſoluentes petit eccleſia denuntiari. facit de iureiur. ad noſtram. 2. & coaptant eam præcedenti culpæ, moræ, vel offenſæ, vt ſatisfiat decre. Romana. §. caueant. de ſen. excō. lib. 6.

m ¶*Coërceri.*] Appellatione remota, de deci. tua 2. in fi. quod intellige vt ibi ſcripſi, & contra pertinaces 5 inuocari poteſt brachium ſeculare. de homici. poſtulaſti.

5 Lāfr. dicit ꝙ alias non vocabit ſeculare brachium. Fon.

¶*Gl. ſe. primò diſtinguit an de fœdere matrimonij agatur, an de adulterio, primum multipliciter exemplificans & oſtendens in quo corrigitur ius vetus. Secundò quærit de ſponſalibus. Tertiò quærit de cauſa matrimoniali, quæ ſuccedit cauſa ſucceſſionis.*

n ¶*Matrimonijs.*] Si quæratur de fœdere, non eſt dubium, ſiue agatur ad impediendum, ſiue ad dirimendum, ſiue ad declarandum, vt quia vendicatur coniunx negans contractum. Quod autem de dirimendo dixi, intelligo ſiue petatur dirimi matrimonium, quod à principio non tenuit, vt contractum inter infideles, inter quos erat impedimentum dirimens: ſiue quod à principio tenuit, dirimi petatur propter creatoris, con tumeliam ſuperuenientem in caſibus de diuor. quanto. & c. gaudemus. Hoc autem caſu quando de fœdere quæritur per vetera iura, procedi non poterat lite non conteſtata, niſi parte contumace, vt lit. non conteſt. accedens 2. & cap. quoniam. hodie ſecus, vt hic. Quid ſi agatur de crimine adulterij ad ſeparationem thori? Videtur per decre. 1. ſ. vt lit. non conteſt. quòd conſtitutio locum non habeat: nam vt ibi patet, proceſſus qui per iura vetera fieri poterat, parte contumace in cauſa matrimoniali fieri non poteſt eo caſu. Quid ſi agatur de ſponſalibus? certum eſt quòd iſta ſunt diuerſa, vt patet in rubrica, de ſponſalibus & matrimonijs: tamen per literam ſequentem videretur conſtitutio locum habere, 6 quaſi ſpōſaliorum cā ſit de tangentibus. Quid ſi ſit quæſtio ſucceſſionis & natalium, in qua incidit cauſa matrimonialis in principali? Non habebit locum conſtitutio, ſi tamen incidens matrimonialis quæſtio defertur ad iudicem eccleſiaſticū, 7 poteſt locum habere conſtitutio: nam etiam per iura vetera, ſecundum Inno. & Hoſtien. non erat tunc neceſſe libellum fieri, vt ſcripſi. qui filij ſint legi. lator.

6 Scito ꝙ conſtitutio odioſa de mr̄imonijs loquens, nō comprehēdit ſponſalia. gl. in cle. 1. de cōſan. & affi. Font.

7 Imola dat hic regul. ꝙ qō incidens diuerſæ naturæ à principali, nunq̄ tractatur coram eodē, niſi competens ſit in vtraque quæſtione. Fon.

¶*Gl. ſe. exemplific. & duo dubia ſoluit: ſecundò tractat quid de ſeculari foro.*

o ¶*Vſuris.*] Cum repetuntur, vel petitur vt illas compenſet vſurarius, vel ipſius hæres. Nec impediet hunc procedendi modum, ſi dicat reus quòd caſus eſt quo compenſare non tenetur: pone exemplum de vſur. ſalubriter. & capitu. conqueſtus. Satis eſt enim, quòd forma petitionis concludit cauſam vſurariam, 8 & facit quod ſcripſi poſt Innoc. & Hoſtien. de foro competente cum ſit. Non ſic fortè ſi creditor petit debitum, & debitor excipit illud vſurarium: nam hic principalis cauſa non eſt ſuper vſura: imo ſuper credito, vel alio contractu ex quo agitur, nec conſtitutio iſta manauit in fauorem, ſed in odium vſurariorum. Et vide quod ſcripſi de fideiuſ. conſtitutus. ſuper verbo, calumniæ. vbi vero debitor non ſimpliciter exciperet, ſed peteret pronuntiari contractum factum in fraudem vſurarum, tunc procedit conſtitutio. Et aduerte: quia ſi opinio Hug. & Lau. & quæ placet Archidia. 14. quæſtio 4. quid dicam. & Gof. de foro competen. cum ſit. eſſet vera, ſcilicet quòd vſuræ poſſint peti contra laicum in ſeculari foro, decreta. tamen iſta non haberet locum in illo foro: non enim poteſt nec intendit Papa iudiciarium ordinem tollere, niſi quo ad ſuum forum. facit quod not. de arbit. cap. 2. lib. 6. & eo. lib. de regu. iur. cap. 2. decre. tamen ad noſtram. 2. de iureiurand. quæ ad prædictam opinionem inducitur, non facit: quia illa non ſunt ibi verba Papæ, ſed partis iurantis, & ſic non ponunt ius nouum. Et contra illam facit quod no. eod. titu. ex literis. in vlt. glo. & in prędicta decre. cum ſit. de offic. ordin. cap. 1. & 11. q. 1. in ſumma. & 6. q. 2. c. 1. & hæc decret. quæ tribus tantùm eccleſiaſticis cauſis hanc admiſcet. Ad id quod dicitur, quòd legem etiam in his eccleſiaſticis pœnam imponunt: reſpondet per decre. de hæret. vt inquiſitione. §. pe. & c. ſeq. in fi. lib. 6.

8 Nota hic ad cognoſcendā qualitatem cāæ inſpici concluſionē libelli. Fon.

a ¶*Tangentibus.*]cauſas electionum & promiſſionum tangeret cum quæreretur ad quem pertineret electio, vel prouiſio; cauſas vſurarum, cum peteretur relaxari iuramentum de illis ſoluendis.de iureiur.c.1.

b ¶*Valeat.*] non dicit debeat. 1 per quod patet, quòd poteſt iudex etiam contradicentibus partibus ſeruare iudiciarium ordinem in cauſis prædictis.ff.de iudi. nō quicquid.de offi. dele. conſuluit. non ſic in illis, in quibus procedi debet, vt patet. j̃. de ver. ſig. ſæpe contingit. in fi.per quod conſulo, ꝙ in caſibus, in quibus dubitatur, an conſtitutio iſta locum habeat, de quibus.s̃.not. & ſimilibus, iudex ad omne dubium tollendum ſeruet ordinē iudiciariū.

1 Quia tunc neceſſitaretur. vide gl. in c. attendentes. de ſtat. mona. Imo. Fon.

quo modo tangentibus [a] vētilādis,procedi valeat [b] decætero ſimpliciter, & de plano, ac ſine ſtrepitu iudicij,& figura [c]. Volentes nō ſolum ad futura negotia, ſed ad præſentia [d], & adhuc etiam per appellationem pendentia [e] hoc extendi.

TITVLVS II.

De foro competenti.

c ¶*Et figura.*] Quid importent hæc verba,determinat prædicta conſtitutio,ſæpe.j̃.de verb.ſig. quæ ſummè fuit neceſſaria propter iſtam,vt ibi no.in 1.glo.

d ¶*Præſentia.*]concor.de of. leg.c. pen.in fi.lib. 6. ad idem. C.de ſac.ſan.eccl.ſancimus.1. & 2.& l. vlt.in fi.C. de tranſac. l.vlt.in prin.

¶*Gl.ſeq. notat differentiam ex qua conſilium infert.*

e ¶*Pendentia.*]Cōcor.j̃.de ſeq.poſ.c.1.de ꝓba.c.1.de re iud. c.1.de ſen. excom.c.1.in fi. Fuit aūt hoc dictum de pēdentib. per appellationem : quia quo ad illa non ſufficeret verbum, præſentia.per id quod no.in prædicta.l.ſancimus. in fin.& ꝓpter ea quæ no.s̃.de elect.licet canon.& quæ no.Compoſt.de conſtit. cognoſcentes. quæ quaſi ad literam ponit Guli.in Spec.de appel.§. de officio.ver. ſed quid ſi dum cauſa. Dato tamen quòd hæc verba non fuiſſent expreſſa: quia tamen conſtitutio iſta dat modum procedendi tantum, de ſui natura reſpiciebat pendentia quo ad facienda,vt no. in prædi. decre.licet canon.

DE FORO COMPETENTI.

¶*Viſum eſt ſuprà de iudicijs: verum quia conuenti in iudicio quandoque excipiunt de incompetentia fori & dubitaret aliquis quid eſſet forum competens:ideo,&c.*

Continuatio domini Heliæ.

Q*Vamuis.*]¶Præſupponendum eſt illud quod dicitur in c. epiſcopum. 9.q.2. & in duobus c.ſeq. & illud quod habebatur 7.q.1.c.placuit. & in duobus c. ſeq. & illud quod habetur in l. extra territorium.ff.de iuriſd.om.iudi.videlicet, quòd iudex qui habet territorium limitatum poteſt ſedere in quacunque parte ſui territorij,debet tamen ſeruare limites maiorum ſuorum: hoc eſt,debet ſedere vbi ſui maiores conſueuerunt ſedere : extra territorium eſt priuatus iuriſdictione, niſi inter ſubditos volentes,& iudice illius territorij conſentiente:& tunc fit prorogatio de loco ad locum.

Casvs.Aliquis dominus ſecularis, puta dux,comes, baro, miles,concepit odium contra epiſcopum Niuerñ.vt vidimus à temporibus retroactis,& illum expulit à ſuo epiſcopatu: ita quòd non auderet intrare epiſcopatum : etiam iſtud extitit practicatum in ep̄o Engolimeñ. modo quæritur, vtrum epiſcopus poſſit exercere iuriſdictionem in diœceſi,in qua eſt vt exul & expulſus à ſua,contra expulſores,i.contra illos, qui illum expulerunt?Item contra fautores & cōſiliarios ipſius comitis,ducis,vel baronis expellentes ipſum epiſcopum?Rñdet Romanus Pontifex quòd ſic: dummodo petat licentiam ab epiſcopo in cuius diœceſi eſt: & quamuis ēt licentiam non obtinuerit ab eo,poterit ſuam iuriſdōnem exercere. Sed vtrū poſſit exercere iuriſdictionem ſuam inter ſuos ſubditos: quia dicimus ꝙ poteſt exercere in diœceſi alterius petita licentia à diœceſano,quamuis non obtenta,contra fautores,expulſores,& cōſiliarios.quare dubitatur,an poſſet inter ſubditos: Et diſtinguit Romanus Pontifex, Aut ep̄s expulſus poteſt exercere ſuam iuriſdictionem per alium: & tunc non poteſt exercere in aliena diœceſi inter ſubditos inuitos,ſed debet deputare officialem. Si vero non poſſet exercere per ſe, nec per alium : quia iſte dominus temporalis hoc non permittit, nec patitur, tunc petita licentia & non obtenta ab ep̄o in cuius diœceſi eſt,poteſt inter ſubditos inuitos ſuam iuriſdictionem exercere, dum tamen eos ſubditos non ſunt de fautoribus, conſiliarijs,non conueniat ad locum diſtantem à ſua propria diœceſi vltra duas dietas.Sed quid ſi iſti ep̄i expulſi dicunt ꝙ non audent conuenire vel citare vt iuriſdictionem ſuam exerceant contra iſtos fautores,conſiliarios,vel expulſores,nec ad domum nec ad eccleſiā cathedralem: quia ipſi ſunt ita malitioſi & potentes, ꝙ nullus audet eis facere quicquam qđ ipſis diſpliceat. Item ſi ipſi ep̄i expulſi dicunt, ꝙ non poſſunt exercere ſuam iuriſdictionem in ſua diœceſi nec per ſe,nec per alios,an ipſis ſimpliciter ſit credendum,& an nulla requiratur probatio, vel ſaltem nunquid tenebuntur iurare ſic eſſe vt dicunt? Reſpondet Romanus Pontifex, ꝙ ipſe vult ſtare ſuper his aſſertionibus eorundem ep̄orum ſimpliciter: tñ Romanus Pontifex iniungit ipſis ep̄is ſub pœna quam expectabunt à diuino iudice,hoc eſt à Deo. ne circa p̄miſſa aſſerant aliquid doloſè & contra conſcientiam.h.d.H.

¶ Clemens V. in concilio Viennenſi.

¶*Concedit concilium certo caſu epiſcopis expulſis à ſuis ſedibus, quòd in locis aliarum diœceſum ſeruata forma, quam limitat, poſſint procedere contra expulſores, conſiliarios, & fautores, & inter ſubditos ius dicere.Io.And.*

CAP. VNIC.

QVAM-

Et vt benè ad longum ponatis caſum, accipiatis diuiſionem gl.& procedatis per partes,& ſic nihil omittetis. ¶Colligo aliqua notabilia: Primò quòd ep̄s non poteſt iuriſdictionem ſuam exercere extra ſuam diœceſim, niſi cognoſceret inter volentes, & haberet licentiam ab ep̄o illius diœceſis ſiue illius territorij, & de hac licentia debet fieri mentio in proceſſibus, puta ſic dicēdo, ſolo tibi accōmodato. Not. ſecundo caſum quo iudex poteſt exercere iuriſdictionem extra territorium inter ſubditos inuitos, dummodo petierit licentiam, licet non obtinuerit. Not. ꝙ ſi ep̄s expellatur iniurioſè à ſua diœceſi, tūc in perſona ipſius fit iniuria ſuæ eccleſiæ,& eam poteſt vindicare,& ſic ep̄s poteſt eſſe iudex in cauſa ſuæ eccleſiæ. Not. ordinem obſeruandum in citando expulſores,fautores,& conſiliarios:quia ſi poſſint commode,apperehēdi,debēt citari perſonaliter:ſi verò nō poſſint cōmode apprehēdi,debent citari ad ſuum domicilium: Si non poſſint citari ad domicilium, tunc debent citari in valuis ſuæ eccleſiæ parochialis vel eccleſiæ cathedralis: aliàs ſi nō poſſint citari in ualuis ſuæ eccleſiæ parochialis vel cathedralis: debent citari in propinquis locis,quod eſt benè notandum. Not.dictionem, *Quamuis*,id eſt, quamquam: videlicet, tñ coniunctio aduerſatiua,& acuit penultimam. Not. ꝙ dictio, *Canonibus*.canon canonis.m.t.græce,latine dicitur.regula,cōſuetudo approbata,ſiue inſtitutio.3.diſt.canō. Et in vna ſignificatione eſt id, quod in cōcilio generali, vel prouinciali ſtatuitur,& ſic accipitur de cōſtit.c.canonum ſtatuta.In alia,ſignificatione videt̄ eſſe id quod ab emphyteuta de re emphyteutica ſoluitur, & ſic videtur ſumi ab Azone in ſumma. C. de iure emphy. verſi. ex hoc autem contractu. Etiā dicitur illud quod ſumitur pro pedagio vel vectigali.ff. de publica. & vectiga.Vel canon largitionalium titulorum eſt ſumma tributi,& præſtatur de regulari præſtatione à prouincialibus fiſco. Et dñr tituli:qa ex ſpecialibus titulis, id eſt, literis breuibus cauta leguntur.vt C.de iure fiſci.l. penult. Canon frumentarius vrbis Romæ eſt certus numerus mēſurarum frumēti, qđ ſingulis annis metebatur Romæ.l.1.& 2.de canone frumentario vrbis Romæ.C.lib.11.quod erat etiam de oleo,& contra hoc nō licebat alicui beneficium, vel indulgentiam aut priuilegiū impetrare,& impetratum non valuit,vt ibidē dicitur. Inde venit canonica,& eſt ius qđ ꝓuenit ex electione,vel receptione in fratrē. Vel eſt ius percipiendi fructum præbendæ ſiue redditus.c. relatū de p̄b. Canonica monitio eſt qñ interuenit citatio cū tribus monitionibus, vel vna peremptoria tres continens,de qua in c.cōſtitutionem. de ſen. excom. lib.6.Not.interdictum,i.prohibitum, de interdicto interdixi interdictū, quaſi interim dicere vel iterim dictum ſ.ꝙ interim annuntiatur à iudice,nō ꝙ perpetuo maneat, quaſi q̃diu dictum & ſtatutum eſt à iudice.¶Et no.hic ꝙ in gñali interdicto debent iſta conferri ab eccleſia, ſ. baptiſmus paruulorum, pœnitentiæ morientium. poteſt etiam epiſcopus paruulos baptizatos cōfirmare.Itē ſemel in mēſe, vel ſeptimana populum interdictum, & excōicatum ad eccleſiam alienam conuocare,& ei p̄dicare.Item pōt Euchariſtia in morte verè pœnitētibus dari. Vnde in decretali noua,ſ. c. permittimus.

de ſen.

de ſenten.excom.ſ.in antiq.dicitur: Permittimus eccleſiarum miniſtris ſemel in hebdomada tempore interdicti nō pulſatis campanis, voce ſubmiſſa, id eſt, baſſa & ſuppreſſa, ianuis clauſis & firmatis, excommunicatis & interdictis excluſis, Miſſarum ſolemnia celebrare cā conficiendi corpus Domini, quod decedentibus in pœnitentia non denegatur. Itē permittitur in c. quod in te. de pœni. & remiſ. quòd clerici decedentes, qui plenè ſeruauerunt interdictum in cœmeterio eccleſiæ ſine campanarum pulſatione, ceſſantibus ſolēnitatib. oībus cum ſilentio tumulent. Item cōceditur ꝙ in conuentualibus eccleſijs bini & bini, vel ſimul tres horas canonicas valeant & poſſint legere potius quàm cantare, ianuis clauſis, interdictis & excommunicatis excluſis & expulſis, voce ita demiſſa & ſuppreſſa ſiue baſſa, quòd exterius non poſſint audiri, id eſt, quòd exiſtentes extra eccleſiam illos dicentes horas non poſſint audire. Et ſic patet ꝙ interdicti & multò fortius excommunicati non poſſunt auſcultare horas canonicas. Item peregrinis accipientibus ſignum Crucis ob reuerentiam Crucifixi, non eſt pœnitentia deneganda, quod etiam alijs peregrinis poteſt miſericorditer indulgeri. ¶ Item no. ꝙ extrema vnctio, hoc eſt vltimum ſacramentum, non debet dari alicui laico, vel clerico, vel etiam religioſo in loco generali interdicto ſuppoſito, niſi ſuper hoc habeat priuilegium ſpeciale. ¶ Et not. quòd olim interdictum aliud erat, nam erat quædam formata, & ſolemnis conceptio verborum, quibus prætor aliquid fieri iubebat, vel prohibebat, quod tunc maxime faciebat cum de poſſeſſione, vel quaſi poſſeſſione inter aliquos contendebatur, vt inſti. de interdi. circa prin. & ff. eod. Et plura ſunt interdicta: Vnum eſt interdictum, de aqua quotidiana & æſtiua: & datur habenti ius aquæ quotidianæ, vel etiam æſtiuæ ducendę ad prædia ſua, cum aliquis ducere prohibet, vt ff. de interdi. l. 1. in prin. Itē eſt interdictū, de aqua de caſtello ducenda, & datur habenti ius ducendi aquā de canali, vel caſtello ad irrigandum. Item eſt interdictum de arboribus cædendis: & datur contra hos qui habent arbores, quarum folia pendent ſuper ædificia vicinorum, vel agrum, ita quòd eis damnum inferant, & conſulitur eis quòd huiuſmodi arbores ſuccidāt, & ligna tollāt, & eas arbores deglobent à terra vſque ad quindecim pedes. Idem eſt ſi per radices minatur periculum, vt l. 1. C. de interdi. & hoc interdictum eſt prohibitoriū. ¶ Item eſt interdictum de cloacis priuatis reficiendis, & reparandis: Si volens quis ſuam cloacam, id eſt, latrinam priuatam vel etiam publicam, vel fiſtulas, vel meatus ſeu conductus reficere & reparare, vel purgare, vel etiam de nouo facere, ab alio prohibetur: tunc prouiſum eſt ei de interdicto de cloacis: quod eſt interdictum publice deputatum: Et priuatum de priuatis cloacis, & eſt prohibitorium. Etiam eſt aliud reſtitutorium, ſ. quod datur contra inijcientem & proijcientem in cloacam meam vel publicam, vel immiſſum in cloacam impedit, vel quo iubetur auferri, id eſt, deiectum eſt, vt ff. de cloac. l. 1. & §. deinde. & §. cloacæ. l. fina. de interdictis. ¶ Item eſt interdictum de aqua pluuiali arcenda, vel de aqua pluuiali. Si facis opus aliquod in fundo tuo propter quod aqua pluuialis pōt nocere fundo vicini tui, datur contra te actio pluuiæ arcendæ, per quam tuis expenſis opus teneris deſtruere, & dānum contingens emendare. Si verò poſſideas opus ab alio factum, teneris patientiam præſtare, vt id opus quod nocet deſtruatur. argumento. l. 1. & 2. §. 3. & fi. & l. ſi tertius colonus. §. Celſus ſcribit. verſi. ſiquidem alius. ff. de interdictis. & Specul. ibidem. ¶ Item eſt interdictum de fonte, quod datur ei qui ducit aquam de fonte hoc anno, nec vi nec clam, nec precario de alterius fonte, vel lacu, puteo, piſcina, foſſa, ſtagno, vt ff. de interdi. l. 1. in prin. ¶ Item eſt interdictū fraudatoriū quo tutoris creditor tenetur pupillo vt ſi cum conſilio fraudis participaſſe conſtabit vt frauderat, vt ff. de ſol. l. pupilli circa princi. Hoc interdicto tenetur qui fraudem participando emit à creditore, qui non ſit ſoluendo: melius forte diceretur, à debitore. ¶ Item eſt interdictum de glande legenda, id eſt, colligenda vt alios fructus. Et datur ei cuius glans vel fructus in fundum alienū ceciderit, vt ſingulo tertio die liceat legere, i. colligere & exportare. Et glandis noīe oēs fructus continentur l. vnica. ff. de glande legenda. Item eſt interdictum, de itinere actuque priuato reſtituendo, prohibitoriū ad tuendas, id eſt, defendendas tantummodo ruſticas ſeruitutes, & datū contra prohibentes aliquem vti ſeruitute ſua vt ff. eo. l. 1. §. 1. Et datur confeſſoria contra negantem ſeruitutem, vt l. ſi forte. §. ſciendū. ff. ſi ſeruitus vendicetur, & etiam datur aduerſus eum qui alium iniuſte probibet ſua vti ſeruitute, nam tunc etiam dicitur confeſſoria, vt dicto. §. ſciendū, l. præallegata. ¶ Item eſt interdictum, de libero homine exhibendo, id eſt, oſtendendo: & competit vnicuique de populo ad petēdum in publicū hominē liberū contra & aduerſus eū, qui liberum hominem inuitum captum dolo malo detinet ī ſeruitute. Item eſt interdictū, de liberis exhibendis, ſeu deducendis: & datur patribus vel parentib⁹ contra eos q lib.-ros ſuos, vel nepotes in poteſtate corū exiſtentes ſine eorum voluntate detinent. vnde l. 1. ff. eo. titu. de interdi. ait prætor. Qui quæve in ptāte Lucij Titij eſt, ſi is ea vé apud te ea, dolové tuo factū eſt, quo minus apud me patrē eſſet, ita eum eamvé exhibeas.

uis [a] ſacris canonibus [b] ſit generaliter [c] interdictum, ne quis epiſcopus iuriſdictionē [d] in diœceſi exerceat alienā: Nos tamen epiſcopis, [e] qui à ſuis ſedibus proteruia [f] impiorum [g] expulſi [h] non audent propter metum perſequen-

¶ Item eſt interdictum de migrando, quod datur inquilino, id eſt conductori, qui domos cōduxit, vt ipſe libere cum rebus ſuis poſſit de habitatione migrare, ſi tn̄ locatori ſatis, faciat. & de pēſione totius temporis, vt ff. eo. l. 1. §. ſi penſio. Domini mei plura alia interdicta habetis, quæ vobis ſcribam. j. in cap. eos qui de ſepul. ſub verbo interdicti. Nam habebis interdictum, de mortuo inferēdo. Item interdictum, momentaneæ poſſeſſionis. Item interdictū, non quid in loco ſacro fiat. Item interdictū, ne quid fiat in loco publico vel itinere. Item interdictum, ne quid fiat in mari, vel flumine publico. Item interdictum, ne quid fiat in flumine publicò, vt aliter fluat quàm priori æſtate fluxit. Item interdictum, de noui operis nuntiatione. Item interdictum, de loco publico fruendo. Item interdictum, de precario. Item interdictum. quod vi aut clam. Item interdictum, quorum bonorum: Item interdictum quorum legatorum. Item interdictum, de riuis. Item interdictum, Saluianum. Item interdictum, de ſepulchro ædificando. Item interdictum, de tabulis exhibendis. Item interdictum, de ripa munienda. Item interdictum, vt in flumine publico nauigare liceat. Item interdictum, vnde vi. Item interdictum, de vi & vi armata. Item interdictum, vti poſſidetis. Item interdictum vtrobi. Item interdictum de vxore deducenda marito. Et ſic habetis 35. vel 36. interdicta, quare ite c. eos qui. de ſupulturis.

¶ *Prima glo. ſummat. diuidit, & cauſam impulſiuam ponit.*

a ¶ *Quamuis.*] Caſus. Concedit concilium certo caſu epiſcopis expulſis à ſuis ſedibus, quòd in locis aliarum diœceſum, ſeruata forma. quam limitat, poſſint procedere contra expulſores conſiliarios, & fautores: & inter ſubditos ius dicere. Et primò ſtatuit de proceſſu faciendo contra expulſores, conſiliarios, & fautores: Secundò de iuriſdictione aliàs inter ſubditos exercenda. Tertiò de licentia diœceſanorum petenda: Quartò de fide adhibenda verbo ipſorum epiſcoporum: Quintò de ſuffragio vicinorum epiſcoporum: Sextò proteſtatur de iure præſidentium locis, vbi tales epiſcopi iuriſdictionem exercent. Secunda: ibi, *Eiſdem.* Tertia: ibi, *Volumus.* Quarta: ibi, *Sane*, Quinta: ibi, *Eorundem.* Sexta: ibi, *Per præmiſſa.* Et quia in Viennēſi cōcilio plures erant epiſcopi à ſuis ſedibus expulſi: & maxime, Italici, vt Mediolaneñ. & Vinceñ. & aliqui alij, *illis* inſtantibus fuit hæc conſtitutio promulgata.

b ¶ *Canonibus.*] 9. q. 2. epiſcopum. & duobus c. ſeq. 7. q. 1. placuit 2. & cap. ſeq & nota pro generali allegatione, de quo dixi de cohabi. cleri. & mulie. veſtra.

c ¶ *Generaliter.*] vt clarius pateat exceptio, præmittit regulam generalem. ff. vt lite non conteſtata, quoniam, in principio.

d ¶ *Iuriſdictionem.*] contentioſam. 1 De illa quæ conſiſtit in excommunicando, & abſoluendo, & in collatione beneficiorum & delegatio cauſarum, dic vt not. de offi. deleg. nouit. Celebrare poteſt etiam ibi cum altari viatico. de priuil. cap. fina. lib. 6. ſed an cum pontificalibus, dicam infrà de priuile. cap. 2.

1 Quantum de exercitium iuriſdictionis contentioſę redigitur ep̄s ad inſtar priuati poſtq̄ ſuam diœceſim egreſſus eſt, vt l. 2. ff. de offi. procō. & leg. & l. fi. de offic. præſidis. Ratio eſt, quia iuriſdō cohæret loco ſiue territorio. vt l. fi. & ibi Bart. C. vbi & apud quos.

e ¶ *Epiſcopis.*] ſecus de inferioribus. in electis tamen confirmatis idem puto de electio. tranſmiſſam, de tranſactio. capitu. 1. & 2.

f ¶ *Proteruia.*] id eſt crudelitate vel terribilitate. in Græciſmo. verſus

Improbus eſt aliquis verbis, factiſque proteruus.

g ¶ *Impiorum.*] etiam fidelium, & de iſtorum pœna, j. de pœn. ſi quis ſuadente.

h ¶ *Expulſi.*] 7. q. 1. paſtoralis. & cap. ſciſcitaris. 3. q. 6. hoc quippe. 17. q. 4. ſi quis deinceps.

tiū[a] in ſuis ciuitatibus,vel diœceſibus,aut earũ[b] parte aliqua reſidere ; nec iuriſdictionem ad ſe ſpectantem per ſe,vel per alium[c] inibi[d] exercere[e]: ne iniuria in eorum expulſione, ipſorũ irrogata eccleſijs[f] hoc prætextu remaneat impunita, duximus indulgendum[g], vt in diœceſibus alienis, in ciuitatibus videlicet, vel locis inſignibus[h] ſuis eccleſijs vicinioribus[i],in quibus poterunt ſecurè morari, & iuriſdictionem[k] ſuam liberè exercere, poſſint[l] contra ſuos expulſores[m],& eorum in hac parte cõſiliarios,[n] & fautores[o] (dummodo ciuitates, vel loca huiuſmodi[p] eiſdem expulſoribus,cõſiliarijs, & fautoribus[q] ſint ſecura[r], & ipſi[ſ] perſonaliter, vel ad domum[t],ſi hoc tutè fieri valeat, alioquin[u] publicè in eccleſia cathedrali[x] loci, vel domicilij eorundem citati fuerint)liberè procedere,prout iuſtitia ſuadebit. ¶ Si verò dicti epiſcopi auſi non fuerint huiuſmodi ſuos expulſores, vel eorum conſiliarios,aut fautores dicto modo[y] citare, vel ipſi malitioſè impedimentum præſtiterint, ne potuerint ſic citari, licitum ſit eiſdem epiſcopis vt[z] expulſores, conſiliarios, & fautores eoſdẽ diebus[a] aliquibus Dominicis, vel feſtiuis[b], cum populus conuenerit ad diuina[c], vt ſic facta citatio ad eos peruenire veriſimilius[d]† præſumatur[e], citent, vel citari faciant publicè in eccleſijs[f] ciuitatum, vel locorum inſignium prædictorum:& procedant deinde contra ipſos,ſi citati taliter ſtatuto ipſis peremptorio termino competenti[g] coram eiſdem[h] epiſcopis noluerint comparere,ac ſi citati legitimè aliàs extitiſſent. ¶ Eiſdem etiam epiſcopis indulgemus[i], vt inter ſuos ſubditos[k] (ne

a ¶*Perſequentium.*] Quando perſecutionem fugere 1 liceat necne,plenè in textu & in gl.7.quæſt.1.§.hoc tunc.de renun.niſi.§.propter.malitiam.

1 De hoc articulo vide omnino B. Thom. 2. 2. q. 186. ar. 5.

¶*Glo.ſeq.ſoluit vnum quare : quærit de loco ex empto ar. pro & contra,et ſoluit.*

b ¶*Aut earum parte.*] quia nomine partis cõtinetur dimidia. de deci. c. 2. §. 1. lib. 6. cum concor. ne aliquis crederet hic ſic ſumi: ideo ſubdit, aliqua. 2 Si ergo in aliqua etiam minima particula diœceſis ꝓpriæ ſecurè morari & procedere poteſt,non eſt locus conſtitutioni per hanc literam:ſtatur tamen ipſius aſſertioni ſuper hoc, vt ſequitur ꝭ. qd ſi in alieno loco diœceſis ſuæ tamen exempto ſecurus manere & procedere poſſet,& ibi de facto recipitur: quæritur an poſſit ibi ſedere pro tribunali? Videtur quòd non. 18. q. 2.luminoſo. de offi.ordi.cum epiſcopus.li. 6. pro & contra ꝭ. de priuileg. cap.2. Dico per hanc literam & per prædi. c. luminoſo. ad fin.ibi : niſi ab abbate, & c. quòd ex quo ibi recipitur, ibi ſedere poterit: nam ſi hæc conſtitutio dat ſibi licentiam ſedendi in loco non ſubdito diœceſi alterius, fortius in non ſubdito ſuæ diœceſis. qui etiam quo ad aliqua ſubditus eſt, vt in prædic.decre.2.ꝭ.de priuileg. & tunc per hanc literam ſedere non poterit in alia diœceſi.

2 Dictio pars, iuncta verbo, aliqua, verificat in qualibet minima parte. vide Bar. in l. ſi ſeruus. §. prætor ait. ff. de acqui. hære. Iaſ. in l. 1. C. de pac. & Alexan. conſil. 68. lib. 4.

c ¶*Per alium.*]ſi ergo per alium poteſt in propria,non procedat in aliena.

d ¶*Inibi.*]id eſt,in aliqua parte diœceſis propriæ.

e ¶*Exercere.*]contra illos.ꝭ.§.ſane.

f ¶*Eccleſiis.*] quaſi innuat epiſcopum iniuriam eccleſiæ vindicare poſſe,ſed non propriam.de hoc 2. q. 7. ſi quis erga. & c. ſi quis ab epiſcopo.& ſ.de maledic.c.1.de pœnis. Roma na lib.6.& per Inno.de verbo.ſig.c.ex parte.

g ¶*Indulgendum.*] Olim enim hoc non licebat, vnde dixit Vincen. de procura. petitio. in fi.1. gl. ꝙ epſ expulſus non poſſidens iuriſdictionem exercere non poterat.alleg. 11.q.1. ſi quiſpiam. de conſe.diſt. 1. hoc ergo. facit quod poſt eum ſcripſi,qui filij ſint legi.per venerabilem.§. rationibus, ſuper verbo,loco.

h ¶*Inſignibus.*] quod expone valde reſcrip. ſtatutũ. poſt prin.lib.6.

i ¶*Vicinioribus.*]concor.ſ.de elect.vbi periculum.§. porro, lib.6. in viciniori ergo id facit ſiue ſit ciuitas, ſiue locus inſignis.

k ¶*Et iuriſdictionem.*]Ita duo requiruntur coniunctim,habitatio ſecura & liberum iuriſdictionis exercitium, per hanc copulam requiritur & tertium,& locus ſit ſecurus citatis, vt ſequitur.

l ¶*Poſsint.*]tolle literam.ꝭ.liberè procedere.

m ¶*Expulſores.*]tales cenſentur etiam qui venientem non admittunt.ff.de acqui poſ.clam poſſidere.§. qui ad nundinas.

¶*Glo.ſeq.diſtinguit & remittit.*

n ¶*Conſiliarios.*] Et cõſilium,& fauor qui adijcit ad delictum,& qui nõ adijcit.de pœnis,fœlicis §. illud.lib. 6. vterq; tenetur,ſed primus plus,vt ibi. Quomodo autem de fraudulento conſilio dato circa delictum quis obligatur ei contra quẽ,non cui dedit,no.de reg.iur.nullus ex conſilio.lib. 6.

o ¶*Fautores.*]vide quod dicam. infrà de pœnis, ſi quis ſuadente . in prin.

p ¶*Loca huiuſmodi.*]viciniora,in quibus habitare,& ius dicere poſſunt.

¶*Glo.ſeq.ſoluit vnum quare.*

q ¶*Fautoribus.*]non dicit, vel ipſorũ procuratoribus : quia in his arduis non cogitur quis procuratorem dare. de hoc de procura.querelam.5.q.8.ſi ægrotans.

r ¶*Secura.*]Vide qđ dicam ꝭ.de re iudi.paſtoralis. verſi. Piſana.& ſuper hac ſecuritate nõ ſtatur verbo epõrum,vt ꝭ. dicã,& debent eſſe ſecura , e tiam quo ad iter, vt lite non conteſtata accedens 2.

ſ ¶*Et ipſi.*]expulſores conſiliarij vel fautores,& tolle literam , citati fuerint, ꝗ eſt infra.

t ¶*Domum.*] habitationis. facit Clem.ſ. de elec. cauſam.§. 1.

u ¶*Alioquin.*]i.ſi pſonalis citatio, vel ad domum tutè fieri põt.

x ¶*Cathedrali.*] Cõcor. prædi.decre. cauſam.& eſt hoc ſpecialiſſimũ. & facit quod dixi.ſ.tit. proxi. dudum.

y ¶*Dicto modo.*]perſonaliter ad domũ habitationis,vel in eccleſia cathedrali domicilij.

† al. veriſſimiliter.

z ¶*Vt.*] tolle literam, citent , vel citari facient.&c.

a ¶*Diebus.*]Non videtur ergo ſufficere , ꝙ vna die fiat citatio,duo autem ſufficiãt , quia pluralis locutio,& c.de præben.is cui.libr.6. ſecundo rñ.de regul. iur. pluralis.lib.6. tutius tñ eſt ꝙ fiat trib' diebus. de cle. non reſi. ex tuæ. 24.q.3.de illicita.

¶ *Gl.ſeq. ſoluit contrarium,ponit opi.de quare mittit.*

b ¶*Feſtiuis.*] Specialis caſus, quo fit citatio die feriato.contra id ſ.de fe.c.1. & vlti.in prin. C. de fer. l. fi. & ratio huius ſtatim ſequitur.Aliqui non curãt,an fiat citationis præceptũ vel citatio die feriato : ſed an fiat ad diem feriatam, & tunc etiã diſtingunt, an citetur vt cõpareat, an vt reſpondeat, de quo ſatis ſcripſi in prædi. decre. vlti.de fe. in princi. & Guli. in Specul. de cita. §. 1. ver. Item excipitur ꝙ citatio ſit ad diem.& ver.ſequen.

Citatio an poſſit fieri die feriato.

¶*Glo.ſeq.quærit,& ſoluit.*

c ¶*Ad diuina.*]quid ſi conueniſſent ad audiendum verbum Dei?ſatis puto ſatisfactum cõſtitutioni per id quod ſequitur, & quia prædicatio verbi Dei in diuinis includitur. facit de offi.ordi. inter cætera.& ſic in loco interdicto hæc citatio fieri non poterit.de ſen.excom.1. reſponſo. & facit quod ſcripſi poſt Hoſt.de clan.deſpon.c. fi. ſuper verbo eccleſijs.

d ¶*Verſimilius.*]quàm ſi fieret alijs diebus, vel loco.

e ¶*Præſumatur.*]Non eſt præſumptio iuris & de iure, 3 quę dicitur fictio. reciperet enim probationem contrariam. qui ma.accu.poſ.c.fin.

3 Ad hoc vide Alex. in Rub. de acqui.hære. & Are. in cap. qualiter & quãdo, el 2. ext. de accuſat.

f ¶*Eccleſiis.*]non repetit,cathedralibus propter.verbum,locorum,quod ſubmittit.& eſt ſimi.ꝭ. de ſen. excom. c. 1. & ſ. tit.proxi.c.1.

g ¶*Competenti.*]de appel.cum ſit.

h ¶*Eiſdem epiſcopis.*]expulſis.

¶*Glo.ſeq.declarat duo hic indulta.*

i ¶*Indulgemus.*]in duobus conſiſtit hæc indulgentia : quia ſubditos trahunt inuitos,& quia ſufficit diœceſanorum licentiam petere : & hoc locum habet in expulſis. Alij vero inter ſubditos volens in aliorum diœceſi de licentia diœceſanorũ ius dicere poſſent, vt ſatis ſcripſi de offi. leg. nouit. ſuper 1. gloſſ.inter inuitos non.de offi. ordi. cum epiſcopus.lib.6.

¶*Gl.ſeq.ſoluit quatuor dubia,ſ.de laicis,de prorogãtibus, quæ aliàs non ſubſunt ſi aliter ſolus ſubeſt, & de ſortitis forum.*

k ¶*Subditos.*]etiam laicos in his quæ de iure, vel conſuetudine ſpectant ad forum ipſorum.de excep.c.2.lib.6. Inter non ſubditos ergo qui prorogare vellent iuriſdictionem ipſius, nõ habita, licet petita diœceſani licentia , iudicare non poſſent per hanc literam , per quam 4 idem puto ſi alter ſolus eſt ſubditus, ſit reus vel actor, cuius aduerſarius non ſubditus ibi litigare conſentit, cum hoc ius præiudiciale & exorbitans à communi iure non ſit dilatandum.de reg.iu.quæ.à iure. lib.6. fortius

4 Facit in ſimili diſtinctio,quã facit Dec. in c.licet. in 2. notab. ext. de proba.

ſortius ſi alter diſſentit,ſi dixiſſet de ſuis ſubditis, tunc potuiſſet de ſubdito etiam inuito actori non ſubdito iuſtitiam facere.iſta tamen litera ſic latè poſita, comprehendere etiam videtur eos, qui non ratione domicilij, ſed delicti,vel contractus ſubditi ſunt, quod non puto fuiſſe de mente, nec talis propriè ſubditus dicitur, 1 licet ſortiatur forum quo ad caſum illum.

a Idem Cardi.Feli. in c. 2.de fo.compe. Font.

a ¶*Patiantur.*]ipſi ſubditi.

b ¶*Moram traxerint.*] in hoc differt hoc dictum à precedenti:nam ibi procedit in loco viciniori. hic non curamus, an alter locus inſignis ſit vicinior: dummodo iſte non diſtet vltra duas dietas, vt ſequitur.

c ¶*Diœceſibus.*]vel ipſarum parte,vt ſuprà in princip.

¶*Glo.ſeq.primò declarat latam ſignificationem:ſecundò tractat an ibi ſecundum ſuas conſtitutiones procedere poſſit.*

† al. nequibunt.

ob defectum iuſtitiæ diſpendium aliquod patiatur[a]) poſſint in diœceſibus alienis, in quibus moram traxerint[b](dūmodo per ſe,vel per alium hoc in ſuis proprijs diœceſibus[c] facere non audeant, vel non poſſint)iuriſdictionem ſuā omnimodam[d] exercere[e]: Ita tamen quòd ſubditi, qui expulſores,vel eorum fautores, aut conſiliarij non fuerint[f], vltra duas dietas[g] à fine[h] ſuæ diœceſis non trahantur[i]. ¶Volumus inſuper vt ante omnia[k] à diœceſanis[l] locorum, in quibus moram traxerint, petant licentiam in præmiſſis[m]: quā ſi obtinere nequiuerint[n]†procedant[o] nihilominus prout ſuperius eſt expreſſum.¶ Sanè[p] ſi prędicti epiſcopi aſſeruerint ſe non fuiſſe auſos præfatos expulſores, conſiliarios, vel fautores,perſonaliter, vel ad domū,aut publicè(vt præmittitur)in eorum eccleſia cathedrali citare, vel ipſos malitioſè præſtitiſſe impedimentum, ne per eos potuerint ſic citari, aut ꝙ in ſuis dięceſibus iuriſdictionē per ſe, vel per aliū contra ipſos[q] exercere nequeunt, vel nō audent, ſtari ſuper his[r] volumus aſſertionibus[ſ] eorundem: ipſis diſtrictius iniungentes ſub interminatione diuini iudicij,ne circa premiſſa cōtra

d ¶*Omnimodam.*]temporalem & eccleſiaſticam, ſpiritualē, ciuilem,& criminalem, etiamſi depoſitionem beneficij, vel ordinis exigat.Per iſtud enim, omnimodam,ſatis patet quòd iuriſdictio ſumitur hic vt genus comprehendens etiam merum, & miſtum imperium. 2 ff.de iuriſdict.omn.iudic.l.3. & 4.exigentibus ergo culpis incarcerare poſſet.de ſenten.excommunica.vt famæ.eodem tit.ſi clericos.libro 6. de pœnis: quamuis.eodem libro. Item per hanc literam puto quòd nedum ſecundum ius commune,ſed etiam ſecundum conſtitutiones ſuas poſſit inter ſubditos iudicare, 3 ſiue conſtitutiones ordinent litem,ſiue decidant caſus vel puniant, dummodo caſus decidendi vel puniendi infra ſuā diœceſim euenerint,vt hæc ſit mens, quòd iuriſdictionem, quam in diœceſi exiſtens inter ſubditos exerceret,exercere poſſit hoc caſu: ſed certum eſt quòd exiſtens in diœceſi, non iudicaret vel puniret ſubditos ſecundum conſtitutiones ſuas de actibus commiſſis extra diœceſim. de conſtitutio. capitulo ſecundo, libro ſexto, ergo nec illud facere poterit extra diœceſim exiſtens.

2 Gl.cōmendat Panor. in c. cōqueſtus.de foro compe.Fon.

3 Idē doctores, & eſt ſimilis gl. ſecundū Bal. in c. lite. de proba. Fon.

e ¶*Exercere.*]etiam per alium, dummodo in loco illo moram trahat.ad hoc.ſuprà proxi.reſponſo.ibi, citari faciant.de reg.iur.poteſt.lib.6.

¶*Glo ſeq.literam exponit,& dubium mouet.*

f ¶*Non fuerint.*] quaſi hi qui tales fuerunt poſſint vlterius trahi:nam ſi proceditur contra eos vt expulſionis culpabiles,ſatis eſt quòd locus ſit vicinior, licet vltra duas dietas, vt ſuprà.Sed ſi ad petitionem aliorum citantur,videtur ſufficere quòd epiſcopus ibi moretur, licet locus diſtet vltra duas dietas: & hoc durum eſt ſecundum quod poſſet trahi vltra quatuor dietas. Si ergo hoc intendit litera, debuerat aliquam metam adijcere:puta,quòd tunc licet vltra duas dietas, non tamen vltra quatuor trahi poſſet, vt ſæpe facit curia Romana,maximè in literis conſeruatorijs.

g ¶*Dietas.*]vulgares.de hoc ſatis de reſcrip.nonnulli.

h ¶*A fine.*]concordan.de reſcript.ſtatutum.§.cum vero. libro ſexto.

i ¶*Non trahantur.*]quod intelligo etiam ſi infra illas de facto trahi non poſſint.

k ¶*Ante omnia.*] non valet ergo proceſſus factus licentia non petita.ſimile de electio.prouida.lib.6.

ADDITIO. Vtrum iſta licentia debeat præcedere exercitium,vide per Pet.de Anchara. in 14. notabili, qui dicit, quòd quando diſpoſitio requirit iuſſum, tunc debet præcedere,& non ſequi. Auctoritas autem debet adhiberi in ipſo actu incontinenti ante vel poſt: Conſenſus verò poteſt præcedere, vel ſequi. Sed licentia debet præcedere, vt hic. Et ſimiliter conſilium.concordan. vide hic per eum. Iſta eſt diſtinctio Barto.in l.ſi autem plures.ff.de aqua plu.arcen.Ex Petr. de Ancharano.

¶*Gloſ ſeq.ſoluit quatuor dubia:ſcilicet de inferiori. de officiali,de diſtante,& capitulo vacante ſede.*

l ¶*Diœceſanis.*]Per diœceſanos intelligo eos qui habent in loco epiſcopali iuriſdictionem, vel quaſi. 4 facit ſi. c. & qđ ibi dicam, quod intelligo ſi eam ſic habent quòd diœceſanus epiſcopus illam exercere non poſſit ibidem. aliàs ſi diœceſanus poſſet, licet & illi poſſint, ſemper epiſcopus requiretur. Sed an officialis epiſcopi dare poterit hanc licentiam, vel ſufficiet ab eo peti, nō puto ex generali officia latu. facit de tempo. ord.cum nullus. 2. reſpōſo.lib.6.eo.lib.de offi.vica. c. 2. & 3.& maxime præſente epiſcopo.de offi.ordi. Roma. in fi. eo. lib. per quam videt̄ epiſcopum requirendū, ſi eſt in diœceſi, vel circa illā. Sed quid ſi multum diſtat, nec eſt ibi officialis à quo poſſit haberi? videtur de mente quòd facta requiſitione apud locum habitationis hoc poterit, facit. 2. q. 6. biduum. j. ea. compi. de elect.cauſam.ff.de iud.ſi longius. & facit quod no.de reſtitut. in integrum. tum ex literis. in fine. Capitulum autem vacante ſede hanc licentiam dare poterit,vel ſufficiet illam ab eo peti.facit fin.capi.& prædic.decre. cum nullus.§.2.& j.de hære.c.1.& quod ibi dicam.

4 Idem Cardi. licet regulariter, appellatione diœceſanorum veniant ſoli epi.glo.in c. 1. de vi. & hon. cle. gl. in c.1.de iu. patr.Font.

¶*Glo.ſeq.ſoluit dubium: quærit, & ſoluit.*

m ¶*In præmiſſis.*]Per hoc puto quòd etiam primum caſum includat,qui eſt de præmiſſis. Sed nunquid ſufficiet generalis petitio,ſcilicet quòd poſſet contra expulſores procedere, & inter ſubditos ius reddere? puto quòd ſic. graue enim eſſet in ſingulis perſonis vel cauſis licentiam petere:dico tamen ꝙ ſi de ſpeciali cauſa fuit petita licētia,ſiue data fuerit, ſiue denegata,pro alia cauſa debet peti.

n ¶*Nequiuerint.*]concor.j.de ſepul. dudum. verſi. ſi vero. ſ.de regu.licet. & ſatis eſt per hanc literam,quòd nequit habere licentiam, ſiue quia denegatur,ſiue quia petita & expectata non datur.facit de appel.ab eo.lib.6.

¶*Glo.ſeq.ſoluit queſtionem, & de incidenti remittit.*

o ¶*Procedant.*]virtute huius conſtitutionis. Et per hoc patet,quòd ſi ſubditi de proceſſu iniquo epiſcopi vellent conqueri coram diœceſano loci,non poſſent, cum propter neceſſitatem expulſionis hęc conſtitutio communicet ſibi locum: & par in parem,&c.de electio. innotuit. ſi tamen aliàs præter caſum quo cedere poteſt ibi per hanc conſtitutionem, ibi delinqueret,benè cognoſceret diœceſanus.4. quæſtio. 6. cap. 1.& de rapt. capitu. 1. Quid de minore prælato habente iuriſdictionem in loco,ſcripſi poſt Innocen. & Hoſt. de maio. & obed.cum inferior.

p ¶*Sanè.*]ſummè fuit neceſſarius iſte.§. vt aliquis fructus ex ſuperioribus haberetur.

q ¶*Contra ipſos.*] Nota quia dato quòd epiſcopi expulſi contra alios,vel circa alia poſſent per ſe, vel per alios iuriſdictionem in ſuis diœceſibus exercere: ſatis eſt quòd contra illos non poſſint,vt locum habeat conſtitutio.

¶*Glo.ſeq.notat à contrario,tria ponens exempla.*

r ¶*Super his.*] Super alijs ergo ipſorum aſſertioni non ſtabitur:vnde ſi dicant loca ad quæ citant illos eis fore ſecura, in hoc eis non creditur,cum hoc non ſit de hic expreſſis. Eadem ratione non creditur ſi dicant loca,in quibus procedūt, eſſe viciniora,in quibus poſſint tutè manere & proceſſus facere,& citati venire. Item nec creditur eis in eo quòd dicant aliquem expulſorem,conſiliarium, vel fautorem: ille tamen cui hoc impingitur,habet ſe ſuper eo defendere. & ſic intelligas ſupradicta.

¶*Gloſſa ſequens exprimit quatuor ſpecialia, ſic ſoluens contrarium.*

ſ ¶*Aſſertionibus.*] Hic multa ſpecialia, quòd creditur aſſertioni iudicis. Item quòd creditur ſine iuramento,& quòd vni ſoli, & in cauſa propria. Regulariter contra. de probatio.quoniam.de teſtib.veniens.& cap.licet. & cap. nuper. vbi de hoc.de conſecra.diſtinct.4.paruulos. 4. quæſtio. 4.nullus. cum ſimilibus.

conſcientiam [a] quicquã mendaciter, aut doloſè aſſerant, vel confingant. ¶Eorundem autem epiſcoporum ſententias, & proceſſus, quos in præmiſſis caſibus [b] in alijs diœceſibus duxerint faciendos, denuntient, ſeu denuntiari faciant per ſuas diœceſes conuicini epiſcopi, cum ab eis [c] fuerint requiſiti [d]. ¶Per præmiſſa quoque nullum ex tranſcurſu temporis, quanticunque [e], vel aliàs quoquo modo locorum diœceſanis, vel alijs quibuſcunque iuriſdictionem habentibus [f] in locis præmiſſis, in quibus prædicti epiſcopi ſic expulſi iuriſdictionẽ (vt prædicitur [g] †) exercebunt, præiudicium generetur [h].

a ¶*Conſcientiam.*]concor.de renun.niſi. in fi. de vot.c.fi. de reſcri.ſtatutum.§.aſſeſſorem.lib.6.

¶*Gl.ſeq.arguit à contrario: contra illud argumentum obijcit, & ſoluit.*

b ¶*Præmiſſis caſibus.*]ergo alios proceſſus vicini nuntiare non tenentur. contra. 11.q.3.curæ.de treuga. & pa.c.1. Sol. patet per literam ſequentem, nã factos in alienis diœceſibus extra prædictos caſus exequi non tenentur, factos in proprijs ſic, vt in contrarijs.

c ¶*Ab eis.*] non videtur ergo ſufficere ꝙ requirantur à tertio, etiam cuius interſit.

¶*Glo. ſeq. alleg. duas concor. & dubiũ ſoluit.*

d ¶*Requiſiti.*] ſimile de fo.compet. poſtulaſti.eo.tit. Romana.ver. fi. lib. 6. epiſcopus requirens illos non faciẽtes punire non poſſet: aget tamen coram illius ſuperiore, vt illum cogat & puniat. de iure patro.nullus. niſi iuſtã haberet cauſam nõ parendi, vt quia notorij ſunt iniuſti.de offi.deleg. ſi quando. de offi.leg.ſtuduiſti.

†al. præmittitur.

e ¶*Quanticunque.*]etiam cuius initij, vel contrarij non ſit memoria, quod alias releuat ab onere probandi titulum. de præſcrip.c.1.lib.6.

f ¶*Habentibus.*]habent enim quandoque inferiores in loca vel in perſonas epiſcopalem iuriſdictionem, vel quaſi.de priuil.abbates.in fi.lib.6.

¶*Glo.ſeq.arguit à contrario, & huius rationem reddit.*

g ¶*Vt prædicitur.*]dat intelligere quòd ſi aliàs inter ſubditos ipſorum diœceſanorum iudicarent, bene per taciturnitatem & temporis lapſum eis præiudicari poſſet: ſed iſto caſu cum hoc faciunt iuris auctoritate, diœceſanis nulla negligẽtia poteſt adſcribi, ergo nec contra ipſos præſcribi. 1

1 Ex hac gl. iuncto textu, not. Car. ꝙ vtens poteſtate ſibi per ius cõe ante priuilegium cõpetenti, nõ cẽſet hoc facere animo præſcribendi. Font.

h ¶*Generetur.*]quando exercens iuriſdictionem in loca, vel in certas perſonas vel cauſas acquirat poſſeſſionem illius generalem vel ſpecialem, & quando præſcribat, ſatis ſcripſi poſt Inno.de capel.mona.c.2. & de hoc in Spe. de iuriſ. om. iud.ad fi.ver.illud etiã.& de præben.§.1.verſi.ſed pone miles.

TITVLVS III.

De cauſa poſſeſſionis & proprietatis.

¶Clemens V. in concilio Viennenſi.

¶*In cauſa beneficiali delata etiam per appellationem ad curiam, vtraque pars poteſt petitorium, & poſſeſſorium intentare. Et ante cauſæ concluſionem poteſt ſpoliatus ſuſpenſo petitorio ſuo, vel aduerſarij, poſſeſſorium proſequi.*

CAP. VNIC.

Cauſa [i] †beneficiali [k] per appellationẽ [l] ad ſedẽ Apoſtoli-

† Vide Pau. de Caſ. cõſ. 277. lib. 1. & de intellectu Couarruuiam lib. 1. variar. reſolut. c. 16. nu. 13.

DE CAVSA POSSESSIONIS ET PROPRIETATIS.

Continuatio.

¶*Viſum eſt ſuprà de iudicijs, & foro competenti: verum quia aliqua cauſa intentatur ſuper proprietate rei deductæ in iudicio, quædã ſuper poſſeſſione ipſius rei, dubitaret aliquis quid ſit cã proprietatis, & quid cauſa poſſeſſionis: ideo ad nos informandum annectit rubricam, de cauſa poſſeſſionis, & proprietatis.*

C*auſa.*] Duæ ſunt partes ſicut duo ſunt dicta. Secunda ibi, *Et in ſpoliantis.* Imo.

¶ Præſupponendum eſt primò illud quod dicitur in cap. appellanti. j. de appel. & 2.q.6. ad fi. & l.eos.C.de app.videlicet, quòd ad officium iudicis appellationis ſpectat cognoſcere an bene, vel male fuerit appellatum, ſed de alio articulo appellationis non debet ſe intromittere. Simile dicitur in cap. Romana. de fo. compe. in 6. Secundò præſupponitur pro ratione decidendi ad textum, quod licet de iure ciuili non poſſit adiri Imperator in prima inſtantia omiſſis medijs: tamen de iure canonico licitum eſt adire Papam omiſſis medijs, etiam in prima inſtantia: quia Papa eſt ordinarius totius orbis, & concurrit cum omnibus alijs: ideo in electione actoris eſt coram quo velit defenſorem, ſiue reum conuenire, vel coram epiſcopo, hoc eſt coram iudice ordinario, vel coram Papa, qui Papa dicitur ordinarius ordinariorum.

C**ASVS**. Tu & ego litigabamus corã officiali Pictauien. ſuper aliquo beneficio, qui officialis contra te tulit ſententiam, à qua appellaſti immediatè ad Papam, tamen poteras ſi voluiſſes appellare ad archiepiſcopum Burdegalẽ. quod nõ feciſti: Intimaſti & notificaſti appellationem, & comparuimus ambo coram Papa, & voluimus quòd dimiſſa cauſa appellationis ipſe Papa cognoſceret de cauſa principali: quæritur vtrum poſſit iſtud fieri? Et videtur prima facie ꝙ non, vt dictum eſt in prima præſuppoſitione: tamẽ Romanus Pontifex dicit ꝙ poterit cognoſcere de principali, id eſt, dimiſſo articulo appellationis, cum ipſe Papa ſit generalis ordinari⁹, & concurrat cum omnibus ordinarijs. Sic etiam, vt dicitur, legatus Papæ omiſſo articulo appellationis poteſt cognoſcere de principali cauſa cap.1. de off. delega. in antiquis. ſed ponam⁹ ſanctiſſime pater quòd aliquis fuit ſpoliatus re aliqua, & mouit controuerſiam ſuper articulo proprietatis, in quo proceſſum extitit vſque ad concluſionem & renuntiationem cauſæ: Ego actor qui fui ſpoliatus antequam fuerat renunciatum & concluſum in cauſa, volo ſuſpẽdere cauſam proprietatis, & venire ad poſſeſſionem, an poſſim? Dicit quòd ſic, & hoc in odiũ ſpoliantis. hoc dicit. H.R.

¶ Colligo aliqua notabilia. Et primo quòd quis non debet appellare ad Papam omiſſo medio, niſi obſeruet formam c.1.de appel.in 6. No.ſecundò, quòd quis etiam in prima inſtantia poteſt litigare coram Papa omiſſo medio. No.tertiò, quòd ſi ſpoliatus intentauit petitorium infra concluſionem & renuntiationem, id eſt, ante quàm fuerit concluſum & renuntiatum in cauſa, poteſt ſuſpendere & dimittere petitoriũ, & venire ad poſſeſſorium. Et eſt ratio: quia probationes ſunt faciliores in poſſeſſorio, quàm in petitorio: quia in poſſeſſorio ſufficit probare poſſeſſionem & ſpoliationem: in petitorio verò requiritur probatio dominij, quæ probatio eſt valde difficilis: ideo conſuluit lex, qui petitorio. ff. de rei vend. quòd quis primo agat poſſeſſorio, quàm petitorio. Sed tamen (vt hic dicitur, & in c.paſtoralis.eo. titu. in antiquis) aliquis poteſt primo intentare petitorium, deinde venire ad poſſeſſorium. Sed quæritur, nonne dimittens petitorium, & veniens ad poſſeſſorium venit condemnandus in expenſis? Dicit glo. quòd non: quia nihil præiudicat aduerſario, cum poterit poſtea venire ad petitorium in eodem ſtatu, in quo prius remanſit. Et hoc debet facere ante concluſionem cauſæ, videlicet quòd poteſt ſuſpendere petitorium, & venire ad poſſeſſoriũ: ſecus ſi poſt concluſionem. Vnde concludere, & renuntiare in cauſa, eſt quando partes nihil amplius volunt allegare, nec producere, & tunc iudex dicit, poſtquam nihil aliud vultis allegare, nec producere, ego habeo pro concluſo, & renuntiato. No. vlterius, quòd vt actus pariat effectum, debet eſſe legitimè factus: probatur in verbo, legitimè. ad hoc de tranſlat.c.2.de procu.cle.1.& quod ibi no.glo.in verbo, debito. Nota finaliter, quòd appellatio eſt commune remedium appellanti & appellato, ibi, *Tam appellanti quàm appellato*: pro hoc de appel. ſæpè. cap. oblatæ. & cap. Nicolao.& cap.interpoſita. Zabarel.

i ¶*Cauſa.*]ſe ſummat.

¶*Glo ſecunda ſoluit duo dubia.*

k ¶*Beneficiali.*]comprehendit minora, & maiora beneficia, & præbendas.& de hoc de reg.iu.c.1.lib. 6. in non beneficialibus autem non habet hoc locum, etiam ſi de eccleſia vt de proprietate ſit quæſtio. facit quod dixi ſ.ca. compil. de iudic. diſpendioſam. ſuper verbo, beneficijs.

AD compeſcẽdas.] CASVS. Tu & ego litigabamus in curia Romana coram aliquo auditore ſuper beneficio in petitorio, vel in poſſeſſorio: proceſſum intantum extitit, quòd auditor tulit ſententiam diffinitiuam contra te poſſeſſorem, qui ab hoc triẽnio non poſſederas, appellauiſti: pendente appellatione peto vt beneficium contentioſum ſequeſtretur vnà cum fructibus percipiendis: queritur vtrum debeat fieri ſequeſtratio? Dicit Clemens quòd ſic, etiam ſi opponatur de nullitate ſententiæ ipſius auditoris, & dicatur quòd ſententia auditoris lata contra poſſeſſorem, non valet: tamen hoc non obſtante iudex ordinarius poterit ſequeſtrare dictum beneficium. Sed quæritur, per quem fiet ſequeſtratio? Dicit quòd per iudicem, & ſequeſter exercebit ea, quæ pertinent ad beneficium. Item redditus non conuertentur in vtilitatem ipſius ſequeſtri, ſed imputabit beneficio: Et reſiduum debet reſeruare & reſtituere illi, qui habebit victoriam. Sed quid iuris ſi aliquis impedit ſequeſtrari, vel fructus ſequeſtratos occupat, vtrum iſte impediens vel occupans incidat in aliq̃ pẽnã? Clemens diſtinguit: aut ille qui impedit eſt vnus de litigatoribus, aut nõ, ſed alius: Si ſecundo modo, incurrit pœna excõmunicationis: quia ipſo facto quòd impedit, vel occupat fructus, ipſe eſt excommunicatus, nec venit abſoluendus, niſi omnia reſtituerit in manibus ſequeſtri: Primo caſu etiam incurrit ſententiam excommunicationis, & vltra perdit ius quod habet, vel quod ſibi competebat in beneficio. Et hæc Clementina, ſeu conſtitutio habet locum in litibus pendentibus, & non ſolũ in futuris. hoc dicit. H. R. ¶ Colligo aliqua notabilia. Et primò, ſi ſuper beneficio contra ipſius poſſeſſorem, qui triennio non poſſedit in petitorio vel poſſeſſorio vna diffinitiua fertur in curia, etiam ſi nulla fore dicatur, ipſius beneficij ſequeſtratio per loci ordinarium fieri debet: quam impediens, vel ſequeſtratos fructus occupans, excommunicatus eſt. Et ſi eſt de litigantibus, cadit à iure ſuo; & reſpicit pendentia. Et eſt iſtud ſummarium Clementinæ. Not. quòd iudex & ſuperior debent obuiare malitijs hominum ſubditorum: qa melius eſt ante tempus occurrere, quã poſt cauſam vulneratam remedium quærere. Not. text. *Ad compeſcendas*, id eſt, refrænandas, vt in gloſ. Not. *Apud*, id eſt, circa, & debet ſcribi per d. Not. *Promulgata*. vt s̃. in cle. ſi ante. de do. & contu. Not. *Sequeſtretur*. ſequeſtro, ſtras a. p. id eſt ſeparare, & propriè certantes paciſicare. vnde. *Diuido, pacifico, dic deſignare ſequeſtro.* Inde ſequeſter, ſtri quod, & tertiæ declinationis inuenitur: ſed regulariter, id eſt, cõiter & ſæpius eſt ſecundæ, vt hic ſequeſter, ſtri, ſtro. Et dicitur ſequeſter reconciliator, qui diſcordes pacificat, & qui certantibus medius interuenit, qui apud Græcos ameſos dicitur, apud quem pignora, vel res aliæ litigioſæ deponi ſolent, id eſt, ſolent tradi in cuſtodiam. Et dicitur ſequeſter à ſequendo, vel à ſequor: eo quòd eius qui electus eſt vtraque pars certantium & litigantium ſequatur fidem: vnde Deu. 5. Ego ſequeſter & medius fui inter Deum & vos. Inde hæc ſequeſtra, ſtræ, id eſt reconciliatrix: & propriè certantes paciſicans. Item propriè (vt ad noſtrũ propoſitum) ſequeſter eſt is, apud quem res litigioſa deponitur à pluribus, & ſequeſtratur, vt ei qui in cauſa vicerit, reddatur. Item ſequeſtrum dicitur illud ſcriptum, quod de ſequeſtratione conficitur, & ſi ſit ex cauſa voluntaria, transfert poſſeſſionem in ſequeſtrum. Sequeſtratio eſt rei de qua agitur ſeparatio, vel diſpoſitio, † vel poſſeſſionis interdictio: Interim. n. ꝙ res apud ſequeſtrum eſt, nec actor nec reus poſſidet. ff. depo. l. licet. Not. quòd ſententia lata ſuper poſſeſſorio, poteſt eſſe diffinitiua. quod colligit gl. in verb. poſſeſſorio. quam nota. Nota finaliter caſum, quo titulus beneficij poteſt ſequeſtrari. quod colligit glo. in verbo, beneficium. Zabarel.

† depoſitio.

† Vide Ægidium Bellameram deciſ. 54.

a ¶ *Ad compeſcendas.*] ſi ſuper bñficio contra ipſius poſſeſſorem. qui triennio non poſſedit, in petitorio vel poſſeſſorio vna diffinitiua fertur in curia, etiam ſi nulla fore dicatur, ipſius beneficij ſequeſtratio per loci ordinarium fieri debet: quam impediens, vel ſequeſtratos fructus occupans, excommunicatus eſt: & ſi eſt de litigantibus cadit à iure ſuo, & reſpicit pendentia. Nouum & æquiſſimum eſt, quod inducit hæc conſtitutio: quæ primo ponit nouum caſum ſequeſtrationis fiendæ: ſecundo punit impedientem: ibi, *Si quis autem*. Tertiò conſtitutionẽ ad pendentia prorogat: ibi, *Permiſſis*. Quartò exceptionem: ibi, *Non obſtante.*

† Supplet Bart. finito ante li. conteſta. dicens ꝙ in preſcriptione articulandũ eſt annos eſſe cõpletos antè motioné litis. c. commiſſa ď cle. in 6. notabi. Bart. & moderni in l. Celſus, ff. ď vſucap. Fõt.

a ¶ *Compeſcendas.*] id eſt, reſignandas. Et componitur à con, & peſco, quòd verbum non eſt in vſu. concor. Clemen. de offic. ordi. cap. 1.

b ¶ *Vna.*] fortius ergo ſi plures.

¶ *Glo. ſeq. ſoluit tres caſus.*

c ¶ *Contra poßeßorem.*] ſi ergo cõtra petitorẽ pro poſſeſſore fert ſnĩa, non fit ſequeſtratio. Itẽ ſi inter duos, vel plures petitores bñficij fertur ſnĩa pro vno, contra reliquũ vel reliquos, non fit ſequeſtratio. hoc probat hæc litera. Item ſi fertur ſnĩa contra poſſeſſorem: non tñ pro petitore, qui forſan ad probationem agebat, non eſt locus ſequeſtrationi. 1 quod ꝓbat litera ſequens ibi, petitorio, vel poſſeſſorio, & in fine huius partis. & facit quod no. Hoſt. in ſumma huius tituli, ad finem.

1 tenet Bar. dicens idem ſit feratur ꝑ petitore pretendenti in beneficio ius reale. Fótanus.

d ¶ *Diffinitiua.*] in interlocutoria ergo non habet locũ hæc conſtitutio. Eſt autem interlocutoria, quæ inter principium & finem cauſæ fertur ſuper ijs quæ incidunt, vel emergunt. Diffinitiua verò principalem quæſtionem diffinit: de quo ſatis in Spe. de ſenten. prola. in 1. col.

e ¶ *Super beneficio.*] eccleſiaſtico concor. s̃. ea. compil. de iudi. c. 2. ſi ergo inter petitorem beneficij, & poſſeſſorem eſſet quæſtio alia perſonalis vel realis, & feratur diffinitiua pro petitore, non erit locus conſtitutioni.

f ¶ *Dumtaxat.*] ſi. s̃. ead. compil. de reſcriptis, auditor. & fuit hoc prudenter ſic temperatum: abſurdũ enim fuiſſet per ſingulas ſententias ordinariorum, vel delegatorum poſſeſſores poſſeſſione priuari.

g ¶ *Poſſeſſorio.*] hic patet ꝙ etiam ſuper poſſeſſorio fertur ſententia diffinitiua. 2 concor. de iudi. c. vlt.

2 Et à tali appellatur ſi preiudicetur proprietati, alias ſecus ſic intelligit de Ancha. hoc notat. 2. q. 6. in ſumma. & c. cum ad ſedem. s̃. de reſti. ſpolia. Font.

h ¶ *Promulgata.*] per auditores curiæ, à quorum ſententijs appellatur: & puto decr. procedere, ſiue principalis ſententia feratur in curia, ſiue ſuper ſententia lata per ordinariũ à qua fuit appellatum ad curiam, diffinitiua ſententia feratur ibidẽ, dummodo pro petitore contra poſſeſſorem, vt dixi.

i ¶ *Beneficium.*] No. ꝙ non fructus tñ, imo etiam beneficiũ ſequeſtratur: & hæc ſunt diuerſa. & eſt ſimile quod notatur de præb. ſi tibi conceſſo. lib. 6. in gl. 2. Iura ergo beneficij, & beneficiati exercebit ſequeſter qui poſſidet. ſuper quo vide quod no. & ſcripſi de iud. examinata.

k ¶ *Etiam ſi.*] prudenter fuit hoc additum ad tollendas cauillationes dicentium, ꝙ in materia ſequeſtrationis odioſa appellatio beneficij non comprehendit infra ſcripta. de præbẽ. c. vlt. eo. tit. cum in illis. lib. 6.

l ¶ *Triennio.* 3] pacificè. ſi. C. de fideic. l. 1. Iſta duò requirunt ne ſiat ſequeſtratio, ꝙ triennio ſit poſſeſſum, & ꝙ pacificè. de his ergo præiudicialibus benè poterit poſſeſſor excipere & ꝓbare, nec puto ſufficere annum tertium inchoatũ, vel pro maiore parte illius tertij anni illum poſſediſſe: requiritur enim triennium conſummatum. ſimile de regula. ad noſtram.

3 Vide regulã Cancellariæ de triennali poſſeſſore.

x ¶ *Antea.*

a ¶Antea.]id eſt ante litem motam, quæ nunc eſt finita per vnam ſententiam: poſt litem enim motam non poſſidetur pacificè, quod requirit hæc conſtitutio: & per hoc patet inutiliter de illo quæri, qui tempore ſententiæ non poſſederat triennio: quod tamen triennium eſt completum tempore quo petitur ſequeſtratio.

cificè antea[a] ab eo poſſeſſum non fuerit) per loci[b] ordinarium apud aliquam perſonam idoneam[c] ſequeſtretur,† quæ plenam de ipſo, & debitam curam gerens, id quod de fructibus ipſius (debitis eiuſdem ſupportatis oneribus[d]) ſupereſſe contigerit illi reſtituat[e], qui finalem[f] in cauſa victoriam obtinebit[g]. ¶Si quis[h] autem ſequeſtrationem huiuſmodi impedire, vel fructus ſequeſtratos quoquomodo præſumpſerit occupare[i], excommunicationis incurrat ſententiam ipſo facto[k]: à qua (niſi impedimento prius amoto, & occupatis per eum fructibus[l] reſtitutis[m]) nullatenus[n] abſoluatur. Et nihilominus[o] ſi de litigantibus fuerit[p]: iure (ſi quod in huiuſmodi beneficio,

b ¶Loci ordinarium.] non diſtinguit, an ad illum ſpectet inſtitutio nec ne. & eſt ſimile de vſu. quamquam. lib.6. & quod ibi not. quandoque tamen per ordinarium comprehenditur inſtituens & deſtituēs. de offi.ordi.c.3.in princip.lib. 6. & ſuprà titu. prox.c.1. Et no. caſum, in quo de cauſa deuoluta ad curiam ſe inferior intromittit. ad idē de app. cum teneamur. & quod ibi dixi poſt Hoſt.

¶De ſequeſtratione vide p glo. in c.dilectus.ſ. eo.doc. in l. ab executore. C.quorū app.non recipit.

c ¶Idoneam.] æquum eſſet hanc ſequeſtrationem fieri exiſtenti in ordine, quem requirit beneficium. 1 de electio. nemo deinceps.& c.cum ex eod. lib.6. de regula. beneficium. eo. lib. ad hoc litera quæ ſequitur.

1 Facit c. ex rōne. de ętate & qualit. in verb. idoneis clericis & æſtimatē idoneitas ex cōi æſtimatione. l.ſi bonæ fidei. ff.de rei vē. vnde ſi reperiatur contrarium locus eſt excuſationi, l.argentum. ff. commo. gl. in c. cū Apoſtolica. de ijs quæ ſi. à præla. Font.

d ¶Oneribus.] concordan. de offic. ordina. præſenti. §.porro.lib.6.

e ¶Reſtituat.] cum ſequeſter habet limitatam poteſtatem, ſcilicet de reſtituendis fructibus, qui ad onera ſuperſunt, dico quòd illos non poſſet in emptionem prædiorum pro beneficio, vel aliàs in vtilitatem beneficij conuertere: quod poſſet vbi non eſſet talis limitatio, vt in prædicta decr. præſenti. & de offic.ordi.cum vos.in fi.

¶Gl.ſeq.dat tria exempla.

f ¶Finalem.] per pronuntiationem Papalem, vel factam de ipſius ſpeciali mandato. facit de verbo.ſig.conſtitutionem. 2. reſponſo.lib.6. vel per ſecundam ſententiam, à qua non eſt appellatum, vel per tertiam, licet ſit appellatum. de app. directę. & c.ſua nobis. quod dic vt ĩ. de re iudi.c.1.

g ¶Obtinebit.] hoc proprium eſt ſequeſtri, quòd res ſequeſtrata reſtituatur victori.

¶Glo.ſeq.ponit dictum, cuius obiectionem ſoluit.

h ¶Si quis.] pars, vel alius, & includit epiſcopos. Non obſtat de ſenten.excommu. quia periculoſum. lib.6. quia non loquitur hic de interdicto, vel ſuſpenſione, ſed de excommunicatione.

i ¶Occupare.] in mala parte ponitur, quandoque in bona. de hoc. de elec. in generali. 1. reſpon.lib.6.

k ¶Ipſo facto.] alios caſus in quibus ipſo facto per has cle. quis excommunicationem incurrit, not. & vide ſuprà de ſent. excom.c.1.

l ¶Fructibus.] vel ipſorum æſtimatione, ſi fructus non extant. facit de tranſ. veniens.

m ¶Reſtitutis.] non ſufficit ergo cautio de reſtituendo, & concor. quod not. de electio. quia ſæpe de immu.eccleſia. quoniam. in fi.lib.6.

¶Glo.ſeq. dicit per quem: ſecundò arguit ad quæſtionem pro & contra: & remittit.

n ¶Nullatenus abſoluatur.] per ordinarium qui aliàs his concurrentibus abſoluere poterit. de ſen.excommu. nuper. & per iſtud negatiuum verbum videtur ꝙ abſolutio contra hęc facta non teneat. 2 cui concor. ĩ. de ſepult. c. 1. & de hære. c.2. in fi. & c.3. poſt prin. de pœnis. c. 1. In contrarium videtur, cum hæc forma ſit à iure data, non ab homine, facit qđ ſcripſi poſt Gof. de reſti.ſpo.c.vlti. in princ. ad idem facit de ſen.excom. venerabilibus. §.vbi autem. lib.6. vide quod dicam ĩ. de iurepa.c.1. poſt prin.

2 Ita tenet Zen. per ca. Romana. §. ſnias de ſenten. excom. Do. Pet. tenet ſecūdā opinionem Barb. Font.

o ¶Nihilominus.] id eſt, non eo minus ꝙ excommunicatus eſt, & ſic imponitur duplex pœna: quod dic vt no. de iudic. at ſi clerici.

p ¶Fuerit.] ille impediens. vel fructus occupans.

q ¶Vel ad ipſum.] hæc enim ſunt diuerſa, habere ius in re, vel ad rem, vt ſatis patet. de conceſ.præb.c.vlt.lib.6.

¶Glo.ſeq.alleg.concor.mouet dubium. alleg.pro & contra.

r ¶Cecidiſſe.] ſimile de præben. eum qui. 2. reſpon.lib.6. Probabiliter dubitatur, an ordinarius ipſe pronuntiare, vel declarare poſſit ipſum impedientem, vel occupantem cecidiſſe à iure ſuo: mouet dubiū: quia cā eſt in curia, vnde nō videtur plus poſſe ordinarius, quā permittat iſta conſtitutio: & hoc non eſt de permiſſis. Ad contrarium mouet, ꝙ occupatio, vel impedimētum fuit infra ſuam dięceſim, & ſic poterit pœnam iuris pro delicto declarare, præcipuè cum hic non ſit neceſſaria priuatio, ſed ſufficit declaratio.

vel ad ipſum[q] forſitan competebat eidem) hoc ipſo ſe nouerit cecidiſſe[r]: Præmiſſis nedum circa futura, ſed † etiam circa per appellationem pendentia[ſ] negotia obſeruandis: Non obſtante[t] ſi contra præfatam ſententiam de nullitate forſan opponatur.

† Aliàs ita ſed & circa etiā per appellationē &c.

ſ ¶Pendentia.] cōcor. cle.ſ. de iud. diſpendioſam. in fi. & vide quod ibi notatur.

¶Glo. ſeq. commendat finem & dubium ſoluit.

t ¶Non obſtante.] multum expediens fuit iſte finis, aliàs ad impediendam ſequeſtrationem quilibet de facto oppoſuiſſet nullitatem ſententiæ. & allegaſſet pro ſe ꝙ ſententia nulla non meretur habere nomen ſententiæ. de iudi.c.fi.lib.6. ff. de re iudi.l.4.§. condemnatum. cum ſuis concor. ff. de teſta.tute.l.4. & de bo. poſ.contra tabu.l.non putauit. §. 2. ſunt autem multi modi nullitatis, quos not. de re iu.c.1. vbi de hoc. & remiſi ad Spe. de ſent. prola.§. iuſta. puto tamen ꝙ licet alia nullitas nō poſſit opponi, illa tamen opponi poterit, per quam negetur iuriſdictio. 3 oportet enim ꝙ conſtet de ſententia, vt hic dicitur, & per conſequens de iuriſdictione auditoris, qui tulit illam ſententiam. benè facit. ff. de pœnis.l.2.in fi. & quod no. de offi.delega. cum in iure. ex quo tamen de iuriſdictione, & ꝓnuntiatione conſtat, alia nullitas allegata ſequeſtrationē non impedit. facit de teſtib. veniens 2. de ſpon.cap.vnico.lib. 6. C. de edic.di.Hadria.tol.l.fin.

3 Hæc gloſſa eſt ſingularis ſecundum Bal. in l. generaliter. C.de epiſ. & cle. & Marſilium ſingu. 10. & Deciū conſil. 8.

TITVLVS VII.

De probationibus.

¶Clemens V. in concilio Viennenſi.

¶Verba literarum Apoſtolicarum, quibus Papa proprium factum narrat, plenè probant, ſi ſuper illis gratia, vel intentio Papæ fundatur. Io. Andreas.

CAP. VNIC.

LITE-

DE PROBATIONIBVS.

¶Viſum eſt ſuprà de iudicijs: verum quia in iudicijs probationes ſunt neceſſarię, ideo annectit rubr. de probationibus.

Literis.] Primò ponit dubiū Secundò, illud oſtendit. Secunda: ibi, *Volentes*. Imola.

Casvs. Papa mandauit archiepō Bituriceñ. vt mihi conferret & prouideret de beneficio vacante, puta ſic dicendo, Venerabili fratri archiepō Bituriceñ. in domino ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem: Mandamus quatenus conferas tale beneficium vacans iſti: quod beneficium reſeruauimus nobis cum decreto irritante. Accidit ꝙ archieps Bituriceñ. dicit ſe beneficium alteri contuliſſe, an poſſit illud dicere: & ſi contulerit alteri, an valeat eius collatio? Certè dicit ꝙ non poteſt hoc dicere, quia Papa illud beneficium reſeruauerat ſibi cum decreto irritante. Et ad hoc probandum propono meam gratiam, in qua Papa dicit, ꝙ illud beneficium ſibi reſeruauerat cum decreto irritante: vtrū ſim audiendus, ita ꝙ illa verba narratiua in gratia mea faciāt fidem? Dicit ꝙ ſic, cum ſuper illis verbis Papa fundat intentionem ſuam: iō faciunt plenam fidem. vt dicit glo.h.d.H.R.

¶Colligo aliqua notabilia, ꝙ verbis narratiuis alicuius non credit̄ citra Papam regulariter, ēt ſi narrans ſit legatus, & de reſeruatione per eum facta vult facere fidē, vt in gl. in verbo, reſeruaſſe. & dic vt no. in c.poſt ceſſionem. de proba. & in c.ſuper his. de fi.inſtr. No. verba narratiua reſcriptorum Papaliū qñ faciant fidem & qñ non, & quam fidem faciant, diſtingue vt colligitur ex gl.fi. quia aut ſuper illis non fundatur intētio Papæ, & tunc non probant, & tunc hēt locum cap.ſi Papa. de priuil.lib.6. & patet exemplum ibi in gl.2. aut ſuper illis fundat̄ intentio Papæ, vt puta, quia confert beneficium, quod di-

cit

cit ſuæ collationi prius reſeruaſſe per mortem beneficiati: & tunc aut illa verba ſunt ſuper facto alieno, & tunc faciunt fidem, ſed admittitur probatio in contrarium: aut ſunt de facto proprio, & tunc faciunt adeo fidem, vt non admittatur probatio in contrarium ſecundùm glo.& communem intellectum. Vide dn̄m Panor. ſuper hoc in eo.c. Nota differentiam an Papa dicat, reſeruamus nobis: an dicat, ſedi Apoſtolicæ. de hoc in gl.3.& idem Pau. nam primo caſu morte Papæ extinguitur: ſecundo non.de reſcri.ſi gratioſè.in 6.

†Vid. Alex. conſil. 34. li.6.& Dec. conſi. 151. & 410. & 520.& Cravettã conſi. 104.& Matthæũ de Afflictis deciſ. 305.

ris [a] † noſtris [b], quibus nos dignitates quaſlibet, ſeu beneficia collationi noſtræ, vel ſedi Apoſtolicæ [c] reſeruaſſe [d], aut reſignationem beneficij alicuius recepiſſe, ſeu recipiendi poteſtatem alij commiſiſſe [e], vel aliquem excõmunicaſſe, ſeu ſuſpendiſſe, ſeu aliquem capellanum noſtrum, vel familiarem fuiſſe, vel alia [f] ſimilia, ſuper quibus gratia, vel intentio [g] noſtra fundatur [h], feciſſe [i] narramus, cenſemus [k] ſuper ſic narratis fidem plenariam adhibendam: Volentes ad præterita & pendentia [l] (etiam per appellationem) negotia hoc extendi.

¶ *Prima gloſſa ſummat, & dicit quid inducebat dubium.*

a ¶*Literis.*] Verba literarum Apoſtolicarũ, quibus Papa proprium factũ narrat, plenè probant, ſi ſuper illis gratia, vel intentio Papæ fundatur. Inducebat dubium decret.ſi Papa. ſuprà de priuileg.lib.6.vt infra dicam.

b ¶*Noſtris.*] de literis enim inferiorum dubitabatur, an fidem faciant etiam quo ad aſſertiua, de quo ſatis no.& ſcripſi. ſ.eo.poſt ceſſionem.

c ¶*Sedi Apoſtolicæ.*] quomodo hęc ſunt diuerſa.patet de reſcri.ſi gratioſè.lib.6.

d ¶*Reſeruaſſe.*] narramus, quod eſt infra. Has reſeruationes faciunt etiam legati, cum moderatione tamen, quæ habetur de offi.deleg.c.2.& 4.lib.6.ſed in hoc differunt, quia de legati reſeruatione non ſufficeret fieri fidem per ipſius verba narratiua. 1 de teſti.cum à nobis.ſalua conſuetudine curiæ, de qua ibi ſcripſi.& de fide inſtr.quod ſuper his.

1 Hic exlatè recitatis p Barb, colige ꝙ creditur Cardinali aſſerenti ſe legatum Archi. c.nobiliſſimus 97.diſt. idẽ ſi aſſerat aliquid ſpãle ſibi cõmiſſum, qđ ſolet cõmitti legatis, & non preiudicat alteri. c. ꝙ trãſlationem de of. lega. cum l. 1. de ſuper indi.lib. 10. C. Font.

e ¶*Commiſiſſe.*] hæc poſſunt facere inferiores, non tamen poſſent concedere facultatem recipiendi renuntiationem, & conferendi.quod dic vt de offi.leg.c.pen.2.reſpon. lib. 6.

f ¶*Alia ſimilia.*] vt quia confert beneficium quod narrat vacare per priuationem, quam fecit de Titio: vel ſcribit ordinario, quòd nullam iuriſdictionem exerceat in perſonas, vel loca quæ narrat ſe exemiſſe.

g ¶*Intentio.*] licet ergo litera non ſit gratioſa, ſufficit ꝙ & ſuper illis narratis intentio Papæ fundetur, vt quia mandat contumacem citari, moneri, priuari, vel capi, quem dicit ſæpius excommunicaſſe, vel ſuſpendiſſe: vel mandat eum euitari: vel committit alicui prouiſionem beneficij expreſſa perſona, vel non expreſſa, cui prouideri debeat, quod vacare narrat altero de prædictis modis.

¶*Glo.ſeq.ſoluit contrarium, & de quæſtione remittit.*

h ¶*Fundatur.*] in narratiuis ergo ſuper quibus non fundatur Papalis intentio, haberet locum decret.ſi Papa.1.reſponſo.de priuil.lib.6.patet exemplum in eo quod ibi no.glo.2.facit qđ no.3.q.6.hæc quippe.& 93.diſtin.Dominus. Nunquid autem inſtrumentum ſententiæ, in quo dicitur libellum oblatum, litem conteſtatam, & ſimilia, de his fidem faciat? Scripſi poſt Inn.& Hoſt.ſ.eo.quoniam contra.ſuper verbo, quæ occurrerint.& no.in Spe.de inſtru.edi.§.reſtat.ad fi.ver.in ſumma.& facit quod no.in Spe.de proba.§.fi.ver. ſed pone iudex.& de procu.§.2.ad fi.ver.illud quoque.

¶*Glo.ſeq.quærit, arguit, & ſoluit diſtinguendo.*

i ¶*Feciſſe narramus.*] quid ſi talia narrata 2 ſuper quibus fundatur intentio Papæ non ſunt de facto ſuo? Per hanc literam videtur ꝙ illa non probẽt, & facit verſi.qui ſequitur, ſuper ſic narratis: ſecundùm quod videtur, ꝙ ſi confert beneficium quod narrat in curia vacaſſe per mortem beneficiati, cũ hæc narratio non ſit de facto ſuo: non probet: quod videt̃ gratie; tamen rationem habet in tanto: quia in facto proprio non ſic præſumitur error, vt in alieno.de reſcri.ab excõicato. cum ſuis concor.bene facit ĩ.de ſen.excom.ſi ſummus. Satis puto ꝙ talia verba probant ſaltem præſumptiuè, ex quo ſuper illis fundatur intentio Papæ, ita ꝙ præſumptioni ſtabitur, niſi contrarium probetur.facit quod no.de reſcri.nonnulli. in gl. pe. poterit tñ probari contrarium, puta illum mortuum eſſe extra curiam, quod fieri non poſſet in ijs quæ Papa narrat de ſuo facto.& hoc fortè vult litera infra ibi, fidẽ plenariam. 3 quaſi intendat, vt contra illam narrationem non admittatur probatio: quod intelligo de probatione, quæ perimat narrationem, vel ipſam falſam oſtendat. Probatio verò per quam ſtante narratione releuaretur probans, benè admitteretur. Pone in terminis. Papa narrans renuntiationem beneficij factã in manibus ſuis, & per eum acceptatam, confert illud, vel conferri mandat. benè potero probare ꝙ illud beneficiũ tempore conceſſionis † ſpectabat ad me, non ad cedentem: vel ꝙ ipſe cedens prius ceſſerat in manibus ordinarij, vel per ipſum fuerat illo priuatus, & his ſimilia, quæ narrationem Papæ nõ perimunt. facit de accu.cum dilecti. Ex his diſtingue narratiua reſcriptorum Papalium: aut ſuper his non fundatur intentio Papalis, & tunc non probãt, vt in decre. ſi Papa. aut fundatur, & tunc ſubdiſtingue, aut ſunt de proprio facto, & faciũt pleniſſimam, quæ perimi non poteſt: aut de alieno. & tunc faciunt plenam, ſed perimi poteſt, vt prædixi.

2 Vid. Alex. cõſil. 15.incip. viſis narratis, lib.5.

3 Et an per tale verbũ excludatur cõtraria ꝓbatio, vide Dec. in c.ꝓpoſuiſti. in 3. notab. de proba.& Alex. conſil. 112.lib.4.

†ceſſionis.

k ¶*Cenſemus.*] quaſi iudicamus, ſententiamus, ſtatuimus, iubemus, deliberamus, exiſtimamus, hæc omnia ſonat hoc verbum, vt ĩ.dicam.de conceſ.præb.c.1.

l ¶*Pendentia.*] concord. Clement. de iudic. diſpendioſam. in fin.ibi vide.

TITVLVS VIII.

De teſtibus.

¶Clemens V.in concilio Viennenſi.

¶*Per teſtes Chriſtianos cõuinci poſſunt Iudæi & Sarraceni, non obſtantibus contrarijs priuilegijs regum & principum, quibus ſi vtantur, ſubtrahitur illis Chriſtianorum commercium.Io.And.*

CAP. I.

CVM † IV-

† Iudæi qñ poſſint eſſe teſtes cõtra Chriſtianos vide doctores in c. contra Chriſtianos de hær. lib. 6.& Feli.in c.Iudæi ext.de teſti.

DE TESTIBVS.

CVm Iudæi.] Primò, ponit dictum. Secundò, contrafacienti pœnam imponit: ibi, *Quod ſi.* ¶ Aliqui ponunt iſtam cle.in titu.de proba.tamen dñs Panor.ponit in tit.de teſti. Iſtud capitulum ſuplet concilium Lateran.ſ.eo.in c.Iudæi. In principio c. dicitur, ꝙ Chriſtianus contra Iudæum in teſtem admittitur, vbi dicit, decernimus feriendos quicunque voluerint Iudæos ꝑferre Chriſtianis, & reddit rationem, cum eos ſ. Iudæos, vel Sarracenos oporteat ſubiacere Chriſtianis, & cum oporteat eos foueri ab ipſis Chriſtianis ſola humilitate. Iſta Clementina plus dicit, quia aliquotiens principes auari vt tributum haberent ab iſtis Iudæis, ipſos faciebant venire ad ſuas ciuitates, & fulciebant quãplurimis priuilegijs, forſan Iudæi erant priuilegiati, quòd in quacunque cauſa, ſiue in criminali, ſiue in ciuili, Chriſtiani non poſſent eſſe teſtes contra ipſos Iudæos, ita ꝙ nullus contra Iudæos ferret teſtimonium, niſi eſſet Iudæus, & ſic conueniebat & decebat Chriſtiano, ſi volebat habere teſtem contra Iudæum, ꝙ ipſe Chriſtianus acciperet Iudæum pro teſte: Et illud erat benè graue ipſis Chriſtianis, ꝙ ipſi Iudæi infideles eſſent melioris conditionis, quã ipſi Chriſtiani: Ideo Papa Clemens facit hanc Clementinã, in qua cauetur ꝙ non obſtante conſuetudine quacunque vel priuilegio, ipſi Iudæi conuincantur per teſtes Chriſtianos. His præſuppoſitis figura ſic caſum: Sunt nonnulli principes & quamplurimi, qui auaritia cæci attrahunt ad prouincias multos Iudæos, vel Sarracenos, vt ab iſtis Iudæis, vel Sarracenis quotannis, i.ſingulis annis poſſint ab ipſis Iudeis, vel Sarracenis pecuniam quaſi inuitam extorquere, dictos Iudæos, vel Sarracenos priuilegiando priuilegijs priuantibus quãplurima iura cõia: & non ſolum iura, ſed et Chriſtianam religionem inficiunt, & in opprobrium quamplurimum hñt, ſiue religioni opprobrioſum eſt: Nos Clemens Papa conſtituti ad hoc vt orthodoxam, i.ſanctam fidem conſeruemus, quemadmodum, i.ſicut fecit B.Petrus, & melius ſi poſſibilitas nos nõ redarguat, in Dño exhortamur & ſupplicamus principes tales, ne decætero, i. deinceps, & amodo concedant talia priuilegia ipſis Iudæis, vel Sarracenis, & ne permittant, i.patiantur ſeruare iam conceſſa: quia ſi ipſi Iudæi, vel Sarraceni præſumpſerint vti talibus priuilegijs conceſſis à principibus: nos volumus ꝙ cõio, i.cõicatio Chriſtianorũ, cis i.ab eis, ſubtrahat̃, i.ſecludat̃ & remoueat̃: & ſi ipſi Chriſtiani ꝓp hoc noluerint abſtinere à cõione dictorum Iudæorum, vel Sarracenorum: compellantur ipſi Chriſtiani abſtinere cenſura eccleſiaſtica, i. per cenſuram eccleſiaſticam, quæ eſt excõicatio, ſi opus fuerit.hoc

rit.hoc

rit. hoc dicit: H. R. Not. quòd Chriſtiani producti in teſtes contra Iudæos põt per exceptionẽ criminis à teſtimonio repelli: q̃a licet Iudẽi ſint, nõ tñ debet legitima excepto illis ſubtrahi, vt no. gl. in verbo Chriſtianos. No. ꝙ Iudei regulariter non cõpelluntur per Eccleſiã, ſed per iudices ſeculares, in caſibus tñ de eis iudicat eccleſia, vt in gl. in verbo principum. Not. ꝙ principes nõ poſſunt priuilegiare Iudæos, vel Sarracenos in ijs q̃ ſunt opprobrioſa fidei, vt hic textus iũcta gl. præal. in verbo principũ in fi. Not. ꝙ exhortatio eſt quoddã cõſiliũ, & eſt regulariter ad inſtar conſilij. Cõſiliũ autẽ reuerẽtiæ obligat, ſecus in cõſilio perfectionis, vt in gl. in verbo, exhortamur. vide Panor. Not. de religione Chriſtiana. ſumitur autẽ & alijs modis religio. de quo remittit glo. in verbo religioni. ſed Paul. proſequit. Not. ꝙ ſuperior ex officio debet ꝓhibere obſeruãtiã illiciti, & prohibiti, ſecundũ Pau. de ijs q̃ fi. à ma. par. c. 2. de ſen. excõ. nouerint. de ſup. negl. prẽl. cle. vnica. Zab.

dæi[a] quidam, & Sarraceni[b] (ſicut accepimus) quòd ſuper ciuilibus aut criminalibus[c] conuinci per Chriſtianos[d] nõ poſſint, ſe priuilegijs regum, & principum[e] tueantur: quia id nedum iuri[f] contrarium, ſed Chriſtianæ religioni[g] opprobrioſum eſt quamplurimũ & aduerſum: reges eoſdẽ & principes in Dño exhortamur[h], ne concedant huiuſmodi de cætero priuilegia, vel ſeruent, aut ſeruare † permittant[i] etiã iam conceſſa. Quòd ſi Iudæi aut Sarraceni priuilegijs talibus vti[k] præſumpſerint, Chriſtianorum communio eis ſubtrahatur[l], ſic quòd Chriſtiani ab eorum abſtinere communione, cenſura eccleſiaſtica (ſi opus fuerit[m]) compellantur.

† Aliàs, ſeruari.

¶ *Prima glo. ſummat, & dicit quid ſupplet.*

a ¶ *Cum Iudæi.*] Caſus. Per teſtes Chriſtianos conuinci poſſunt Iudæi & Sarraceni, nõ obſtãtibus contrarijs priuilegijs regũ & principum. quibus ſi vtantur, ſubtrahitur illis Chriſtianorum commercium. per hoc partes patent. Secunda: ibi, *Quod ſi.* ſupplet concilium Lateranen. ṡ. eo. Iudæi.

b ¶ *Sarraceni.*] vnde vtrique dicantur, ſcripſi de Iudæis & Sarracenis ſuper rubrica.

c ¶ *Criminalibus.*] de vtriſque fortè continebat priuilegiũ, ſed forſan de alteris tantum.

d ¶ *Chriſtianos.*] licet Chriſtiani contra illos recipiantur in teſtes, poſſunt tamen per exceptionem criminis per eos à teſtimonio repelli, vt ſatis ſcripſi poſt Hoſt. ṡ. eo. Iudæi.

¶ *Gl. ſeq. ponit regulam: remittit ad caſus exceptos. & ponit motiuum.*

e ¶ *Principum.*] vide quod dixi. j̇. de bap. c. vnico. regulariter Iudæi non conpeſcuntur per eccleſiam, ſed per ſeculares principes 1 ſub quibus degunt. de Iudæ. Iudæi 2. & c. poſtulaſti. & c. nonnullis. in fi. & facit j̇. de re iud. paſtoralis. in prin. & ṡ. de vſur. poſt. miſerabilem. in caſibus tamen eos iudicat eccleſia, qui not. in prædicto. c. Iudẽi. ad quos addas iſtum caſum. Conſueuerunt autem principes propter magnum lucrum, quod à Iudæis in terris ſuis degentibus conſequũtur, eis fauere, & eos priuilegiare, vt hic, & de vſu. quanto. circa illa tamen quæ ſunt opprobrioſa fidei, illos priuilegiare non debent, vt hic.

1 Iudẽi & alij ĩfideles, an & quãdo puniãtur ꝑ Eccleſiã & in quib. caſibus, vel an ꝑ principes ſeculares, vi de Anchar. conſil. 15. Nicolaum Eymericum in Directorio Inqſitorũ par. 2. q. 46. Zanchinũ. trac. de hæret. c. 36. Inno. & docto. in c. qđ ſuper his. đ vot. & voti redemp.

¶ *Glo. ſeq. obijcit, & ſoluit.*

f ¶ *Iuri.*] ṡ. eo. Iudæi. Sed cum in iudicijs ſit ſeruanda paritas, de mut. pet. c. 2. C. de proxi. ſa. ſcrin. in ſacris. de exce. cum inter. ergo videtur iuridicum, quòd ſicut Chriſtiani Iudæos non recipiunt contra ſe, ſic nec ipſi contra Iudæos recipi debeant. Sol. æqualitas iſta reſpicit perſonas actoris & rei, vt regulariter non liceat vni quod non liceat alteri. de reg. iu. non licet. lib. 6. ſed non reſpicit perſonas teſtium, aliàs ſequeretur quòd fide dignus qui non recipit contra ſe criminoſum, vel excommunicatum in teſtem, nec contra illum in teſtimonium recipi poſſet.

g ¶ *Religioni.*] quatuor modos quibus ſumitur religio, not. ṡ. de regula. ſuper rubrica.

h ¶ *Exhortamur.*] curialiter loquitur hic Papa. & eſt ſimile de ſtat. mo. recolentes. j̇. de iud. c. 1. poterat enim eis comminari, & infligere eis pœnam. de Iudæ. Iudæi. 2. de maio. & obe. omnes. & c. ſolitæ. de iudi. nouit. Licet autem hæc exhortatio videatur conſilium, eſt tamen reuerentię, 2 cui neceſſario parendum eſt. de hoc de æta. & quali. ad aures.

2 Vide Dec. in c. nam cõ cupiſcentiã. de conſti. & in cap. ſi pro debilitate. in primo no tab. de offi. deleg.

i ¶ *Permittant.*] concor. de his quæ fiunt à maio. par. c. quæſiuit. de ſent. excom. nouerit. concor. concil. Viennẽ. ṡ. de ſup. negli. præla. c. vnic.

k ¶ *Vti.*] non punit impetrantem tantum, ſed vtentem. ſimile de reſcrip. ex tenore.

l ¶ *Subtrahatur.*] ſic indirectè excommunicat illos eccleſia. de Iudæis, Iudæi. & c. ſi Iudæos. & c. poſtulaſti. de deci. de terris. de vſu. poſt miſerabilem. & c. quanto. de priui. quanto.

m ¶ *Si opus fuerit.*] ſ. quia monitioni non parent, quæ ſemper præcedit cenſuram. de ſen. excom. ſacro.

TEſtibus.] Primò, decidit caſum dubium. Secundò, illius rationem reddit: ibi, *Cum non minus.* Imola.

¶ Iſta Clementina determinat cap. fraternitatis. in quo dicitur, ꝙ in cauſa appellationis ſuper nouis articulis, ſeu capitulis teſtes noui & veteres producantur: erat etiam dubium & non terminabatur ꝑ illud c. an in cauſa principali etiam liceret ꝓducere nouos teſtes vel veteres, ſi minus fuerat probatum, & fuerat renuntiatum & concluſum in cauſa. Et ibi reſpondet ꝙ nõ, licet nouos teſtes ꝓducere, nec in cauſa principali ſuper eiſdem articulis, ſeu directo contrarijs. His præſuppoſitis.

¶ Idem.

¶ *Publicatis atteſtationibus teſtes produci non poſſunt (etiam in cauſa appellationis) ſuper eiſdem articulis, vel directè contrarijs. Io. And.*

CAP. II.

TESTI-

Caſus eſt. Titius habebat domum, quam dicebam meam eſſe, & ſic intentabam contra ipſum rei vendicationẽ, & ſic controuerſa inter nos fuit nata: nos in iudicio intãtum proceſſimus, ꝙ articulos, poſitiones & teſtes noſtros hincinde produximus, ita ꝙ renuntiauimus & concluſimus in cã, & teſtes publicauimus: i. quicquid teſtes depoſuerunt, & dicta ipſorum legimus, & ſciuimus quicquid dixerunt & depoſuerũt. Hoc facto publicatis teſtibus, video ꝙ teſtes quos produxi, non ſatis dicunt pro me, vt poſſim per eos probare, me dñm domus, quam Titius poſſidet: quid facio? aduiſaui me quòd producerem tales & tales & inſtruam eos taliter, ꝙ ipſi dicãt verba per quæ domus mihi adiudicabitur, vel etiam non volo producere teſtes nouos ſuper eiſdem articulis datis, ſed ſuper directo contrarijs, quæritur an poſſum? Reſpondet Clemens ꝙ non, propter metum ſubornationis. Or video ꝙ in cauſa principali non poſſum producere teſtes nouos ſuꝑ eiſdem articulis, vel directè contrarijs: pono ꝙ in principali cauſa fui condemnatus, à qua quidem ſñia appellaui. quæro modo an coram iudice ad quem, hoc eſt, coram iudice qui cognoſcit an bene appellauerim vel non, poſſim producere teſtes nouos ad plenius probandum quod minus plenè probaui in cã principali? Et reſpondet ꝙ non pari ratione: Videlicet ꝑ metum ſubornationis. Sed an iterum poſſim producere teſtes qui fuerunt producti in cã principali ſuper nouis articulis? Rñdet ꝙ ſic. h. d. H. R. ¶ Vide tex. Sicut non licet in cã principali producere alios vel eoſdem teſtes ſuper eiſdem articulis, vel ſuper directo contrarijs: hoc dico, teſtibus & eorum atteſtationibus ritè receptis & publicatis: ſic non debet licere in cã appellationis, cum ſubornatio non ſit minus timenda, imo tam eſt timenda, q̃ in cã principali. h. d. No. ꝙ publicatio atteſtationum impedit teſtes ſuper eiſdem articulis vel directè contrarijs produci, qñ receptio illorum teſtiũ, ſeu depoſitio tenuit aliàs, vt in gl. cum tex. in verbo, ritè. No. ꝙ ſi publicatio atteſtationum eſt indiſcretè facta: puta inſcia, vel inuita parte ex cã rõnabili contradicente, non impedit quo minus pars quæ teſtificata non adhuc vidit, teſtes producere poſſit, vt gl. in verb. publicatis. No. ꝙ parte aduerſa conſentiẽte ceſſat diſpoſitio huius cle. No. gl. in verbo, *Perducere*, quia neſcio alibi. No. ꝙ ſuper veteribus capitulis nullo modo probatis, vel probabilibus aliter quam per teſtes puta per inſtrumenta, licet producere teſtes in cã appellationis, in quibus caſibus non habet locum hæc Clementina, ſed procedit lex, per hanc. C. de temporibus app. in gl. fi. No. tex. *Ritè*, i. rectè ſecundum Priſcianũ. & dicitur à ritu. Papias vero dicit, ritè, id eſt, iuxta morem, legitimè, probè. No. *Atteſtationibus*, id eſt, dictis teſtium. Vnde atteſtationes ſunt dicta teſtium, vel teſtimonia ordine iuris in ſcriptis redacta. Not. *Publicatis.* nota ꝙ dicta teſtium dicuntur publicata quando inter partes legitur illud puod quilibet teſtis depoſuit, & parte, ſciunt quomodo teſtes depoſuerunt, vel pro eis, vel contra, & actor ſcit quòd talis teſtis depoſuit tale quid, & illud facit pro me: & talis teſtis depoſuit tale quid, & illud facit contra me, & ſeruit reo. Econtra autem reus ſcit quòd talis teſtis depoſuit tale quid, quod facit pro eo: alius teſtis depoſuit aliud quod facit contra eum: & iſto modo dicta teſtium dicuntur publicata, quia publi-

publicè fuerunt lecta, id eſt, coram partibus. Not. *Non minus*, imo tantum: quia tantum eſt timenda ſubornatio teſtium in cauſa appellationis ſicut in cauſa principali. No. de verbo, ritè, quod exponit Zen. id eſt, ſolemniter. quia hoc verbum iuris ſolemnitatem denotat. ff. de bono. poſ. contra tab. l. non putauit. §. non quæuis. de inoffi. teſta. l. 2. pro hoc de ſum. tri. c. 1. ver. vnam. vbi diſtinguit inter ritè & rectè. No. de articulis exhibendis in litibus. de hoc j. de verb. ſig. ſæpè. Zabar.

bus [a] ritè [b] receptis, & eorum atteſtationibus publicatis [c], ſicut non licet ſuper eiſdem [d], vel directò [e] contrarijs articulis alios [f], vel eoſdem teſtes in principali cauſa producere [g]: ſic non debet in appellationis [h] cauſa licere: Cum [i] non minus in appellationibus, quã in principali cauſa ſubornatio [k] ſit timenda.

¶*Prima gl. ſummat, & ponit cauſam quare breuiter gloßauerit hanc decretalem.*

a ¶*Teſtibus.*] Caſus. Publicatis atteſtationibus teſtes produci nõ poſſunt (etiam in cauſa appellationis) ſuper eiſdem articulis, vel directè contrarijs. Determinat no. s̃. eo. fraternitatis. & 4. q. 3. ſi quis teſtibus. Et quia decretalem illam ſolemniter commentaui, & ipſius commenti habetur copia, facilius hanc tranſibo.

b ¶*Ritè.*] hoc dicit pro tanto, quia ſi receptio teſtium non teneret, puta facta per eum qui non erat iudex cauſæ, 1 vel facta ſuper principali lite non conteſta. eo caſu quo fieri non potuit, vt lit. non conteſt. accedens 2. publicatio 2 iſtarum atteſtationum non impediret productionem ritè fiendam. facit quod no. s̃. eo. cum cauſam. in fi. vlt. gl. Item ſi aliqui teſtes depoſuiſſent ſuper articulo non incluſo. ſuper quo vide quod ſcripſi poſt. Inn. de decr. fraternitatis. in 5. q.

1 Fallit ſi teſtes erãt perituri. Ang. in l. cum hi. §. tranſactione. ff. de trãſact.

c ¶*Publicatis.*] repete, ritè. hoc dico pro tanto, quia ſi indiſcretè, inſcia, vel inuita parte iudex publicaret, pars quæ teſtificata nondum didicit, adhuc & teſtes producere poſſet: 3 & hoc caſu verificari poſſet quod no. Bar. s̃. eo. conſtitutis. 2. in vlti. gl. vt ibi ſcripſi.

2 Idem ait Cardi. ſi teſtes non iurauerũt. An partes pñt iuramẽtum remittere, vid̃ hic Barba.

d ¶*Eiſdem.*] ſuper nouis enim hoc licet etiam in cauſa principali, & quæ ſint noua, plenè ſcripſi in decret. fraternitatis, in quæſtio. 2.

¶*Glo. ſeq. primò dicit quid de indirecta. Secundò, de directa, dat caſum exceptum: & ponit exempla.*

3 Idem dicit Zen. ſi iudex ritè publicaſſet. addit Barto. & ꝓbet ſe nõ didiciſſe teſtificata. & procedit ẽt tex. ſi pars didicerit nulla publicatione facta.

e ¶*Directò contrarÿs.* 4] indirectam contrarietatem bene licet probare per teſtes poſt verò atteſtationes publicatas, puta abſentiam partis, vel teſtis, à loco, eo tempore de quo deponit, per modum decre. ex tenore. s̃. eo. quod intellige vt ibi dixi. ad idem C. de contrahen. ſtipul. optimam. ſuper directa verò contrarietate non licet, niſi opponeretur falſitas directò ipſius teſtis cum corruptione. de quo ſcripſi de proba. cap. licet. ſuper glo. 2. Eſſent autem directè contraria capitula de maioritate, & minoritate, & de legitimitate, & illegitimitate, & præſentia & abſentia, de furore & ſana mente, de actu ſpõtaneo & coacto, de virginitate & corruptione, quando talia & ſimilia de eiſdem perſonis & actibus, de eodem inſtanti temporis ſic contrariè formarentur.

4 Teſtis ſi primò dicit vnum, deinde aliud, cui dicto ſtabitur: vide hic p Pet. & per Bart. in l. eos. ff. de fal.

f ¶*Alios vel eoſdem.*] reprobat opinionem Hoſt. qui dicit in appellationis cauſa articulum antiquum poſſe reprobari per teſtes nouos, ſed non per antiquos.

g ¶*Producere.*] hoc regulare, fallit in multis caſibus, quos ſcripſi in decre. fraternitatis. in 9. quæſtio. & nota. Spec. in titu. de teſti. §. ſatis vtiliter. & quod dicit producere, intellige contra partem inuitam, ſuper quo vide quod ſcripſi in vltim. quæſtio.

ADDITIO. Petrus de Ancharano ponit hic xij. vel xiij. caſus in quibus licet ſuper eiſdem articulis teſtes recipere atteſtationibus publicatis.

¶*Gl. ſeq. oſtendit quid reprobat, & quid approbat. & remittit.*

h ¶*In appellationis cauſa.*] Reprobat communem opinionem legiſtarum dicentium, ꝙ publicatis atteſtationibus in principali, licebat producere in cauſa appellationis teſtes ſuper eiſdem capitulis. In hoc concor. Hug. Io. cre. Azo. & Accur. per l. eos. C. de appel. & C. de tem. appel. per hanc. dicentes, quòd §. qui vero. in Auth de teſtibus col. 7. loquitur de teſtibus producendis in cauſa principali, ſed canoniſtæ contra, ſcilicet Glo. Lau. Vin. Tan. Phil. Goffre. & Innoc. in prædi. decre. quibus videtur conſentire Guliel. in Specu. de teſti. §. ſatis vtiliter. ver. & breuiter. & mouebantur per rationem hic inſertam: & vide quod nota. in c. fraternitatis. in 3. gl. & quod ibi ſcripſi.

Atteſtationibus publicatis in principali, nõ licet in cã appellationis teſtes producere ſuper ijſdem capitulis.

i ¶*Cum.*] pro quia. redditiuum cauſæ. concor. de conſuetu. cap. 2. & certè huic rationi legiſtæ reſpondere non poſſunt, quæ ſumitur etiam ex præcedenti §. quia verò. vbi de hoc. Ad leges Codicis, quas pro ſe inducunt facilè reſpondetur, vt intelligantur de veteribus capitulis nullo modo probatis, vel probatis aliter quam per teſtes, ſuper quibus in appellationis cauſa bene licet ꝓducere teſtes. Ioannes Andreas.

k ¶*Subornatio.*] ad huiuſmodi intellectũ, vide quod ſcripſi in decr. fraternitatis. in 8. q.

TITVLVS IX.

De iureiurando.

¶Clemens V. in concilio Viennenſi.

¶*Iuramenta, quæ Romanæ Eccleſiæ præſtant Romani principes, fidelitatis exiſtunt. Io. And.*

CAP. VNIC.

Romani [l] princi-

DE IVREIVRANDO.

Romani.] iſtã clementinam lego vſq; ad §. *Dudum.* quæ ponit vnum exordium, in quo dicit, quòd Romani principes, id eſt, imperatores ſubmiſerunt & aſtrinxerunt ſe vinculo iuramenti: puta iurando, ſua capita Romanis pontificibus ſubmittendo. Sed figura ſic caſum: Certum eſt ꝙ Deus nobis dedit vicarium in terris, cui dixit, Quæcunque ligaueris, ligata erunt, & quæcunque ſolueris, ſoluta erunt: hoc dicebat Ieſus beato Petro vicario ſuo, Petre quoſcunque excõicaueris in terris, excommunicati & maledicti erunt in cœlis: Et quoſcunque ſolueris, id eſt, diſſolueris abſoluendo in terris, erunt abſoluti in cœlis: Modò quæro, nonne Ieſus voluit iſtos principes quibus dedit iuriſdictionem temporalẽ, hoc eſt, dedit eis poteſtatem ſuper rebus temporalibus exercendis, eſſe aliquo modo ſubiectos ſuo vicario, id eſt, Romano Pontifici: & nonne voluit vt iſti principes præſtent ipſi Romano Pontifici aliqua iuramenta, & nonne voluit vt ipſi ſubmittant ſua capita ipſi Romano Pontifici? Ad quod reſpondet in textu Clemens, quòd ſic, dicendo vt ſequitur, Principes Romani profeſſores fidei orthodoxæ, id eſt, ſanctæ venerantes feruore fidei, id eſt, cum magno affectu & promptitudine claræ deuotionis ſacroſanctam Romanam Eccleſiam, cuius Romanæ Eccleſiæ noſter redemptor Chriſtus eſt caput: ac, id eſt, etiam principes Romani, venerantes Romanum Pontificem vicarium eiuſdem Chriſti noſtri redemptoris, non reputauerunt indignum ſubmittere, id eſt, ſubijcere ſua capita, id eſt ſeipſos eidem Romano Pontifici, à quo ipſi principes aſſumunt approbationem ſuæ perſonæ ad apicem imperialis celſitudinis aſſumendæ. Nam Romanus Pontifex approbat eos, ſcilicet inſpiciendo an ſint tales quòd poſſint tempore neceſſitatis fidem Chriſtianam, id eſt, fidem Chriſti defendere. Et à quo Romano Pontifice ipſi principes aſſumunt, id eſt, habent, vel capiunt coronam imperij: nec non, id eſt, etiam ipſi principes accipiunt vnctionem, id eſt, vnguentum quo vnguntnr & conſecrationem, quia Papa eos conſecrat. que pro, &, & ipſi principes non reputauerunt indignum, imo crediderunt benè dignum ſe aſtringere illi Romano Pontifici, & eidem Eccleſiæ vinculo iuramenti, quæ eccleſia tranſtulit imperium à Græcis in Germanos, id eſt, Alemanos. Nam Græci ſolebant habere imperium. Et à qua Eccleſia ius & poteſtas eligendi regem aliquem, ſuppleo poſtmodum promouendum in Imperatorem, peruenit ad certos principes eorum, quia ſunt certi principes in Germania qui habent poteſtatem & ius eligendi aliquem regem in Imperatorem quod ius eccleſia eis conceſſit. Textus de ſe ſatis patet. Nota, ꝙ Papa eſt Chriſti vicarius, & ſi alicubi inuenitur quòd eſt Petri vicarius illa eſt impropria locutio, vel exponitur, id eſt, gerit vicariam, quam geſſit Petrus. Vicarius enim non dat vicarium. de officio vicar. capitulo clericos. hoc vult gloſſ. in verbo, *Chriſtus.* Nota in verſicul. *Prout tam mos*, & c. quòd Papa probat iuramentum Imperatoris eſſe præſtandum propter morem obſeruantiæ antiquæ. Antiqua ergo diutina præſtatio inducit obligationem in futurum. Quod quando ſit verum, dic per docto. in l. ſi certis annis. C. de pactis. & l. cum de in rem verſo. ff. de vſuris. per Bartol. in caſu verò huius Clementinæ non erat nuda præſtatio: ſed titulus, ex quo & alijs veriſimilibus coniecturis Papa hic ipſum exigit tamquam debitum. facit quod legitur & notatur in capitu. peruenit. de cenſibus. Petrus de Ancharano.

Caſus literalis domini Heliæ.

¶*Prima glo. ponit caſum, & ſimul ſummando diuidit.*

l ¶*Romani.*] Caſus. Declarat illa fore fidelitatis iuramenta, quæ præſtat Imperator Eccleſię Romanæ approbationis ſuę

tempore

pes† orthodoxæ[a] fidei profeſſores[b], ſacroſanctam Romanã Eccleſiã, cuius caput eſt Chriſtus[c] redemptor noſter, ac Romanum pontificem eiuſdẽ redemptoris vicarium† [d] feruore fidei, & claræ deuotionis promptitudine[e] venerantes[f], eidem Romano Põtifici, à quo approbationem perſonę ad imperialis celſitudinis apicem[g] aſſumendæ, nec non vnctionẽ, conſecrationem, & imperij coronam accipiunt, ſua ſubmittere[h] capita non reputarunt indignũ: ſeq;[i] illi, & eidẽ Eccleſiæ, quæ à Grȩcis imperiũ tranſtulit† in Germanos, & à qua ad certos[k] eorũ principes ius, & poteſtas eligendi regem in Imperatorem poſtmodum promouẽdum peruenit[l], aſtringere vinculo iuramẽti, prout tam mos obſeruationis antiquæ[m] temporibus nouiſſimis renouatæ, quàm forma iuramenti huiuſmodi ſacris inſerta canonibus[n] manifeſtant. ¶Dudum ſanè inter quondam Hẽricum Imperatorem, tunc Romanorũ regẽ[o], & chariſſimũ in Chriſto filium noſtrum Robertum Siciliæ[p] regẽ graui diſcordia[q] ſuſcitata: Nos multis grandi-

tempore ſecundùm formam capituli, tibi domino. & tempore coronationis, ſecundùm formam in Pontificali deſcriptã. Et prima ponit exordium in quo dicit, Romanos principes pro tempore Romanis Pontificibus ſua capita ſubmiſiſſe, & ſe illis adſtrinxiſſe vinculo iuramenti. Secundò ibi: *Dudum.* narrat aſſertionem Imperatoris Hẽrici ſe negantis Romano Pontifici per fidelitatis iuramẽtum adſtrictum, exprimens quòd dedit cãm denegationi prædictæ. Tertiò ibi: *Nos itaque.* prouidens contra futura pericula, ponit duo iuramẽta, quæ præſtiterat ipſe Henricus Eccleſiæ Romanæ. Primùm approbationis ſuæ tempore per procuratores ad id mandatũ habentes, ſecundùm formam c. tibi domino. Secundũ, tẽpore coronationis & conſecrationis ſuæ, quod in vrbe præſtitit per ſeipſum, ſecundùm formam in Pontificali deſcriptam: Quartò ibi: *Cæterùm.* narrans talia etiam ſacramenta præſtita per Albertum immediatum prædeceſſorem ipſius Rodulphi, & alios reges Romanos, declarat illa fore fidelitatis iuramenta. Quintò ibi: *Porrò.* ponit formam iuramenti, quã ipſe Henricus præſtiterat in ingreſſu Italiæ, & quam innouauerat coronationis tempore, quæ dicit patere per literas ipſius Henrici in archiuis curiæ Romanæ reſeruatas. Io. And.

† al. Imperatores.

† Vide Turrecrematã in ſumma de eccleſia. lib. 8. c. 37.

a ¶*Orthodoxæ.*] ſimile argu. de ſum. tri. damnamus. verſi. licet ergo. & ibi exponitur.

b ¶*Profeſſores.*] venerantes, quod eſt j. redeas retrograde, vſque ibi, fauore.

c ¶*Chriſtus.*] ad Colloſ. 1. de ſac. vnc. c. vnico. verſic. ſed vbi.

d ¶*Vicarium.*] de homi. pro humani. lib. 6. de trãsla. c. 2. & 3. Et cum dicitur ꝙ eſt vicarius Petri, vt 65. diſt. ego Ludouicus. 1. q. 1. non æquales. & q. 7. quotiẽs. eſt impropria locutio. Vel exponitur, id eſt, gerit vicariam quam geſſit Petrus: Vicarius enim non dat vicarium, de offi. vica. clericos.

e ¶*Promptitudine*] quaſi parata, & expedita affectione, & ſine difficultate.

f ¶*Venerantes.*] 17. diſt. §. huic. & 19. diſt. in memoria. 21. diſtin. nunc autem. & c. in tantum. cum ſi. & hic tolle literã, non reputarunt indignum ſua ſubmittere capita.

g ¶*Apicem.*] apes, apis, volatilis quædam eſt, de qua de conſec. diſtinc. 5. nunquam. de deci. nuntios. & 7. q. 1. in apibus. ſed ápex, apicis, ponitur pro ſummitate, honore, vel diſtinctionis nota: quod enim in ſummo eſt, à pedibus, vel infimis diſtat, & hæc ſummitas temporalia reſpicit. de maioritate & obedientia, ſolitæ.

h ¶*Submittere.*] facit 63. diſt. Valentinianus. de iudi. nouit. verſi. nos igitur.

i ¶*Seque.*] aſtringere vinculo iuramenti. quod eſt infrà.

k *Ad certos.*] qui ſunt illi, not. de re iudi. ad Apoſtolicæ. in fin. libr. 6.

l ¶*Peruenit.*] de elect. venerabilem.

m ¶*Antiquę.*] concor. s̃. de transla. quanto. & mos fideliſſimæ vetuſtatis ſeruandus eſt C. de teſta. teſtamenta.

n ¶*Canonibus.*[63. diſt. tibi domino.

DVDVM. Poſtquam diximus in §. præcedẽti, qualiter principes non reputauerunt indignum ſubijci ſua capita Romanis Pontificibus vinculo iuramenti: Iſte §. dudum. narrat qualiter Henricus Imperator aſſerebat & affirmabat ſe non eſſe aſtrictum Romanis Pontificibus vinculo iuramenti ab ipſo Henrico præſtiti. Et dat, ſeu exprimit cauſam quare dicit ſe non eſſe aſtrictum, vſque ad §. *Nos itaque.*

CASVS. Diabolo patre litis inſtigante, bellum inter Henticum regem Romanorum Imperatorem, & chariſſimũ Robertum amicum noſtrum, filium noſtrum in Chriſto regem Siciliæ fuit ſuſcitatum, ita ꝙ grande damnum eccleſię imminebat, niſi pax in proximo tpe fuiſſet tractata: Et nos Papa videntes grandia pericula, quæ timebant ex hoc bello prouentura; intendentes celeri, id eſt, veloci & opportuno, id eſt, conuenienti obuiare remedio, miſimus literas quibuſdam Cardinalibus exiſtentibus tunc in ciuitate Romana: quæ literæ tractabant de pace reformanda & fienda inter ipſos reges: Et inter alia inſerentes & affirmantes, quòd cum ipſi reges eſſent ſpecialiſſimi filij Eccleſiæ, & cum ipſi debeant eſſe promptiſſimi defenſores, & quòd aliàs fuiſſent aſtricti multipliciter iuramento fidelitatis ipſi Eccleſiæ: Nos Papa ſupplicabamus eis quòd inirent pacem adinuicem, & ꝙ eſſent muniti decætero pro omni genere armorum ſcuto pacis. His auditis & viſis, Cardinales quibus literæ fuerãt miſſæ, iſtas literas præſentauerunt Henrico regi Romanorum & Imperatori, & illi ſupplicauerunt, vt ſuum propoſitum & voluntatem pro reſponſo haberent: Qui quidem Henricus audiens iſtas literas faciẽtes mentionem, quòd multipliciter erat aſtrictus iuramento fidelitatis: & hoc moleſtè ferens, tamquàm iratus reſpondit, ſe non fore cuiquam ad fidelitatis iuramentum aſtrictum, & de ſua reſponſione publicè tabelliones requiſiuit, quod ſecretè facere debebat, & voluit acta habere qualiter ipſe dicebat ſe non eſſe ſubditum, nec confitebatur ſe alicui ſubditum. Et iſta dicebat in præſentia plurium hoc audire volentium. Item vltra dicebat, quòd ipſe neſciebat quòd anteceſſores ſui Romani Imperatores vnquam iuramentũ huiuſmodi præſtitiſſent: & dicebat quòd nõ erat memor quòd vmquam talia iuramenta præſtitiſſet. Hoc dicit. vide text. *Sanè*, pro ſed. *Dudum*, id eſt, olim. graui diſcordia ſuſcitata, id eſt, orta inter Henricum quondam Imperatorem, tunc regem Romanorum, & Robertum chariſſimum, & filium noſtrum in Chriſto regem Siciliæ. Nos Romanus Pontifex intendentes obuiare, id eſt, contraire, ne bellum fortius inſurgat; celeri, id eſt, veloci remedio, & opportuno, id eſt, conuenienti, multis grandibus periculis, quæ pericula timebantur veriſimiliter prouentura exinde, id eſt, mediante illo bello, duximus literas deſtinandas, id eſt, mittendas ſub certa forma, hoc eſt, deliberauimus mittere literas quibuſdam ex fratribus noſtris Cardinalibus ſanctæ Romanæ Eccleſiæ tunc in vrbe Romana exiſtentibus: quæ, ſcilicet literæ erãt pro pace reformanda, & pro concordia ſolidanda, id eſt, firmanda inter eoſdem reges iam nominatos. Et nos, ſcilicet inſerentes in eis literis, quòd cum ipſi reges ſint ſpecialiſſimi filij ipſius Eccleſiæ: & quòd cum ipſi ſint aſtricti ipſi Eccleſiæ multipliciter, & ipſi debeant eſſe promptiſſimi defenſores eiuſdẽ eccleſiæ; vult concludere Romanus Pontifex, quòd amplius bellum contra ſe inuicem non ducant, ſed pacificè viuant: quia ſcribitur, Regna in ſe diuiſa deſolabuntur. Dictis autem literis deductis, id eſt, lectis & declaratis in notitiam dicti Henrici iam promoti ad imperium, idem Henricus requiſitus ab eiſdem Cardinalibus vt ipſe reſponderet, id eſt, declararet voluntatem & propoſitum ſuum ſuper contentis in literis illis: Et cum ipſe Hẽricus, ſuppleo, tuliſſet, id eſt, portaſſet in animo ſuo moleſtè, id eſt, malè contentus, ex eo ſcilicet quòd habebatur mentio in dictis literis de iuramento fidelitatis per eum præſtito, ipſe non reſpondit Cardinalibus familiariter nec ſecretè, vt, id eſt, ſicut qualitas pacis tractandæ exigebat, id eſt requirebat, &c. textus de ſe ſatis patet. Not. de dictione *quondam.* quæ remouet de prȩſenti, & ponit de præterito, vt hic. & ff. de poſtula. l. cui. §. affinitates. tamen de ſui natura denotat tria tempora, præteritum, præſens, & futurum: ſicut olim & dudum. de quo de offic. deleg. cum olim. Not. quòd ad Papam ſpectat reformare pacem inter Chriſtianos, & ſedare diſcordias, & ſcãdala. Item & ad alios prælatos ſimiliter hoc pertinet, & maximè ad bonos iudices, vt l. æquiſſimum. ff. de vſufru. & cap. in præſentia, de probatio. in nouel. poſt. Innocen. facit de treug. & pac. capit. 1. & de iudi. cap. nouit. & 23. quæſtio. 1. per totum, Petrus de Ancharano.

† De hac Imperij trãſlatione vide in c. venerabilem. & ibi latè per gloſſam & doctores, extra de elec.

o ¶*Regem.*] qui nondum coronatus erat. Ioan. And:

p ¶*Siciliæ.*] quæ eſt ſpeciale patrimonium Eccleſiæ. de re iudi. ad Apoſtolicæ. verſi. præter hæc. cum ſuis concor. lib. 6.

q ¶*Diſcordia.*] diuerſitatem cordium deſignat.

busque periculis, quæ exinde prouentura veriſimiliter timebantur intendentes celeri[a], & oportuno remedio obuiare[b], quibuſdam ex fratribus noſtris ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus exiſtentibus tunc in vrbe[c] pro reformanda pace[d], & ſolidanda concordia inter reges eoſdem, literas noſtras ſub certa forma duximus deſtinandas; inter alia inſerentes in eis[e], quòd cum ipſi reges eiuſdem Eccleſiæ ſpecialiſſimi filij ſibi † iuramento fidelitatis †, & aliàs multipliciter eſſent aſtricti, ipſius Eccleſiæ debeant † eſſe promptiſſimi defenſores. Dictis autem literis in notitiam dicti Hẽrici ad imperium iam promoti ſic deductis, idẽ Henricus ab eiſdem Cardinalibus requiſitus, vt ſuper contentis in illis ſuum propoſitum reſpõderet, quaſi moleſtè tuliſſet, ꝙ de iuramento fidelitatis huiuſmodi per eum præſtito in dictis literis mentio haberetur, nõ familiariter[f], nec ſecretè[g], vt tractandæ pacis qualitas exigebat, ſed multis tabellionibus accerſitis[h] & requiſitis[i] ab eo quòd de reſponſionibus ſuis conficerent publica inſtrumẽta[k]: inter cætera publicè, præſente multitudine hominum copioſa, reſpondit[l], ſe non fore cuiquam[m] ad iuramentum fidelitatis aſtrictum, & † quòd nunquam fecerit iuramẽtum, propter quod foret ad iuramẽtum fidelitatis alicui obligatus, & † quòd ipſe neſciebat, quòd anteceſſores ſui Romani † Imperatores vnquam iuramentum huiuſmodi præſtitiſſent, ſimulans ſe immemorem iuramentorum, quæ nobis ante coronationem ſuam præſtiterat[n], & poſt coronationẽ etiam innouarat[o]. Nos itaque attendentes quòd huiuſmodi reſponſio, ſi ſub diſſimulatione pertranſeat, vel ſilentio pallie-

a ¶*Celeri.*] de celeritate vide pro & contra. de electio. capit. fina. lib. 6.

b ¶*Obuiare.*] vide quod not. de reſcript. ad hoc in vlt. gloſſa. & quod ibi dixi.

c ¶*In vrbe.*] antonomaſicè. de pœnit. & remiſ. ſignificauit. ibi, de hoc. de verb. ſigni. forus. ver. teſtes.

d ¶*Pace.*] quod ad eũ ſpectabat. de iudi. nouit. & ad alios prælatos. 90. diſtinct. per totum. de treug. & pa. capit. 1. & vide quod not. de re iudi. ad Apoſtolicæ. ver. deierauit. lib. 6. [per Archid. 23. quæſt. 1. noli.]

e ¶*In eis.*] literis ad Cardinales directis.

f ¶*Non familiariter.*] quaſi non manſuetè, domeſticè, & amicabiliter.

g ¶*Secretè.*] 5. quæſt. 3. in loco.

ADDITIO. Tangit hic Pau. remiſſiuè, qs grauius peccet, vel ille qui delinquit occultè, vel ille qui publicè. not. de cele. Miſ. de homine. 81. diſt. clericus. 32. quæſt. 4. nemo. Petrus.

h ¶*Accerſitis.*] quaſi collectis, vel circa ſe ſitis.

i ¶*Requiſitis.*] Nota tabellionem debere eſſe rogatum. de hoc in Spec. de inſtru. edi. §. 2. verſi. ſed pone. & §. 3. in 1. col. [per Inno. ſuprà de fide inſtru. c. 1.]

k ¶*Inſtrumenta.*] ad perpetuam rei memoriam. 1. q. 7. maximum. 27. q. 1. omnes fœminæ.

l ¶*Reſpondit.*] tria capitula continet hæc reſponſio.

m ¶*Cuiquam.*] Romanum Pontificem includebat. de maio. & obed. ſolitæ. ad fi.

n ¶*Præſtiterat.*] per nuntios, vt ſequitur.

o ¶*Innouarat.*] per ſeipſum. Ioan. And.

¶Nos itaque. Iſte. §. legitur vſque ad §. cæterùm. Et dicit quid fecit Papa quando audiuit Cardinales referentes ea quæ dixit Henricus, & quod reſponſum ipſe Henricus dedit literis ſuis, & quomodo Henricus non habuit literas Papæ gratas, & quomodo ipſe Henricus dixit ſe non iuraſſe in coronatione ſua quãdo fuit promotus in Romanum Imperium, nec poſt coronationem: Et etiam Cardinales retulerunt ipſi Papæ, qualiter ipſe Henricus quando recepit literas Papæ, quæ tractabant de pace: & cum ſecretæ eſſe deberent quòd ipſe eas publicauit, accerſitis, id eſt, conuocatis tabellionibus, & in copia multorum hominum: & quomodo ipſe neſciebat ꝙ anteceſſores ſui iuraſſent: & quòd ipſe erat immemor quòd vnquam iuraſſet. Et per hoc habes totum. §. præcedentem repetitum. His ſic recitatis à Cardinalibus Romano Pontifici, ipſe Romanus Pontifex attendens quòd ſi ipſe dimitteret ipſum regem, qui de reſponſione ſua haberet tabelliones vt conficerent inſtrumenta, poſſet in futurum præiudicare Romanę Eccleſiæ, & talia ſic recitata in principio iſtius. §. in graue præiudicium redundarent ipſi Eccleſiæ: quare ipſe Papa ſiue Romanus Pontifex proſpexit annectere & in ius commune ſiue in corpore iuris redigere, & ſcribere de huiuſmodi iuramentis in huiuſmodi conſtitutione ſeu Clementina, recitans quomodo dictus Henricus quamprimùm, id eſt, quamcitò, & illico ſiue ſtatim quòd fuit electus in Romanum regem, ipſe miſit nuntios & procuratores ad nos, hoc eſt, ad Romanam curiam, vt ipſe confirmaretur in Imperatorem: qui nuntij procuratorium habebant ad iurandum in animam ipſius quòd omnia quæ iuranda erant iurarent, quæ quidem iuramenta recepimus in Auinione, vbi tunc eramus in præſentia plurium Cardinalium, archiepiſcoporum, epiſcoporum, & abbatum hic exiſtẽtium: quare illum regem nominauimus, & eius perſonam approbauimus: & declarauimus eum eſſe habilem & idoneum ad apicem, & imperialis celſitudinis dignitatem: & decreuimus illum inungi & conſecrari, & à prædictis nuntijs accepimus iuramentum. Item ſimiliter miſimus Cardinales ad eum vt ipſi impenderent & darent inſignia conſecrationis: qui Cardinales nomine noſtro receperunt ab eo iuramentum corporale, ſicut continetur, & forma illius iuramenti deſcribitur in libro Pontificali Romano: Et forma qualiter ipſe iurauit ponit ibi Ego A. rex Roman. hoc dicit. vide text. Nos itaque attendentes, quòd ſi huiuſmodi reſpõſio facta per regem Henricum pertranſeat ſub diſſimulatione, vel ꝙ pallietur ſilentio, ipſa poſſet redũdare in magnum & euidens præiudicium Romanę Eccleſiæ: ideo proſpeximus admodum dignum, id eſt, valde dignum fore, id eſt, eſſe opportunum, id eſt, conueniens, vt annectamus aliqua breuiter huiuſmodi conſtitutioni præſenti in huiuſmodi Clementina. Et ſum in text. ibi: *Dictus namque.* Et recitat qualiter Henricus rex quãdo fuit electus, quomodo ipſe iurauit & fecit illa quæ tenentur facere Imperatores, quando eliguntur: ideo dicit, Dictus, namque Henricus quam primùm, id eſt, ita cito quòd fuit electus in regem Romanorum, ipſe deſtinauit, id eſt, miſit ad nos nuntios ſolemnes, hoc eſt, vnam ambaſiatam, quam gallicè Ambaſſade appellamus, dans eis nuntijs mandatum ſpeciale & plenum per ſuas literes patentes, id eſt, apparentes, & manifeſtas, & bene cognitas, nobis exponendi pro eo, id eſt, nomine eius deuotionem ipſius, quia præceperat nuntijs ſuis dicendo, Dicatis Romano Pontifici qualiter ego ſum deuotus & obediens. Et dans eis nuntijs mandatum ſpeciale exponendi reuerentiam filialem, quam ipſe dicebat gerere ad nos ſyncero, id eſt, integro affectu, id eſt, deſiderio, & etiam ad Romanam Eccleſiam, dicendo quòd erat filius ipſius Eccleſiæ: quare ſupplicabat vt electionem de ſe factam Papa confirmaret: & eum decerneret inungendum & conſecrandum: necnon, id eſt, etiam habebant dicti nuntij ſpeciale mandatum petendi & impetrandi gratiam à nobis & fauorem: Et ipſi nuntij habebant mandatum ſpeciale offerendi, & præſtandi pro eo, id eſt, nomine eius iuramentum fidelitatis debitæ nobis, & debitæ ei Romanæ Eccleſiæ in ipſius animam: quia per ſuam animam iurabat, quòd teneret & faceret omnia quæ ſui prædeceſſores fecerant. Ideoque ipſi nuntij habebant mandatum iurandi in ipſius animam per iuramentum fidelitatis, & per iuramentum cuiuslibet alterius generis: ac nihilominus, id eſt, non minus habebant tales nuntij mandatum ſpeciale petendi à nobis vnctionem: & habebant ſpeciale mandatum petendi conſecrationem impendi ipſi Henrico regi per manus noſtras: Et etiam petebat diadema imperij impendi, id eſt, tradi per manus noſtras. hoc dicit. Not. *Decreto*, id eſt, ſtatuto. & habemus decretus, ta, tum. & hoc decretum, ti, ſtatutum patrum, definitum iudicium. Inde hic, & hęc decretalis, & hoc le. vt iſta dicta ſunt decretalia, id eſt, quæ in decretis continentur. Et pluraliter hæc decreta, torum, pro libro, in quo continentur decreta. Inuenitur etiam decretalis ſubſtantiuè, vt in tali decretali dicitur. Item decretus, ta, tum, inuenitur à decreſco, ſcis, & poteſt, de, ibi eſſe augmentatiuum, vel priuatiuum. Et decretum eſt ſupinum duorum verborum, ſcilicet decreſco, & decerno. & decreui eſt eorum præteritum. Decretum ſecundùm Specu. dicitur multis modis: quandoque dicitur ſententia diffinitiua, vt ff. de re iud. l. decreta. vel interlocutoria. ff de aſſeſſo. l. 1. in fi. Quandoq; dicitur id quod Papa cõſtituit ſeu

ſtatuit

† al. ita: ſibi ſub iuramẽto, &c.

† Liquet enim ex epiſtola Leonis, 30. die Aprilis anno põtificatus ſui 6. ſcripta Heluetijs tredecim Cantonum confœderatis viris, quòd reges Siciliæ iurant pontifici.

† al. debebant.

† al. eo qđ.

† al. eo qđ.

† al. Romanorum.

ſtatuit de conſilio Cardinalium nulla facta conſultatione, & tunc in ſcriptis redigitur, vt de reſcri.cap.præſenti. Et accipitur hic ſic in propoſito. Quandoque dicitur conſenſus eligentium in ſcriptis redactus, vt 2.quæſtio.1.legum. de elect. innotuit. Quandoque eſt illud quod capitulum, vel ordo, ſiue vniuerſitas, vel maior pars ordinauit, vt ff. quod cuiuſque vniuer. nomine.l. planè. Quandoque eſt iudicis auctoritas in alienationibus rerum, præcipuè minorum interpoſita. vt C. de prædijs mi.l.interpoſita. Quandoque dicitur auctoritas principis in reſcriptis beneficialibus interpoſita, vt de reſcrip. capit.gratia. libr.6. Et ſecundùm Azonem illud decretum eſt confirmatorium gratiæ: quia ex hoc princeps inſinuat ſuam voluntatem, quæ ſeruanda etiam ſecundùm eum ligat ignorantes. Eſt etiam quoddam decretum decurionũ, quod in inuitos ſuper muneribus rerum tribui poteſt, exceptis qui liberalium ſtudiorũ laboribus inſeruiunt, & qui medẽdi cauſa funguntur, vt medici. C. de decr.decuri. l. exceptis.lib. 10. Et dicuntur decuriones, id eſt. exiſtentes de curia. Quãdoque decretum eſt iuſſus iudicis, quo mandat bona alicuius propter eius contumaciam poſſideri. Et eſt duplex: quoddam eſt primum, quoddam ſecundum, vt ff.de dam. infect. l. ſi pupillus. §. Iulianus. Not. quòd cõtra ea quæ publicè deliquuntur, publicè prouideri debet: ſic enim prouidit Papa per hãc publicam conſtitutionem contra publica delicta Henrici. Not. quòd dicitur breuiter fieri, quamuis multa dicantur dummodo breuiter, vt hic in ver.breuiter. Zabarella.

a ¶*Pallietur.*] id eſt, quaſi pallio cooperiatur. concor.de vſu pal. cap.niſi.in fine.

b ¶*Redundare.*] prouidet circa futura. de hoc de fer. non ordin. capit. 1.

c ¶*Admodum.*] ponitur pro valde concor. de cen. grauis. & de cor.vi. cap. 1. de magiſtris, quanto. infrà de re iudi. paſtoralis. verſic. nunquid etiam.& infrà de magiſtris. cap.1. poſt princip.

d ¶*Exponendi.*] Nota formam ſecundùm quam conſtituendi ſunt nuntij Romanorum regis petentis approbationem Eccleſiæ.

e ¶*Dicebat.*] Seneca 82. epiſtola, Nil carius exiſtimamus, quàm beneficium quamdiu petimus: nil vilius cum accipimus.

¶ Aliàs ita: vt de iuramento huiuſmodi cõſtitutioni p̃ſenti aliqua annectamꝰ.

tur[a], poſſet in magnum & euidens præiudicium Romanę Eccleſiæ redũdare[b], dignum admodum[c], & opportunum fore proſpeximus, vt † de iuramentis huiuſmodi cõſtitutioni pręſenti aliqua breuiter annectamus. Dictus namque Henricus quamprimùm fuit in regẽ Romanorum electus, ſolemnes ad nos nuntios deſtinauit dans eis per ſuas patentes literas plenum, & ſpeciale mandatum exponendi[d] nobis pro eo deuotionem ipſius, & reuerentiam filialem, quam ad nos & Romanam Eccleſiam ſyncero gerere ſe dicebat[e] affectu: necnon petendi, & impetrandi à nobis fauorem, & gratiam conſuetos: offerendi quoque nobis, & præſtandi pro eo, & in ipſius animam[f] debitæ nobis, & eidem Eccleſiæ fidelitatis, & cuiuslibet alterius generis iuramentum, ac nihilominus petendi à nobis per noſtras ſibi manus impendi vnctionem, cõſecrationem, & Romani imperij diadema[g]. Præfatis itaque nuntijs in noſtra, & fratrum noſtrorum præſentia conſtitutis, ac ſecundùm dicti tenorem mandati Auinione, vbi tunc eramus cum noſtra curia reſidentes in publico conſiſtorio, in quo erat prælatorum & aliorum, tam clericorum quàm laicorum non modica multitudo, præmiſſis per eos coram nobis expoſitis ſupplicando petitis humiliter, & oblatis[h]: Nos eodem mandato & decreto[i] electionis eiuſdem Henrici ex parte principum tam eccleſiaſticorum quàm ſecularium, qui eundem elegerant, nobis per dictos nuntios præſentatis, plena cum eiſdem fratribus deliberatione diſcuſſis, factaque nobis de electione huiuſmodi cõcordi & legitima plena fide, examinata quoque perſona ipſius Henrici, prout abſentia patiebatur eiuſdem, & de ipſius fide, probitate, & alijs quæ in perſona Imperatoris ſunt meritò requirenda[k], cum pluribus prælatis, & alijs magnæ auctoritatis viris, qui eiuſdem Henrici mores, conditionem, & ſtatum plenius nouerant[l], inquiſito; eiusq; perſona, cuius etiã nos, & fratres noſtri aliqualem[m] prius notitiam[n] habebamus, propter quod facilius tranſiuimus in examinatione huiuſmodi, idonea reputata, ipſum nominauimus, denuntiauimus †, & declarauimus regem Romanorum, ipſius approbantes perſonam, eumq́; ſufficientem, & habilem declarantes ad ſuſcipiendam imperialis celſitudinis dignitatem, ac decernentes vnctionem, conſecrationem, imperijq́ue Romani coronam ſibi per manus noſtras debere concedi: Et ſubſequenter à præfatis nuntijs ſufficiens ad hoc ab eo (vt præmittitur) mandatum habentibus ſecũdùm formam in decretis, quæ incipit, Tibi domino[o], comprehenſam, fidelitatis recepimus iuramentum. Poſtque idem Henricus conſecrationis, & coronationis ſuæ tempore aliud eiſdem Cardinalibus, quos ad impendendũ ſibi huiuſmodi conſecrationis, & coronationis inſignia miſeramus ad vrbem, illud noſtro nomine recipientibus iuramentum præſtitit corporale, quod in libro Pontificali[p] Romano præſtandum Pontifici per Imperatorem coronationis ſuæ tempore continetur: cuius tenor dignoſcitur eſſe talis: Ego Henricus Romanorũ rex annuente Dño futurus[q] Imperator, promitto, ſpondeo, & polliceor[r], atque iuro coram Deo, & beato Petro, me de cætero protectorem

f ¶*Animam.*] concor.de iuramen, cal.cap.fin.lib.6.& de teſti.præſentium lib.6.

g ¶*Diadema* 1] propria dicitur corona imperialis, vel regia, & differt à ſerto, quod fit de floribus inſertis, & à corona quæ dicitur circulus capitis, de quolibet metallo: diadema verò ſolùm de auro, & lapidibus pretioſis. & cõponitur à dia, qđ duo, & demo, is. ex ſui enim rotunditate principiũ demit, & finem.

1 Diadema regium, tam Romanis q̃ exteris gẽtibus cãdidã faſciam eſſe conſtat. Vide Alexandrũ de Alexandro Genialium dierum lib.1.c.28.de varijs coronarum generibus Aulum Gellium libr. 5. noctium Attic.c.6.

h ¶*Oblatis.*] reſpicit tria, ad quæ mãdatum habebãt, ſcilicet exponendi deuotionem, petendi fauorem, vnctionem, & c. offerendi iuramentum.

i ¶*Decreto.*] de quo 61.diſtin.epiſcopus. & de elect.innotuit.

k ¶*Requirẽda.*] facit de ſup.negligen.pręla. grandi.

l ¶*Nouerant.*] ab his inquirenda ſunt talia. de purga.cano.cum P. de elec.poſtquam.& c. ſcriptum.

† Not. Imola hunc tex. pro executoribus apoſtolicis, vt prius perſonam declarẽt idoneã, & deinde ꝓuideant.

m ¶*Aliqualem.*] quaſi nõ plenã, quia tunc non videt̃ examinatio perſonæ neceſſaria. de hoc 33.diſt.qui eps̃. in glo.2.47.diſtin.de Petro. & facit de appel. conſtitutis 2.

n ¶*Notitiam.*] fuerat enim pro promotione fratris ſui Treuerenſis archiepiſcopi aliquo tempore in curia.

o ¶*Tibi domino.*] 63. diſt. & fuit iuramentũ Ottonis, vt ibi patet.& dicebat Guliel.in Specu.eo.tit. §. 1. verſicu. illud autem, poſt principium: ꝙ electus præſtabat primò illud iuramentũ legato Apoſtolicæ ſedis: poſtea quando coronabatur, iterũ præſtabat illud Papæ.

p ¶*Pontificali.*] qđ aliàs vocatur ordinariũ epiſcopale. & not. Hoſt. de fer. non ord. conſuluit. ꝙ ille liber authenticus ſit: quia illius libri verba ibi ponũtur: ſimile quod de arbore dicitur per cap. 35.q.5.ad ſedem. inducit etiam 15.diſt. canones.& c.ſancta.38.diſt. quæ ipſis. facit de offi. archid.cap.1.& cap.ad hæc.hoc apertius probat hæc litera.

q ¶*Futurus.*] illud eſt contra Ioan.qui not.93.diſt.legimus. quòd ſola principum electio facit verum Imperatorem: vides enim quòd etiam approbatus ab Eccleſia Imperator non eſt, donec coronationem & conſecrationem receperit ab Eccleſia. & facit quod dicam in §. porrò [ſuper verbo, reges, in gloſſ.]

r ¶*Polliceor.*] dicitur l.3.ff.de polli. quòd pactum eſt duorũ conſenſus atque conuentio: pollicitatio verò ſolius offerentis promiſſum.

¶CÆTERVM. CASVS. Hic Papa ſiue Romanus Pontifex probat cõtra ipſum regẽ q dicebat ſe neſciſſe, ſeu igno-

raſſe, quòd anteceſſores ſui Imperatores vnquã præſtitiſſent iuramentum: Et probat Papa dicendo, ꝙ numquam fuit hæſitatum, id eſt, dubitatum, quin huiuſmodi iuramenta exiſtant data à retro principibus, id eſt, ab anteceſſoribus ſuis; imo probat quòd Albertus quondam Imperator prędeceſſor ipſius Henrici, ſimiliter Rodulphus tempore Bonifacij vij. præſtiterunt iuramentum fidelitatis ipſi Bonifacio. Domini mei aperui vobis portã iſtius capituli: ideo vos ſupplico vt reſiduum videatis per vos. Nota text. Cęterùm, vt ſ. in cle. ne romani. de ele.

a ¶*Immediatus.*] ſignater hoc dicit, cum in poſſeſſione vltima tẽpora ſpectanda ſint. de cauſa poſſeſ. cũ eccleſia. poſt princ. cum concor.

b ¶*Bonifacio.*] familiaris eſt hæc probatio, cum Papa alium Papam inducit in teſtem, vt not. Ioan. 9. quæſtio. 3. patet.

c ¶*Filium.*] de priuile. ſi Papa. ver. ſimiliter. lib. 6.

d ¶*Corticem.*] quod facere non debuit. 1. q. 1. Marcion. de verbo. ſignifi. præterea. & c. intelligentia. ff. de legi. l. ſcire. Io.

e ¶*Curioſitatis.*] ſumitur hic pro ſubtilitate exquiſita, nimia cura. ſic de renun. c. 1. c. 1. in prin. lib. 6.

f ¶*Antidotum.*] ponitur pro contra donum. dic vt not. ff. de peti. hære. ſed & ſi. §. cõſuluit. vel pro contra datum, vnde dici ſolet id quod datur contra venenũ, vnde pro medicina ponitur. de iura. calum. cæterùm. inde dicitur quidã liber Antidotarius: quia cõtra vitia cõpoſitus eſt.

g ¶*Fidelitatis.*] quod habetur 22. q. 5. de forma. & facit ſ. eod. ego N. & videre potes qđ not. Hoſtien. in ſumma, de feu. §. quid ſit fidelitas. vbi etiam ponit plenam & pleniorem fidelitatis formã. In quo & quid differat ab homagio, dicam ĩ. de re iudic. paſtoralis. §. rurſus. [de hoc per Innocen. de regu. iur. cap. vltim.]

h ¶*Ipſa capitula.*] cõtenta in fidelitatis iuramento.

i ¶*Virtutem.*] ad maiorem expreſſionem inculcat hæc verba.

k ¶*Exiſtere.*] non per hoc ſequitur quod ſubiecti Imperatori ſint de temporali dominio Eccleſiæ. facit quod not. 81. diſtinct. legitur. & in Specul. de feu. §. 2. verſic. 14. Ioannes Andreas.

† Dictio, procuratorem, deeſt in antiquioribus codicibus.

procuratorem †, & defenſorem fore ſummi Pontificis, & huius ſanctæ Romanæ eccleſię in omnibus neceſſitatibus, & vtilitatibus ſuis, cuſtodiendo, & conſeruando poſſeſſiones, honores, & iura eius quantum diuino ſuffultus adiutorio fuero, ſecundùm ſcire, & poſſe meum recta, & pura fide: ſic me Deus adiuuet, & hæc ſancta Dei Euangelia. ¶Cęterùm quin iuramenta huiuſmodi fidelitatis exiſtant à retro Romanis principibus, non fuit hactenus hæſitatum: imo tam quondam Albertus rex Romanorum immediatus [a] prædeceſſor memorati Henrici Bonifacio [b] Papæ viij. prædeceſſori noſtro tempore approbationis eiuſdem Alberti, quàm Rodulphus pater ipſius, & alij prædeceſſores eiuſdem Romanorum reges diuerſis noſtris prædeceſſoribus iuramentum fidelitatis & obedientiæ præſtiterunt. Idemque Bonifacius memoratum Albertum iuramento huiuſmodi ab eo recepto, de fratrum ſuorum conſilio (præſente prælatorum & aliorum multitudine copioſa) auctoritate Apoſtolica recepit in ſpecialem ſuum filium [c] & Eccleſiæ memoratæ, ipſumque in regem Romanorum aſſumpſit, in Imperatorem poſtmodum promouendum. Verùm quia ſæpefatus Henricus, qui in proximis diebus fuit de hac luce ſubtractus, non virtutem & mentem, ſed nudum verborum inſectans † corticem [d], ſenſumque confundens, iuramẽta reſtringendo prædicta, curioſè videbatur aſſerrere (vt præfertur) illa ad debitum fidelitatis huiuſmodi non extendi: nouo morbo curioſitatis [e] huius luculentæ veritatis antidotum [f] præſentis declarationis oraculo prouidimus apponendum. Quia ergo capitulis iuramento † fidelitatis [g] contentis ſollicita meditatione penſatis, ipſa capitula [h] in præfatis Imperatoris iuramentis quantùm ad effectum, mentem, & virtutem [i] ipſorum non eſt dubium contineri: Nos præmiſſis, & alijs rationibus, ne quis in Romanum aſſumptus principẽ, vel in poſterum aſſumendus, an iuramenta huiuſmodi per dictum Henricum Imperatorem præſtita, & per ſucceſſores ipſius in futurum præſtanda fidelitatis exiſtant, in dubitationẽ deducere audeat, vel ſuper his contrarium aſtruere veritati, auctoritate Apoſtolica de fratrum noſtrorum conſilio declaramus, illa iuramenta prædicta † fidelitatis exiſtere [k], & cenſeri debere. ¶Porrò præter iuramenta prædicta idẽ Henricus ſuorũ inhærens prędeceſſorum veſtigijs [l], priuſquam ingrederetur Italiam, vel ibidem iura aliqua exerceret, ſub teſtimonio ſuarum patentium literarum in manibus dilecti filij Ioannis de Mollianis † ſcholaſtici eccleſiæ Tulleñ. capellani noſtri ad hoc ſpecialiter per nos miſſi, noſtro & præfatæ eccleſiæ nomine recipientis promiſit, & tactis [m] ſacroſanctis Euangelijs iuramento firmauit, quòd eandem Eccleſiam, & fidem catholicam pura fide, totiſque viribus conſeruaret reuerenter, & etiam defenſaret: omnemq́, hæreſim, ſchiſma, & hæreticos quoslibet, fautores, receptatores, & defenſores ipſorũ exterminaret [n] pro poſſe: ac nũquã cum Sarraceno, Pagano, ſchiſmatico, ſeu alio quolibet communionem catholicæ fidei nõ habente, aut cum aliquo alio præfatæ eccleſiæ inimico, vel rebelli, ſeu eidem manifeſtè ſuſpecto vnionem quãlibet, ſeu parentelam [o], aut confœderationem iniret: ſed tam noſtrã, quàm ſucceſſorum [p] noſtrorũ perſonas, honorem, & ſtatum manuteneret, defenderet, & cõſeruaret contra omnes homines cuiuſcunq; exiſterent pręeminentiæ

† al. intuẽs.

† al. iniuramento.

† Dictio, prædicta, deeſt in antiquioribus codicibus.

† al. Melanis.

¶*Gloſſa ſequens tractat de tribus coronis imperij, & vbi, & per quos dentur, & quomodo de triplici ſunt metallo, & quare, & dat ſimile.*

l ¶*Veſtigijs.*] qui ſcilicet in ingreſſu Italiæ iuramentum tale præſtiterat. Scire debes (prout habetur etiam in Pontificali) quòd rex Romanorum coronatur triplici corona. Prima eſt ferrea, quam recipit ab archiepiſcopo Colonieñ. in Aquiſgrano eiuſdem diœceſis: ferrum autem fortitudinem deſignat, qua vincere debet rebelles, & infideles conculcare. Secunda eſt argentea, quam ingreſſus Italiã recipit à Mediolanenſi archiepiſcopo in villa Modiceñ. eiuſdẽ diœceſis: tamen ipſe Hẽricus recepit illam Mediolani in eccleſia ſancti Ambroſij: argẽtum autem deſignans munditiam & claritatem, ſignificat ipſum principem talem eſſe debere. Tertia eſt de puro auro, qua coronatur per Papam in eccleſia ſancti Petri, ad altare ſancti Mauritij: & deſignat aurum, qđ omnibus metallis eſt excellẽtius, ipſum Imperatorem alijs regibus & principibus in potentatu & iuſtitia excellẽtiorem eſſe debere. Sic olim in his tribus metallis dabatur tributum Romanis, vt ſcripſi de fide inſtrum. inter dilectos. ſu per glo. indictio.

ADDITIO. Hanc triplicem coronam triplici carmine adnotatam videas.

Ferrea Romani geſtant diademata reges:
Eſt argentea poſt hæc his oblata corona.
Hinc aurũ capiti fuluum datur imperiali.

m ¶*Tactis.*] epiſcopi etiam cum fidelitatẽ iurant tangunt ſacra, vt probatur ſ. eod. ego N. in fin. Non ſic quãdo teſtimonium dicunt, vel de calumnia iurant. quod dic vt de iura. calum. c. fi.

n ¶*Exterminaret.*] idem verbũ de hæret. excõicamus. §. moneãtur. & §. ſeq. Et dicitur quaſi extra terminos vitæ, vel iuriſdictionis ſuæ eos ponere: vñ ponit et. ꝓ diſſipatione, deſolatione, & exilio.

o ¶*Parentelam.*] alludit vulgari Italicorum, & ponitur pro affinitate. Conſanguinitatem enim inire non poſſet: facit inſtit. de legitima agnat. tu. in fine.

p ¶*Succeſſorum.*] vide quod not. & dixi eod. tit. veritatis.

¶*Glo. ſeq. arguit non coronatum priuilegiare poſſe: remittit: & tria diuerſorum dicta ponit, ſubdens textum antiquum.*

a ¶*Reges.*]

1 Qui electus eſt imperator an poſſit ante coronationem priuilegia cōcedere, vide latè Felynum in c. eam te. de reſcr. & Decium conſi. 194. incip. viſo tenore.

† Dictio, ét, deeſt in antiquioribus codicibus.

2 Vnctionē nihil addere, accipiendū eſt ſano modo: id eſt, nihil addit quo ad ius adminiſtrandi.

† Aliàs, ſub.

3 Vide textū in c. fundaméta. de ele. lib. 6. & extrauagā. Vnam ſanctam. de mā ior. & obed. Bart. & Cagnolum in prima conſtitutiōe Digeſtorū, Antoninū par. 1. hiſtor. tit. 8. capit. 2. §. 8. & Gozadinum conſil. 1.

a ¶*Reges.*] Romanos vt ſequitur. Et per hanc literam videtur quòd rex Romanorum, qui nōdum eſt Imperator vel coronatus, priuilegia dare 1 poſſit, de quo ſatis not. in Spec. de reſcrip. præſentata. §. fin. ver. item quod eſt obtentum. & hoc diſputauit, & tenuit Iac. de Are. cuius quæſtionem ad literam poſuit Cynus in l. bene à Zenone. C. de quadri. præſcr. Inno. in decre. venerabilem. dicit quòd ſi Imperator non poſſit recipere coronam in loco debito, nihilominus auctoritatem adminiſtrandi recipere poteſt à Colonienſi archiepiſcopo ad quem ſpectat, vel ex ipſa electione habet illam ſecundùm eum. refert Hoſtien. de verbo. ſigni. ſuper quibuſdam. quòd vidit in Alemania per principes iudicari & teneri, quòd rex Romanorum poſt electionem concordem habeat omnem poteſtatem, quam Imperator, & quòd vnctio 2 nihil addit. & facit qđ not. Ioan. 93. diſtinct. legimus. vt ſcripſi ſuper ver. poſtquam. [& ſuper ver. futurus. in glo.] Sed quod plus eſt, vidi & habeo formas quarundam literarum, quæ de regiſtris Inno. iij. dicuntur extractæ, quæ manarunt ſuper negotio diſcordiæ electionis, de qua loquitur decre. venerabilem. quarum altera dirigebatur archiepiſcopis, epiſcopis, & prælatis & principibus Alemaniæ & Sclauiæ [vel Sclauoniæ] altera ſpecialiter Magūtino, inter alia referentes ꝙ inconcuſſa conſuetudo imperij facta, certa, rationi conſona, iuri ſubnixa, per patientiām ſedis Apoſtolicæ tolerata, & per tolerātiam approbata, hoc habet, quòd duobus electis in diſcordia, vterque adminiſtrat vt rex, & omnem imperij iuriſdictionē exercet: quod declarat ibi Papa locum habere, donec per Papā alterius electio fuerit approbata, aut rēprobata.

¶*Gloſſa ſequens de donatione Conſtantini ponit duas opiniones, ſecundam approbans.*

b ¶*Conſtantinum.*] diſputant aliqui, an donatio 3 per Conſtantinum facta Eccleſiæ Romanæ in perſona beati Syluestri, de qua 96. diſtinctio. Conſtantinus. (Palea eſt) valuerit, & an ſucceſſor illā reuocare potuerit? Accurſius tenet quòd donatio non valuit, in Authentic. quomodo oportet epiſcop. poſt princip. Sed Ioannes contra, qui hoc notat 63. diſtinct. Ego Ludouicus. quòd valuerit: & quòd ſit irreuocabilis, probat hæc litera, & ſuprà de electio. fundamenta. §. ne autem. libr. 6. & facit quod not. Hoſtien. in ſum. de immunit. eccleſ. §. penultimo, ad finem.

c ¶*Carolum.*] de quo vndecima, quæſtione prima, volumus. de iudicijs.

d ¶*Aduocatus.*] vide quod notaui, & ſcripſi de elect. venerabilem. verſi. quod autem.

e ¶*In eo eſſet.*] facit 43. diſtin. Epheſijs. 47. diſtin. quòd ad nos. de teſti. conſtitutus.

eminentiæ, dignitatis, vel ſtatus. Eidem etiam † adijciens iuramento, quòd manuteneret ſemper atque ſeruaret priuilegia omnia per prędeceſſores ſuos reges [a], ac Imperatores Romanos præfatæ Romanæ, & alijs quibuslibet Eccleſijs quocunque conceſſa tempore, & continentiæ cuiuſcunque. Ipſaque omnia, & ſpecialiter ac præcipuè per claræ memoriæ Conſtantinum [b], Carolum [c], Henricum, Otonem quartum, Fridericum ſecundum, atque Rodulphum prædeceſſores ipſius ſuper conceſſione, recognitione, aduocatione, ádnotatione, quitatione, & libera dimiſſione terrarum, & prouinciarum Romanæ Eccleſiæ vbilibet poſitarum, quarum etiam multas nominatim expreſſit: ſedi Apoſtolicæ Romaniſque Pontificibus ſuper † quocunque tenore conceſſa, recognouit, cōfirmauit, & ex certa ſcientia innouauit, ac etiam de nouo conceſſit: & terras ipſas atq; prouincias recognouit ad ius, & proprietatem ipſius Eccleſiæ pleniſſimè pertinere: eaſque nihilominus ex abundanti de nouo eccleſiæ ſæpefatæ donauit, ſub prædicto ſe obligans iuramento, quòd ipſas aliquamúe ipſarum partem nullo vnquam tēpore occuparet, ſeu quantum in eo eſſet, ab alio permitteret occupari: Nec in eis, aut aliqua parte ipſarum iura aliqua, poſſeſſiones, aut tenutas haberet, ſeu quomodolibet poſſideret: nec in eis etiam poteſtariæ, ſeu cuiuſuis capitaniæ, aut iuriſdictionem quamcunque per ſe, vel per aliū exerceret: quodq; (vt princeps catholicus, & ſæpedictæ Eccleſiæ aduocatus [d] atque defenſor) ipſam iuuaret, & conſilijs, & auxilijs illi aſſiſteret opportunis contra quoſcunque inobedientes & rebelles eidem: & præcipuè cōtra occupantes, ſeu turbantes terras prædictas, ſeu prouincias, vel partem quamlibet earundem. Sub eodem etiam iuramento promiſit, quòd tam ipſam Romanā Eccleſiam, quàm alias eccleſias, libertatem eccleſiaſticam, bona, iura, prælatos, & miniſtros eccleſiarum ipſarum manu teneret, conſeruaret, atque defenderet ſuo poſſe. Et quòd Eccleſiæ Romanæ vaſallos contra iuſtitiam nullatenus offenſurus, deuotos ac fideles Eccleſię, etiam in imperio conſtitutos benignè tractaret, nec eos opprimeret contra iuſtitiam, aut (quantum in eo eſſet [e]) per alium opprimi ſuſtineret, ſed in ſuis potius iuribus & iuſtitijs conſeruaret. Hoc quoque iuramentum, & etiam priſtinum pro eo nobis per ſuos nuntios (vt præmittitur) præſtitum, receptis ſuæ coronationis inſignijs innouauit, prout in patentibus ante coronationem ipſam eius regio magno ſigillo, & alijs poſt coronationem eandem eius imperiali aurea [f] bulla munitis inde confectis literis, (quas in archiuis [g] Romanæ Eccleſiæ reponi, & diligenter conſeruari fecimus) plenius continetur.

f ¶*Aurea bulla.*] patet ergo quòd ante coronationem non vtitur bulla, ſed ſigillo. Sic & Papa aliter vtitur bulla ante coronationem quàm poſt, vt not. in fin. libr. 6. ſuper data. Priuilegia imperialia cū aurea bulla vidiſſe non memini niſi vnum: nec etiam multum videtur expediens priuilegijs bullam auream appendi: propter pretioſitatem enim metalli eſt de ſubtractione bullæ periculum, ob quam etiam cauſam prudentes prælati & principes temporis noſtri ſigillis argenteis, vel aureis non vtuntur.

g ¶*Archiuis.*] habetur idem verbum. C. de fide inſtrumen. Authen. ad hæc. 30. quæſtio. 1. peruenit. vt ibi not. Dicuntur archiui 4 armaria librorum, & deriuatur ab arca. Hieronymus in prologo Heſter, dicit ſeipſum librum leuaſſe de archiuis Hebræorum. [vide not. de probatio. cum cauſam. de præſcrip. ad audientiam.]

4 Archiua dicūtur gramatophylacia, ſiue chartophylacie, quæ latinè tabularia ac tablina dicuntur. vide Vlpianum in l. moris. ff. de pœnis.

TITVLVS X.

De exceptionibus.

¶Clemens quintus in concilio Viennenſi.

¶*Exceptio excommunicationis opponitur dilatoriè quandocūque, peremptorio non obſtante. Ioan. And.*

CAP. VNIC.

EXCOMMV-

DE EXCEPTIONIBVS.

¶*Viſum eſt ſuprà de armis actorum, nunc videndum eſt de armis reorum, quæ appellantur exceptiones, ſiue defenſiones.*

EXcommunicationis.] Primò decidit dubium. Secundò illud determinat, & declarat: ibi, *Seruata tamen.* Imo.

¶Præſupponendū eſt quod habetur in §. qui autem ſe vult excuſare. inſtitu. de excu. tut. vel cura. videlicet ſi alicui competant plures excuſationes, ſi velit tantùm vnam proponere, poteſt: Et ſi ſuccumbat in illa, quia non poteſt eam probare, tunc poteſt proponere aliam, & ſic de alijs. Ergo idem eſt dicendum partibus vocatis ad iudicium, vt ſi competunt eis plures exceptiones dilatoriæ; poſſum vnam opponere poſt aliam: Et ſi primò propoſui iudicem excommunicatum, poſſum poſtea proponere quòd eſt infamis. Secundò præſuppōnendum eſt illud quod dicitur in cap. paſtoralis. eo. tit. in antiq. ꝙ iudex poteſt præfigere terminū peremptorium partibus ad proponendum oēs ſuas exceptiones dilatorias, vt ipſe obuiet malitijs hominū, vt lites ab-

tes abbreuientur. Tertiò præſupponendum,quòd exceptio excommunicationis eſt dilatoria. Quartò præſupponendum eſt quod habetur in c.pia.eod.titu.lib.6. videlicet quòd exceptio excommunicationis poteſt opponi in quacunque parte litis:etiam poſt ſententiam diffinitiuam.

nicationis [a] † exceptio dilatoriè [b] in qualibet parte litis [c] opponi [d] poteſt, termino peremptorio [e] per iudicem aſſignato [f], ad proponendum exceptiones declinatorias †, & dilatorias [g], nō obſtante [h]: Seruata tamen conſtitu-

† Nota ꝙ excōicationis exceptio licet ſit dilatoria pōt obijci in qualibet parte litis contra naturā dilatoriarū. pulchram rationem huius notab. aſſignat hic Imola.

Casvs. Feci te citari coram iudice competenti:die adueniente comparuimus. corā iudice:dedi libellū meū: captaſti terminum ad reſpondēdum eidem, vel propoſuiſti exceptionem dilatoriam: iudex timēs ne velles proponere aliàs exceptiones, vt differres & prolongares litis conteſtationem,præfixit tibi terminum ad reſpondendum & proponendum omnes tuas exceptiones dilatorias:die præfixa adueniente nullam exceptionem dilatoriam propoſuiſti,ſed litem es conteſtatus:poſtea circa mediū proceſſus propoſuiſti exceptionem excommunicationis contra me, & petebas cauſam differri & protendi, ſiue prolongari vſque poſt abſolutionem:Ex parte mea fuit propoſitum, quòd non poteras proponere illam exceptionem:quia tu fueras litem conteſtatus,& illa eſt dilatoria,& ante litem conteſtatam dēt opponi:Item quia iudex tibi aſſignauit terminum peremptoriū ad proponendum omnes dilationes, & in die præfixa nullas propoſuiſti,quæritur vtrum bene dicā? Dicit Romanus Pontifex,quòd non:Nam exceptio excommunicationis eſt exceptio anomala, nec eſt de natura aliarum exceptionum dilatoriarum: quia ibi eſt periculum excommunicationis,quod imminet in quacunque parte litis,& incurrit ſententiam excommunicationis minoris, & aliqñ maioris, qui participat cum excommunicatis in crimine prohibito.hoc dicit.H.R.

¶Colligo aliqua notabilia. Primò, ꝙ exceptio excōmunicationis poteſt opponi in quacunque parte litis, etiam poſt renuntiationem & concluſionem in cauſa ad impediendā prolationem ſententię diffinitiuæ,imo etiam poteſt opponi poſt ſententiam ad impediendam executionem ſententiæ.

Not.cum glo. ꝙ exceptio excōicationis aliquando eſt dilatoria, vt ſi opponatur contra actorem, aliquando eſt peremptoria,vt ſi opponatur contra electum,vel contra eligētes.Et dicitur peremptoria:quia perimit & deſtruit electionē eligentium.& conſecrationem ſeu confirmationem electi, ita quòd reddidit electum inhabilem ad electionem.

Not.ꝙ iudex poteſt præfigere & ſtatuere terminū ad proponendum omnes exceptiones dilatorias,& poſt illum terminum non auditur reus: quia ille terminus peremptorius habetur loco litis conteſtatæ: quia ſicut poſt litis conteſtationem quis non auditur ad proponendū exceptiones dilatorias: ſed omnes debet proponere ante litis conteſtationem; ita & poſt terminum peremptorium quis non auditur.c. paſtoralis.allegato:ſic & ille terminus peremptorius habetur pro litis conteſtatione quo ad exceptiones dilatorias proponendas. Not. text.*Excommunicationis.* Excommunicatio.f.t. eſt extra communionem Eccleſiæ ſeparatio,vel cenſura eccleſiaſtica excludens à cōione fidelium. 11.q.3.c.nihil. & §.euidenter. Vel eſt æternę mortis damnatio. 11.q.3 nemo epiſcoporum.& c.nullam.Et excōicationis duæ ſunt ſpecies,quæ frequenter vſitātur,de quibus 3.q.4. Engeltrudam. Vna quæ maior eſt,& dicitur anathema,& excludit ab ingreſſu Eccleſiæ,& à cōione fidelium,& à ſacramentis: Alia eſt minor,quæ ſolùm ſeparat à ſacramentorum perceptione,id eſt,receptione. de qua in cap. ſi celebrat.de cle.excom.mini. Not. exceptio eſt rei defenſio, per quam ipſe reus ſe defendit & tuetur ab actore. Et ſecūdū Azonem in ſumma.C.eo.tit.quandoque ponitur largè & impropriè pro omni defenſione prout reo competit, et ſi nulla actori competit actio: Et tunc quidam vocant eā exceptionē facti, vt qñ ſine actione qs calumnioſè ponit. Et plures ſunt exceptiones, quædam ſunt dilatoriæ, quædam peremptoriæ, quædam perpetuæ,quædam temporales, quædā ſunt anomalæ,& eſt exceptio rei iudicatæ.Exceptio dilatoria eſt quæ cauſam differt & prolongat.inſti.eo.§.appellātur. Exceptio perēptoria ſecundum Spec vocatur ſic,quia actionem, vel intentionem agentis perimit,vt cum quis petit decem ex cauſa mutui,alius excipit de pacto facto inter ipſos de non petēdo,dicendo:Domine actor tu petis à me decem ex cauſa mutui,reminiſcere ꝙ tali die feciſti pactum mecum, ꝙ nunquam petes à me illa decem, quare excipio de pacto de non petendo. & iſta exceptio perimit actionem.Exceptio perpetua eſt,quæ perpetuum habet effectum,vt cum petis à me decem ex cauſa debiti,excipio quòd tu remiſiſti mihi. hæc exceptio perpetua dici poteſt,& perpetuò competit, quandocunque actor agit: quia exceptio non competit,niſi quis gat.ff. de exceptio. Exceptio temporalis eſt, quæ ad tempus vtilis eſt, vt cum petis debitum, excipio contra de pacto facto de non petendo, niſi vſque ad quinquennium: ideo ſi petis à me ante quinquennium, excipiam, poſt quinquennium non poſſem excipere: quia mea exceptio eſt temporalis, & ſolùm durat vſque ad quinquenniū de qua de reſcrip. cap. plerumque. Exceptio anomala eſt, quæ non ſequitur normam,id eſt, regulam aliarum: quia poteſt opponi ante litem conteſtatam & poſt,& intra litis cōteſtationem, vt exceptiones, & aliæ de quibus ſcilicet dubitatur an ſint perpetuæ, an tpales,vt exceptio matrimonij,& exceptio non numeratæ pecuniæ,& non numeratæ dotis,vt not.inſt.de excep.§.appellātur.Exceptio rei iudicatæ non poteſt opponi, niſi qñ ſit ſuper eadem re, & qñ eſt ex eadem cauſa & eadē perſona. Not. *Termino peremptorio.* peremptorium dicitur à perimendo,eo ꝙ omnino perimat, vt terminus peremptorius vltra quem non dantur vlteriores dilationes: Similiter exceptio dicit̄ perēptoria,quæ perimit actionem. Etiam citatio dicitur perēptoria: quia omnes aliàs citationes abbreuiat & accelerat,vt quando quis citatur vno edicto peremptorio pro tribus,vel tribus citationibus præmiſſis,& quartum perēmptorium, vt l.ad peremptoriū.ff.de iud.No.*Seruata conſtitutione.*ſcilicet c.pia.eo. tit.lib.6.vbi dicitur, ſi quis reus actori opponat excommunicationem, exprimat ſpeciem excōmunicationis maioris, vel minoris, & nomen excommunicatoris, quam niſi infrà octo dies probauerit,die qua proponitur non computata,condemnatur in expenſis: Sed ſi tunc deficiat, & iterum eandem opponat & probet,repelletur excommunicatus,& valebit proceſſus interim ſubſecutus. Item non niſi bis poteſt opponi excōmunicationis exceptio,niſi emergat noua,vel euidens probatio de antiqua.Et ſi opponatur poſt ſententiam,impedit ſententiæ executionem,ſed ſententia valebit.Item ex officio ſuo poteſt excommunicatum publicè repellere quandocunque. Hoc dicit illa conſtitutio, pia. quæ eſt conſtitutio fel.re. Innoc. Not.quòd generalis renuntiatio tacita, vt hic, vel expreſſa,ſicut illa quæ fit in fine litis, de qua de cauſa poſ.paſtoralis.in fi.ſpeciales prouiſiones non tollit. pro hoc quod not. de tranſact.cap.1.Zabarel.

†Aliquo nō iudice pręſigēte terminū ad declinatorias & dilatorias,ꝓponendas, non poterit poſtea opponi declinatoria iudicij. quia ſi ꝓponeretur,nil operat̄ pręfixio termini reſpectu declinatorię. Barba. per tex.hic ponderando eū in verbo, iudice. alleg. Anchar.ca. exceptionē s̄.eod.

¶*Glo.prima dicit quid reprobet,vel approbet.*

a ¶*Excommunicationis.*] Se ſummat reprobans quod not. Hoſt.eo.tit. paſtoralis. qui dixit obſtare lapſum termini huic exceptioni proponendæ,licet vbi terminus ſtatutus nō eſt,opponi poſſet vſque ad ſententiam. & approbat qđ ibi not.Ber. & Hoſt.& Gul.in Spe.eo.tit.§.2.ver.ſed nunquid poſt. & intelligitur hoc de maiore excōicatione, quæ repellit ab agendo.s̄.eo.à nobis.facit de ſen.excom.ſi quem.Ioan.And.

¶*Glo.ſeq.diſtinguit, & de quæſtione remittit.*

b ¶*Dilatoriè.*] ſcilicet ad differendam litem actoris excommunicati.de iudi. intelleximus. opponitur enim interdum in vim peremptoriæ, puta ad perimendam electionem propter excommunicationem eligentium, vel electi:quo caſu locum non habet decre.pia.eod.tit.lib.6.& ibi not.dicit Gul.in Spe. quòd etiam quando opponitur contra iudicē, vel contra procuratorem,non obſtat lapſus termini. hoc not. in prædicto §. ver.quid ſi termino.& ver. ſeq. de ſecundo dixi de procura.in noſtra.

c ¶*Litis.*]principalis.de cauſa verò appellationis plenè ſcripſi eo.tit.ſignificauerunt in textu.& ſuper glo.penul.

d ¶*Opponi.*] quadruplex huius iuris ratio habetur in decret. pia.in prin. glo.

¶*Gloſſa ſequens ponit opinionem quam contra hunc textum tuetur.*

e ¶*Peremptorio.*] tenet Hoſtien.in decre.paſtoralis. & Guliel.in Specu.de dila.§.1.ver.exceptoriæ.quòd talis terminus, etiam ſi hic non exprimatur intelligitur peremptorius, allegat decret.conſuluit de offic dele. hoc probat litera illius decret.paſtoralis. & Guliel. ibi, extunc. vt ibi ſcripſi. Sed dato quòd iudex peremptoriè expreſſit,non obeſt.hoc vult hæc litera.

f ¶*Aſſignato.*] iſte terminus aſſignari debet ad petitionem actoris,non rei,vt ſatis dixi s̄.eod. paſtoralis.

g ¶*Dilatorias.*]nunquid ad peremptorias proponendas poſſit iudex ſtatuere terminum peremptoriū? Fuit opinio quòd non,de qua s̄.eo.paſtoralis.ſuper 1.glo.

¶*Glo.ſeq.iuſtificat textum, & ampliat.*

h ¶*Non obſtante.*] hāc opinionē in decre.paſtoralis. approbare

bare ſolebam h[illegible]c ratione: quia quadruplex ratio illius decre. pia. ita vrget poſt terminum, ſicut prius. Item quia lis conteſtata eſt quaſi quidam peremptorius terminus dilatoriarū: de re iudic. inter monaſterium. & tamen poſt illam proponitur hæc exceptio. item terminus datus ad exceptionem illā pro[illegible]dam, qui lapſus eſt, non impedit illam proponi de nouo: ergo nec terminus datus ad proponendum. Itē ſententia non præcludit viam huic exceptioui, multo minus termini lapſus. hæc omnia probantur in prædicta decre. pia. Et his rationibus puto decret. hanc locum habere, etiam ſi nominatim de exceptione excommunicationis terminus datus eſſet: Nec enim poteſt iudex beneficiū iuris auferre ręo, per qđ eſt ſibi permiſſum quod in qualibet parte litis illā opponat. de reg. iur. indultum cū concor. lib. 6.

Excōicatio in qualibet parte litis opponi pót.

a ¶*Conſtitutione.*] eod. titu. pia. lib. 6. quæ ſtatuit ſub qua forma proponatur, & quotiens, terminum probandi, & pœnam non probantis.

tione [a] felicis recordationis Innocētij Papę quarti edita circa hoc in concilio Lugdunēſi.

TITVLVS XI.

De ſententia, & re iudicata.

¶Clemens quintus in concilio Viennenſi.

¶*Qui tres ſententias contrarias in quauis cauſa reportauit, de illarum nullitate non agit, nec excipit ipſarū executione non facta, & reſpicit etiā pendentia. Ioan. And.*

CAP. I.

Vt † calumnijs [b] litigantiū occurratur, is qui in beneficiali †, vel alia quauis [c] cauſa tres [d] contra [e] ſe in petitorio, vel poſſeſſorio [f] ſententias [g] reportauit, ad † agen-

DE SENTENTIA ET RE IVDICATA.

¶*Viſum eſt ſuprà de partibus iudicis, & de iuribus actoris & rei: verum quia examinato negotio, & iuribus partium auditis, iudex debet ferre ſententiam ſecundum allegata & probata: ideo annectitur ſequens rubrica.*

Vt calumnijs.] ¶Primò præmiſſa ratione decidit vnum caſum. Secundò ſimili ratione decidit alium: ibi, *Similiter.* Tertiò declarat & oſtendit cōſtitutionem locum habere, etiam ad pendentia per appellationem: ibi, *Quę ad cauſas.* Imola. ¶Præſupponendum eſt primò, quòd ab vna & eadem ſententia non eſt licitū ter appellare. Secundò præſupponēdum eſt, quòd licet ab vna & eadem ſententia non poſſim ter appellare: tamen poſſum illam dicere nullam, & agere de nullitate, puta quia lata eſt die feriato, vel me non citato: vel quòd lata eſt iudice deambulante, & non ſedente pro tribunali, vel ſi allegem aliquam aliam cauſam.

Casvs. Tu & ego habuimus litem coram auditore Caluiginaci, vel coram alio iudice inferiore: ipſe tulit contra me ſententiam: appellaui ab illa ſententia coram officiali Pictauēn. qui officialis ſententiam ipſius auditoris confirmauit: ab illa confirmatoria iterum appellaui, & ſic bis appellaui, & appellaui ad auditorem archiepiſcopi Burdegalēn. qui etiā confirmauit duas primas ſententias: Certum eſt quòd nō poſſum appellare ab illa tertia ſententia. Sed ponamus quòd antequā faceres exequi tuam ſentētiam, feci te citari coram iudice ordinario, & propoſui quòd prima ſententia lata per auditorem Caluiginaci erat nulla: Modo quæritur, vtrum pendēte cauſa nullitatis, ſententia debeat exequi, vel vtrum ſit differenda & prolonganda in euentum nullitatis, id eſt, quouſque fuerit iudicatum, an ſententia prima auditoris Caluiginaci valeat, an non? Reſpondet Romanus Pontifex, ꝙ vt obuietur malitijs hominum, ꝙ pendente cauſa nullitatis, ſententia debet exequi: ſed ſi poſtea pronuntietur ſententiam fuiſſe nullam, tūc executio reuocabitur. Sed quid ſanctiſſime pater, ſi non appellaui à tertia ſententia, ſed appellaui à quadam interlocutoria: quia fortè auditor Burdegalēn. me grauauit in aliqua interlocutoria à qua appellaui, & dedit mihi apoſtolos refutatorios, & pendente appellatione proceſſit ad diffinitiuam, & voluit exequi ſuam ſententiam? Ego dico quòd non poteſt pro eo quòd pendet lis ſuper appellatione interiecta ſuper interlocutoria. Quæritur, vtrum iſta litis pendentia debeat impedire ſentētiam? Dicit quòd non: ſed ſi iudicetur benè appellatum, quia ſententia erat nulla, tunc executio ſententiæ reuocabitur. hoc dicit. H. R. ¶Colligo aliqua notabilia. Et primò, ꝙ habens tres ſententias contra ſe ſuper eodem articulo, nō poteſt appellare à tertia, ſiue ſit diffinitiua, ſiue interlocutoria: ſed bene poteſt agere de nullitate. Not. iuncta glo. ꝙ habens tres ſententias conformes contra ſe, ſi agat de nullitate antequam admittatur ad agendum: prius debet parere ſententiæ & executioni cum effectu. Not. quòd per appellationem ab interlocutoria nō ſuſpenditur officium iudicis, niſi iudex detulerit ſuæ appellationi. cap. 1. §. de dolo & contuma. argum. ſumpto à contrario ſenſu. Not. quòd ſi appellatur ab interlocutoria, & pendente appellatione feratur ſententia, & executioni demandetur: ſi dicatur benè appellatum & malè pronuntiatum, tunc ſententia eſt nulla, & executio reuocabitur, nec nocebit appellāti. Not. tex. vt calumnijs. & dic illas præſumi in quotidiano litigatore, ꝗ nec accuſator nec teſtis eſſe poteſt. Romanus ſing. 314. per c. ſuſpectos. 3. quæſtione quinta. Idem Corſetus in ſing. ſuis, ver. an redemptor. ſub litera T. per c. nullus. ea. cauſa & q. facit §. 1. 46. diſtin. & habens iuſtam cauſam decipiat illos calumniatores. cap. dominus. 23. quæſt. 2. addo quæ ego dixi in capit. cupientes. de electio. Not. quid ſit cauſa poſſeſſionis, & quid cauſa proprietatis. ſuprà de cau. poſſeſſ. & proprie. cap. cauſa. & in capit. eccleſia Sutrina. illo eodem titulo, & notatur in cano. redintegranda. 3. quæſtio. 1. Et dicitur petitorium quando quis petit rem purè, & ſimpliciter. Sed poſſeſſorium dicitur quando duo ſunt in controuerſia de aliqua re, vel beneficio, & alter petit ſibi poſſeſſionem illius rei adiudicari, & poſtea cognoſcitur ſuper proprietate: & ſi fuerit victus in proprietate ſeu in petitorio, ipſe reſtituet poſſeſſionem quam habuit. Not. *Executioni.* tamen text. fallit ſi executio ſit irreuocabilis. argumen. capit. baptizari. 5. diſtin. exemplum. vt cognitio virginis in cauſa matrimoniali. 32. quæſtio. 6. ſi Paulus. eſt deciſum per 430. quæſtio. Tholoſanæ capellæ. Item fallit ſi nullitas ſit euidentiſſima. Bald. per illum textum ibi. C. ne liceat in vna eademque cauſa tert. prou. l. 1. Oldrad. conſil. 106. idem tenet declarans hanc cle. item nō fiet executio, ſi adſit prompta probatio nullitatis. argumen. l. is à quo. ff. vt in poſſ. lega. & hic vide ſing. Corſeti verſicu. ſententia. poſitum ſub litera S. ¶Et not. quòd ſi iudex tulit ſententiam, in qua condemnat Titium in centum, ipſe illico non mandat ſuam ſententiam executioni: imo Titius habet tempus quod datur iudicatis ad ſoluendum, ſcilicet quatuor menſes. Quatuor menſibus elapſis ſi Titius non ſoluerit, iudex mittit apparitorem, id eſt, clientem ad domum Titij: & facit executionem de bonis ſuis vſque ad ſummam illorum centum, in quibus fuit condemnatus, & bonis acceptis vſque ad dictam quantitatem, ſententia iudicis dicitur executioni mandata. Not. *Sententiæ diffinitiuæ.* quid ſit ſententia diffinitiua, & ſententia interlocutoria, vide ſuprà in cle. ſi ante. de do. & contum. Et not. hic plures diffinitiuas ferri ſuper eodem facto: & illæ ſimul plus poſſunt vna ſola. l. de pupillo. §. qui opus. ff. de ope. nou. nuntia. per quam dixit Ang. referente hic Barba. quòd optimum eſt petere confirmationem ſententiæ, quamuis ab ea appellatum non ſit. facit text. in l. ſi quos. & ibi Bartol. ſuadet. C. de decur. quòd confirmetur contractus iuriſgentium. Not. *Tali prætextu.* id eſt, tali colore, quòd dicit ſe appellaſſe ab interlocutoria, vel grauamine, non debet pendere executio prædictarum trium ſententiarum, vt apparet in textu: ibi, *Similiter.*

†De intellectu vide Oldradū conſi. 106. inci. quod litera executoria. (Gemi. conſil. 24. Imol. l. de pupillo. §. qui opus. de ope. nou. nuntia. Alex. l. 4. §. condemnatum. col. 2. de re iudic. Fran. Cur. l. ſub prætextu. C. de trāſact. Hiero. Grat. conſi. 72. 80. & 85. lib. 2.)

† Cauſa dicitur beneficialis, quando agit̄ de titulo beneficij ſimplicis, aut maioris ſcilicet dignitatis: ſecus ſi agatur de eccleſia, vt de ꝓprietate. gl. in cle. 1. §. de cā poſſeſſio.

† In quodā manuſcripto ita: ad agendū vel excipiendū de nullitate, &c.

¶*Gloſſ. 1. ſummat, dicit reſpicere pendentia, commendat & dat ſimile.*

b ¶*Vt calumnijs.*] Caſus. Qui tres ſententias contrarias in quauis cauſa reportauit, de illarum nullitate non agit nec excipit ipſarum executione non facta. Et reſpicit etiam pendentia nouum & ęquum quod hic dicitur, cui eſt ſimile ſuprà ead. compil. de ſequeſtra. poſſ. cap. fin. & huic prin. concor. de pœnis. calumniam.

†Calumnijs litigantium eſt obuiandum.

c ¶*Quauis.*] includit ſpirituales, quaſi ſpirituales, criminales, ciuiles, & miſtas.

d ¶*Tres.*] ſucceſſiuè, & ſuper eodem articulo: non enim locum habet hæc pars quando ſuper diuerſis tribus articulis, licet eiuſdem cauſæ, tres interlocutoriæ ſunt latæ contra partem.

e ¶*Contra ſe.*] de tertio qui vult propter ſuum intereſſe executionem ſententiæ impedire, habetur eod. titu. cum ſuper. & ibi ſatis not. Inno. & Hoſtien.

f ¶*Poſſeſſorio.*] concor. prædic. decre. 1. de ſequeſtra.

g ¶*Sententias.*] non dicit diffinitiuas: ſicut ꝉ. parte proxi.

per quod patet etiam in interlocutorijs quarum facienda ſit executio, locum habere quod hic dicitur, & quo iure petatur illarum executio, vide in Specul. de ſent. excommu. §. penult. circa fin.

¶ *Gloſſa ſequens quatuor remiſſiones facit.*

1 De materia huius gloſſæ vide Sebaſtianū Vantium in tract. de nullitatib⁹ proceſſuum, & ſentētiarū.

a ¶ *Agendum de nullitate.*] modos 1 nullitatis, & coram quo iudice agatur de nullitate, & an coram iudice appellationis de hoc agi poſſit, ſcripſi poſt Inno. & Hoſtien. eod. tit. cap. 1. de appel. dilecto. & Specul. eo. tit. §. iuxta. per totum. & ad fin. & ibi ver. ſed ſi cauſa tractatur an ſententia pronūtiata nulla, ex prioribus actis cauſa iudicetur.

dum [a] de nullitate ipſarum, vel alicuius [b] ex eis nullatenus admittatur [c], donec [d] huiuſmodi ſententiæ plenariè [e] fuerint executioni mandatæ. ¶ Similiter ſi ille contra quem tres ſententiæ diffinitiuæ [f] latæ fuerint [g], ab interlocutoria, vel grauamine ante prolationem ipſarum, vel earum alicuius [h] ſe appellaſſe [i], & cauſam appellationis huiuſmodi [k] adhuc pendere [l] proponat; ſentētiarum prædictarum executionē

b ¶ *Alicuius ex eis.*] hoc intelligo quando ſimpliciter in ſecundo & tertio iudicio confirmata eſt prima ſententia, & ſi diuerſa continebat capitula, vel vnum ſeparabiliter, licet in parte fuerit infirmata. tamē quo ad illa capitula, vel partem, in qua vel in quibus confirmata fuit, primo & ſecūdo dicam hoc locum habere, & in alijs non. exemplum patet de teſta. Raynutius. & cap. Raynaldus.

¶ *Glo. ſeq. dubium ſoluit.*

c ¶ *Nullatenus admittatur.*] per hanc literam videtur quòd etiam ſi non petat 2 victor executionem, per modum tamē exceptionis repellere poterit de nullitate agentem. & eſt ſimile quod plenè ſcripſi de ord. cog. capit. fin. vltro ergo ſe offerat executioni, & ſententijs pareat, ſi de nullitate vult agere. concor. de ord. cog. cum dilectus.

2 Vide Felynum in c. exceptionem. extra de except.

d ¶ *Donec.*] facta ergo executione poterit agere, & ſi obtinebit in cauſa nullitatis, obtinebit etiam reuocationem executionis. facit de reſtit. in integ. ſuſcitata. C. de preci. impe. offe. Auth. ſupplicatio.

e ¶ *Plenariè.*] concor. de reſtitut. ſpol. cap. fi. & patet per hoc verbum, quòd nō facta executione etiam minimæ partis eius quod pronuntiatum fuit, impedietur agens. ſi. 3. quæſt. 1. reintegranda.

f ¶ *Diffinitiuæ.*] hoc non expreſſit ſ̄. proxi. reſpon.

g ¶ *Fuerint.*] ſucceſſiuè, vt ſ̄. dixi: quia victus à prima & à ſecunda ſententia appellauit: à tertia vero nō potuit appellare. de appel. ſua nobis.

¶ *Glo. ſeq. practicat quomodo id eſſe poſſit.*

h ¶ *Alicuius.*] maximè in vltima. hoc procedit cum ſcilicet dico me appellaſſe à grauamine illato per iudicem ſecundæ appellationis, qua appellatione pendente confirmauit ipſe iudex primam & ſecundam ſententiam. hoc dico, quia ſi à grauamine illato per iudicem primæ appellationis appello, & iſte poſtea fert diffinitiuam, ſi ab illa non appello, non erit dare tertiam diffinitiuam: multo minus ſi appellarem à grauamine iudicis cauſæ principalis. ſi verò appellauero ab illa ſententia, & vtranque appellationem proſequor, tunc procedere poſſet caſus iſte. facit cle. ſ̄. de do. & contu. ſi ante.

i ¶ *Appellaſſe.*] proponat, quod eſt infra.

k ¶ *Huiuſmodi.*] emiſſæ ante ſententiam ab interlocutoria, vel grauamine, cuius proſecutio fortè ſtudioſè differtur, vt videatur finis cauſæ principalis.

¶ *Gloſſ. ſeq. quærit, & ſoluit.*

l ¶ *Pendere.*] aliàs appellaſſe non iuuaret illum, ſi defert, vel contra eum finita eſſet illius appellationis cauſa. Sed quid ſi dicat ſe ſic appellaſſe, & cauſam appellationis finitam pro ſe, ſcilicet quia pronuntiatum fuit benè appellatum? Dico etiā, ꝙ tunc non impeditur executio per reſpon. ſ̄. proxim. allegat enim nullitatem, quia per id conſtat iudicem à quo fuit appellatum, diffinitiuam ferre nō potuiſſe. Sed ſi aduerſarius ab illa pronuntiatione, qua pronuntiatum fuit benè appellatū, infrà tempus debitum appellaſſet, tunc adaptaretur hæc litera: quia adhuc illius appellationis cauſa penderet.

m ¶ *Impediri.*] licet ergo ex pendentia illius appellationis dubitetur, an ſaltem vltima ſententia tenuerit, vult tamē quòd fiat executio, ſaluo iure retractationis, tam ſententiæ quàm executionis ſi iudicetur benè appellatum, vt dixi ſ̄. proxi. reſponſo: non enim impedit hæc litera appellationis illius proſecutionem: dummodo ipſius fatalia non ſint lapſa.

n ¶ *Pendentes.*] vide ſ̄. ea. compil. de iudi. diſpendioſam. in fi.

PAſtoralis.] ¶ Præſupponendum eſt ſecūdum opinionem Legiſtarum in l. omnes. §. executoribus. C. de epiſcop. & cleri. videlicet ꝙ licet iudex non poſſit facere citari aliquem realiter extra territorium: tamen poteſt facere citari verbaliter, puta ſi quis de prouincia Lemouicen. deliquerit in prouincia Pictauen. preſes Pictauen. non poteſt illū facere citari realiter, id eſt, non poteſt facere illum capi in prouincia Lemouicēſi: ſed ipſe præſes Pictauen. debet rogare præſidē Lemouicen. vt illum qui deliquit in Pictauen. quæ eſt in prouincia ſua capiat, & ſibi remittat. ſed ſi aliquis hēat principale domiciliū in prouincia Lemouicenſi, & in hac ciuitate Pictauen. habeat operatorium, & contrahat in hac ciuitate: tunc ratione contractus poterit hic conueniri; vel ſi poſſidet aliquas res in hac ciuitate: tamen principale domicilium habet in ciuitate Lemouicenſi: tunc poterit citari verbaliter in ciuitate Lemouicenſi: tenent Legiſtæ quòd decretum de citando debet fieri in territorio Pictauenſi, & non Lemouicenſi: quia decretum de citando eſt iuriſdictionis. Sed denuntiatio per clientem, ſeu apparitorem poteſt fieri extra territorium: quia denuntiatio per clientem facta nō eſt iuriſdictionis, ſed nudi miniſterij, & hoc præſuppoſitum eſt pro ratione dubitandi. Sed pro ratione decidendi præſupponendum eſt, quòd ſententia lata contra non citatum, eſt nulla ipſo iure, nec opus eſt ꝙ declaretur nulla per iudicem. Item præſupponendum eſt, ꝙ rex Siciliæ eſt vaſallus Eccleſiæ Romanę, & in aliquo non ſubeſt Romano Imperatori; quia regnum Sicilię eſt in partibus imperij, quas donauit Imperator Conſtātinus Syluestro Papæ, quando illum ſanauit, ſeu curauit à lepra.

tali prætextu nolumus impediri [m]. Quæ ad cauſas qualitercunque etiam per appellationem pendētes [n] † duximus extendenda.

† Niſi hoc fuiſſet expſſum, non cōprehēdiſſet iſta cle. cauſas. p appellationē pendētes. cle. diſpēdioſam. de iudi. cle. 1. de ſequeſtrat. Barb.

¶ Idem.

¶ *Sententia lata contra citatum extra citantis territorium exiſtentem, nulla eſt ipſo iure. hoc dicit.*

CAP. II.

PASTORA-

CASVS. Olim fuit controuerſia, ſeu lis inter Henricum Imperatorem, & Robertum regem Siciliæ, occaſione cuius inter ipſos fuit conceptum odium capitale, ſeu inimicitia mortalis: quia rex Siciliæ procurauit mortē Imperatoris, & quaſdam ciuitates Imperatoris fecit ſibi rebelles: Imperator indignatus fecit citari regem Siciliæ voce præconis. i. voce clientis, & eum tuba, vel fortè fecit citari perſonaliter, vt ipſe rex compareret coram ipſo Imperatore in ciuitate Piſana: quę ciuitas inimicabatur capitaliter ipſi regi Siciliæ: Quare hoc videns & ſciens ipſe rex Siciliæ, non comparuit, & ſic fuit reputatus cōtumax, & propter eius contumaciam Imperator declarauit crimina contra ipſum obiecta eſſe vera, & notoria, & tulit ſententiam contra ipſum regem, dicendo ipſum regem Sicilię eſſe proditorem, & hoſtem Romani imperij. Item declarabat illum eſſe reum criminis læſæ maieſtatis, & bona ſua confiſcauit, non ſolùm bona quæ tenebat ab Imperatore: ſed etiam regnum Siciliæ, quod pertinebat ad Papam, & indixit ſeu præcepit debitoribus ipſius regis, vt nihil ipſi regi, vel eius fiſco, ſeu receptori, vel procuratori ſoluerent ſub certis pœnis ſibi Imperatori applicandis: Lapſu temporis Hēricus Imperator mortuus eſt: rex Siciliæ conqueſtus eſt Romano Pōtifici de iſta ſententia cōtra ipſum ab Imperatore lata: Et ad tollendum murmur populi licet ſententia eſſet nulla, tamen Romanus Pontifex declarauit illam eſſe nullā propter multas cauſas, quæ clarè patent. hoc dicit H. R. ¶ Colligo aliqua notabilia. Et primò, ꝙ citatus ad locū non tutum & non ſecurum, non tenetur comparere, ſed tenetur mittere exoniatorē, imo etiam ſi non notorium ſit quòd ille locus non ſit tutus, ipſe non tenetur mittere exoniatorem, nec appellare, & proceſſus factus eſt nullus. Nota ꝙ iudex non debet ſententiam præcipitare, & maximè in crimine graui: ſed plenè debet omnia rimari, & inquirere. l. omnes. C. de epiſ. & cler. & in hoc c. ibi, non maturo fuit iudicio, ſed præcipitio, & de tanto crimine promulgata. Not. ꝙ iudex non poteſt aliquem citare extra territorium etiam verbaliter. Et ſi arguatꝰ de le. omnes. §. executoribus. C. de epiſ. & cler. dicit Bart. ꝙ quando iſta duo territoria ſunt ſub dominio alicuius principis: tunc pręſes vnius territorij poteſt citare in territorio alterius, vt præſes Pictauen. in territorio Lemouicēſi. & ſic intelligitur illa l. omnes. C. de epiſc. & cler. §. executoribus. Si verò illa duo territoria

non

non ſunt ſub dominio alicuius principis: tunc præſes vnius territorij nõ potelt citare nec realiter nec verbaliter aliquem in territorio alterius, vt hic in propoſito noſtro: quia regnum Siciliæ dicitur ſubiectum Romano pontifici, & non Imperatori. Sed hoc non placet domino Saliceto in d.l. omnes. nec voluit dicere illa lex, omnes. quod quis poſſet citare extra territorium, vel non citare: quia illa lex ſolùm dicit quòd cliens, vel apparitor citans in territorio, habebit certas ſportulas. i. certum ſalarium. Si extra prouinciam citet, habebit duos ſolidos, non autẽ dicit quòd iudex poſſit facere citari extra territorium. Vel illa lex intelligitur, quòd iudex territorij poteſt rogare alium iudicem, vt faciat citari aliquem de ſuo territorio, & tũc cliens habebit duos ſolidos, vt dicit illa lex, omnes. alleg. Et hoc concludunt hic doctores iuris canonici & Salicetus in prædicta l. omnes. quòd iudex extra territorium non poteſt citare nec realiter nec verbaliter: ſed debet requirere iudicem illius territorij, vt faciat illum citari quem vult, & quòd ſibi illum remittat. Notemus textum. Et primò primam orationem c. videlicet. Paſtoralis cura ſolicitudinis nobis diuinitus ſuper cunctas Chriſtiani populi nationes iniuncta, nos inuigilare remedijs ſubiectorum, eorundem periculis obuiare, & ſcandala remouere compellit, &c. Et dic, cura ſolicitudinis paſtoralis cõpellit. Crimen læſæ maieſtatis eſt, vbicunque quis contra vrbẽ aliquid molitur. i. machinatur, aut vbicunq; quis profugit ad hoſtes, vel hoſtes iuuat qualicunq; cauſa, vel armis, vel cõſilio, vel pecunia, vel qui ſubiectas ꝓuincias nititur facere rebelles: vel ſeditiones aut bella mouet in ciuitate, vel qui prælatũ, magiſtrum, vel principem occidit, vel qui contra latus eius militat, vel arma fert, & occupat cõtra rempublicã. Et idẽ dicĩ crimẽ perduellionis. i. hoſtile: nã perduelliones dñr hoſtes. Secus ſi cõmittitur hoc crimen, nõ contra rempublicã: quia tũc non dicĩ perduelliones, ſed ſimpliciter læſæ maieſtatis. Et not. ꝙ nõ ſubditus crimẽ læſæ maieſtatis non cõmittit, vt hic in clementina noſtra, maximè in §. rurſus. Nam Robertus rex Siciliæ non eo modo ſubfuit. i. eo modo non fuit ſubditus Imperatori Henrico, ꝙ crimẽ læſæ maieſtatis in eũ commiſerit. Et dicit Buinardus in repet. l. quiſquis. C. ad leg. Iul. maie. ꝙ extraneus ẽt in imperio contra Imperatorem conſpirans, non committit iſtud crimen læſæ maieſtatis. Sed Bar. in extrauag. qui ſint rebelles. in glo. verbi rebellando, ſentit contrarium, dicens præſentem textũ ſolùm loqui in hominibus Eccleſiæ. Adde ẽt contra Guil. de monte Lau. ꝙ prælati eccleſiaſtici habentes temporalia, committunt iſtud crimẽ. Arg. in c. cauſam. qui fil. ſint legi. & facit ſing. Lo.

†Rot. Rom. Roma. † deci. Nota *Iuriſdictionum*, vt s̃. in cle. quãuis. de foro compe. Not. *Si quando veniret in ſuam imperij fortiam*: qa ſuprà dixit, ꝙ Imperator protulit contra eum ſententiam declarando eum conuictum de criminibus impoſitis contra eũ. Item priuauit eum terris ſuis, & etiam regno Siciliæ. Itẽ promulgauit ſnĩam capitalem, puta & condemnamus eum ad ſuſtinendũ mortem quotieſcunq; inciderit in manus noſtras, & quotieſcunq; inciderit in poteſtatem ipſius Henrici. Et hoc eſt qđ vult dicere, qñ dicit: etiam promulgauit ſnĩam mutilationis & capitis: ſi qñ, ideſt ſi contigerit ꝙ aliquando ipſe Robertus veniret in ſuam fortiam, id eſt in ſuam poteſtatẽ, & in poteſtatem ſui imperij. Not. Pet. Anchara. ibi, quia verum. ꝙ Papa hic ex officio reuocauit ſnĩam Imperatoris: cõſtita eẽ̃ iniquitate iudicis inferioris, nullo petente ſuperior reuocat acta. c. ex tenore. in fi. ibi not. de reſcri. Not. *Notorium*, id eſt manifeſtum, bene cognitum omnibus. Inde notorius, notoria, rium, id eſt manifeſtus. Et ſecũdum iuriſtas notoriũ multipliciter dicitur, vel diſtinguitur: Nam aliud eſt notoriũ iuris, aliud facti. Notoriũ iuris eſt, de quo quis canonice eſt cõdemnatus, vel in iure confeſſus, vel per legitimas probationes conuictus. Notorium vero facti eſt, cuius teſtis eſt populus, & diſſimulationi ſiue iuſtificationi non eſt locus. Et intelligitur populus eſſe teſtis, ſiue ſit crimen omnibus notum qui ſunt in loco illo, ſiue maiori parti. Item in notorio iuris exigitur quandoque probatio contra negantem. In notorio verò facti non requiritur ordo iuris, qui eſt aliàs regulariter obſeruandus. Euidentia enim patrati ſceleris, clamore non indiget accuſatoris. Et ſi fortè iudex velit taliter delinquentem, ſecũdum ꝙ ius poſtulat, & requirit, corrigere vel punire, & ille appellat, non eſt appellationi huiuſmodi deferendum: imo ſemper debet procedere iudex corrigendo, vel puniendo. Itẽ notorium facti ſubdiuiditur: quia aliud eſt notorium facti permanentis actu, vt cum quis publicè tenet adulteram vel concubinam in domo: Aliud eſt notorium facti tranſeũtis actu, vt ſi quis in publico interfecit hominem, vel fecit ſacrilegiũ, vel aliquid ſimile: Aliud eſt notoriũ facti præſumpti, vt ſi aliquis publicè habitus eſt pro filio, conſanguineo, vel affine alicuius. Et hoc à quibuſdam dicitur notorium præſumptum. Dicunt autem ꝙ eſt notorium iuris, notorium facti, & notorium præſumptum. Et eſt notorium, vt ſi aliquis publicè habitus eſt pro filio alicuius, vbi nõ ſequitur alia probatio, nec requiritur: ꝙ enim aliquis ſit filius iſtius, non poteſt verè probari. Idem dicũt in fornicatione: Si enim clericus iuuenis & cupidus ſecum habeat euidenter in domo iuuẽculam ſuſpectã, non eſt notoria fornicatio, ſed præſumpta. Nam vt dicit Ouidius in epiſt. *A iuuene & cupido credatur reddita virgo.* Notant Imo. & Pet. Ancha. in ver. eſto igitur ꝙ rex: ꝙ non obſtãte l. 1. C. de ijs qui per me. iu. & l. non eſt veriſimile. ff. qđ met. cau. Robertus non tenebatur comparere: quia factũ fuit contrarium pręſumptioni ll. allegatarum. Et terror armorum per l. 3. ff. de vi & vi arma. efficit ne propter fidei promiſſionẽ teneat credere capitalibus inimicis. c. accedens. vt lit. non conteſt. neque offerre me iniurioſæ morti. Vnde relaxatus à carcere, non debet ad mortem, vel iuſtam, vel iniuſtam redire, ſecundum Pet. Anchar. & Anto. quem refert & ſequitur Imola. cui puncto ait Pet. Anch. obſtat l. nam & Seruius. ff. de nego. geſt. & l. 4. ff. de capt. & poſtli. reuer. ibi eſt pulcher tex. de Marco Attilio Regulo, qui è Roma redijt ad Carthaginenſes. allego gl. benè facientem in l. ſuccurritur. ff. ex quib. cau. maio. Card. in cle. 1. §. fin. de ſpon. dicentem periuriũ eſſe maius homicidio. Sed Card. non vidit gl. in c. 1. 13. diſt. & glo. c. ille qui. 22. q. 5. Nota, *De more*, id eſt de conſuetudine. imo etiam de iure naturali quis repellit inimicum, & non malè diceres de more, id eſt de iure naturali: ſed proprie de more, ideſt de cõſuetudine. Et declinatur hic mos, ris. maſcu. geñ. id eſt cõſuetudo, vt talis mos eſt in partibus noſtris, id eſt talis conſuetudo: & iſte ſequitur morem patriæ ſuæ, id eſt conſuetudinem. Sed differũt: quia mos eſt quod facit moram, & ſic diffinitur: Mos eſt quædam conſuetudo de moribus tracta tantummodo. Vel ſic: Mos eſt quædam lex viuendi nullo vinculo adſtricta, ſiue lex non ſcripta, ſed tantum vſu æui retenta. Vel mos eſt vetuſta & probata conſuetudo, ſiue lex non ſcripta. Sed cõſuetudo eſt quoddam ius moribus inſtitutum, quod pro lege ſuſcipitur cum lex deficit. Item mos, id eſt virtus hominis. ſed propriè in plurali habet hanc ſignificationẽ, vt iſte habet bonos mores: & propriè dicitur de bono, ſicut vitium de malo. Inde moroſus, ſa, ſum: & producit primam mos, ris. Nota in verſi. *Abſoluendo*, quòd Imperator propter delictum in eum commiſſum non poteſt abſoluere qui condemnato tenentur à fidelitate & alijs hic expreſſis, ſi non ſibi, ſed Papæ ſubſunt: econuerſo Papa abſoluit fideles imperij ab Imperatoris obedientia cum ipſum deponit, ſimiliter abſoluit alios laicos ab obedientia & fidelitate dominorum temporalium. c. Apoſtolicæ. circa fi. s̃. eo. 15. q. 6. alius. & c. nos ſanctorum. de hære. c. fi. de pœnis. c. fin. Quærit Pau. ſi ſententia hic tenuiſſet, nunquid debitores debuiſſent ſoluere? Hoſt. c. ſignificauit. de cẽſi. ꝙ non ex quo ſuper crimine lata eſt ſententia, & bona confiſcata debent fiſco tamquam hæredi ſolui. C. de bo. dam. l. fi. ineſt enim tali iuramẽto conditio, niſi creditor mutauerit ſtatum. ad hoc s̃. de iureiur. quemadmodum. ita ꝙ à fidelitate ſecuta depoſitione, nõ intelligatur liberatus, ſed à principio rebellionis: videtur enim ſub ipſa conditione, niſi ſit rebellis, &c. ita intelligatur quod not. in l. quid ergo. §. ſi hæres. ff. de lega. 1. Pet. de Anch. allegat etiam notata in c. 1. tit. Hic fini. lex Cor. in vſib. feud. col. 10. adde quæ pulchrè notantur per docto. in l. ſi cum Cornelius fundum. ff. de ſolu. & libe. Not. *In feudum*. Feudũ. i. bñficiũ, & beneuola actio tribuẽs gaudiũ capienti, capienſque tribuendo in id quod facit, & ſua ſpõte parata. Vel feudum eſt illud beneficium, quod ex beneuolentia alicuius ita traditur alicui, vt proprietate rei quæ in feudũ datur penes dantem remanẽte, vſumfructum eiuſdem rei ita ad accipientem transferat, vt ad eum hęredeſque ſuos maſculos & fœminas, ſi de eis nominatim dictum fuerit, & in perpetuũ pertineat: ad hoc vt ipſe & eius hæredes fideliter ſeruiant domino, ſiue illud ſeruitium nominatim dictum fuerit à domino quale eſſe debeat, ſiue indeterminatè promiſſum ſit. Dicitur autem feudum à fidelitate, vel à fide quam vaſallus domino præſtare tenetur: Nec enim debet aliqua inueſtitura fieri ei, qui fidelitatem facere recuſat. i. non vult, niſi feudũ eo pacto ſit acquiſitum, vt de eo fidelitas non præſtetur, vt in conſtitutionibus feudorum, per quos fiat inueſtitura, & per quos recipitur ibidem. in quibus cauſis feudum amittatur. c. 2. §. 1. in vſibus feudorum not. Habemus etiam feudum ligium ſecundum Spe. Et eſt quando cauſa, & occaſio homagij cœpit à domino, vt quia Baro dicit alicui pauperi militi quòd aliquam rem immobilem ſibi daret, ſi ei faceret homagium, & illam dedit: talis res vocatur feudum ligium, & talis vaſallus vocatur homo ligius. Et feudatarius eſt ille, qui feudum recipit ab ali-

ab aliquo domino: qui etiam vaſallus dicitur à vulgariter loquentibus: latino vocabulo beneficiarius appellatur. Not. in hoc textu, quòd quædam ſentẽtiæ quæ ſunt inualidæ in ſubſtantia, ſunt validæ quo ad opinionem vulgi: & quandoque exigitur caſſatio ſententiæ nullæ propter opinionem vulgi, & ſaluantur tex. dicentes caſſari ſententiam, quæ eſt nulla, electionem, quæ eſt nulla: quia caſſantur quo ad opinionem in labijs vulgi. ad hoc glo. cap. auditis. de elect. c. inter dilectos. de exceſſibus prælatorum. Imola. Nota, *Iuris naturalis.* quòd iùs naturale commune eſt omni nationi, eo quòd vbique inſtinctu naturæ habetur, non aliqua conſtitutione facta ab homine, ſed ab ipſo naturæ cõditore, ſcilicet Deo, vt maris & fœminæ coniunctio, liberorũ ſucceſſio, & puerorũ educatio, id eſt nutritio. Item ius naturale dicitur ęquiſſimum, veluti, Quod tibi non vis fieri, alijs non feceris: id eſt tu non facias alijs illud quod tibi non vis fieri. Inde dicuntur etiam præcepta naturalia, quæ in lege & Euangelio continẽtur, vt, non mœchaberis. Nos enim habem⁹ etiam ius ciuile. & accipit diuerſimodè, vt diſtin. 1. c. ius naturale. Vno modo ius ciuile eſt id, quod quiſq; populus, vel etiam quæq; ciuitas ſibi propriũ diuina humanaque cauſa conſtituit, ſecũdum Iſidorũ. lib. 5. ſecundò dicitur ius ciuile, lex duodecim tabularum, quæ fuit origo totius iuris ciuilis, ſecundùm glo. inſt. de iure naturali gentium & ciuili. §. ex non ſcripto. in verbo, origo. ff. de origine iuris. l. 2. §. 1. Et dicitur lex duodecim tabularum, lex ſcripta in duodecim tabulis, quarum decem à ciuitatibus Athenienſium & Lacedæmoniorũ à decem viris fuerũt allatæ, id eſt apportatæ, & duæ ad declarationem illarum per eoſdem decem viros poſtea additæ, vt dicit gl. in verbo, decẽviros. §. deinde. c. Moyſes. diſt. 7. Tertiò dicit ius ciuile, qđ ex legibus, plebiſcitis, conſtitutionibus, ſenatuſconſultis, principũ decretis, vel auctoritate prudentiũ inuenitur. Quartò dicitur ius ciuile illud, quod nõ eſt prætoriũ. Quintò dicit diſputatio prudentium. quæ fuit facta ſub lege duodecim tabularum. Sextò dicirur ius ciuile, quicquid habemus ſcriptũ de iure. Septimò, quicquid iuri naturali, vel gentium ſubtrahitur, vel quod non eſt ius naturale, nec gentium. Et ſic accipiẽdo, ius canonicum dicitur ius ciuile, & ita ſumitur 1. diſtinctione ius autem. Nos habemus etiam ius gentium, quod eſt ſediũ, ſcilicet hoſtilium occupatio, munitio, bella, captiuitates, ſeruitutes, poſtlimina, fœdera pacis, induciæ, legatorum non vetandorum, vel non violandorum religio, cõnubia inter alienigenas prohibita. Et dicitur ius gentium: quia eo omnes ferè gentes vtuntur. c. ius gentium. 1. diſtinct.

¶Multa ſunt alia iura, ſ. ius aureorũ annulorum, ius militare, iuſpatronatus, ius publicũ, ius priuatũ, ius quaſi naturale, ius Quiritum, ius prętorium, ius canonicum. Et ſi vis, vide de omnibus iſtis iuribus breuiloquũ qui intitulatur, Guarinus Veronenſis, Floro ſalutem plurimam, &c. Et dicitur ius iuris, à iubeo, bes, quia iubet. Et eſt ius lex diuina. Fas lex humana. Tranſire autem per agrum alienum fas eſt, ius verò non eſt. Item ius dicitur eſſe lex ſcripta. Item leges humanæ ſunt, iura diuina ſunt. Item ius generale eſt: Lex eſt eius ſpecies. Nota, *Vulgi*, vulgus, gi, id eſt, plebs, populus, multitudo gentium: dicit à volo, vis, eo ꝙ vnuſquiſque facit quod vult: inde hic & hæc vulgaris & hoc vulgare. Inde vulgariter aduerbiũ, vt iſte loquitur vulgariter, ideſt, ſicut vulgus, & non literaliter.

† vide extrauagantẽ Bonifacij, inci. Vnã ſanctã. ti. de maio. & obedien.

† Qui tamẽ hic non nominant. vnde no. Anc. quòd in huiuſmodi proceſſibus ſufficit nominare principalẽ ſpecialiter, & acceſſorios generaliter.

† Aliàs ita: genteſq; ſuę ipſius ſubſidio, &c. ſed in antiquioribus cõſtãter legit ita: gẽteſq; ſuæ ipſius fultæ ſubſidio &c.

lis [a] cura [b] ſolicitudinis nobis diuinitus [c] ſuper cũctas † Chriſtiani [d] populi nationes iniuncta, nos [e] inuigilare [f] remedijs ſubiectorum, eorundem periculis obuiare, & ſcandala remouere compellit. ¶Sanè [g] cum iam dudum inter quondam Hẽricum Imperatorem [h] Romanum, & chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Robertum Siciliæ regem, grauis fuiſſet materia turbationis exorta: aſſerente [i] deinde Imperatore prædicto, quòd cum quibuſdam ipſius [k] ſubditis [l] † rex confœderationes, & conſpirationes [m] fecerat in ipſius maieſtatis offenſam: Quodq́ue tractauerat & ordinauerat [n], vt ciuitates quædam ſub imperij & Imperatoris eiuſdem obedientia conſiſtentes, contra eum & imperium rebellarent, genteſq́ue † ſuijpſius fultæ [o] ſubſidio, nonnullas alias imperij ciuitates, & caſtra (inde violenter eiectis ipſius Imperatoris officialibus) occuparunt, & pro ipſo rege occupata tenebant: Ac aliàs etiam [p] in vrbe, & alibi in imperij & Imperatoris eiuſdem contemptum, & ſuæ maieſtatis iniuriam, & reipublicæ detrimentum multa grauia fuerunt † per regem eundem, ac malitiam & inſtigationem ipſius tam à ſuis ſtipendiarijs, quàm à ſubditis Imperatoris commiſſa. Præhabitis per Imperatorem eũdem quibuſdam proceſſibus contra eum, abſentem [q] tamen, quamuis legitimè (iuxta Imperatoris aſſertionem) citatum, ac quòd ſupradicta erant notoria, per imperialem interlocutoriam declarato [r] †: Imperator ipſe regem affirmans propter præmiſſa læſæ maieſtatis criminis reũ eſſe, in eum peremptoriè (vt dixit) & ſufficienter citatum, ſed comparere contumaciter recuſantem, tãquam rebellem, proditorem, & hoſtem imperij, ac reum criminis ſupradicti, priuationis omnium dignitatum quocunque comprehenſarum titulo, & quibus ſe intitulabat rex ipſe, auctoritatum quoq;, honorum, prouinciarum, terrarum, honorum, iurium, & iuriſdictionum, tam perpetuorum, quam temporalium, & ſi quando veniret in ſuam & imperij fortiam, mutilationis † etiam capitis ſententiam promulga-

¶*Prima gl. ponit caſum, & ſimul ſummat, & diuidit.*

a ¶*Paſtoralis.*] Caſus. Tres partes principales habet hęc cõſtitutio, ſ. exordiũ, narrationẽ, & concluſionẽ. Prima ponit exordium breue. Secunda: ibi, *Sanè.* narrans cauſas & effectũ cuiuſdam ſnĩæ latæ per quõdam Imperatorem Henricum in regem Robertum cum ſuppletione defectuũ, oſtendit nullitatẽ illius tã ex ipſius cauſis, & alijs inſertis in illa, quàm ex perſonis à quo & in quem ſnĩa lata fuit. Tertia: ibi, *Vt igitur.* concludẽdo declarat illã ſnĩam irritam: & illam etiam irritat, quatenus de facto proceſſit. Secundò ſubdiuiditur: quia primò narrat ſnĩę cauſas, defectũ, & ſuppletionẽ, vt dixi. Secũda: ibi, *Verum.* ſubijcit illam examini, & dicit quare. Tertia: ibi, *Notorium.* improbat citationem, & proceſſum ex metu citati rõne aſtantiũ Imperatori, & rõne loci. Quarta: ibi, *Vt illud.* illam reprobat ratione loci in quo, & de quo citatio facta fuit. Quinta: ibi, *Denique.* cõcludendo cõtra ſnĩam, prius ſoluit duplex obſtaculum, quo dici poſſet regem vaſallum imperij in imperium deliquiſſe. Sexta: ibi, *Rurſus.* oſtẽdit diuerſis modis in illa ſnĩa Imperatorẽ ſuæ poteſtatis terminos exceſſiſſe. Septima: ibi, *Cęterum.* ſoluit ſuppletionẽ defectuũ, quam in ſententia fecit Imperator.

b ¶*Curę.*] hic incipe cõſtructũ. & tale, vel ſimile puto ꝙ erat exordium deciſum de decre. paſtoralis. in compil Grego. ſub diuerſis titulis collocata, vt dixi s̃. de reſcr. paſtoralis. in princ.

c ¶*Diuinitus.*] per verbum 1 illud: Paſce oues meas. Ioan. vlt. de elect. ſignificaſti. de maio. & obed. ſolitæ.

d ¶*Chriſtiani.*] de homi. pro humani. lib. 6. & facit extrauag. Bonifacij vnam ſanctam. Et facit hæc litera ad id quod dixi s̃. ea. compil. de teſti. c. 1. ſcilicet quòd regulariter Iudæos 2 non compeſcit Eccleſia.

e ¶*Nos, &c.*] quod eſt infra.

f ¶*Inuigilare.*] ponitur hic, in, pro valde, ſicut de fideiuſ. c. 1. de quo vide in Specu. de diſput. & alleg. §. poſt hæc. verſi. illis. ibi, imponitur. Et huic exordio, concor. prooemium ſexti. & de offic. delega. officij. eod. lib.

g ¶*Sanè.*] narratio.

h ¶*Imperatorem.*] inchoauerat enim diſcordia eo nondum coronato. s̃. ead. compil. de iureiur. c. 1. poſt principium.

i ¶*Aſſerente.*] fortè veraciter, quod tamen ſententiam non iuſtificat, vt ſequitur in §. rurſus.

k ¶*Ipſius.*] Imperatoris, vel regis. primum placet.

l ¶*Subditis.*] idem ſi cum non ſubditis, vel hoſtibus. C. ad leg. Iul. maie. ſi quis. canonizata. 6. q. 1.

m ¶*Conſpirationes.*] vide quod ſcripſi de iudi. exhibita.

n ¶*Et ordinauerat.*] rex Romanorum Robertus.

o ¶*Fultę.*] id eſt munitæ, firmatæ, vel adiutæ.

p ¶*Etiam in vrbe.*] Romana ſcilicet.

q ¶*Abſentem.*] an ſuper crimine contra abſentem ſententia ferri poſſit, not. de dolo & contu. veritatis.

r ¶*Declarato.*] vtile conſilium eſt in notorijs ſic interloqui. & facit ad not. de iureiu. ad noſtram 3. s̃. de offi. dele. c. 1. lib. 6.

† Aliàs fuerant.

† In recẽtioribus legit, declarata.

† Notanter dixit, pœnæ capitalis, cũ illa ſit varia ſecũdũ Pet. de Anch. ꝑ l. rei capitalis. ff. de pœnis. adde gl. & modernos in l. trãſigere. C. de trãſ. intelligeret in dubio đ minori. alleg. Io. An. ĩ c. quãto. đ iureiu. gl. in l. ĩ criminali. C. đ iuriſd. omn. iud. adde ẽt gloſſam l. 1. C. ne chriſt. mã. viđ Fel. c. ex literis. 11. col. de conſti.

1 Vide Turrecrematã in ſumma đ Eccleſia, li. 2. c. 29. & c. 77.

2 In quibus caſibus eccleſia compeſcat Iudæos, declarauit Sanctiſſimus dominus Gregorius xiij. in ſtatuto incip. Antiqua Iudæorũ improbitas edito hoc anno 181.

a ¶*Supplen-*

uit, omnem ſupplendo [a] defectum, ſiquis [b] forſitan fuerat ex ſolemnitate iuris omiſſus † in proceſſibus memoratis: præmiſſa (vt aſſeruit) faciens exigente iuſtitia, & de imperiali etiam poteſtate. ¶Verum quia huiuſmodi ſententia, quæ non à diſcretione matre [c] virtutum, ſed à nouerca [d] iuſtitiæ, voluntaria ſcilicet iudicantis præcipitatione [e] proceſſit, partus forſan ſe deteriores haberet, ſi ipſius ſententiæ † inefficacia in publicũ præcone iuſtitia non prodiret. Nos circa eã tali vti prouiſione volentes, quæ (detectis ipſius defectibus) ſeminata per eã extinguat pericula, & in ratione reddenda ſit poſteris profutura [f]: ipſam ſubijciendam eſſe prouidimus limæ [g] iuſtitiæ, ac rectæ libramini [h] rationis. ¶Eiuſdem igitur cauſis [i] & cõtinentia, necnon conditione illorum, à quo, [k] & in quem [l] lata fuit, diligenti & debita conſideratione penſatis, patenter ex eis illius [m] aſtruitur euidentia nullitatis, & manifeſtè arguitur temeritas promulgantis. ¶Notorium quippe, ac indubitatum extitit, quòd grandis exercitus [n] tempore dictorum proceſſuum & ſententriæ, continuè Imperatori aſſiſtens regẽ ipſum, & ſuos [o] perſequebatur odio capitali: Piſanaq; † ciuitas, in qua lata fuit memorata ſententia, regem capitali habebat odio notorio [p], & antiquo. ¶Eſto igitur quòd rex ipſe aliàs ad † præmiſſa fuiſſet legitimè per Imperatorem citatus, nunquid venire debuit ad iudicẽ exercitu feroci ac grandi, ipſique citato (vt præmittitur) odioſo ſtipatum [q]? Nũquid etiam debuit comparere in loco admodum [r] populoſo, multum potẽti, ac præfato [ſ] in eum odio prouocato? Quis enim auderet, vel qua ratione audere aliquis teneretur cõſiſtorij [t] talis ſubire † iudicium, & ſe in hoſtium ſinu [u] reponere, ac ad mortem per violentam [x] iniuriam, non per iuſtitiam inferendam vltroneũ ſe offerre [y]? Hæc quidem iure timentur, hæc de more vitantur [z], hæc humana fugit ratio, hæc abhorret natura [a]. Deſiperet [b] igitur qui citationem huiuſmodi ſaperet arctaſſe citatum. Vt † illud tãquã notiſſimum nullatenus omittamus, quòd regem extra diſtrictũ [c] imperij, in regno ſcilicet Siciliæ notoriè ac continuè tẽpore ſupradicto morantem citare nõ potuit Imperator: nec citatio, ſi quam forſan de ipſo intra imperij fines fecit, citatũ extra imperium conſtitutũ arctauit [d]. ¶Nos quoque regis ordinarius iudex quòd ad Imperatoris iudicium citaremus, vel citari aut remitti faceremus eũdem, nequaquam [e] fuimus requiſiti [f]: imo licet ad nos & curiam noſtram temporibus illis rumores frequenter de curia Imperatoris venirent, & iuxta eum etiam quidã ex fratribus noſtris eſſent [g], prius tamen dictæ ſentẽtiæ promulgatio, quã aliquid de proceſſibus [h] antecedentibus ad audientiam noſtram peruenit. ¶Denique licet rex ipſe terras † aliquas ab Imperatore tenere dicatur in feudum, non tamen in eis, ſed in regno præfato domicilium ſuum fouebat: vnde Imperator in ipſius perſonam, nullam ratione terrarum huiuſmodi (niſi ex natura feudorum) debitam ſuperioritatem habebat.

¶Quòd ſi punitio criminis intra diſtrictum imperialem cõmiſſi, ad Imperatorem forſan [i] pertinuiſſe aſſeratur: Verum eſt quidem ſi in eodem diſtrictu fuiſſet inuentus delinquẽs, vel ad illum de more [k] remiſſus. Dici ne ergo ſentẽtia me-

a ¶*Supplendo.*] de effectu huius clauſulæ, videas in Spec. tit. 2. §. nunc oſtendendum. ver. 18.

b ¶*Si quis.*] ſcilicet defectus.

c ¶*Matre.*] 1. q. 5. præſentium. de offi. cuſto. c. 1.

d ¶*Nouerca.*] ſicut ſe habet nouerca ad priuignos, quæ ſæuiræ ſolet in illos, ſic ſe habet ad iuſtitiã voluntas præcipitantis iudicis. hoc intendit. Inde dixit quidam.

Gaudet in afflictos ſæuire nouerca poteſtas.

ſic etiam dicit canõ, ꝙ negligentia eſt nouerca eruditionis. 83. diſtin. nihil.

† Aliàs omiſſa.

Negligentia eruditionis nouerca.

e ¶*Præcipitatione.*] de iniquitate dicitur, ꝙ omnia præcipitat, de pœn. diſtin. 3. inter hæc hircum 1. Et eſt præcipitium quod fit ſine modo, & cum periculo. de ſepul. ex parte.

† Dictio, ſentẽtiæ, deeſt in antiquis codicibus.

f ¶*Profutura.*] vt eccle. bene. c. vnico.

g ¶*Limæ.*] 7. q. 1. §. cũ verò. verſ. ferrũ. Et eſt inſtrumẽtum fabrile, & ferreum, quo metalla roduntur, poliũtur, minuuntur, & purgantur.

h ¶*Libramini.*] habetur hoc verbum 45. diſtin. omnis. de re iudi. cũ æterni. libr. 6. Et eſt librare per libram, quę certum habet põdus, aliquid ponderare vel æquare: inde dicitur ꝙ in meſe Septembri ſol ingreditur ſignum libræ: quia tunc dies & noctes æquantur.

i ¶*Cauſis.*] ex cauſa facilè deprehendiť iniquitas ſentẽtiæ. de reſti. in integ. cũ ex literis. & ideo datur conſilium ne cauſa exprimatur. de re iud. ſicut.

† Aliàs, Piſana quoque.

k ¶*A quo.*] ſ. Imperatore.

l ¶*Et in quem.*] ſ. regem.

† Aliàs ita: Ad præmiſſa fuiſſet ꝑemptoriè citatus, nunq̃ venire debuit ad iudicem exercitu feroci & grandi ipſique citato, vt præmittitur, odio cõſtipatũ nunquam etiã, &c.

m ¶*Illius.*] ſententiæ.

n ¶*Exercitus.*] collectio hominum in expeditione.

o ¶*Suos.*] ꝓpinquos, familiares, & ſubditos.

¶ *Glo. ſeq. arguit pro opi. & remittit.*

p ¶*Notorio.*] facit hæc litera ad ea q̃ ſcripſi de app. ex parte 1. Nam videtur hic colligi, ꝙ non ſolum aſſignato loco notoriè non tuto poſſit appellari etiam exceptione non oppoſita: ſed etiam ꝙ ſine appellatione citatio non arctet. & facit quod not. Spec. de cita. §. 1. verſ. item ꝙ citatio fit ad locum 1. & 2. ver. ſed quid ſi citatus. & quod not. Innoc. & Hoſt. de dila. cap. 2.

q ¶*Stipatum.*] quaſi vallatum, circundatum, vel fulcitum.

r ¶*Admodum.*] pro valde. ſic in decre. Romani. ver. nos itaque. ſ. ead. compil. de iureiur.

ſ ¶*Ac præfato*] capitali.

t ¶*Conſiſtorij.*] Idem verbum 2. q. 6. anteriorum. §. ad hoc. & auth. ſed lis. de appel. ex inſinuatione. & dicitur à conſiſto, tis. Heſter v. in prin. Sedebat ſuper ſolium in conſiſtorio palatij.

Conſiſtoriũ vnde dicitur.

u ¶*Sinu.*] Idem verbum. 13. q. 1. §. 2. circa fi. de Iudæ. & ſi Iudæos. & huic concor. vt lit. non conteſt. accedens 2. vbi patet, quòd non ſufficerent literæ de conductu.

† Aliàs ita: ſubire iudicium, ſe in hoſtiũ ſicut reponere ad morte, &c.

x ¶*Per violentam.*] per hanc literam videť ꝙ ſi captiuus ad pęnã, vel periculum mortis relaxať iuramento ſuo de redeundo ad carcerem certa die, ſi mors erat iniurioſa, redire non teneatur: aliàs tenetur.

y ¶*Offerre.*] quaſi dicat nullus, niſi ex multæ patientię meritò, ſicut Ambroſius 23. q. 6. conuenior.

† Aliàs, vt id.

z ¶*Vitantur.*] etiã per volucres. Ouidius 2. de remedio amoris.

Quæ nimis apparent retia vitat auis.

a ¶*Natura.*] qua qs nõ ſolum ſeipſum, ſed nec aliũ vult offendi, vnde Tul. lib. 3. de offic. Homo naturæ obediens, homini nocere non poteſt.

b ¶*Deſiperet.*] concor. de renun. niſi cum pridem. verſ. ſed dices.

¶*Glo. ſeq. not. & remittit.*

c ¶*Diſtrictum imperij.*] per hanc literam & ſequentes patet, ꝙ Imperator nõ diſtringit totum orbem, licet dicatur dominus mundi 1. ff. ad leg. Rhod. de iactu. l. deprecatio. 7. q. 1. in apibus. facit tamen pro ipſo ius cõmune, quo fundat intẽtionem ſuam in orbe, ſicut epiſcopi in diœceſi, de quo ſcripſi poſt Hoſt. de offi. archid. c. fin. ſuper 1. gloſſa.

1 Vide Caſſaneũ in catalogo gloriæ mundi parte 5. conſideratinne 28. vbi pleniſſimè.

† Comitatũ ꝓuinciæ dicit Bar. ĩ extrauag. qui ſint rebelles. in gl. rebellando.

d ¶*Arctauit.*] de conſtitu. c. 2. lib. 6.

e ¶*Nequaquam.*] aſſerit puram negatiuã, quã percipere poterat.

f ¶*Requiſiti.*] hic & in inferioribus declarat not. de fo. comp. c. vlt. in princ. 3. q. 6. c. 1. de rapto. cap. 1. De hac requiſitione vide qđ not. in Spec. de comp. iu. adi. §. 1. verſicu. ſed quomodo. & de accu. §. 1. verſ. ſed nunquid. & §. fi. ver. vt autem.

g ¶*Eſſent.*] pro ipſius coronatione, vt in cap. Romani. ſuprà de iureiur.

h ¶*De proceſſibus.*] de diſcordia bene ſciuerat prius, de iureiur. Romani.

i ¶*Forſan.*] non eſt nota dubitationis. de hoc de teſta. c. 2.

¶*Gloſſ. ſeq. quærit, ponit duas opi. & duas incidentes quæſtiones, in quarum qualibet ponit duas opi. contrarias.*

k ¶*De more.*] ſed nunquid de iure voluit hoc decidere? Accurſius in l. ſi cui. §. fin. ff. de accu. dicit quòd remiſſio 2 iſta fit ex vrbanitate, vel ex voluntate, vel locum habet ſecũdum eum cum reus latitat, quod etiam videtur placere Innocẽtio, de rap. c. 1. Sed glo. ibi & Hoſt. dicunt, in omni graui delicto remiſſio-

2 De hac remiſſione vide Barto. & doctores in Auth. qua ĩ ꝓuincia. C. vbi de crimin. agi oport. & Guidonẽ Papæ, Deciſ. 202.

ruit, quæ à iudice, qui per regẽ tutè † adiri non potuit, & in loco notoriè (vt præfertur) nõ tuto, in abſentẽ nec citatum [a] legitimè ac inauditum per conſequẽs, & indefenſum non maturo fuit iudicio, ſed præcipitio, & de tanto præſertim crimine promulgata? Rurſus non eſt ſilentio relinquẽdum, quòd ipſe rex noſter & Eccleſiæ Romanæ ratione regni prædicti notoriè ſubditus, homoque [b] ligius, & vaſallus, ac † in eodem regno, non vt præmittitur, in imperio cettum, continuum & notorium ſuum habens domicilium, ac originem [c] inde trahens, Imperatori eo modo non ſubfuit [d], quòd in eum crimen læſæ maieſtatis cõmiſerit, quãtumlibet omnia in ſententia ſupradicta contenta veritatem indubiam continerent; ſicque nedum non iure, imo nec iuris colore tulit imperator ſententiam ſupradictam † in regem ex cauſa, quæ veritatis ſubſiſtẽtiam non habebat [e], propter quàm [f] etiam quatenus in eo fuit, regem eundem priuando regno, & regia dignitate, ac terris etiam alijs, & iuriſdictionibus perpetuis & tẽporalibus, quæ ſub eo nullatenus, vel ab eo, ſed à nobis & ſub nobis tenebat, nec non procedendo cõtra regem eundem ex illis quę per ipſius ſtipendiarios, ac nõnullos Imperatoris eiuſdem ſubiectos per malitiam & inſtigationem regis ipſius contra eum fuiſſe commiſſa in vrbe dicebat: Cũ etſi illa fuiſſent ibidem reuera commiſſa, punitio tamen eorum in regem veluti extra diſtrictum [g] imperij commiſſorum ad Imperatorẽ nullatenus pertineret: inhibendo etiam in eadem ſententia ſub magnarum appoſitione pęnarum, quarum aliquas ſibi applicari mandauit, ne quis dicto regi præſumeret in ſuis reſpõdere debitis [h], in ipſiusúe familiaritate vel ſeruitio remanere, aut eidem contra ipſum Imperatorem quouis modo impendere conſilium, auxilium, vel fauorem: cũ debitores, ſeruitores, & auxiliatores huiuſmodi extra imperium & in regno conſtituti prædicto nullatenus Imperatori ſubeſſent †, nec ex committendis in regno eodem dictis poſſent pœnis aſtringi, vel aliqualiter condemnari per ipſum: abſoluendo quoque ab omni fidelitate [i], obligatione, ſeruitio, promiſſione, ac pacto prouincias omnes, ciuitates, & caſtra [& † loca] ipſiusque vaſallos, & feudatarios, & alios quoslibet eidem regi quomodolibet obligatos: cum includerentur in abſolutione huiuſmodi terræ, & perſonæ nobis & Eccleſiæ Romanæ ſubiectæ [k], propriæ terminos poteſtatis exceſſit, in meſſem noſtram mittẽs perperam ſuam falcem [l]. ¶ Cæterùm defectus ſuppletio circa proceſſus adhibita ſupradictos, non tantum ualet ad iuſtificationẽ ipſorum & ſententiæ ſupradictæ, quantum ad eorum ſugillationem & notam: cum nullã ſuper præmiſſis poteſtatem haberet Imperator in regem, ſibi aliàs quàm vt præfertur non ſubditum, non citatum legitimè, aut remiſſum, & extra diſtrictum ipſius continuè ac notoriè conſiſtentem: nec prædicta ſuppletio circa ſubditum etiam ad ea potuiſſet de ratione referri, per quæ de crimine præſertim ſic graui [m] delato defenſionis (quæ à iure prouenit naturali †) facultas adimi valuiſſet: cum illa Imperator tollere non licuerit [n] quæ iuris naturalis exiſtunt.

remiſſionem fieri ad iudicem delicti, per §. ſi verò quis comprehenſorum. in auth. vt nulli. iudi. colla. 9. Imo dicunt quidã quòd iudex delicti ad hoc poteſt cogere iudicem ſub quo degit per verbum, iubemus, ibi poſitum, quod eſt neceſſitatis. 14. q. 1. quod præcipitur. ff. quod iuſſu. l. 1. & 2. & ſic non obſtat quod dicit, quòd par in parem non habet imperium. de elec. innotuit. cum in hoc iudex delicti ſit maior, & hoc placuit Iacob. de Raue. & Pet. in Authẽ. qua in prouincia. C. vbi de cri. agi opor. pro his facit quod no. Hug. 65. diſtinct. cap. fin. Contra eos facit quod ibi not. Io. quod credo verius, ſcilicet, quòd malè faciat iudex requiſitus non remtttendo: is tamẽ qui requirit, ſi aliàs nõ eſt illius iudex, illum cogere, vel punire nõ poterit, ſed agetur corã ſuperiore illius, ad qđ facit de for. cõpe. Romana. §. contrahentes. lib. 6. ibi, ad denuntiationem, non dicit ad mandatum, vel præceptum. facit etiã de offic. ordin. paſtoralis. in princ. & quod not. de off. deleg. prudentiam. §. adijcimus. in vlt. glo. Nec obſtat illud verbum, iubemus in §. ſi verò. quia licet Imperator ibi iubeat, non dat per illud iudici requirenti poteſtatẽ iubendi vel puniendi, nõ conceſſum igitur non attentet. 25. quæſtio. 2. amputato. Dicunt etiã prædicti domini legũ quòd iudex requiſitus remittet ſine aliqua cognitione, tum quia præſumptio eſt pro iudice requirente. de renun. in præſentia. tum quia requiſitus eſt merus executor. de offic. deleg. paſtoralis. §. præterea. C. de execut. rei iu. ſi vt proponis. & ꝑ eis facit prædi. l. ſi cui. §. fin. ff. de accu. Quidã contra, quòd pręcedat aliqualis cognitio, aliàs ſine cauſa infamaretur, qui ſic ſtatim ligatus remitteretur, ad hoc ff. de cuſto. & exhi. re. l. diuus. C. de exhib. re. l. fina. C. vbi de crimine agi oportet. l. 1. Et hoc in ſua diſputatione tenuit Barto. de Pratis, per prædictam l. diuus. inducens etiam l. ne in arbitris. C. de arbit.

a ¶ *Citatum.*] vide quod not. & dixi eod. titul. tenor. in gloſſ. penultima.

¶ *Glo. ſeq. alleg. 4. concor. dupliciter exponit & remittit, & differentiam ſubdit.*

b ¶ *Homoque ligius.*] de homagio habetur de accuſ. veniens. de ſimo. ex diligenti. de exceſ. præla. grauem. de reg. iur. cap. ſi. quod aliàs dicitur hominis ligium. Dicitur autem ligius quaſi ligatus, vel legius quaſi legalitatem ſeruans. de hoc Martinus de Fano compoſuit quendam tractatum, quẽ ponit Speculator, & latius proſequitur de feu. §. ſecundò. Et vt ibi not. hominis ligium ſit Imperatori, vel regi nullius alterius fidelitate ſalua, ſed in vaſallitico, vel fidelitate reſeruatur ſaltem Imperatoris fidelitas, vel auctoritas. in li. feu. de prohi. feu. alie. l. imperialem. Nec videtur quis eſſe poſſe ligius duorum, ſed bene poteſt eſſe ligius 1 vnius, & vaſallus alterius, vt hic, vel vaſallus plurium, & ibi de hoc verſi. 10. & ver. ſequentibus.

c ¶ *Originem.*] Nota pro foro originis 2, de quo de paro. c. fin. in 1. glo. de temp. ordi. cum nullus, lib. 6. & in Spec. de compet. iudi. adi. §. 1. verſic. 42. & 43.

d ¶ *Non ſubfuit.*] innuit per non ſubditum crimen læſæ maieſtatis non committi.

e ¶ *Non habebat.*] Not. non valere ſententiam ex cuius tenore deprehenditur euidens iniquitas. de hoc dixi poſt Inno. eo. titu. cum Bertholdus. ſuper verſ. conceſſimus.

Additio. De hoc videre poteris Panor. in c. quoniam de probat.

f ¶ *Propter quã etiã.*] tolle hic literam quæ eſt in fin. huius §. propriæ terminos poteſtatis exceſſit in meſſem noſtram, &c.

g ¶ *Diſtrictum.*] cum Roma ſit de temporali dominio Eccleſiæ. quadrageſimatertia di. ego Ludouicus. vigeſimatertia quæſt. vlt. igitur, de elect. fundamenta. lib. 6.

¶ *Gloſſa ſequens quęrit & remittit.*

h ¶ *Debitis.*] quid de debitoribus per iuramentum obligatis, hoc poſito quòd hæc ſententia fuiſſet, iuſta, ſcripſi poſt Hoſtien. de cẽſib. ſignificauit. ſuper. glo. 2.

i ¶ *Fidelitate.*] hoc bene facit Papa de ſubditis imperio. 15. quæſtio. 6. alius. & cap. nos ſanctorum. & eod. titu. cap. 2. libr. 6. hoc ratione criminis. de hære. c. fin. de pœnis. cap. fin. procedit autem hoc ex ſuperioritate, de qua infrà, §. fin.

k ¶ *Subiectæ.*] argum. ad not. 16. quæſt. 7. filijs. in 1. glo. ſcilicet quòd per damnationem, vel confiſcationem iudicis ſecularis non perdit quis iuſpatronatus. 3

l ¶ *Falcem.*] quod facere non licuit. de elect. venerabilem. in prin. cum ſuis concor.

m ¶ *Sic graui.*] læſæ maieſtatis.

n ¶ *Licuerit.*] facit ad not. ff. de conſtit. prin. l. 1. & C. ſi contra ius vel vti. pu. l. vltim. per Innoc. de conſti. quæ in eccleſiarum. per Hoſtienſem in ſum. de reſcript. §. quas vires. ver. poteſt autem. facit etiam ad quæſtionem de iudice habente arbitrium, quam not. infrà de verbor. ſignific. ſæpe. ſuper verſic. defenſiones.

† Aliàs, ſecurè.

† In quodã manuſcripto ita: ac in eodem regno, vt præmittitur, nõ imperio certum &c.

† Aliàs ſæpe dictum.

1 Et tunc fœmina poteſt ſuccedere. Decius conſil. 136. & vide Abbatẽ in c. eam te. de iurepatronat.

2 Vult hæc gloſ. iuncto text. quod ratione originis ſortitur quis forum. quod intellige tam de origine propria, quàm paterna, vel auita, vide per Bart. in l. aſſũptio. ff. ad municip. Abbas Siculus.

† Aliàs ſubiacerent.

† Hæc duo verba, & loca, deſunt in antiquioribus codicibus.

† l. vt vim. vbi latè doctores. ff. de iuſtit. & iure.

3 Hãc gloſſam latè ꝓſequit hic Io. Imo. q̃rens an bonis confiſcatis confiſcetur ius patronatus.

a ¶ Nomi-

a ¶[*Nomine.*] ſic eo.tit.cap.fi.lib.6.2.q.1.in primis in fi.
b ¶[*Vulgi.*] cuius opinio quandoque inſpicitur.ff.de flu.l.1.& ff.de fun.inſtru.l.cum de lanionis. §. aſinam.de pur.vulg.per totum.& nota.de reſcriptis.nonnullis. in 4. gloſſ. Ouidius de Ponto: *Vulgus amicitias vtilitate probat.*
c ¶[*Superioritate.*] vt ĩ conſtitutione Romani.s̃.de iureiur.
d ¶[*Succedimus.*] de fo. compe. licet ex ſuſcepto. & huiuſmodi poteſtati non participant legati de latere.de hoc Spec.tit. 2. §.nunc oſtendendum. ver. 19. Ioan. And.
e ¶[*Dominantium.*] Apoca.19.cap. vltra medium. 1. ad Timoth.6. & facit.7.diſt.quę contra mores in fi. de deci.tua.2.
f ¶[*Conceſſit.*] Matthęi xvj.
g ¶[*Ex eis.*] concord. de elect. qualiter. in fi. j̃.de immu. eccl. quoniam.
h ¶[*Conſilio.*] vide qđ not.eod. titu.c.2.lib.6. in 1.glo.
i ¶[*Reuocamus.*] Concor.de re.eccl.non alie. ſi quis.eo.ti.ad audientiam.& quod no.ibi,de offi.ordi.c. penul.& 2. q.1.primates.

¶ Vt igitur ſicut memorata ſententia iuris caret effectu, ſic auctoritate & nomine [a] rei careat iudicatę, vt nec in opinione communi, aut vulgi [b] labijs nomen habere ſententiæ mereatur: vt etiam in magnum iuſtitiæ ac pacis obſequium ſcandaloſis occurratur periculis, quę cum noſtra & eccleſiæ, prouinciarum multarum, regnorum & gentium turbatione non modica poſſent occaſione ipſius pro tempore ſuboriri: Nos tam ex ſuperioritate, [c] quam ad imperium non eſt dubium nos habere, quàm ex poteſtate, in qua vacante imperio Imperatori ſuccedimus: [d] & nihilominus ex illius plenitudine poteſtatis, quam Chriſtus rex regum & dominus dominantium [e] nobis licet immeritis in perſona beati Petri cōceſſit, [f] ſnīam & proceſſus omnes prædictos, & quicquid ex eis [g] ſecutum eſt, vel occaſione ipſorum, de fratrum noſtrorum conſilio [h] declaramus fuiſſe, ac eſſe omnino irritos & inanes, nullumq́; debere aut debuiſſe ſortiri effectum, ſeu nocumētum, vel notam afferre cuiquam, vel quomodolibet attuliſſe. Ipſoſque nihilominus quatenus proceſſerunt de facto, & quicquid ex eis ſecutum eſt, vel ob eos, vel in poſterum ſequi poſſet, in irritum reuocamus [i].

TITVLVS XII.

De appellationibus.

¶Clemens V.in concilio Viennenſi.

¶*Valet appellatio oorã maiore parte plurium iudicum. Sed appellato eſt appellatio, delatio, & termini præfixio intimanda. Zabarella.*

CAP. I.

SI A IVDICI-

S*I à iudicibus.*] CASVS. Tu & ego litigabamus ſuper aliqua re coram pluribus iudicibus delegatis nobis datis, vel ordinarijs: tulerunt ſententiam contra te abſentem legitimè citatum, vel contra te præſentem, & non appellaſti, ſed voluiſti peritos cōſulere, id eſt voluiſti petere conſilium à peritis & ſapientibus, an deberes appellare vel non: conſilio habito vis appellare: quęritur vtrū ad hoc ꝙ valeat appellatio, requiratur quòd oēs iudices ſimul conueniantur, vel an ſufficiat ꝙ adeantur ſeparatim vnus in domo, alius in eccleſia, & an etiam poſſis petere apoſtolos ſeparatim ab eis? Dicit Romanus Pontifex, quòd ſufficit interponere appellationem coram omnibus, vel coram maiori parte etiam ſeparatim, & valet ac ſi ſimul conuenirentur. Sed quid? appellaſti ab omnibus ſimul, & interpoſuiſti appellationem tuam in abſentia mea, nunquid debes mihi appellationem intimare, etiam delationem vbi delatum eſt negotium principale, & etiam termini præfixionem, vt in termino poſſim me præſentare coram iudice ad quem appellatur? Dicit ꝙ ſic: quia intimatio legitimè eſt fienda mihi appellato, ſecundùm tenorem c.cauſam.s̃.de ele.hoc dicit. H. R.

¶Colligo aliqua notabilia. Primò iuncta gl. ꝙ quis poteſt appellare à pluribus iudicib. ſeparatim, vel à maiori parte, licet olim ſecus. No. ſecundò differentiam inter appellātem ab electione, prouiſione, vel poſtulatione, & appellantem à diffinitiua, vel ab interlocutoria: quia appellans ab electione, poſtulatione, vel prouiſione debet intimare, id eſt notificare appellationem ſuam parti appellatæ, hoc eſt contra quem appellatur & ſic debet intimare appellationem tantùm. Sed qn̄ appellatur à diffinitiua ſnīa, vel ab interlocutoria, requiritur intimatio recuſationis, quia non detulit appellationi tuę, vel admiſſioni appellationis, ſiue delationi, vel quia detulit iudex appellationi tuæ, & debet intimare terminum ſibi præfixum infra quem debet arripere iter ſuum ad ꝓſequendam appellationē, vt ipſe appellatus ēt ſuum iter arripiat ad ſe præſentandū & defendendū. Et ratio diuerſitatis eſt qa qn̄ appellatur ab electione, poſtulatione, vel ꝓuiſione, ſolùm intimat̄ appellatio, non tn̄ delatio, vel termini pręfixio: qn̄ autem appellatur à ſnīa diffinitiua, requiritur ꝙ intimetur appellatio. Item delatio, vel recuſatio, & termini pręfixio. Ratio eſt quia in primo caſu terminus ſtatuitur à iure, infra quem quis habet arripere ſuum iter, ſi appellatio fuerit admiſſa, puta quia appellans intra menſem. In ſecundo caſu, qn̄ appellatur à diffinitiua, non ſtatuitur à iure terminus, vt quis proſequatur, vel defendat appellationem, quare ſtatuitur ab homine.

Not. iuncta glo. Paria ſunt intimationem nullā facere, & facere, ſed non legitimè. Et dicitur fieri non legitimè quando fit ad domicilium cū poſſit apprehendi perſonaliter. Not. ꝙ licet quis poſſit appellare à pluribus ſeparatim iuxta formam hic contentam, tamen cum quis appellat, non debet ab vno ſolo, ſed ab omnibus, vel à maiori parte appellare, ex quo omnes pariter procedūt: quia non poteſt vnus ſolus iudex grauare, vt gloſſ. in verbo, ſimul, propè finem: Si autem vnus ſolus ex pluribus grauet, tunc ab illo ſolo poteſt appellari.

Not. quòd tam appellatio, quàm apoſtolorum petitio poteſt ſeparatim coram iudicibus fieri, vt gl. hic in verbo, appellare. Ex quo not. quòd qualitas in fine poſita concernit omnia præcedentia. de quo per Bartol. in l. præter. ff. vi bonorum rapto. Nota ꝙ appellatio non eſt neceſſariò interponenda in præſentia appellati, ſed ſibi ignoranti eſt poſtea intimatio, id eſt notificatio, ſeu inſinuatio fienda, quando talis eſt appellatio, q̄ ipſo facto non deuoluit cauſam. Et vtrum appellatus ire teneatur niſi citetur, vide hic per doctores, & in cle. cauſam. ſuprà de elect. Not. licet coram pluribus iudicibus poſſit ſeparatim appellari, ipſi tamen iudices debent poſtea ſimul conuenire ad deferendum appellationi, id eſt, an debeāt admittere appellationem vel non, & debent ſimul conuenire ad præfigendum, id eſt ad ſtatuendum terminum, vt in glo. in verbo, præfixionis.

Nota textum, *à iudicibus.* Iudex enim dicitur, quaſi ius dicens populo. vel iure, ſiue iuſtè diſceptans, & eſt etymologia. Iure autem diſceptare eſt iuſtè iudicare. Non enim eſt iudex, ſi non eſt in eo iuſtitia, vt cap. forus. §. in omni quoque negotio. de verbo. ſig. Et iudex eſt qui ex iuriſdictione propria, aut ſibi delegata & commiſſa, ius habet ſuper cauſas litigiorum, vel litigantium cognoſcendi. Et multi ſunt iudices: Quidam eſt iudex ordinarius, & eſt ille qui habet poteſtatem à ſe iure ſuo hoc ipſo quòd eſt talis, vt epiſcopus, balliuus, præſes prouinciæ, & conſimiles. Eſt alius iudex qui dicitur delegatus, & eſt ille qui habet poteſtatem de cauſa aliqua cognoſcendi ab aliquo ſibi cōmiſſa, qui etiam dicitur iudex extraordinarius. Vel iudex delegatus eſt, cui cauſa committitur terminanda vel exequenda vices delegantis repræſentās, & in iuriſdictione nihil proprium habens, vt ff. de offic. eius cui man. eſt iuriſd. l.1. in fin. & l.3. de offic. proconſul. & leg. Vel delegatus eſt is cui à ſummo Pontifice, vel ordinario, vel delegato principis cauſa committitur. Inde ſubdelegatus qui dicitur reſpectu delegati. Eſt alius iudex qui dicitur iudex competens, qui cauſæ iuriſdictionem habet cum exercitio ſibi dato, quod per exceptionem poſſit elidi, ſiue exceptio contingat perſonam, vt quia ſuſpectus. ſiue contingat iuriſdictionem, vt quia reſcriptum ſurreptitium, vt in cle. cum lite. ſuprà vt lite penden. nihil inno. in gloſſ. Eſt alius iudex, qui dicitur incompetens, & eſt in quem, licet non idoneum conſenſerimus, vel quia ipſe nullam iuriſdictionem habebat, vel quia interuenit error in adeundo ipſum, vel quia compulſus ſum in eum conſentire. Eſt alius iudex qui dicitur compromiſſarius, & eſt ille qui ex compromiſſo, id eſt ex conſenſu partium, & ex litigantium electione de cauſa cognoſcit, qui nullam habet iuriſdictionem propriam ſeu delegatam. ff. de arbi. l.1. Eſt alius iudex qui dicitur Pedaneus iudex, & eſt ille cuius officiū eſt de minutis cauſis, & infimis cognoſcere, & inutilibus, & vilibus, licet ſit ordinarius. Eſt alius iudex qui dicit̄ iudex Chartularius. Et olim tales iudices erant priuilegiati ab Imperatore, vt qui vellent coram eis litigare, poſſent: ſed ipſi non poterant aliquem cogere ad litigandum coram eis. Et dicuntur

etiam

etiam hodie iudices ordinarij creati à comite Palatino, qui non habent adminiſtrationem niſi in habitu, vt notatur in l. prima.ff.de iudici.& l.fina.C. vbi & apud quos cognitio reſti tutionis agenda ſit.& iſti iudices vocantur hodie notarij Apoſtolici,& imperiales, & chartularij à charta: quia dum creantur, mittuntur in poſſeſſionem chartæ. Eſt alius iudex qui dicitur domeſticus, & iſti iudices dicuntur eſſe, ex quibus pro magna parte pendet ius, & conſilium. Hi etiam dicuntur aſſeſſores, eo quòd aſſidet, id eſt, iuxta ſedent. Vel fiunt ſimiles, ſiue comparantur iudici: & in cauſæ cognitione ſimul præbēt conſilium, vel officiū, vt patet ex rubric. C. de Aſſeſſor. Not. *Apoſtolos*. Apoſtoli in iure dicuntur literæ datæ appellanti, in quibus continentur allegationes, & qualiter in cauſa proceſſum ſit. Item Apoſtolorum alij ſunt conuentionales, ſcilicet quando pars admittit appellationem, ſiue in iudicio iudice refutante, ſiue tacente, vel extra iudicium, vt extra de appellatio.cap.ſæpè.& cap.oblatæ. Alij Apoſtoli ſunt teſtimoniales, teſtificantes de appellatione facta. Alij ſunt dimiſſorij, per quos apparet quòd iudex detulit appellationi. Alij ſunt refutatorij, per quos apparet quòd iudex non detulit appellationi. Alij ſunt reuerendi, ſiue reuerentiales, ſcilicet quando ob reuerentiam ſuperioris appellationi defertur, vt cap.1.de appellatio, lib.6.in gl.& ſupra in cle.ſi ante.de dolo & contu. Not. *Delationi*. Delatio, delationis, venit à defero, defers, quid ſignificet, vide ſuprà in cle.ſi ante.de do.& cōtu. Not. *Terminum præfixionis*. Præfigo, gis, componitur de præ & figo, quod idem eſt quod imponere, immittere, inferre fortiter & ſtabiliter imponere, & producit ſi. Et dic terminum præfixionis, id eſt impoſitionis termini, quia iudex debet imponere, ſtatuere, & ordinare terminum ipſi appellanti, intra quem ipſe arripiat iter ſuum ad eūdem proſecutum appellationem ſuam. Not. *Intimatio*, onis, venit de intimo, as, aui.a.p.id eſt demonſtrare, indicare, nūtiare, notificare. Et dicitur ab intimus, vel ab in & timos, quod eſt mens, quaſi in mente inculcare, & immittere, ſecundùm Hug. Vel dicitur ab in, & time, quod eſt anima, vel mens ſecundùm Papam. Nota quòd appellatio debet intimari appellato ignoranti. Dic tamen ſufficere quòd eius procuratori ſpecialiter in cauſa conſtituto intimetur. de elect. cle. cauſam. 1. reſpon. Zabarel.

† Nota quòd indefinitè dicitur iudicibus, in omnibus igitur cuiuſcunque ſpeciei iudicibus vendicat ſibi locū vt in gloſ. 1. Petrus de Anchara.

† In quodā manuſcripto ita: Eſt tamē appellato etiam ignoranti, &c.

bus [a] † duobus, aut pluribus fuerit appellandum [b], quia fortè de facili eorum præſentia ſimul [c] haberi non poſſet, liceat coram ipſis [d], vel maiori [e] parte ipſorum appellare [f], & Apoſtolos petere ſeparatim: valebitque appellatio talis [g], ac ſi ſimul [h] fuiſſet in eorum præſentia ab omnibus appellatum. Eſt † tamen appellato ignoranti [i], appellationis, nec non delationis [k] eorum [k], & termini præfixionis [l], ſi ſubſecutæ fuerint, intimatio legitimè [m] facienda.

¶ Idem.

¶ Sufficit Apoſtolos peti vno contextu ſæpius & inſtanter: ad quos recipiendos ſi iudex certum terminum ſtatuat, appellans illos non petens in termino, appellationi renūtiat. Idem cum iudex ſtatuit terminum iuris incertum, intra quem appellans illos debitè non petiuit, vel oblatos recipere renuit.

CAP. II.

QVAM-

¶ Prima gloſſa diuidit, & declarat de quibus iudicibus intelligatur.

a ¶ *Si à iudicibus.*] Se ſummat. Et ſunt duæ partes. Secunda: ibi, *Eſt tamen.* Et quod dicit iudicibus, intelligo ordinarijs, vel delegatis, ſiue ſint ad cauſas, ſiue ſint executores ad gratias: & idem etiam puto de arbitris iuris, à quibus appellari poteſt. de offic. delega. ab arbitris. cum eadem ſit ratio.

b ¶ *Appellandum.*] in iudicio, vel extra à ſententia, vel grauamine fortè. dato ergo quòd haberi poſſet ipſorum copia, locus eſſet ei quod hic dicitur. Sed ante conſtitutionem iſtā tunc ſolùm ſic diuiſim de facto appellabamus, quando communiter iudices haberi non poterant, vndè ſeruabatur, quòd ſingulariter requirebantur, vt conuenirent.

¶ Gloſſa ſequens ponit opinionem Innoc. quam coaptat.

c ¶ *Simul.*] Scire debes quòd Inno. in decr. cum ſuper. de offic. delega. in gloſſ. magna. circa medium, dicit quòd ab vno ex pluribus iudicibus non poteſt appellari, niſi appelletur ab omnibus: quia cum non ſit licitum appellare niſi à grauamine, & vnus ſine alijs grauare nō poſſit, quia ſolus iuriſdictionem non habet, ergo non ab vno, ſed ab omnibus ſimul appellandum eſt: ſed ſi Innoc. intellexit ſimul in loco, ſcilicet congregatis tempore quo appellatur, hoc hic corrigitur: ſed ſi intellexit ſimul reſpectu formæ, vel interpoſitionis, hoc hic non tangitur: licet enim hic ſeparatim appelletur, tamen ab omnibus appellatur. Hoc tamen ſcias, quòd quoties vnus ex pluribus iudicibus procedere poteſt, & ab ipſo ſolo ſi procedit, poterit appellari. de primo vide quod not. de arbi. capitu. 2. libr. 6.

Appellans ab vno ex pluribus iudicibus an bene appellet.

d ¶ *Coram ipſis.*] vide quod not. de elect. vt circa. libr. 6. in præſentia enim iudici appellādum eſt. 2. q. 6. biduum. vbi de hoc. & ſ. eod. tit. ſuggeſtum.

¶ Gloſſa ſequens exponit, quærit & ſoluit.

e ¶ *Maiori.*] quando ſunt plures quàm duo. Nam in duobus non eſt dare partem maiorem: oportebit ergo tunc quòd coram ambobus fiat appellatio, ſi diuiſim poſſunt haberi. Sed quid ſi ambo etiam diuiſim non poſſunt haberi, vel quando ſunt plures, non poteſt haberi pars maior etiam diuiſim? Solu. ex quo non ſtat per appellantem, ſibi non nocet. facta igitur proteſtatione appellet coram illis, vel illo, quos vel quem habere poteſt, vel ſi nullū poteſt habere, coram publicis & honeſtis perſonis. eo. tit. capi. fin. de offi. ord. paſtoralis. ſi haberet copiam iudicis ad quem, coram illo appellet. 2. q. 6. biduum.

Appellatio qualiter interponenda à duobus iudicibus, qui etiam diuiſim haberi nō poſſunt.

f ¶ *Appellare.*] ſeparatim, vt ſequitur, eſt enim mens literæ, quòd quilibet iſtorū actuum appellatio, & Apoſtolorum petitio ſeparatim fieri poſſit.

g ¶ *Talis.*] ſupple, & Apoſtolorum petitio.

h ¶ *Ac ſi ſimul.*] concor. de re iudi. c. penul. lib. 6.

i ¶ *Ignoranti.*] ſciens enim certificari non debet. de reg. iur. cum qui certus. lib. 6. Præſumitur autem ignorantia. de regu. iur. præſumitur. lib. 6. cum concor.

Ignorantia præſumitur.

k ¶ *Delationis.*] vbi delatum eſt, tunc negotium principale per hoc eſt coram in iudice appellationis. ſ. eo. cum appellationibus. lib. 6. & ideo intimandum eſt appellato. Et facit hæc litera ad id quod not. quòd deferre appellationi, & terminum illi præfigere ſunt diuerſa.

k ¶ *Eorum.*] ſcilicet iudicum.

¶ Gloſſa ſequens rationem reddit, quærit & ſoluit.

l ¶ *Præfixionis.*] ad iter enim arripiendum, vel ad ſe præſentandum potuerunt terminum aſſignare. eodem titu. cum ſit Romana, quæ termini aſſignatio, quia multum operatur, vt eodem titul. ſæpè. ideo parti hoc ignoranti debet intimari. Sed nunquid hæc delatio, & termini præfixio ſeparatim per illos iudices fieri poterit? quod videtur per hanc literam: ſed forſan eſt mens literæ, quòd iudices illi poſtea conueniēnt. & deferent, vel terminum ſtatuent, qui intimari debet appellato.

Iudex appellatiōi poteſt præfigere terminū appellāti ad iter arripiēdū, & ad ſe ſuperiori præſentandum.

¶ Gloſſa ſequens exponit, dubium ſoluit, & vnam diuerſitatis rationem ſubdit.

m ¶ *Legitimè.*] per modum qui habetur ſ. ea. compil. de elec. cauſam. vt ibi patet in fin. Nec puto hanc intimationem ſolùm faciendam, quando ſic ſeparatim appellatur, ſed etiam fiet quando ſimul à iudicibus appellatur, vel quando vnus ſolus eſſet iudex à quo appellatur, propter rationes quas ſuprà notaui. Et aduerte, quia decre. illa. cauſam. nil dicit de intimatione delationis, vel termini, ſed ſolius appellationis. & eſt ratio, quia cauſæ beneficiales, de quibus ibi dicit, quo ad principale deferuntur per appellationes, & habent terminum ſtatutum à iure ad ſe præſentandum. & hæc pars cui notificatur appellatio ignorare non debet, aliæ verò non: & ideo ſi deferatur, vel terminus ſtatuatur ab homine, notificentur hæc appellato, qui potuit ignorare.

Appellanti in cā beneficiali ſufficit ſolam appellationē appellato intimare.

QVamuis.] Præſupponendum eſt, quòd quis poteſt appellare à quocunque grauamine, ſiue inferatur in interlocutoria, ſiue in diffinitiua. Et appellās debet petere Apoſtolos, id eſt reſponſionem iudicis. Et quare dicantur Apoſtoli. vide ſ. de Apoſtolis dimiſſorijs & reuerentialibus.

CASVS. Iudex dedit ſententiam contra me: appellaui: quæritur an debeam petere Apoſtolos ſæpius, vel ſit neceſſe quòd inter petitiones Apoſtolorum ſit aliquod interuallum, id eſt, aliquod ſpatium temporis, vel vtrum ſufficiat multiplicare vno, & eodem contextu. dicendo: Domine detis mihi Apoſtolos, & iterum ſupplico quòd detis mihi Apoſtolos, & iterum vos deprecor quòd detis mihi Apoſtolos? Et dicit quòd poſſum petere Apoſtolos ſæpius vno, & eodem contextu. Sed quid erit ſi iudex à quo appellaui non dedit Apoſtolos, ſed mihi aſſignauit terminum ad dandum Apoſtolos, quæritur vtrū dic aſſignata debeam comparere coram iudice, vt

uis [a] rigor iuris [b] expoſcat, eum qui appellat debere petere Apoſtolos congruo loco & tempore [c], ſæpius & inſtanter: Nos tamen antiquam & communem obſeruantiam [d] † litigantium ſequi, & æquitatem rigori præferri [e] volentes: decernimus [f] ſufficere quòd per appellantem ſimul vno contextu [g] Apoſtoli [h] inſtanter, & ſæpius poſtulentur. ¶Verùm ſi iudex à quo appellatur, certum [i] terminum ad recipiẽdos Apoſtolos appellãti aſſignet, & appellãs in aſſignato ſibi termino nõ compareat corã eo, nec petat [k] Apoſtolos ſibi tradi, appellationi ſuæ renuntiaſſe videtur [l]. ¶Similiter † ſi iudex appellãti reſpõderit, infrà iuris terminũ Apoſtolos ſe daturum, appellationi ſuæ renũtiaſſe appellans intelligitur, niſi infrà dictum [m]

ce, vt illa die recipiam Apoſtolos, ita quòd videar renuntiare appellationi, niſi compaream? Dicit quòd illa die debeo cõparere, aliàs ſi non compaream, ſententia poteſt executioni demandari. Sed quid ſi iudex aſſignet mihi diem infrà terminum iuris, qui terminus eſt triginta dierum, à die ſententię cõputando, quando fertur ſententia cõtra præſentem. l. à iudicibus. C. eodem. Si autem feratur cõtra abſentem, tunc incipiunt currere illi dies triginta à tempore notitiæ. l. 2. C. quomodo & quando iudex. vtrũ ſit neceſſe comparere in omnibus illis triginta diebus, vel vtrum ſufficiat ſemel comparere? Dicit quòd ſufficit aliquo die comparere, dũ tamen compaream loco & tempore congruis, puta, quòd non compaream dum iudex eſt in menſa, vel in lecto, vel in balneo. Sed quid iuris, ſi iudex noluit dare Apoſtolos, vel promiſit dare, & aſſignauit terminum: ille autem die aſſignata, ſiue in illo termino aſſignato non dedit Apoſtolos? Dicit quòd poſſum proſequi meam appellationem, ac ſi iudex Apoſtolos dare denegaſſet. hoc dicit. H. R. ¶Colligo aliqua notabilia. Primò nota, quòd æquitas præfertur rigori. & hoc verum, loquendo de æquitate ſcripta, & rigore ſcripto, ſecus ſi nõ eſſet æquitas ſcripta: quia nullus alius à principe poteſt ſequi æquitatem non ſcriptam, dummodo rigor ſit ſcriptus: quia nullus alius poteſt iudicare vtrum rigor contineat æquitatem vel nõ. l. inter æquitatem. C. de legib. tamen dicunt aliqui, quòd domini de parlamento poſſunt præferre æquitatem non ſcriptam rigori ſcripto, tamen iſtud non reperitur iure cautum, licet domini de parlamento illud obſeruent. Nota quòd Apoſtoli ſunt ſæpius petendi, & non requiritur quòd petãtur per interuallum, id eſt, quòd interponatur actus extraneus, ſed ſufficit quòd eodem contextu petantur.

†Nota q̃ obſeruãtia cõmunis attendẽda eſt: talis enim obſeruantia ſecũdũ Laud. eſt optima legũ interpres. de conſuetu. cũ dilectus. Zab.

Not. quòd ſi alicui appellanti iudex aſſignet certum terminum ad dandum Apoſtolos, tunc appellans debet comparere illa die, aliàs ſententia non impediretur executioni mandari. Nota quartò, quòd ſi iudex aſſignet appellãti terminum iuris, ſufficit appellanti ſemel comparere coram iudice. Nota quòd paria ſunt denegare expreſsè Apoſtolos, & fraudulenter diſſimulare. Nota quòd tempus præfixum, id eſt ſtatutum ad petendum Apoſtolos, currit à tempore ſententiæ, & illud tempus eſt triginta dierum: quia appellans infrà xxx. dies à tẽpore latæ ſententiæ debet petere Apoſtolos, vel incipit currere eo tempore quo incipit currere decendium appellationis interponendæ, id eſt tempore ſententiæ latæ, vt in glo. 3. hic: Nota ibi, *Decernimus*. quòd iſtud verbum decernimus, inducit ius nouum, vt glo. in verbo, decernimus. Nota quòd Apoſtoli, qui petuntur in cauſa appellationis, interdum vocantur epiſtolæ, interdum dimiſſoriæ. Et quid ſint Apoſtoli, & vnde dicantur, dixi ſuprà proximè. & etiam vide Specul. eod. titu. in quarta parte. verſic. ſequitur. & glo. in cap. cordi. eod. tit. lib. 6. Et dantur Apoſtoli vt inſtruatur iudex ad quem, vt dicit glo. in verſi. nec petat. Nota q̃ obſeruantia communis attendenda eſt: talis enim obſeruantia ſecundùm Lau. eſt optima legũ interpres. de conſue. cum dilectus. maximè ſi in Romana curia obſeruetur: quia quod Romæ fit, ſpectandum eſt ff. de offi. præſi. ſed licet. 1 2. diſtin. cap. 1. & 4. Nota infrà iuris terminum. qui terminus dicitur triginta dierum, & infrà illos triginta dies debet apoſtolos petere, & etiam infrà illum terminum debet iudex illos dare, vel recuſare, & iſte terminus ita bene arctat iudicem ſicut appellantem. Nota, *Congruo*, id eſt competenti, apto. Not. *Recuſat*, id eſt refutet, renuat, vt s̃. in cle. paſtoralis. de ſen. & re iud. in verbo. recuſantem. Nota. *Oblatos*. i. datos ab offero, † vt s̃. ead. cle. prox. allegata.

Apoſtoli intra triginta dies ſunt petendi.

† datos offero.

¶Gloſſa prima ſummat, diuidit. & dicit quid determinat, & remittit.

a ¶*Quamuis.*] Caſus ſufficit Apoſtolos peti vno contextu ſæpius & inſtanter: ad quos recipiendos ſi iudex certum terminum ſtatuat, appellans illos non petens in termino, appellationi renunciat. Idem cum iudex ſtatuat terminum iuris incertum, infrà quem appellans illos debitè non petiuit, vel oblatos recipere renuit. ponit vlti. tres caſus, quibus appellãs nõ habens Apoſtolos, appellationẽ proſequi poteſt. Et ſunt quatuor partes. Secunda: ibi, *Verum*. Tertia: ibi, *Similiter*. Quarta: ibi, *Quod ſi*. Et determinat primum dictum quod not. s̃. eo. titu. ab eo. lib. 6. in 3. glo. vbi patet quòd mihi placebat iſte rigor, de quo loquitur principium, & idem ibi Arch.

b ¶*Iuris.*] 2. quæſtio. 6. poſt appellationem. & §. vlt. ad fin. C. eod. titu. iudicibus.

c ¶*Tempore.*] ſcilicet xxx. dierũ, qui currunt à tempore ſententiæ, vel ab eo tempore, à quo incipit currere decẽdium appellationis interponẽdæ. ſic intellige quod not. s̃. eo. tit. ab eo. in glo. 2. & eſt ſimile q̃d no. ff. de excu. tuto. l. quinquaginta. olim dabantur v. dies. 2. q. 6. ab eo. & eſt iſte terminus etiã iudicis ad tradendum, vt probant iura prædicta.

† Nota q̃ terminus iuris hic æquiparatur termino hominis: ſicut em̃ non petens Apoſtolos in termino hominis cẽſetur appellationẽ deſeruiſſe, ſuprà §. proximo: ita & in termino iuris, vt hic.

d ¶*Obſeruantiam.*] ſimile. s̃. ea. cõpil. de æta. & quali. generalem, intantum autem vigebat hæc obſeruantia, quòd dicebat G uli. q̃ nunquam viderat hoc opponi, vt not. in decre. ab eo.

e ¶*Præferri.*] ſimile de rer. permu. c. vnico. lib. 6. Quibus autem caſibus præferatur æquitas rigori, & econtra, ſatis ſcripſi de tranſa. cap. fin.

f ¶*Decernimus*] per viam declarationis. debuiſſet enim dici contrarium, vt s̃. patet. & ideo vtitur iſto verbo. ſimile de regula. conſtitutionem. lib. 6.

¶Glo. ſeq. literam exponit, & dubium ſoluit.

g ¶*Vno contextu.*] Lex dicit de teſtamento inſcriptis, q̃ vno contextu fieri debet. & declarat vno contextu fieri, cum nullus alienus actus miſcetur. ff. de teſta. hæredes palam. ad fi. ſic etiam electio vno cõtextu fieri debet. s̃. de elect. quia propter. ſed hic non imponitur neceſſitas hoc faciendi vno contextu: ſed dicitur q̃ ſi ſic fiat, valet. non curo an hęc petitio fiat vno cõtextu cum appellationis interpoſitione nec ne. facit quod not. ff. eo. l. 1. in glo. fi. & in Specul. de appel. §. ſequitur. in fi.

¶Glo. ſeq. ponit alias denominatioaes, & de 4. remittit.

h ¶*Apoſtoli.*] quos interdum epiſtolas. interdum dimiſſorias vocamus. 2. quæſtio. 6. ab eo. & cap. poſt appellationem. Quid ſint Apoſtoli, & vnde dicãtur, & de quadruplici eorum ſpecie & eorum formis, vide in Specul. eodem titu. 4. parte, §. ſequitur.

Apoſtoli varia habent nomina.

i ¶*Certum.*] ſiue per denominationem diei, puta die Iouis proxima: vel per numerum, puta hodie ad viij. dies, vel octaua die menſis.

¶Glo. ſeq. ponit diuerſitatem, & eius rationem.

k ¶*Nec petat.*] ſola ergo comparitio non ſufficeret. non ſic in caſu decr. ſi à iudice. eo. tit. libr. 6. eſt enim caſus ille ab iſto diuerſus: Apoſtoli enim dantur vt inſtruatur iudex ad quem. eod. titu. vt ſuper. lib. 6. ſed reuocatio grauaminis fit: vt iuriſdictionem reſumat iudex à quo: nõ eſt ergo mirum, ſi plus circa primum quàm circa ſecundum arctatur appellans, & iudex à quo plus circa ſecundum quàm circa primum. Ioan. And.

¶Glo. ſeq. fortificat textum: quærit, & ſub dubio ſoluit.

l ¶*Videtur.*] etiam ſi iret, vel mitteret pro illa proſequẽda. s̃. eod. ab eod. lib. 6. Sed quid dices, ſi in iſto caſu, vel ſequenti comparuit appellans in termino certo, vt hic: vel infrà incertum, vt infrà proxim. reſpon. & iudex aſſignat nouum terminum ad illos recipiendos, in quo non compareat appellans: nunquid renunciaſſe videtur? Fortè fuit de mẽte huius iuris, quòd vltra ſecundam vicem non teneatur appellans corã ipſo pro hac cauſa comparere. Tutius eſt ex quo ſecundus terminus eſt infrà tempus iuris 1 infrà quod ad hunc actum iudex eſt, coram illo in termino prorogato compareat: non tamen puto quòd teneatur plus petere. ſic procedat quod dixi de vice ſecũda: ſed ſatis eſt quòd exhibeat ſe paratum recipere, ſicut in præd. decre. ſi à iudice. Et licet (vt dixi) hoc ſit tutius: non tamen æſtimo eum qui bis comparuit neglegẽtem, vel renunciantem dici poſſe: aliàs ſequeretur quòd ſingulis diebus de termino xxx. dierum poſt appellationem extãtibus ad comparendum poſſet vrgeri.

1 Nota q̃ iudex põt ꝑuenire terminum ſibi ſtatutũ: ſed terminum, quẽ ius parti aſſignat, non põt arctare. de regul. iur. indultũ. 28. diſtinc. de his. niſi vbi ius hoc permittit. c. cũ ſit. ſuprà eod. Imo. Fonta.

¶Gloſſa ſequens not. differentiam literæ, quam declarat, & ex eo differt.

m ¶*Infra dictum.*] Not. quia s̃. proxim. reſponſo dixi in aſſignato termino: hic dicit, infrà dictum terminum. vbi ergo eſt certus terminus, debet in termino comparere: nec tunc ſufficeret id ante terminum facere. vbi verò ſub hac incertitudine, ſcilicet

ne, ſcilicet infrà terminum iuris, ſatis eſt infrà illum terminum petere iteratò. Et not. quòd licet terminus ſit incertus, cum reſpondit ſe daturum infrà terminum iuris: puto tamen quòd ſi reſponderet ſe daturum in termino iuris, vel vltima, vel penultima die termini iuris quòd terminus certus eſſet, nec tunc ſufficeret, ante terminum comparere. Et per id videtur hic expreſſum, ꝙ citatus, vel iuſſus vt cõpareat, vel aliquid agat infrà certum terminũ, vt quotidie fit, ſatis eſt quòd Infrà terminum quandocunque: dumtamen loco & tempore congruo, compareat, vel id agat. exempla patent de do. & cõtu. cum dilecti. de con ſue. cap. fin. & de præben. ſi plurlbus. lib. 6. eod. lib. de elect. cap. 2. & capit. cupientes. §. ꝙ ſi per 20.

Iudex reſpondens ſe daturũ Apoſtolos infrà terminũ iuris, terminũ aſſignat incertum.

† al. tradi.

† Dictio præfixo, deeſt in antiquioribus codicibus.

† Habes ꝙ illud qđ incumbit iudici, debet quis petere congruo loco & tpe, loco, non qñ eſt in prandio, vel in Miſſa, tempore, nõ de nocte, vel cũ eſt in maioribus occupatus, facit l. cum filius. §. fin. ff. de ver. obli. & ibi per Bar. Petr.

a ¶*Terminum.*] qui et ipſum iudicem arctat, vt dixi in 1. reſponſo.

¶*Gloſſa ſequens quærit & ſoluit, contrariã obſeruantiam ponens, quam partim commendat: in fine quærit & arguit.*

terminum [a] congruo loco & tempore inſtãter & ſæpius ſaltem vno contexru petat Apoſtolos ab eodem iudice ſibi dari †, vel ſi recipere recuſat oblatos [b].

¶*Ponit tres caſus, quibus appellans non habẽs Apoſtolos, appellationem proſequi poteſt. hoc dicit. Ioan. And.*

¶Quòd ſi iudex in termino ad dandũ Apoſtolos præfixo per eum, ipſos appellanti petenti non dederit [c]: aut ſi [d] dum peterentur Apoſtoli reſponderit ſe daturum eoſdem, nullo termino certo ſibi præfixo [e] †: vel infrà [f] iuris terminum ſe eos aſſeruerit velle dare, & poſteà per appellantem congruo † loco & tempore ſæpius & inſtanter vno contextu etiam requiſitus, eos non curauerit infrà eundem terminum exhibere: appellationem ſuam ex tunc [g] proſequi poſſit appellans, ac ſi expreſsè fuiſſent eidem Apoſtoli denegati [h].

¶Idem.

¶*Appellans, proſequi & finire tenetur appellationem extraiudicialem infrà annum à die interpoſitæ appellationis, vel illati grauaminis: quo non facto (impedimento iuſto ceſſante) appellatio eſt deſerta. h. d.*

CAP. III.

SIcut appellationem [i] iudicialem [k], ſic & extraiudicialem [l] infrà annum à

b ¶*Oblatos.*] Sæpius vidi dubitari, cuius expenſis Apoſtoli ſint tradendi. Communius ſeruatur quòd expenſis appellantis: ſed hæc litera facit in contrarium dum dicit, oblatos, ſicut ergo libellum, quem actor tenetur reo offerre. 3. quæſt. 3. offeratur. ſuis expẽſis tradit: ſic & iudex, Apoſtolos. ad idem de offi. ord. ſi canonici. pro hoc facit 2. quæſt. 6. ab eo. vbi dicitur ꝙ traditio Apoſtolorum expeditur ex officio iudicis. Item facit C. eo. tit. eos. in fin. vbi dicitur ꝙ etiã non petenti dari debent. hic etiam vtitur verbo dandi, & verbo exhibendi, quo verbo etiam vtitur decre. pia. & decre. ab eo. eod. titu. lib. 6. & decre. vt ſuper. eo. tit. dicit, tribuat. & l. iudicibus. C. eo. canonizata. 2. quæſt. 6. in fin. dicit, conuenit præſtari: ſatis eſt ergo, ꝙ cuicunque horum verborum attribui poſſit gratuita datio. Item præcedens decre. 1. & decre. vt ſuper. præcipiũt eos exhiberi, & quod præcipitur neceſſe eſt fieri. 14. quæſt. 1. quod pręcipitur. de verbo. ſigni. in his, ex quibus videtur gratis offerendos Apoſtolos. & facit ad materiam quod ſcripſi de electio. vt præteritæ. vt dixi. Contrarium ſeruatur, quod æquitatem habet ſaltem in delegatis. Dubitari ſolet etiam an clauſos, & ſigillatos appellans recipere teneatur. & ar. decret. intimaſti. eod. tit. videtur quòd non.

Apoſtoli cuius expenſis dẽnt tradi.

c ¶*Dederit.*] hic tolle literam infrà appellationem ſuam, extunc & c. idem facias in fine ſequen. verſ.

d ¶*Aut ſi.*] ſecundus caſus, per quem patet, quòd appellans ſi ſufficienter petit Apoſtolos coram iudice, qui reſpondit ſe illos daturum, nullo termino ſtatuto, comparere vlterius nõ tenetur. fortius ergo ſi nihil reſpõderit. alias inutile foret qđ dicitur s. 1. reſponſo. & adhuc fortius ſi denegauerit: ſed hoc erat expeditum in decre. ab eo.

e ¶*Præfixo.*] tunc, vel poſtea.

f ¶*Vel infrà.*] tertius caſus. & per id quod dicit hic, & s. eod. §. ſimiliter patet, quòd iudex à quo, poteſt infrà tempus iuris tenere impeditum appellantem: nec enim cogitur infrà terminum illos dare. facit de elect. commiſſa. libr. 6. licet ergo ſatis ſit appellanti infrà terminum illos petere per modum qui ſequitur, tenetur tamẽ finem termini expectare, vt videat an iudex offerret, & moram purgaret.

g ¶*Ex tunc.*] ſcilicet in primo caſu lapſo termino præfixo per iudicem, in ſecundo poſt reſponſionem iudicis, ſi poſtea terminum non ſtatuerit, in tertio poſt iuris terminum. ſic intelligo literam, vt ſic cuique caſui continuetur iſte finis, vt ſupra dixi.

¶*Gloſſa ſequens ſpecificat ſeptem caſus ex textu, & duos addit, & pœnam ponit.*

h ¶*Denegati.*] nec tenet proceſſus ſuper principali poſteà factus per iudicem à quo. quod dic vt s. eo. ab eo. in fin. lib. 6. Ex hac ergo cõſtitutione elicias quatuor caſus cõtra appellantem, & tres contra iudicem. Primus, contra appellãtem, cum Apoſtolos non petit. Secundus & tertius, cum in termino certo ad id dato, vel infrà incertum illos non repetit. Quartus cũ illos ſibi oblatos non recipit. Contra iudicem, vt denegaſſe videatur, ſunt tres caſus, cum in certo termino per ſe ſtatuto illos non tradit, vel ſe tradi turum dicit, ſed terminum non ſtatuit, vel dicens ſe daturum, infrà iuris terminum requiſitus illos non tradit. Duos caſus addidi, ſcilicet qñ reſpondet, vel denegat. Iudicis pœna eſt, vt proceſſus per ipſum habitus poſtea non teneat. Appellantis, vt appellationi renuntiaſſe videatur. s. eo. vt ſuper. & c. ab eo. lib. 6. & hic. Ioan. And.

S*Icut appellationẽ.*] ¶Præſupponẽdum eſt ꝙ appellatio debet proſequi & finiri infrà annum, & ſi appellans fuerit impedit' in primo anno, dabitur ſibi alius annus. Sed quæritur, quid iuris ſi fuerit impeditus etiam in ſecundo anno, vtrum dabitur ſibi tertius annus? Vide Panormit. in c. ſi ratione. ĩ antiq. eod. titu.

CASVS. Appellaui à grauamine extraiudiciali, puta cũ eſſem in pacifica poſſeſſione vineæ, domus, prati, vidi te paratũ cum armis ad me impediẽdum: appellaui à futuro grauamine, vel cum canonici vellent eligere inhabilem in epm̃: ego decanus me oppoſui. vtrum iſta appellatio debeat terminari & proſequi infrà annum? Dicit ꝙ ſic: aliàs appellatio cẽſebitur deſerta, id eſt, derelicta. Sed quæritur, qñ incipit currere annus? Dicit ꝙ ſi appellauerim à grauamine illato: tunc incipit currere annus à die interpoſitæ appellationis. Si verò appellaui à futuro grauamine, tunc incipit currere à die grauaminis. hoc dicit. H. R. ¶Colligo aliqua notabilia. Et primò not. ꝙ dies appellationis in qua in interponitur appellatio, non cõputatur in termino anni ad proſequendum & finiendum præfixi. glo. in verbo, à die. Ex quo nota, ꝙ dictio, à, coniuncta dierum numero, excludit illam diẽ cui adiuugitur. exemplũ hic in litera à tali die, ſimile notatur in c. ſtatutũ. de præben. lib. 6. Nota ꝙ à futuro grauamine appellatur extra iudicium dũtaxat, & tũc tps anni currit non à die interpoſitionis ipſius, ſed à die illati grauaminis. Et not. ſingulariter duo ex hac litera. Primũ notabile: quia ſicut datur annus ad proſequẽdũ in appellatione iudiciali, & ex cauſa datur bienniũ, ita in extraiudiciali. Secundum notabile, ꝙ tps anni datur ad proſequendũ & finiendum in vtraque appellatione: & ꝙ ceſſante impedimento vtraque appellatio per lapſum anni remanet deſerta. Et circa impedimenta vide hic gl. penul. Et dic latius vt notatur in c. cum ſit. de appella. Nota ꝙ appellatio extra iudicium comparatẽ appellationi iudiciali. diſcomparatur etiam, vt not. eo. tit. bonæ, de hoc in glo. 3. in fine. Not. ꝙ extra iudicium appellatur à futuro grauamine, de hoc in glo. in verbo, à futuro. Zabarella.

¶*Prima glo. dicit quid approbet, & reprobet, & remittit.*

i ¶*Sicut appellationem.*] in hac decret. & ſequenti, breuiloquus fuit auctor, ita quòd ſummandæ nõ ſũt. Hic approbat in vno dicto quod not. Inno. eo. titu. conſtitutus. & c. bonæ. in alio determinat not. C. de tempo. appel. l. fin. §. illud. & reprobat opinionem Hoſt. quam not. eo. titu. ex ratione. approbat quod olim diſputando terminaui, vt j. patebit.

k ¶*Iudicialem.*] 2. q. 6. ei qui. s. eo. titu. cum ſit Romana.

l ¶*Extraiudicialem.*] De qua eod. titu. concertationi. lib. 6. & hoc probabamus olim per decret. conſtitutus. eod. tit. quæ loquiẽ de appellatione extraiudiciali: & tamen appellans non impeditus excluditur à proſecutione poſt annũ. quod ibi Inno. tenebat cum determinatione huiuſmodi capituli, ſcilicet ꝙ quando appellat à futuro grauamine, tunc à tempore grauaminis annus proſecutionis incipiat. Et xij. differẽtias inter extraiudicialem, & inter iudicialem appellationẽ ſcripſi poſt Hoſt. eod. titu. bonæ.

¶*Gloß. ſeq. primò notat, allegans 4. concor. & vnam differentiam. Secundò ponit 5. opi. & quintam coadiuuat 5. rationibus. Tertiò primam approbatam probat alijs 5. rationibus. Quartò reſpondet ad opi. & rationes contrarias.*

a ¶*A die.*]

die [a] interpoſitionis ipſius, vel à die illati grauaminis, vbi à futuro [b] grauamine appellatur, proſequi & finire [c] tenetur appellans. Quod ſi iuſto impedimento [d] ceſſante non fecerit, debebit eius appellatio deſerta [e] cenſeri.

Appellationis proſequendę, quādo incipit tp̄s currere.

a ¶*A die.*] Ergo videtur ꝙ illas pars diei, in qua appellatur, cedat lucro appellantis, nec cōputetur in anno. ſic de ele. c. 1. de excep. pia. de reſti. ſpo. frequens. ſ. de præb. ſtatutum. li. 6. & in hoc differat à tempore appellationis interponendę, quod currit de momento ad momentū. de re iud. ꝙ ad conſultationē. Scire debes ꝙ olim hanc quæſtionē diſputaui, ſcilicet qn̄ deberet currere tempus appellationis proſequende. Ac cur. in l. ſin. C. de temp. appel. ponit tres opiniones, ſcilicet hic approbatam, & aliam ꝙ incipiat à tempore inchoatæ proſecutionis: pro qua facit lex illa ibi.: & annale tempus poſt inchoatam litem præterierit. Tertia eſt, ꝙ appellans ſi non proſequitur infra annum à tempore appellationis, vel biennium ex cauſa, rata manet ſententia: ſed ſi inchooauit infra hęc tempora: tunc à tempore inchoationis habet annum, & ex cauſa biennium: ſed vt ibi not. ſecundùm has duas opiniones poſſet proſecutionis tempus extendi ad quadrienniū. Eſt quarta opinio, quā ipſe no. in Auth. de iud. §. appellationes. coll. 6. vt curſui ipſius anni præponantur duo menſes per §. prædictū. vbi videtur expreſſum. Eſt quinta opinio, quæ placet Hoſt. eo. tit. ex ratione. ꝙ currat anuus à tempore ſententiæ, à qua fuit appellatum. alleg. 2. q. 6. anteriorum ver. & ſancimus. ſed ibi loquitur de tempore appellationis interponendæ. Iuuabam hanc opionem per l. iudicibus. C. eod. quæ habetur 2. q. 6. in fi. vbi tempus apoſtolorum petendorū currit à tempore ſnīæ, vt etiam dixi ſ. c. prox. in glo. 3. ad idem ea. q. propter ſuperfluam. facit eo. tit. non ſolùm. lib. 6. vbi attentata poſt ſententiam, ſcilicet ante appellationem reuocantur per modum attētati.

Reſtitutionis, & executionis tēpus currit à tp̄e ſententiæ.

Item tempus reſtitutionis in integrū & ſupplicationis contra ſententiam currit à tempore ſententię. de reſti. in integ. c. 1. lib. 6. C. de preci. Impe. offe. Authen. quæ ſupplicatio. Item annus executionis, qui datur delegato, currit à tempore ſententiæ. de offi. deleg. quærenti. ſic dicam de iſto. & videtur caſus C. de temp. appel. l. 1. quod de tempore proſecutionis videtur debere intelligi. Prima opinio, quā in ſolutione tunc tenui, ſic probatur: Iſtud tempus datur appellanti, & ad proſecutionem appellationis. 2. q. 6. ei qui. aliàs incipit, ſi quis appellat. C. de tempo. appel. ei qui. eo. tit. cum ſit. & c. reprehenſibilis ſæpe. & c. conſtitutus. de ſen. excom. licet. lib. 6. ergo oportet appellationem pręcedere huius temporis curſum, ne lex ſit impoſſibilis. 4. diſt. erit autem. cum ſi. Itē decre. ad hoc 2. eod. tit. dicit poſt appellationem. Item lex. 2. in prin. & l. 3. poſt prin. C. de temp. appel. ad idem. eo. tit. Nicolao. de do. & contu. cum olim. in fi. Item cum decem dies dentur ad deliberandum an expediat appellare, non computabūtur in tempore proſecutionis: nam iſta diuerſa ſunt. quod patet de procu. non iniuſtè. in ſi. C. eo. tit. inuitus. Et facit quod ibi not. aliàs cum tempus interponēdæ currat à tempore ſciētiæ illius ſententiæ. 2. q. 6. biduum. eo. tit. concertationi. lib. 6. ſi tempus proſequendæ curreret à tempore ſnīæ 1, ſecundū id poſt annum poſſet appellare, ſed nō proſequi. ſimile quod not. ff. de execu. tu quinquaginta. facit ff. de requi. re. l. annus.

1 Aliàs ſcientiæ.

per quæ iura, & per decre. ex parte. ſ. de reſcr. hanc partem elegi, quæ hic approbatur. Ad contraria reſpondetur, ꝙ ſecunda & tertia opinio abſurditatem habent, de qua dixi ſ. poteſt ergo exponi ꝙ dicit ibi lex, vt ibi not. præterierit, id eſt pręteriſſe naſcatur, vel clarius, id eſt, curſum ſuū compleuerit, & per eundem modum tollitur quarta. & quod dicit. §. appellationes. poſt duos menſes tempus fatale ſuum inchoare curſum, exponas, id eſt, inchoatum proſequi & finire; vel quod ibi dicitur eſt locale vel ſpeciale, vt ibi not. Pro quinta opinione nō facit decr. ex ratione. vt patet ex ea, & ibi ſcripſi. Lex iudicib. non obſtat, quia licet appellare & apoſtolos petere ſint diuerſa, & habeant diuerſa tempora: quia tamen fiunt corā eodem & ſecundùm acceſſorium primi, & in ſola verbali petionem conſiſtunt, voluit ius vnum tempus cum alio confundi: ſed appellatio & proſecutio fiunt coram diuerſis, quæ proſecutio in multa difficultate conſiſtit, quare ius noluit vnū tempus in aliud imputari. In tempore reſtitutionis, ſupplicationis, & executionis, non eſt dare diuerſa tempora, quæ poſſunt confundi, ſed vnum ſolùm. decret. non ſolùm. in beneficio deliberandi procedit, quòd habet victus per decendiū, quo reuocantur ante appellationem, & poſt ſententiam innouata. Lex. 1. C. de temp. appel. varios habet intellectus, vt ibi not. Ioannes Andr.

Appellari non poteſt in iudicio à grauamine futuro.

b ¶*A futuro.*] quia in iudicio non appellatur niſi a grauamine illato, vel comminato: ideo non in iudiciali, ſed extraiudiciali procedit hæc diſtinctio. ſi ergo appellat canonicus ne fiat electio eo excluſo, vel ne fiat de Titio, vel ne fiat niſi de nominato per maiorem partē capituli, vel appellat poſſeſſor ne in poſſeſſione inquietetur, ex tunc & non prius cum cōtra appellationis factum fuerat, illas proſequi tenetur. ſic loquuntur de elect. cum nobis. & cap. auditis. & eodem tit. conſtitutus. c. bonæ.

¶Idem.

¶*Tempus ad proſequendam appellationem ab homine, vel à iure præfixum, non currit appellanti compromiſſo durante, vel de partium expreſſo conſenſu, niſi periculo imminente ex mora iudex aliud decernat.*

CAP. IIII.

QVAM-

c ¶*Finire.*] in hoc cōuenit tempus reſtitutionis in integr. ſuprà ea. compil. de reſti. in inte. c. vnico. & approbat in hoc quod not. Inno. ſ. eo. ex ratione. & Ber. ſ. eo. cum ſit. & c. oblatæ.

d ¶*Impedimento.*] de hoc quod prouenit quandoque ex parte iudicis, quandoque ex parte appellantis, quandoque ex parte appellati, ſatis ſuprà eod. ex ratione. & in Specul. eo. tit. §. nunc breuiter.

e ¶*Deſerta.*] idem verbum. infrà eodem cap. 3. & C. eod. l. quoniam. 1. Ioan. And.

Q*Vamdiu.*] Primò ponit dictum. Secundò, ab illo exceptionem: ibi, *Niſi.* Inno. ¶Pręſupponendum eſt illud quod dicitur in c. Romana. eo. tit. li. 6. videlicet, ꝙ licet appellās de iure habeat annum ad proſequendam ſuā appellationem, ita ꝙ non efficiiur deſerta niſi poſt annum, verumtamen iudex à quo, poteſt illum terminum abbreuiare & hoc verum, reſpectu proſequendæ appellationis, non autē reſpectu finiendę, & terminandæ appellationis.

CASVS. Tu & ego litigabamus: fuit lata ſententia contra te: appellaſti: Iudex dedit tibi apoſtolos aſſignando tibi terminum duorum menſium ad proſequendam tuam appellationem: Pendente illo termino duorum menſium, compromiſſimus in arbitros, id eſt, cōſenſimus in aliquos arbitros, qui haberent decidere cauſam principalem infra medium annum: Quæritur vtrum pendente illo termino medij anni, currat tēpus aſſignatum ad petendum apoſtolos? Dicit ꝙ non, ſed pēdente termino arbitrij, terminus aſſignationis queſcit. Et finito compromiſſo habebis tempus, quod reſtat. Sed quid ſi expreſſè, & ex conſenſu noſtro prorogauimus terminum vſque ad annum: quia fortè viget tempeſtas & peſtis: Vtrum pendente prorogatione currat tempus aſſignationis? Dicit ꝙ nō, imo partes poſſunt facere iſtam prorogationem, niſi iudex ex ſuo officio videns periculum imminere, præciperet partibus vt procederent, & inciperet tunc currere à tempore pręcepti: quia fortè ex cā matrimonij, vel electionis, vbi imminet peripericulum. Nota primo, ꝙ pendente compromiſſo inter appellantem, & appellatum, non currit tempus aſſignationis ad proſequendam appellationem tantùm, vel proſequendam, & finiendam. Nota quòd partes ex communi conſenſu aliter quàm per compromiſſum poſſunt protelare & prorogare tēpus ad proſequendam appelllationem tantùm, vel proſequendam & finiendā. No. ꝙ iudex ex cā poteſt præcipere partibus, vt procedant in cauſa appellationis, non obſtante cōpromiſſo vel alio conſenſu partium: & ſic iſta Clementina addit tria ad Auth. ſi tamen. C. de temp. appel. quæ ſumitur ex illa Auth. vt prima glo. dicit Primò addit: quia Authentica bene dicit, ꝙ pendente compromiſſo non currit tp̄s ad finiendam appellationem, & nihil dicebat de termino aſſignationis ad proſequendam tantū. Secundò, quia illa Authentica ſolū loquitur de cōpromiſſo, & non de prorogatione, vel alio conſeuſu: iſta cle. loquitur de omni conſenſu. Tertiò addit in hoc quod dicit, ꝙ iudex de officio ſuo poteſt pręcipere partibus vt procedant, & hoc ex cauſa, videlicet quando cauſa appellationis deſiderat celeritatē, vt in matrimonio ſpirituali & carnali.

Dilatio qđ ſit.

Not. *Ex dilatione*, id eſt, ex prorogatiōe. Nam dilatio, eſt temporis in cā prorogatio. Vel ſcđm Bal. eſt tēpus qđ habet certū principum, & certum finem. Vel ſic: Eſt tempus datum à lege, vel à iudice partibus ad veniendum. Et talis ex duplex, ſcilicet prima, quæ datur ab homine, vel à iudice. Secūda, quæ datur à iure, vel à lege, vt patet in rubrica de ferijs. Et dilationū (ſecundum Hoſti. in ſum. tit. de dilatio. §. 1) aliæ ſunt citatorię, quæ dantur vocato ad cauſam, vel ad veniendum ad iudicem ante litis conteſtationem: infra quas citatus ſe præparabit, vt veniat in termino, & nihilominus poſt terminum, vt de off. del. conſulit. Aliæ ſunt dilationes reſtitutorię, quę dantur his qui ſpoliati fuerunt, vel quæ dant̄ ad appellandū, quę ſunt

diu[a] † appellationis proſecutio per compromiſſum[b], vel aliàs[c] de partium expreſſo[d] conſenſu differtur, tempus ad proſequendum eandem ab homine,[e] vel à iure præfixũ, currere[f] nolumus appellanti[g]. Niſi[h] fortè iudex videns ex dilatione periculum imminere[i], p̃ciperet[k] in illa procedi.

i ¶*Et tonſuram.*] ſi ergo veſtem ferant ſine tonſura, non eſt locus pœnæ. & facit ad ea quæ not. & ſcripſi de apoſt.tuæ. vides enim quòd conſtitutus in minoribus, ſecularibus veſtibus vtens, non incurrit hanc pœnam, niſi immiſceat tonſuram. Et quia de tonſura clericorum iura varijs verbis vtuntur: quædam enim dicunt raſuram in parte ſuperiori ad modum ſphęræ.24.diſtin.§.clerici.& cap. ſeq. Dicitur autem ſphæra rotunditas, vel corpus, ſeu ſpatium rotundum: quædam dicunt coronam & raſuram.12.queſt. 1. duo ſunt. quædam tonſuram & coronam. eodem titul. clerici. de cle. coniu.cap. vlt. & infrà de celeb. Miſ. cap. 1. quædam ſimpliciter tonſuram.eod.tit.clericus. ſimile de cle. coniu. Ioannes. & c. ex parte.eodem tit.cap. vnico. lib. 6. & eodem lib.de biga.altercationis.de ſenten.excom. ſi iudex. & hic, quid hæc verba intendant videamus.Circa hoc ſciendum,quòd clericis deputatis ad diuina miniſteria, competit raſura & tonſura in modum coronæ ratione figurę: quia corona eſt ſignum regni & perfectionis, cum ſit circularis carens angulo, in ſignum carētiæ ſordium,quia vbi angulus, ibi ſordes: ſe ergo & alios virtutibus regere & ſordibus mundare debent: & ſic in Deo regnabunt,vt in prędi.decre.duo.per raſuram autem ex parte ſuperiori capilli ſubtrahuntur, ne mens ipſorum per occupationes temporales retardetur à contemplatione myſteriorum diuinorum. Summitas enim capitis eſt eminentia mentis.facit de ſacra vnct.c.vnico.verſi.in vertice.per ipſius ergo denundationem mentis releuatio deſignatur: Et quia conuerſi miniſterijs diuinis non occupantur,ſuperius non raduntur,licet inferius tondeantur,quia temporalia deponunt. Tonſura verò ex parte inferiori capillos tondet vſque ad releuationem ſenſuum, ſcilicet viſus & auditus: ne ſcilicet oculos vel aures impediant. & eſt ſignū quòd præſcindenda ſūt vitia cordis & corporis, ne intuitum diuinorum impediant: & ex his debetur corona cęleſtis. Vnde dicit canon,quòd incedere debent clerici detonſo capite & patentibus auribus.24.diſtin. cap.pen. Ex prædictis videtur ꝙ propriè raſura reſcipiat partē ſuperiorem, quā dicimus clericam: corona,circulum capillorum: tonſura,abſciſſionem ipſorum. facit de ſentent.excommu. contingit 2.ibi, circunciſis crinibus. Hoſtienſis tamen in decre.clerici. eodem tit. vt ibi ſcripſi, quod ſuprà dixi clericam,videtur vocare tonſuram,dicens quòd maiorem tonſuram & altiorem & rotundiorem coronam debet habere monachus, quàm clericus.& notauit etiam de hoc in ſumma,eod.tit.§.2.Hæc dicta ad diſcutiendum an tonſura cōſiſtat in clerica,vel in tonſione crinium,vel in vtroque.& ſpecialiter per hoc ad textum, an clericus in minoribus deferens talem veſtem cum clerica,& longis crinibus,vel econtra tonſis crinibus,ſed ſine clerica incurrat hanc pœnā. Et in primo caſu ſi clericam caputio, vel aliter coöperit, & in ſecundo,ſi tonſionem crinium coopertam portat fortè veſtito caputio: certum eſt quòd non eſt locus pœnæ: per verbum, publicè, quod reſpicit vtrumque, ſcilicet veſtem & tonſuram: remanet ergo dubium cum alterum ſolum defert & publicè, egeret declaratione: ſed credo de mente, quòd ſi tantum in publico exhibet, quòd videatur clericus cum ea veſte, locus ſit pœnę. raro enim vel numquam in capite caputium, birretum,capellum vel aliquid tale deferens,oſtendit vtrum.

Coronā.tōſura, & raſura differentes aqualiter qd in clericis repræſentant.

Snrdes ſunt in angulis.

Cleric⁹ autes habeat. patentns.

¶Gloſſa ſeq.notat ad quæſtionem diſputatam.

k ¶*Extrinſeci.*]Hæc litera, & principium huius capituli ibi, in publico portare. facit ad quæſtionem olim diſputatam de monacho,qui benè portat habitū ſuum,quem tamen cooperit habitu clericorum ſecularium, ꝙ ſit apoſtata: & ita fuit hic terminatum & inducebatur decre.pen.eod. tit. de iudæ.in nonnullis.& ponitur in Mercuria.ſub tit.de apoſtatis.

l ¶*Infulam.* 2]Sumitur interdū pro corona imperiali. C.de quadri. præ.l.fi. quādoque pro alba faſciola ſacerdotalis capitis,& ideo ſubmiſit,ſeu pileū: quod dicitur à pilis, quia pilos capitis tegit & ſtringit.& nota ꝙ etiam diaconum portantem infulam non punit hæc conſtitutio: niſi ſit de hic expreſſis.

4 Infula faſcia erat in modum diadematis (vt ait Seruius lib.10.Æneid.) à qua dependebant vittæ ab vtraque parte.

m ¶*Lineum.*]Idem puto ſi ſericum, quod apud nos multū eſt in vſu,cum maior, vel ſaltem eadem ſit ratio.

n ¶*Cęteri.*]non beneficiati, & religioſi pœnam hic expreſſā incurrunt vltra pœnam excōicationis, qua ligantur per aliam conſtitutionem.ne cleri.vel mo.c. 2.lib.6.

o ¶*Per idem tempus.*] annale.

p ¶*Quodcunque beneficium.*] includit præſtimoniam, vel pēſionem, quam haberet in titulum. facit quod dixi de reſcrip. poſtulaſti.

q ¶*Et tales.*] de quibus proximè dictum eſt.

r ¶*Epithogio.*]Dictū eſt ab epi,quod eſt ſ.& tego tegis.

ſ ¶*Oram.*]ſine aſpiratiōe deſignat finē, vel extremitatē rerū, præcipuè regionū,& veſtium.Vnde dicitur.1.Regū 24. ꝙ Dauid præcidit oram clamidis Saulis.2.q. 7. §. de his. & Geneſis 42.Repererunt in ora ſaccorum ligatas pecunias.ad Hębręos 11.Sicut arena,quæ eſt ad oram maris. Non aſpiratur etiam quando ſcribitur pro plurali de os,oris: aſpiratur autem quādo deſignat tempus: vt horam Tertię,vel Nonæ.

Ora,ſine aſpiratione & cū aſpiratione, quod denotat.

t ¶*Videatur.*] Dicit canon quòd ſuperior veſtis clericorum

debet eſſe talaris,id eſt, longa vſque ad talos.23. diſt.c.pen.& ſi breuitatem veſtis ſuperioris diceremus huius conſtitutionis cauſam , videretur conſtitutio locum habere etiam in tali tabardo non ſic foderato : quod non credo , cum ſit pœnalis,& ſic non extendenda.de electio.ſtatutum.lib.6.

nem habentes , teneantur infrà mēſem [a] dare pauperibus. Cæteri verò religioſi adminiſtrationem non habentes , infra idem tempus illud teneantur ſuis ſuperioribus aſſignare in pios vſus aliquos conuertēdum [b] . Alioquin beneficiati ſuſpenſionis,cæteri [c] verò inhabilitatis pœnas prædictas ꝑ idem tempus [d] ſe nouerint incurriſſe . Huic inſuper adijcimus ſanctioni [e] , vt clerici,prę ſertim [f] beneficiati, caligis [g] ſcacatis , rubeis , aut viridibus [h] publicè non vtantur [i] .

TITVLVS II.

De prębendis & dignitatibus.

a ¶*Infra menſem.*] qa ſuprà dixi vtentes,videtur quòd menſis incipiat poſt inchoationē vſus.

¶*Glo.ſeq. arguit , quærit & ſoluit*

b ¶*Conuertendum.*]Facit ad no.12.q.1. nō dicatis. ꝙ monachus adminiſtratione carēs eleemoſynam facere nō poſſit. Sed quid ſi talis monachus erat in ſtudio de licentia abbatis, à quo multum diſtat? Satis puto quòd tunc quamuis adminiſtrationem non habeat hanc erogationē facere poſſit : per ea quę no.Hoſ. in ſumma. de pœnit. & remiſ.§. quibus & qualiter.char.pen.ver.quid de facientibus eleemoſinā . vbi tenet quòd monachus qui de licentia abbatis eſt in ſtudio vel peregrinatione , poteſt facere gratuitam eleemoſynam moderatam allegat de offic.delegat.præterea.ff. de procu. ad rem.& l.ad legatum:de iud.ſi longius.fortius ergo faciet hanc neceſſariam. & facit quod not.de accu.ex parte.

Eleemoſynam facere an ſit monachis permiſſum.

c ¶*Cæteri verò.*]non beneficiati.

¶*Gloſſa ſequens ponit tres lecturas.*

d ¶*Per idem tempus.*] annale , vt ſic reſpiciat quod proximè dictum fuit, à ver.dignitatem , citra.vel vt rectringatur pœna poteſt intelligi de ſex menſibus, de quibus in principio dixit. vel dic diuerſificari pœnas prædictas, ſcilicet anni & ſex menſium ſecundum qualitates diuerſas clericorum,de quibus pręmiſit,vt ſemeſtre locum habeat in ijs , de quibus loquitur vſque ad ver.dignitatem.annus in alijs.

¶*Glo.ſeq.ſoluit obiectionem,& dubium.*

e ¶*Sanctioni.*]Non dicit quòd iſte finis ſit ſanctio, ſed additur ſanctioni.In pręcedentibus enim conſtitutio eſt pœnalis, hic non.hoc dico propter not.3.diſtinctio.in fin.ſummæ.erit autem hic locus pœnæ arbitrariæ ex quo certa non ſtatuitur. de offic.deleg.de cauſis.

f ¶*Præſertim.*]pro maximè.

g ¶*Caligis.*]23.diſtin.clerici.

h ¶*Viridibus.*] iſti colores in ipſorum veſtibus erant prohibiti.eod.tit.cap.penult.& vide quod ibi ſcripſi.

i ¶*Vtantur .*] Prouidit Clemens circa infulas,caligas,& veſtes,prouideat ſucceſſor circa ſcarpitulas, quarum perforationem , vel inciſionem multiformem ſuperſtitioſa curioſitas apud clericos pullulans aduenit.

DE PREBENDIS ET DIGNITATIBVS.

Continuatio.

¶*Viſum eſt ſuprà de vita & honeſtate clericorum : verum quia clerici non poſſunt viuere niſi habeant beneficia , & dignitates , vnde commodè poſſint vitam ſuſtentare : ideo,&c.*

S*I dignitatem .*] ¶Duo ſunt dicta ſecundum : ibi, *Ad hoc .* ¶Præſupponendum eſt quod habetur in cap. cum in illis. eodem titul. in ſexto.quia ad eius declarationem fuit facta hęc Clementina , videlicet, quòd ſi Papa mandet prouideri alicui de aliquo beneficio , virtute illius mandati non poteſt prouideri de beneficio curato , niſi expreſsè fiat mentio de beneficio curato. Secundò præſupponendum eſt quod dicitur in eodem cap.cum in illis. quòd ſi Papa mandet prouideri alicui de aliqua dignitate , vel perſonatu , virtute illius mandati non poteſt prouideri de dignitate electiua , niſi expreſsè caueatur in literis de beneficio electiuo.

C a s v s . Habebam vnam dignitatem : volui habere aliam cuius collatio pertinebat ad Papam , quia fortè collationem illius dignitatis ſibi reſeruauerat , vel vacauerat in curia Ro-

¶Clemens quintus in concilio Viennenſi.

¶*Clauſula inſerta literis gratioſis ſuper dignitate conceſſis , per quam prouideri mandatur , ne animarum cura, ſi dignitati imminet , negligatur : vel per quam inhibetur electionem fieri dignitatis,non facit extendi gratiam ad dignitatem curatam, vel ad quam quis per electionem aſſumitur. hoc dicit.Ioan.And.*

CAP. I.

SI dignitatem [k] habenti de alia prouideri mandemus [l] † , diſpenſantes [m] cum eo, vt ſimul vtranque va-

mana, vel fortè impetraueram ab ipſo iure præuentionis : porrexi preces ſupplicatorias Papæ , vt mihi conferret illam dignitatem, & in precibus continebatur , quòd habebam aliā dignitatem , & petebam diſpenſari ad obtinendam aliam , in qua imminebat cura animarum : Papa diſpenſauit : in literis non fuit appoſitum ꝙ illi dignitati imminebat cura animarū : ſed tamen appoſita fuit hęc clauſula, prouiſo quod cura animarum nullatenus negligatur : Quęritur vtrum illa clauſula ſit ſufficiens , vt mihi prouideatur de illo beneficio cui imminet cura animarum ? Dicit Clemens quòd non, niſi in literis ponatur talis clauſula : prouideas tali habenti tale beneficium,cui imminet cura animarum de tali beneficio , cui etiam imminet cura animarum. Sed quid ſi Papa mandet quòd mihi prouideat̄ de dignitate ad cuiuſcunque collationē, prouiſionem, vel inſtitutionem pertineat , & non dicit electionem : tamen in prohibitione fecit mentionem de electione ſic dicendo : Inhibeatis omnibus ad quos pertinet inſtitutio vel electio , vt nihil habeant attentare in præiudicium noſtri : Quæritur , vtrum virtute illius reſcripti poſſit mihi prouideri de dignitate electiua ? Dicit quod non, niſi fuerit etiam facta mentio de dignitate electiua in parte diſpoſitiua reſcripti. Vnde in reſcriptis Apoſtolicis ſunt multæ partes , ſcilicet ſalutatio , exordium , narratio , diſpoſitio, & prouiſio. Nota primò iuncta glo. quòd licet Papa in literis gratiæ faciat mentionem de beneficio aliquo incompatibili. non propter hoc videtur ſecum diſpenſare ; ſed ſolum mentio illius beneficij incompatibilis hoc operatur , quòd collatio alterius non erit ſurreptitia.cap.non poteſt. eod.titu.in 6. Et hoc verum,niſi Papa proprio motu illi concederet beneficium.c.ſi motu proprio.eod.tit.in 6. imo ſecundo impetrans debet petere Papę, vt ſecum diſpenſet , aliàs non poſſet obtinere.Not.ſecundò , quòd impetrans aliud beneficium debet facere mētionem de qualitate ſui beneficij , an fuerit dignitas cui immineat cura animarum, vel non.Not.tertiò differentiā inter literas gratiæ,& literas iuſtitiæ,quia literæ gratiæ vitiantur,& ſunt ipſo iure nullę,ſi fuerunt obtentę per ſurreptionē: Literæ verò iuſtitiæ non ſunt ipſo iure nullę,ſed veniunt annullandæ per exceptionem.cap.cum dilecta.de reſcrip.in antiq. Nota quòd executor mandati Apoſtolici nō poteſt alicui prouidere de dignitate electiua,niſi fiat expreſſa mentio de dignitate electiua in mandato in parte diſpoſitiua.No. *Diſpenſantes.*Diſpenſatio eſt iuris communis prouida relaxatio,vtilitate ſeu neceſſitate penſata, ſecundum Guliel.in Specu.tit. de diſpenſa . Vel ſic , Diſpenſatio eſt rigoris iuris per eum ad quem ſpectat canonicè facta relaxatio. 1. quæſt. 7.¶niſi rigor. & cap.ſequen.Capitur tamen quandoque diſpenſatio impropriè,ſcilicet pro iuris declaratione , vt in capit. Quintauallis. de iureiuran.Nota in §.ad hoc : ibi , *Conſueuit.*quod per conſuetudinem dignitas efficitur electiua.pro hoc eo.tit. cum de beneficio.lib.6.Zabarel.

† De mandatis de prouidendo,vide quod nouiſſime ſanciuit concilium Tride. ſeſſio. 24. c. 19.

¶*Gloſſa prima ſummat, diuidit , & dicit quid principium approbet .*

k ¶*Si dignitatem .*] Caſus . Clauſula inſerta literis gratioſis ſuper dignitate conceſſis , per quam prouideri mandatur ne animarum cura,ſi dignitati imminet, negligatur : vel per quā inhibetur electionem fieri dignitatis , non facit extendi gratiam ad dignitatem curatam , vel ad quam quis per electionē aſſumitur.Duo ſunt dicta.Secundum : ibi , *Ad hoc* . Quod in principio dicitur de diſpenſatione,vſque ad verſ.quamquam. tenebat Hoſt.de reſcr.poſtulaſti.& Guli. in Spec. de leg.§.videndum.verſ.ſed nunquid nocet.

l ¶*Mandemus.*]Idem puto ſi prouideat,dum tamen non motu proprio.¶.cap.3.cum eadem ſit ratio.

¶*Glo.ſeq. prorogat dictum.*

m ¶*Diſpenſantes .*] Quid ſi nulla fiat diſpenſatio ſuper pluralitate,

ralitate,ſed ſolùm prouidere mandatur de dignitate,non adie ctio de cura, poſteà ſubmittitur hæc clauſula? Dicas idem,cū eadem ſit ratio.Sed quia clauſula illa poni non ſolet niſi cum ſit diſpenſatio ſuper pluralitate,vel ſimili, facit de offic.ordi. cap.ordinarij.§.prouideat.lib.6.ideo ſic loquitur.ſimilis,ideo dixi,quia quando fit ſuper ætate,ordine,vel reſidentia, etiam apponi ſolet hæc clauſula.vnde quamuis in literis gratiæ ſuper his diſpenſetur, adiecta iſta clauſula, gratia tamen non extēditur ad cur atam.

leat retinere [a] : de animarum cura, quæ illis, vel alteri [b] earum imminet non habita mētione, gratia huiuſmodi velut ſurreptitia nullius [c] † penitus eſt momenti [d] : quamquā confectis ſuper ea literis ſit inſertum [e], quòd animarum [f]

† Not, ꝙ obreptio vitiat literas bñficiales ipſo iure. ꝙ melius probatur hic q̄ alibi. & de hoc đ reſcriptis, ad audientiam 2. Zabarel.

a ¶*Retinere.*] quod non poſſet ſine diſpenſatione ex vi expreſſionis, vt eodem titul.non poteſt.§.fin.libr.6.

¶*Gloſſa ſequens ponit tres lecturas,contra tertiam allegat,& declarationem poſcit ſub dubio, primam eligens, & contrarijs reſpondens.*

b ¶*Vel alteri.*] Si intelligas ſecundæ,planum eſt quod ſequitur de gratia ſurreptitia, vt eod.tit.cap.cum in illis.lib. 6. ſed ſi de prima hoc intelligas: tunc licet gratia ſit ſurreptitia quo ad diſpenſationem pluralitatis,non tamen quo ad prouiſionē dignitatis,ex quo propter illam paratus eſt dimittere primam. Vnde ſi Mutinenſis Archidiaconus impetrat archidiaconatū Bononienſem non curatum,vel curatum, hoc tamen expreſſo: & diſpenſatur cum ipſo ſuper vtroque tenendo, licet diſpenſatio pluralitatis non valeat,ex quo Mutinenſis Archidiaconus habet curam, & hoc non expreſſit propter rationem quam infrà dicam ſuper verbo,momenti, videtur tamē quòd valeat impetratio, ita quòd per ipſam Mutinen.dimittendo, conſequi poſſit Bonon. Non enim habetur in iure expreſſū, ꝙ impetrans qui tenetur facere mentionem beneficiorū quæ habet,teneatur etiam qualitatem eorum exprimere,ſicut nec habetur in iure,ꝙ teneatur exprimere qualis ordo ſit annexus beneficio,vel quantitatem redditum quā habet ex vno beneficio,vel pluribus,licet beneficia teneatur exprimere.cū ergo per expreſſionem nulla fiat diſpenſatio, ſed ſolùm vitatur ſurreptio.eo.tit.non poteſt.in fi.lib.6.videtur quòd valeat impetratio,ex quo illud expreſſit, licet non expreſſerit illius curā: ſicut valet,licet non expreſſerit annexionem ordinis, vel redditū quantitatē, vt dixi.& ratio decr.cum in illis.adaptatur, cū de dignitate conſequenda quæritur,non cū de exprimēda: Niſi dicas aliter legēdo,ꝙ hoc nouū declarat, vel indicat hęc cōſtitutio 1 : ꝙ ēt qualitas curæ imminens bñficio quod habet impetrans,exprimenda ſit in impetratione,quod probat litera,nullius penitus,quę ſequit̄: quaſi hoc ſit de his quę poſſent mouere principē ad gratiā denegandā.facit eod.tit.quāuis.& c.is cui.1.reſpon.lib.6.& quod no. Compoſt.de reſcr.c. capitulū.in fine magnæ gloſſæ.& videt̄ expreſſum.s̄.ead. cōpi. de offi.ordi.c.2.ſi intelligatur illud ſpeciale quod ibi ponitur de ſpecialitate,quę etiam exprimat qualitatē curæ: & talē expreſſionē cōiter hodie faciunt impetrantes,& cautè.Poſſet dari tertia lectura,ꝙ miſtura diſpenſationis & gratię prouiſionis in eadē litera conceſſarum vitiat vtràque, quæ ſi ſegregatę forent,valeret prouiſionis gratia,vt primo dicebat̄. Contra hāc facit de reg.iur.vtile.lib.6.& quod ibi not.licet enim ſecunda gratia diſpenſationis pendeat à prima, & ſic ſit inſeparabilis, prima tamen gratia, ſcilicet prouiſionis bene eſt ſeparabilis à ſecunda: quare illa vtilis per illam inutilem vitiari non deberet. hoc egeret declaratione. in dubio tamen placet prima lectura. Ad inducta ſecundo reſpondetur, primo ad literam ſequētem,vt ſtatim dicam. Ad id quod allegatur de motu principis, reſponde per decret. non poteſt.in fine ſuperius allega. in decre.is cui.ſecundum cū primo tenebatur, & ideo primū eſſe debuit nō curatum: ſi enim primum dimitteret, cura nō obſtaret,vt ibi,1.reſpon.decr.2.de off.ord.requirit ſpecialem mentionē beneficij,vt non ſufficiat generalis.& eſt pro Hoſt. contra.Compoſt.in ijs quæ no.de reſcr.in noſtra. in fi.ſed nō requirit expreſſionem qualitatis, vt ſuperius dixi.

1 Sic dicendū eſt: quia ſi dictio, alieni,referatur ad ſm tm̄, violabis literā contra l. nō aliter. ff. de lega.3.& Hoſt. in noſtra.s̄.de reſcrip.refert. Clemētem pronūtiaſſe pro hac opinione & illā ſeruat hodie Cancellaria. Font.

Nullus eſt vniuerſale negatiuum.

c ¶*Nullius.*] vniuerſale negatiuum eſt, & adhuc ſubmittit penitus.& facit ad ſuperius dicta: quibus tamen non obſtabit hæc litera ſi dicas gratia,ſcilicet ſuper pluralitate conceſſa.fecit enim mentionem ſuprà de mandato prouiſionis & de gratia diſpenſationis. Primum conſiſtit in gratia facienda: Secundum,in iam facta.facit quod not. de præbend. ſi cui. libr. 6.in vltim.gloſſa vel ſi exponas alteri ad ſecunda,vt ibi dixi in princip.gloſ.

d ¶*Momenti.*] hoc tenebat Hoſt. in prædi.decre.poſtulaſti. reddens rationem quòd circa pluralitatem in perſonatu cum cura duo ſunt impedimenta: ſcilicet perſonatus & cura. eod. tit.de multa. ſublato ergo primo impedimento, ſcilicet perſonatus,remanet ſecundum ſcilicet curæ, vt ibi ſcripſi.& idē Guli.in prædi.verſ.ſed nunquid.

cura (ſi dignitatibus [g] ipſis, vel alteri earum immineat) nullatenus negligatur. ¶Ad hoc,ſi alicui prouideri mandemus de dignitate [h] ad cuiuſcūque, vel quorumcūque collationē, prouiſionem ſeu quāuis [i] diſpoſitionē aliā ī certa [k]

ADDITIO. Inferas ex quo textu, ꝙ cū obreptio vitiet literas bñficiales ipſo iure, ꝓceſſus vigore taliū factus eſt nullus, licet ſecus ſit in literis iuſtitiæ. de reſcrip.ſuper literis. Et dicit Lau. quòd quandoque litera eſt falſa, vt quādo omnino præter conſcientiam principis emanat: & tunc quicquid ex ea fit, nullum eſt.de falſis, ſuper eo.pro hoc de offi.vica. cap.penult. Quandoque ſubreptitia, vt quando de ſcientia principis eſt habita, ſed aliquid falſum eſt ſuggeſtum,vel verum ſuppreſſum, vt hic: de conceſ.præben.cum noſtris.Cardina.

e ¶*Inſertum.*] quod ſumi poteſt ex decret. de offi.ordi.ordinarij.§.prouideat.lib.6.

f ¶*Animarum cura.* 2] hoc inducebat dubiū: quaſi per hoc de curato Papa prouideri voluerit. & ſufficiat quacunq; parte literæ talis voluntas appareat,vt ſic finis trahatur ad principium.facit de appel.ſecundo requiris.cum concor.de reſcrip. olim.ſicut ſufficit quacunque parte actorum certificetur ſententia.C.de ſen.quæ ſi.cer.quan.l.3. ſed hęc clauſula non ponitur ad gratiam augendam,vt j̄.proxi.reſpon. ſed ad indemnitatem dignitatis in executione ſeruandam; nec ſonat in cōditionem pronifionis, vel qualitatis expreſſionis, ſed potius in monitionē: vnde valeret prouiſio hac monitione non ſeruata,vt no.eo.tit non poteſt.2.reſpon.lib.6.

2 Panor.ſequitur iſtā gloſ. iuncto tex. in 2.rñ. quem dicit non eſſe alibi.Fonta.

g ¶*Si dignitatibus.*]quid ſi non ponitur ſi, puta quia dicitur prouiſo quod animarum cura dignitatibus imminens nullatenus negligatur? Idem puto per id quod proximè dixi. Item intelligitur imminens,id eſt ſi qūa imminet.

h ¶*De dignitate.*] decreta etiam, cum in illis. eodē tit. 2.reſponſo loquitur de dignitate,vel perſonatu,& ibi in 3.reſponſo quod de beneficio loquitur, de electione non repetit. declarari vellem an in beneficijs minoribus, quibus per electionē & confirmationem, prouidetur locum habeant hæc iura,communiter tenetur quòd ſic, & facit infrà de relig.domi.c.2.2.reſp. in prin.

3 Idē Pan. facit c.ſedes s̄. de reſcri. c.quiad agēdū.de ꝓcur. li.6.nec obſtat qđ Hippo. in l.vniꝰ facinoris. §. cogniturū. ff.de q. ī 11. col.notabiliter voluit,ꝙ iſta gñalia adiectiua, ampliant ſignificatum dictiōis cui adiungūtur ad latiſſimā ſignificationē. c. gñali. §.vxor.ff.de vſufr.leg.ad do quæ ſingulariter nota.Flo.de ſan.Pet.l.alienationes. ff.famil. erciſ. quia reſpondeo ſicut Alexā. Fran. Are. ī l.1. ꝙ verba gñalia recipiunt reſtrictionem à iure datam. Fonta.

¶*Gloſſa ſequens ponit opi.& contrarium conſilium, & duas ipſius rationes. Secundò mouet dubium ponit opi.contra quam alleg.reſpondet.*

i ¶*Quamuis.*] iſtud verbum non eſt in decret.cum in illis. per quod quandoque dicebant impetrantes,ad hoc vt aliquid adderet electionem includi. Iamdudum conſulueram contrarium in quadam cauſa Florentina, illa ratione: quia cum regulariter in iure indefinita ęquipolleat vniuerſali.de quo no. de elect.vt circa.lib.6.illud verbum nihil addet. Item quia cū per decr.cum in illis.verbum diſpoſitionis, non includat electionem, quaſi diuerſæ ſint ſpecies, vniuerſale adiectum illi ſpeciei, quamuis illam amplificet, tamen aliam non includet maximè ī hoc caſu,quo de matèria reſtringibili loquimur 3 , vt ibi in ſecundò §.modo vides hoc hic approbatum. Vidi ēt dubitari, ſi nullus ipſorum modorum exprimatur: quia ſimpliciter mandatur prouideri de dignitate, vel prima quæ vacabit, vel quam duxerit acceptandam: nunquid includatur dignitas, cui prouidetur per electionem? Et tenet aliqui ꝙ hoc caſu ita veniet modus electionis ſicut quiuis alius 4 : ex quo nullus exprimitur, cum illa decre.& iſta non dicant modum electionis non includi niſi exprimatur: ſed dicunt vno caſuum expreſſo alium non venire. Contradicere videtur finis huius capituli. Sed reſponderi poteſt quòd reſpicit caſum narratum,vt ibi dicam.

¶*Glo.ſeq. de præpoſitione in, duo dicta ponit, & opi.contra primum infert contra opinionem.*

k ¶*In certa.*]de iſto enim ſcias, quòd Ioan.Mon.no.de reg. iur.in generali.lib. 6.& Archidiaconus eodem lib. de conceſ. præben. ne captandæ.Clementem quartum terminaſſe auctoritate ſumpta de lib. 2. Reg. 12.capitulo.[& 3.quæſt.7.§. vlt.] de illo qui habebat vnicā ouem. & ex l.illicita. §. ne tenuis. ff. de offic.præſi.de illo qui habebat vnicum lumen, quòd cum ſcribitur aliqui prouideri de dignitate in aliqua eccleſiæ, & non eſt ibi niſi vnica, & principalis, illa non debetur: & ſic etiam ratio: quia prouidere de illa dignitate,nō eſt prouidere in eccleſia,

4 Eſt de mēte Panor. facit c. dilect. de offi.le. & tenet Rota in nouis deciſio. 599. Fonta.

in eccleſia, ſed in eccleſia. alleg. etiam deciſam decret. vltim. eodem titul.& facit quod not.de offic.legat.cap.penult.in gl. 2.lib.6.dicit etiam ibi Ioan.Mon.& Archid.eod.tit.ſi pro clerici.lib.6. Bonifacium viij. pronuntiaſſe iu forma pauperum, quòd cum ſcribitur alicui de aliquo beneficio in eccleſia prouideri, ſi non ſit ibi niſi vnicum, vel ſcribitur ad collationem alicuius qui non confert niſi vnicum, de illo prouideri non poterit, cũ illud, in aliquo, ſit relatiuum ſupponens diuerſitatẽ. circa primũ tamen refert Archidiaconus in addi.quòd quidam magni viri tenent contrarium per decre. eodem titul. quamuis. lib.6.de conceſ. præb. nulla. 6. quęſt. 1. ſcire quo ad ſuperficiẽ.facit de ſimo.cap.fi.& faciũt prędicta contra Ioan. Mon. & Archid.in his quæ no.de elect.quam ſit.lib.6. qui dicunt decret. illam quæ ſtatuit tempus præſentandæ electionis & petendæ confirmationis locum habere ſolùm in principalibus prælaturis eccleſiarum, & tamen tex.ibi dicit, electio in aliqua eccleſia celebrata.contrarium etiam probatur ibi.§. fi. dum dicit.quiuis electus.

eccleſia [a] pertinente, quam infrà menſem [b] duxerit acceptandam, inhibentes illi, vel illis, ad quorum collationem, prouiſionem, ſeu electionẽ [c], dignitates in ipſa eccleſia pertinere noſcuntur, ne interim [d] ad collationem ipſarum, ſeu prouiſionem procedant, vel quemquam eligant ad eaſdem, de dignitate, ad quam conſueuit [e] quis per electionem aſſumi; impetranti non poterit prouideri: cum [f] in cõceſſione gratiæ [g] (ad quam nõ augendam, ſed exequendam debent quæ de inhibitione ſequuntur referri) nullam de electione fecerimus mentionem.

a ¶*Eccleſia.*] diœceſi, vel prouincia, cum ſit eadem ratio.

b ¶*Menſem.*] ſolet dici in literis, à notitia vacationis, vt infrà titu.1.cap.vnico. & quando tunc incipiat menſis currere, ibi habes in fine.

c ¶*Seu electionem.*] hoc inducebat dubium.

d ¶*Interim.*] ſcilicet infra menſem acceptationis.

e ¶*Conſueuit.*] vide quod dicam infrà cap. penult. in glo. coniunge.

f ¶*Cum.*] pro quia, redditiuum cauſæ, & iunge hic literam nullam, &c. quæ eſt in fine.

g ¶*Gratiæ.*] ſuperius narratæ, ſcilicet quæ certos modos habebat expreſſos.

PEr literas.] ¶ Ponit dictum à quo excipit: ibi, *Niſi*. Imol.

CASVS. Papa mandauit reuereudo in Chriſto patri & domino, domino Ioanni cordis diuina fauente gratia Bituricẽ. archiepiſcopo, vt mihi qui erã de ſua diœceſi, prouideret de beneficio primo vacaturo, ſub hac forma: Siue eſſet dignitas vel perſonatus, vel ei immineret cura animarum, ſiue aliud beneficium, ad quod quis conſueuerit aſſumi per electionem, ſiue quodcũque aliud beneficium eccleſiaſticum. Vacauit hoſpitale, vel eleemoſynaria, vel leproſaria: Quæritur vtrum iſta loca pia comprehendantur ſub illa clauſula? Dicit quòd nõ, niſi expreſsè fuerit dictum de iſtis locis: nec ſufficit clauſula generalis, ſiue cuiuſcunque conditionis fuerit illud beneficiũ eccleſiaſticum. etiam poſito quòd illa loca pia haberent iura ſpiritualia, puta decimas, & ſepulturas. hoc dicit. H. R.

¶Colligo aliqua notabilia. Primò not. quòd in materia odioſa appellatione beneficij eccleſiaſtici non veniunt iſta loca pia de quibus in litera iſta dicitur: Et inſurgit iſtud odium, quia iſta loca pia ſunt ambitioſa. Item vt euitetur votum captandæ mortis. No. quòd ad hoc vt iſta loca pia comprehendantur ſub gratia, non ſufficit mentio ſub clauſula generali cuiuſcumque conditionis ſit beneficium eccleſiaſticum, ſed oportet quòd de illis fiat mentio expreſſa: hoc modo, Siue ſint hoſpitalia, vel eleemoſynariæ, vel leproſariæ. No. textum, *Directas*. i. miſſas. & venit à dirigo, gis, direxi, quaſi in diuerſam partem rego. Et dicitur à di, & rego, gis, & cor. ri. Vnde dirige greſſus meos, id eſt, rege paſſus meos. Not. quòd comparantur literę Apoſtolicæ & literæ legatotum, ſimile de offi. leg. collatio. lib.6. quandoque tamen diſcomparant, vt tangit hic Cardinalis in 3. quæſtione.

¶*Gloſſa prima ſummat.*

h ¶*Per literas.*] Caſus literę ſuper prouiſione clericorum, non includunt hoſpitalia, & loca ſimilia, & habentia iura ſpiritualia, niſi id exprimatur.

i ¶*Legatis*] de latere, per decret. 1. de offi. leg. lib.6.

¶*Glo. ſeq. cum ſecunda ſequenti ſoluit duo dubia.*

k ¶*Super prouiſione.*] ſatis videretur idem in literis quæ emanant ſuper reſeruatione fructuum beneficiorum, vt talia illis non includantur, niſi exprimantur per rationem quã infrà dicam.

¶Idem.

¶*Literæ ſuper prouiſione clericorũ non includunt hoſpitalia & loca ſimilia, & habentia iura ſpiritualia, niſi id exprimatur. hoc dicit. Io. An.*

CAP. II.

PEr literas [h] à ſede Apoſtolica, vel legatis [i] ipſius ſuper prouiſione [k] quorumlibet clericorum directas [l] †, de xenodochijs [m], leproſarijs, eleemoſynarijs [n], ſeu hoſpitalibus (etiamſi eccleſias [o], vel capellas, decimas [p] aut alia ſpiritualia [q] iura noſcantur habere) nulli poſſe decernimus [r] † prouideri [ſ]: Niſi hoc in Apoſtolicis [t] literis ...

l ¶*Directas.*] intelligo etiam proprio motu: nam motus proprius non ampliat gratiam, vel viam verborum. licet excludat ſurreptionẽ eius pro quo ſcribitũ j. e. ti. ſi ROMAN⁹.

† Directas, ſubaudi alicui, vel aliquibus executoribus.

m ¶*Xenodochijs.*] de relig. do. cap.3. & varia nomina talium locorũ, vide 23. q. vlt. ſancimus & ibi de hoc, & 1. q. 7. ſi quis omnem. ad fin. in Auth. de ali. & emphy. in prin. coll. 9. & de eccle. ti. §. fi. ea. colla.

n ¶*Eleemoſynarijs.*] In multis locis hoſpitalia vocantur eleemoſynariæ, in aliquibus domus Dei. de appel. dilecti. multa etiam monaſteria ſine certo loco hoſpitalitatis habent talia officia eleemoſynariorum: & cum omnia iſta deputata ad certum vſum, ad alium vſum ſine Papæ licentia conuerti non debeant. infrà de reli. do. cap.2. poſt prin. meritò non comprehenduntur ſub literis beneficialibus, qua ratione idem puto de fabricis.

Eleemoſynaria, hoſpitale, & Dei domus idẽ.

† Nota ꝙ hoc verbum facit nouũ ius. & hoc tenet Zenze. de hoc de iud. decernimus. Zabarel.

¶*Gloſſa ſequens rationem ponit quam determinat: ſecundò diuidit quatuor membra, & in tertiò diſtinguit.*

o ¶*Eccleſias.*] quia talia ſunt loca religioſa, quod intelligas ſi auctoritate epiſcopi ad hoc ſunt inſtituta. de religio. do. ad hæc. & ideo talia ſpiritualia poſſunt illis accedere. & facit quod ſcripſi poſt Inno. & Hoſt. de iure pa. ex literis. Et aduertè, quia ſi hoſpitale ſit principale, cui accedit eccleſia, vel capella, per literas nõ debetur, vt hic: ſi verò conuertas quòd eccleſia ſit principale habens annexum hoſpitale: tunc non puto hoc locum habere, ſed tunc iure acceſſorij veniet quod principaliter non veniret. benè facit eodem tit. ſuper eod. lib. 6. de reg. iur. acceſſorium. & quod ibi not. Quid in dubio, vt quia extat hoſpitale & eccleſia, & neſcitur quod ſit principale, & quod acceſſorium? Sol. ſi apparet poſſeſſio & denominatio per quam poſſumus alterum præeligere, illud ſequemur. eod. tit. cum de beneficio. lib.6. de proba. per tuas. cum ſi, ſed ſi nõ apparet repellam impetrantẽ: conſtat enim de hoſpitali, nec conſtat illud acceſſorium eccleſię: nam & ſi hoſpitale & eccleſia eſſent annexa, ita quòd neutrum principale, puto hãc decr. locum habere per not. ne ſe. vacan. c. 1. facit quod no. de conceſ. præb. ſi capitulo. lib.6. in gl. quæro. in fin.

Acceſſorij iure venit quod principaliter non veniret.

p ¶*Decimas.*] ià eſt ius percipiendi decimas. An autem de redditibus horum locorum debeat ſolui decima, habetur in declarationibus, de quibus dicam j. de deci. c.2.

q ¶*Spiritualia.*] vt cœmeterium, & ius funerandi. j. de relig. domi. quia contingit. in fin.

r ¶*Decernimus.*] videtur ergo eſſe ius nouum, & hic incipe conſtructum.

¶*Glo. ſeq. quærit & ſoluit, ſecundò quęrit & remittit.*

ſ ¶*Prouideri.*] vnde nec hodie talia clericis ſecularibus in beneficium dari poſſunt. j. de relig. do. c.2.2. reſpon. in princ. Sed eſt dubium, an in duobus caſibus ibi exceptis in ver. niſi in fundatione, &c. locum habeat hęc decret. & puto quòd ſic, cum generaliter loquatur: nec ſequitur, ſi concedi poſſunt illis caſibus in beneficium: ergo includunt in literis: tolle inſtantiam. ſupra cap. proxim. eodem titul. quamuis 1. lib.6. Sicut ergo certę qualitates ſunt in literis beneficialibus exprimendę, ſic & iſta ad hoc vt talia in literis includantur, & tunc facta expreſſione talium debebuntur ſolum in illis caſibus, niſi in expreſſione appareat Papam amplius voluiſſe. Et nũquid cum beneficijs permutari poſſint, dicam infrà de re. permu. cap. vnico.

1 Secũdum Imol. ꝗ vult ꝙ legatus non poteſt expreſsè collat. ſuæ reſeruare hæc loca. vnde ꝑ hanc gl. no. Barb. & poſt eum Feli. c. nullus. de foro compet. col. 11. qđ ꝓcedit arg. à contrario, etiam ſi corrigatur ius cõmune in genere. Fel.

t ¶*Apoſtolicis* 1.] Not. quòd non repetit de legatis, & hoc forſan per id quod dixi in glo. prox. Et eſt ſimile, quia legatus non confert eccleſiã ſpectantẽ ad præſentationẽ laici patroni: quam tamen Papa confert. de iurepa. cum dilectus. de offic. legat.

legat.dilectus.quod intelligas hoc expreſſo,vt ibi dixi.ſi ergo ſit circa iſta rſtricta poteſtas legatorum,& circa alia: de offic. legat.cap pen.& antepe.lib.6.

a ¶*Literis.*] Probatio ergo teſtium, vel alia non ſufficerent in hoc caſu.facit quod no.e.tit.ſi motu proprio. li.6.in vl.gl.

b ¶*Expreſſè.*] per qđ ſufficere non videntur verba generalia, vt ꝙ de quibuſcunque beneficijs,dignitatibus, perſonatibus,officijs,&c.& facit s̄.ea.compil. de offic.ordi.cap.2.

ris[a] caueatur expreſſè[b].

¶Idem.

¶*Quo caſu vacat vna dignitas per retentionem alterius, vacant etiam plures.*

CAP. III.

SI plures[c] † obtinēs[d] dignitates[e] aliam dignitatē,aut beneficium curam animarum habens acceptet, diſpenſatione ſuper[f] hoc legitimè non obtenta,eius[g] poſſeſſione adepta[h] pacificè, dignitates quas prius habebat ipſo facto vacare[i] cenſemus:Sicut[k] ſi dignitatem vnicam obtinenti alia ſimilis conferretur, eius pacifica poſſeſſione habita prima de iure vacaret[l].

¶Idem.

¶*Valet prouiſio facta proprio motu Papæ tacentis beneficia prouiſi quæcunque ſint, & quotcunque.hoc dicit.Ioan.And.*

CAP. IIII.

SI ROMA-

† Vide concilium Trident. ſeſſio. 7. de reforma.cap.4.& ſeſſio.24.de reſor.c. 17.

SI *plures.*] Ponit dictum ad quod adducit ſimile,ſecunda: ibi, *Sicut.*] Imola.¶Præſupponendum eſt illud qđ dictum eſt in c.de multa.eod.tit.in antiq.videlicet quòd ſi alicui obtinenti dignitatem, vel perſonatum, vel eccleſiam parochialem conferatur aliud ſimile beneficium incompatibile, & accipiat poſſeſſionem pacificam illius: tunc vacat ipſo iure primum ita quòd collator poterit illud conferre.

Casus. Ex diſpenſatione tenebam duas dignitates, vel duos perſonatus,vel duas eccleſias parochiales, vel vnam dignitatem & vnam eccleſiam parochialem, vel perſonatum,& vnam dignitatem,vel duo beneficia incompatibilia: fuit mihi collatum tertium beneficium ſimile: Iſtud tertium acceptaui, & adeptus fui poſſeſſionem pacificam: Quæritur, vtrū duo beneficia ſuperiora,quæ obtinebam,vacent ipſo iure,vel tantùm vnum ex illis? Dicit Clemens Papa quòd duo prima beneficia vacant ipſo iure; ſicut ſi tenerem tantùm vnū ſine diſpenſatione, per adeptionem alterius ſimilis beneficij vacat primū ipſo iure,per dictū c.de multa.eo.ti.in anti. No. primò iuncta gl. ꝙ quis non poteſt obtinere duo beneficia incompatibilia ſine diſpenſatione: tamen epiſcopus poſſet diſpenſare in duabus dignitatibus,non autem in duabus eccleſijs parochialib.De hac materia vide Panor. in c.de multa.de præb.in antiq.No quòd beneficia, quæ requirunt reſidentiā perſonæ,dicunt incompatibilia: quia nemo poteſt eſſe in duobus locis ſimul,& ſemel naturaliter.Not. quòd ſi alicui habēti duo beneficia incompatibilia, ex diſpenſatione conferatur tertium,& habuerit pacificam poſſeſſionem illius tertij, ipſo facto vacant duo prima: Vnde diſpenſatus ad duo beneficia incompatibilia,ſua diſpenſatio nō ſe extendit niſi ad duo beneficia, quæ primo obtinebat.ca.non poteſt.eod. tit.in 6.& ſi vellet dimittere vnum & aliud acceptare,non poſſet,niſi illud caueatur in ſua diſpenſatione quòd poſſit dimittere vnū vel ambo, & aliud acceptare: & tunc debet eligere vnum de duobus primis, quod ſi detur ſibi,ipſe non debet acceptare aliud, ſed debet prius dimittere vnum de obtentis. Sed ſi nolit ſe ponere in iſto periculo, quia fortè ſecundum beneficium eſt litigioſum,tunc coram tabellione debet proteſtari, quòd habita pacifica poſſeſſione illius ſecundi beneficij, ipſe non intendi tale primum beneficium retinere, ſed intendit reſignare illud in manibus alicuius tertij.

¶*Glo.prima ſummat,dicit quid approbet, & conqueritur.*

c ¶*Si plures.*] Caſus.quo caſu vacat vna dignitas per receptionem alterius, vacant etiam plures. Approbat quod not. Compoſt. de elect. dudum 2. ad fin. & Guli. ponens ad literam ipſius verba in Specul.titul. 2. §. videndum. verſi. quid ſi habens duos.& Ioan.Monac.de offic.ordi.cap. ordinarij. lib. 6.& Archidiaconus in decre.non poteſt.eod.tit.lib.6.debuiſſet clarius formari,vt j̇.dicam.

d ¶*Obtinens.*] per ſufficientem diſpenſationem, vt aliqua ſit dubitatio.

e ¶*Dignitates.*]perſonatus,vel beneficia curata, vel alterum cum altero,cum ſit eadem ratio.

f ¶*Super hoc.*]ſcilicet ſuper illa, vel illo retinendo vnà cum primis,vel cum altera primarum.

g ¶*Eius.*] dignitatis, vel beneficij curati vltimo collati, & acceptati.

¶*Glo.ſeq.prorogat,probat,& determinat.*

h ¶*Adepta.*] Idem videtur ſi per eum ſtaret quo minus adipiſceretur.eodem tit.licet epiſcopus.de elect.commiſſa.lib.6. quod probat ſimilitudo quæ ſequitur,hoc verum quando tenet collatio vltimi, ſecus ſi collatio non teneret: quia tunc abſtinendo à poſſeſſione pœnam iſtam euaderet, vt j̇.dicam.

¶*Glo.ſeq.primò ſoluit obiectionem ſuperfluitatis.ſecundò ponit duas opi.reprobatas, & ipſarum iuribus reſpondet, tertiò mouet & aperit dubium: ponit opi.& diſtinguendo ſoluit.*

Diſpenſatio ſup duobus beneficijs, intelligitur de duobus primis.

i ¶*Vacare.*] Si intelligas de ijs,quæ per diſpēſationem habebantur, videbatur expeditum. eo.tit.non poteſt.2.reſpon.lib.6. inquantum ibi dicitur quòd diſpenſatio data ſup duobus, intelligitur de primis duobus: ergo tertium in locum primi,vel ſecundi ſubrogare nō pt: ſed quia poterat etiam nominatim ſuper illis diſpenſatum eſſe, ſcilicet ſuper tali, & tali beneficio & dignitate, quem caſum §.ille non contingebat, vtilis fuit declaratio. Et videbatur quibuſdam quòd non vacarent, ſed princeps deberet eligere quā ex primis dimitti volebat.arg.ff.de excu.tut.l. 6. quæ incipit,ſi duas. Alijs videbatur quod ipſe idem prouiſus eligeret,per decre.præterea.eod.tit.&c.referente. expeditum eſt ꝙ vacant omnes primæ.Ad l.prædictam reſpondebat Compoſt. quòd licet quis pluribus tutelis grauari nō debeat: per vnius tamen receptionem non vacat altera.Ad decretales reſpondebat quòd correctæ ſunt per decre. de multa. & hęc ſatis ſunt plana.Sed remanet dubium ſatis forte, nunquid valeat collatio vltimi? hoc dico propter decre.ordinarij.de offi. ord. lib. 6.vbi dicitur quòd habenti pluralitatem talium, etiā cum diſpenſatione ſufficienti non poteſt aliud tale conferri, niſi diſpenſatio etiam extendatur ad illud: vel niſi prius habita reſignet,& vitiat collationem aliter factam.& facit quod ibi not. poſt Gar.in vlt.glo. & fortè fuit hoc dubium huius decre. cū enim illa decre.ordinarij. dicat collationē vltimi nullius eſſe momenti: ergo per eam non vacat prima.Sed in prædicta decret.non poteſt. Archidiaconus tenet quòd nō valet collatio vltimi: nihilominus vacat prima ex quo poſſeſſionē habuit vltimi.Ad hoc eo.tit.eum qui.lib. 6. & ſic dicitur per magnū virum pronuntiatum in curia: contra quam tamen pronuntiationem refert quòd pendebat appellatio:hoc ergo declarare procuraſſem, ſi compoſitoribus adhæſiſſem. Puto tamen quòd ſi habenti vnum curatum confertur ſecundum tale,valeat collatio ſecundi, & ex quo ſtat per eū quo minus habeat poſſeſſionem ſecundi, vacat primum.Si verò habenti plura talia ex diſpenſatione ſufficienti confertur aliud tale, valet collatio, ſi diſpenſatio ſufficiens eſt etiam quo ad illud. & tunc de vacatione non quærimus. Si verò diſpenſatio ad hoc vltimum non iuuat: dico quòd ſi dimiſit primum ante collationem vltimi,valuit ipſius collatio, nec tunc ē de vacatione iuris eius quærimus. Si verò non 1 dimiſit, collatio vltimi nō valuit,tamen per acceptationem non perdit prima: imo illa retinet, ſed ſano vſus conſilio videns collationem vltimi non valere,ipſius poſſeſſionem non apprehendat,vt ſic humanitas iuſtę pœnitudinis non auferatur.2.q.6.ſi quis libellos. de appel.cum ceſſante.& faciunt no.de cler.coniug.diuerſis.cū cōcor.Si verò poſſeſſionem ipſius vltimi apprehendit, hæc poſſeſſio facit primam vacare, nam hoc caſu cum ex tali vitioſa poſſeſſione vacaret vnicum, vacabunt & illa per literam quæ ſequitur.

Beneficiorū incōpatibilium pluralitatē habēti, an poſſit aliud tale conferri.

1 Glo. vult ꝙ poſt collationē de tertio beneficio diſpenſatus ad duo incōpatibilia non pōt primum ex illis duobus incōpatibilibus relinquere, vt acceptet tertium ſibi iā collatū.Car di.Font.

¶*Glo.ſeq.quæſtionem ſoluit,& ampliat.*

k ¶*Sicut ſi.*]Per hanc literam dico quod ſi caſus eſſet, quòd poſſeſſio ſecundi non faceret vacare vnicum, vt eo.tit.ſuper eo.& c.ſi tibi conceſſo.li.6.non vacabunt illa plura, & hoc puto verum ſiue valuerit, ſiue non valuerit collatio vltimi.

l ¶*Vacaret.*per decreta.de multa.eod.tit.& hodie per conſtitutionem Ioannis.execrabilis.ſi primum abſque mora,diſpenſatio,verbo, & facto in manibus ordinarij ſub teſtimonio publico non dimittat,priuatus eſt ſecundo,& inhabilis ad ſacros ordines,& beneficia,vt ibi.§.porrò quia.

SI *Romanus.*]Nòn recipit diuiſionem. ¶Præſupponendū eſt quod habetur in c.ſi.s̄.de offi.ord.videlicet,ꝙ ſi bñficiatus impetret aliud beneficium à Papa,in impetratione ſecundi beneficij debet facere mentionem de primò obtento, & ſi non fecerit mentionem, ſua impetratio erit ſubreptitia.

Casus:

CASVS. Obtinebam duo beneficia ſimplicia, vel non ſimplicia: cum diſpenſatione, vel ſine: Romanus Pontifex proprio motu contulit mihi aliud beneficium, & non fecit mentionem de obtentis: quæritur, vtrum illa collatio ſit ſubreptitia? Dicit Clemens ꝙ non: quia proprius motus tollit omnem ſubreptionem: tñ per illam collationem Pepa non videtur mecum diſpenſaſſe de obtentis beneficijs incompatibilibus, ſi illud bñficium eſt incompatibile, niſi iſtud dicatur in collatione. Quæritur quomodo cognoſcemus, ꝙ Papa proprio motu mihi confert beneficium, vel qñ confert ad preces mei? Dicit Clemens, ꝙ Romanus Pontifex non videtur mihi conferre beneficium proprio motu, niſi expreſsè illud dicatur in collatione, vt in c.ſi proprio motu.eo.tit.in 6. Not. quòd proprius motus Papę validat gratiam contra vitium ſubreptionis, id eſt validat gratiam, vt illa gratia non dicatur ſubreptitia. Aliam autem inhabilitatem illius pro quo ſcribitur, non tollit, niſi aliud exprimatur, etiam ſi illa inhabilitas ſurgat ex detentione plurium beneficiorum incompatibilium, vt gl. in ver. validat. quam tene menti, & maximè in eo ꝙ poſtea dicit ſatis eſſet illi clauſulæ ꝙ certum operetur effectum. Et adde hic aliam gloſ. quæ habetur ſuprà eodem tit. in cle. 2. in verſi. directas: quæ dicit quòd motus proprius non ampliat gratiam, vel vim verborũ, licet excludat ſubreptionem. Nota quòd nomine beneficij intelligitur de quocunque, vt hic, iuncta glo. 3. & idem Pau. Nota de verbo, declaramus. per quod nouum ius non inducitur. de hoc de iud. decernimus. Zabarella.

† Aliàs quotocunque.

Papæ motꝰ proprius qd operatur.

[Si Roma]nus [a] Pontifex [b] de beneficio [c] alicui motu ꝓprio [d] prouideat [e], de beneficijs quę obtinet [f] non habita mentione, prouiſionem, ſeu gratiam huiuſmodi fore validam [g] declaramus [h], qualiacunque fuerint beneficia, dignitates, aut perſonatus cum cura, vel ſine cura, & in numero quantocũque [i], † quæ is habebat, cum ſibi prouiſio facta fuit.

¶Idem.

¶*Expectantes beneficium ad collationem epiſcopi, deuolutum ad illius capitulum obtinere non poterit: deuolutum tamen ad epiſcopum, vel etiam ad Papam ex cuiuſcunque negligentia poterit obtinere.*

¶*Glo. prima ſummat, & dicit quid approbet, & reprobet.*

a ¶*Si Romanus.*] Valet prouiſio facta proprio motu Papæ tacentis beneficia prouiſi quæcunque ſint, & quotcunque. Approbat quod not. per Archid. & me. eod. tit. ſi motu proprio. lib. 6. & reprobat quod ibi not. Ioan. Monachus.

b ¶*Pontifex.*] De legato eſt opinio 1 not. de offi. leg. c. vlt. lib. 6. & not. ſ. ea. compil. de offi. ordi. c. ſi.

1 Dic idem in eo. Car. hic. de Anchar. in d. c. vlti. vt ibi notaui Fõt.

c ¶*Beneficio.*] Largè ſumitur, de reg. iur. c. 1. lib. 6.

d ¶*Proprio.*] quod non intelligitur niſi exprimatur, vt in prędicta decret. ſi motu. in ſi.

e ¶*Prouideat.*] vel prouideri mandet: cum eadem ſit ratio.

f ¶*Obtinet.*] iure vel ſpc. ſ. eadem compi. de reſcrip. gratiæ.

¶*Glo. ſeq. exponit literam dicens, quare ſic.*

g ¶*Validam.*] quo ad vitium ſubreptionis, id eſt nõ ſubreptitiam: aliam enim inhabilitatem illius, pro quo ſcribitur non tollit motus proprius, vbi aliud non addatur, etiam ſi illa ex talium pluralitate procedat, vt quia ſine diſpenſatione habebat pluralitatem dignitatum, vel curatorum, quæ facit quem inhabilem, etiam ad minora beneficia. de elect. dudum 2. & ibi dixi in 1. gl. & patet apertius per conſtitutionem Ioannis, execrabilis. ſatis eſt ergo illi clauſulæ quòd certum habet effectum, nec alium 2 operabitur præter intentionem ſcribentis. ſ. c. 1. de qua intentione ſi appareat, illi ſtabitur, vt dixi de reſcrip. cum adeo. in fine.

2 Idem Zabarella & Panormitanus hic, Rota deciſ. 11. cum ſeq. in nouis. Geminianus conſi. 104. & Alexander cõſ. 215 lib. 7.

h ¶*Declaramus.*] Reprobat ergo, non ſimpliciter corrigit opi. contrariam.

¶*Glo. ſeq. rationem reddit.*

i ¶*Quantocunque.*] Ratio enim proprij motus excludẽs ſubreptionem prouiſionis ita coaptatur curatis, vel ſimplicibus multis vt vni. Item per id non intelligitur in retentione diſpenſatum eſſe. eodem tit. non poteſt. in ſi. lib. 6. & per hoc ibi hanc opinionem tenebam in 1. glo.

CAP. V.

SI de beneficio [k] ad cuiuſcũque [l] epiſcopi collationẽ ſpectante alicui conferendo ſcribamus [m]: ſibi illud conferri non poterit, cuius collatio ex negligentia [n] † ipſius epiſcopi [o] ad eiuſdem capitulum [p] deuoluta exiſtit [q]: Licet prouideri ſibi poſſit de illo

SI *beneficio.*] CASVS. Papa mandauit Priori ſancti Cirici de Exolduno, vt mihi prouideret de primo beneficio vacaturo in collatione epiſcopi Lemouicẽ. vacauit beneficium per tantum tempus, quòd collatio deuoluta fuit ad capitulum eccleſiæ Lemouicẽ. ſecundùm tenorem c. nulla. de cõceſ. præben. in antiquis. Quæritur vtrum de iſto beneficio mihi poſſit prouideri virtute meæ gratiæ, ſeu mandati, ita quòd Prior ſancti Cirici executor poſſit mihi prouidere de beneficio illo, quod deuolutum eſt ad capitulum? Dicit Clemens quod non, quia Papa per ſuas literas non intendit grauare niſi epiſcopum Lemouicẽ. & non capitulum: Sed beneficiũ vacauit per tantum tempus, quòd collatio deuoluta eſt ad Papam: quæritur vtrum virtute meæ gratiæ poſſit mihi prouideri de illo beneficio? Dicit Clemens quòd ſic, & ſic gratia conceditur in præiudicium concedentis. Sed quid ſi collatio beneficij pertinet ad inferiorem, puta ad abbatem, qui prælatus fuit negligens in conferendo, ita quòd collatio deuoluta eſt ad epiſcopũ: quæritur, vtrum illud beneficiũ cadat ſub gratia mea, quandiu eſt infrà ſex menſes, in quibus epiſcopus põt conferre? Dicit quòd ſic. hoc dicit. H.R. ¶Colligo aliqua notabilia. Primò, quòd qñ epiſcopus eſt grauatus vt aliquis executor de beneficijs ad epiſcopum pertinẽtibus prouideat alicui, tunc executor põt prouidere de beneficio eius collationi ſpectante iure deuoluto, ſiue etiam ad eius collationem pertinet originaliter. Nota ꝙ executor poterit prouidere de beneficio ſpectante ad collationem epiſcopi, etiam ſi deuolutio fuerit facta ad Romanũ Pontificem. Et hoc eſt verum, dum tamen deuolutio habeat initium in perſona epiſcopi originaliter, quia prima collatio pertinebat ad epiſcopum: ſecus ſi deuolutio habuit initium in perſona alicuius inferioris, & collatio propter negligentiã inferioris fuit deuoluta ad epiſcopum, & de epiſcopo ad Papam. Et poſſem reddere rationem, quia dum Papa mandabat executori, vt mihi prouideret de beneficio vacaturo in collatione epiſcopi, ipſe ſolùm volebat grauare ipſum epiſcopum, ſed ſi ipſe conferret beneficium, quod fuiſſet deuolutum, ipſe non videretur grauatus, & per conſequens intentio Papæ nõ adimpleretur. Item ſi Papa confert, vel executor illud beneficium, quod ſibi deuolutum fuit ab epiſcopo, quod etiam ad epiſcopum fuerat deuolutum per negligentiam prælati inferioris, ipſe exoneraret epiſcopum, ita quòd epiſcopus non amplius teneretur conferre beneficium: quare executor non poterit prouidere de beneficio, quod deuolutum eſt ad ipſum Papam per deuolutionem epiſcopi.

† Nota ꝙ per negligẽtiam epiſcopi deuoluit collatio ad capitulũ. & dicit Lau. ꝙ ipſo iure deuoluitur nõ indiget facto hominis quin ſtatim ſurripiatur poteſtas ab ipſo negligẽte & deuoluatur in manus ſuperioris nec poteſt purgari mora. de ſup. neg. præla. licet. cum c. ſeq. Et dic quod negligentia currit à die ſcientiæ ceſſante impedimento de elect. c. ſi. de cõceſ. præb. quia diuerſitaté. Card. Not. ſecundo ꝙ impetrãti ad collationẽ epiſcopi prouidetur de beneficio ex negligentia epi ad Papã deuoluto. Zabarella.

¶*Prima gloſſa dicit quid facit.*

k ¶*Si de beneficio.*] Se ſummat quatuor ponẽs caſus, & quaſdam opiniones determinans, vt infra dicam.

l ¶*Cuiuſcunque.*] exemptos, & non exemptos, & ſuperiores epiſcopis per hoc intendit includere.

¶*Glo. ſeq. ſoluit quæſtionem diſtinguendo.*

m ¶*Scribamus.*] executori: idem ſi ſcriberetur ipſi epiſcopo ſaluo, ꝙ in vl. caſu cum eſt deuolutum ad Papam, diſtinguitur an per literas excitetur officiũ, an conſtituatur delegatur. de offi. ord. licet. & c. pen. de reſcr. cum aliquibus. lib. 6.

¶*Glo. ſeq. duo dubia ſoluit.*

n ¶*Ex negligentia.*] Idem ſi ex delicto, licet ſit opinio an hoc caſu deuoluatur ad capitulum, vt ſcripſi de electiõ. cum in cunctis. in fine. & ſuper vltim. gloſ. vbi verò ex commiſſione epiſcopi capitulum, vel alius haberet conferre: hoc non impedit executorem, vt probatur eodem titul. capit. fin. lib. 6. facit quod not. de inſtitu. cap. ſi. aliàs poſſet facile epiſcopus eludere impetrantem.

¶*Glo. ſeq. quærit: opinionem ponit, quam determinat.*

o ¶*Epiſcopi.*] Sed nunquid negligentia ipſius executoris, quãdo ſcilicet eo ſciente vltra ſex menſes vacauit beneficium, ꝙ conferre poterat, oberit ei? Compoſt. in decret. capitulum. de reſcrip. in magna glo. in 4. chart. ver. item nunquid executor. tenet quòd non, & decre. 2. de conceſ. præb. in ordinarijs collatoribus loquitur, non in executore, qui confert vice Papę. Aduerte quòd verum eſt hoc, ſi executor prouidere poteſt ad cuiuſcunque collationem ſpectet, nec tempus acceptationis adijcitur. hoc dico per decre. vnicam. ĵ. tit. 1. & vide quod ibi dicam in glo. iſte terminus. ſed ſi certa perſona grauatur per reſcriptum, & illius tempus eſt lapſum: tunc conferre non poterit donec deuoluatur ad Papam, hoc probat decr. iſta.

p ¶*Capitulum.*] vel alium, cum eadem ſit ratio. & facit infrà verſi. vel alterius.

q ¶*Exiſtit.*] Intelligo tempore prouiſionis ſuæ, non datæ, & ſic eſt dare quòd poteſtas huius executoris variatur ſecundũ tempora.

tẽpora.& ſi.j̃.tit.1.c.vnico.quandiu.n.beneficium eſt in collatione epi, confert illud, illo ad alium deuoluto non confert illud.ita eſt beneficio ad inferiores ſpectante, ꝙ ipſe non confert donec ad epm deuoluatur, vt ſequit̃. Ratio, quia cũ epm Papa grauare voluerit, cõfert executor quandiu eſt in manib. epi: nam licet ex deuolutione: proprium tamen eſt pro ea vice, & ipſe tunc ex collatione grauatur: quando eſt in manibus alterius non confert executor, quia Papa illum grauare noluit.

¶Gl.ſeq. quærit, dubiũ aperit, & ſoluit.

a ¶*Capituli.*] Coniuge hic, & in caſu ſequẽti finem capituli. Sed quid ſi ad capitulum ſpectabat electio tantũ, & ſcribebatur ad collationem epiſcopi, nunquid deuoluto iure ad epm confert executor? Dubium facit illud quod quęritur, an deuoluatur eo caſu prouiſio, an electio, de quo ſatis ſcripſi de elect.ne pro defectu. Item facit dubium, quia & ſi dicatur deuolui collatio, tñ ex quo primo gradu aſſumebatur ꝑ electionem, non videbatur includi in literis, in quibus ſolùm de collatione fit mentio. ad quod ſatis facit.s̃.eo.tit.c. 1. circa fi.ibi, ad quam conſueuit quis per electionem aſſumi.

ſit de illo etiam, cuius ad ipſum epiſcopũ ex ſui capituli [a], vel alterius cuiuſcunq; [b], ſiue ad [c] nos ex ipſius epiſcopi [d], & aliorum in hoc eidem ſuccedentium [e] negligentia, collatio fuerit deuoluta.

¶ Idem.

¶Adeptus in eccleſia dignitatem habentem præbendam annexam, perdit primam prębendam, quam habebat in illa. hoc dicit. Ioan. And.

b ¶*Cuiuſcunque.*] Hoc dicit, quia per quotcunque gradus, ſiue proximos ſiue mediatos ad epiſcopum deuenerit, executor confert quandiu eſt in manibus epiſcopi. Io. And.

¶Gl.ſeq.dicit primò quid determinat: ſecundò diſtinguit inter deuolota, & propria: rationem reddit: tertiò arguit ad quæſtionem.

c ¶*Siue ad nos.*]Determinat quod not.Inn.& Pet.dę offi.deleg.ſuper eo. vbi dicebant quoſdam tenere, ꝙ delegatus Papæ prouideret de beneficio ad Papam deuoluto. Fuit etiam hæc quæſtio olim diſputata per dominum Iacobum Canonicum Bonoñ.quam in Mercu.vide in litera D.ſub rub.de offi.& pote.executorum.& tenuit ꝙ non poſſet, ſi dicatur in reſcripto, volentes illi gratiam facere ſpecialem.dixit enim ꝙ cum in illo alius quàm Papa non lædatur, non debet dici gratia, nec de deuolutis Papa ſic ſcribit.induxit de conce.præb. literas. & c. cum noſtris.mirabilis ſolutio fuit iſta. Scias autem ꝙ beneficium deuolutum ad Papam ſemper confert executor: ex quo primus collator eſt de his, qui per literas grauabat̃: ſiue nominatus, vt hic: ſiue innominatus, vt quia ſcribitur ad cuiuſcunque collationem, cum eadem ſit ratio: ſed ſecus in beneficijs ſpectantibus ad collationem Papæ, quia vacauerunt in curia. eo.tit.c.2.lib.6.tunc enim Papa confert iure proprio non deuoluto: nec mirum ſi aliud in deuoluto: nam Papa dando executorem ad prouidendum auferebat collatori poteſtatem. de conceſ.præb.ſi capitulo.lib.6. ex quo ergo collatio de illo deuoluta eſt ad Papam, conferat executor, vt hic. Et licet aliàs in beneficijs fiat ſtricta interpretatio.eo.tit.quamuis.lib.6.hic tamen fit larga contra concedentem.de conſuetud. cum dilectas. Facit etiam hæc litera ad quæſtionem nota.de offic.lega. c.1.lib.6.ſcilicet ꝙ legatus Papæ poſſit talia beneficia ad Papam deuoluta conferre, præferretur tamen delegatus quo ad illa quæ ſibi ſpecialiter ſunt commiſſa.de offic.legat.ſtuduiſti. & facit de reg.iur.generi.lib. 6.

Executor Papę beneficium ad Papam deuolutum cõfert.

¶Gl.ſeq.exponit, dicens quare ſic.

d ¶*Epiſcopi.*]primi collatoris. quod puto neceſſarium. ſi. n. de Archidiacono, vel capitulo ad epm, & demum per ipſius negligentiam gradatim ad Papam eatur, non confert executor, cui ad collationem epiſcopi ſcribebatur. Io. And.

¶ Gl.ſeq.diſtinguit tria tempora.

e ¶*Succedentium.*]Et ſic habemus primò tempus epi: ſecundò tempus medium aliorum facientium gradum inter ipſum & Papam: tertiò tempus Papale. primo & vltimo tempore cõfert executor, medio verò non. & ſemper intelligas vbi tempus acceptationis elapſum non impediat executorem. j̃. titu. proxi. c. vnico.

SI iuxta.]Primò ponit vnum dictum. Secundò circa illud ſoluit vnum dubium. ſecunda: ibi, *Primaque*. Imola. ¶Præſupponendum eſt, ꝙ quis non poteſt obtinere duas præbendas in vna, & eadem eccleſia. cap. nulla. de conceſ. præbend. in antiqu.

CASVS. Papa mandauit epo & capitulo eccleſię Rutinenſis, vel Pictauenſis, vel Bituricenſis, vt me reciperent in canonicum & fratrem, & vt mihi aſſignarent præbendam vacantem, vel primam vacaturam. & etiam quòd aſſignarent dignitatem vacantem, vel dignitatem vacaturam: Fui receptus in fratrem, etiam fui adeptus poſſeſſionem eiuſdem prębendæ: poſtea vacauit dignitas cui annexa eſt præbenda, puta archidiaconatus, quæritur, vtrum poſſim acceptare dignitatem cum præbenda? Videtur quòd nõ, quia in iſta eccleſia non poſſum habere duas præbendas, tamen Romanus Põtifex decidit cõtrariũ, ſed per adeptionem dignitatis & præbendæ ſibi annexę, prima præbenda vacat ipſo iure, & collator poteſt illam conferre. hoc dicit. H. R. ¶Colligo aliqua notabilia. Primò quòd ſi mandatur prouideri per reſcriptum Papæ alicui de dignitate, an prouideri poſſit illi de dignitate habente præbendam annexam. Glo. eſt in verſic. mandati. quæ videtur in hoc dubitare. Et primò dicit quòd hoc egeret declaratione: in fine verò ſentit quòd debeatur, ſed loquitur cum mandatur prouideri de dignitate aliàs habenti prębendam à capitulo. Nota quòd expectans præbendam ex gratia Apoſtolica, non poteſt acceptare præbendam dignitati annexam: qa dignitas quæ eſt principalis, non eſt debita: ſecus ſi expectat dignitatem: tunc enim illam poteſt acceptare, licet præbẽda ſit ei. annexa. Nota ꝙ archidiaconatus eſt dignitas, quia ex vi mandati ſuper dignitate conſecutus hic fuit archidiaconatũ. Nota caſum ſingularẽ, in quo reſcriptum ad præbendam cõſummatur ſucceſſiuè in duobus. quod eſt mirabile, cũ videatur conſummatũ per adeptionem primæ. eo.tit.li.6. Zabarel.

† No. ꝙ archidiaconatus eſt dignitas, vide doctores in c. de multa. d̃ ꝑbẽ. Archidiaconũ i c. 1. de conſu. lib.6. & Abbatẽ in c. nouit. de iudi.

CAP. VI.

SI iuxta [f] noſtri formam mandati [g] canonicatum, & præbendã eccleſię Rutinenſis adeptus, dignitatẽ quã duxerit acceptandã [h] ibidẽ expectet: archidiaconatũ [i] † inibi [k]

¶Prima gloſſa ſummat.

f ¶*Si iuxtà.*] Adeptus in eccleſia dignitatem habentem præbendam annexam, perdit primam præbendam, quam habebat in illa.

¶Gloſſa ſequens ponit duas lecturas: declarationem petit: æquitatem exprimit.

g ¶*Mandati.*] Non ſolùm ſecundùm vnam lecturam factũ narrat, prout acciderat in hac eccleſia, de qua loquitur, ſed etiam fortificat dubium: quia fortius ſi ex receptione capituli, vel aliter habet hanc canoniam & præbendam. facit eo.tit. c.antepe.lib. 6. vbi enim auctoritate Apoſtolica præbendam expectans conſecutus eſt vnam, non videbatur quòd aliam cõſequi poſſet. facit eo.tit.non poteſt. 2. reſpon.lib.6. cum concor. Sed cum adhuc penderet gratia in parte principaliori, & facta fuiſſet ſuper vtroque vno cõtextu, ęquum fuit vt prima dimiſſa ſecundam conſequi poſſet. Alia lectura eſt, quòd iſte textus ponat ius, quaſi dicat ex quo Papa de dignitate & prębenda ſibi voluit prouideri, conſequitur dignitatem habentem 1 præbendam annexam, licet prius aliam fuiſſet adeptus: ſed vbi ſolùm de dignitate ſcribebat, non poterat conſequi dignitatem habentem præbendam annexam: cum hoc Papa non intenderet, Egeret declaratione. Suadet tamẽ æquitas ꝙ decre. locũ habeat ſiue ex vnico reſcripto debeatur vtrũque, ſiue ex diuerſis ſucceſſiuè, ſiue ſola dignitas debeatur per reſcriptum aliàs habenti præbendam ab ordinario collatore.

1 Contrariũ tenet Zabarella hic: qa annexũ tãquã acceſſoriũ non conſideratur. c. ſuper eo. de præb. lib. 6. ſed idẽ qd̃ gloſſa tenet Ioã. Staphileus de literis gratię. 1.

¶Gloſſa ſequens remittit: quæſtionem ſoluit: ponit dictum quod determinat.

h ¶*Acceptandam.*]De quo dic vt j̃.tit.1.c.vnico.& idem puto ſi non haberet beneficiũ acceptandi, ſed deberetur prima vacans, cũ ratio ſit eadẽ & fortior. Quod aũt hic dicitur de poteſtate acceptandi, reſpicit dignitatem: præbendam ergo quę prius vacauerat neceſſe habuit petere, ne ſibi fieret præiudicium, per decr. ſi clericus. eo. tit. lib. 6. videtur tñ ꝙ ſi habens canonicatũ & ius ad prębendam primo vacantẽ, & ad dignitatẽ quam duceret acceptandam: præbendã quæ primò ſine dignitate vacauit, noluerit petere, proteſtans ꝙ hęc faciebat qa omnes dignitates eccleſiæ præbendas habebant annexas, & totũ ſimul conſequi volebat, ſatis eſſet hęc iuſta cauſa ad negligentiã excludendam, cũ mutationes beneficiorũ nec populo, nec iuri ſint gratæ. 21. q. 1. c. 1. de tranſla. quãto. ſed ſi poteſtas acceptandi reſpiceret ẽt præbendam, tunc nullum dubium.

Beneficiorũ mutationes gratæ non ſunt.

i ¶*Archidiaconatum.*] Factum ponit, nam idem in quauis alia dignitate.

k ¶*Inibi.*] in eccleſia illa. & vide j̃. de regula. c. 1. lib. 6.

¶*Gloſſa*

¶*Gloſſa ſequens oſtendit per textum quæſtionem ſolui.*

a ¶*Poſt.*]Datur intelligi, quòd ſi prius vacauerat cũ ſua præbenda, & ipſe ſciens recipit aliam præbendam : in acceptatione archidiaconatus ſibi viam præcluſiſſe videtur.

¶*Gloſſa ſequens aperit dubium : quærit & ſoluit.*

b ¶*Annexa præbẽda.*] Iſtud inducebat dubiũ: ſi enim non fuiſſet annexa, retenta prima prębenda cõſequeretur dignitatem ſine præbenda, quæ cum illa vacauit.eo. tit. quia ſæpe.li. 6. ſed cum dignitatem ſine prębenda non poſſit habere propter annexionem, nec duas præbendas in eadem eccleſia.de conceſ. præb.literas. ratione annexi in principali impediri videtur : ſed promota eſt prouiſio, ſcilicet vacationis primæ, quam ſubmittit. Sed quid dices in caſu conuerſo : adeptus ſum dignitatem per reſcriptum Apoſtolicum : expecto ibi præbendam cum beneficio acceptandi, vel ſi vacat præbenda cum dignitate cui eſt annexa, nunquid prima dignitate dimiſſa conſequi potero hanc præbendam cum ſua dignitate ? Puto quòd nõ, quia non eſt eadem ratio principalis ad acceſſorium, & acceſſorij ad principale.de conſecra.eccl.vel alta.c.vnico.lib.6.Facit eodem tit.quia ſæpe, & cap.ſuper eod.de reg. iur. acceſſorium.lib.6.cum concor.

poſt [a] vacantem non obſtante quòd certa ſit ſibi annexa [b] præbenda, poterit [c] acceptare : Primáque præbenda hoc ipſo [d] vacabit [e], quòd ſecundam cum archidiaconatu prædicto pacificè fuerit aſſecutus.

TITVLVS III.

De conceſſione præbendæ, & eccleſiæ non vacantis.

c ¶*Poterit.*]Quod intellige vbi alteri non debetur ex prioritate temporis, vel prerogatiuæ, gratiæ, vel alio iure.

d ¶*Hoc ipſo.*]Patet quòd in prębendis eiuſdem eccleſię ipſo iure per receptionem ſecundæ vacat prima.

¶*Glo.ſeq.rationem reddit,notat,arg.& opi.ponit.*

e ¶*Vacabit.*] Non enim poſſet eſſe triplex in eccleſia ſine diſpenſatione Papali, nec valet in hoc conſuetudo. de conſue.cap.1.lib.6.Et not.quòd plus abhorrent iura habere duas præbendas in vna eccleſia, quàm aliàs habere duo curata.primum enim non licet etiam iure annexionis, quam habet præbenda ad dignitatem, vt hic : ſed ſecundum licet iure annexionis, quam habet curatum ad prębendam. eodem tit. ſuper eodem lib.6.Et facit ad opinionem quam teneo in decr.literas.de conceſ.præben. ſequendo Innoc. ſcilicet quòd in duabus canonijs eiuſdem eccleſiæ non poſſit epiſcopus diſpenſare, licet diſpenſare poſſit in canonia & perſonatu, vel officio. rationem huius ibi plenè ſcripſi ſuper vlt.gloſſa.

DE CONCESSIONE PRAEBENDAE ET ECCLESIÆ NON VACANTIS.

¶*Viſum eſt ſuprà de præbendis & dignitatibus : verùm quia aliquis dubitare poſſet vtrum præbendæ, dignitates, & alia beneficia eccleſiaſtica poſſint conferri antequam vacent, vel etiam promitti, ideo annectit rubricã de conceſſione præbendæ.*

C*Vm ei.*] Diuiditur in quatuor partes : Primò, declarat quando afficit decretum conditionale nõ adiecto termino menſis. Secundò, quãdo afficiat illo adiecto ibi, *Secus*. Tertiò, an petendo ſibi cõferri beneficia, vel recipiendo illud collatum videatur quis acceptare : ibi, *Quinetiam*. Quartò declarat quando quis dicat habere notitiam vacationis beneficij : ibi, *Cæterùm*. Imola.

¶Præſupponendum eſt quòd ſi Papa mandet alicui prouideri de beneficio eccleſiaſtico vacante, alioquin de proximè vacaturo, licet collator non obediendo mãdatis Apoſtolicis malè faciat. tamen ſi conferat alteri, collatio valet, ex quo mandatum non continet decretum irritans : aliàs ſi haberet decretum irritans, collatio alteri facta eſſet nulla. Et appellamus decretum irritans, iſtam clauſulam quæ conſueuit apponi in mandatis Apoſtolicis, ſcilicet decernentes irritum & inane quicquid in præiudicium mandati noſtri attentatum fuerit. Vel decretum irritans eſt quando Papa mandat epiſcopo, vel archiepiſcopo, conferas beneficium primo vacaturum tali : quod ſi non feceris, & alteri feceris collationem, omnia ſint irrita & vana.

CASVS. Aliquis pauper clericus promotus ad ſacros ordines ſine titulo vndè poſſit ſuſtentari : acceſſit ad Apoſtolicã ſedem & notificauit Papæ quòd ſuus epiſcopus ſine titulo eũ ordinauit, & quòd recuſauit ſibi prouidere de aliquo beneficio, vndè poſſit ſuſtentari, adeo quòd ipſe clericus cogitur mẽdicare : Papa deputauit aliquos ad ipſum examinandum, an eſſet idoneus ſcientia ad obtinẽdũ beneficium: hoc facto, quia

¶Clemens v.in cõcilio Viennenſi.

¶*Decretum conditionale ante conditionis euentum non afficit poteſtatem ordinarij, vel alterius collatoris ſecus quando acceptationi beneficij tempus adijcitur cũ decreto. Et qui beneficium vacans ab executore petit, vel recipit, illud intelligitur acceptaſſe, quę vacatio nota dicitur expectanti, ex quo in loco beneficij publicè ſcitur.*

C. VNICVM.

CVm † ei [f], quem in ſcientia reputa-

conſtitit Papæ quòd erat idoneus, ipſe mandauit epiſcopo cum decreto irritante, vt ſi cõſtaret iſtum pauperem clericum eſſe vitæ laudabilis, & honeſtæ conuerſationis, ſibi conferret beneficiũ certi valoris, puta xx.vel xxx.librarum, vel etiam minoris valoris, ſi ipſe vellet acceptare : antequã executor iſtarum literarum præmiſiſſet inquiſitionem ſuper vita laudabili iſtius clerici pauperis, vacauit beneficiũ valoris xx. vel xxx.librarum, quod beneficium ordinarius contulit alteri : Quæritur, vtrum valeat talis collatio? Videtur quòd non: quia in mãdato continebatur decretum irritans, quod ligat manus ordinarij, ne poſſit conferre illud beneficium : Tamen dicit Romanus Pontifex, quòd collatio per ordinarium facta valet : quia decretum erat conditionale. Vel etiam ponamus quòd executor fecerat inquiſitionem ſuper vita, & honeſtate iſtius clerici : tamen beneficium iſtud erat minoris valoris xx. vel xxx.librarum, & ſcribebatur ſub conditione, ſi vellet acceptare ; & antequam iſte clericus illud beneficium acceptaſſet, ordinarius contulit alteri, quęritur, vtrum valet collatio ? Dicit ꝙ ſic. Sed quid ſi mandabatur iſti clerico prouideri de beneficio vacante, vel proximo vacaturo, ſi infrà menſem ipſe acceptat cum decreto irritante : tamen ordinarius contulit alteri infra menſem, quęritur, vtrum valeat collatio ? Dicit quòd non quia tempus videtur apponi in fauorem acceptantis. Sed quęritur quando dicatur iſte clericus acceptaſſe beneficium: vtrũ ſolùm quando exprimit verbum acceptationis coram executore, dicendo : accepto illud beneficium, & peto vt mihi conferatis : vel quando non exprimit, accepto : ſed tantùm dicit conferatis ? Reſpondet quòd ſufficit petere collationem beneficij ſine expreſſione verbi acceptationis. Sed quæritur quãdo currit tempus illius menſis, infra quem pauper clericus poteſt acceptare ? Dicit quòd tempus incipit currere à tempore ſcientiæ, & notitiæ, quo ipſe ſcit beneficium vacare. Sed quæritur vtrum ad hoc quòd ipſe dicatur habere notitiã, & ſcire beneficium vacare, requiratur quòd aliquis ſibi notificet, dicẽdo, vade ad collatorem, vacat tale beneficium, quod potes acceptare infra menſem ? Reſpondetur quòd hoc non requiritur, imo dicitur habere notitiam vacationis illius beneficij, ex quo vacauerit publicè : imo ſibi imputabitur ſi ipſe non fecerit inquiſitionem Not.primò iuncta glo. quòd quando Papa ſcribit pro clerico paupere, ipſe conſueuit illum facere examinari, vtrum ſit ſcientia idoneus, poſtea mandat vt ſibi conferatur beneficium ſi conſtiterit quòd ſit vitę laudabilis, & honeſtæ conſeruationis. No.ſecundò, quòd quando ſcribitur ꝓ clerico paupere ſub forma prædicta cum decreto irritante, illud mandatum nullas habet vires, niſi prius conſtiterit de vita laudabili : ideo eſt conſilium quòd impetrans citius quàm poterit faciat inquiri de ſua vita, & conuerſatione. Not.quòd ſi mandetur epiſcopo vt conferat beneficium certi valaris, ipſe epiſcopus non poteſt conferre beneficium maioris valoris nec minoris : quia verba gratiæ non ſunt amplianda nec reſtringenda. Nota quòd decretum conditionale irritans non habet effectum, niſi impleta conditione. Nota quòd quando Papa ſcribit, cum decreto irritante, ſi acceptet infra certum tempus, manus ordinarij ſunt ligatæ vſque ad illud tempus. Nota quòd non refert quando quis acceptet beneficium verbo, vel re ipſa. Nota quòd promouendus ad beneficiũ, debet eſſe idoneus in ſcientia. & quæ ſcientia exigitur notat Inno. de elect.cum in cunctis.in prin. Nota quòd promouendus debet eſſe vitę laudabilis, & hoc perpenditur ex bonis operibus, & abſtinentia vitiorum, ſecundùm Pau.Zabarella.

† No. ꝙ promouendus ad bñficium dét eſſe idone[9], de quo præter doctores hic, vide canoniſtas ĩ c. ſi eo tempore.de reſcrip.li.6. & in c.ei cui de prębend. eo.li.Abbaté.in c.dudũ de electi. & Felinum in c.vlt. de præſumpt.

¶*Prima glo.ſummat,diuidit,& dicit quid determinat.*

f ¶*Cum ei.*]Decretum conditionale ante conditionis euentũ non afficit poteſtatem ordinarij, vel alterius collatoris: ſecus quando acceptationi beneficij tempus adijcitur cum decreto.

creto. Et qui beneficium vacans ab executore petit, vel recipit, illud intelligitur acceptaſſe : quæ vacatio nota dicitꝰ expectanti, ex quo in loco beneficij publicè ſcit. Partes patent. Secūda : ibi, *Secus*. Tertia : ibi, *Quinetiam*. Quarta : ibi, *Cęterū*. Et determinat caſus dubios circa dec. quia cunctis.eo.ti.li.6.

mus [a] idoneum [b], ſi per [c] inquiſitionem [d] executoris ſibi deputati à nobis repertus fuerit eſſe vitæ laudabilis, & conuerſationis honeſtę, de beneficio certi valoris [e] alicui prouideri mandamus, adijcientes [f], quòd de beneficio minoris valoris poſſit eidem ſi voluerit [g] prouideri, ac extūc [h] † etiam inane decernentes, & irritum ſi ſecus à quoquā quauis actoritate contigerit attentari [i] : Quia decretum huiuſmodi in euentum dumtaxat prædictarum cōditionum ſuū ſortitur effectum [k] : antequā extet [l] prima conditio, beneficium prætaxati valoris, & etiam minoris priuſquàm ſuam impetrans ſuper valore huiuſmodi voluntatem declaret [m], conferri liberè poterit per ordinarium [n], aut alium executorē [o] à nobis ad prouidendū de tali beneficio deputatum. ¶Secus [p] aūt fore cēſemus [q], cum decreto appoſito alicui prouideri mandamus de beneficio, quod infrà menſem [r] à va

† In antiqo ribus libris cōſtanter legitur, ac ex nunc.

a ¶*Reputamus*.] per relationem examinatorum ad hoc deputatorum, quibus creditur. & eſt iſta forma pauperum, in qua fit examinatio quomodo legant, cantent, & conſtruant.

b ¶*Idoneum*.] iunge hic literam, prouideri mandamus de beneficio, &c.

c ¶*Si per*.] ecce conditionem, de qua infrà loquitur.

d ¶*Inquiſitionē*.] An ad hanc vocāda ſit pars plenè nota. ſupra ead. compil.de offic. deleg. cap.vnico.

e ¶*Valoris*.] De penſione prouideri non poſſet.de præben. quamuis 1.lib.6.

f ¶*Adijcientes*.] niſi hoc fuiſſet additum, de beneficio minoris æſtimationis etiam ſibi volenti prouideri non potuiſſet.de pręb.cui de non.§.vlt.lib.6.

g ¶*Si voluerit*.] ſecunda conditio.

¶*Gloſſa ſequens aperit dubium, & reſpondet, & contra opinio.notat*.

h ¶*Extunc*.] Hoc fortificabat dubium, quaſi à tempore datæ Papa voluerit quòd decretum afficeret, ſed contrarium reſpondetur, & ſupplemus ex nunc vt valeat extunc 1. Facit de vot.& vot.red.licet.ad fi.& ſic facit hæc litera contra Aegi. pro Inno. Hoſtien.& Abbate in eo quod ſcripſi de appel.pręterea 2. ſuper ver.excommunicatum.

1 Imola notat hic ꝙ clauſula, ex nunc prout extunc, reſpicit conditionē extantem non tēpus actus celebrati. remittit ad no.i l. 1. C. de codicil.ī l. huiuſmodi.ff.de ver. obl.l. lecta. ff.ſi cer.pet. Fonta.

i ¶*Attentari*.] Non dicit etiam ignoranter, & tamen ex inferioribus patet, quòd certis caſibus hoc decretū afficit ignorantes.per quod patet, quòd decretum Papæ afficit ignorantes.& de hoc de electio.ſi eo tempore.li.6. & probatur de præbend.cap.penult.eod.lib.

k ¶*Effectum*.] Aliàs fuiſſet edictum ſuper incerto, eod.tit. cap.1.§.ſubiunctum.in fin.lib.6.

¶*Glo.ſeq exponit & conſulit*.

l ¶*Extet*.] Prima ſcilicet quòd per executoris inquiſitionem ſit repertus, &c. vtile conſilium eſt quòd ſuper illa pronuntiet executor: vel quòd facta mentione de illa inhibeat, vel ſaltem ſuam poteſtatē inſinuet collatori, aliàs non facilè fortè conſtare poſſet conditionem extitiſſe.

2 Supple ſecūdo.& hoc verū ait Pe. de Anch. ſi ſecundus ñ habet đcretum.

m ¶*Declaret*.] etiam in executoris abſentia : dummodo de ea conſtet, vt infrà dicam.

n ¶*Ordinarium*.] Hoc probamus per prædict.decret.1. eod. tit.lib.6.vt ſicut ibi decretum datum cum beneficio acceptandi, ante acceptionem non impedit poteſtatem ordinarij : ita nec datum ſub conditionibus iſtis, vel alijs ante conditionis euentum. Ioan.And.

3 Pe.de Anchara. poſt Lap. tenet cōtrarium : quia gratia facta purè illi ſecundo ſtatī habuit effectū ſuū, quem iā nō dēt exiſtentia conditionis impedidire.ar.c.ab eo. de elec. li.6.l.inſulā §.fi. ff. ſolu. matrim.

¶*Glo.ſeq.fortificat textum : ſecundò tribus rationibus quæſtionem ſoluit, ſolutioni obijcit, & reſpondet, opin.ponit, & dicit primum æquum, tertiò format dubium, & ſoluit*.

o ¶*Executorem*.] Si enim non afficit poteſtatem ordinarij, ergo nec executoris alterius, qui maior eſt ordinario.de offi. deleg. ſanè. 2. & cum hoc oporteat intelligi de executore ſecundo : primus enim confert beneficiū etiam poſtquam eueniſſet conditio. Item cum hic dicatur quòd ſecundus confert ante conditionis euentum, per quod à contrario infertur ꝙ poſtquam eueniſſet conditio primi, conferre non poſſet 2. Item cum generaliter de executore loquatur, per quod etiā executorē in forma gratiæ videtur includere : hic videtur ſolui quòd hic fuit diſputatum, an impetrans primò in hac forma pauperum pręferatur ſecundo, qui impetrauit in forma gratiæ in eadem eccleſia, vel ad collationem eiuſdem, & ponitur in Mercuriali, in litera N.ſub tit. de præben. hic enim videtur quòd dummodo conditio preceſſerit vacationem, vel ſaltem collationem factam ſecundo, debetur primò 3. Facit de reſcr.tibi qui.lib.6.ſed obſtat eod.lib.& tit.c. ſi pro te.Sol. ibi conditio pendebat ex alterius arbitrio, ita quòd illo recuſante nullum ius habeat impetrans : hic verò pendet ex exiſtentia rei 4, vt in primo caſu, vel ex voluntate ipſius cui facta eſt gratia in ſecundo. Aliquibus videtur ꝙ ſecundus impetrans ante conditionem in forma gratiæ præferatur, & ſecūdùm hoc licet hęc prima conditio quo ad idoneitatem perſonæ ſit de præſenti, inquiſitio tamen circa id fienda eſt de futuro. De ſecunda etiam non dubitatur quin ſit de futuro, & ſecundùm hoc ſequeretur quòd ſi duo impetrauerunt ſub hac forma, ſi ſecundus primò peruenit ad conditionem, erit potior 5, cū prius ipſius decretum afficiat, vt hic.facit prę di.decr.ſi pro te. & qđ not.eo.tit. ſi ſoli.lib.6. æquum videtur quod prius dixi, vt ex quo cōditio primi p̄ceſſit collationem factam ſecundo, præferatur primus ſecundo habenti formam gratiæ, vel pauperum : nec verum eſt ꝙ ſemper debeatur illi ꝓ quo prius eſt effecta, vt probat predi.decre.tibi 6 ſic ergo eſt fortior gratia conditionata ex exiſtentia rei vel volūtate eius pro quo ſcribitur, quā dependens ex voluntate tertij, vt pędixi. Sed ſingas hunc caſum : Habet A.hanc formam pauperum in certa eccleſia, ſecundò habet B.ſpecialem gratiam in eadem, & talem quæ afficit : vacat beneficium in ipſa eccleſia, quod ante primi conditionem extantem ordinarius confert C.demum extitit conditio poſtquam executor B. ſibi contulit illud : poſt quę executor A.primi illud ſibi contulit, quęritur cuius ſit beneficium? Dico ſecundùm prædictam opinionem per decre.pen.de pręben.lib.6.quòd primus eſt potior : collatio enim ordinarij facta C.nō valuit, nec tenuit impediente gratia illius B.pro quo beneficium illud erat affectum in eum caſum, in quem non debebatur illi A. effectus ergo conditionis poſtea exiſtentis, qui eſt vt decretum afficiat, vt hic, per illam collationem impediri non potuit.collatio.n.facta B.non tenuit, ex quo prius extiterat primi conditio 7. ex quibus concluditur quod prędixi. aſſurgat ergo primus ſecundo, ex cuius perſona conſequitur quod aliàs ſibi perijſſet : & eſt ſimile eod. tit. auctoritate. lib.6.Si verò collatio facta B. pręceſſiſſet cōditionem primi, tunc etiam planum eſſet quod B. potior eſſet in beneficio, per hanc literam.Idem ſi tenetur ſecunda opinio, quæ habet, quòd forma gratiæ pręueniens cōditionem faciat ſecundum potiorem, etiam in beneficio poſt conditionem vacante.

4 Anch. dicit ex poteſtate executoris, cuius declaratiōi ſtatur, arg. no. in fin. c. prudētiam. de offi. del.

5 Idem Ancha. qa beneficiū eſt ei affectū, & fortè ſic practicaretur. Imola.

6 Imo non probat cum vtraque gr̄a fuerit ibi pura, vna hic conditionalis, qua pendēte nil eſt in obligatione. Fonta.

7 Imo tenuit Pet. Anc. fortiter repugnans gl. Imo ēt ait gl. in prima conditione huius tex.đ iure nō procēdere. Fōt.

¶*Glo.ſeq.dicit quid approbat, & exponit*.

p ¶*Secus*.] Hic approbat quod not.ſuprà eod.tit. quia cunctis.in prin.lib.6.& quod not.Archid. eodem libr.de præben. dudum.& dic ſecus in hoc.ſcilicet quòd in caſu iſto non valeret collatio ordinarij, vel alterius executoris infra menſem facta, licet ante acceptationem.

¶*Glo.ſeq.ſoluit dubium, & literæ reſpondet*.

q ¶*Cenſemus*.] Licet per hoc verbum videretur ius nouum inducere, cum tamen ratio antiqua & directè ab olim iuuenta fuerit hæc forma contra decr. quia cunctis.vt ibi not.in 1. glo. puto quòd reſpiciat pręterita 8 nec contradicat hoc verbum, quod ſecundùm deriuatores ponitur etiam pro iuſſu, deliberatione, æſtimatione, & ſententiæ prolatione.& concor.j. proxi.reſpon.& dixi ſ̃.ea.compil.de proba.literis.

8 Ex hac glo. nota ꝙ quando cōſtitutionis rō eſt antiqua, extēditur tunc cōſtitutio etiā ad præterita, quod eſt valde notabile. Abbas.

¶*Glo.ſeq.ſoluit dubium, & ponit ſtylum. ſecundò quærit : ponit opin. & duas ipſius rationes, & ſoluit, ad rationes illas reſpondens. tertiò aliam queſtionem ſoluit, & ſolutionem impugnans tenet ipſius contrarium*.

r ¶*Infra menſem*.] Iſte terminus inualuit de ſtylo, & more curiæ. Idem tamen dicas de quolibet alio termino maiori, vel minori in literis expreſſo. Solet autem curia ſic ſcribere : Beneficium eccleſiaſticum cum cura, &c. etiam ſi dignitas, &c. ſi quod vacat ad præſens, vel vacabit in tali, &c. quod per te, vel procuratorem tuum ad hoc legitimè conſtitutum infra vnius menſis ſpatium poſtquam tibi vel eidem procuratori vacatio huiuſmodi innotuerit, duxeris acceptandum, conferendum tibi, &c. diſtrictius inhibentes venerabilibus, &c. ne de illis interim etiam ante acceptationē huius diſponere quoquo modo præſumant : ac decernentes irritum & inane, &c. tamen ex hac litera videtur quòd minus plena clauſula, ſcilicet habens mandatum cū poteſtate acceptandi & ſpatio temporis & decreto ſufficiat. Sed quæritur an tàlis expectās poſſit acceptare

Acceptare valēs intra menſem an poſt menſē acceptare poſſit.

poſt

poſt menſem beneficium adhuc vacans? Videtur quòd ſic: cũ hęc clauſula in ipſius fauorem appoſita ad ligandas manus ordinarij, in ipſius expectantis odium non debeat retorqueri. de reg. iur. quod ob gratiam. lib. 6. cũ ſuis concordan. & hoc placet Archidiaco. 1 de præben. dudum. lib. 6. & videtur expreſſum eod. lib. & tit. ſi tibi abſenti. nõ credo quòd ſi clauſula reſeruatiõis & poteſtas executoris adiungit̃ beneficio vacaturo, quòd acceptabit impetrans infra mẽſem, vt in text. & in forma quam ſuperius ſcripſi: quòd poſt menſem per expectantem acceptari poſſit beneficium vel ei conferri. Et tunc ad regulã, quod ob gratiam, reſpondetur vt ibi no. quòd hoc inducit forma mandati. per decre. cui de non. de præben. lib. 6. Ad decre. ſi tibi. reſpondeo quòd loquitur cum collatio præcedit acceptationẽ, ſcilicet cum beneficium ab ordinario purè confertur, & poſtea ad acceptandum terminus aſſignatur: tunc enim cum prima pura collatio per illius termini lapſum perempta non ſit, prouiſus re integra poſt terminum acceptabit: hic verò acceptatio pręcedit collationem cuius faciendæ poteſtatem executor non habet, niſi infra tempus limitatum fuerit acceptatum. fateor tamẽ quòd ita poſſet eſſe diuiſa reſeruatio à ſpatio temporis, quòd locus eſſet opinioni contrarię, vt ſi dicatur beneficium quod in tali loco vacauerit, quod duxeris acceptãdum, tibi conferendum collationi noſtræ præſentibus reſeruamus, inhibentes ne infra menſem poſtquàm tibi de vacatione conſtiterit, aliquis de illo præſumat quacunque auctoritate diſponere, &c. ponderetur ergo reſcriptorum tenor. de priuileg. porrò. Si autem ſecundùm nouam formam Papa dat canonicatum, & circa præbendam dat beneficium acceptandi infra menſem, tunc licet reſeruatio, & executoris poteſtas adiungatur præbendæ, infra menſem acceptare poterit, vt ſupra dixi: ita quòd poſt menſem ex vi reſeruationis acceptari vel per executorem conferri non poſſet: quia tamen canonicus eſt ex vi canonicatus, videtur quòd ſi nullus ibidem expectat etiam poſt menſem, ſibi petenti per ordinarium conferri debet, & cum decreto, id eſt quòd alteri collata non tenet. per decre. ſi clericus. 2. reſpon. de præbend. lib. 6. ſed hoc caſu poſſet dici contrarium: quia in caſu decre. ſi clericus. expirauerat poteſtas executoris: ſed hic adhuc durat quo ad aliã quæ vacabit, ſi acceptabitur infra menſem: nihil ergo mirum ſi ibi ordinarius auditur. Item ſicut nec ibi ordinarius habet poteſtatem ſuper neglecta 2, ita nec hic. & hoc teneas.

1 Cuius dictum fortificat Pet. Ancha. per l. iſq bonis. §. 1. ff. de ceſſ. bo. tñ tenet cũ gl. per l. Thais. §. iura. ff. de ſieeicom. lib. & ſequitur Imo. Font.

Reſcriptorũ tenor eſt ponderandus.

2 dicit Imo. ſi nemo aliꝰ ibi expectat, ordinarius poterit ex ſua liberalitate conferre negligenti. Fonta.

¶Glo. ſeq. primò ſoluit vnam quæſtionem. ſecundò ſoluit incidentem ex tertia.

a ¶*Notitia.*] hoc determinabit in fine. Et nota, quia in iſta forma non eſt locus decret. ne captandæ. eod. tit. lib. 6. vt poſſit acceptare primum incertum quod vacabit: illa enim locũ habet vt ibi patet, cũ ſimpliciter ſcribitur de beneficio quod duxerit acceptandum: tunc enim poteſt ſe fortunæ ſubmittere acceptando primum vacaturum, vel vlterius ex cauſa: ſed quando ſcribitur de beneficio quòd à vacationis notitia infrà menſem duxerit acceptandum, hæc verborum forma non patitur quòd vacaturum acceptet: fateor tamen quòd vacans poteſt acceptare, etiam ſi vacabit tempore gratiæ: verbum enim notitia vacationis, præſentem & futurũ includit, dũmodo vacet. de priuile. quia circa. nec obſtat ſi pręcedat verbũ, ꝙ vacabit, in reſeruatione, ſine verbo præſentis tẽporis, ſi quod vacat: nam illud vacabit, quod vacans reperitur: vnde dicit lex quòd verbum, oportebit, tam pręſens quàm futurum tempus ſignificat. ff. de verborum ſignificatio. l. verbum. in princ. tit. Ad idem eo. tit. verbũ erit. & aliud eſt dicere, vacabit, aliud, vacare inchoabit. & hoc conuenit huic menti, ſecus vbi mens reſiſteret, vt ibi.

Oportebit, pręſẽs & futurũ tẽpus ſignificat.

b ¶*Afferat.*] Simile de priuileg. ſi Papa. lib. 6.

¶Glo. ſeq. commendat & fortificat, obijcit & ſoluit.

c ¶*Quinetiam.*] Summè fuit vtilis iſta particula, cum enim executor datus cum clauſula acceptandi, poteſtatem non habeat in conferendo beneficium, niſi ex quo fuerit acceptatum tota die de collationibus opponebatur quòd non valebant, quia non præceſſerat acceptatio, & quia ipſius præcedentis acceptationis deficiebat quandoque probatio, ſuccumbebat expectans. licet igitur verbum acceptationis non exprimat, ſatis eſt tamen quòd petit conferri, vel recipit collatum. Multa ſimilia colligas ex not. de ijs quæ ſi. à maio. parte cap. ex ore. de appella. ad audientiam. &c. dilecti 2. vnde ex quo per inſtrumentum de promiſſione conſtat, præſumitur interrogationẽ præceſſiſſe. inſti. de inuti. ſtipul. §. ſi ſcriptum. ff. de verbor. obl. ſciendum. Sic ſatis eſt quòd hæres ſe immiſceat, licet verbo non adeat. inſti. de hær. quali. §. pen. ff. de acq. hære. Iulianus. §. ſi ſeruum. & l. ſi quis extraneus. §. interdum. Tamen qñque non ſufficit facti proſecutio. de appel. ab eo. 1. reſpon. lib. 6. de elect. eccleſia. j. de baptiſ. c. 1. & pen. ſed in decre. ab eo. eundo ad iudicem appellationis non ſatisfit iuri volenti per apoſtolorum delationem ipſum iudicem inſtrui. Electio & baptiſmus formas habent, nec ſine illis ſufficeret 3 animus, etiã de quo conſtaret; ſed cum hic ſolùm de animo & acceptatione quæratur: de illo ſatis conſtat per hic expreſſa. Ioan. And.

3 Si baptiſmꝰ aquę ſuſcipi pt, oĩo ſuſcipiẽdus eſt, nec ſufficit animus ſeu propoſitũ: ꝙ ſi ſuſcipi ñ poſſit, tunc per baptiſmum flaminis, vel ſanguinis quis ſaluari pt, vide B. Thom. par. 3. q. 66. art. 12.

... [vacatiõis] ipſius notitia [a] duxerit acceptandũ: vt appoſitio menſis eiuſdem aliquid afferat [b] impetranti. Quinetiã [c] beneficiũ quod acceptare poterat, petẽdo ſibi per ſuum executorẽ [d] conferri, aut [e] recipiendo ſibi pręſenti [f] collatum: ipſum ex hoc acceptare, & collationẽ taliter ſibi factã valere cẽſemus. ¶Cæterũ [g], vt tam diuturnis vacationibꝰ, quàm fraudibus, & litibus occurratur: p̃dictę vacationis notitiã impetrantẽ interpretamur habere, ex quo ipſa vacatio in loco [h], vel eccleſia [i] huiuſmodi beneficij puclicè nota [k] erit. Imputet quidẽ ſibi ſi hoc caſu, quo de ipſius commodo agit̃, id qđ

d ¶*Executorem.*] Licet petitio & collatio de quibus hic loquitur, requirant executoris præſentiam, cum aliàs de acceptatione non appareat: acceptatio tamen ſine præſentia executoris fieri poteſt, dummodo de illa fides fieri poſſit, vt not. eod. tit. quia cunctis. ad fin. lib. 6. quod etiam ibi placet Inno. Hoſt. Archid. & Guli. in Specul. de act. & peti. §. pen. verſ. item not. ad ſi. licet Compoſt. videatur velle contrarium. de reſcri. cap. in glo. magna. circa fin. verſi. quid ſi literæ.

e ¶*Aut.*] Nota alternatiuam: ſufficit ergo alterum.

f ¶*Præſenti.*] Idem in procuratore habente ad hoc ſpeciale mandatum, quod probat ſtylus curiæ quem præmiſi, & ſcripſi de præbend. accedens. ad hoc finis huius cap. ibi, vel per aliũ. Sicut & electio per procuratorem fieri poteſt. de elect. quia propter. & c. penult. & matrimonium contrahi. de procur. c. ſi. lib. 6. facit etiam eod. lib. de reg. iur. poteſt quis. & ff. de procur. ſi is qui Stichum. & ff. de leg. 1. ſi ſit. §. ſi quis ita. Non obſtat. ff. de verb. obli. l. vlt. in prin. & l. ſi ſtipulatus fuerim. in princ. quæ non loquuntur in procuratore.

¶Glo. ſeq. quæſtionem ſoluit.

g ¶*Cæterùm.*] Acquiſſima & expediens fuit etiam hæc prouiſio.

h ¶*Loco.*] Si locus vbi ſita eſt eccleſia careret habitatoribus ſatis videretur ponderanda notitia loci vicinioris, facit ſuprà ea. compil. de foro comp. quamuis. de elect. vbi periculum. §. porrò. lib. 6.

i ¶*Vel eccleſia.*] Nota per alternatiuam, quòd ſatis eſt quòd in eccleſia ſit publica, licet in loco vel oppido ſit occulta.

¶Glo. ſeq. ſub dubio fortè ponit dictum, per quod etiam ſoluit quatuor dubia, & ſolutionem fortificat.

k ¶*Nota erit.*] Fortè quo ad hũc caſum inductus eſt rigor iſte, ꝙ menſis currat ẽt ei qui non fuit in culpa, vt quia tantũ diſtabat à loco beneficij quòd poſt factam gratiã cũ tunc vacaret, vel paulò poſt vacaſſet, infra menſem id ſcire nõ potuit, vel procuratorem habebat in loco, ſed mortuus eſt, vel his ſimile. p hoc tñ quod in hoc caſu ſpecialiter ſtatuit̃, vt probat litera, quæ ſequitur in hoc caſu: & quod pręcedit ibi prędictę vacationis, non recedo ab eo quod no. de pręb. ſi clericus. lib. 6. hic em̃ datus eſt mẽſis in literis qui currit à tẽpore notitię. Determinat ergo qñ dicatur habere notitiam in hoc caſu, ibi verò punitur ſimpliciter negligentia, & ſic non ſe tangunt. Et idem dico de ijs quæ notaui de reſcrip. capitulum. ſuper gloſſa. & ita dico etiam quod hic dicitur locum non habere in caſu decretal. ſi pluribus. de prębend. lib. 6. Vnde ſi Papa contulit proprio motu præbendam ſi qua vacabat in eccleſia, & duæ æquales vacabãt: notitia vacationis poſtquàm currunt decem dies prouiſo ad eligendum, non recipietur per hunc modum: quia ibi forſan tempore quo fiebat gratia, vel prius erat notitia vacationis, de qua hic dicitur, quam forſan impoſſibile eſſet ſcire prouiſum infra decem dies: & ſic in totum ſibi periret priuilegium optandi, qui non fuit in culpa: & idem dico de extrauagan. Ioan. quæ incipit: ſuſcepti. circa medium. ſed dato quòd hic ſubſit impoſſibilitas, vel deſit culpa, durat tamen circa alia beneficia priuilegium acceptandi: facilius ergo procedit hic iſte rigor, vt in principio dixi. & tamen ex litera ſequenti videtur colligi, quòd vbi ita deficit culpa, quòd nec

per ſe,

Imputatur ei qui peritiores cõſulere potuit.

per ſe,nec per alium ſcire potuiſſet, non eſt locus huic rigori. a ¶[*Scire potuerit.*] Imputatur ergo illi, qui ſcire potuit inquirendo. ſic etiam imputatur illi qui ſcire potuit peritiores conſulendo.ff.de bono.poſ.l.in bonorum. vndè dicitur ꝙ vigilantibus, &c.ff.de his quæ in fraudem credi.l.pupillus.

quando contractus ſapit alienationem.vt hic.Zabarella.
¶*Prima glo.ſummat, & dicit quid facit, & diuidit.*
b ¶[*Monaſteriorum.*] Religioſus qui concedit alicui ad vitã, vel certum tempus iura,redditus,vel poſſeſſiones adminiſtrationis cui præeſt,ſuſpenſus eſt ab officio,niſi duo concurrant:

per ſe,vel per alium ſcire [a] potuerit, ignorauit.

TITVLVS IIII.
De rebus eccleſiæ non alienandis.

¶Clemens v. † in concilio Viennenſi.

¶ *Religioſus qui concedit alicui ad vitam,vel certum tempus iura,redditus,vel poſſeſſiones adminiſtrationis cui præeſt, ſuſpenſus eſt ab officio, niſi duo concurrant, nec valet conceſſio.duos caſus excipit. hoc dicit. Ioan.And.*

CAP. I.

Monaſteriorum [b], & aliarum adminiſtrationum regularium diſpendijs occurrere cupientes, perpetuo [c] prohibemus [d] edicto †, ne quis religioſus [e] monaſterio,prioratui,eccleſię, ſeu adminiſtrationi cuiuis [f] præſidens, iura, redditus [g], aut poſſeſſiones [h] eiuſdem, alicui [i] ad vitam eius [k], ſeu aliud certum tempus pecunia [l] etiam inde recepta quouiſmodo [m] concedat: niſi neceſſitas [n], aut vtilitas [o] monaſterij, prioratus, eccleſiæ, aut adminiſtrationis huiuſmodi hoc expoſcat: conuentus ſui, aut ſi conuentum non [p] habeat, prælati proprij [q] aſſenſu ad hoc nihilominus [r] accedente. Siquis autẽ cõtra hoc fecerit †, pœnã [ſ] ſu-

DE REBVS ECCLESIÆ NON alienandis.

Cõtinuatio.

¶ *Viſum eſt ſuprà de conceſſione † præbendæ, & eccleſiæ non vacantis, poſſet aliquis dubitare, vtrum res eccleſiæ poſſint alienari, vel non, ideo annectit rubricam, de rebus eccleſię non alienandis.*

† Aliàs ita: Idem.

Monaſteriorum.] CASVS. Quidã religioſus Prior alicuius prioratus,vel habens aliquã adminiſtrationẽ in abbatia noſtræ dominæ de Exolduno,conceſſit alicui ad ſuam vitam redditus & fructus ſuæ adminiſtrationis, ſiue prioratus:& hoc fecit ſine cauſa rationabili, vel ſi fecerit cum cauſa,tamen ſine decreto abbatis:quæritur, vtrum valeat talis conceſſio? Dicit quòd non:& concedens incurrit pœnas huius cap.Sed quæritur,vtrum religioſus poſſit locare,vel dare ad firmam, aut vẽdere ad modicum tempus fructus ſuę adminiſtrationis,ſiue prioratus? Dicit ꝙ ſic.hoc dicit.H.R.No. ꝙ religioſus non poteſt alienare fructus & redditus ſui prioratus ſiue adminiſtrationis ad magnum tempus,& ſi contrafecerit incurrit pœnam ſuſpenſionis,quæ ſuſpẽſio etiam ſuſpendit à celebratione, & ſi celebrauerit incurrit irregularitatem. Nota ibi, *Conuentus*, ꝙ abbates aliquando habent ſpecialem iuriſdictionem in prioratibus ſibi ſubiectis, & tunc alienatio fructuum & iurium prioratus poteſt fieri cum conſenſu abbatis & conuentus ſeu etiam capituli quando capitulantur, & nõ requiritur conſenſus epiſcopi. Et iſtud hodie ſeruatur, quia priores faciũt decretari iſtas alienationes in capitulo generali. Nota quòd beneficiatus poteſt locare fructus ſui prioratus ad modicum tempus. Sed quæritur quod tempus dicitur modicum? Quidam dicunt per c.fi.ne prælati vices ſuas.in antiq.ꝙ beneficiatus poteſt locare fructus ſui beneficij ad ſeptẽ annos. ſed communis opinio eſt,quod poteſt locare ad decem annos. Nota ibi, *Cupientes occurrere diſpendijs*, id eſt damnis, ꝙ melius eſt ante tempus occurrere quam poſt cauſam vulneratam remedium quærere. Nota inhibemus perpetuo edicto, id eſt prohibemus ſtatuto in æternum duraturo: quia volumus ꝙ iſtud edictum ſiue ſtatutum,de rebus eccleſiæ non alienandis, ſit perpetuum,ita ꝙ nunquam alienentur res eccleſiæ.Not.reditus, tus, tui, penultima correpta. & dicitur à redeo redis, & ſignificat duo. Reditus enim dicitur quod redit, quia ſingulis annis redeat: Vnde Ouidius de ſine titulo.

Turpe thori reditu cenſus augere paternos.

Item reditus,id eſt reuerſio: Vnde Ouidius in Epiſt.

Vera queror reditu verba carere fide.

Et dic redditus,id eſt cẽſus,qui ſingulis annis redduntur.Not. *Poſſeſſiones*. Poſſeſſio, ſecundum Azo. C.de acqui.& retinen. poſſ.eſt corporalis rei detentio, corporis & animi & iuris adminiculo concurrente, Vel ſic,Poſſeſſio eſt ius quoddam,quo aliquis rẽ corporalem verè in poteſtate habet. Et dicitur corporalis rei,ideo quia ſola corporalia poſſidentur. Incorporalia autem dicuntur quaſi poſſideri, & quaſi tradi per patientiã & vſum: Nam incorporalia non poſſunt corporaliter apprehendi,ſicut ſunt iura & ſeruitutes, & ideo non poſſidentur.c. conqueſtus.de foro compe.in gl.ff.de vſuca.l. ſequitur.§.ſi vitia & tamen præſcribuntur. Poſſeſſiones ſunt agri, fundi latè patentes. publici, priuati, quos etiam in initio quiſque vt potuit occupauit. atque poſſedit, vndè & nuncupati ſunt. Inde poſſeſsiuncula, culæ, id eſt parua poſſeſſio: nomen diminutiuum de poſſeſſio,nis, Not.in verbo, *Conuentus*. ꝙ ſicut non licet prælato ſine conſenſu capituli agere, ſic nec contrahere. l.au.qui alleg.de iudi.cauſam. Sed primum regulariter non eſt verum.de reſcr.edoceri.dic vt di. Item nec ſecundum, niſi

nec valet talis conceſſio. Duos caſus excipit. & tria facit. Primò prohibet. Secundò: ibi, *Si quis.* punit & decernit. Tertiò excipit: ibi, *Verum.*

† Propter expreſſionem huius verbi hęc cõſtitutio ab omnibus vt lex gñalis eſt ſeruanda.vt l.3.C.de legib. Bonifacius de Vital.

c ¶[*Perpetuo.*] id eſt, generali, vel perpetuo duraturo. de elect. vt circa.& c.ppetuo.lib.6.
d ¶[*Prohibemus.*] ſaltem quo ad pœnam fateri oportet, ꝙ eſt iuris noui editoria.
¶*Glo. ſeq. notat à contrario, & incidens dubium ſoluit.*
e ¶[*Religioſus.*] Seculares ergo clericos nõ comprehendit hęc conſtitutio: ſed ſi tales conceſſiones faciũt, dic vt legitur & not. 16. q. 1. poſſeſſiones.de ijs quæ fiunt à præla.continebatur.ſi aliàs alienant, locus eſt canoni.12.q.2.mouemus.eod.tit. ſi quis.ſi locant, dic vt not.ne prælati vices ſuas.c.fi.

† Aliàs attẽtauerit.

¶*Glo.ſeq.exponit, & quæſtionem ſoluit.*
f ¶[*Cuiuis.*] id eſt ſiue perpetuæ,ſiue temporali.maximè enim propter obedientiarios, qui faciebant hos contractus reuocari timentes ad clauſtrum emanauit hæc conſtitutio. & dato ꝙ non ſint obedientiarij, facilius remouentur à ſuis adminiſtrationibus. de accuſa.qualiter 2.in fine. de ſimo.licet.& cap.per tuas non autem puto eam locum habere in religioſo, qui pręeſt eccleſiæ ſeculari, & quaſi clericus ſecularis. & hoc probat principium.
g ¶[*Redditus.*] differunt à fructibus,vt patebit in fin.Io.And.
h ¶[*Poſſeſſiones.*] certas 1, vel omnes.
i ¶[*Alicui.*] priuato,vel collegiato.
k ¶[*Eius.*] recipientis, vel concedentis: & talis conceſſio dicitur perpetua.ff.pro ſoc.l.1. & not.10.q.2.perpetua.
l ¶[*Pecunia.*] an dans hanc pecuniam repetat 2? vide quod not.& dixi eo.tit.ad audientiam.

1 Not. Panormi.ꝙ indefinita iuris non æquipollet vniuerſali. Fontan.

m ¶[*Quouiſmodo.*] ab hac gñaliter excipit duos modos in fi.c.
n ¶[*Neceßitas aut vtilitas.*] ſufficit alterũ: ſic alibi æquiparantur hæc duo.de æta.& quali. quæris. de præb. expoſuiſti. & in diſpenſationibus.1.q.7.tali. & facit eo.tit.dudum.lib.6.
o ¶[*Vtilitas.*] de ſyndi.c.vnico.
¶*Glo. ſeq.notat à contrario, & illud determinat.*
p ¶[*Non habeat.*] Innuit ꝙ ſi habeat conuentum,non requiritur conſenſus prælati. hoc verum quo ad euadendam huius conſtitutionis pœnam: ſed aliàs ad validandum contractum perpetuum requiritur omnis ſolemnitas alienationis. eod.tit. dudum.lib.6.& conſenſus epiſcopi.12.q.2.abbatibus.& c.ſeq. & c.placuit.17.q.4. in venditionibus.

2 Ita, ſi habebat bonã fidem. ſi malam datur fiſco aut pauperibus.glo. Bart.in l.iubemus. 2. §. ſanè. C. de ſa.ſan.eccl. Font.

¶*Glo.ſeq.dupliciter exponit, & not.pro Innocentio.*
q ¶[*Proprij.*] De epiſcopo 3 videtur intelligendum in non exemptis per iura allegata in fine proximæ gloſſæ, in exemptis de Papa.de priuileg.auctoritate.§.1.lib.6. forſan intendit iſte textus approbare qđ recitabat Inno.de tranſact.ſtatuimus.vbi dicit quoſdam dicere, ꝙ abbates qui habẽt eccleſias ad ſe pertinentes pleno iure,poſſint in illarum alienationibus auctoritatem præſtare.& facit ĵ.de ſtatu mona. attendentes.poſt prin. & quod not.in authen.de ali.& emphy.contra.in princ.coll.9. & hoc cõiter ſeruatur: quod videtur fieri poſſe, ex quo habẽt epalem iuriſdictionem, vel quaſi.ad hoc de priuile.abbates.in fi.lib.6.vnde dicebat ipſe Inn.de priuil.cũ & plantare.§. in eccleſijs. & placet ibi Hoſt. ꝙ presbyteri non poterant alienare, nec maximas cauſas agere ſine conſenſu patronorũ exemptorum: quia tales exempti vices epiſcoporum gerunt. arg.12.q. 2.ſi qua.& c.placuit. de vo.magnæ.§.cum igitur. cum concor.

3 Pro hac gl. vide Felinũ, & alios in c. auditis. extra de pręſcrip. Panormitanum in c. at ſi clerici §. de adulterijs.de iudic. & in c. ſtatuimus. de tranſact.

r ¶[*Nihilominus*] id eſt non eo minus quòd ſubſit neceſſitas, vel vtilitas in contractu.
¶*Gl.ſeq ponit dictum, & remittit.ſecundò quærit & remittit.*
ſ ¶[*Pœnam.*] quæ de ſui natura perpetua eſt, ex quo tempus non adijcitur. de hoc de conſti. ex literis. ſed quis abſoluet?

Pœna de ſui natura eſt perpetua.

Vide quod dixi de ſolu.c.2.in fi. & quod dicam ȷ̄ de hæret.c.1.circa.finem.

a ¶*Officio.*] Vide quod dixi ſuper eo.ver.ȷ̄. de deci.c.1.

b ¶*Acquiratur.*] Simile eod.tit.hoc conſultiſſimo.lib.6.vbi contractus non valet, & punitur faciens.

¶*Glo. ſeq.dubium ſoluit, & ſolutionis obiectioni reſpondet opi.ponit, quam improbat, & de incidenti quæſtione remittit.*

ſpenſionis ab officio [a] eo ipſo incurrat, nec ex conceſſione ipſius recipiēti ius aliquod acquiratur [b]. ¶Verū præmiſſa ad locationes [c], vel etiam redditūum, aut fructuum [d] venditiones ad tempus modicum [e] faciendas delaramus vllatenus non extendi.

¶Idem.

¶*Epiſcopus vnire poteſt eccleſiam alteri, vel loco religioſo donare, etiā non vocato rectore, vel defenſore. hoc dicit. Zabarel.*

CAP. II.

SI vna † eccleſia [f] alteri [g] eccleſiæ, ſeu dignitati [h] alicui, vel præbendæ [i] per epm [k], ſuo cōſentiente [l] capitulo vniatᷓ [m], aut religioſo loco donetur [n], ex eo ꝙ rector [o] ipſius ad hoc vocatus [p], vel ſi vacabat [q]; defen

c ¶*Locationes.*] prohibitus alienare, obligare, vel vendere, poteſt locare, & quod plus eſt conductorem creditorib. delegare. ff. de leg.2. l.penul.§.inſtituto. Ad id ff.loca.non ſolet. prælati ergo locāt, nec per ſtatutum epiſcopi poſſunt adſtringi vt locent certis perſonis. de loc.c.2. Quod autem dixi quod locare non eſt alienare, illud verum eſt ſi fiat ad modicum tempus, vt hic, & ſic non obſtat eodem titulo, nulli.vt ibi dixi, licet Accur.in prædicto §.inſtituto. in fi.dicat quod prohibitus alienare locet ad cētum, vel mille annos, ſed non approbatur, & Dynus ibi contra. Si autem prælatus locās ad modicum tempus, infra tempus moritur: quid iuris, no.ne præla. vices ſuas.c.fin.

Locare non eſt alienare

d ¶*Fructuum.*] Concor.de elect.generali. in fi.lib.6. & quomodo plus eſt in reditu quàm in fructu, ibi not.in glo.pen.

¶*Glo.ſeq.exponit.quærit.ponit opi.quam commendat, ſubdens quinque alias opi.& pro pluribus habendis, remittit.*

e ¶*Ad tempus modicum.*] Determinat tam verbum locationes, quàm verbum, venditiones, vt ſit ſenſus: ꝙ locatio ad modicum tempus & venditio fructuum ad modicum tempus non includatur in prohibitione. Sed dubitatur quod dicatur modicum tempus.gl.ff.de ſuperfi.l.1.§.quod ait. dicit id relinquendum iudicis arbitrio.alleg.ff.de iure delib.l.1.in fin.ff.de effrac.l.1.§.1.& facit de offi.deleg. de cauſis.de accuſ. inquiſitionis.1.reſponſo.& quod no.de loca.potuit.& quod no.ſ.eo. hoc conſultiſſimo.lib.6. & videtur hoc æquum propter varias conditiones regionum. Idem tenuit olim in l.fi.ff.ſi ager vectiga. ſed poſtea in additione videtur approbaſſe ꝙ modicum tempus dicatur infra decennium. C.de præſcr.long.temp.l.fi. ff.qui & à qui.ma.ſi cū fideicōmiſſo.§.Ariſto, ponit etiam opinionem, quæ habet, ꝙ modicum tempus dicatur triginta dierum.ff.de iti.actuque priuato.l.1.§.1. Alij biennium.ff.loca.& condu.cum domini.inſtit.de lite.ob.in fi.Alij quinquennium. facit quod no.Io.de coniu.ſer. licet.& quod not.Hoſt.vt eccl. bene.c.vnico.in fi.Alij ſeptennium.ne præla.vi.ſu.c.fin.De diuerſis ſpatijs temporum poteſt argui per ea quæ ſcripſi de fideiuſſ.c.fi.de cleri.coniuga.Ioannes, in 4.quæſtione.

Tēpus modicum quid contineat.

SI *vna.*] CASVS. Papa, vel epiſcopus conſiderans paupertatem alicuius eccleſiæ, voluit vnire aliam eccleſiam illi eccleſiæ certis ex cauſis: Et ponamus ꝙ iſtæ eccleſiæ habent rectores: quæritur vtrum ad vnionē requiratur conſenſus rectorum? Dicit ꝙ non. Sed quid ſi velit venire eccleſiā parochialem alicui monaſterio; quæritur, vtrum requiratur conſenſus rectoris? Dicit ꝙ non, tñ non aufertur propter aliquod præiudicium ipſi rectori durante vita ſua, ſed quantùm ad valitudinem vnionis non requiritur cōſenſus rectoris. Sed quid ſi epiſcopus vult vnire eccleſiam ſuæ menſæ epiſcopali, quæritur, vtrum poſſit cum conſenſu capituli? Dicit ꝙ non: quia non poteſt ſe auctorizare in cauſa ſua, ſed opus eſt qđ adeatur archiepiſcopus. Sed vtrum ipſe poſſit aliquā eccleſiam parochialem vnire menſæ ſui capituli? Dicit ꝙ non, quia capitulū non poteſt dare conſenſum ad ſuam vtilitatem. Not.ꝙ eps poteſt vnire vnam eccleſiam alteri ſine conſenſu rectoris, ſed tñ per hoc non fit præiudicium ipſi rectori. No.ꝙ eps alicui loco religioſo poteſt concedere aliquas eccleſias cū conſenſu capituli.c.paſtoralis.de dona.in antiq.tñ vt dictum eſt, non ſit præiudicium rectori.c.conſultationib.eo.ti.in antiq. No.ꝙ antiquitus vt eps eſſet particeps in ſuffragijs aliquorū religioſorum, donabat eccleſiam tenendam cum perceptione iurium & fructuum. No, per hoc quod dicit, *decernimus*, quod hic Papa inducit nouū ius. Not.quòd dictio, *Alter*, repetit eandem qualitatem, probatur hic in verbo, *alteri*. iuncta gl.quę intelligit alteri, ſ.eccleſiæ. Simile not.de dictione alius.de reſcriptis.ſedes. Not.ꝙ eccleſia dari poteſt loco religioſo, & multis modis poteſt eccleſia ſpectare loco religioſo, de quibus de præben. de monachis.& ſ.de ſupplen.negli.præla.cle.vnica. Zabarella.

¶*Glo.prima dicit quid faciat, & quid determinat.*

f ¶*Si vna eccleſia.*] Se ſummat duo dicens: & quas opiniones determinet, infra dicam: ſed principaliter quæ not. Inno. & Hoſtien.vt eccleſiaſt.benefi.c.vno.in fine.

g ¶*Alteri eccleſiæ.*] 10.q.3. vnico. Et ſi ſit alterius diœceſis ꝑ vnionem non præiudicatur diœceſano. de relig.do. c.2.& ſcripſi de priui. paſtoralis.

h ¶*Dignitati.*] de pb. extirpandæ.§.qui verò.

i ¶*Præbendæ.*] vt in prędic.§.q verò.& eo.ti.ex poſuiſti. & intellige ꝑ prędic.decr.etiā de præbēda cathedralis eccleſiæ.non obſtante ȷ̄.ꝑx. reſponſo, vt ibi dicam.

†Circa vniones vide ſtatuta in concilio Tridē. ſeſſio. 7. de refor.c.6.& ſeſſio.24.de refor.c. 13. & 15.& ſeſſ. 21.de refor. c.9.

¶*Glo.ſeq.opi.ponit, quam probat, & remittit.*

k ¶*Epiſcopum.*] de exceſ.præla. ſicut vnire.vbi not.Innoc.& abbas poſt eum, ꝙ licet ad abbates ſpectent eccleſiæ pleno iure, tamen illas vnire non poſſunt, vel vnam alteri ſubijcere, cū hoc ſit epiſcopale, per prædi.decret.alleg. etiam de cōſue.cum dilectus.facit quod dicam ȷ̄.c.proxi. & ȷ̄.de ſta.mo.ne in agro. §.ad hoc.vbi dicam an hoc præſcribere poſſint.

¶*Glo.ſeq.ſucceſſiuè ponit duo dicta Hoſt.quę improbat.*

l ¶*Conſentiente.*] Non eſt iſte caſus, in quo ſufficiat conſiliū. & hic reprobat quod not. Hoſti. de ijs quę fi.à pręla.nouit.vbi dicit epiſcopum ſine capitulo poſſe donare eccleſiā loco egenti ad ſuſtentationem miniſtrorum: allegat de dona.conſultationib. Item quia facit ꝙ debet prouidendo egētibus, & in hoc officium ſuum exercet.12.q.1.præcipimus.& c.ſeq.10.q.1.regenda.& c.ſeq.93.di.diaconi.ergo non eſt locus contradictioni.de præb.extirpādæ.1.& 2.reſpon. Dicebat tñ, ꝙ tutius erat cōſilium canonicorum requirere, ſed prout vides hic requiritur conſenſus.& ſecūdùm hoc intellige prædic.decr.ſicut vnire.in prin.& de priuil.tuarum.in prin. No.etiam ipſe Hoſt.eo. tit.ea noſcitur.ꝙ de cōſuetudine præſcripta 1 poteſt epiſcopo competere, vt ſine conſenſu capituli poſſit conferre eccleſiam alteri eccleſiæ ad ædificationem. Et contraria eo.ti.tua.& c.paſtoralis.& de dona.paſtoralis intelligit de iure cōi: & cum epiſcopus circa hoc indulgentiam vel præſcriptionem non habet, tñ conſilium præſcribi non poteſt, ſecundùm eum. ſecus etiam dixi de voluntaria conceſſione, quæ ſine cauſa fieret eccleſiæ habenti congruam ſuſtentationem, arg.1.q.2.paſtor.vel quæ fieret laico: ſed non puto hoc præſcriptibile ꝙ etiam in caſu licito alienet prælatus ſine conſenſu capituli, vt ſcripſi de do.paſtoralis.in fi. & facit finis huius capituli.

1 Vide Felinū & alios in c. auditis. extra de pręſcri. & omnino eundem Felinū in c. cum cauſa de re iudic.

m ¶*Vniatur.*] De vnione ſatis no.ne ſede va.c.1. 16.q.1.tpis.

n ¶*Donetur.*] Hic iunge literam infra, nequaquam id poterit impugnari. & facit quod metus cauſa, cum dilectus. & quod ibi not.

o ¶*Rector.*] De rectore eccleſiæ, non de prælato cui ſubeſt eccleſia loquitur, cuius conſenſus requiri videtur 2. ȷ̄.de ſta. mona.c.1.§.ad hoc.

2 Idem Panor. Font.

¶*Glo. ſeq.rationem reddit, quam opi.coadiuuat, & oſtendit reprobatam opi. Hoſtienſis.*

p ¶*Vocatus.*] non extitit, quod eſt ȷ̄. Et ratio huius ſumitur de dona.conſultationib. fit enim talis vnio, vel donatio ſine præiudicio rectoris, vt ibi. Dicebat ergo Inn.in decr.vt noſtrū. ꝙ dignitas inſtituta diminui non poterat irrequiſito illo, cuius erat ſine cauſæ cognitione. Not.tamen Hoſt.de exceſ.pręla.ſicut vnire. ꝙ epiſcopus eccleſias vnire nō poterat ſine collaudatione, vel conſenſu ambarum eccleſiarum.alleg.eo.tit.c. 1.& de ijs quę fi. à præla. cap.1.& in hoc dicebat eum à Papa differre, vt ibi ſcripſi: quod hic reprobatur.

Vnio duarū eccleſiarum poteſt fieri ſine conſenſu ambarū.

¶*Gl.ſe.docet quod approbat, ſignat contrariū & dupliciter ſol.*

q ¶*Vacabat.*] Approbat quod no.Inno.& Hoſt.vt eccle.benef.vt noſtrum.in fine. vbi tenent eccleſiam vacantem vniri & donari poſſe ſicut & dignitas vacans ſupprimi poſſet.de conſt. cum acceſſiſſent. Contra.ne ſe.va.c.1. vbi ſede vacante non diſſoluitur vnio: æquè igitur videretur quòd tunc fieri non poſſet. Sol. illud in epiſcopalibus ſedibus. Vel ibi Papam principalius mouit ſecunda ratio: ne ſcilicet notari poſſet de ſubita mutatione, & quòd ordinationem prius factam feciſſet contemplatione perſonæ tunc viuentis nunc defunctæ: aliàs etiam vnionem epiſcopatuum facit mortuo altero epiſcopo, vt 16.q.1.& temporis.

Eccleſia vacans vniri & donari pōt.

¶Glo.

¶Glo. ſeq. ponit obie. & ſolu. quam fortificat per ſimilia, & per opinionem.

Minus prohibetur quandoq; vbi maius permittitur.

a ¶*Defenſor.*] Videbatur contrarium: quia ſi res eccleſiæ vacantis ex cauſa dignitati donetur, oportet defenſorem dari, vt eo.tit.dudum.lib.6. Eſt ergo hoc de caſibus, in quibus minus prohibetur, vbi maius pmittitur: poteſt enim eccleſia vacans, dari ſine defenſore, vt hic: ſed poſſeſſio, vel res eccleſiæ non, vt ibi. Et eſt ſimile de elec. nemo deinceps.lib.6. & qđ not. de cõſue. cum dilectus. in 3.gl.de tranſla.c.vlt. in gl.pen. Dicebat Inn. de elect. ſignificaſti. vt ibi ſcripſi, ſuper gl.2. ꝙ epiſcopus & capitulũ poterant aliquid ſtatuere ſuper beneficio vacante, & electus illud ſeruare tenebatur. alleg.decr. vt noſtrum. quod intelligit ibi Hoſt. ex cauſa & ad tempus 1, ſed perpetuum præiudicium non poſſent inferre dignitati, vel rectoriæ, ipſa ſic manente: licet illam poſſent in totum tollere. de conſti. cum acceſſiſſent. vel religioſo loco conferre. de don. conſultationib. & c. paſtoralis. Et ad id quod dicitur, qui poteſt totum, poteſt & partem. de offi. deleg. paſtoralis. in prin. ff. de rei vend. quæ de tota. Reſpondet Hoſt. ꝙ in totum conferri permittitur vt diuinus cultus augeatur. de conſti. ex parte. & vt pauperes ſuſtententur. de præben. expoſuiſti. Permittitur etiam tolli: quia ſuperflua, vel oneroſa. arg. 68. diſt. cor epiſcopi. Diminutio, veel detractio denegatur, vt eccleſiaſtica beneficia in ſua integritate permaneant, niſi ex cauſa magna. remittit ad dec. dudum. eo. tit. de præb. maioribus. & c. vacante. Ex his patet, quòd ſæpe id quod minus videtur, eſt maius, eo reſpectu quo ius plus illi reſiſtit. ex cauſa. 2

ſor [a] ei ſuper hoc datus non extitit, nequaquam id poterit impugnari. ¶Quòd [b] ſi epiſcopus (ſui etiam capituli accedente conſenſu (menſæ [c] ſuæ, vel ipſi [d] capitulo [e] aliquam duxerit eccleſiam [f] vniendam: hoc irritum eſſe decernimus [g], & inane, contraria quauis [h] conſuetudine non obſtante †.

† In quodã manuſcripto ſatis vetuſto poſt verbum, nõ obſtãte, ſtatim ſubſequunť hæc verba: niſi ad id ſuperioris ſui cõſenſus accedat.

1 Idem Panormitanus

2 Placet doctorib. Font.

¶Glo. ſeq. iuſtificat, & dicit quid approbat & reprobat.

b ¶*Quod ſi epiſcopus.*] Quod hic dicitur probabatur olim per c. quæſti ſunt. 17.q.4. & approbat quod no. ibi Io. in §. præcedente. & quod not. de don. paſtoralis. & reprobat quod not. Innocen. in d.c. vt noſtrum. vt eccle. benef. vbi tenebat, quòd auctoritate capituli ſui epiſcopus poterat eccleſiam in ſuos vſus conuertere.

¶Glo. ſeq. primò rationem reddit, quam per opi. coadiuuat. Secundò ar. à minori, quæſtionem ſoluit. Tertiò not. ad duas opini. Hoſt. & vtranque determinat.

c ¶*Menſæ ſuæ.*] vt dicebat Io. in gl. prius alleg. epiſcopus nõ poteſt auctorizare in facto proprio 3, ſicut nec œconomus, 10.q.2 hic vſus. in fi. nec tutor. ff. de au. tu. l. 1. & l. pupillus. nec prælatus. de inſti. c. fin. & idem de capitulo, vt ſtatim ſequitur: quod etiam tenebat Gul. in Specu. de ijs quæ fi. à præla. in fin. & facit quod dixi poſt Inno. de cenſi. prohibemus. ſuper gl. 2. Et not. quia ſi non valet vnio, cum alter ſolus, ſcilicet epiſcopus vel capitulum auctorizat in facto proprio: fortius non valeret cum auctorizaret vterque, vt ſi communiter menſæ epiſcopi & capituli per eos vnitur eccleſia. Facit autem hæc litera ad not. per Hoſt. in ſumma de deci. §. & vtrum. ver. 12. in fi. vbi tenet ꝙ laicus habens decimam per antiquum feudum ab alia eccleſia, non poteſt illam donare epiſcopo, ne ipſe epiſcopus auctorizet in facto proprio. Puto tamen ꝙ bene poſſet illam donare capitulo epiſcopali, auctoritate epiſcopi: & eſt ratio: quia cum in caſu illo ſufficiat auctoritas epiſcopi ſine capitulo, vt dixi in decret. cum Apoſtolica. de ijs quæ fi. à præla. non poteſt dici ꝙ capitulum eo caſu auctorizet in facto proprio: ſed in vnione, vel datione eccleſiæ ſecus, cũ ibi conſenſus capituli ſit neceſſarius. de ijs quæ fi. à præla. tua. de dona. paſtoralis. Item facit pro & contra ad id quod ipſe Hoſt. not. de conſti cum acceſſiſſent. vbi tenet, ꝙ dignitas non confirmata per Papam, de eccleſia cathedrali tolli poteſt per ipſius capitulum ex iuſta cauſa, & epiſcopo auctorizãte, ſi bona epiſcopi & capituli ſint diuiſa: ſi verò eſſent communia, nonne auctorizaret epiſcopus in facto ſuo? Sed dicit tunc recurrendum ad archiepiſcopum, vel ad Papam. de iure pa. nullus. Videtur ꝙ cum iſte non ſit de caſibus archiepiſcopo reſeruatis, qui no. de offi. ord. paſtoralis. quòd eo caſu & iſto de quo textus loquitur, ad Papam ſit neceſſe recurri 4.

3 Vide Alexandrũ conſil. 79. lib. 1. incip. circa primum. & conſil. 106. incip. quo ad præſens, eo. lib.

4 Idem Panor. dicens gl. mente tenendã Font.

d. ¶*Ipſi.*] ſuo ſcilicet.

¶Glo. ſeq in quæſtione remittit. ſecundò diuerſitatem ponit, & rationem reddit.

e ¶*Capitulo.*] Cum capella curata donatur capitulo, quis habeat eius curã, vide quod ſcripſi poſt Hoſt. de præb. expoſuiſti. ſuper gl. 3. & eo. tit. cum non ignores. in prin. Et not. quia ſingulari præbendæ etiã maioris eccleſiæ poteſt vniri eccleſia per epiſcopum & capitulum, vt ſ. proxi. reſpon. capitulo verò nõ, vt hic. & ratio ſumitur 12.q.2. qui manumittitur. cũ ſuis concor. quia capitulum non auctorizat in facto proprio, cum ſingulari præbendæ capituli vnitur eccleſia.

TITVLVS V.

De rerum permutatione.

¶Clemens v. in concilio Viennẽ.

¶Collatio de beneficijs cauſa permutationis vacantibus facta alijs quã permutantibus, non tenet. h.d. Zabar.

CAP. VNICVM.

NE conceſſione [i] iuris vtentibus [k] præſertim circa ſpiritualia

¶Glo. ſeq. ponit dictum Hoſt. quod dicit declarari debuiſſe.

f ¶*Eccleſiam.*] Declarari debuiſſet, an ſit idẽ in donatione, quã facit eṗs capitulo ſuo, de eo quod ſpectat ad mẽſam ſuam. ꝙ no. Hoſt. de ijs quæ fi. à præla. nouit. & ponit caſum de epiſcopo abundante, & capitulo egente, & dicit ꝙ valet. inducit quod ſ. dixi in gl. non eſt. Dicit etiam ꝙ non obſtat iuramentum de non alienando, cum non ſit propriè alienare quod in dominio eccleſiæ retinetur. ff. de leg. 2. vnum ex familia. & l. Imperator. §. fi. & l. ſeq. dicit tamen ꝙ tutius eſſet, ꝙ illud fieret ſuperioris auctoritate. inſti. de aucto. tut. in fi.

¶Glo. ſeq. ſub dubio quæſtionem ſoluit, & contra ſolutionem allegat.

g ¶*Decernimus.*] Licet ratio huius iuris ſit antiqua: fortè noluit comprehendere præterita. Et eſt ſimile de poſtu. c. vnico. lib. 6. Sed contra hoc facit litera ſequens, quæ conſuetudinem damnat, conſuetudo verò notat tempus præcedens, ergo videtur præterita reſpicere.

¶Glo. ſeq. exponit, & dat ſimile.

h ¶*Quauis.*] ſcilicet etiam cuius contrarij, vel initij non ſit memoria 5. Damnatur ergo hæc conſuetudo, ꝙ quis auctorizet in facto proprio. Alibi quòd quis ſit iudex appellationis à ſe interiectæ. de conſue. c. 2. lib. 6.

5 Idẽ Pano. dicẽs gl. procedere, ſi ponantur verba ſimilia, ſ: quantocunque tempore, nulla cõſuetudine: ſecus tamẽ ſi ſimpliciter damneť cõſuetudo, pſcriptione ſimpliciter dãnata non intelligiť ſtatim de omni præſcri. c. 1. de pſcri. lib. 6. vide hic do. Cardi. §. ꝙ ſi epiſcocop. 2. col. ver. 8. quæro Fonta.

DE RERVM PERMVTATIONE.

¶Viſum eſt ſuprà de bonis eccleſiæ non alienandis, dubitaret aliquis, vtrum res eccleſiæ poſſent permutari, hoc eſt de vna perſona in aliam transferri: ideo annectitur rubrica, de rerum permutatione.

N*E conceſſione.*] ¶Præſupponendum eſt primò illud quod habetur in c. vnico. eo. ti. in 6. videlicet, ꝙ beneficium quod eſt reſignatum in manibus ſuperioris cauſa permutationis faciendæ, ꝙ per talem reſignationem non dicitur beneficium vacare, ſic ꝙ poſſit alteri qui non ſit de compermutantibus conferri. Secundò præſupponendum eſt, ꝙ actus legitimi non recipiunt diem, nec conditionem, & ſicut collatio beneficij non poteſt fieri ſub conditione, ita nec reſignatio.

CASVS. Cum poſſideres iuſtè & canonicè aliquod beneficium mihi propitium, & ego poſſiderẽ aliud beneficium tibi propitium, affectabamus permutare adinuicem huiuſmodi beneficia: Et tractauimus de permutãdis beneficijs noſtris: qui tractatus eſt permiſſus, dummodo non fiat pactio arreſtata inter partes, ſed totum ponatur in arbitio ſuperioris: acceſſimus ad epiſcopum & ſupplicabamus, vt ipſe vellet acceptare reſignationes cauſa permutationis faciendæ: epiſcopus recepit reſignationem, & ſic vacauerunt noſtra beneficia: quæritur, vtrum eṗs poſſit illa beneficia vacantia conferre & dare quibus voluerit? Dicit quòd non: ſed tuum mihi, & meum tibi conferre debet. hoc dicit. H.R. Colligo aliqua notabilia. Primò, quòd quis non debet decipi legis auctoritate. Secundum, quòd beneficia vacantia cauſa permutationis faciendæ, non poſſunt conferri niſi cum con permutantibus. Not. tertiò ꝙ volentibus permutare ſua beneficia, licitum eſt exprimere ꝙ reſignant cauſa permutationis faciendæ, & non aliàs. Not. ꝙ maximè in ſpiritualibus debet euitari illuſio: ſic etiam duplicitas, & fraudandi voluntas. 22.q.2. ne quid. 24.q.5. excommunicatorum. de poſtula. c. fina. Not. finaliter, quòd ante permutationem poteſt præcedere tractatus. de hoc in glo. in verſi. volentibus. Zabarella.

¶Glo. prima dicit quid facit, & quid determinet.

i ¶*Ne conceſſione.*] ſe ſummat ponens ius nouum & æquiſſimum: Et determinat decretalem, inter cætera. de præben. & ſ. eo. tit. cum vniuerſorum.

k ¶*Vtentibus.*] per hanc literã dico decr. hanc locum habere

vbi in fraudem expectantium fieret permutatio., cum illi non vtantur conceſſione iuris: ſed ius fraudent.eo.tit.c.vnico.lib.6.de renun.c.vlti. eo.lib.

a ¶ *Illudatur.*] Concor.cle.ſ.de renun.c.vnico.& ibi concor.

1 Vide Feli. in c.de quarta. extra de preſcrip.

b ¶ *Beneficia.*] Includit 1 etiam hoſpitalia & loca ſimilia, quæ permutari poſſunt his caſibus, quibus in beneficium conceduntur: quæ habentur.ſ.de relig.domi.quia contingit.§. vt autem. illa verò quæ non conceduntur in beneficium, non videntur poſſe cum beneficijs permutari, cũ beneficiorum adinuicẽ permutatio fieri debeat.

† In vetuſtioribus codicibus etiã impreſſis conſtanter legit ita: ſi beneficia ex cauſa, &c.

illuddatur[a]: ſi qua † beneficia[b] ex cauſa[c] permutationis ab aliquibus reſignata, alijs quàm ipſis permutare volentibus[d] conferantur[e]: nullius hoc eſſe volumus[f] firmitatis.

TITVLVS VI.
De teſtamentis, & vltimis voluntatibus.

¶ Clemens v.in concil. Viennenſi.

¶ *Ordinarius loci rationem exigit à religioſis etiam exemptis de teſtamentorum executionibus, quas geſſerunt: & ſi circa id deliquerint, illos punit. Ioan. And.*

CAP. VNICVM.

Religioſis[g] etiã exemptis, deputatis[h] ad executionem cuiuslibet[i] vltimæ voluntatis, circa ipſius executionis officium (quod vtique[k] non poſſunt niſi à ſuperiori ſuo petita ſuper hoc licen

c ¶ *Ex cauſa.*] Benè ergo licet renuntianti in actu renuntiationis hoc exprimere, ꝙ renũtiat permutationis cauſa,& dato quòd hoc non exprimatur, ſatis eſt quòd conſtet ex coniecturis, vel prius actis.

d ¶ *Volentibus.*] Ergo tractatus permutationis inter partes procedere poteſt: tamen ipſa permutatio expeditur ſuperioris officio.& vide quod ſcripſi.ſ.eo.quæſitum.

¶ *Glo. ſeq. generaliter intelligit, dicens, quòd epiſcoporum eſt permutare, & rationem reddit: quærit de capitulo vacante ſede, & ſoluit diſtinguendo. in fi. ampliat textum, & ſoluit contrarium.*

e ¶ *Conferantur.*] per illos in quorum manibus fiebat reſignatio,vel per alios collatores. Hoc tamen ſcias,ꝙ epiſcoporum eſt permutare, vel permutationibus auctoritatem præſtare, & non inferiorum,vt not.Hoſt.in ſumma huius tit.§.quis poteſt. ver.& nunquid. & dixi.ſ.eod.quæſitum. cum enim concilium Turon̄.prohibet permutationem, contra id non diſpẽſat, niſi cum permiſſum eſt.& idem Archidiaconus eo.ti.c. vnico.li.6. & facit quod not.ſ.c.proxi.in prin.ipſi tamen inferiores, quorum eſt conferre,vel eligere,habent conſentire,vt not.in prędict.decr.vnica.Quid de capitulo vacante ſede epiſcopali: poterit ne permutationi auctoritatem præſtare? Puto ꝙ ſic:cum hoc ſit iuriſdictionis epiſcopalis, in qua tunc ſuccedit.de maior.& obed ijs quæ. & c.cum olim.eod.tit.c. vnico.lib.6. cum concor.hæc vera,niſi beneficia illa,vel alterum illorum ſpectarent ad collationem epiſcopi ſolius ſine capitulo.: quia cum in talium beneficiorum collationem nõ ſuccedant: ergo nec in conſenſu, quem neceſſe habet præſtare collator. & idem ſi habet eligere, vel præſentare, vt ſcripſi,ne ſede vacante.c.2.ne vna via cõcedatur quod alia prohibetur. de reg.iur.cum quid. lib.6. Si verò vnà cum capitulo haberet facere prædicta, cum capitulum tunc poſſit conferre,eligere,vel præſentare.ne ſede vac.c.vnico.lib.6.ergo poterit vt capitulum conſentire, & vt epiſcopus auctorizare. Puto autem ꝙ hoc decretum afficiat, nedùm collationem, ſed etiam omnem electionem, poſtulationem & præſentationem, quæ fieret de alio ad aliud beneficium ſic renuntiatum: hoc enim eſt de mente, & eadem ratio eſt 2. Et decre.de præb.cum in illis.lib.6. loquitur in impetrationibus beneficiorum, quæ ſunt odioſæ.

Epiſcoporũ & non inferiorũ eſt permutationib. auctoritatẽ præſtare.

Capitulũ ſede vacante, poteſt pmutationib' auctoritatẽ pſtare.

2 Nota non exorbitãtia ex idẽtitate rationis extendi. Font.

f ¶ *Volumus.*] Hoc iure nouo: quaſi innuat ꝙ olim in hoc caſu neceſſaria erat gratioſa prouiſio, & ſic ſoluantur not.eo. tit.cum vniuerſorum. de præben.inter cætera. ſicut aliàs in ſimili caſu agitur ad intereſſe.ff.de præſcrip. verbis.l. naturalis. in princip.& in fine.

DE TESTAMENTIS ET VLTIMIS VOLVNTATIBVS.

Cõtinuatio.

¶ *Viſum eſt ſuprà de actibus viuentium: nunc videndum eſt de actibus decedentium: ſiue morientium: ideo annectit rubricam,de teſtamentis, &c.*

R*Eligioſis.*] ¶ Præſupponendum eſt primò,ꝙ ad curam epiſcopi ſpectat & pertinet,vt vltimæ voluntates demandentur executioni: Et ex officio poteſt cogere executores,vel hæredes ad exequẽdum huiuſmodi voluntates, & ad reddendum rationem de ijs quæ fuerunt relicta à teſtatore. Secundò præſupponendum eſt, ꝙ religioſi non poſſunt deputari executores alicuius teſtamenti ſine conſenſu ſui abbatis.

CASVS. Titius tendens ad mortem fecit ſuum teſtamentũ: inſtituit pauperes hæredes, vel aliqua legata eis reliquit: ad exequendum ſuam voluntatem, fecit ſuum executorem aliquem religioſum, qui acceptauit huiuſmodi officium executoris, petita prius licentia à ſuo abbate & obtenta: Epiſcopus voluit cogere illum religioſum,vt oſtenderet qualiter fuerit executus voluntatem teſtatoris: dicit ille religioſus, ꝙ erat exemptus à iuriſdictione epiſcopi, & quòd nõ tenebatur coram eo comparere:quęritur vtrum iſte religioſus bene dicat? Dicit ꝙ non,imo nõ obſtante ſua exemptione poteſt cõpelli ad reddendum rationẽ: & ſi deliquerit, epiſcopus poterit illum punire.No. quòd religioſus datus executor ab aliquo teſtatore, non poteſt huiuſmodi officium acceptare, niſi petita & obtenta licentia à ſuo abbate. Not.ꝙ epiſcopus poteſt cogere hæredes quãdo non ſunt executores ſpecialiter deputati ad reddendum rationem qualiter impleuerunt voluntatem defuncti. Not.quòd ſi executor teſtamenti deliquerit in exequendo teſtamento, epiſcopus poterit illum punire. Not.caſum in quo exempti perdunt priuilegiũ exemptionis, videlicet ſi fuerint deputati executores alicuius teſtamenti.Alium caſum habes in c.1.ſ.titu.proxi.Not.quòd quis dicitur pręſcindere materiam delinquendi,quando obuiat rei, quę poſſet eſſe cauſa delinquendi,vt hic clarè patet.Not.quòd conſummatio teſtamenti dicitur executio teſtamenti.ſimile.ſ. eo. tua. Zabarella.

¶ *Prima glo. ſummat,diuidit, & dicit quid determinat.*

g ¶ *Religioſis.*] ordinarius loci rationem exigit à religioſis etiã exemptis de teſtamẽtorum executionibus,quas geſſerunt: & ſi circa id deliquerint,illos punit. Et primò ponit motiuum conſtituentis.Secundò conſtitutionem.Tertiò pœnam.Et incipe conſtructum ibi: *Volentes*. Et quo ad rationem per executorem reddendam determinat quod not.in Specul.de inſtr. edi.§.nec verò aliqua.verſi.ſed an ſimplex. quod quaſi ad literam ponit Archi.88.diſt.epiſcopus tuitionem.

¶ *Glo. ſeq. tractat quid de deputatis, ſoluens diſtinguendo tria membra, & in tertio ſubdiſtinguit.*

h ¶ *Deputatis.*] Not. quòd non dicit, deputandis: per quod videtur velle quòd conſtitutio reſpiciat præterita: quod verum puto de futuris geſtionibus fiendis etiam per iam deputatos,quamuis exemptos.& facit quod no.ſ.ea.compil.de æta. & quali.vt hi qui.in glo.quod poſteris.& de vi.& hone.cleri.c. 2.poſt prin. Sed in præteritis geſtionibus factis iam per exemptos ante hanc conſtitutionem,non puto quòd hæc decre.locum habeat: ad quod facit litera ſequens: conſtat enim quòd circa iã geſta præſcindi non poteſt materia delinquendi.Si verò exemptus religioſus prius deputatus iam ante conſtitutionem,partem geſſerat,partem verò geſſit poſt conſtitutionem, ſi ratio poſt geſtorum non connectitur prius geſtis: quia ſingulis annis percipit certos redditus, quos conuertit in certos pios vſus, de poſtea geſtis rationem reddat. ad hoc de elect. ſi eo tempore. libr.6. ſed ſi ratio poſt geſtorum ſine prius geſtis inutilis videretur,non tamen cogetur ad illam reddendam.ad hoc.ſ.de appel.ſuper eo 1.reddat ergo Papæ, legato, vel ſuo ſuperiori,vt quo ad illam ſtemus antiquo iuri.

i ¶ *Cuiuslibet.*] Comprehendere vult etiam codicillos. & vide quod ſcripſi eo.tit. ſuper rubrica.

ADDITIO. Dicit Paulus quòd vltima voluntas comprehendit omnem teſtamentorum ſpeciem, ſiue ſit militare, vel priuatum,ſolemne, vel nuncupatiuum C.eo.hac cõſultiſſima. & l. iubemus. & de his per Hoſtienſ. in ſumma eod.§.3. & in Specul.de inſtru.edi.§.compendioſè.ver.ad huius autem.Zenzelinus dicit,quòd comprehendit quamlibet vltimam voluntatem, ſiue ſit teſtamentum, ſiue codicillus,ſiue donatio cauſa mortis, ſiue epiſtola, cum indiſtinctè loquatur. ff. de eſſra. l.1.de priuile.quia circa.dicit etiam Pau. quòd procedit,quod hic dicitur, etiam ſi vltima voluntas ſit confecta in ſanitate, dum tamen ſit morte confirmata.13.q.1.c.fi.de cele. Miſ.cum Marthæ. Zabarella.

k ¶ *Quod vtique.*] interpoſitio: quæ tamen habebatur eod. tit.c.2.lib.6.& de clauſtralibus loquitur,vt ibi not.

¶ Glo.

tiam & obtenta [a], ſuſcipere [b]) volentes præſcindere materiam [c] delinquendi: Præſentis conſtitutionis auctoritate ſtatuimus, quòd tales [d] (etiam ſi prælationis fungantur officio) locorum [e] ordinarijs † debitam reddere [f], ipſique ordinarij ab eiſdem abſq; dolo, fraude, ſeu negligentia, de ſuſceptæ executionis officio teneantur exigere [g] rationem: Illos quos circa id deliquiſſe reperint, in aliorum exemplum [h] pœna debita [i] (quocunq; non obſtãte priuilegio [k]) puniri.

¶Glo. ſeq. primò dicit quid reprobat. ſecundò quærit, arguit negatiuè, & ſoluit.

Teſtamenti exequẽdi licentia religioſo data, an per ſuperiorẽ re integra reuocari poſſit.

a *¶Obtenta.*] Reprobatum videtur quod diſputando ſoluerat dominus meus, in hoc caſu tacitam licentiam ſuperioris ſufficere. quod vide in Mercu. eod. titul. ſub litera G. [aliàs ſub litera S.] Sed dubitatur nunquid ſuperior q religioſo dedit licentiam ſuſcipiendi hoc executionis officium, poſſit licentiã reuocare re non integra, vt fortior ſit quæſtio. Et videtur ꝙ reuocari non poſſit, cum ſit adſtrictus rationi reddendæ, vt hic: & qui ſemel ſuſcepit, exequi cogitur: eo. tit. Ioannes. puto ꝙ malè facit ſine cauſa reuocando, non tamen credo ꝙ ſubditus reſiſtere poſſit, cum velle nõ habeat. & optimè facit 33. q. 5. manifeſtum. tunc ergo perficiet executionem collega, ſi quem habet, vel is de quo teſtator prouidit, vel epiſcopus. quod dic vt eod. tit. c. 2. lib. 6. & vt ibi no. in glo. penul.

† Vide concilium Trident. ſeſſio. 22. de refor. c. 8.

Fratres Minores non poſſunt eſſe teſtamentorum executores.

b *¶Suſcipere.*] Fratres Minores non licentiãtur hodie ad hęc officia, nec illa ſuſcipiunt. quod dic, vt ĩ. de verb. ſignif. exiui. §. proinde. ver. item ꝙ executione. & §. cupiẽtes. ver. verum etiã.

c *¶Materiam.*] Concor. de vſuris. c. 1. lib. 6.

¶Glo. ſeq. quæſtionem ſoluit.

d *¶Tales.*] ſcilicet religioſi etiam exempti. & per hoc puto ꝙ in ſecularibus exemptis non habeat locum quod hic dicitur. & licet ſubſit eadem ratio: ſatis eſt tamen ꝙ eorum priuilegijs conſtitutio iſta non derogat 1, & fuit fortè impulſiua ratio: quia religioſi plus delinquebant in his. Eſt ſimile. ĩ. de cen. c. 1. & de priuil. c. 1. & de pœnis. cupientes. poſt princip. de ſen. excom. c. 1. de deci. c. 1. & vide quod not. in 1. glo.

1 Not. hic Cardi. ꝙ licet ius odioſum extendatur per identitatẽ rationis, non tñ extenditur ad caſum priuilegiatũ, vnde poſſet inferri quòd priuilegiũ non tã facile perditur ſicut ius cõe de quo Galiau. in l. cẽturio. Font.

e *¶Locorum ordinarijs.*] Non dicit, diœceſanis. & facit ad id quod ſcripſi eo. tit. Ioannes. ſuper ver. diœceſanum.

¶Glo. ſeq. alleg. concor. quærit & remittit.

f *¶Reddere.*] rationem teneantur, quod ſequitur. concor. ĩ. de relig. domi. quia contingit. §. illi etiam. Quid ſi teſtator liberauit eum ab onere rationis reddendæ: Vide quod ſcripſi eo. tit. Ioannes. in penul. q. vbi etiam aliquid de modo rationis reddendæ not. & in Spec. prædic. §. nunc verò. ver. ſed nunquid ſecundum dictum.

¶Glo. ſeq. notat, per quod dubium ſoluit.

g *¶Exigere.*] Not. ꝙ duo ponit & vt diuerſa: per quod videtur, ꝙ iſti executores etiam ordinarijs non petentibus rationem reddere debeant: ſi tamen offerunt: ſed ſi ordinarius nõ recipit, eis non imputabitur. de reg. iur. imputari. lib. 6.

h *¶Exemplum.*] ſ. ea. compil. de offi. ord. c. 1. cũ ſuis concor.

i *¶Debita.*] arbitraria, ex quo certa ſtatuta non eſt. de offic. deleg. de cauſis.

k *¶Priuilegio.*] ĩ. c. proxi. & vide quod ibi dicam.

DE SEPVLTVRIS.

Cõtinuatio.

¶Viſum eſt ſuprà de teſtamentis: verùm quia teſtatores in teſtamento eligunt ſuas ſepulturas, ideo annectit rubricam, de ſepulturis.

Eos qui.] CASVS. Certis ex cauſis poſuit epiſcopus iſtam ciuitatem ſub interdicto eccleſiaſtico, cuius interdicti effectus eſt, vt tempore interdicti non adminiſtretur myſteria diuina, exceptis duobus, videlicet baptiſmatis, & Euchariſtiæ: Durante interdicto aliquis mortuus elegit ſepulturam apud locum noſtræ dominæ Burdgaleñ. vel apud aliud locum exemptum ab epiſcopo, vel archiepiſcopo: modò quæritur, vtrum iſti exempti poſſint impunè tradere ſepulturæ corpus iſtius mortui? Dicit ꝙ non, imo ipſo facto ſunt excommunicati. Et idem dicendum eſt, ſi aliquis tradat ſepulturæ alicui eccleſiæ excommunicatum publicè, vel interdictum, vel publicum vſurarium. Not. *Temeritatis.* Temeritas, tis, id eſt, fatuitas, præſumptio. & habemus temerè aduerbium, vt ſ. in cle. de ſum. tri. & fide catho. Not. *Contemptum,* id eſt ſpretum. Not. *Interdicti,* Quid ſit interdictum dixi ſ. in cle. quamuis. de fo. comp. & ibi dixi ꝙ ſunt plura interdicta: & promiſi vobis ibi dicere de alijs interdictis, quæ hic ſubijciam, & continuabo ad alia ſuprà videlicet, quòd eſt interdictum, quod dicitur interdictum de mortuo inferendo, & habet locum, vt quis non prohibeatur mortuum inferre & ſepelire quo licet ei inferre, & ſepelire, vt ff. de interd. l. 1. in prin. vt ſi via prohibeatur, vel ſepulchrum ædificare, vel lapides ad ædificandum per fundum ducere, vt ff. eo. l. 1. §. prætor ait. & §. ſi iter mihi. §. vim habere. & §. fin. ¶Item eſt interdictum momentaneę poſſeſſionis, & eſt illud quo agitur de poſſeſſione retinenda, ſicut vti poſſidetis, vt ff. vti poſ. l. 1. §. 1. vel agitur de poſſeſſione adipiſcenda, vt eſt quorũ bonorum, quorum legatorũ vel quo agitur de poſſeſſione recuperanda, vt vnde vi. ff. eo. tit. de interdictis. 1. ¶Item eſt interdictũ, ne quid in loco ſacro fiat, & omnia ſequentia huiuſmodi dantur cuilibet de populo ad prohibendum ne fiat, contra quam prohibitionem ſi quid actum fuerit interdicto ꝙ vi ꝙ aut clam, ſuis ſumptibus, vel deſtruere cogetur omne quod factum fuerit, aut in priſtinum ſtatum reducere, vel reddere tenetur. vt ff. ne quid in loco publico. l. 2. §. ait prætor ꝙ in via. ¶Item interdictum, ne quid fiat in loco publico, vel itinere. & hoc interdictum prohibitoriũ eſt, & tam publicis vtilitatibus, quàm priuatorum per hoc proſpicitur. Loca enim publica vtique priuatorum vſibus deſeruiunt iure ſcripto ciuitatis. vt l. 1. §. 1. ¶Itẽ interdictum ne quid fiat in mari, vel flumine publico ripaue eius quo peius nauigetur, aut in via publica quo peius eatur. Hoc interdictum datur perpetuò omnibus: & in omnes habet cõdemnationem in id quod actoris intererat, vt l. 1. in fi. ff. de via pub. & itinere publico reficiendo. ¶Item interdictum, ne quid fiat in flumine publico, vt aliter fluat quã priori æſtate fluxit, id eſt, vt aqua fiat altior, depreſſior, rapidior cum incommodo accollentium: vt ff. ne quid in flumine publi. l. 1. in prin. §. non autem omne. ¶Item interdictum, de noui operis nuntiatione, datur ei qui prohibetur ædificare, niſi poſtquam ſatiſdederit, vt ff. de nou. ope. nuntia. l. prætor ait. §. hoc autem interdictum. ¶Item interdictum de loco publico fruendo, eſt publicæ vtilitatis cauſa propoſitum: quia tuetur vectigalia publica: ergo quis prohibetur vim facere ei ſocioue eius, qui conducit locum publicum fruendum ab eo qui locandi ius habuit, quominus loco publico ſibi frui liceat ex lege locationis, vel conductionis. & hæc habentur l. 1. §. 1. in princ. ff. de loco publico fruendo. ¶Item interdictum, de precariò, quod reſtitutorium eſt, datur ei qui precariò rogauit, & precario habet, imo etiam ſi non rogauit, dum tamen poſſideat, vt ff. eo. l. 1. in rebus. §. 1. & per totam l. precarium videtur rogare, & habere, ſi rogauit pro ſe, & habet pro ſuo, vel ſi rogauit procurator ſuus, vel negotiorum geſtor, & ipſe ratum habet, vt ff. eo. l. certè. §. 1. dum tamen accipiat † in perſonam ſuã contractum, aliter non. ff. de acqui. poſ. l. poſſeſſio. §. fi. ¶Item interdictum quòd vi aut clam, datur aduerſum eum qui in loco alterius aliquod opus conſtruxit, vel deſtruxit, dum tamen factum ſit in ſolo. ff. eo. tit. l. 1. §. hoc interdictum. Et etiam ſi vi, id eſt, per violentiam, aut clam, id eſt, occultè ſine notificatione alteri facta fecit, cum timeret ne ſi ſciret ſibi prohiberetur, vt ff. eo. tit. l. 1. ¶Item interdictum, quorum bonorum, à prętore inuentum eſt. Et datur filio emancipato aduerſus hæredem, vel poſſeſſorem, vel cõtra illum qui pro hęrede, vel poſſeſſore poſſidet ad vniuerſa bona adipiſcenda, non ad ſingulares res. Et eſt duplex, ſ. directum & vtile: Directum datur ei qui eſt bonorum poſſeſſor: Vtile datur ei qui ſuccedit iure ciuili ex teſtamento, vel ab inteſtato. ¶Item interdictum quorũ legatorum, competit hæredi ad repetendum legata, quæ ſine voluntate eius legatarius occupauit. Repetet itaq; hęres vt deducat falcidiam: alioquin ſi repeteret ſtatim recepturus †, exceptione doli poterit remoueri. ¶Itẽ interdictum, de riuis, eſt vtiliſſimũ: quia riuos, ſpecus, & ſepta reficere, & purgare prętor aquæ ducendæ cauſa permittit: dum tñ non aliter aquam ducat, quã priore æſtate fluxit, vt in l. 1. in prin. ff. de riuis. ¶Itẽ interdictum

† De intellectu vide Deciũ in c. ad hæc. extra de priuileg.

† concipiat.

† redditurus

TITVLVS VII.

De ſepulturis.

Clemens v. in concilio Vienaenſi.

¶Excommunicati ſunt etiam exempti, qui in caſibus non permiſſis defunctos ſepeliunt in cœmeterijs tempore interdicti, vel qui ſcienter ſepeliunt excommunicatos publicè, nominatim interdictos, vel manifeſtos vſurarios. Ioan. And.

CAP. I.

Eos†,

interdictum Saluianum, competit domino fundi aduerſus colonum in ſua domo habitantem, & eius hæredes de rebus coloni tacitè pignoratis pro mercibus, quas colonus in fundum intulit, vt l.1.ff.eo.tit. ¶Item interdictum, de tabulis exhibendis, datur omnibus quibus aliquid eſt adſcriptũ in talibus, vel purè, vel in diem, vel ſub cõditione, ſiue ſint hæredes, ſiue legatarij, ſiue fideicommiſſarij. ¶Interdictum de ripa munienda, merito propoſitum fuit: Nam ripas fluminum publicorum reficere, & munire vtiliſſimum eſt, ne ob id omiſſum nauigatio deterior fiat, vt in l.vnica.§.1.ff.de ripa muniẽda. Item interdictũ vt in flumine publico nauigare liceat, eſt quo proſpicitur, ne quis in flumine publico nauigare, nauem, ratemve agere, vel in ripa onerare prohibeatur: ſed vt per lacum, foſſam, ſtagnum publicum nauigare liceat, vt in l.vnica.§.1.in prin.ff.eo.tit.vbi ſubdit Vlpianus: Lacus eſt qui habet perpetuam aquam: Stagnum vero, qđ temporalem continet aquam ibidem ſtagnantem, quæ quidem aqua plerumque hyeme colligitur. Foſſa eſt receptaculum aquæ manufactũ. ¶Item interdictum vnde vi, locum habet cum quis poſſeſſionem ſoli per vim amiſit: Et datur directè cõtra deiectorem illi, qui de poſſeſſione alicuius rei immobilis deiectus eſt ſine omni cauſa, vt reſtituatur poſſeſſio de qua deiectus eſt & omnia ablata: imo dato ꝙ ibidem eſſent aliqua, quæ penes violẽtum fuerint mortua, vel aliquæ res quæ caſu fortuito perierunt, non propter hoc liberabitur, ſed in totum condemnabitur ad eam æſtimationem: quia nec mortalis, nec fortuitus caſus liberat deiectorem. ¶Item interdictum, de vi & vi armata: cum interdicto vnde vi, datur & proponitur ei qui vi deiectus eſt: Fuit enim æquiſſimum vi deiecto ſubueniri, ergo ad recuperandam poſſeſſionem hoc interdictum inuentum eſt: Ne quid enim per vim admittatur legibus proſpicitur publicorum & priuatorũ, necnon conſtitutionibus principum, vt l.1.ff.eo.tit.§ hoc interdictum.& §.ſeq. Item interdictum, Vti poſſidetis, locum habet in rebus immobilibus, ſcilicet dum de fundi, vel ædium poſſeſſione contenditur. Inſti.eo.tit de interdictis.§.ſed interdictum. Habet etiam locũ in incorporalibus, vt in quaſi poſſeſſione: & datur poſſidenti ciuiliter, & poſſidenti naturaliter: vel etiam quaſi poſſidenti gratia retinendæ poſſeſſionis. Et proponitur quotiens inter litigatores contentio eſt, vtrum poſſideant: quia alteruter magis ſe poſſidere affirmat. ¶Item interdictum Vtrobi, idem eſt cum interdicto vti poſſidetis: niſi ꝙ in hoc differunt: quia illud interdictum, ſcilicet vtrobi, locum habet cum quæſtio eſt de retinenda poſſeſſione rerũ mobilium, vt ff.vtrobi.l.vnica.§.hoc inter. Sed vti poſſidetis, locum habet cum quæſtio eſt de retinenda poſſeſſione rerũ immobilium. ¶Item interdictum de vxore deducenda, marito datur aduerſus, & contra, eũ qui dolo eam retinet ſine voluntate mariti, licet ipſa volẽte. ff.e.tit.de interd.l.1. Et de omnibus iſtis interdictis nihil ad propoſitũ noſtrum, niſi in illa ſignificatione, vt dixi ſ.in cle.quamuis de for.compet.quia tempore interdicti nulla cõferuntur ſacramenta, vel nulla ſolemniter celebrantur diuina, & tempore interdicti ſolum confertur baptiſmus & pœnitentia & alia, vt dixi ſ.in illa cle.in prin. Sed omnia iſta alia interdicta ſcripſi pro dominis canoniſtis, vt ipſi non habeant pœnam ad illa interdicta inueſtiganda: quia ipſi quamplures allegantias abhorrent, ideo continuetis adinuicem iſta interdicta: quia vtile eſt iſta ſcire. ¶Not.ibi: *Decernimus*, ꝙ totiens quotiens vtitur Papa hoc verbo, decernimus, ipſe nouum ius inducit. Not.ꝙ temeritas reprobatur. 17.q.4.ſi quis.ne cle.vel mona.cap.2.lib.6.Not.de pluralitate clauium. de hoc in glo.2.& 20.diſt.§.1. Zabarella.

qui [a] propriæ temeritatis audacia defunctorum corpora, non ſine contemptu clauium [b] Eccleſiæ, in cœmeterijs [c] interdicti tempore [d], in caſibus non conceſſis à iure, [e] vel excommunicatos [f] publicè [g], aut nominatim [h] interdictos [i], vel vſurarios manifeſtos [k] ſcienter [l] ſepeli-

¶*Glo. prima ſummat, diuidit, & dubium ſoluit.*

a ¶*Eos qui.*] Excommunicati ſunt etiam exempti, qui in caſibus non permiſſis defunctos ſepeliunt in cœmeterijs tempore interdicti: vel quia ſcienter ſepeliunt excõmunicatos publicè, nominatim interdictos, vel manifeſtos vſurarios. Et primò ponit: ſecũdò tollit obſtantia: ibi, *Nulla*] Et per hoc ꝙ dicit eos, includit cuiuſcũque profeſſionis viros, clericos, & laicos: includit etiam mulieres.& de hoc de elect. in generali.lib.6.

b ¶*Clauium.*] de exceſ.prela.c.fi.de pœn.c.fi.& no.pro pluralitate clauium. 1 de hoc remiſſionẽ dedi.de ſum.tri.c.1.ad fi.

¶*Glo. ſeq. notat & fortificat.*

c ¶*Cœmeterijs.*] ſi igitur in campis & locis priuatis eos ſepeliant, non eſt locus huic pœnæ: quod intelligo etiam ſi locus ille eſſet vicinus, vel contiguus eccleſiæ, vel cœmeterio: quia ex quo ad vſum cœmeterij non eſt per epiſcopum benedictus, de conſe.diſt.1.nemo.non erit locus huic pœnę.quare autẽ in cœmeterijs corpora ſepeliantur, vide not.13.q.2.cum grauia.

1 Vide B. Thomam in quæſtionib. additis ad 3.part.q.17. art.1.& 2.& 3.

d ¶*Tempore.*] quo tempore interdicta eſt eccleſiaſtica ſepultura, de pœnit.& remiſ.quod in te.de priuile.vt priuilegia.

¶*Glo. ſeq. ponit duo exempla, & dubium ſoluit.*

e ¶*A iure.*] hoc dicit propter clericos, ꝙ ſeruauerunt interdictum: quibus conceditur eo tempore ſepultura cũ ſilentio, & abſque cam panarum pulſatione: vt in prædic.decret. quod in te.& propter priuilegiatos circa confratres. de quibus in prædi.decret.vt priuilegia. In quatuor vero feſtiuitatibus, in quibus eo tempore celebrari poteſt alta voce, & c.de quibus in decre.vlti §.penult.de ſentent.excom.lib.6. non puto poſſe mortuos ſepeliri, licet multotiens fuerit contrarium obſeruatum.& hoc bene probat decre.cum & plantare.§.quòd ſi.de priuileg.& ille §.qui diebus illis permittit participationem diuinorum, de audiendis officijs loquitur, non de ſacramentis; quod patet ex diuiſione cap. Item ceſſat cauſa ibidem expreſſa de ſpe reconciliationis.

Sepeliri nõ poſſint mortui tempore interdicti, et in quatuor magnis feſti uitatibus.

f ¶*Excommunicatos.*] ab homine, vel à iure. & intelligas de excommunicatione maiori.de ſent.excom.ſi quem. licet enim excommunicati minori ſic decedentes ſepeliendi non ſint, vt no.Inno.eo.tit.ſacris. huic tamen pœnæ tunc locus non eſſet. de hæreticis qui excommunicati ſunt, ſpecialiter fuerat prouiſum.de hære.c.2.1.reſpon.lib.6.

¶*Glo. ſeq. tractat quæ ſit excommunicatio publica, & quid de occulta, ibi not.*

g ¶*Publicè.*] de hoc de re iudi.ad probandum. de excep. exceptionem. In glo.pen. quæ gl.non placet ſimpliciter quo ad caſum iſtum: licet enim fatear illum publicè excommunicatum contra quem publicè lata eſt ſententia, licet denuntiatus non ſit: cum prædicta decre.ad probandum non dicat publicè nuntiatum, ſed publicè excommunicatum: non tamen fateor ꝙ hoc ipſo ꝙ excõmunicatus eſt per iudicem, loco quo iudicare cõſueuit, præſentibus officialibus ſuis & partibus, vel altera contumaciter abſente dicatur publicè excõmunicatus: ſed ex qualitate fori multitudine, ſ.vel paucitate officialiũ & aſtantium, dicatur publica, vel non publica: ita ꝙ in hoc veritas rei ponderetur. 2 vt quo ad hunc caſum videamus an præſumantur ſepelientes ſcire, vel ſaltem ſit caſus quo ſit eis imputandũ ſi ignorarunt quod publicè ſciebatur.12.q.2.qui. & humanis.aliàs poſſet eſſe occultus: licet per iudicẽ in banco coram duobus vel tribus fuerit promulgata: facit in Auth.de litig. §. omnem vero. coll.8. ad hoc mouet mens & ratio iuris præponderanda verbis 3: & quod alleg.ibi in gl.nõ probat, vt ibi dixi: & vltra iura quæ cõiter allegantur de dolo & contu. c.fi.de eo qui mit.in poſ.c.fi. de cle.non reſi.ex tuæ.ff. de inſti. ſed & ſi.§.1.& 2.bene facit cle.ſ.de elect.c.cauſam.§. verum.& facit ſ.de iudi.diſpendioſam.de foro comp.quamuis. facit qđ not.Compoſt.de conſue.cũ dilectus.quod ſcripſi de elect.illa. in gl.magna circa fi.Et per hoc ꝙ dicit, publicè, dico ꝙ ſi eſſet occultus dato ꝙ ſepeliens ſciret, non eſt locus huic pœnæ. An vero ſit locus excõicationi minori, not.de priuil. ad hæc.in gl. 1.additur autem hic pœna ad pœnam, quam ſtatuit decre.epiſcoporum.de priuileg.lib.6.quæ per hanc ſublata non eſt.

Excõicatus per iudicem in loco iudiciali, an dicatur publicè excõmunicatus.

2 Placet Petrus & Ancha. & Imo. qui mihi videntur probare glo.vbi eſt imponenda pęna: ſed aliàs in iudicio excõicatus, dicetur publicè excommunicatus. Font.

3 Facit glo. Zen. in extrauag.execrabilis. §. ſtatuimus. i verbo immiſcere. Font.

h ¶*Nominatim.*] concor.de priuileg. cum & plantare.§.excommunicatos. & vide quod ibi not.ad idem eo.tit.ſi priuilegia.de præben.in Lateran.de cle.excom.propoſuit.& eſt ſimile ſ.ea.compila.de vi.& ho.cle.c.1.& per hanc literam, & prædictas ſimiles videtur ꝙ poſſit in cœmeterio ſepeliri interdictus non nominatim, dummodo locus interdictus non ſit.

i ¶*Interdictos.*] videtur ſufficere, ꝙ interdictũ ſit tale, ꝙ priuet ſepultura, vt in caſu.de ſen.excom.is cui.2.reſpon.lib.6.facit quod ſcripſi poſt Inno. & Hoſt.hoc eo.tit.ſacris.

¶*Glo. ſeq. remittit, excipit, determinat, id declarans.*

k ¶*Manifeſtos.*] qui ſint manifeſti, not.de vſur.cap.1.& 2.in prin.lib.6.& intelligas niſi cautum ſit de reſtituendo, vt ibi.& puto ſufficere quo ad ſepulturam: non dico quo ad validandum ipſius teſtamentũ, ꝙ caueatur poſt mortem 4, quod verum intelligo in illo qui iuſſit ſatisfieri de vſuris, aliàs enim non ſufficeret cautio hæredum, cum deceſſerit in peccato.de vſur.quia in omnibus.& hoc probat litera illius decret.quamquam.de vſur.lib.6.in prin.& fi.1.reſpon. accumulatur autem hæc pœna ad pœnam prædicti Lateran.concilij. quę adhuc hodie locum habet, cum expreſsè ſublata non ſit.

4 Secus ergo ſi ante mortẽ. non obſt.l. filius. & l. eius. ff. de teſt. imo idem ſi poſt mortem, vt voluit Ioan. An.in c.quã quã. de vſu. lib.6. in col. fi.ad fi. quã. quam Imol. hic neget ibi hoc dici per Io.And. Font.

l ¶*Scienter.*] requirit ergo ſcietiã hęc excõicatio.cõcor.de ſen. excõ.ſignificauit.& c.cũ deſideres. & de hęret.c.2.in prin.li.6.

¶Glo.

¶Glo.ſeq.declarari petit quinque dubia, circa quæ ponit nouem modos quibus iura loquuntur: inducit tres rationes pro, & vnam contra.

re [a] præſumunt: Decernimus ipſo facto excommunicationis ſententiæ ſubiacere [b]: à qua nullatenus abſoluantur, niſi prius [c] ad arbitrium diœceſani epiſcopi eis [d], quibus per pręmiſſa fuerit iniuria irrogata, ſatisfactionem exhibuerint competentem: nullo eis [e] circa pręmiſſa exemptionis, vel quouis alio priuilegio [f] ſub quacunq; forma [g] verborum conceſſo aliqualiter ſuffragante.

a ¶*Sepelire.*] hoc occurrunt dubia, quę principis declarationem pluſquam gloſſantis opinionem expoſcunt: ſcilicet an portantes ad ſepulturam, qui tamen non ſepeliunt, ſint excommunicati. Item quæritur de concomitantibus funus. Item de fodientibus, fabricantibus, vel aperientibus ſepulchrũ. Item de prælatis, clericis, vel miniſtris eccleſiarum, in quarum cœmeterijs ſepeliũtur, qui id non prohibent, vel patiuntur. Item de ijs clericis, vel laicis, qui portant cereos, cruces,
Sepultura vario modo à iuribus inhibetur. & ſimilia. Et circa hoc aduertendum, quòd quandoque iura prohibent in cœmeterio ſepeliri, vt hic, & de priui.ad hæc.de ſenten.excom.is cui.2.reſpon.lib.6.quandoque in cœmeterio tumulari.eo.tit.ſacris.Quãdoque ſepulturæ tradi. de vſur.quia in omnibus.de hære.c.2.1.reſpon.lib.6.Quandoque ad ſepulturam admitti.de vſur. quamquam.lib. 6.eod.lib. de priuileg. epiſcoporum.Quandoque ſepulturę clericos intereſſe.de rapt. ſuper eo.Quandoque corpora cum pſalmis ad ſepulturã duci. 23.q.5.placuit. Quãdoque iubent ſepultura carere.de tornea. c.1.de pœnit.& remiſſ.omnis. Quandoque præcipiunt extra cœmeterium ſubterrari. de ſta.mona. cum ad monaſterium. Quandoque permittunt cum ſilentio tumulari.de pœni.& re-
Sepelire, eſt mortuũ humo vel tumulo condere. miſſ.quod in te. Cum ergo hic puniat ſepelientem,non admittentem, intereſſentem, vel cooperantem (ſepelire autem eſt mortuum humo,vel tumulo condere) viderentur ſolos humo, vel tumulo corpus imponentes ligatos eſſe.facit pro hoc æquitas,ne ex vnius funere multitudo ligetur.Item conſtat ꝙ portantes & concomitantes,vel fabricantes, ſi non ſequeretur talis ſepelitio, excommunicati non eſſent.In contrarium, eſſet hæc conſtitutio ludibrio, ſi vnus ſolus ribaldus, vel ſeruiens, per quem poterit id expediri, ligari dicatur, reliquis viſitatis pompoſè, & ſolemniter expeditis.

¶Glo.ſeq.remittit,dubium ſoluit,remittit etiam de quæſtione, & de ipſius dubio incidenti quod ſoluit.

b ¶*Subiacere.*] alios caſus, quibus quis ipſo excommunicatur per has cle.vide not.j.de ſent.excom.c.1. hanc autem pœnam locum habere non puto in alijs caſibus, quibus denegatur ſepultura: quos habes not.eo.tit.ex parte.de ſta.mo.c.2.&
Excommunicatio an multiplicet multiplicato delicto. c.cum ad monaſterium. Quid de illo qui ſepelijt manifeſtum vſurarium, excommunicatum publicè, nominatim interdictum,& tempore interdicti: nunquid vna,vel quadrupli excõicatione ligabitur ex hoc facto? vide de hoc plenè qđ ſcripſi in quæſtione Gualterij; ſiue tamen vna ſola, ſiue pluribus ſententijs ex his diuerſis cauſis, quarum quælibet per ſe ſufficiat, excommunicatus dicatur: planum eſt quòd de omnibus debet ſatisfacere,& ab omnibus abſolui.de quo ſatis not.de offi. ordi.ex parte.de ſent.excom. cum pro cauſa.

c ¶*Niſi prius.*] concor.cle.ſ.de ſequeſt.poſ.c.vnico.& vide quod ibi not. Ioan.And.

¶Glo.ſeq.ſucceſſiuè de duobus quærit, & ſoluit ponit duo dicta Innoc.& Hoſtien. & ſecundum determinat.

d ¶*Eis quibus.*] ſed qui ſunt hi? forte intellexit de ijs quorum fauore fuerant latæ ſententiæ excommunicationis, vel interdicti in loca, vel perſonas quo ad vſurarios illos quibus fieri debebat reſtitutio: ſi qua etiam violentia in his fuiſſet illata clericis,vel miniſtris illis etiam fiet ſatisfactio. Item ſi illorum corpora,vel oſſa diſcerni poſſunt,exhumanda ſunt. eo. titul.ſacris.& hoc in vltimis tribus caſibus. Sed quid de primo? Dic quòd ſi ille fuit pœnitens,licet non debuerit ſepeliri: tamen non exhumabitur, ſaltem poſt relaxatum interdictum, vt not.de ſenten.excom.ſi ciuitas.in glo.penult.lib.6.& not. Inno.& Hoſtien.in decret.vlti.de exceſ.præla. ad ſi.& facit quod not.de ſent.excom.à nobis 2.in glo.penult.no.etiam Inno.& Hoſtienſ.in prædi.decret.vlti. quòd pœnitens qui ſepultus non fuit in cœmeterio propter interdictum, relaxato
Sepultus in cœmeterio tempore, interdicti, an debeat exhumari. interdicto debet in cœmeterio ſepeliri Inno.alleg. de ſenten. excom.cum illorum.& Hoſtien.in prædi.decre. à nobis.& dicunt quòd ex quo pœnitens eſt mortuus: mortuaria ab eo licite recipi poſſunt: cum pro ipſo ſit orandum.alleg.11.quæſt. 3.quæcunque.ſecus ſi non fuiſſet pœnitens.88.diſtin.cap.fi. & vide quod poſt dixi de ſentent. excom. cum voluntate. ſi intelligas de mortuarijs, quæ ipſe pœnitens de loco interdicto reliquit in morte verum puto. Idem ſi intelligas de mortuarijs, quæ poſtea darentur cum funere ſepulto in cœmeterio poſt relaxatum interdictum. De funeralibus verò quæ darentur cum funere ſepulto de facto tempore interdicti, non puto clericos licitè recipere poſſe: quia viderentur participare delicto.

e ¶*Eis.*] ſic ſepelientibus.

f ¶*Priuilegio.*] vt ſi priuilegiati eſſent contra decre.1.de priuil.lib.6.

g ¶*Quacunq; forma.*] Arg.ꝙ generalia & derogatoria verba ſufficiant. facit de hære. ſicut.§.c. proxi.verſi.nos etenim.& per Dynum de reg.iur. quod ſemel.lib.6.

¶ Idem in eodem.

¶Pars quæ titulum reſpicit, hoc intendit: Prædicatores, & Minores in locis ſuis liberè ſepeliunt illos, qui hoc liberè elegerint. De funeralibus tamen & quibuſcunque obuentionibus & relictis, etiam de quibus aliàs non debetur canonica, quartam & non vltra ſoluent eccleſiæ parochiali. hoc dicit. Ioan. And.

CAP. II.

DV-

DVdum.] Præſupponendum eſt,ꝙ facultas prædicãdi verbum Dei pertinet ſolis epiſcopis,& rectoribus parochialium eccleſiarum de iure cõmuni.Item facultas audiendi confeſſiones, iniungendi pœnitentias & abſoluendi de iure communi pertinet epiſcopis, & archiepiſcopis, & rectoribus parochialium eccleſiarum.Item facultas funerandi,id eſt,ſepeliendi,pertinet ſolis rectoribus parochialium: & non pertinet monaſterijs, niſi reſpectu ſuorum fratrum. Item præſuppone ꝙ Minores & Prædicatores fuerunt priuilegiati in iſtis tribus: quod priuilegium fuit eis conceſſum multum large: poſtea fuit caſſatum huiuſmodi priuilegium: & tunc quia erant magnę diſcordiæ,ideo huiuſmodi prędicandi facultas eis fuit data, videlicet ꝙ ipſi poſſent prædicare in ſuis domibus & alijs locis publicis,niſi epiſcopus vellet prædicare,vel prędicari facere: quia tunc ipſi ceſſant. Quantum ad ſecundã facultatem ipſi Minores & Prædicatores petant licentiam pro audiendis confeſſionib.ab ipſis epis: & licentia obtenta eligant ex fratribus idoneiores ad confeſſiones audiendas,& abſoluant à peccatis, niſi à caſibus epiſcopalibus: tñ abſoluere poſſunt à caſibus epiſcopalibus,ſi ſibi fuerit permiſſum ab epõ. Quantum ad tertiam facultatẽ ipſi Minores & Prędicatores poſſunt ſepelire corpora mortuorum,dum tñ ſoluant quartam,vel legitimam rectori eccleſiæ parochialis.Itẽ ipſi non debent procurare ꝙ aliqui eligant ſepulturam in domibus ipſorũ,vt faciant eis donationes inter viuos, quas facerent inter mortuos, aliàs ipſi rectores habebunt quartã ſiue legitimam,ac ſi illi feciſſent donationem in morte.hoc intendit totum iſtud magnũ capitulum.Not.ꝙ de iure cõi officium prędicandi ſpectat ad epiſcopos & rectores parochialium : tñ etiam ex ſpeciali priuilegio poteſt competere alijs. & non extẽditur iſtud priuilegium ad alios Mendicantes, cum ſit odioſum: ſed crederem ꝙ alij Mendicantes etiam haberent ſimile: ſed illud nõ eſt clauſum in corpore iuris: ideo ſi eis moueretur queſtio,ipſi tenerentur probare.No.ꝙ Prędicatores,& Minores ſolum habent facultatem prędicandi in ſuis domibus & locis publicis.No.ꝙ parochianus dimiſſo proprio curato poteſt fratribus priuilegiatis confiteri: nec tenetur petere licentiam à ſuo proprio curato: licet eſſet ſibi meritorium,ſi peteret propter bonũ obedientiæ. Not.formam,quã debet quis obſeruare in confeſſionibus audiendis: quia primo debet audire confeſſionem: deinde pœnitentiam iniũgere,& poſtea abſoluere.Et ſi confitens ſit excõicatus, tunc presbyter debet illum abſoluere ab excõicatione. Not.ꝙ iſti Prędicatores & Minores eandẽ habent poteſtatem q̃ habent rectores parochiarum.¶Item nota ꝙ ipſi habent ius liberæ ſepulturæ.Et dicunt doctores,ꝙ ſi conſuetudo ſit ꝙ primo portetur corpus ad eccleſiam parochialẽ: & ibi rector ſeu curatus liberet eis illud corpus,ꝙ illa conſuetudo eſt ſeruãda: ſed aliàs ipſi Mendicantes poſſunt proceſſionaliter ire ad domum defuncti, & portare corpus:licet gl.teneat contrarium: quia in hoc non approbatur.Not.de verbo,innouamus,quod exponit Lau.id eſt,reſtituimus: quia fuerat reuocata de reſcri. quis.lib.6.& 6.q.3.§.notãdum. & dicit Lau.ꝙ innouare nihil aliud eſt niſi canones qui in deſuetudinẽ abierãt reparare.18. diſt.propter.No.ibi,*Bonifacius*.ꝙ conſtitutiones fiunt ad perpetuam memoriam, pro qua etiam fiunt inſtrumenta & ſcripturæ aliæ: & ſic recipiuntur teſtes & publicantur.1.q.7.ſaluberrimum. Zabarel. Not. quòd quæſtio erat inter rectores, & clericos ex vna parte, & iſtos fratres ex altera. Ex hoc colligit Paulus,quòd nedum ſacerdos,ſed clericus habeat partem

oblationum & funeralium. ad hoc de fil. presby.c.propoſuit. & cap.ex parte.quod ſatis videtur verum ſecundum eum: niſi conſuetudo, vel ſtatutum aliud inducat. de verbo.ſignifi.cum inter. In contrarium tamen facit litera ỹ.in verſi.verum: ibi, *Sacerdotibus & eccleſiarum rectoribus*, &c. Soluit quòd illud non excludit portionem clerici, ſi eſt in eccleſia cauſa iuuandi ſacerdotem, qui ſine clerico celebrare & alia ſimilia facere nõ poteſt. de conſecra.diſt.1. iubemus. & de vita & honeſta.cleric.vt quiſquis. Not.in ver. *Hora illa dumtaxat*, &c.ꝙ in concurſu prædicationis præferuntur prælati iſtis fratribus: habẽt enim prælati in hoc ius potentius, vt pote ordinarium & ius commune: fratres autẽ extraordinarium & priuilegium: ſed in concurſu taliũ fortius eſt ius commune, quàm ſingulare, & ordinarium auxilium quàm extraordinarium: vt l. eius mi litis. §. ſi militia. ff. de teſta. mili. & l. in cauſæ. ff. de mino. §. cauſa. Et potentior eſt cauſa naturalis quàm accidẽtalis. vt l. qui habet. ff. de tutel. & l.libertus.§. præſcriptio.ff.ad municipa. Petr.& de Ancha.

† An hæc Clemen. cõprehẽdat alios religioſos Mendicantes, vel non Mendicantes præter comprehenſos ſeu nominatos ĩ ea, vide omnino ꝑ gloſſam ĩ c. quæ à iure. de regul.iur. li.6.

¶*Gloſſa prima diuidit, & ſubdiuidit, & docet quid vnaquæque pars faciat: & ſummat partem, quæ titulum recipit.*

a ¶*Dudum.*] Duę ſunt principales partes: in prima proœmium Clementis innouans in cõcilio conſtitutionẽ Bonifacij,& caſſans reuocatoriam Benedicti: in ſecunda cõſtitutio: ibi, *Bonifacius*. quæ ſubdiuiditur in titulum, & conſtitutionem, ibi: *Super Cathedram*. quæ conſtitutio præmittit exordiũ: in quo dicit ſe vigilẽ circa ſcandala cleri tollenda. Secunda ibi: *Ab olim*. narrans diſcordiam Prædicatorum, & Minorum cum clero ſuper prædicationibus, confeſſionibus, & ſepulturis, primò prouidet circa prædicationes, Secundò ibi: *Statuimus*. circa confeſſiones. Tertiò ibi: *Huiuſmodi*. circa ſepulturas. Quartò ibi: *Nos etenim*. reuocat priuilegia, conſuetudines, ſtatuta, & pacta contraria. Quintò ibi: *Cæterum*. hortatur & præcipit prędictos ordines, & profeſſores ipſorum per clerum benignè tractari: & contrafacientibus comminatur. Et pars quæ titulum reſpicit hoc intendit: Prædicatores, & minores in locis ſuis liberè ſepeliunt illos, qui hoc elegerint. De funeralibus tamen & quibuſcunque obuentionibus, & relictis etiam de quibus aliàs non debetur canonica, quartam & non vltra ſoluent eccleſiæ parochiali.

Dudum [a] † à Bonifacio Papa octauo prædeceſſore noſtro infraſcripta edita decretali, Benedictus Papa vndecimus prædeceſſor noſter aliam [b] illius reuocatoriam promulgauit: quę quia (vt probauit effectus) nedum [c] pacis ab auctore [d] ipſius ſperatæ fructum non attulit, quinimo diſcordiæ, pro qua ſedanda proceſſerat, fomẽtum [e] non modicũ miniſtrauit [f]: nos eam omnino [g] caſſantes, aliã à præfato Bonifacio editam ſacro inſtante, [h] & approbante cõcilio innouamus: ſubijcientes tenorem [i] illius, qui dignoſcitur eſſe talis: Bonifacius epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei ad perpetuam rei memoriam [k]. Super cathedram [l] præeminentiæ paſtoralis diuina diſponente clementia conſtituti: etſi [m] multis & arduis, quę in amplũ Romanæ curiæ alueum [n] vndiq; confluunt [o] quaſi torrẽs [p], ꝑgrauemur negotijs, curis excitemur innumeris, cogitationibus plurimis diſtrahamur, circa id tamẽ feruentibus† votis intendimus, vacamus inſtãtius [q], ac operoſæ ſtudium ſollicitudinis impartimur, vt ad diuini nominis † gloriam, exaltationẽ catholicæ fidei, & profectum fidelium animarũ (pręciſis radicitus [r] diſſidiorum vepribus [ſ], & litigiorum anfractibus [t] omnino ſubductis) inter eccleſiarum antiſtites [u] ad curam & regimen gregis Dominici deputatos, cæteraſq; perſonas, quas ordo clericalis includit [x], pacis tranquillitas vigeat, feruor charitatis exæſtuet [y], inualeſcat [z] concordiæ vnitas †, animorum identitas perſeueret: Scimus enim & ex euidentia [a] facti colligimus, quòd non niſi in pacis tempore bene colitur pacis auctor: nec ignoramus, quod diſſenſiones & ſcandala prauis actibus [b] aditum præparant, rancores & odia ſuſcitant, & illicitis moribus auſum prębẽt [c]. ¶Ab olim ſiquidem inter prælatos, & rectores, ſeu ſacerdotes, ac clericos parochialium eccleſiarum per diuerſas mundi prouincias conſtitutos ex vna parte, & Prædicatorum & Minorum ordinum fratres ex altera (pacis æmulo [d], ſatore [e] † zizaniæ [f] procurante) grauis & periculoſa diſcordia extitit ſuſcitata, ſuper prædicationibus fidelium populis faciendis, eorum confeſſionibus audiendis, pœnitentijs iniungendis eiſdem, & tumulandis defunctorum corporibus, qui apud fratrum ipſorum eccleſias, ſiue loca noſcuntur eligere ſepulturam. ¶Nos autem (pij patris [g] more laudabili) moleſtè ferentes incommoda filiorum, reducentes ad exactę [h]

† aliàs frequentibus.

† aliàs numinis.

† al. & animorum, &c.

† aliàs Satoreque.

b ¶*Aliam.*] quæ incipiebat: inter cunctos.

c ¶*Nedum.*] non attulit fructum, quod eſt infra.

d ¶*Ab auctore.*] Benedicto.

e ¶*Fomentum.*] id eſt, nutrimentum.

f ¶*Miniſtrauit.*] ſimile de æta. & qualita.ad aures.

g ¶*Omnino.*] ſimile de immu.eccle. quoniam.

¶*Glo. ſeq. alleg. x. iura huius conſtitutionis præter iſtud, per quæ derogatur priuilegijs, vel exemptionibus*

h ¶*Inſtante.*] multotiens dixi quòd concilia fieri priuilegiatis vel exemptis non expedit. quod collige ex hoc Viennẽſ. concilio hic, & ſupra c.proxi.& s̃.tit.proxi.e.vnico.& ſupra de ſup.negli.præla. quia regulares.de ſta.reg. attendentes.de religio.do.quia contingit. de iure patronatus, vt conſtitutio. de priuileg.religioſi.& c.archiepiſcopi. de pœni.& remiſ.abuſionibus.de ſenten. excom.c.1.

Concilia fieri exemptis nõ expedit.

i ¶*Tenorem.*] ſimile de confirma.vti.vel inuti.c.penult.

k ¶*Memoriam.*] vide quod not.de re iudi. ad Apoſtolicæ.in 1.glo. lib.6.

l ¶*Cathedram.*] ſecundum Hugo. Græcum eſt, & ponitur pro alta vel excelſa ſede iudicis præſidentis: & componitur à chatos, quod eſt ſedes, & edra, quod eſt ſponda, quaſi ſpondata ſedes, ponitur etiã pro ſede doctoris. vnde in Græciſmo:

Rex ſolium, doctor cathedram, iudexque tribunal.
Poſſidet, ac ſedem præſul, prætorque curule.

Quaſi currule: quia ferebantur in curru. De hac cathedra iudicantis & docentis 40. diſt. multi.

m ¶*Etſi.*] pro quamuis.

n ¶*Alueum.*] alueus dicitur venter fluuiorum. dicitur etiam vas factum ad modum alueí fluuij, in quo lauantur pedes, carnes, & olera: & dicitur ab aluo quod eſt quoddam vẽtris receptaculum recipiens cibum.

o ¶*Confluunt.*] 2.q.6. c.2.cum ſeptem. c.ſeq.

p ¶*Torrens.*] dicitur fluuius, vel aqua veniẽs cum impetu in imbre, quæ in æſtate torreſcit, id eſt, areſcit.

q ¶*Inſtantius.*] Nota quòd habens ad multa intendere, ad id quod eſt grauius debet manum apponere: ſicut iuris ꝑſumptione, qui vult ſe liberare, ſoluendo ſe liberat ab eo, quod eſt grauius.ff.& C.de ſolutio.leg.1.ſecundum Ioan.Mona.

r ¶*Radicitus.*] fruſtra ramos conatur incidere, qui radicem non euellit.de pœnit.diſt.2. quia radix.

ſ ¶*Vepribus.*] vepres dicuntur ſpinæ, quæ vi præhendunt, & lacerant carnes, & veſtes.

t ¶*Anfractibus.*] ſic dicti: quia vndique frangunt, & dicuntur viæ aſperæ plenæ diuerticulis circũfractionibus, & ruinis. & habetur idem verbum de elect.quorundam.lib.6.

u ¶*Antiſtites.*] hi ſolent dici epiſcopi, quaſi ante alios ſtãtes:

x ¶*Includit.*] 12.quæſt.2. duo ſunt. de ætate & qualita.cum contingat.

y ¶*Exæſtuet.*] quaſi ferueat, bulliat, vel caleſcat.

z ¶*Inualeſcat.*] quaſi valde valeat, creſcat, & abundet.

a ¶*Ex euidentia.*] de electio.quàm ſit.in prin.lib.6.

b ¶*Actibus.*] Eccleſiaſt. 28. abſtine te à lite, & minues peccata.

c ¶*Præbent.*] concor.C.de iudi.properandum.in principio.

d ¶*Aemulo.*] concor.proœ.compila.Grego.de hoc ver.not. 43.diſt.ſcimus.& facit 16.q.2.c.1.poſt. principium.

e ¶*Satore.*] id eſt, ſeminatore.

f ¶*Zizaniæ.*] ſeges, vel herba peruerſa, ſcilicet lolium.56.diſt. naſci.24.q.1.quoniam.Et quandoque ponitur pro ſorde omnium ſegetum.huic literæ concor.de elect.licet.

g ¶*Patris.*] qui habet quærere conſilium pro liberis. ff. de adult.nec in ea.in fine. Ioan. Mona.

h ¶*Exactæ.*] quaſi exquiſitæ.C.mandati.in re mandata.Ioan. Monach.

a ¶*Periculis*]

f

a ¶*Periculis.*] dictis à pereo,peris.
b ¶*Onuſta.*] quaſi onerata. de elect. vbi periculum. in princip.lib.6.
c ¶*Exoſa.*] id eſt, perfectè odioſa.
d ¶*Salubrem.*] quaſi ſalutis vberem.
e ¶*Solertiæ.*] vide qđ dixi ſ.ea. compil. de offic.deleg.c.vnico.
f ¶*Ad honorem.*] ſimile de vſu pal. cap.ad honorem.
g ¶*Locis eorum.*] qcquid eſt infra ſepta vel ambitum, etiam in pratis, vel hortis, vel alijs ſpatijs,videt includere.
h ¶*Communibus.*] in priuatis ergo ſecus.
i ¶*Prædicare.*] etiam tempore interdicti. de ſen. excommunicationis. reſponſo.
k ¶*Verbum Dei.*] de off. ordi.inter cætera. in princip.
l ¶*Prælati.*] iure cõmuni vel conſuetudinario,ſecundum Ioan. Mon. qui dicit rectorem eccleſiæ non contineri nomine prælati, cum ſupra ſit expreſſus poſt prælatũ in ver. ab olim. de vicario tñ dicit idē quod de prælato:quia quod per ſe nõ poſſunt ordinarij, per alios faciunt, de offic. ordi.inter cætera. & e. tit.ſi epiſcopus. lib.6.
m ¶*In qua.*] hora.
n ¶*Generalibus.*] id eſt,locis habētibus ſtudium ex priuilegio,vel conſuetudine:cuius initij non ſit memoria. de cle.non reſi. tuæ. infra de priui.c.2. lib.6. & in proœmio digeſtorum §.hæc autem tria.
o ¶*Niſi.*] à primo dicto huius ver. excipit, non à duobus ſequentibus,quòd ſatis verba demonſtrant.
p ¶*Superior.*] non reſpectu epi,de quo præmiſit, ſed clerici cui ſupereſt de conſuetudine vel priuilegio,ſecũdum Iaon. Monac.
q ¶*Generaliter.*] ſecus ergo vbi ſpecialiter vocaret platos, doctores,vel huius ſimiles.
r ¶*Eccleſiis.*] nec ipſarum capellis,vel cœmeterijs,de ſen. excõ.ſi ciuitas.lib.6. ſecũdum. Io.Mo. ſecundum quē not.ꝙ in ver. præcedē. permittitur his prędicare cum certa modificatione: hic prohibetur niſi certis caſibus:quare cum de iure cõi illis prædicare non competat, ſed ſolum prælatis & curatis.infra.§.huiuſmodi.reputat iſtis omnem locũ interdictum,qui non repetitur hic permiſſus.
f ¶*Sacerdotibus.*] puto ſufficere ſi iſti ſunt vicarij, perpetui, cum ad eos ſpectet cura. de offi.vica.c.ſi.de præb.ſuper eo.lib.6.& idem puto in temporalibus datis in caſu licito auctoritate epiſcopi, vt de elect. cum ex eo.lib.6.

¶*Gloſſa ſequens ſubdiuidit.*

† al. ita: auctore Dño.

Prælati nomine nõ venit rectorec cleſiæ.

† al. ita: de fratrum noſtrorum cõſilio, &c.

† Idest publicis, & iõ ait Pet. de Ancha. Papa ſine aliorum præiudicio de eis diſponit. ar. l.ſicut locus §. fi. ff. quēadmodũ ſerui. amitta. ex quo ego infero,ꝙ Papa põt diſponere aliqd faciēdum in re dñi temporalis fauore fidei. Font.

† Supplet Zen. etiam extra monaſteria & loca ſua,vt verba operent aliquid vltra præcedentia. de verbo.ſignifi. Abbate. Font.

conſiderationis examen, ac infrà pectoris clauſtra ſolicitè reuoluentes, quàm ſit plena periculis [a], quàm onuſta [b] diſpendijs, quamque in diuinæ maieſtatis conſpectu reddatur exoſa [c] diſcordia ſupradicta: Et propterea intendentes paternæ ſollicitudinis ſtudio illam prorſus euellere, ac omnimodè ſubmouere, nullis vnquam futuris temporibus fauente †Domino ſuſcitandam: grandi quoque deſiderio cupientes, vt huiuſmodi negotium quod potiſſimè inſidet cordi noſtro, finem ſalubrē, [d] & celerem per Apoſtolicæ ſolertię [e] ſtudium conſequatur, diligenti cum fratribus noſtris deliberatione prehabita ſuper eo,ad honorem [f] Dei, & exaltationem catholicæ fidei,quietum ſtatum partium prędictarum,ac ſalutis animarum fidelium incrementum, de †ipſorum fratrum conſilio auctoritate Apoſtolica, ſtatuimus, & ordinamus, vt dictorum ordinum fratres in eccleſijs & locis [g] eornm,ac in plateis communibus [h] † liberè valeant clero & populo prædicare [i], ac proponere verbum [k] Dei, hora illa dumtaxat excepta, in qua locorum prælati [l] prædicare voluerint, vel coram ſe facere ſolemniter prædicari,in qua [m] prædicare ceſſabunt: præterquam ſi aliud de prælatorum ipſorum volũtate proceſſerit, ac licētia ſpeciali. In ſtudijs autem generalibus [n], vbi ſermones ad clerum ex more fieri ſolent diebus illis, quibus prædicari ſolemniter conſueuit, ad funera etiam mortuorum, & in feſtis ſpecialibus ſiue peculiaribus eorũdem fratrum, poſſunt ijdem fratres,& liceat eis liberè prædicare †: niſi [o] fortè illa hora, qua ſolet ad clerum in prædictis locis Dei verbũ proponi, epiſcopus vel prælatus ſuperior [p] clerum ad ſe generaliter [q] conuocaret, aut ex aliqua ratione vel cauſa vrgente clerum ipſum duceret congregandum. In eccleſijs [r] autem parochialibus fratres illi nullatenus audeant, vel † debeāt prædicare,vel proponere verbum Dei: niſi fratres prædicti à parochialibus ſacerdotibus [f] inuitati † fuerint,vel vocati, & de ipſorum beneplacito & aſſenſu, ſeu petita licentia fuerit & obtenta: niſi epiſcopus, vel prælatus ſuperior per eoſdem fratres prædicari mandaret. ¶Statuimus [t] etiam & ordinamus auctoritate prędicta, vt in ſingulis ciuitatibus, & diœceſibns, in quibus loca fratrum ipſorum conſiſtere dignoſcuntur, vel in ciuitatibus & diœceſibus locis ipſis vicinis, in quibus loca huiuſmodi non habentur [u], Magiſtri †, Priores prouinciales Prædicatorum, aut eorum vicarij: & Generales † & prouinciales Miniſtri, & cuſtodes [x] Minorum, & ordinum prædictorũ, ad præſentiam prælatorum [y] eorundem locorum ſe conferant per ſe, vel per fratres, quos ad hoc idoneos fore putauerint, humiliter petituri,vt fratres qui ad hoc electi fuerint in eorũ ciuitatibus & diœceſibus confeſſiones ſubditorum ſuorum confiteri ſibi volentium audire [z] liberè valeāt, & huiuſmodi confitentibus (prout ſecundum Deum expedire cognouerint) pœnitentias imponere ſalutares, atque eiſdem abſolutionis beneficiũ impendere de licentia, grā & beneplacito eorundem: Ac deinde [a] pręfati Magiſtri,Priores, prouinciales & Miniſtri [b] ordinum prædictorum, eligere ſtudeant perſonas ſufficientes [c], idoneas, vita probatas [d], diſcretas, modeſtas atque peritas, ad tam ſalubre miniſterium, & officium [e] exequendum: quas ſic ab ipſis electas repræſentent vel faciant præſentari [f] prælatis, vt de eorum licentia, gratia, & beneplacito in ciuitatibus, & diœceſibus eorundem huiuſmodi perſonæ ſic electæ confeſſiones confiteri ſibi volentium audiant, imponant pœnitentias ſalutares, & bene-

t ¶*Statuimus.*] ſecundus articulus confeſſionum,circa quas prouidet, primò,de licentia petenda, ſecundò de cõfeſſoribus eligendis & pręſentandis: ibi,*Ac deinde.* tertiò limitat locum & numerum: ibi,*Extra ciuitates.* quartò prouidet qñ licentia datur,& electi, acceptantur, & qñ non acceptantur: ibi, *Et ſi ijdem.* quintò,quādo denegatur licentia, dat gratiā cũ certo moderamine:ibi, *Si verò.*
u ¶*Non habentur.*] dato ergo quòd fratres non haberent locũ Mutinæ, poſſent tamen prælati de quibus ſeqtur ab epiſcopo Mutineñ.petere quod ſequitur, & pro ipſa diœceſi electionem facere.
x ¶*Cuſtodes.*] Priores ergo cõuentuales quo ad prædicatores, & Guardiani quo ad Minores, hoc nõ poſſunt.
y ¶*Prælatorum.*] ſcilicet epõrũ & ſuperiorum de quibus præmiſit,& patet hoc ĵ.ibi, in eorum ciuitatibus, &c.
z ¶*Audire.*] Nota hũc ordinē, 1 vt primo audiatur confeſſio, ſecundò imponatur pœnitētia, tertiò fiat abſolutio. non ergo pręcedat abſolutio impoſitionē pœnitentiæ,vt ſic abſolutionem pręcedat cordis contritio, oris confeſſio, operis ſatisfactio,ſaltem affectu.
a ¶*Deinde.*] ergo non prius:non tñ eſt neceſſe ꝙ talem licentiā habeant:ſed ſatis eſt ꝙ petant quo ad hoc, vt eligere poſſint.
b ¶*Miniſtri.*] ſcilicet generales, vel prouinciales. Et nota,quia de vicarijs priorum prouincialium, & de Cuſtodibus non repetit, de quibus præmiſerat. licet ergo illi petitionem poſſint facere, de qua præmiſit: non tamē electionem, de qua hic loquitur.
c ¶*Sufficientes.*] ſex qualitates exprimit.Io. Mon.
d ¶*Probatas.*] Beatus Bernardus ad Eugeniũ Probatos oportet eligi nõ probandos.& facit de præben.in Laterañ. in fin.
e ¶*Officium.*] quod eſt ars artium. de æta. & quali. ca.cum ſit.Ioan.Mon.
f ¶*Præſentari.*] perſonalis ergo præſentatio fieri debet. Nā dicitur.

† Aliàs, nec debeant.

† In quodā manuſcripto ita:inuitati fuerint, vel vocati fortaſſis extiterint, aut de ipſorum beneplacito,&c.

† Aliàs Magiſter.

† al. Generalis Miniſter.

Pænitentiæ impoſitio ab ſolutionem præcedere debet.

1 Vide textum & notata ibi in hac editione in ca.vlt. de cēſib.lib.6.vbi refellit hæc glo.

Probati & non probandi ſunt eligendi.

Præſens dicitur qui pbetur ſenſibus.

dicitur præſens qui præbetur ſenſibus corporis. facit ff. de verbo.obli.l.1.in prin.

¶*Gloſſ. ſeq. arguit iſtos curatos: tenet contrarium, & rationem reddit.*

a ¶ *Impendant.*] cum determinatione, quæ habetur j. ver. per huiuſmodi. & licet iſta ſint de cura animarum, & articulus præcedens & ſubſequens: per qđ videretur iſtos eſſe curatos ſaltem in tanto, vel ex delegata poteſtate, vt hic. vel ordinaria, vt j. ver. ſi vero. Dicit finaliter Ioa. Monach. quòd iſti non ſunt 1 curati: quod etiam ſecundum cum eſſet quo ad fratres Minores contra conſtitutionem exijt. de verb. ſig.lib.6.ſit ratio: quia nec ipſi adſtricti ſunt ad executionẽ, vel exercitium iſtorum actuũ: nec fideles ſunt adſtricti, vt in his ad eos recurrant: & ſic licet ex priuilegio huius perpetuæ conſtitutionis hoc poſſint, nõ per hoc sũt cenſendi curati.

† Hæ duæ dictiones: in poſterũ, de ſunt in antiquiorib⁹ codicibus.

1 Ex hac gl. cognoſces, quãdo beneficium dicatur curatũ Pan.in c. de multa de præben. Fõ.

† Aliàs ita: put vniuerſitas cleri & populi multitudo vel paucitas exigit eorundem.

ficium abſolutionis (in poſterum †) impendant[a], prout ſuperius eſt expreſſum: extra ciuitates & dioeceſes, in quibus fuerint deputatæ, per quas eas volumus, & non per prouincias deputari[b], confeſſiones nullatenus audituræ[c]. ¶ Numerus autem perſonarũ aſſumendarum ad huiuſmodi officium exercendum eſſe debet prout † vniuerſitas cleri, & populi, ac multitudo vel paucitas[d] exigit[e] eorundem. ¶Et ſi ijdem prælati petitam licentiam confeſſionum huiuſmodi audiendarum conceſſerint[f]: illam præfati Magiſtri, Miniſtri, & alij cum gratiarũ recipiant actione[g], dictæque perſonæ ſic electę commiſſum ſibi officium exequantur. Quòd ſi fortè iam dicti prælati quemquam[h] ex dictis fratribus præſentatis eiſdem ad huiuſmodi officium nollent[i] habere, vel non ducerent admittendum: eo amoto, vel ſubtracto loco ipſius ſimiliter eiſdem præſentandus prælatis poſſit & debeat alius ſurrogari[k]. ¶Si verò ijdem prælati pręfatis fratribus ad confeſſiones (vt præmittitur) audiẽdas electis, huiuſmodi exhibere licẽtiam recuſarint[l]: nos exnunc ipſis vt confeſſiones ſibi confiteri volentium[m] liberè[n] † licitèque audire valeant, & eiſdem pœnitentias imponere ſalutares, atque eiſdem beneficium abſolutionis impartiri[o] gratioſè concedimus[p] de plenitudine Apoſtolicæ poteſtatis. ¶ Per huiuſmodi autem conceſſionem nequaquam intendimus perſonis, ſeu fratribus ipſis ad id taliter deputatis poteſtatem in hoc impendere ampliorem, quàm in eo curatis, vel parochialibus ſacerdotibus eſt à iure conceſſa[q]: niſi forſan eis eccleſiarum prælati[r] vberiorem in hac parte gratiam ſpecialiter ducerent faciendam. ¶Huiuſmodi[ſ] quoque ſtatuto & ordinationibus noſtris adijcimus, vt fratres dictorum ordinum in eccleſijs, vel locis ſuis † vbilibet conſtitutis liberam (vt ſequitur) habeant ſepulturam[t]: videlicet quòd omnes ad eam recipere valeant, qui ſepeliri elegerint in locis, & eccleſijs memoratis. ¶ Verùm ne parochiales

b ¶ *Deputari.*] ſimile de accu. ſicut olim.

¶*Glo. ſeq. dubium ſol. & remittit.*

c ¶*Auditurę.*] ſi non electus ſe ingerit, vel electus extra dięceſim, in qua deputatus eſt, bona fide illi confeſſus & ab illo abſolut⁹, tutus eſſet quo ad Deũ. & vide quod not. de elect. dudum 2. in gloſſa, quia cum iam deſierit. & quod ibi ſcripſi.

d ¶*Paucitas.*] ſimile de voto quòd ſuper his. ver. quamuis. 21.diſt.in nouo.in fi.

¶*Glo.ſeq.notat, quæſt.ſoluit, & conſulit.*

e ¶*Exigit.*] Not. numerum præſidum deputari ſecundum quantitatem ſubiectorum. Simile de vi.& honc.cleri. quoniã. cum ſuis concor. ſi autem cõtendit epiſcopus cum fratribus, dicens minorem numerum ſufficere: recipiat epiſcopus numerum de quo ſibi videtur, de reliquis recurrat ad arbitrium boni viri, id eſt, iudicis, ff.de verb.obli.continuus.§.cum ita.ſecundum Ioan.Mo. qui dixit, ꝙ cautè fortè faceret epiſcopus, ſi in principio cum concedit licentiam, taxaret numerum: liceret enim à principio quandoque quod non liceret ex poſtfacto.ff.de pact.in traditionibus.C.de do.quæ ſub mo.l.1.& l. perfecta.facit de condi.appoſ. verum.

Numerus p̃ſidentiumſecundũ quantitatem ſubiectorũ eſt deputãdus.

f ¶*Conceſſerint.*] quam ſine cauſa reuocare non poſſent. de regu.iur.decet. lib.6.

g ¶*Actionę.*] ſimile de cenſi.cum Apoſtolus. ante medium. de immunita.eccle.aduerſus.

¶*Glo.ſeq.arguit ad quęſtionem, & contrarium ſoluit.*

h ¶*Quemquam.*] videtur ꝙ omnes refutari non poſſint: dic contra ſecundum Io.Mo. cum hoc verbum iuris æquipolleat vniuerſali: & extendatur in edictis prætorum, ff.vi.bo.rap.prætor.§ homines.ff.de conſti.pecu.l.1.§.1.de neg.geſt.l.1.§.1.& 3. aliàs ſecundùm eum fieri poſſet fraus conſtitutioni: quæ multa requirit in talibus fratribus.ſ.ver.ac deinde.

i ¶*Nollent.*] factum & proprium motum, non cauſæ cognitionem denotat, ſecundum Io.Monac.

k ¶*Surrogari.*] ſi non recipitur, ſed ex iuſta cauſa: quia non eſt qualis ſupra deſcribitur, ſibi imputent qui malum elegerunt, ſi ſine cauſa ſuccedit Papæ licentia, vt ſtatim ſequitur, ſecundum Ioan.Monac.

¶*Glo.ſeq.ſupplet tertium caſum.*

l ¶*Recuſarint.*] ſi non recuſat expreſſè: ſed non dat, vel negligit, videretur quòd locum haberet hoc priuilegium poſt trinam monitionem, vel requiſitionem: per decre.1. de ſupplen.negli.præla.& facit de appel.ab eo.lib.6.& ſ.ead.compi. de appel.quamuis.

m ¶*Volentium.*] fortè non intellexit de religioſis, qui ſecundum ſuorum ordinum ſtatuta ſuis prælatis confiteri debent, vt etiam dicebat conſtitutio Benedicti.

¶*Glo.ſeq.notat contra opinionem.*

n ¶*Liberè.*] denotat ꝙ non eſt neceſſe licẽtiam ſacerdotis parochialis haberi. & eſt ſimile de præb.licet epiſcopus.lib.6.cuius cõtrarium videtur hic velle Ioan.Monac.

†De hoc verbo, libere. vide Franciſc. de Aretio cõſ.76. inc. Diligenter. & Decium conſil. 131. & in c. ſi pro debilitate. de off. dele.

¶*Gl.ſe.ſoluit dubium, reſpondens ad contrarium, & opi.ponit.*

o ¶*Impartiri.*] abſoluti ergo non habebũt neceſſe vlterius confiteri proprio 2 ſacerdoti: nec obſtat decre. omnis.in princ. de pęni.& remiſ.quę intelligitur de illo qui alteri legitimè confeſſus nõ eſt, vt dicebat Benedictus in conſtitutione, inter cunctas. Et vide qđ ſcripſi poſt Hoſt.in c. omnis. ſuper verbo, proprio. huius tñ contrariũ tenebat prolixè hic Io.Mo. niſi cum iuſta cauſa ſubeſſet, non confitendo proprio ſacerdoti. Ioan. And.

2 Et hæc ſẽtentia eſt iá declarata p extrauagantẽ inci. Vas electiõis habetur in extrauag. communib. titu. de hæret.

† Aliàs, eorum.

p ¶*Concedimus.*] concor.ſ.ea compil. de fo. compe.quamuis. §.volumus.

¶*Glo. ſeq. exponit & remittit: quęſt. ſoluit: ſolutionis obiectioni reſpondet.*

q ¶*Conceſſa.*] hoc intendit: ꝙ in caſibus epis reſeruatis non poſſunt abſoluere: & qui ſint illi not.de pœni. & remiſ.ſi eps. lib.6. & hic per Io.Mo.& plenè per Hoſt.in ſumma huius tit. §.cui confitendum.in fi.2.col. Dicit autem hic Io. Mo.ꝙ eps caſus de quibus ante hanc conſtitutionem poterãt curati abſoluere, ſibi reſeruare poſſet hac conſtitutione non obſtante, quia licet fratres ſint exempti, parochiani non: allegat de priui.ex ore.eod.tit. per exemptionem.libr.6. Nec dicitur à iure conceſſum, quod iure reuocatum eſt, argumen. ff. de diuor.l. diuortium. Item ſi poteſt arctare poteſtatẽ ordinariam curatorum, fortius hanc extraordinariam, ne idem ſubditus cenſeatur diuerſi iuris quo ad curatos & quo ad fratres. de priuileg.quia circa. ſit ergo ſenſus ꝙ non abſoluat frater, quẽ non abſoluit curatus. iſta igitur accidentalia & de benè eſſe, non mutant ſubſtantialem & ordinariam poteſtatem epiſcoporũ. de hære. per hoc. lib. 6. Non obſtat ſi dicas, quòd hoc erit auferre vel decurtare priuilegium: quod fieri non poterit, etiam indirectè. de priui.quanto. quia licitum eſt cuilibet facere quodlibet in re propria: dummodo non faciat animo iniuriandi, nec alicui faciat iniuriam, & c.de elect. cum eccleſia Vulterana.cum ſuis concor.

r ¶*Pręlati.*] epiſcopi & ſuperiores: vnde videmus ꝙ hodie aliquibus ex illis concedunt caſus reſeruatos.

ſ ¶*Huiuſmodi quoque.*] circa partem iſtam plures quæſtiones occurrunt quàm circa præcedentes: ratio patet, quia hic de lana & lactè, vel redditu agitur, ſed non ibi. vidi autem & habeo formam cuiuſdam literæ, quæ dicitur ab ipſo Bonifacio epiſcopo Moreñ. emanaſſe ad querelam cleri. Moreñ: quę quaſdam ex illis determinat, declarando & iudicem dando in modum conſeruatoris, quas infra ſubiungam, & rationes quas inducit, per iura probabo.

t ¶*Sepulturam.*] quam aliàs de iure communi non haberent ex quo populum non habent. & hoc ſcripſi poſt Inn. & Hoſ. eo.tit.c.1.in principio.

a ¶*Prædicare.*

a ¶*Prædicare.*] vide quod ſcripſi poſt Inno. & Hoſt. de hære.excommunicatus 1.§.quia vero.

b ¶*Debeatur.*] ſ.eod.tit.c.1.12.q.2.quicunque ſuffragio.

¶*Glo.ſeq.tractat de diſtributis in ipſos,de mandato defuncti, vel ſine,per executores,vel legatarios.*

ecclesiæ, & ipſarum curati, ſiue rectores, qui miniſtrare habent eccleſiaſtica ſacramenta quibus noſcitur de iure competere,prædicare[a], ſeu proponere verbum Dei, & confeſſiones audire fidelium debitis & neceſſarijs beneficijs defraudentur,cum operarijs mercedis exhibitio debeatur[b]:auctoritare Apoſtolica conſtituimus & ordinamus eadem, vt dictorum ordinum fratres de obuentionibus[c] omnibus, tam † funeralibus,[d] quàm quibuſcunque, & quomodocunque relictis diſtinctè, vel indiſtinctè, † ad quoſcunque certos,vel determinatos vſus, de quibus etiam quarta ſiue canonica portio dari ſiue exigi non conſueuit, vel non debet de iure[e],necnon de datis[f],vel qualitercunq; donatis in morte, ſeu mortis articulo in infirmitate donantis, vel dantis,de qua deceſſerit[g] quomodocūque directè,vel indirectè[h] fratribus ipſis, vel alijs pro eiſdē, quartam[i] partem (quam auctoritate Apoſtolrca taxamus & etiam limitamus)parochialibus ſacerdotibus,& eccleſiarum rectoribus,ſeu curatis largiri[k] integrè[l] teneantur:Facturi & curaturi, quòd nec alij, nec aliis à quibus quarta huiuſmodi minimè deberetur, ad ipſorum fratrum vtilitatem, vel cōmodum huiuſmodi fiāt relicta, aut in eos taliter data, vel donata procedant, ſeu quod in morte vel ab infirmis huiuſmodi dandum vel donādum fratribus ipſis exiſteret, in eorundem dantium, vel donantium ſanitate ſibi dari, vel donari procurent. In quibus per ipſos vitandis, eorum intendimus conſcientias onerare[m]: vt ſi(quod abſit)per fratres ipſos dolo, vel fraude quicquam in hac parte agi fortaſſe contigerit (præter id quod eos propterea dictis ſacerdotibus, rectoribus, & curatis teneri

c ¶ *Obuentionibus omnibus.*] declarat prædicta commiſſio,quòd ſi non relinquitur fratribus: ſed frater datur executor ad certā ſummam diſtribuendam arbitrio ſuo,vel ſibi legatur aliquid deſtribuendum: quam ſummam, vel quod legatum ipſe executor, vel legatari⁹ poſtea diſtribuit in eoſdem, ꝙ debetur quarta cum eo caſu recipiatur ab executore vel legatario, vt à miniſtro. ff. de lega.2.ſi quis Ditio. & ſi cui plus quàm per legem Falcidiam. l.diuus. Nec obſtat litera infra, ad quoſcunque, &c. quæ cum cauſa dubitationis tollēdæ adiecta fuerit, obuentionū generalitatem non minuit.ff. mand. qui mutuam.& ff. de regu.iur. quæ dubitationis. Idē ibi declaratur quando nil relinquitur fratribus: ſed decedens mandat executori, vt ipſis fratribus det aliquid vel promittat: quia cū illud palam capere poſſint, relicti iure cenſetur & debetur quarta ſicut & fideicommiſſum tacitum nō capaci dimiſſum ſubiacet Falcidiæ: probantur hæc ff.de iure fiſci.l.3.§.ſi quis. & §.quando. ff. de ijs qui. vt indig.l.in fraudem. C. ad legem Falcidiam.l.3.

† al.ita: tam de funeralibus quam ꝙ quibuſcunque,&c.

† Iſta verba dicit Oldra. conſil. 289. quod videntꝰ loqui de legatis factis vniuerſo collegio fratrū. non ijs quæ fiunt alicui ſingulari fratri, quia ꝙ illis nō eſt, dā da quarta. arg. l. tutor petitus. §.1. ff. de caſt. pec. l.à filio. §.ſi.ff.de ali. & cib. leg. Font.

¶*Glo.ſeq.ponit ius reuocatum,ex quo infert duo rigoroſa.*

d ¶*Funeralibus.*] declarauerat Benedictus illa eſſe funeralia, quæ cum funere deferuntur,in prædicta conſtitutione,inter cunctas. & ibi ſtatuerat de candelis quæ dantur ad manus, quartam non deberi: ſed ex quo reuocata eſt illa conſtitutio, puto etiam de illis candelis deberi: & licet hoc ſit rigoroſum: hoc tamen vult iſta litera, & verbum, omnibus, quod præcedit,& quibuſcunque,quod ſequitur: per hæc 1 verba etiā puto eos teneri de ijs,quę legantur pro Miſſis dicendis.

1 Vide Alexandrū conſil. 196. incip. viſo teſtamento. lib.2.

¶*Glo.ſeq.quæſtionem ſoluit & remittit.*

e ¶*De iure.*] vt patet de teſta. ca. ſin. de verbo. ſignificat. ex parte 3. Et per hoc patet, quòd iſta conſtitutio eſt iuris veteris correctoria:& ſic reſtringenda, & ad alios quàm ad Prædicatores & Minores non extendenda: vt not.de reg.iur. quę à iure lib.6.& eod.lib.de regula. conſtitutionem.

Additio. Iſta conſtitutio eſt veteris iuris correctoria: cum debeatur quarta vigore eius etiam de relictis priuilegiatis contra. cap.fi.de teſta. ideo meritò eſt reſtringenda. vt dicit hæc glo. Abbas Siculus.

¶*Gloſſa ſequens dicit quid de legato in vita ſoluto.*

f ¶*Datis.*] declarat prædicta commiſſio, quód ſi teſtator legatum ſoluit in vita, nihilominus debetur quarta: quia videtur ſoluere vt legatum: vnde legatarius illud iterum poſt mortem non petit: & ſi Falcidiæ locus ſit, illam proptera nō euadit. primum probatur C.de lega.l.filia.ff.de leg.2.Lucius 1.& l. Lucius 2.§.impuberē. ad idem.ff.ad leg.Fal.l.cū quo.§.fin.ſecundum probatur C.ad leg. Falcid. in donationibus. & l.penult.C.fami ercisſ.ſi cogitatione.

¶*Glo.ſeq.dicit quid de ſepulto in ipſorum habitu.*

g ¶*Deceſſerit.*] hac ratione declarat prædicta commiſſio, ꝙ licet tales petant cum illorum habitu ſepeliri, quarta debetur: nā etſi ad ipſorum religionem tranſirent in ægritudine, de qua decederent, deberetur quarta.eod.tit.de his.

¶*Gloſſ.ſeq. tractat quid de dato vel relicto ſingularibas fratribus.*

h ¶*Indirectè.*]per hoc dicit commiſſio prædicta patere,quòd quarta debetur de ijs, quæ teſtatores relinquunt, vel dant in infirmitate de qua decedunt, vel dari mandant poſt mortem, de hoc in teſtamento mētione non facta,ſingularibus 2 fratribus, ad eorum commoditates: puta emptiones librorum, vel veſtium addens rationem, ꝙ id eis vel conuentui quæritur:ſicut per monachū monaſterio, per ſeruū domino, & patri per filium.xij.q.1.non dicatis.19.q.1. cap.1. in fi. inſt. per quas perſonas. in prin.C.eod. tit. l. 1. in fi.& l.vlti.& in legato ſerui inſpicitur perſona domini: & an ſibi legare potuerit: & ex tali legato poteſt dominus fideicommiſſo grauari. hæc probantur ff.de lega.1.l.cū filiofa.de lega.2.ſi alien⁹ ſeruus. de hæred. inſt. l.nō minus. C. de hær. inſti. l. neq; Non obſtat prædictis de teſta. requiſiſti. ad fin. quod loquitur in illo qui pt habere propriū.Io.An.

2 Idem Federicus de Senis conſi. 4. Calderinus conſ. vl. eo. titu. Petrus de Ancharano, cō ſi.369.&Geminian. conſil.46. tñ qꝺ non cadant in quartam ceſsāte fraude, vt quando contemplatione cō ſanguinitatis tenet Oldrad. quęſt. 224. & q. 287. & q. 289. &Bal. conſil. 104. lib. 1.& cōſ. 236. lib.2.

¶*Gloſſa ſeq. quærit, recitat opi.contrarias, declarat circa primā.*

i ¶*Quartam.*] quæro an Prædicatores,& Minores teneātur ad hāc quartam de ijs quæ relinquuntur eiſdē per eos qui apud illos non ſepeliuntur? Prædicta commiſſio recitat ꝙ non leuis opinionis doctores dixerunt quartam deberi eccleſiæ parochiali de omnibus relictis à ſuis parochianis, etiā ſi ſepulti fuerint apud illam.placuit autem hæc opinio Hoſtien. Pet. & Aegid. Sed Tanc.glo.Inno.& abbas contra: quæ opinio placet Archidia. & mihi,vt ſcripſi eod.tit.c.1.& hic Ioan,Monac.dicit demum illa commiſſio,ꝙ ex qualitate perſonarum, & quantitate relictorū, & ex præteritis præſumi poteſt fraus, maximè qa quando non tenebantur ad quartam,ſepulturas præcipuè diuitum totis vitibus procurabant, & vt dicit ex his iura quandoque præſumunt fraudem,& faciunt coniecturas: ſuppoſita vero fraude conſtat ꝙ debetur. de teſtamen. officij. & cap. requiſiſti.in fi.& cap.fin.primum probatur de renuntia. c.2.lib. 6.ff.ſi quis omiſ.cauſa teſt.l.6.& l.Iul.de actio.emp. Iulianus. aliàs inter eum.§.ibidem.de vſur.qui ſemiſſes.de pig.act. l.vel vniuerſorum. de lega. 1. ſi ſeruus plurium. in fin. Io.And.

¶*Gl.ſeq. tractat an legatum integrum ſoluendum ſit fratrib.*

k ¶*Largiri.*] per hoc dicebant ipſi fratres, quòd hæredes debebāt eis ſoluere integra legata, quorum quartā curati de manibus ſuis recipere debebant, ſed declarat prædicta commiſſio, quòd ſicut Falcidia eſt in bonis hæredis,ſic iſta quarta in bonis eccleſiarum parochialium quare curati 3 eam vēdicare poſſunt,& inhibere hęredibus,vel per fideicommiſſum grauatis,ne illam ſoluant fratribus: præcipuè cum illos ſuſpectos habere poſſint, quòd ſibi non ſoluant eandem. ad hoc ff. ad Treb.hæres.in fi.ff.ad leg.Falc. lineam margaritarum.

3 Pręter Panor. hic vidꝭ Federicum de Senis cō ſil.10.& Oldradum cōſil.287.

¶*Gloſſ.ſeq. tria dicit circa funus:primò de ferendum ad eccleſiam parochialem.*

l ¶*Integrè.*] ita quod non diminuetur propter obuentiones quas habuit parochialis ſacerdos in Miſſa funeris dicta apud ſuam eccleſiam priuſquam funus portaretur ad fratres, ſecundùm Ioan. Monac. quia iuri communi ſtatur vbi,nō eſt mutatum. alleg. de elect. conſtitutio. lib.6. Dicit etiam ꝙ ſi conſuetudo habet, ſemper prius funus portabitur ad propriā eccleſiam.Iſta enim decre. non tollit conſuetudines,niſi præcedentibus aduerſis. Dicit etiam, quòd vbi non eſt conſuedo etiam eſſet deferendum, vt ſic haberet Miſſam in propria eccleſia,& ſic recipiat ibi vltimum vale,à ſuo curato, alleg.in arg.de conſe. diſt.5.non oportet.2. nec iſtud electionis ſepulturæ repugnat,ſed concordat.

Priuilegiū etiam ſine ſcriptura valet.

m ¶*Onerare.*] concor.ſ.ead.compil.de foro compet.quamuis.§.penult.in fine.

a ¶*Coerceri.*

a ¶*Coerceri.*] innuit q ad quartū coerceri poſſent: ſed propter exemptiones ipſorum non habet clerus à quo iuſtitiam conſequi poſſit, & de hoc ſummè conqueritur.

¶*Gl.. ſeq. notat ad quæſtionem, de qua remittit.*

b ¶*Verbo.*] hic videtur expreſſum, q valeat priuilegium, vel gratia Apoſtolica, de qua conſtat, licet ſcriptura ſuper ea confecta non ſit. de quo ſatis not. Arch. in proœmi. ſexti. & vltra ea quæ ibi allegat benè facit. 25. q. 2. inſtitutionis. & quod ibi not. de hoc vide in Mercu. ſub rub. de priuileg.

c ¶*Forma.*] concor. §. eod. c. proxi. in fi. Io. A.

¶*Glo. ſeq. tractat qd de pacto firmato per ſententiam & confirmationem.*

d ¶*Pacta.*] dicit Io. Mona. q ſi ſuper pacto qd erat ſup ſepultura, ſententiatū erat per Papam, & confirmatum pactum ante hanc conſtitutionem, q per iſtā literam illa ſententia & confirmatio non tollitur, imo ſtabit, quia non eſt expreſsè ſublatum. C. de appel. præcipimus. in fi. nec ſequitur, pactum eſt ſublatum ergo & pactum firmatū ſententia & confirmatione: 1 Plus. n. poteſt hoc tale quàm hoc ſimplex. facit de pact. quamuis. de iureiur. licet. de foro cōpetenti. c. fi. lib. 6. inducit ēt auth. vt cum de appel. cog. in prin. & §. 1. colla. 8. vbi not. legē nouā nō extēdi ad cauſam pendentem, vel deciſam, etiam ſi ad præterita referatur.

1 Romanus ſingul. vij. ꝑ hāc glo. dicit pactū iuratum non tolli ꝑ clauſulam non obſtante pacto, vide Rotam in nouiſdci. 298. Cor. in rep. 2. rub. de iureiur. in 21. priuil. & remiſſiōes ibi poſitas. & glo. cū ibi ꝑ me notatis cap. cum nō deceat. de electio. lib. 6. Fonta.

e ¶*Præmiſſorum.*] ergo non ſolum vltimū articulum de ſepulturis. ſed etiam præcedentes duos reſpicit, ſecundum Ioan. Mon.

f ¶*Cooperatores.*] de offic. ord. inter cætera, in fine.

DE DECIMIS, PRIMITIIS, & oblationibus.

volumus) etiam diſtricta ratio in extremi iudicij examine requiratur ab eis. Vltra portionem autem huiuſmodi nihil valeant parochiales rectores curati, & prelati exigere ſupradicti, neque illis dicti fratres amplius impendere ſint adſtricti, neq; ad id à quoquam poſſint aliqualiter coerceri [a]. Nos etenim (vt in cunctis æqualiter, & pacificè fauente Domino procedatur) vniuerſa priuilegia, gratias, indulgentias, verbo [b] ſeu ſcripto, ſub quacumque forma [c] vel expreſſione, ſeu conceptione verborum, à nobis vel prædeceſſoribus noſtris Romanis Pōtificibus cuicumque ordinum prædictorum conceſſa, necnon conſuetudines, conuentiones, ſtatuta, & pacta [d], inquantum ſunt præmiſſis, vel alicui præmiſſorum [e] contraria, ea penitus reuocamus, vacuamus, caſſamus, & irritamus: quinimo caſſa, vacua & irrita nunciamus, & decernimus nullius prorſus exiſtere firmitatis. ¶ Cæterùm vniuerſos eccleſiarum prælatos cuiuſcunque præeminentiæ, ſtatus, vel dignitatis exiſtant, ac ſacerdotes parochiales, & curatos, ſiue rectores prędictos, præſentium tenore rogamus, & ortamur attentè, nihilominuſq; † eis diſtrictè pręcipiendo mādamus, quatenus pro diuina & Apoſtolicæ ſedis reuerentia prædictos ordines, & profeſſores eorum habētes affectu beneuolo commendatos, fratribus ipſis non ſe difficiles, graues, duros, aut aſperos, ſed potius fauorabiles, ꝓpitios, ac benignos, piaq; munificentia liberales ſe ſtudeāt exhibere: ſic eos in prædicationis officio, & † propoſitionibus verbi Dei, ac in omnibus alijs ſupradictis tamquam cooperatores [f] eorum idoneos, & laborum ſuorum participes prompta benignitate recipiant, ac affectuosè admittere nō omittant, vt proinde illis æternæ beatitudinis præmium augeatur, & animarum ſalutis incrementa fœlicia procurentur. Nec ipſos lateat, quòd ſi ſecus ab eis agi fortaſſe contigerit in hac parte, Apoſtolicæ ſedis benignitas, quę ordines & profeſſores eoſdem vbere fauore proſequitur, & gerit in viſceribus charitatis, contra eos nō immeritò turbaretur: nec eadem æquanimiter pati poſſet, quin ſuper hoc prouiſionis opportunę remedium adhiberet, ipſoſque nihilominus cæleſtis indignatio principis digna ꝓ meritis rependentis, cuius obſequia fratrum ipſorum ſedulitas curioſa proſequitur, minimè præteriret.

† Aliàs ita: nihilomin⁹ eis diſtrictè præcipiē do mandantes, &c.

† Aliàs, & propoſitionis.

Continuatio.

¶ *Viſum eſt ſupra de vno iure parochiali, ſcilicet de iure funerandi: verum quia eſt vnum aliud ius parochiale, ſcilicet ius decimarum: ideo, &c. De iuribus parochianorum vide Panor. in rub. de paroch. & alien. parochianis. in antiq.*

R*Eligioſi.*] ¶ Præſupponendum eſt, quòd licet religioſi cuiuſcunque ordinis teneantur ſoluere decimas de fructibus ſuarum poſſeſſionum: tamen ſunt aliqui exempti, vt non ſoluant decimas d[illegible]is, quas proprijs manibus excolunt, & excoli ſuis faciunt proprijs ſumptibus: ſimiliter non ſoluunt decimas de fructibus animalium. Secundò præſupponendum eſt, quòd iſti religioſi exempti aliquando committebant fraudes: quia coniungebant animalia ſuorum vicinorum cum ſuis, vt fraudarent eccleſias parochiales à decimis: vel etiam fingebant emere animalia. & dimittebant empta apud venditorē. CASVS. Sum in titulo de decimis, vellem informari de tali dubio, ſcio quòd ſanctitas veſtra aliquos religioſos priuilegiauit, vt non teneantur ſoluere decimas de fructibus poſſeſſionum ſuarum, quas proprijs manibus excolunt, vel etiam quas excolunt proprijs ſumptibus, nec etiam de ſuis animalibus: ſed accidit quòd iſti religioſi tradunt poſſeſſiones ſuas excolendas aliquibus colonis ꝓ certis redditibus, & tradunt illas poſſeſſiones liberas à decimis: vt cō ſequātur maiores redditus. Item ducunt animalia vicinorū ſuorum cum ſuis, vt vicini ſui non ſoluant decimas, quæritur vtrum poſſint iſtud facere impunè? Dicit Clemens quòd non: imo ſi tales religioſi habeāt adminiſtrationem, poſt vnum mēſem poſtquā fuerint requiſiti à rectoribus eccleſiarum reſtituere decimas, ſūt ſuſpenſi à diuinis. Si verò ſint ſimplices religioſi. tunc poſt duos menſes ipſo facto incurrunt excommunicationem, à qua non veniunt abſoluendi niſi. poſt reſtitutionem. Sed ponamus quòd laicus donauit ſe & ſua monaſterio priuilegiato: quæritur vtrum talis laicus debeat ſoluere decimas? Dicit Clemens quòd non. hoc dicit. Helias Regnier. ¶ Colligo aliqua notabilia. Primò quòd religioſi priuilegiati magis ſunt puniēdi quàm non priuilegiati: quia priuilegiati facientes fraudes circa decimas, ſuſtinent pœnas hic contentas, ſecus de nō priuilegiatis. Nota q religioſi exempti à ſolutione decimarū circa decimas non debēt facere fraudes. Nota quòd religioſi iſti non ſunt exempti à decimis, niſi quando excolūt poſſeſſiones proprijs manibus, vel colere faciunt proprijs ſūptibus. Et dicuntur excolere proprijs ſumptibus, quando habent aliquem mercenarium, cui tradunt aliquam penſionem annuam: ſiue percipiant fructus, ſiue non. Nota ibi, *Immiſcentium.* contra capitu. quod in dubijs. de conſecrat. eccleſi. vel a[illegible]admiſtum non ſortitur naturam eius cui admiſcetur, & hoc quia tali admiſtione fieret legi fraus. l. athletas. § prætor ait. ff. de infa. Item miſta poſſunt hic ſeparari: & de iſta miſtura ſeparabilium & inſeparabilium, vide (ait Ancha.) quæ in ſimili nota gloſ. in l. ſi ſponſus. §. generaliter. ff. de ijs, qui not. infa. Et Bart. in l. cotem ferro. §. dominus. ff. de puplic. nota de confiſcatione illicitorum adiunctorum licitis. Fontanus. Nota de verbo, *Vſurpare.* quòd ſumitur in malum. de elect. generali. vbi de hoc per Archid. Nota de verbo *Requiſitionem*, q cum ſit in ſingulari, probat hoc caſu ſufficere vnam requiſitionem, de hoc in gloſſ. concor. Zaba.

TITVLVS VIII. De decimis, (primitijs † & oblationibus.)

† In antiquiorib⁹ codicibus etiā impreſſis d ſūt hæc tria verba: primitijs, & oblationibus.

¶Clemens v. in concilio Viennenſi.

¶*Ponit quatuor caſus, in quibus religioſi grauantes, vel fraudantes eccleſias circa decimas eis debitas, ſi requiſiti per illos, quorum intereſt, non deſiſtunt infra menſem, vel de vſurpatis, vel retentis infra duos menſes non fecerint emendam, ſuſpenſi ſunt ab officijs, adminiſtrationibus, & beneficijs: & talia non habentes ſunt excommunicati. Secundus, tertius, & quartus caſus ibi, Seu qui Ioan. And.*

CAP. I.

RELIGIO-

¶*Prima.*

ſi [a] † quicunque [b], qui noualium [c], aut aliàs decimas eccleſijs [d] debitas [e] ad eos ex aliqua cauſa legitima non ſpectantes [f], appropriare [g] ſibi p̄ſumpſerint, aut exquiſitis fraudibus, ſiue coloribus [h], vſurpare. Seu qui de animalibus [i] familiarium [k], & paſtorum [l] ſuorum, vel aliorum etiam animalia ipſa eorū gregibus [m] immiſcentium [n]: Seu qui de animalibus, quę in fraudem eccleſiarū in pluribus locis emunt, emptaq; tradunt venditoribus vel alijs ab ipſis tenenda [o]: Seu qui de terris, quas tradūt alijs excolendas [p] decimā ſolui eccleſijs non permiſerint [q], aut prohibuerint [r], niſi poſt requiſitionē per eos, quorum intererit [ſ], ſuper hoc eis factā [t] à præmiſſis [u] deſtiterint infra meſē [x], aut ſi de ijs quæ contra præmiſſa vſurpare, vel retinere præſumpſerint, infra duos [y] mēſes dānificatis eccleſijs emendam non fecerint competentem: ſint & tandiu maneant ab officijs [z], adminiſtrationibus, & be

¶ *Prima gloſſ. ſummat, diuidit, & ſoluit duo dubia.*

a ¶ *Religioſi.*] Ponit quatuor caſus, in q̄bus religioſi grauātes vel fraudantes eccleſias circa decimas eis debitas, ſi requiſiti per illos, quorum intereſt, non deſiſtunt infra menſem, vel de vſurpatis vel retentis infra duos menſes non fecerint emēdam, ſuſpenſi ſunt ab officijs, adminiſtrationibus, & beneficijs: & talia non habentes ſunt excommunicati. Secundus, tertius, & quartus caſus: ibi, *Seu qui.* Et primò ponit cōſtitutionem cum ſuis pœnis, quam ſecundò moderatur: ibi, *Cæterùm.* Et per hoc verbum, religioſi, patet in ſecularibus clericis, vel laicis qui in hoc delinquerent, non eſſe locū his pœnis. concord. ſ. ea. compil. de teſta. ca. vnico. j. de priuil. c. 1. & facit quod j. dicam in caſu ſecundo. & poteſt eſſe ratio quia communius religioſi delinquebant in his: & quia ambire, & concupiſcere aliena reprobabilius eſt in religioſo. de electione, quorūdam. lib. 6. ſimi. de hæreticis accuſatus. in fi. eod. lib. In religioſo tranſlato ad eccleſiam ſecularē (licet fortè non fuerit de mente) videtur has pœnas locum habere per verbum vniuerſale quod ſequitur. & facit quod nota, de electione. quorundam. libro ſexto, in gloſ. penult.

‡ Vide concilium Trident. ſeſſio. 25. de refor ma. c. 12.

b ¶ *Quicunque.*] etiam Hoſpitalarios, & Ciſtercienſes includit. de quibus eo. ti. ex parte. 1. Et comprehendit etiam fœminas. de hoc de elect. generali. lib. 6. in glo. 2.

Fœmininū comprehenditur p maſculinum.

c ¶ *Noualium.*] quid ſit nouale, habetur de verb. ſig. cap. 1. & cap. quid per nouale. de priuileg. cap. vlt.

¶ *Gloſſa ſequens ſoluit quæſtionem. quando debentur priuatis.*

d ¶ *Eccleſiis.*] per hoc puto conſtitutionem locum non habere, quando illę decimæ deberentur priuatis, puta p antiquū feudum. de ijs quæ fiu. à præla. cum Apoſtolica. vel priuilegiū facit j. cap. proxi. agant ergo tunc via ordinaria. iſta enim cōſtitutio illis noluit ſubuenire. facit eo. tit. tua. 1.

e ¶ *Debitas.*] de iure communi, vel ſingulari: eſt autem debitum quod exigitur ab inuito. ff. de verbo. ſignifi. l. debitor. facit. 14. q. 1. quod debetur. Ioan. And.

f ¶ *Spectantes.*] tunc ergo ceſſat conſtitutio, & meritò: quia nemini facit iniuriam, qui iure ſuo vtitur, ſ. de elect. cum eccleſia. cum concor.

g ¶ *Appropriare.*] infra dicit, vſurpare. & de his j. dicam.

h ¶ *Coloribus.*] concor. de elect. auaritiæ. lib. 6. & infra. tit. 2. cap. 1. §. quia vero.

¶ *Gloſſa ſequens notat pro Aegidio.*

i ¶ *Animalibus.*] per hunc ver. & ſequentem approbata videtur lectura Aegidij dicentis, de eccl. ædifi. cum dicat, q̄ priuilegium leproſorum de non ſoluendis decimis, de nutrimentis animalium intelligitur, id eſt, de animalibus quæ nutriunt. ſic enim adaptantur fraudes quæ ſequuntur. ſic ergo videtur intelligenda decre. ex parte 1. ſ. eo. tit. Licet autem religioſi facientes has duas fraudes ligentur his pœnis, leproſi non: ſi aliàs religioſi non ſint, vt dixi in 1. gloſ. Ioan. And.

k ¶ *Familiarium.*] famulātium 1 ſcilicet: in hoc tamen nō eſt vis per id quod ſequitur. intelligitur tamen de non plenè oblatis: vt in fin. & eſt ſi. de priuileg. auctoritate. in fi. lib. 6.

1 Vide Abbatem in c. 2. extra de for. compe.

l ¶ *Paſtorum.*] qui tenentur de cuſtodia. de hoc de regu. iu. quamuis. Ioan. And.

2 Idē doct. Fonta.

m ¶ *Gregibus.*] licet ſtrictè grex differat ab armento, quod eſt maiorum animalium, vt equorum & boum, grex verò minorum: vt porcorum, caprarum, & ouium: hic tamen largè ſumitur pro maioribus & minoribus, quæ gregantur. & facit ff. de abigeis. l. fina. Cui verò eccleſiæ debeatur decima de fructu gregis not. 13. q. 1. §. 2. & e. ti. ad Apoſtolicæ. Io. An.

¶ *Gloſſa ſequens arguit & reſpondet.*

n ¶ *Immiſcentium.*] hic iunge literam infra, decimam ſolui, & c. ex hac miſtura videtur, q̄ deberent perdere priuilegium etiam circa propria animalia, vt ſic inutile adiectum vitiaret quod erat vtile. de off. delega. cum ſuper. ſed hic iſta ſunt ſeparabilia. ff. de aqua quotid. & æſti. l. 1. §. Trebatius. de quo dic vt not. de reg. iu. vtile. lib. 6.

o ¶ *Tenenda.*] ſicut ergo priuilegium de decimis laborum non extenditur ad terras quas colendas tradunt, vt ſequitur: ita priuilegium de nutrimentis animalium, non extenditur ad animalia, quæ tradunt alijs nutrienda.

¶ *Glo. ſeq. primò dicit in priuilegijs duo requiri, ſecundò tractat de quibus colonis intelligatur: tertiò, an coloni teneantur ad decimas.*

p ¶ *Excolendas.*] in priuilegio enim de decimis laborū hæc duo requiruntur, quòd prædia ſint propria. eo. tit. dilecti. & quòd illa laborent proprijs manibus, vel ſumptibus. 2 eo. tit. licet. & intelligo hoc non ſolùm de colonis cenſualibus, ſed etiam partiarijs. de vtriſque not. eo. tit. tua. 2. 3 Dicebant tamen quidam ex his priuilegiatis ſuper decimis laborum, quòd includebantur terræ datæ colonis partiarijs: quia ſumptibus ipſorū coluntur propter partem, ſcilicet fructuū, propter quā habent ex cultura coloni. ſed vt dixi in prædicta decre. tua. & cap. cum ſint homines. pars talis coloni potius eſt fructus quàm lucrum: ſubmittit enim illam fortunæ, & diuinæ miſericordiæ. quando igitur conducunt operarios, dant certum pretium, vel certos corbes pro cultura: dato quòd nil proueniat ex prædio tunc ſuis ſumptibus colunt. 4 Sed nūquid coloni partiales, vel cenſuales priuilegiatorum, ſimpliciter ſuper decimis non ſoluendis tenentur ad decimas? Puto ponderanda verba priuilegiorum. facit de priuilegio. porrò. quæ ſi eximunt terras ipſorum ab hoc onere: coloni colentes illas priuilegio participant: ſi verò eximunt perſonas. tunc licet illi de ſua parte non ſoluant, coloni non exempti de ſua ſoluent. 5 facit eo. tit. à nobis. & 16. q. 1 quæſt. de priuileg. per exemptionem. lib. 6.

2 Idē doct. Font.
3 Idē doct. placet Pet. de Ancha. & Imol. cōmēdātibus gl. & faciūt hic dicta Barto. in l. ſi merces. §. vis. maior. ff. loca. cap. tua. cap. cū ſit ſupra. eo.
4 Itē Imo. & Pet. de Ancha.
5 Quia ſeparatorum eſt ſeparata rō not. Archi. 11. q. 1. c. clericum. ſicut fruct⁹ eccleſiæ ad firmam dati aut venditi, imo ſi portātur ad vendendum, dicit Pet. de Ancha. non gaudent priuilegio eccleſiæ facit l. licitatio. §. vlti. ff. de publ. c. pen. de cēſi. li. 6.
6 Dicūt hic Pet. de Anchara. & Imol. quòd habens exercere diuina officia, & ēt alia de quibus in glo. hic ab illis ſuſpenditur ſi autem habeat ſolum diuina officia exercere: benigni⁹ eſt quòd ab illis ſuſpenſus dicatur potius q̄ excommunicatus, cum excommunicatio ſit nimis magna pœna. ca. feram⁹. 24. q. 1. tamen. §. q̄ ſi videtur dicere, quòd ſit excōicatus, nec curauit repetere officia, quaſi ſola ſuſpēſio ab illis eſſet nimis parua pœna, & hoc crederē. Panor. nil dicit. Petr. Anch. & Imol. gloſſ. non ſatis explificāt. Vide ſi qd boni dicat Zab. Font.

q ¶ *Non permiſerint.*] facto.

¶ *Glo. ſeq. addit tertium caſum, de quo quærit. arguit pro, contrarium ſoluit.*

r ¶ *Prohibuerint.*] verbo. In tribus ergo vltimis caſibus punit hæc conſtitutio non permittentem, vel prohibentem: in primo, appropriantem, vel vſurpantem. Sed dubitatur an liget non ſoluentem, quod videtur per verbum quod ſequitur, retinere? Non putò quòd hoc ſit de mente, quòd religioſi nō ſoluentes decimas incurrant has pœnas: aliud enim eſt appropriare, vel vſurpare, aliud non ſoluere: & verbum retinere, quod ſequitur, reſpicit illas appropriatas, vel vſurpatas. vbi ergo ex aliquo feudo ſibi ritè donato, vel per priuilegium p̄cipiunt decimas infra certos limites, quos excedunt, vel certa quota illis debetur quam excedunt, vel non permittunt, vel prohibent colonos ſuos decimas ſoluere in caſibus, in quibus debentur, locus eſt his pœnis.

ſ ¶ *Intererit.*] ſcilicet per prælatos, & miniſtros illarum eccleſiarum, quibus debentur.

¶ *Glo. ſeq. alleg. concor. notat differentiam & tres caſus.*

t ¶ *Factam.*] concordat de offi. ordin. ſi canonici. lib. 6. ſufficit autem quomodocunque de hac requiſitione legitimè cōſtet. non ſic in caſu decre. 1. de ſen. excom. lib. 6. vbi oportet conſtare per publicum inſtrumentum, vel ſigillum authēticum, & eſt ſpeciale, vt ibi not. Et ex illo & iſto cap. & ex decre. 1. j. de priui. not. caſus, in quibus requiſitio partis etiā vnica conſtituit quem contumacem: etiam quo ad incurrendas ſuſpenſionis, & excommunicationis pœnas.

u ¶ *A præmiſſis.*] prohibitione, fraudulenta emptione, & immiſtione.

x ¶ *Menſem.*] quot dies habere debeat, not. de elec. q̄ ſit li. 6.

¶ *Glo. ſeq. ponit diuerſitatis rationem, & dubium ſoluit.*

y ¶ *Duos menſes.*] ſ. dat vnum menſem tantum, quia ſufficit deſiſtere: hic verò requiritur emenda, quam durius eſt facere, & ideo datur maius tempus. & videtur quòd iſti duo menſes currunt ab vſurpatione vel retentione, licet ſuperior currat à requiſitione. ſimile de ſepul. c. 1. in fi. lib. 6. ſed puto de mente q̄ requiſitio reſpiciat vtrumque caſum.

¶ *Glo. ſeq. declarat, petit dubium quod aperit.*

z ¶ *Officijs.* 6] declarari debuiſſet, an intelligeret de diuinis, an de alijs officijs, puta quia ſacriſta, cellarius, camerarius, eleemoſynarius, vel his ſimiles. & pro hac litera, & lectura facit de ſolu.

de ſolu.c.2.de reg.iur.in pœnis.lib.6. pro prima facit:quia infra non repetit de officijs.

¶ *Glo.ſeq.dubium ſoluit.& opi.ponit quam determinat.*

a ¶ *Donec.*] ſic ſuſpenſi indigent abſolutione: quia de ſatiſfactione dubitari poſſet, non ſic in ſuſpenſis ad tempus determinatum, puta menſem, vel annum ſecundũ Inno. qui hoc not. de æta & qualita. cum bonæ. Satis crederem quòd ſufficiat iudicis declaratio ſuper ſatiſfactione ſine alia abſolutione. In excommunicatis verò neceſſaria eſt abſolutio poſt ſatiſfactionem, vt infra patet.

b ¶ *Non habeant.*] ſimilis diſtinctio. ſ. ea. compil. de vita & hon. cleri.quoniam.in prin. & circa fi.& j. de ſtatu mona. ne in agro §. ſi quis.& j.de pœn.multorum.

c ¶ *Quibubuſcunque.*]

neficijs ſuis ſuſpenſi donec [a] deſtiterint & ſatisfecerint, vt ſuperius eſt expreſſum. Quòd ſi religioſi huiuſmodi adminiſtrationes, vel beneficia non [b] habeant, eo caſu quo alii ſupra dicti ſuſpenſionis, ipſi ſententiam excommunicationis incurrãt, ante ſatiſfactionem cõdignam nullatenus abſoluendi: priuilegiis non obſtantibus quibuſcunque [c]. ¶ Cæterùm præmiſſa [d] extendi nolumus ad animalia, quæ per religioſorum ipſorũ donatos, ſeu oblatos [e] tenentur, dum tamẽ, illi religioſis eiſdem cum effectu [f] donauerint, aut obtulerint ſe [g] & ſua.

¶ Idem in eodem.

¶ *Decima beneficiorum alicui conceſſa, ſibi debetur ſecundùm taxationẽ, & de moneta currente. Nec poſſunt collectores propter hoc diſtrahere, vel occupare ornamenta diuinis officijs deputata. hoc dicit. Ioan. And.*

CAP II.

SI beneficiorũ [h] decima cuiuis [i] ſimpliciter [k] concedatur ad [l] tempus: ſecundum taxationem [m] decimæ in illis partibus, in quibus fiet conceſſio,

per quæ poſſent prædictæ ſententiæ impediri: priuilegia enim ſuper decimis illis conceſſa tollere non intendit, quod patet ex principio.

d ¶ *Præmiſſa.*] ſ.ſecundò & tertiò caſu. Ioan. And.

e ¶ *Oblatos.*] de his 28.q.1. vt lex continentiæ. vbi not. an tales conuerſi & oblati intelligantur renuntiaſſe proprijs, & continentiam vouiſſe. Ioan.And.

f ¶ *Cum effectu.*] tollit hoc verbum fictiones, & fraudes. Itẽ conditiones & pacta, quę ſuſpenſum tenerent talium oblationum effectum.

¶ *Glo.ſeq declarat, & obiectionem ſoluit.*

g ¶ *Se, & ſua.*] non ſufficit ergo ꝙ bona donaſſent manentes in ſeculo, ipſorum fructu retento: non obſtat de priuilegiji, vt priuilegia. tales, enim confratres ſunt, & in aliquibus priuilegiati: vt ibi, ſed plenè oblati non ſunt, vt hic.

SI *beneficiorum.*] Duæ ſunt partes principales, prout duo ſunt dicta. primò enim declarat ſecundùm quam taxationem, & ſecundùm quam monetam ſolui debet decima beneficiorum alicui conceſſa. Secundò prohibet propter illam occupari, vel diſtrahi ornamenta diuinis deputata. ſecunda ibi, in ver. *Nec per collectores.* Imola.

CASVS. Certis ex cauſis Papa donauit regi Francorum decimam omnium beneficiorum exiſtentium in ſuo regno: Ponamus ꝙ aliqua abbatia eſt taxata ad mille aureos, & tamen valet plus, vel minus, quæritur vtrum rex debeat habere decimam ſecundùm antiquam taxam, vel ſecundùm valorem ipſius beneficij: Et vtrum quis poſſit ſoluere decimam in moneta loci in loco benefiij: puta ſi collectores decimæ volunt ꝙ ſoluatur in ſua moneta, & nõ in moneta loci beneficij? Dicit Clemens ꝙ debet ſolui in moneta loci beneficij. Sed quęritur vtrum collectores poſſint capere ҫalices, & alia ornamenta eccleſiæ deputata ad ſeruitium Dei? Dicit Clemens ꝙ non, ſed ſi eccleſia habeat alia bona, illa debent capi. Not. quòd Papa ab omnibus eccleſijs orbis, id eſt, ab eccleſijs ſibi ſubditis poteſt decimam petere, tamen iſtud non facit niſi cum magna neceſſitate. Not. ꝙ Papa illam decimam poteſt donare principi ſeculari. Not. quòd cum illa decima eſt data alicui, tunc ipſa eſt ſoluenda ſecundùm taxationem antiquam, & non ſecundum valorem beneficij. Not. quòd ſicut pro executione rei iudicatæ non capiuntur illa, quibus vitam quis ſibi quærit, multò fortius non debent capi illa bona, quæ ſunt deputata cultui diuino: ſed ſi eccleſia habeat aliqua bona ſuperflua, tũc poſſunt illa capi. Not. de taxatione beneficiorum conſueta, quæ attenditur: ſic & aliàs attenditur ſtatus beneficij conſuetus de præben. cum de beneficio. lib. 6. & dic taxationem, id eſt terminationem. ſic ff. de vi. triti. & oleo lega. cum certus. Not. ꝙ attenditur moneta currens cenſualis, & in tali facienda eſt ſolutio, etiam ſi non exprimatur. ff. de legat. 1. ſi ſeruus plurium. §. fi. de reg. iur. ſemper in ſtipulationibus. de cenſi. c. penul. Zabarella.

¶ *Prima glo. ſummat, diuidit, notat ad rubricã, quærit de quinque & ſol.*

h ¶ *Si beneficiorum.*] Decima beneficiorum alicui conceſſa ſibi debetur ſecundùm taxationẽ, & de moneta currente. Nec poſſunt collectores propter hoc diſtrahere, vel occupare ornamenta diuinis officijs deputata. Secunda: ibi, *Nec per.* Et nota ꝙ ſub rubrica de decimis, ponit de decimis beneficiorũ, quas Papa 1 ſæpe impoſuit ſibi, vel alijs ſoluendas ex cauſa, & ad tempus. facit de Iudæ. ad liberandam. de vo. c. fi. & an in his locum habeat cõſtitutio, diſpendioſam. ſ. ea. compil. de iud. dixi ſuper verbo, decimis. Item per hoc ꝙ dicit, beneficiorum, quæritur de quinque. Primò, an includantur hoſpitalia, xenodochia, & loca ſimilia. Secundò, de fabricis. Tertiò, de ijs qui habent Prioratus, domos, grangias, penſiones, vel redditus à monaſterijs, vel eccleſijs. Quartò, de quotidianis diſtributionib. quæ dantur ſolùm intereſſentib. horis, & de minutis oblationibus an veniant decimandæ. Quintò, quid de capellanijs, vel beneficijs altarium. Et ſciendum quòd tempore Clementis quarti, & Honorij emanauerunt declarationes ſuper ſolutione decimarum, quas repetitas tempore Bonifacij octaui vidi ſub bulla. De primò videtur quod non 2 includantur. ſ. ea. compil. de præben. per literas. pro & contra. j. de relig. do. quia contingit. §. vt autem. Exepditum eſt in pdictis declarationibus in principio, vbi ſic dicitur, de redditibus & prouentibus leproſariarum, domorum Dei, & hoſpitalium pauperum, qui in vſus infirmorum & pauperum conuertuntur, decimæ non ſoluentur. Secundum etiam expeditur ibi in fine, vbi dicitur, quòd de redditibus eccleſiaſticis deputatis ad fabricam eccleſiarum decima perſoluetur: ſubmittit demum quòd de oblationibus & eleemoſynis, quæ dãtut ad opus fabricæ, non debetur decima. Tertium etiam ibi eſt expeditum, quòd ſi habẽtes prædicta habent illa 3 in beneficium, vel ex mera gratia, ipſi tenentur ad decimam. Si autem habet illa ex contractu conductionis ad firmam, vel emptionis fructuum, vel pro mercede, vel remuneratione ſui laboris, tunc illi quorum eſt proprietas, illa decimare debebũt. Quartum etiam ibi expeditur, quòd de minutiſſimis oblationibus, quas recipiunt eccleſiaſticæ perſonæ ratione eccleſiarũ pro ſepulturis & dandis pœnitentijs, & diſtributionibus, ſoluetur decima. De quinto nihil ibi dicitur, ſed videtur quòd non includantur, ſicut nec includebantur in reſeruatione fructuum, quam ſibi fecit Dominus noſter. Tu dic contra: quia conſtat illa eſſe beneficia eccleſiaſtica, ex quo ſic ſunt per epiſcopum ordinata. 1. q 3. quæſitum. & c. penul. de pręben. ſignificatum. quod dicitur de reſeruatione fructuũ, facit pro: quia niſi fuiſſent excepta, intelligerentur incluſa.

i ¶ *Cuiuis.*] prælato, principi, vel alteri. In regno Franciæ ſæpe practicatur iſte caſus.

k ¶ *Simpliciter.*] ſi ergo aliquid certum exprimat Papa, illud ſeruabitur.

l ¶ *Ad tempus.*] hoc dicit: quia perpetua curia non fecit per tempora, nec facere intendit. facit de reſcrip. c. fi. lib. 6.

¶ *Glo. ſeq. declarat duas diuerſas conſuetudines.*

m ¶ *Taxationem.*] In quibuſdam partibus ſunt beneficia taxata 4 in communi æſtimatione prouentuum, vt ſi taxatũ ſit in centum ſoluat decem: & ſi haberet mille non plus ſoluet & ſi haberet ſolùm quinquaginta, tantum ſoluet: & hoc voluit reſeruatio fructuũ beneficiorum quam nunc fecit Papa, qui dat collectoribus electionem, an velint recipere fructus ſecundùm taxationem decimæ, an velint illud relinquere beneficiato, & recipere reſiduum. In multis tamen partibus nulla eſt taxatio, ſed ſingulis annis prout plus, vel minus recipit beneficiatus, plus, vel minus ſoluit. patet hoc in extrauag. Ioan. quæ incipit: ſuſcepti. ex quo ergo habet conſuetudo, quòd plus vel minus ſingulis annis ſoluitur ſecundùm quantitatem fructuum, & illud ſeruabitur. Et quæ expenſæ deducantur, & de quibus fructibus ſoluatur, patet in declarationibus prædictis. Nam inter cætera deducuntur expenſæ factæ pro fructibus, & ſine quibus fructus haberi non poterant, quod non eſt in communibus decimis. ſ. eo. cum ſint homines.

1 Vide Abbatem in c. nouum genus. eo. tit.

2 Vide Decium conſi. 156.

3 An habẽs penſionẽ teneatur pro rata, vide Belenzinũ in trac. de charitatiuo ſubſidio. q. 37. & Deci. cõſ. 115. inci. ſtatutũ. & Feli. in c. de quarta, extra de præſcrip.

4 In impetratione beneficij valor illius eſt exprimendus ſecundùm cõmunẽ curſum, non ſecundũ taxationẽ decimæ, vide Rotam deciſio. 292. in nouis.

¶*Glo.ſeq.alium caſum per hunc ſoluit.*

a ¶ *Conſuetam.*] hic iunge literam, ipſa decima,&c.& quod hic dicitur, locum habet etiam cum Papa mandat alicui pro uideri de beneficio vſq; ad ſummam tot librarum paruorum Turoneñ. ad taxationem decimæ: inſpicitur enim illarum partium cõſuetudo in taxatione, vt hic:: & ſi non currunt ibi Turoñ. monetæ currentis ad taxationem Turoñ. ſiet computatio, vel cõparatio iuxta pondus, & conſuetudinẽ cãbij, quæ communiter eſſe ſolet, non iuxta caſualem cariſtiam, vel vtilitatem, quæ propter caſum accideret.

† Vide Geminianũ cõſil. 137. & Albertum Brunum cõſi. 98.

† De poteſtate collectorum, & ſubcollectorum, & an debeat conſtare p̄ literas vide Rotam deciſio. 266. in nouis.

conſuetam [a], & ad monetam [b] currentem [c] † communiter ipſa decima leuari poterit, & debebit. Nec per collectores †, leuatores, ſiue exactores ipſius decimæ, eccleſiarum calices [d], libros, & alia ornamenta diuinis officijs deputata [e] ex cauſa pignoris, vel diſtractionis capi [f], vel recipi volumus, nec diſtrahi, ſeu quomodolibet occupari.

b ¶*Monetam.*] in pecunia enim, & non in ipſis rebus debet fieri ſolutio decimæ, vt in declarationibus.

¶*Gloſſa ſequens alleg. concor. declarat, & notat.*

c ¶*Currentem.*] facit de maleſi.c.2.cum fortè currerent ibi Turoñ. Boñ. vel Sterlingi, 1 collectores volebant quòd fieret ſolutio in florenis, vel ſoluentes volebant ſoluere in Turoñ. vel florenis, cum illa moneta ibi non curreret, hoc prohibet, & hoc dicebatur in illis declarationibus, quòd ſoluentes pecuniam cambire non tenebantur. Et nota, quòd dũmodo moneta communiter currat, licet & alia currat, in illa fieri poterit ſolutio, per hanc literam, & ſic erit electio ſoluentis. de reg.iur.in alternatiuis. lib.6.

1 Qualis nũmus fuerit ſterlingus, vide Couarruuiã tract. de collatione veterum numiſmatũ cap.2.

d ¶*Calices.*] concor.de pig.c.1.

e ¶*Deputata.*] in alijs ergo non habet locum hæc prohibitio, vt ſi extant ſciphi argentei, libri iuris, vel artium, vel romancij, ornamenta, menſalia, lectiſternia, vel ſimilia.

f ¶*Capi.*] dicitur in declarationibus, quòd non ſoluentes per ſecularem poteſtatem cogi non debent, niſi non ſoluentis tanta fuerit rebellio, quòd propter eccleſiaſticæ cenſuræ contemptum inuocandum ſit contra ipſum brachiũ ſeculare.

TITVLVS IX.

De regularibus, & tranſeuntibus ad religionem.

¶Clemens v.in concilio Viennẽſi.

DE REGVLARIBVS. &c.

Continuatio.

¶*Quia clericorum duo ſunt genera, quidam enim ſunt ſeculares, alij religioſi. De primo genere dictum eſt in titulis præcedentibus, nunc dicendum eſt de alio genere clericorum, videlicet de regularibus.*

V*T profeſſores.*] CASVS. Eſt aliquis religioſus de ordine Mendicantium, qui tractu temporis de licentia Papæ tranſiuit ad ordinem non Mendicantium, videlicet ad ordinem ſancti Benedicti, vel ſancti Auguſtini: quæritur an in huiuſmodi ordine poſſit obtinere aliquem Prioratum, vel aliam adminiſtrationem, vel etiam aliquod beneficium: vel an cogatur remanere ſimplex monachus clauſtralis? Dicit Clemens, ſi ante tempus huiſmodi conſtitutionis talis tranſiens ad ordinem non Mendicantium habeat aliqua officia, vel adminiſtrationem: illa officia, vel adminiſtrationes debent ſibi remanere: ſed tamen non habebit vocem in capitulo, etiam ſi alij monachi conſentiant. Sed quid ſi aliquis Mendicans poſt illam conſtitutionem velit tranſire ad ordinem non Mẽdicantium: quæritur, vtrum poſſit obtinere illa officia, & adminiſtrationes? Dicit quòd non, nec etiam poſſunt eſſe vicarij pro alijs: ratio eſt in principio cap. Sed ponamus quòd erat religioſus de ordine non approbato, vtrum iſta conſtitutio comprehendat ipſum? Dicit ꝙ nõ. ¶Colligo aliqua notabilia. Primò, ex prin.cap. quòd quilibet debet eſſe contentus ea vocatione, qua vocatus eſt, niſi vellet dimittere primã religionem, & tranſire ad frugem melioris vitæ. c. licet. eo. tit.in antiq. Not. ſecundò, quòd ordines Mendicantium appellantur ordines paupertatis: nam tales nec in communi, nec in particulari quid debẽt habere. Alij verò religioſi etiam nihil debent habere in particulari, ſed bene in communi. Tertiò, quòd religioſus Mendicans de licentia ſedis Apoſtolicæ poteſt tranſire ad ordinem non Mendicantem, etiam ad ordinem laxiorem: ſed talis tunc Mendicans non habebit vocem in capitulo etiam ſi ab alijs religioſis ſibi concederetur, ſed tales debent eſſe ſimplices monachi clauſtrales. No. quòd conſtitutio iſta incipiebat ibi: *Sacro concilio*. & principium Clementinæ, videlicet, vt profeſſores. eſt cauſa ſeu motiuum quare iſta conſtitutio fuit facta. Vide diuiſionem glo. & maximè glo. in verbo, inibi. q̃ glo. videtur tenere ꝙ debemus pũctare noſtrum text. poſt aduerbium, *inibi.* & non ante; videlicet, ibi, *obtineant*. Not. iterum iſtam conſtitutionem, videlicet quòd profeſſi ordinum Mendicantium, & licitè tranſeuntes ad non Mendicantes, licet adminiſtrationem habeant, non habent vocem in capitulo, etiam ſi alij de capitulo id concedant, nec deinceps conſequi poſſunt adminiſtrationes, Prioratus, vel officia, etiam tamquàm vicarij, nec pro ſe, nec pro alijs animarum curam gerere: & irritat contra factum, & vltimò ponit caſum exceptum. Et ratio totius iſtius notabilis eſt, vt ꝓfeſſores & religioſi, ẽt cuiuſcunq; ordinis melius maneant in ſuis religionibus: quia ſi tranſeundo de vno ordine in alium, haberent in alio in quo ſecundò intrant, tantam auctoritatem, præeminentiam, vel maiorem vt alij: ipſi nunquam vel vix ſtarent in vno ordine per annum: ſed quolibet anno ipſi exirent & ingrederentur nouum ordinem: ideo conſtitutum eſt, ꝙ tales ſic tranſeuntes, decætero non poſſent obtinere aliquas adminiſtrationes, Prioratus, vel officia: imo oportet ꝙ ſint ſimplices religioſi. ¶Item propter iſtam rationem quæ ſequitur, fuit edita iſta conſtitutio: quia ſi tales qui tranſeunt forſan de ordine Mendicantium ad ordinem non Mendicantium, poſſent habere beneficia, adminiſtrationes, &c. multæ orirentur diſcordiæ, multa ſchiſmata, id eſt, multæ diuiſiones, quæ ſæpe producũt & generant ambitionem. Nam religioſi, qui primò intrauerunt ordinem, ſi viderent iſtos religioſos qui venerunt de alia religione, aſſumere beneficia, vel adminiſtrationes, ipſi ſibi inuiderent, & ex illa inuidia orirentur multa alia inconueniẽtia, vt apparet bene inſpicienti: quare Clemens fuit motus facere hanc conſtiſtutionem. & iſta ratio habetur in textu in primo capitulo, vſque ibi, *Sacro*. Not. ꝙ idem eſt dicere ordo paupertatis, q̃d ordo Mendicãtiũ. & dicit Lau. Mendicantes dici à mene, q̃d eſt defectus: ideo luna dicitur mene, propter defectus quos patitur. No. caſum in quo non poſſunt illi de collegio alij communicare vocem. de hoc in gl. de capitulo. Zabarella.

¶*Profeſſi ordinum Mendicantium, etiam licitè tranſeuntes ad non Mendicantes, licet adminiſtrationes habeant, non habent vocem in capitulo, etiam ſi alij de capitulo id concedant: nec deinceps conſequi poſſunt adminiſtrationes, Prioratus, vel officia, etiam tamquàm vicarij, nec pro ſe, vel alijs animarum curam gerere: & irritat contra factum. vltimò ponit caſum exceptum. Io. An.*

CAP. I.

VT profeſſores [g] huiuſuis paupertatis [h] ordinis eò [i] libentius in qua vocati ſunt vocatione [k] perſiſtere [l], tranſeũteſq; ad non mendicantium ordinem in eodem conuerſari quietius ſtudeant, quo [m] in

¶*Prima glo. ſummat, diuidit docens quid ſingulæ partes contineant, & quæſtionem ſoluit.*

g ¶*Vt profeſſores.*] profeſſi ordinum Mendicantium etiam licite tranſeuntes ad non Mendicantes, licet adminiſtrationes habeant, non habent vocem in capitulo, etiamſi alij de capitulo id concedant: nec deinceps conſequi poſſunt adminiſtrationes, Prioratus, vel officia etiam tamquam vicarij: nec ꝓ ſe, vel alijs animarum curam gerere: & irritat contra factum. vltimò ponit caſum exceptũ. Et primo ponitur conſtitutionis cauſa: ſecundò conſtitutio: ibi, *Sacro*. Tertiò ipſius moderatio: ibi, *Ad illarum*. Secũdò tria facit. Primò prouidet circa vocem, & locũ capituli. Secundò circa futuras adminiſtrationes, vel officia: ibi, *Ad prioratus*. Tertiò decretũ apponit: ibi, *Quicquid*. Et per hãc literam, *profeſſores*, & quod infra ſequit̃, *Mendicantes quoslibet*, dico decret. non habere locum in illo qui infra 15. ſuæ ætatis annum, vel aliſà infra annũ probationis fecit 2 profeſſionem in ordine Mendicantium, ſi infra ipſum annũ exiuit, & tranſiuit ad non Mendicantes, cum illa profeſſio nõ aſtrinxerit eum ordini in ſpecie, ſed religioni in genere. eo.tit.c.1.& c.non ſolùm.& c.conſtitutionem.lib.6.

2 Quoto ætatis anno debeat fieri profeſſio, ad hoc vt ſit valida, vide omnino cõciliũ Tridẽ. ſeſſio.25.ti. de regularibus. c.15.

h ¶*Paupertatis.*] vide q̃d dixi de ſtatu monachorũ recolẽtes. (in fi.

i ¶*Eo.*] id eſt, intantum. Io. And.

k ¶*Vocatione.*] id eſt, religione.

l ¶*Perſiſtere.*] ſtudeant quod eſt ĩ. & habetur hoc.1. ad Corinth.vij.21.q.1 c.1.eo.ti.licet, in principio.

m ¶*Quo.*] id eſt, inquantum.

a ¶*In ipſis.*

a ¶*In ipſis.*] Mendicantibus,manentibus, vel tranſeuntibus. & hic iunge verbum reprimetur: & redeas retrogradi.

b ¶*Diſcordiarum.*] facit s̃.ea.cõpil.de ſepul.dudũ, poſt prin.

¶*Glo.ſeq.alleg. contra ambitioſos duo iura, & tres rationes inducit.*

c ¶*Ambitio.*] concor.de elect.auaritię.in princi. & cap. quorundam.in prin. lib. 6. dixit ille Statius Poeta.

Ambitus impatiens et ſummo dulcius vnũ.
Stare loco, ſocijſque comes diſcordia regnis.

Et Seneca epi.78. Ambitioſis, aliàs ambitioni,non tam iucundum eſt multos videre poſt ſe, quàm graue aliquẽ ante ſe.

† Aliàs, reprimatur.

ipſis[a] diſcordiarum[b], & ſchiſmatum productiua ambitio[c] reprimetur† : Sacro concilio approbante ſtatuimus[d] Mendicantes quoslibet[e],qui ad nõ Mendicantium[f] ordines, etiam auctoritate Apoſtolica[g] tranſibunt in poſterum, quiuè hactenus tranſiuerunt[h] quamuis nunc Prioratus, adminiſtrationes, vel officia, aut curam animarum,vel regimen quodcunque obtineãt inibi[i], vocem aut locum[k] in capitulo non habere,etiam ſi hoc ſibi ab alijs[l] liberè concedatur. ¶Ad † Prioratus quoque, adminiſtrationes, aut quæcunq; in antea non aſſumi officia[m], etiam tamquàm vicarios[n] ſeu miniſtros,vel locum aliorum[o] tenentes: quodque animarum curam & regimen, nec pro ſe poſſint,nec pro alijs exercere[p]. Quicquid autem in contrariũ attentatum fuerit, ſit irritum[q] ipſo iure, quouis priuilegio[r] non obſtante. ¶Ad illorum autem Mendicantium ordines[f], quos Apoſtolica ſedes eo mo-

d ¶*Statuimus.*] conſtat ꝙ aliqui ordines Mendicantes habebãt quædam ex his per priuilegium, quod modò in multis ampliatur,& fit ius cõmune.ſimile de offi.leg.quòd translationem.de ſenten.exc.cap.vlt. lib.6.

¶*Glo.ſeq.caſus differentiales colligit, & dubium ſoluit.*

e ¶*Quoslibet.*] Prædicatores,Minores, Eremitas ſancti Auguſtini,& Carmelitas. de elect. quorundam.de reli.do.c.vnic. lib.6.& ibi habetur qui dicantur ordines Mendicantes. & ex illis iuribus,& hoc c.eo.tit.non ſolùm.& c.cõſtitutionẽ. lib.6. de ſta.reg.c.vnic.§.ſanè.eo.lib.de exceſ.præla.c.vnico. eo. lib. & j̃.de pœnis.cupiẽtes. in prin.collige differentias Mendicantium ad non Mendicantes,& adde quod dicã.j̃.de ſen.exc.c.1. & per prædi. §.ſanè.dico hanc conſtitutionẽ locum habere ẽt in fœminis ordinum Mendicantium,ſi tranſeant ad non Mẽdicantes. facit quod no.de elect. generali.in prin.lib. 6.

f ¶*Non Mendicantium.*] ceſſat ergo conſtitutio,cũ Mendicans tranſit ad aliũ ordinẽ Mendicantẽ: vel cũ ille qui tranſit, eſt non Mendicans: ſiue tranſeat ad Mendicãtem,ſiue ad non Mendicãtem, vt ſic ex quatuor caſibus vnum ſolum includat.

g ¶*Apoſtolica.*] ab hoc excipit.in fi.

h ¶*Tranſiuerunt.*] repete, etiam auctoritate Apoſtolica. & vide quod dixi s̃.ea. compil. dę ætate & quali. vt hi. qui.ſuper ver.in poſterum.

¶*Gloſſa ſequens pręmiſſo dicto Ouidij,ponit duas lecturas, obijcit,ponit ſolu.quam impugnat. demum ſoluit, & huic literę tripliciter reſpondet, & remittit.*

i ¶*Inibi.*] aduerbium ex in,& ibi compoſitum. Ouidius fecit librum quem intitulat in Ibim,id eſt contra Ibim.Aduerſariũ enim ſuum & corriualem, quia cum vxore ſua mœchabatur, vituperare volens, vocauit illum Ibim,ab ibis,ibidis, quæ dicitur ciconia,auis vituperabilis, quia immũda ex cauſa quam taceo: aliàs tamen auis commendabilis: quia pia in parentes ſenes. quod proſequitur Ambr.in Hexameron. v. dixit ergo ibi Ouidius. *Ibidis interea tu quoque nomen habe.* Sed iſtud inibi difficilius exponitur,nam clarius formari debuiſſet.Circa quod ſciendum eſt,ꝙ hic eſt duplex pũctuatio: Prima poſt hoc aduerbium: & tunc exponitur inibi, ſcilicet in ordinibus non Mendicantibus: & iungitur ibi: quamuis nunc inibi obtineant prioratus, & c. & ſic legendo non prohibet hanc vocem habere in ſeculari eccleſia collegiata, ſi ibidem adminiſtrationem haberent. Sed ſi punctuetur prius, id eſt ante hoc aduerbium,reſultat contrarius intellectus, & exponitur inibi. ſcilicet,in eccleſijs,in quibus obtinent Prioratus,adminiſtrationes,&c.Credo tñ ꝙ prima punctuatio ſit de mente.Sed videtur admirãdũ quo ad prius tranſeuntes & prælatos, ꝙ remaneant prælati,& in capitulo vocem non habeant. Et ſi dicis,capitulum expediret negotia ſine tali prælato ac ſi vacaret ſedes: Rñdeo ꝙ in vacatione eſt iſtud expreſſum quo ad quędam.Item vacatio præſumitur eſſe breuis propter tẽpora à iure limitata,de quibus no. de elect.ſi electio. lib.6. in gl.pen. & facit. s̃.ea. compil. de elect.ne Romani.in fin. ſed prælatus iſte vltra quadraginta annos viuere poſſet: quare nõ puto hoc fuiſſe de mente,ꝙ ſi talis eſt abbas,vel principalis prælatus monaſterij, quòd in tractãdis negotijs monaſterij vnà cum capitulo vocem non habeat. Vnde poteſt intelligi litera de voce habenda in capitulo generali, vel prouinciali. de ſtatu monacho. in ſingulis.j̃.tit.1. c.1.in fi.talis enim abbas, vel prior in illis capitulis vocem nõ habebit cum alijs abbatibus,vel Prioribus: & hoc ſonat litera,aut locum. ſolent enim tales in talibus capitulis ſibi vẽdicare certum locum in numero, puta ſecundum, vel quartum. facit dę priuile.ex ore. Vel intelligatur 1 de Prioribus, & alijs adminiſtrationem habentibus in monaſterijs,qui tñ non ſunt principales prælati monaſterij,& illi in capitulo etiam ſpeciali ipſius monaſterij vocẽ non habebũt. vndè nec de abbatibus expreſſit litera.Et licet quędam monaſteria regantur per Priores, de illis tamen non intellexit: tamen illud verbũ regimen quodcunque, multum eſt generale. 2 ſed cum excludat à voce capituli, & capitulũ ſit qd diuerſum à principali pręlato. 3 non puto ꝙ ipſum excludat,vt no. ead.compil. de ætate & quali. vt hi qui.in glo. cathedralibus.vt ibi vide.

1 Idem Panor. Imo.& Pet.de Anch. expreſsè, quia poſſet euenire caſus. quo nihil ſine principali liceret.de re. eccle. non alie. dudũ. lib.6. Font.

† In manuſcripto vetuſto ſatis & emẽdato ita: Ad Prioratꝰ quoslibet, adminiſtrationes, aut quæcũque etiam annua officia non aſſumi, & tãquàm vicarios ſeu miniſtros, vel loca aliorũ tenentes, &c.

k ¶*Locum.*] hoc plus ponit quàm prædict.decret. vt hi qui. fortè propter illud quod proximè dixi:& licet prohibeat locũ capituli,non prohibet ſtallum chori,vt ibi dixi.

l ¶*Ab alijs.*] de capitulo.& concor.prædict.decre. vt hi qui. & de elect.conſtitutis.

¶*Glo.ſeq.exemplificat, & opponit,declarationem poſcens.Secundò, quærit. arguit pro:contrarium ſoluit: & allegatis reſpondet.*

m ¶*Officia.*] ergo non poterunt eſſe ſacriſtæ, camerarij, caſtaldi,œconomi, ſyndici, vel his ſimiles. & egerent hæc etiam declaratione.videtur enim includere ſolùm officia ſubiecta eccleſiaſticæ regulæ.pro & contra.1.q.3.ſaluator.circa medium. Sed vidi dubitari an poſſint prædicare? & videtur ꝙ ſic: quia verbum Dei non debet eſſe alligatum.2.ad Timoth.2.& Apoſtolus ad Philippenſ.1.ſiue per occaſionem,ſiue per veritatem Chriſtus annuntietur, in hoc gaudeo, & gaudebo. ad idem 19.diſt.ſecundùm. vbi dicitur ꝙ non refert quis prædicet,ſed qualia pręðicet.Contrarium puto,cum prædicare ſit officium curæ:& officium & cura ſint eis hic prohibita, nec etiam pro alijs exerceant. Primum probatur de officio ordina. inter cętera.s̃.ea.compil.de ſepul.dudum.§. huiuſmodi. de hęre. cum ex iniuncto:& cap.excommunicamus.§ quia verò.& quod ibi dixi,& cap. ſicut.ſi.de Iudęis. quàm ſit. Auctoritates Apoſtoli intelliguntur de ijs quibus competit.42. diſt. quięſcamus. qui licet propter vanam gloriam, vel temporale commodum prædicent, gàudet Apoſtolus de pręðicatione,licet non de ipſorum motiuo. Ad cap.ſecundum.reſponde vt ibi not.& vide quod not.92.diſt.in ſancta.16.q.1.adijcimus.Fateor tamen ꝙ in hoc inferior pœna non competit,vt j̃.dicam.ſed ad hoc valet iſtud ſcire,quia poſſunt prohiberi, & hoc facientes puniri.

2 Reſtringe tamẽ ad ſimilia pręcedentibus. l. fi. ff. de vi. triti.& oleo leg. itẽ hic tex. eſt pœnalis. ergo: Font.

3 Facit rubrum & nigrum de ijs quæ fiunt à præla. ſine conſenſu.c. iſta vox.ſtricta ſignificatione dicit Ancha. cõphendit mẽbra non caput,ſed larga ſignificatione etiam caput.de ijs quæ fiunt. nouit. Fõt.

n ¶*Vicarios.*] prouidet ergo contra fraudem, qua tales procuraſſent amicos præfici adminiſtrationibus, vel curæ animarum,per quos feciſſent ſe conſtitui vicarios.& facit de reg. iur. quod alicui.lib.6.

o ¶*Locum aliorum.*] plura ponit.vt omnem fraudem quæ in nomine fieri poſſet,excludat,facit in Auth.vt nulli iu.li. ha.lo. ſerua.in prin.coll.9. de elect. auaritię. & c.fundamenta. lib. 6. cum ſimili. & fortè hoc dictum propter id quod no. Hoſt. de offi.vi.c.clericos.vbi dicit ꝙ vicarius non ſubſtituit aliũ in vicaria, ex cauſa tamen ad modicum tempus ponit alium loco ſui.

p ¶*Exercere.*] repete,ſtatuimus.

¶*Gloſſa ſequens in hoc decreto diſtinguit.*

q ¶*Irritum.*] irritat ergo ſuffraggium vocis, & promotionem fiendam contra hanc conſtitutionem: illa enim cadunt in decretum iſtud, quæ ſunt retractabilia. Sunt enim quædam de officio curæ, quæ ſi exercuiſſent, non eſſent irrita, vt baptizare, Euchariſtiam dare, & his ſimilia. Item quædam quæ conſiſtunt in facto, & nequeunt non fuiſſe, ſicut prædicare: de quo prædixi,Caſtaldia,& ſimilia,& vide quod dicam. j̃.de hær.c.1.ver.duro.

r ¶*Priuilegio.*] prius conceſſo,tñ iam cœpit curia tales priuilegiare contra hanc conſtitutionem,nec voluit 4 nec potuit Papa legem indicere ſucceſſori,de elect. innotuit. cũ concor.

4 Vide Fel. in c.nonnulli.ver.ſextò amplia. extra de reſc.

f ¶*Ordines.*] approbatos per ſedem Apoſtolicã, tamẽ poſt concilium generale.

a ¶*Admitterent.*

a ¶*Admitterent.*] ita quòd oportet quòd deſinant in ſeipſis.
b ¶*Approbatos.*] etiam minoris religionis.
c ¶*Tranſeundi.*] ſingulariter, non collegialiter, vt patet de religi. do. cap. vnico. in fi. lib. 6. In his ergo ceſſat ratio inducta in princi. cap. quia non expedit in ea vocatione manere, in qua vocati ſunt.

do ſubſiſtere † voluit, vt eorū profeſſoribus ita in illis remanere liceret †, ꝙ nullum extūc admitterent [a] ad profeſſionē eorum, quibuſque conceſſit licentiam generalem ad approbatos [b] alios ordines tranſeundi [c], præſentem nolumus conſtitutionem extendi.

† Alias, ſuſtinere.

† Aliàs deceat.

EOs qui.] Se ſummat. Præſupponēdū eſt primò, ꝙ duplex eſt ꝓfeſſio, per quam quis obligat religioni: Quædam eſt expreſſa, quæ fit per iſta verba: Promitto Deo & tali ſancto, puta ſancto Benedicto (ſi ſit in ordine ſancti Benedicti) & tibi abbati obedientiam, & reuerentiam: & caſtitatem: & iſte talis obligatur irreuocabiliter, & dumtamen aliquod impedimentum non obſtet. Alia eſt profeſſio tacita, quæ inducitur pluribus modis: Aliquando inducitur quando nouitius immiſcet ſe actibus profeſſorum: Aliquando inducitur aſſumptione habitus profeſſorum, & perſeuerat triduo profeſſor. Aliquando inducitur talis profeſſio tacita, ex delatione habitus religionis: id eſt portando habitum religionis per annum integrum, & iſta eſt materia huius capituli. Secundò præſupponendum eſt, ꝙ inter habitus religioſorum profeſſorum eſt aliquando differentia latens, id eſt non apparens: aliquando eſt differentia patens & apparens. Differentia habituū profeſſorum dicitur latens, quando non eſt differentia in colore, ſciſſura, & figura: ſed eſt alia differentia, fortè quia habitus profeſſorum benedicuntur, habitus autem nouitiorum non benedicuntur. Vel nulla eſt alia differentia inter habitus profeſſorum & habitus nouitiorum, niſi quia habitus profeſſorum dantur in capitulo, vel ante magnum altare: habitus verò nouitiorum dantur in alio loco. Vel forſan talis eſt differentia, quia habitus profeſſorum dantur per abbatem, & habitus nouitiorum dantur per alium, forſan per priorem, vel alium officiarium, ſeu religioſum. Alia eſt differentia inter habitus profeſſorum & nouitiorum, quæ eſt patens & omnibus nota, quæ eſt in colore, vt habitus noui tiorum ſunt alterius coloris ab habitu profeſſorum. Eſt etiam differentia patens in ſciſſura, ſicut in ordine fratrū Minorum, quia nouitij non habent caputium ſutum cum ſuo habitu: profeſſores verò habent. eſt etiam differentia in figura, quia nouitij habent habitum breuiorem in aliqua parte habitus, quam habeant profeſſi.

CASVS. Titius intrauit religionem approbatam, recepit habitum: tamen voluit experiri & tentare aſperitates & labores illius: etiam monaſterium voluit experiri mores illius Titij: Ipſe Titius portauit habitum per lapſum vnius anni, non proclamauit, nec proteſtatus fuit, vtrum per delationem habitus videatur feciſſe tacitā profeſſionē? Diſtinguit: aut habitus nouitiorum non ſunt diſtincti ab abitibus profeſſorū, & tunc dicitur feciſſe tacitam profeſſionem, & inducitur profeſſio per lapſum anni, etiam ſi maneret in monaſterio per xx. annos in tali habitu nouitiorum: Si autem habitus nouitiorum & profeſſorum ſunt diſtincti in colore, in ſciſſura, & in forma, ſiue figura. & non accipit aliū habitū, niſi habitū nouitiorū tunc ꝑ lapſum anni non dicitur profeſſus. Not. quòd quis obligatur religioni etiam per tacitam profeſſionem. & quia glo. 2. videtur iuuenibus intricata propter diuerſitatem caſuum, pono aliquas concluſiones. Prima eſt: Delatio habitus manifeſtè diſtincti, vt in colore, ſciſſura, vel forma ſeu figura, quantocunque tempore non inducit profeſionem. hoc probatur hic in fine textus iuncta glo. fin. Secunda concluſio: Delatio habitus indiſtincti ſiue per modum, de quo in c. 1. eod. tit. lib. 6. vt quia non ſolùm profeſſi & monachi illo vtuntur, ſed etiam gerentes vitam communem cum eis: non inducit profeſſionem in eo, qui in pupillari ætate eum aſſumpſit, quantocunque tempore deferatur, vt probatur. in d. c. 1. eod. tit. lib. 6. nec hodie corrigitur per iſtum tex. vt not. hic in glo. ſuper verbo, portauerint. ſecus autem in eo qui eum habitum aſſumpſit in pubertate: inducit enim in eo tacitam profeſſionem poſt annū, vt probatur in d. c. 1. §. qui verò. lib. 6. Tertia concluſio: Delatio habitus extra religionem quantocunque tempore non inducit profeſſionem. Hoc voluit tacitè iſte tex. in ver. in aliqua religione. argumento iſto ſumpto per contrarium, & expreſſius tenet hic glo. in verſi. aliqua. quam ſingulariter notabis. facit c. vt clerici. de reg. Quarta concluſio: Delatio habitus indiſtincti, vt eſt ille quo vtuntur pariter monachi & conuerſi, inducit infra annum poſt pubertatem profeſſionem tacitā in c. 1. eod. lib. 6. Quinta concluſio: Delatio habitus diſtincti latenter, puta per benedictionem, inducit per annum profeſſionem in illo monaſterio, in quo habitus delatus fuit. Hæc concluſio ſingulariter probatur per iſtum tex. aſſumptio autē

¶ Idem.

¶*Pubes per annum deferens habitum nouitiorum non patenter diſtinctum ab habitu profeſſorum, intelligitur profeſſus. Ioan. Andr.*

CAP. II.

EOs † qui [d] deinceps [e] in diſcretionis conſtituti ætate [f] nouitiorum habitum in

habitus profeſſorum inducit profeſſionem in genere, ſi datur perſeuerantia tridui. de quo tamen dicendum, vt habetur in c. conſtitutionem. eod. tit. lib. 6. in fi. etiam ſi talis habitus patenter diſtinguatur ab habitu profeſſi, vt probat in d. c. 1. in fi. nec in hoc ille tex. mutatur ꝑ iſtum, quia loquitur in alio caſu, ad quem litera iſta reſtringitur, vt notatur hic in gl. magna, in verbo, hodie verò quo ad hunc caſum. Ex prædictis & ex magna gloſ. in verſi. ex his. nota triplicem habitum nouitiorum. Et ꝙ ad profeſſionem faciendam tacitè vel expreſsè requiritur pubertas, ita ꝙ maſculus debet eſſe xiiij. annorum, fœmina verò xij. nec ſufficit ad iſtum effectum ꝙ prudentia, vel malitia ſuppleat ętatem. & hoc voluit gloſſ. in verſic. ætate.

† De materia vide omnino [1] Abbatem, & doctores poſt gloſſam in ca. ex parte. extra de regularib9 & doctores in c. 1. §. diſtinctos. de regularib. li. 6

Nota de habitu nouitiorum. & quo ad hoc dicitur nouitius quicunque non profeſſus. aliter accipitur hoc verbum. j̃. cle. proxi. §. ſanè. 1. vbi de hoc. in glo. 1. ſcolaſticis. Nota de profeſſione quæ obligat ſpeciali religioni in genere. de hoc in glo. licet igitur. Zabarella.

¶ *Gloſſa prima dicit quid determinat.*

d ¶*Eos qui.*] Se ſummat determinans decre. ex parte. eo. tit. & quod ibi not. Ber. & Innocen. & ipſe Innocen. & Hoſti. eod. titu. cap. 2. & Abba. eod. titu. conſulti. & decre. 1. eodem titu. lib. 6.

¶*Glo. ſeq. probat ꝙ ius nouum continet, dicens quid iure veteri, & quomodo capitulum ſuum caſuū non excedit, diſtinguens triplicem habitum.*

e ¶*Deinceps.*] per hoc patet, ꝙ per verbū infra, decernimus, ꝙ hæc conſtitutio ius nouum ſtatuit, & præterita non reſpicit. Dicebamus enim olim, ꝙ tunc delatio habitus per annum inducebat profeſſionem tacitam, quando erant habitus indiſtincti: & ſic intelligebatur decre. ex parte eod. titu. vt ibi not. in fin. vlt. glo. Si verò erant diſtincti, ſecus, qualiſcunque foret diſtinctio. eod. titu. ſtatuimus. & apertius. eod. titu c. 1. in fi. lib. 6. Hodie verò quo ad hunc caſum diſtinguimus qualis ſit diſtinctio habitus, an patens altero de tribus modis hic expreſſis: an latens, puta per benedictionem veſtium, perſonam dantem, locum, vel formam dationis. ex duabus enim capis quarum altera benedicta, vel data per prouincialem, vel in capitulo, altera non, primam à ſecunda diſcernere neſcis.

Habitus diſtinctio quādoq; eſt patens; quandoque verò latens.

Primò caſu delatio talis habitus, etiam vltra annum non inducit tacitam, ſecundò ſic. Ideo autem dixi quo ad hunc caſum: quia quo ad alios caſus adhuc ſtamus iuri antiquo, vt ſufficiat qualiſcunque diſtinctio: Vnde adhuc hodie maior qui ſcienter & ſponte recipit habitum diſtinctum per modū, quem ſuprà dixi latentem, ſi perſeuerat triduo, profeſſus eſt, quod dic vt eod. titu. conſtitutionem. lib. 6. Ex his not. triplicem habitum nouitiorum, diſtinctum, indiſtinctum, & indiſtinctiſſimum. Item primus, ſcilicet diſtinctus duplex, habens ſcilicet diſtinctionem latentem & patentem, vt hic. In habitu ergo nouitiorum latenter diſtincto, vel indiſtincto, vel indiſtinctiſſimo, dummodo receptus fuerit ab adulto, delatio per annum inducit tacitam, & hoc indubitatum, Delatio verò habitus nouitiorum patenter diſtincti, vel indiſtincti, vel indiſtinctiſſimi, vbi receptus fuerit ab impubere, per lapſum anni non inducit tacitam. & in his caſibus adhuc verum eſſet quod not. Innoc. in decre. ex parte. & Abbas in decret. cnoſulti. qui dicebant, quòd delatio habitus nouitiorum diſtincti quantocunque tempore, non inducit profeſſionem. Et Abbas dicebat quòd vidi literam Papalem abſolutoriam conceſſam illi, qui talem habitum detulerat ferè per xx. annos. hæc probantur. s̃. eod. ex parte. 1. & c. ſtatuimus. & eod. titu. c. 1. lib. 6. & hic. Dubitatur tamen ne decretalis iſta intendat corrigere quod vltimò dixi de habitu indiſtinctiſſimo recepto ab impubere. vt j̃. dicam.

Nouitiorū habitus triplex.

1 Vide omnino concilium Trident. ſeſſio. 25. titu. de Regularib9 cap. 15. vbi ad profeſſionem validam tam in maſculis, quàm in fęminis ætas ſexdecim annorū requiritur.

f ¶ *Aetate.*] xiiij. 1 in viro, & xij. in muliere. & requiritur ætas conſummata. ſuprà eod. ad noſtram. Nec ſufficit ꝙ prudentia, vel mlitia ſuppleat ætatem. de hoc. ſuprà eod. poſtulaſti.

a ¶*In aliqua.*]ſecus ergo ſi extra religionem, & ſic non corrigitur decre.vt clerici.ſ.eo.

b ¶*Religione*.] per ſedem Apoſtolicam approbata.de vo. c. vnico.lib.6.ſ.eo.c.proxi.in fi.ſiue ſit Mendicans, vel non.I.A.

¶*Gloſſa ſequens exponit,& dubium ſoluit.*

aliqua [a] religione [b] per annũ [c] portauerint [d], hoc ipſo religionem illam [e] decernimus eſſe profeſſos: Niſi huiuſmodi habitus in colore [f], ſciſſura [g], vel forma ſe diſtinctum patenter exhibeat ab habitu profeſſorum [h].

TITVLVS X.

De ſtatu monachorum, vel canonicorum, regularium.

c ¶*Per annum.*] integrum.eo. tit. c. 1.lib.6. ibi,& ꝙ ſi totum,& c.& per hanc literam quæ habetur.ſ. eo. ex parte. & eo.tit.c.1.lib.6. patet ſatis eſſe ꝙ detulerit ꝑ integrum annum, licet annum non exceſſerit: debet ergo nolens obligari,infra annum deponere.ſ.eod.ſtatuim⁹. Ioannes Andreas.

¶*Glo.ſeq.exponit, caſum excipit, quem dicit non correctum, & dubium ſoluit.*

d ¶*Portauerint.*] licet enim ante annos diſcretionis induerint: ex quo tamen poſt illos per annum portauerunt, ſunt profeſſi.hoc verum, niſi eo caſu tanta eſſet indiſtinctio habitus ꝙ ſeculares illis conuiuentes vterentur illo. eod. titul.c.1.2.reſpon.lib.6.Niſi dicatur ꝙ hæc decre. quæ ſolùm ponderat delationem non aſſumptionem,illud corrigat,ſecũdùm ꝙ non eſſet hodie dare habitum indiſtinctiſſimum. Sed non credo ꝙ hęc decret. illud corrigat, quod probat litera.ſ. nouitiorum habitum.facit de electione. cum expediat. lib. 6. cum concor.Item intelligas hanc literam de illo, qui ſponte recepit,vel ſaltem portauit.aliàs non obligaret portatio, quæ fieret durante probabili metu. quod me.cau.c.1.Ioãn.And.

e ¶*Illam.*] licet igitur illa tacita profeſſio,de qua eod.tit.cõſtitutionem.2.reſpon.lib.6.obliget religioni in genere,vt ibi: iſta tamen obligat in ſpecie,vt hic.

f ¶*Colore.*] vt quia nouitij album, alij griſæum, vel nigrũ: apud quaſdam Moniales diſtinguuntur profeſſæ per velum album à nigro. Sed communius eſt illud diſtinctiuum conſecrationis.

g ¶*Sciſſura vel forma.*] patet in ordine Minorum, vbi noui nouitij non habent ſutum caputium.

¶*Gloſſa ſequens addit caſum de quo remittit.*

h ¶*Profeſſorum.*] adde caſum quando proteſtatur ꝙ per lapſum non intendit obligari religioni:& hoc præcipuè ſi proteſtatio fuit conuentionalis.de hoc ſcripſi poſt Vin.eod.titu.ex parte.poſt Hoſti. eo.tit.c.2. & c.ad Apoſtolicam. & de hoc in Spec.de ſta.mo.in.vlti.quæſtione.

DE STATV MONACHORVM VEL canonicorum regularium.

Continuatio.

¶*Viſum eſt ſuprà qualiter quis obligatur religioni etiam per tacitam profeſſionem, verũ quia poſſet dubitare aliquis de ſtatu obligatorum: ideo ſubijcit rubricam, de ſtatu monachorũ, & canonicorum regularium.*

NE *in agro.*] Diuiditur in decem partes, vt patet in rubro. Secunda: ibi, *Statuimus*. Tertia:ibi, *Sanè*. Quarta:ibi.*Porrò*.Quinta:ibi, *Si quis autem*. Sexta: ibi, *Quia verò*.Septima:ibi, *Ad hæc*. Octaua: ibi, *Cæterùm*.Nona:ibi, *Ad ampliationem*. Vltima: ibi, *Præmiſſa*. Imola.

CASVS. Vidi ſ. de regularibus, & qualiter quis obligatur religioni: ſed vellem informari de conuerſatione obligatorum religioni, & vtrum ſit eis licitum vti quibuſcunq; veſtibus,cibis, & lectiſternijs ad libitum ſuæ voluntatis? vel vtrũ aliquam modeſtiam in prædictis teneantur ſeruare? Dicit Clemens Romanus Pontifex,ipſi debent cauere ne ponant exceſſum in veſtimentis,cibis,& lectiſternijs Et ratio huius conſtitutionis ponitur in prin.huius cap.Et quia cap.eſt nimis longum, ideo, accipiatis diuiſionem glo.veſtræ,& procedatis per partes ſecundùm diuiſionem. Nota quòd iſta cle.habet decẽ partes. Prima incipit: ibi, *Ne in agro.* in qua ponit exordiũ & cauſam quare fecit iſtam conſtitutionem: & prohibet generaliter monachis ne excedant in habitu,ſiue in veſtibus,cibis, & potibus. equitaturis, & lectiſternijs. Secundò: ibi, *Statuimus.* ſpecialiter prouidet circa veſtes ꝓximas habitui, vt ſunt almutia,caputia,calceamenta,zonæ,cultelli, calcaria,ſellæ,& frena equorum:& vltimo circa habitum ſuperiorem. Tertiò: ibi, *Sanè*. prouidet circa ipſorum confeſſionem,communionem,& circa expoſitionem regulæ,& circa inſtructionem, ſeu doctrinam paruorum nouitiorum, Quartò: ibi, *Porrò*. prouidet circa venationes, & aucupationes, qualiter & quando debent venari.Quantò: ibi,*Si quis autem*.punit aliquos tranſgreſſores iſtius conſtitutionis, & iubet puniri alios ſecũdùm diſciplinam regularem. Sextò:ibi, *Quia verò nonnulli.* prouidet ſeu ſtatuit contra profeſſos euntes ad curias principum,vel alias vacantes, vel intra ſepta monaſterij arma tenentes.Septimò:ibi,*Ad hęc prædeceſſorum*. ꝓuidet contra ipſorum ſolitudines.Octauò:ibi,*Cæterũ prioratus*.ꝓuidet de Priorũ ætate & ipſorũ ſacerdotio,profeſſione & habitatione.Nonò:ibi,*Ad ampliationẽ autẽ*.prouidet de monachorum ordinatione,& de ipſorum doctrina.Decimò:ibi, *Pręmiſſa igitur omnia*. confirmat,& innouat decretalem.ſ.eo.cum ad monaſterium.& c. in ſingulis. Et per partes poteris legere Clementinam.

¶ Clemens v. in in concilio Viennẽ.

¶ *Præmittit exordium breue, in quo conſtitutionis cauſam ponit, & generale interdictum monachorum nigrorum circa exquiſitum ornatum, vel notabilem exceſſum in veſtibus, cibis, potibus, equitaturis, & lectiſternijs.*

CAP. I.

NE in †agro [i] Dominico, ſacra [k] videlicet monachorũ nigrorũ [l] religione, indecorũ aliꝗd obrepat [m], aut

† Not. primò de laudibus regulæ monachorum, de hoc in gloſ. 3. Nota ſecundò, ibi in veſtibus & ibi, in cibis de moribus reformãdis tam in veſtibus quàm in cibis. & quo ad cibos, dic qđ quinque modis exceditur. de conſecr. diſt.6.quinque. quos proſequitur Steph. in quo non expedit inſtare. Zabare.

¶ *Prima gloſſa ſummando diuidit.*

l ¶ *Viris alijs.*] non diſtinguit,ſint clerici vel alij,tamen decr. vt iuxta.de offi.ordina.pręcipit ſeculares excludi.

m ¶ *Maturis.*] ętate.de elect.cum in cunctis,in princip.

¶ *Glo.ſeq.ponit duo diuerſa, & dubium ſoluit.*

n ¶ *Contentos.*] circa viſitationem aliorum monaſteriorum & locorum ſeruetur decr.vt iuxta.de offic.ordi.circa viſitationem quam facit eps̃ de proprio capitulo, pręcipuè regulari ſeruetur extraua.Bonifacij de offic.ordi.debent.hic autem taxat numerum intromittemdorum in capitulo tempore viſitationis. per hoc tamen non reſtringit numerum procurandorum ſtatutum. de cenſib. cum Apoſtolus.

Viſitans quot perſonas ſecum debet habere.

o ¶ *Ipſos.*] ordinarios viſitãtes Apoſtolica auctoritate, vel propria, vel ſuperioris ipſorum monaſteriorum.

¶ *Glo.ſeq.primò ſoluit q̃ſtionẽ.ſecundò q̃rit arguit ꝓ et cõtra.*

p ¶ *Impedire.*] per hãc literam puto ꝙ neceſſe ſit impedimẽtum ꝓcedere,& monitionẽ ſequi ad hoc vt locus ſit huic pęnę: hoc dico quia vidi pręlatos ſcribentes quandoq; Monialibus, ꝙ pareant ſe certa die ad recipiendã viſitationem ipſorum. & in eiſdẽ literis faciunt monitionẽ ꝙ nullus impediat, talis enim monitio debet fieri vt deſiſtãt ab illato impedimento, vt locus ſit huic pœnæ. facit quod ſcripſi de conceſ. pręben. cum noſtris. & ſuper gl. 2. Sed nũquid illato impedimento fiet monitio nominatim, an ſufficiet generalis? pro & contra facit ſ. ead. compil. de vita & honeſta.cler.c.1 de ſen. excomm. conſtitutionem.lib.6.

Viſitare volens, an debeat præmonere vitandos.

¶ *Glo.ſeq.remittit. ad ſimile: ſecundò dubium ſoluit.*

q ¶ *Ipſo facto.*] eſt ergo iſte caſus quo ſufficit monitio, nec eſt neceſſaria ſnĩa.concor. de cre.ſ.ead.compil.de vi. & honeſt.cler. c.1. Abſoluit autem ordinarius ex quo Papa non reſeruat, vt de ſent.excomm. nuper.

TITVLVS XI.

De religioſis domibus, vt epiſcopo ſint ſubiectæ.

¶ Clemens v. in concilio Vienneñ.

¶ *Mulieres ſtatum Beguinarum ſectantes, & de nouo aſſumentes. ac religioſi in hoc dantes conſilium, vel fauorem ipſo facto ſunt excommunicati: ſtatus tamen pęnitentialis per hoc non interdicitur, ſecundùm Paulum.*

CAP. I.

Cum [r] † de quibuſ-

† Vide clemẽt. Ad noſtrum. infrà de hæret. & extrauag. Ioãnis.xxij. incip. Sãcta Romana.ti. de religio. domibus.

Cum de quibuſdam.] Accipe glo. & ſecundùm diuiſionem proſequere particulas, & nõ indigebis poſitione caſus. Not.primò, quòd ad hoc quòd quis dicatur religioſus, oportet quòd promittat tria vota, quę ſunt de ſubſtantia cuiuslibet religionis, ſcilicet obediẽtiam, paupertatem & chaſtitatem. Secundò not.iucta glo. perſonas quibus permittitur prędicare. Not.tertio caſum, in quo quis ipſo facto incurtit ſententiam excommunicationis: videlicet mulieres ſi Beguinę aſſumãt ſtatum ſuum poſt iſtã conſtitutionẽ. vel ſi nõ dimittant, tunc enim ipſo facto ſunt excõicatę. Not.ꝙ tres ſunt ordines beati Franciſci. Primus eſt maſculorũ, qui profitentur oĩa ſubſtantialia ordinis & religionis cuiuslibet: Et iſte eſt ſtrictiſſimus, de quo in clem.exiui.de paradiſo.de ver.ſig. Secundus ordo beati Franciſci, eſt ordo ſanctę Clarę ſororũ, quę ẽt profitenť illa ſubſtãtialia: Sed differt à primo: q̃a iſte habet ꝓpriũ in cõi, qđ non habet primus ordo Minorũ. Tertius eſt ordo cõis maſculis & fęminis, in quo exiſtentes ꝓmittunt obedientiã, & quandã habent regulã, non ꝓpriè quo ad tria ſubſtantialia, ſed ad quendã modũ viuendi ꝑ ſedẽ Apoſtolicã approbatum. & hoc voluit glo. in ver. obedientiã Et ille tertius ordo eſt ꝓ viuentib. in cõiugio. tñ ſcđm modũ viuẽdi eis datũ abſtinẽt certis dieb. qualibet ſeptimana à thoro: Ideo nota ex p̄dictis. ꝙ nõ ꝓfitentes tria ſubſtãtialia, nõ dicunť ꝓpriè habere regulã, ſed q̃ndã modũ viuẽdi, & ꝑ conſequẽs, nõ dicunť ꝓpriè regulares. Not.ẽt ꝙ nedũ fęminis & laicis maribus p̄dicare nõ licet, ſed nec ẽt clericis q̱ nõ ſunt curati, vel priuilegiati. No.ꝙ nomine mulierũ continenť mulieres cuiuſcunq; cõditionis. ẽt virgines. de hoc ĩ gl.2. No.in.§.*Sanè.* in fi.ꝙ inſpiratio ad bonũ ꝓcedit à Deo: & hęc eſt lex priuata, q̃ ſupat oẽm, de reg.licet de ren.niſi §.verũ.21.q.1.q̃ dat.Lau.ver.

Tu ſpiras vbi vis, tu munera diuidis vt vis,
Tu quid vis cui vis, tu quẽ vis munere quo vis. Zabar.

¶ *Prima glo.ſummando diuidit, dicit quid cauſam conſtitutioni deberit, tandem ſubdit de quibuſdam declaratorijs.*

r ¶ *Cũ de quibuſdã.*] primò ponẽs cõſtitutionis cãm abolet & dãnat ſtatũ Beguinarũ: & excõicat illum ſectãtes, vel de nouo aſſumentes. Secũdò ibi: *Prædicti.* excõicat religioſos dãtes circa id conſiliũ. auxiliũ, vel fauorẽ. Tertiò proteſtať ſtatũ pęnitẽtię & humilitati ꝑ id mulieribus nõ ꝓhiberi: ibi, *Sanè.* Cõſtitutioni fortè cãm dedit, qđ no.Hoſt.de pęnit.& remiſ.cũ ex eod.dũ

enim

enim ibi dicitur, ꝙ queſtores eleemoſynarum non hoſpitentur in locis incongruis, dicit ibi Hoſtienſis, parcit ꝙ non dicit ꝓſtibulis: ſed cauendũ eſt à quaſi. proſtibulis, ſicut ſunt hoſpitia Beguinarum, qđ pernicioſum genus eſt mulierum, quę 1 de facili alios quàm religioſos admittunt, à quibus omnibus modis eſt cauendũ. 18. q. 2. diffinimus. & c. perniicioſam. Alibi etiam not. Hoſt. ꝙ à Beguinis cauendum eſt. de fri. fraternitatis. poſt prin. de vi. & hone. cleri. monaſteria. alibi not. de iureiur. & ſi Chriſtus. verſi. Angelius quendam dixiſſe tempora mutata in malum, ex quo conſcientia cœpit eſſe peccatum: Deus nouit iuramentum, & Beguinatus religio. Dicitur quę dam declaratoria ſuper hanc cõſtitutionẽ emanaſſe, quam de curia habere nõ potui. & à quibuſdam audiui, ꝙ à curia non manauit. Vidi autem duas contrarias, & vt puto in Alemania cõpoſitas, quarum altera videbatur edita ad conſultationem epiſcopi Argentini.

1 Aliàs ita: nec de facili alios &c.

† al. nulla.

† al. ita, ac circa fidei catholicæ articulos, &c.

† al. parantia.

2 De horũ erroribus vide plenè ꝑ Guidonem Carmelitã in sũma de hæreſibus tit. de hæreſib⁹ Beguinorũ & Beguinarũ. Sorores Minorum ſunt in duplici differentia.

dã mulieribus [a] Beguinabus [b] vulgariter [c] nuncupatis [d] (q̃ cũ nulli † promittãt obediẽtiã [e], nec proprijs renuntient, neque profiteantur aliquam regulam approbatam, religioſæ nequaquam exiſtunt: quanquàm habitum, qui Beguinarum dicitur, deferant, & ad hęreant religioſis aliquibus, ad quos ſpecialiter trahitur affectio [f] earundem) nobis fide digna relatione inſinuatũ extiterit, ꝙ earum aliquæ quaſi perductæ in mentis inſaniã, [g] de ſumma Trinitate, ac diuina eſſentia diſputent [h] & prædicent [i], ac circa † fidei articulos, & eccleſiaſtica ſacramẽta opiniones catholicæ fidei contrarias introducant [k], & multos ſuper his decipientes ſimplices, eos in errores diuerſos inducant, aliaq; quamplura periculum animarum parientia † ſub quodam velamine ſanctitatis [l] faciant & committant: Nos tam ex his, quàm ex alijs de ipſarum opinione ſiniſtra frequenter auditis, eas meritò ſuſpectas habentes, ſtatũ earundem ſacro approbante concilio perpetuò duximus prohibendum, & à Dei Eccleſia penitus abolendum [m]: eiſdem, & alijs mulieribus qui buſcunque ſub pęna excommunicationis, quam in contrarium facientes incurrere volumus ipſo facto [n], iniungentes expræſsè, ne ſtatum huiuſmodi dudum [o] fortè ab ipſiſaſſumptum quoquomodo ſectentur [p] vlterius, vel ipſum aliquatenus de nouo aſſumãt. ¶ Prædictis verò religioſis, [q] per quos eædem mulieres in huiuſmodi Beguinagij ſtatu foueri, & ad ipſum ſuſcipiendum induci dicuntur, ſub ſimili excommunicationis pęna, quam eo ipſo quòd ſecus egerint ſe nouerint incurſuros [r], diſtrictius inhibemus, ne mulieres aliquas prædictũ ſtatum (vt præmittitur) dudum aſſumptum ſectantes, aut ipſum de nouo forſitan aſſumentes quomodocunque admittant: ipſis ſuper eo ſectando, vel aſſumendo præbentes vllo modo conſilium, auxiliũ vel fauorem, nullo contra prę miſſa priuilegio valituro. ¶ Sanè per prędicta prohibere nequaquam intendimus, quin ſi fuerint fideles aliquę mulieres, quæ promiſſa continentia, vel etiam non promiſſa honeſtè in ſuis conuerſantes hoſpitijs pœnitentiam agere voluerint, & virtutum [ſ] Domino in humilitatis [t] ſpiritu de ſeruire, hoc eiſdem liceat prout † Dominus ipſis inſpirabit.

† al. ita: ꝑ ut ipſis Dominus miniſtrabit.

a ¶ *Mulieribus.*] virgines, nuptas, & viduas comprehendit. de hoc ff. de verb. ſigni. mulieris. in princip.

b ¶ *Beguinabus.*] De erroribus 2 Beguinarũ & Beguardorum Alemaniæ. j. de hæret. ad noſtrum.

c ¶ *Vulgariter.*] Inſpicitur elocutio vulgi. s. tit. prox. c. vlt. ver. illas quoque j. de hære. c. 1. §. ſanè. de torne. cap. 1. de iniurijs. & ſi pignorationes. in princ. lib. 6. c. cũ ſuis concor.

d ¶ *Nuncupatis.*] Hic iunge literam, nobis fide digna, & c. quod ſequitur eſt interpoſitio.

¶ *Glo. ſeq. remittit, & queſtionem ſoluit.*

e ¶ *Obedientiam.*] vide qđ ſcripſi, qui cler. vel vo. conſuluit. & ꝙ not. in Specul. de ſta. mo. ver. 37. Et per hoc videtur, ꝙ hæc conſtitutio ſorores Minorum quæ dicuntur tertij ordinis, non includat, cum illæ promittant obedientiam, & habeant regulam non propriè quo ad tria ſubſtantialia: ſed quendam modum viuendi per ſedem Apoſtolicam approbatum, quod mihi conſtat. & facit j. de ſenten. excõm. cum ex eod. in prin. Secundus autem ordo eſt ſororum ſanctę Clarę, quæ profitentur ſubſtantialia, ſed differunt à primo, quia habent proprium in communi, quod non habet ordo Minorum.

f ¶ *Affectio.*] ſic 95. diſtin. olim.

g ¶ *Inſaniam.*] ſicut illæ de quibus habetur 26. q. 5. epiſcopi quæ ſequi ſe dicunt Dianam.

h ¶ *Diſputent.*] quod etiam maribus laicis non licet. de hæret. c. 2. §. 1. lib. 6. C. de ſum. trin. l. penult.

i ¶ *Prædicent.*] hoc non licet mulieribus etiam 3 prælatis. de pęnit. & remiſ. noua. 23. diſt. mulier. 33. q. 5. mulierem. nec licet maribus laicis. de hæret. cum ex iniuncto. nec clericis, niſi ſint curati vel ſuper hoc priuilegiati. s. ead. compil. de ſepul. dudum. poſt princ. & §. huiuſmodi. in princip.

3 Vide concilium Carthaginenſe. 4. ca. 99. refert Iuo in decreto par. 8. ca. 324. & Gratianus. in c. mulier. hoc loco citato. 13. diſ.

k ¶ *Introducant.*] quod hæreticum eſt, de hæret. ad abolendam. in princi.

l ¶ *Sanctitatis.*] ſecundùm Gregorium: Simulata ęquitas, duplex eſt iniquitas: ratio eſt, quia malum facit, & abutit bono.

m ¶ *Abolendum.*] concor. 68. diſt. corepiſcopi.

n ¶ *Ipſo facto.*] ex quo Papa ſibi vel alteri abſolutionem nõ reſeruat, abſoluet ordinarius, de ſent. excom. nuper.

o ¶ *Dudum.*] reſpicit præterita: quia illud exprimitur, & quia ratio huius antiqua.

p ¶ *Sectentur.*] quaſi ſequatur vel aſſequant.

q ¶ *Religioſis.*] alios non ligat. vt dicam. j. de ſent. excom. cap. 1.

¶ *Glo. ſeq. obiectionem ſoluit.*

r ¶ *Incurſuros.*] quia participans crimini dãnato, incurrit eandem pœnam excõicationis. de ſent. excom. nuper. & c. ſi concubinę. non videbat hoc exprimi nec eſſe: ſed quia vt ſcripſi in prędi. decre. nuper. illa pœna locum nõ habet, niſi duo concurrãt, ꝙ crimini & crimino ſo participet, ideo fuit hic expreſſum.

ſ ¶ *Et virtutum.*] s. tit. proxi. c. vlt. ver. viſitatores. in fin.

¶ *Glo. ſeq. de humilitate dicit vnde dicatur, & pluribus auctoritatibus illam commendat, tres ipſius gradus interſerit.*

t ¶ *Humilitatis.*] 4 ab humo dicitur, & vt beatus Bernardus dicit. lib. de gradib⁹ humilitatis: Humilitas eſt virt⁹, qua homo veriſſima cognitione ſibiuileſcit, & poſt multa Glorioſa res eſt humilitas, qua ipſa quoque ſuperbia palliari ſe appetit ne vileſcat. facit. 8. q. 1. in ſcripturis. in fine. de talibus dicit ꝙ ſub ſpecie agni lupũ gerunt. de hæret. vt officium. lib. 6. Caſſianus ponens decem humilitatis indicia. ponit illud octauum, cum quis ſe reliquis inferiorem non ſuperficie pronuntiat labiorum, ſed intimo cordis credit affectu. Inde dicuntur tres gradus humilitatis. Primus ſubdere ſe maiori, & nõ pferre ſe ęquali. facit 22. diſt. de Conſtantinopolitanę in fine. Secundus, ſubdere ſe ęquali nec pręferre ſe minori. Tertius, ſubdere ſe minori. facit de pęnit. diſt. 2. c. 1. Prima dicitur ſufficiens & neceſſaria, ſecunda abundans, tertia ſuperabundans. De humilitatis efficacia diabolus ad Macharium, vt legitur in vitis patrum: Ieiunas interdum: & ego nullo vnquã cibo reficior: tu ſæpè vigilas, me nunquam ſopor oppreſſit: humilitas tua ſola me vincit. & Ambroſius dicit ꝙ humilitas eſt clauis q̃ aperit regnum cęlorum, & reſerat myſteria ſcripturarum. Et Gregorius in 4. Dominica de aduentu: Qui ſine humilitate virtutes congregat, quaſi in ventum puluerem portat, & vnde aliquid ferre cernitur, inde deterius cæcatur: & vide 93. diſt. Dominus. 100. diſ. contra morem.

4 Humilitas quid ſit & de reliqs ſpectãtibus ad materiã huius gloſſæ, vide plene Beatum Thomam 2. 2. qſt. 161.

¶ Idem.

¶ Ponens conſtitutionis cauſam, ſtatuit hoſpitalitia reformari per collatores ipſorum, & cogi rectores eorum ad conſeruationem locorum, & ſuorum iurium, & ad hoſpitalitatem tenendam, ſtatuens per locorum ordinarios ſuppleri defectum, vel negligentiam collatorum etiam circa exempta. Ioan. And.

CAP. II.

QVIA † CON-

† Vide concilium Trident. ſeſſio 7. de reforma. c. 15. vbi hanc conſtitutionem innouat cũ derogationibus in eacõtentis. & ſeſſio. 25. de reforma. c. 8.

Q*Via contigit.* Diuiditur in quatuor partes, vt patet in rubro. ſecunda: ibi, *Vt autem.* tertia: ibi, *Præmiſſa.* quarta: ibi. *cæterùm.* Imol.

CASVS. Quia rectores eleemoſynarum & leproſariarũ negligebant curã dictorum locorum, & illa cura ſeu ſullicitudine poſtpoſita res & bona ipſorum locorum nõ curabant reuocare ad proprietatem, & bona ipſorum locorũ conuertebant in ſu-

in ſuos vſus, quod eſt cõtra intentionem fundatorũ, & augmẽtationem ipſorũ locorum: ideo fuit Papę ſuplicatũ, vt cõciliũ dignaretur prouidere, quod cõcilium ſtatuit, vt bona alienata reuocẽt, & de redditibus faciãt reparationes vtiles & neceſſarias ipſis locis, & nõ cõuertãt in ſuos ꝓprios vſus. Et q̃a rectores iſti poſſent eſſe negligẽtes, ideo ſtatuit conciliũ, ꝙ ordinarius loci eos cõpellat ad faciẽdũ inuẽtariũ de omnib. bonis ſpectãtibus ad iſta loca. Item ꝙ cõpellãt ipſos ad reddẽdũ rationẽ quolibet anno. Item ordinauit cõciliũ ꝙ illa loca nõ darẽtur clericis in titulum, ſed perſonis honeſtis, q̃ habent vnde poſſint reſarcire damna, ſi qua eiſdẽ locis intulerint. Itẽ dicit, ꝙ ſi in illis locis ſint pauperes tendẽtes ad mortẽ, licet de iure cõi deberẽt recipere ſacramenta eccleſiaſtica à rectore parochialis eccleſiæ. c. 1. de ſepul. & c. 1. de cele. Miſ. in antiq. tamen ſtabitur conſuetudini illius loci, vt ſi conſueuerint accipere ſacramenta à capellano illius eleemoſynarię vel hoſpitalis, tunc rectore illius eccleſiæ parochialis in cõſulto, debet eis miniſtrare ſacramenta.

†al. reparentur.

† Vide l. legatum ff. de adminiſtr. rerum ad ciuit. pertiné. ca. re uera. de conſecr. diſt. 2. cap. quãuis. de pœn. lib. 6.

Not. primò quòd epiſcopus non poteſt redditus deputatos ad locum pauperum deputare ad alium locũ: immo pertinet hoc ſoli Papę. Et ſic eſt caſus pertinens ad ſolũ Papam, ꝙ Papa poteſt alienare redditus deputatos ad hoſpitalia & eelemoſynarias. Not. quòd rector hoſpitalis tenetur epõ vel archiepiſcopo loci reddere rationem de malè adminiſtratis. Not quòd eleemoſynariæ, quæ non ſunt annexæ alicui eccleſiæ parochiali: vel quæ ſunt ad aliquod monaſterium, nõ poſſunt alicui cõferri in titulum. Not. ꝙ collator illorum locorum debet exigere à rectoribus vt faciant inuentarium & reddant rationem de redditibus illorum locorum: aliàs collatio eſt nulla, & ſic fuiſſe factum ſcio in hoſpitali villæ Exlodunẽ. Not. iuncta gloſ. ꝙ pauperes exiſtentes in eleemoſynarijs & leproſarijs debent recipere ſacramenta diuina à rectore eccleſiæ parochialis, in qua fuerit eleemoſynaria: niſi aliud habeat conſuetudo, vt in dicto hoſpitali villæ Exoldunẽ. eſt quidã vicarius ꝑpetuus, qui ſingulis hebdomadis tenetur celebrare vel celebrari facere duas Miſſas tali die qua voluerit, & tenetur audire cõfeſſiones pauperũ exiſtentium in domo ſeu hoſpitali, ita ꝙ ſi veniret infirmus ad portam volens intrare, rector nõ tenet̃ illũ recipere, niſi primò fuerit cõfeſſus à ſuo curato: & eo exiſtẽte in domo, ſi iterũ petat cõfiteri, vicarius tenetur illũ audire cõfiteri, & ſibi conferri alia ſacramenta: & iſte vicarius eſt perpetuus & tenetur intra annum promoueri ad ſacerdotium ſecũdum formá cle. s̃. ead. compi. quę de eccleſijs. de offic. vica. immo cum ſimplici tonſura dictam vicariam poterit tenere. No. ꝙ rectores hoſpitalium non poſſunt vltra victum & veſtitum fructus & redditus conuertere in proprios vſus, etiã ſi fructus ſint à ſolo ſeparati. vide hic textũ iuncta gl. in verbo, vſus ſuos. Not. per te expoſitionẽ textus: quia multa expoſui ſupra quæ videntur ſufficere pro multis dictionibus. Not. ibi, *Interdum.* ꝙ iura aliquando adaptantur ad ea que raro emergunt, contra id ff. de legi. nam ad ea. de quo de deſpon. impu. litera Not. contra eos qui nolunt recuperare bona eccleſiæ: malè enim faciunt: quia vt dicit Zenze. ne dum deperdita recuperare, immo ſi poſſunt noua acquirere tenentur, aliàs enim imputatur. 12. q. 4. quicunque. C. arb. tut. quicquid. Zabarella.

tingit[a] interdum quòd xenodochiorum[b], læproſariarum, eleemoſynariarum, ſeu hoſpitalium rectores ipſorum cura[c] poſtpoſita, bona, res, & iura ipſorum interdum ab occupatorum & vſurpatorum manibus excutere[d] negligunt: quinimo ea collabi, & deperdi[e], domos & ædificia ruinis deformari[f] permittunt: & non attento quòd loca ipſa ad hoc fundata, & fidelium erogationibus dotata fuerunt, vt pauperes infectique lepra reciperentur † inibi, & ex prouentibus ſuſtentarentur illorum, id renuunt inhumaniter[g] facere, prouentus eoſdem in vſus ſuos[h] damnabiliter cõuertentes, † cum tamen ea, quæ ad certum vſum largitione[i] ſunt deſtinata fidelium, ad illum debeant non ad alium[k] (ſalua q̃dem ſedis Apoſtolicæ[l] auctoritate) conuerti[m]: Nos incuriam † & abuſum huiuſmodi deteſtantes, hoc ſacro concilio approbante ſancimus, vt hi, ad quos id de iure[n] vel ſtatuto in ipſorum fundatione locorũ appoſito[o], aut ex conſuetudine præſcripta legitimè[p], vel priuilegio ſedis[q] Apoſtolicæ pertinet, loca ipſa ſtudeant in prædictis omnibus ſalubriter reformare, ac occupata, deperdita, & alienata indebitè[r] in ſtatum reduci debitũ faciant, & ad ipſarum miſerabiliũ perſonarum receptionem, & ſuſtentationem debitam, iuxta facultates[s] & prouentus locorum ipſorum rectores prædictos compellere non omittant. In quo[t] ſi fortè commiſerint negligentiam[u], vel defectum, ordinarijs locorum iniũgimus[x] vt etiam ſi pia loca prædicta exemptionis priuilegio munita conſiſtant †, per ſeipſos, vel alios im-

† al. iniuriã

† Al. exiſtant.

¶ *Glo. prima ſummat, & diuidit.*

a ¶ *Quia contingit.*] primò ponens cõſtitutionis cauſam ſtatuit hoſpitalia reformari per collatores ipſorum, & cogi rectores eorum ad conſeruationum locorum, & ſuorum iurium, & ad hoſpitalitatẽ tenendã, ſtatuens per locorum ordinarios ſuppleri defectũ, vel negligentiam collatorum ẽt circa exempta. Secundò pręcipit hoſpitalia in beneficiũ non concedi, niſi in duobus caſibus: & reprobat contrariam conſuetudinẽ, ſubmittens quales eſſe debeant, quibus adminiſtratio ipſa cõmittitur, & de ipſorum iuramento, inuẽtario, & ratione reddenda: & decretum apponit: Tertiò declarat conſtitutionem non extendi ad hoſpitalia religioſorum, vel militarium ordinum. Quartò conſeruunt antiquas conſuetudines talium locorũ circa diuina officia & ſacramenta. Secundò ibi: *Vt autem.* Tertia: ibi, *Præmiſſa.* Quarta: ibi, *Cęterùm.*

b ¶ *Xenodochiorum.*] de hoc & ſequentibus nominibus ſuprà ca. cõpil. de præben. per littera. & ibi dedi remiſ.

c ¶ *Cura.*] temporaliũ, vt innuũt ſequẽtia.

d ¶ *Excutere.*] repetendo illa in iudicio, q̃d poſſunt in eccleſiaſtico, etiam ſi illi ſint laici. de foro compe. cum ſit.

e ¶ *Deperdi.*] permittunt, quod ſequitur.

¶ *Glo. ſeq. not. pro curatis & alijs beneficiatis.*

f ¶ *Deformari.*] hæc eſt probatio malæ adminiſtrationis. 12 q. 2. quatuor. de elect. fundamenta. ver. nũquid. lib. 6. C. de admini. tut. lex. quæ facit conſtitutio Ioan. Execrabilis. 1. reſpon. reparari autem debent de redditibus locorũ qui ſupſunt. q̃d dic vt de eccl. ædi. c. 1. & c. de his.

g ¶ *Inhumaniter.*] de p̃ſcri. cũ ex officij. poſt prin. de cẽſi. licet.

h ¶ *Vſus ſuos.*] ſcilicet vltra victum & veſtitum, fortè in patrimonio augendo vel conſeruando. facit de pig. c. 3. & patet quòd iſti fructus etiam ſeparatos ſolo ſuos non faciunt. De alijs clericis & prælatis not. de offic. ordi. præſenti. lib. 6.

i ¶ *Largitione*] in vita & morte.

k ¶ *Non ad alium.*] etiam pium. & eſt huic ſimile de appel. cap. 3. & ibi concor. de hoc in prima gloſ. & benè facit ff. de admini. re. ad ci. perti. l. 1. cum concord. primæ gloſſæ: quandoq; tamen rebus vtimur ad alium vſum quàm fuerint inuentę. de pœnis, quamuis. lib. 6.

l ¶ *Sedis Apoſtolicæ.*] Nota per hanc literam ſolùm Papam alterare poſſe vſum illorum quæ per fideles donata ſunt vel relicta. & addendus eſt iſte caſus ad alios. de offi. leg. quòd trãſlationem. 1

1 Vide Tur recrematã in c. huic ſe di. 17. di. vbi plura refert. quę à ſolo Papa fiero poſſunt.

m ¶ *Conuerti.*] per ſollicitudinem dięceſani. eo. tit: de xenodochijs.

n ¶ *De iure.*] vt epiſcopi, vt in prædi. c. de xenodochijs.

o ¶ *Appoſito.*] per diœceſanum de conſenſu patroni. de conſuet. cum dilectus. facit. 18. q. 2. Eleutherius. de iure pa. præterea 2.

p ¶ *Legitimè.*] ſpatio 40. annorum cum titulo, niſi ſit tanti tẽporis præſcriptio, cuius initij non ſit memoria. quod dic vt de præſcri. ca. 1. lib. 6.

q ¶ *Sedis Apoſtolicæ.*] hoc dicit, quia licet epiſcopi poſſint aliqua epiſcopalia iura remittere vel conferre, nõ tamen poſſunt à ſe correctionem & viſitationẽ de qua hic loquimur abdicare. de hoc de cenſi. cum venerabilis. de reli. do. cõſtitutus.

¶ *Glo. ſeq. notat.*

r ¶ *Indebitè.*] ad hæc recuperanda admittitur quilibet de loco. & dic vt de reb. eccle. non alie. ſi quis presbyterorum.

s ¶ *Facultates.*] quarum ſemper in ſumptibus & procurationibus habenda eſt ratio. de vi. & ho. cle. quoniam. de cenſi. ſopitę. cum ſuis concor.

t ¶ *In quo*] ſcilicet in reformando & cõplendo, vt dictũ eſt.

v ¶ *Negligentiam.*] hoc patebit ex facto notorio. de cenſ. Romana. §. notoria. vel per aſſignationem termini ad hoc præfixi & elapſi. fecit. j. tit. proxi. c. 1.

x ¶ *Iniungimus.*] non dicit permittimus. per hoc patet ꝙ ordinarij ad hoc tenentur ex pręcepto: & facit quod dixi. s̃. titu. prox. c. 2. poſt prin. ſuper ver. debeant.

pleant præmiſſa, & ſingula, & rectores eoſdem vtique non exemptos, propria: exemptos verò & alios priuilegiatos [a], Apoſtolica [b] ad id auctoritate compellant: ¶ Contradictores cuiuſcunque ſtatus, aut cõditionis exiſtant, ac prębentes eiſdem circa pręmiſſa conſiliũ, auxilium, vel fauorem per cẽſuram [c] eccleſiaſticam, & alijs iuris remedijs [d] compeſcendo: nullum tamen per hoc exemptionibus, ſeu priuilegijs ipſis quo ad alia [e] præiudicium generando.

¶ Præcipit hoſpitalia in beneficium non concedi niſi duobus caſibus, & reprobat contrariam conſuetudinẽ, ſubmittens quales eſſe debeant, quibus adminiſtratio ipſa committitur, & de ipſorum iuramento, inuentario & ratione reddenda, & decretum apponit. Ioan. And.

¶ Vt autem † præmiſſa promptius obſeruentur, nullus ex locis ipſis ſecularibus [f] clericis in beneficium [g] conferatur, etiam ſi de conſuetudine (quã reprobamus [h] penitus) hoc fuerit obſeruatum: niſi in illorum fundatione ſecus conſtitutum fuerit, ſeu per electionem [i] ſit de rectore locis huiuſmodi prouidendum. Sed eorum gubernatio viris prouidis, idoneis, & boni teſtimonij cõmittatur [k], † qui ſciant, velint, & valeant [l] loca ipſa, bona eorum ac iura vtiliter regere, † & eorum prouentus & redditus in perſonarum vſum miſerabilium fideliter diſpenſare, & quos in vſus alios bona prædicta conuertere præſumptio veriſimilis non exiſtant: in quibus ſub obteſtatione diuini iudicij illorũ, ad quos dictorum locorum cõmiſſio † pertinet, conſcientias oneramus. Illi etiam quibus dictorum locorũ gubernatiõ, ſeu adminiſtratio committetur, ad inſtar tutorum [m], & curatorum iuramentum [n] præſtare [o], ac de locorum ipſorum bonis [p] inuentaria [q] † conficere, & ordinarijs, ſeu alijs quibus ſubſunt loca huiuſmodi, vel deputandis ab eis, annis [r] ſingulis de adminiſtratione ſua teneantur reddere [ſ] rationem. Quod ſi ſecus à quoquã fuerit attentatum [t]: collationem, prouiſionem, ſeu ordinationem ipſam carere decernimus omni robore firmitatis.

¶ Declarat conſtitutionem non extendi ad hoſpitalia religioſorum, vel militarium ordinum. hoc dicit.

a ¶ *Priuilegiatos.*] de priuileg. quoniam. & c. cum capella. co. tit. volentes. §. in eos. lib. 6.

b *Apoſtolica.*] concord. ſ. ead. compil. de ſuppl. negli. prælato. c. vnico. & ibi concor. de hoc.

c *Cenſuram.*] de verborum ſigni. quærenti.

d ¶ *Remedijs.*] inuocando (ſi expedierit) brachium ſeculare, de offic. ordi. c. 1. c. quoniã.

e ¶ *Ad alia.*] ſic ſ. titu. 1. cap. 2.

¶ Glo. ſeq. quęrit de monacho: dicit quid indicatum, & quare. ponit op. contrariam. ſubdit quid de laico. & ponit huius conſtitutionis prohibitionem.

f ¶ *Secularibus.*] 1 dubitatur, an hoſpitalibus præfici poſſint. & de leproſarijs iam vidi obtẽtum ꝙ eis pręfici poterant per illud quod no. Inno. de eccl. ædi. cum dicant, vbi dicit collegium leproſorum religioſum & licitum, & à iure approbatũ. & per c. quidam. 18. q. 2. Archidia. ibi contra, dicẽs quòd ipſum c. quidam. loquitur de triplici genere locorum & perſonarum. Vndè quod ibi de monachis dicit. non hoſpitalia: ſed martyria & monaſteria reſpicit. ſit ratio: quia ꝙ monachus extra monaſteriũ intituletur, non eſt permiſſum, niſi propter curam animarum. de reg. ſuper eo. vbi ergo regimen hoſpitalis caret cura, qui dicit religioſum illi præfici poſſe, oſtendat ius expreſſum. Nec eſt etiam verum quod dicit Inn. collegium leproſorum religioſum: vt ibi etiam ſcripſi. & facit quod not. de exceſ. pręla. nimis 2. in 3. glo. De laicis aũt fatemur per prædi. c. quidam. quòd pręfici poſſint etiam ſi habeat rector curam pauperum, vel familię extra poteſtatem clauium. talem enim curam habet & pater & dominus ſuper familiam. Iſta ergo non impedit laicum pręfici. facit de ſent. excom. canonica. & qđ ibi dixi Nec ſufficeret ad pręficiendum monachum talis cura, niſi ex poteſtate clauium curam habeat. de hoc de offi. Archi. cum ſatis. de pœn. & remiſ. omnis. In prima tamen editione huius cõcilij hoc fuerat prohibitum, ne laicis habentibus filios vel vxorem ex qua poſſent veriſimiliter filios procreare, talia loca cõferrentur, quod poſtea fuit ſublatum.

1 Materiam huius gloſſæ latè tractat hoc loco, more ſuo Ioãnes Imola hic. cũ videto.

†Vide concilium Trident. ſeſſio. 22. de reforma. cap. 9. & ſeſſ. 23. de reforma. c. 18.

g ¶ *Beneficium.*] concor. ſ. ead. compil. de præben. per literas. & vide quod ibi dixi in glo. vnde nec. & quod ſtatim dicam ſuper ver. committatur.

h ¶ *Reprobamus.*] concor. ſ. ea. cõpil. de ęta. & quali. vt hi qui. cum ſuis concor. Si autem expreſsè non reprobaſſet conſuetudinem, puto ꝙ duraſſet ſicut ſtatutum, de quo ſequitur de conſtitutionibus. c. 1. lib. 6.

i ¶ *Electionem.*] per ſuperiorem confirmandam. 2

¶ Glo ſeq. ponit lecturam quam dicit conſuetudine non approbari, & declarationem poſcit.

k ¶ *Commitatur.*] ſi intelligeretur ad tempus, ſcilicet quam diu placuerit committenti: tunc eſſet litera illa clarior, quæ ſcilicet prohibuit illa in beneficium concedi, quaſi diceret. beneficia de ſui natura ſunt perpetua. 55. diſt. pręcepta. iſte verò erit temporalis ad inſtar tutorum & curatorum, de quibus ſequitur, & pręſidentium ciuitati Romanę, de quibus de electio. fundamenta. libr. 6. vel alijs ciuitatibus vel vniuerſitatibus, de quibus ſatis ſcripſi poſt Hoſti. de iud. c. fin. facit ad hoc. ſ. ead. compil. de ſup. neg. præla. c. vnico. in prin. ibi, committere. & quod ibi dixi, conſuetudo non recipit hanc literam. immo, ita hodie ſicut olim inſtituũtur perpetui rectores in locis talibus: & facit litera. regere, quæ ſequitur: declaranda eſſet in hoc mens huius literę.

2 Vide Feli. in cap. in noſtra. corol. 32. de reſcr. & Old. cõſi. 146.

l ¶ *Valeant.*] cum effectu ſupra de cle. non reſi. c. 3. & 4.

¶ Glo. ſeq. ponit. formam iuramenti tutorum & curatorum & quibus dentur.

Tutores & curatores quid iurare tenentur.

m ¶ *Tutorum, & curatorum.*] iurant enim iſti facere vtilia pupillis vel adultis quibus deputantur & ꝑtermittere inutilia ipſorum, etiam res & perſonas ad commodum & vtilitatem eorũ bona fide cuſtodire & ſaluare, inuentarium de rebus eorum facere, & adminiſtrationis ſuæ rationem tempore debito reddere cum reſiduorum reſignatione: eo ſaluo ꝙ ſemper vti valeat veritate. quod vide in Spe. de tut. in 1. col. & ꝓbatur. C. de epi. audien. l. de creationibus. C. de cura. furio. l. fi. cum ſimilibus. Tutor autem datur pupillo, curator adoleſcenti. & interdũ maiori furioſo vel prodigo, vel his ſimilibus. datur etiam bonis & ad cauſas & lites, de quib. oĩb. in Spe. de curatore.

†Al. confeſſatur.

† al. gerere.

† al. gubernatio.

Tutor & curator quibus dantur.

† al. inuentarium.

n ¶ *Iuramentum.*] concordat infra de hæret. c. 1. §. porrò.

¶ Glo. ſeq. notat iſtos ad ſatiſdandum non arctari, & dat ſimile.

o ¶ *Præſtare.*] No. q̃ de ſatiſdatiõe nil dicit: ad quã tamẽ tutores & curatores tenentur, niſi ſint teſtamẽtarij, vel ex inquiſitione dati. C. de tutore vel cura. qui nõ ſatiſde. l. in dubium. & l. non omnium. de curatore furioſ. l. fin. inſti. de ſatiſda. tuto. in princip. & ſic ſoli legitimi, & ſine inquiſitione dati ſatiſdant. & ibi de hoc: & in Spec. de tuto. §. ſi autẽ. ver. horum. cum autem iſti rectores ex inquiſitione dentur. meritò ſatiſdatione non onerãtur. facit. C. de epiſ. & cle. orphanotrophos. in prin. niſi propter vxorem & filios ſuſpectus eſſet. vigeſimaterti diſt. de Syracuſanę. ſed tali ſuſpecto committi nõ debet, vt ſupra.

Tutorũ, quidam tenentur ſatiſdare, quidam non.

p ¶ *Bonis.*] mobilibus & immobilibus. de teſta. relatum 2. ff. de verbo. ſigni. bonorum.

q ¶ *Inuentaria.*] quę aliàs repertoria dicuntur. ff. de admi. tut. tutor qui repertorium. & ad hoc tutores & curatores tenẽtur. C. de admi. tuto. l. tutores. 2. de cura. fu. l. fi. & formas diuerſorũ inuentariorum vide in Spec. de inſtru. edi. §. fi. & de his ib. ver. ſunt etiam.

Inuẽtariũ & repertorium idem.

¶ Glo. ſeq. ſoluit dubium reſpondens contrario.

r ¶ *Annis ſingulis.*] per hanc literam videtur ꝙ etiam nõ petitam teneatur offerre, aliàs ſi terminus ſtatutus non eſſet (pone exẽplum ſupra ea. compil. de teſta. c. vnico.) ſatis videretur ſufficere ꝙ hoc faceret cũ requiſitus 3 eſſet. de iureiura. c. breui. & facit quod no. de elect. cupientes. §. ſi verò. in 5. glo.

3 Idem Zabarella, & Panormitanus hic. & Alex. conſi. 1. nu. 4. li. 7.

¶ Glo. ſeq. ſignat contrarium: ponit opinionem & ſoluit.

ſ ¶ *Reddere rationem.*] Contra. C. de epi. & cler. orphanotrophos. in fi. & authen. de eccle. tit. §. pen. colla. 9. vbi dicitur tales ad rationem reddendam non teneri. Sol. illud correctum per authent. poſterior. de ſan. epi. §. œconomos. coll. 9. ita ibi ſoluit glo. Tu dic verius primas leges non correctas, ſed loquuntur de ratione redenda orphanis vel pauperibus ad quam iſti non tenentur, quod ſonat ibi textus, dicens quòd non ſubiacent tutelaribus vel curatorijs rationibus. §. œconomos. loquitur expreſsè de ratione reddenda epiſcopo, ad quam tenentur, vt ibi & hic: ſed hoc ibi additur, ꝙ ſingulis annis ad hoc teneãtur.

Hoſpitaliũ magiſtri pauperibus rõnẽ reddere nõ tenentur.

t ¶ *Attentatum.*] ſcilicet quia conferuntur in beneficium ſecula-

ſecularibus clericis vel perſonis,nō talibus , vt dictū eſt ſupra.
a ¶*Prçmiſſa.*]ſcilicet de ſuppletione ordinariorū, etiam quo ad exempta,ꝙ non conferantur in beneficium,de iuramento, inuentario,& ratione reddenda.
b ¶ *Militarium.*] vt ſancti Ioannis Hieroſolymitani ſanctæ Mariæ Theutonicorū, Calaſtrenſiū, & ſimiliū.

Hoſpitalia dē cuius licentia ſunt erigenda.

c ¶*Aliorum.*]ſunt q̄dam religiones ſuper hoſpitalitate fundatæ, vt Cruciferorū: vel dato ꝙ nō ſint ad hoc fundatæ , habent tamen hoſpitalia.
d ¶*Cæterùm.*] pars .
¶*Gl.ſeq. ponit duas hoſpitalium ſpeties,& remittit.*
e ¶*Altare.*]talia hoſpitalia cū eccleſia vel altari , cœmiterio vel alio iure parochiali,vel quæ aliàs ſint perpetua & religioſa , erigi nō poſsūt ſine auctoritate diœceſani, aliàs tamen quilibet domum ſuam vel partem domus ad hoſpitalitatē pauperū diſponere poſſet : ſed tunc pœnitere poſſet:& vide quod dixi eod. tit. ad hoc. ſuper prima gl. & qđ no.Hoſti.in ſumma de regu. §.1. verſic. quid de ruſticis. ex quo autem hoſpitale eſt locus religioſus,& auctoritate epiſcopi deputatus , bene poſſunt talia ſibi accedere.ſ.ea.compila. de præben. per literas .

† al. eccleſiaſtica.

† al.ita in illis partib. &c.

¶ Præmiſſa [a] verò ad hoſpitalia militarium [b] ordinum, aut religioſorum etiam aliorum [c] extendi minimè volumus:quorum tamen hoſpitalium rectoribus in ſanctę obedientiæ virtute mandamus,vt in illis ſecūdùm ſuorum ordinum inſtituta,& antiquas obſeruātias prouidere pauperibus,& hoſpitalitatem debitam in illis tenere procurent : ad quòd per ſuperiores eorum arcta† diſtrictione cogantur, ſtatutis,aut conſuetudinibus quibuslibet non obſtantibus in præmiſſis .

¶*Conſeruat antiquas cōſuetudines talium locorum circa diuina officia, & ſacramenta.Ioan.And.*

¶Cęterùm [d] noſtræ intentionis exiſtit, quòd ſi qua ſint hoſpitalia,altare, [e] vel altaria, & cœmeterium ab antiquo habētia: & presbyteros celebrātes , & ſacramēta eccleſiaſtica pauperibus miniſtrantes, ſeu ſi parochiales [f] rectores conſueuerint in illis † exercere præmiſſa , antiqua conſuetudo ſeruetur, quo ad exercenda , & mi-

f ¶*Parochiales.*] ſcilicet in quorum parochijs cōſtructa ſunt hoſpitalia, pro quibus facit ius commune.de præſcrip. ex tranſmiſſa. & de reſti. ſpol. ad decimas.lib.6.ſtatur tamen conſuetudini . Licet ergo hoſpitale & ipſius familia & pauperes ibi degentes ſint de parochia matricis eccleſiæ.potuit tamen præſcribere hoſpitale , ꝙ per proprium ſacerdotem illis ſpiritualia miniſtrentur.

Hoſpitalia cuius parochiæ ſunt.

g ¶ *Supradicta.*] concor. vigeſimaquarta,quęſtione prima , pudenda.de elect.nihil eſt.in fi. & facit infra de priui.c.1.in fi.

DE IVRE PATRONATVS.

Continuatio.

¶*Vidimus ſupra de prębendis,& dignitatibus & aliis beneficijs clericorum tam ſecularium quàm religioſorum: verùm qa nonnunquam in dictis beneficijs eſt effectus pręſentationis , & aliquod ius , quod patronis debetur : ideo annectit rubricam, de iurepatronatus .*

V*T conſtitutio.*] Præſupponēdum eſt quod dicitur in c. de monachis. de præbendis.in antiq. videlicet ꝙ ſi aliquibus religioſis vel clericis competāt eccleſiæ; quantùm ad proprietatem,fortè ex donatione capituli vel conuentus facta cum conſenſu epiſcopi vel abbatis,& cum cauſa rationabili,ſcilicet pro alimētis religioſorum & iſti religioſi præſentāt epiſcopo clericum ſecularem,quem appellamus vicarium perpetuum vel rectorem:ratione curæ epiſcopus non debet inſtituere aliquē niſi ſibi cōſtet,ꝙ ipſe præſentatus habeat portionē ſeu penſionē à dictis religioſis vnde decēter poſſit viuere,& ſoluere iura epiſcopalia,& hoſpitalitatē tenere.Secundò præſupponendū eſt quod dicitur in c.1.eo.tit.in 6.videlicet,ꝙ illud c.intelligitur etiam ſi monachi ſint exēpti à iuriſdictione epiſcopi. iſtud cap.venit quodammodo executiuè: quia ponit qđ iuris ſi patroni præſentantes nolint aſſignare penſionem decentem ipſi vicario perpetuo.

C a s v s . Fuit à nōnullis in concilio Viennenſi propoſitum, ꝙ cap.de monachis.alle.& c.1.eod.titu.in 6.erat quaſi nullius efficaciæ,eo ꝙ nō prouidebat ſi religioſi nollent aſſignare certam penſionem dictis vicarijs:vnde concilum primò prohibuit epiſcopis,vt non inſtituerent aliquem vicarium ad præſentationem religioſorum patronorum, niſi prius eidem vicario fuerit aſſignata certa portio:Et ſi patroni nolint portionem illam aſſignare : tunc epiſcopus debet eis pręfigere terminum ad aſſignandum huiuſmodi portionem,& termino elapſo facultas aſſignādi huiuſmodi portionem deuoluitur ad ipſum in pęnam patroni:quę pœna eſt iſta?qa fortè epiſcopus aſſignabit prędium vel partē parochię, quę erat magis ꝓpitia ipſis religioſis : & debet epiſcopus procedere cū ſumma cōſcientia in aſſignatione huiuſmodi,ita ꝙ nō inducatur odio, prece, fauore , vel pretio.Sed quęritur vtrū iſta ſint vera indiſtinctè,videlicet ꝙ epiſcopus non debet vicariū inſtituere, niſi prius fuerit ſibi aſſignata portio congrua? Dicit qđ non eſt verum indiſtincte:quia in aliquibus prioratibus ipſi religioſi ſupportant oīa onera,quia ſoluūt iura epiſcopalia & tenēt hoſpitalitatem, id eſt , tractant vicarium honeſtè tamquam hoſpitem, & non tenētur aſſignare aliquam portionem: ſed ſufficit ꝙ teneāt vicarium honeſtè tam in victu quā in veſtitu, vt non vituperetur ſacerdotale officium.No. ꝙ cum eccleſia competit ad clericos ex donatione epiſcopi cum conſenſu capituli , cuius donationis effectus eſt, ꝙ omnes redditus & omnia temporalia pertinēt ad clericos,ipſi clerici tenentur aſſignare congruam portionem ipſi vicario perpetuò vnde poſſit viuere,iura epiſcopalia ſupportare,& hoſpitalitatem tenere.No.ꝙ ſi religioſi,vel clerici nolint aſſignare congruam portionem,epiſcopus poteſt illi aſſignare,& de hoc Papa onerat conſcientiam epiſcopi.No. ꝙ ſi religioſi ſupportent onera illius eccleſiæ,tunc non tenentur aſſignare portionē ſiue penſionē ipſi vicario,ſed ſufficit ꝙ vicariū habeant honeſtè tractare. No. caſum in quo ceſſat priuilegiū exemptionis, ſic ꝙ religioſi exēpti ſubſunt epō: puta ſi nolint decēter tractare vicariū ꝑpetuū. No. ꝙ inſtitutis in beneficijs debet aſſignari vndè poſſint habere congruam ſuſtentationē, & iura epalia ſoluere:ſubaudit Pau. & alia incūbentia ſupportare.de pręb.de monachis.& eo.tit.c.1.lib.6.Et quę dicāt ſufficiens portio iſtorum,no.de pręb.extirpandę.21.q.1.c.1.de reſ. cum eadem. Not. quòd debet aſſignari terminus competens habentibus præſentare , intra quem prouideant de congrua portione . de hoc in gl.in ver.competentem. Zabarella.

niſtranda ſpiritualia ſupradicta [g] .

T I T V L V S XII.

De iure patronatus .

¶ Clemens v. in concilio Viēnenſi.

¶ *Si præſentatis ad eccleſias per patronos eccleſiaſticos , in quibus ipſi non conſueuerunt omnia onera ſupportare, non aßignetur intra terminum competentem congrua portio , dięceſanus eam aſſignare debebit : Quod locum non habet , quando onera ſunt per patronos ſupportanda.h.d.Zabarella .*

C A P. I.

VT conſtitutio [h], quę ad eccleſiam aliquam , quemuis etiam ad exemptorum præſentationem admitti conſuetudine non obſtante [i] contraria prohibet , niſi præſentatio de prouentibus eiuſdem eccleſiæ, talis coram dięceſano portio fuerit aſſignata,vnde iura poſſit epiſcopalia ſoluere, & ſuſtentationem habere [k] congruam ſicut expe-

¶*Prima gl.ſimul ſummat & diuidit, itē remittit, & exponit.*
h ¶*Vt conſtitutio.*]in prima exordiū, in quo expedientiā obſeruantię antiqui iuris pro cōſtitutionis cauſa ponit,in ſecunda conſtitutio,ibi : *Dięceſanis.* quæ tria facit: primò prouidet circa aſſignationē partis prouentuū eccleſiarū faciendam pręlatis, vel vicarijs ipſarum,per patronos eccleſiaſticos,qui non ſolent ipſarū onera ſupportare . ſecundò ibi : *Sanè.* circa illos patronos,q ſolēt ſupportare ꝑdicta.Tertio ibi,*Ad q̄.*circa executionē conſtitutionis dat poteſtatē dięceſanis,& tollit obſtātia.determinat opiniones de quib.dicā ſuper verbo.*Deuoluat.* & hic,Vt, ponitur cauſatiuè. ſic de appel. vt debitus. vbi dixi.
¶Conſtitutio Clementis 4.de præb.c.1.lib.6.quę ſupplet cōſtitutionem Alexandri,eod.titu.de monachis.circa exemptos, & conſuetudinem reprobandam, de qua ſequitur.
i ¶*Non obſtante.*] concor.de pręben.extirpandę.
k ¶*Habere.*] & reliqua incumbentia onera ſupportare , vt in prędictis iuribus .

¶*Ex-*

a ¶*Expedit.*] eccleſiarum vtilitati, & animarum ſaluti, vt ibi.
b ¶*Declarare.*] hoc facit. j̃. §. ſanè.
c ¶*Adijcere.*] adijcit circa formam inhibitionis. Item de termino ſtatuendo, de præſentato inſtituendo, de aſſignatione poſt terminum per ordinarium facienda, & illud quod habetur in fine.

1 Appellatione diœceſanorum nō veniunt inferiores pręlati, vide Abbatē in c.cumolim. in 4.no. extra de præſcri.

dit [a], obſeruetur: ipſam declarare, [b] ac † quædam adijcere [c] conſulta huiuſmodi ſacri concilij approbatione prouidimus; Dięceſanis [d] ſub obteſtatione diuini iudicij diſtrictius inhibentes [e], ne præſentatum [f] aliquem per quamcunque perſonam eccleſiaſticam ius [g] præſentandi ad eccleſiam aliquam habentem admittant, niſi intra certum terminum competentem [h] per dięceſanos ipſos † pręſentantibus pręfigendum, ipſi præſentato fuerit coram [i] eis (vt pſcribitur †) congrua de prouentibus accleſiæ portio aſſignata: Quam ſi

† In antiquioribus codicibus cōſtāter legitur ita: ac ei q̄dam, &c.

† Aliàs epiſcopos.

† Aliàs, pręmittitur.

¶*Gl. ſe. quęrit et ſoluit.*
d ¶*Dięceſanis.*] 1 qđ de inferioribus ad quos ſpectat inſtitutio, quod eſſe poteſt de offi. dele. ſuper eo. de cler. peregr. c. fi. de præb. referente. s̃. ead. compil. de præb. ſi de beneficio? Solut. inquantum ponit hæc decr. ius nouum, in illis non habet locum: aliàs ſimpliciter dixiſſet, ordinarijs. ſimili. s̃. ca. cōpila. de ſequeſtr. poſ. ca. vnico. de ſtatu reg. c. 2. s̃. tit. prox. c. 2. poſt prin. j̃. de priui. c. 1. de pœni. & remiſ. cap. 1. & tunc tales comprehenderet. de offi. ord. ordinarij. in prin. lib. 6. & quod ibi not. Nec poteſt negari quin ſerioſè diœceſanos exprimat: cū hoc ſit hic octies repetitum, nec mirum: quia decre. de monachis. & decre. 1. lib. 6. de præben. de diœceſanis etiam expreſsè loquuntur. ſic s̃. ea. comp. de ſup. neg. præla. c. vnico. de fo. compe. quamuis. §. volumus. de vi. & hone. cleri. c. 1. in prin. & quod ibi dixi. Inferior ergo prælatus habens inſtituere, ad dięceſanum recurret, vt terminum ſtatuat ad aſſignationem. facit princ. huius ca. ꝙ ſi non fiat per inferiorem ad quem ſpectat, admittetur inſtitutus, & per diœceſanos fiet aſſignatio, & reliqua hic expreſſa. & eſt ſimile quod de literis commendatitijs ſcripſi in prædi. decre. ſi de cleri. pere. ſuper. vlt. glo.

¶*Glo. ſeq. primò dicit quid addit, quærit quid ſi contra fiat, alleg. quòd valeat, ſecundò quod non valet, reſpondens ad quædam contraria: tertiò ſoluit tenendo primum, & contrarijs reſpondet.*

e ¶*Inhibentes.*] hic addit fortiorem expreſſionem inhibitionis: Scripſerat enim Alexander diœceſano, quòd prouideret, quòd nullum, &c. Clemens quartus ſtatuerat & mandauerat conſtitutionem inuiolabiliter obſeruari, hic Clemēs quintus inhibuit diſtrictè ſub obteſtatione, &c. Sed quæro quid ſi contra hāc inhibitionem diœceſanus admittit præſentatum, aſſignatione non facta? Videtur ꝙ valeat. de præben. dilectus. 2. de conceſ. præb. ſi ſoli. in prin. & facit quod no. de offi. ord. Romana. ad fi. lib. 6. & eo. li. de immu. eccle. decet. ad fi. ex quo non apponitur decretum, vt ibi. & facit de deſpon. impu. ad diſſoluendum. in fi. Item cum hæc principaliter fauorem epiſcopi & inſtituendi recipiant, vt s̃. in princip. poſſunt ſuo renuntiare fauori. de regula. ad Apoſtolicam. C. de legib. quod fauore. & facit. ff. de no. ope. nun. l. 1. §. & poſt operis. Contra de elec. prouida. lib. 6. vbi non valet confirmatio facta, illa inquiſitione omiſſa, quæ præmitti debebat: ita nec hic valeat non præmiſſa hac aſſignatione. ad idem eo. tit. c. fi. vbi omiſſio citationis vitiat confirmationem. Item contra hoc eo. titu. cum dilectus. vbi non valet collatio poſt inhibitionē legati. Ad idem prædi. decre. ſi ſoli. ver. aut. vbi inhibitio executoris ad compellēdum afficit etiam ſine decreto: nam plus operatur expreſſa inhibitio quàm mandatum, 2 vt ibi patet. & ſic reſpondetur ad principium ipſius decret. & decre. dilectus. in contrarium allegatarum. Item non obſt. ꝙ hic non apponitur decretum: quia ſufficit legiſlatorem aliquid prohibuiſſe, &c. C. de legib. non dubiū. de reg. iur. q̄ contra: lib. 6. cum concor. Nec eſt verū ꝙ hic verſetur ſolùm fauor inſtituētis & inſtituti, immo verſatur fauor eccleſiarum & ſalus animarum, vt patet in decr. 1. de præb. & ſic renūtiare non potuerunt. facit qđ dixi poſt Inn. & Hoſt. & Cōp. de reſcri. cum dilecta. ſup 4. glo. Per hoc videtur ꝙ inſtitutio vel cōfirmatio nō valeat, puta ꝙ cū diœceſanus nō recipiat poteſtatem cōfirmādi ab hac conſtitutione, ſed det cōſtitutio iuriſdictionē habenti certum modum ſine decreto ꝙ confirmatio cōtra hāc inhitionē facta valeat 3. & ꝙ hoc ſit de mēte, colligo per verbum præcedens, ſub obteſtatione, &c. Fateor tamen ꝙ puniendus eſt faciens, vt in decr. ſi ſoli. cum concor. facit. j̃. de Iudęis, cap. vnico. Ad decre. prouida. reſpondeo ꝙ ibi ordinarius recuperat iuriſdictionem per conſtitutionē Gregorij, quamuis. eo. tit. ſed modificatam. ſi ergo modum non ſeruet, deficit iuridictio. facit. ff. de tranſac. cum hi. §. ſi prætor. & de re. co. qui ſub tu. vel cur. l. magis. §. ſi æs alienum. Ad decre. vlt. eo. titu. dico ꝙ ex vi decreti non valet ibi confirmatio, quę aliàs valuiſſet. In decre. cum dilectus. & decr. ſi ſoli. ver. aut. erat ius alteri acquiſitū pro quo ſcribebatur. Lex, non dubiū. loquitur in his quæ habēt perpetuam prohibitionis cām, vt no. de ſpon. duorū tua. quæ hic ceſſat. nam etiā poſt inſtitutionem aſſignatio fieri poteſt, vt ſequitur. & ad hoc ad de qđ dixi s̃. ead. cōp. de ſequeſt. poſ. ca. vnico. ver. à qua.

2 Actus cōtra mandatum an teneat, & an cōtra decretū, vide per Dec. in cap. cām matrimonij. in 4. col. in fi. de offi. deleg.

3 Vide ad iſtā gloſſam Dec. in c. de cauſis de offic. deleg. & limita illam vt per Peru. in c. qua frōte. de appel. adde Feli. ī ca. ex parte. de conſti. & in c. cum dilecta. de reſcrip.

forſan ijdem præſentantes intra terminum [k] ipſum aſſignare neglexerint, ne factum eorum noceat [l] præſentato: ſtatuimus, vt extunc [m] diœceſani debeant præſentatum (niſi aliud canonicum obſiſtat) admittere, & in pœnam [n] præſentantium ad diœceſanos ipſos poteſtas aſſignationis huiuſmodi deuoluatur [o]. Pręcipimus aūt dięceſanis eiſdem ſub ipſius obteſtatione diuini iudicij, ipſorumque conſcientias oneramus [p], quòd moderationem [q] portionis † ipſius debitè faciant, nec odio, [r] vel fauore, vel aliàs [ſ] in pluri, vel mino-

† Aliàs, penſionis.

f ¶*Præſentatum.*] inſtituendum ad regimē eccleſiæ, vel curam populi.
g ¶*Ius præſentandi.*] non nudum, ſed vnà cū dominio temporaliū, vt j̃. §. ſanè. aliàs nō fieret aſſignatio iſta: quia rector totum haberet. ſuper quo vide quod ſcripſi de præben. de monachis. ſuper fin. vlt. glo.
h ¶*Competentem.*] de elect. c. 1. de appel. cum ſit.
i ¶*Coram.* vide qđ ſup hac dictione not. de elect. vt circa. li. 6.
k ¶*Terminum ipſum.*] à diœceſano ſtatutum.
l ¶*Noceat.*] facit de elect. publicato. & ad ea quæ ibi ſcripſi in 10. quæſtio.
m ¶*Extunc.*] id eſt, lapſo termino. & extremum tempus deſignat. ff. de condi. & demonſtra. l. 4. in fine.

¶*Glo. ſeq. ponderat literam per id quæſtionē ſoluens: ſecundò quærit, & ſoluit.*

n ¶*Et in pœnam.*] non dicit, & poſtea in pœnā, nec s̃. proxi. dixit, prius debeant. per qđ dico ꝙ dummodò lapſus ſit terminus non attento ordine huius literæ, ſicut aſſignatio patronorum, præcedit inſtitutionem, ſic & dięceſani prius poterūt aſſignare, & poſtmodum inſtituere. faciunt not. de reſcrip. cū dilecta. in 4. glo. & ſic illud, extunc, quod præcedit, determinat verbum, debeant, & verbum, deuoluatur. Sed in quo eſt hic pœna, cum nihil videatur referre, an per ipſos, an per epiſcopum hoc fiat, ex quo modus non exceditur? Sol. aſſignabit fortè epiſcopus tale prædium quod ſibi tenere voluiſſent: perditio ergo electionis eſt hic pœna. facit de præben. ſi pluribus. in fin. lib. 6. ff. de leg. 2. ſtatuliberum. §. Stichum. & eſt ſimile de ſup. negli. pręla. c. vnico. ead. compil.

¶ *Gloſſa ſequens ponit duas opiniones hic deciſas.*

o ¶*Deuoluatur.*] Tan. Goffr. Inno. & Hoſtien. dicebant de præben. de monachis. quòd ſi monachi aſſignare nollent hanc portionem, epiſcopus elapſis ſex menſibus ordinaret eccleſiam. per decre. ſicut. de ſup. negl. præla. Sed Archid. in decre. 1. de præ. lib. 6. dicit decr. ſic loqui in defectu præſentati. non in defectu prouentuum, quare dixit epiſcopum hoc caſu nō poſſe eccleſiam ordinare, ſed coget illos ad aſſignationem faciendam, hodie melius prouiſum eſt per hanc literam.

¶*Gloſſa ſequens allegat duas concor. & dubium ſoluit.*

p ¶ *Oneramus.*] Concor. s̃. de vo. c. fin. vbi concor. de hoc s̃. titu. proxi. c. vlti. §. vt autem. in fi. j̃. de hęret. c. 1. poſt prin. Et per hanc literam & ea quę not. de reſcrip. ſtatutum. §. aſſeſſorem. lib. 6. videtur quòd per patronos vel pręsbyteros non poſſit epiſcopo quæſtio referri, & quòd ſi appellarent patroni, dicentes quòd exceſſit, vel presbyter, dicens quòd portio nō ſufficit, epiſcopus non deferret: fateor tamen quòd ſuperior ad quem appellatum eſt, emendaret quod malè factū eſſet. s̃. de appel. paſtoralis. in prin. Idem puto cum ante lapſum termini eſt contentio inter patronos, qui dicunt portionem antiquam, vel auctam per ipſos ſufficere, & epiſcopum hoc negantem.

q ¶*Moderationem.*] id eſt, moderatam taxationem, hoc dico, quia moderationis verbum diminutionem ſapit. de verbo. ſignifi. c. fin. & eſt huic ſimile de electio. cupientes. poſt prin. libro 6.

Moderatio ſapit diminutionem.

r ¶*Odio vel fauore.*] præſentati, vel pręſentantium.
ſ ¶*Vel aliàs.*] puta pręmio, vel timore. 11. q. 3. quatuor. de re iudi. cum ęterni. lib. 6. j̃. de hęre. c. 1.

a ¶*Vel*

ri [a] circa illam ſcienter excedant ¶ Sanè [b] in prioratuum, vel aliorum tam regularium quàm ſecularium locorum eccleſijs, in quibus religioſi, vel alij ad quos eorum redditus pertinere noſcuntur, prædicta conſueuerunr onera ſupportare: præmiſſa nullatenus obſeruentur [c]: ſed onera omnia, quæ eccleſiarum ipſarum perpetuis [d] presbyteris, aut vicarijs [e] incumberent ſi dicta eis aſſignatio facta eſſet, religioſi, & alij ſupradicti plenè ſubire [f], ac presbyteros, ſeu vicarios ipſos decenter [g] tractare, necnon ſuſtentationem eis præſtare [h] ſufficientem [i], & congruam teneantur.

¶ Ad quæ omnia integraliter adimplenda, & nihilominus ad obſeruationē [k] debitam aſſignationis per dięceſanum in caſu alio [l] (vt præmittitur) faciendę, religioſos prędictos, & alios quoſlibet à dięceſanis eiſdem eccleſiastica † volumus cenſura compelli: Non obſtātibus exemptionibus, aut alijs quibuſlibet priuilegijs, conſuetudinibus [m], vel ſtatutis, quæ circa prēmiſſa, [n] vel eorum aliquod religioſis ipſis, aut alijs in nullo volumus ſuffragari.

¶ Idem.

¶ In plures hæredes vnius ex pluribus patronis tranſit iuſpatronatus per ſtirpes. hoc dicit. Zabarella.

CAP. II.

PLVRES [o] †

a ¶ *Vel minori.*] concor. de offi. cuſto. c. 1. & quod ibi not. in 3. glo.

b ¶ *Sanè.*] hic declarat prædicta omnia, vt j. dicam.

¶ *Gloſſa ſequens rationem reddit, infert, ſed tenet contrarium.*

c ¶ *Obſeruentur.*] ex quo enim præſentati & inſtituti non ſuſtinent onera, ſed procurationem, cathedraticum, & alia iura epiſcopalia, & hoſpitalitatis onera, & his ſimilia ſubeunt patroni, non fiet aſſignatio prædicta etiam pro ſuſtentatione rectoris, vt ſequitur. Si ergo aliqua onera, puta procurationem ſub eunt patroni, reliqua ſubit presbyter, videtur ꝙ aſſignatio fieri debeat ſufficiens pro his oneribus tantùm, quæ ſubit presbyter. facit de pręſcrip. accedētes. de ſtatu mo. in ſingulis. de deci. tua 2. puto enim hoc eſſe de mente horum iuriū, ꝙ aut omnia ſubeāt patroni, aut omnia presbyter. facit de conſ e. diſt. 2. comperimus. ff. de admi. tu. cum quæritur. Nam particularis exactio multa habet incommoda. ff. fami. erci. l. planè. facit de exerci. act. l. 2. ſupra de cenſi. cum inſtantia. & hoc probat ſequens litera.

Exactio particularis multa habet incommoda.

d ¶ *Perpetuis.*] de capel. mona. c. vnico. lib. 6.

e ¶ *Vicarijs.*] repete perpetuis. de offic. vica. ad hæc.

f ¶ *Subire.*] teneantur, quod ſequitur.

g ¶ *Decenter.*] hoc reſpicit honeſtatem. de vo. magnæ. honeſtè ergo locabuntur in ſede. de exceſ. pręla. c. 1. de ma. & obe. ſolitæ. & honorabitur in eis ſacerdotale officium. de hære. cū ex iniuncto. verb. licet autem. 95. diſt. eſto.

h ¶ *Præſtare.*] hic patet ꝙ etiam pro ſuſtentatione rectoris non fiet aſſignatio.

i ¶ *Sufficientem.*] vide quod not. 21. q. 1. c. 1. de reſcrip. cum adeo. in glo. 2.

k ¶ *Ad obſeruationem.*] non poterunt ergo tollere vel minuere portionem per epiſcopum aſſignatam: facit de præbend. auaritię.

l ¶ *Alio.*] ſcilicet cum rector, vel vicarius ſuſtinet onera, & infra tempus per diœceſanum ſtatutum aſſignatio per patronos facta non fuit.

m ¶ *Conſuetudinibus.*] concor. vide s. ead. compil. de ætat. & quali. vt hi qui. ad finem.

n ¶ *Circa præmiſſa.*] In alijs ergo non læduntur priuilegia. ſic s. tit. 1. c. vlt. verſi. nullo. Io. And.

P*Lures.*] Sè ſummat, tria dicens. Secunda: ibi, *Et vt facilius.* Tertia: ibi, *Quibus.*

Casvs. Frater meus & ego habebamus ius patronatus in aliqua eccleſia, volumus pręſentare perſonam idoneam: certū eſt ꝙ ſi patroni diſſentiant, tunc præſentatus à maiori parte debet inſtitui c. quoniā. eo. tit. in antiq. Sed quæritur, vtrum filij fratris mei habebunt quilibet ſuam vocem, vel vtrum ipſi ſimul habeant vnam vocem? Dicit ꝙ ſolùm habent vnam vocem, quia iuſpatronatus competit per ſtirpes non per capita. Sed quæritur, vtrum poſſumus conuenire inter nos vt præſentemus epiſcopo aliquem clericum alternis vicibus? Dicit ꝙ ſic, vt facilius prouideatur eccleſijs. Sed vtrum laicus poſſit præſentare tres clericos ſub conditione, vt epiſcopus eligat quem voluerit? Dicit ꝙ ſic, quia poteſt laicus patronus variare: ſecus ſi eſſet patronus clericus. ¶ Colligo aliqua notabilia. Primò, ꝙ plures hæredes non habent niſi vnam vocem, quia ſi defunctus viueret, ipſe non haberet niſi vnam vocem. Nota, ꝙ patroni poſſunt conuenire inter ſe, vt pręſentent alternatis vicibus. Not. ꝙ patroni plurium eccleſiarum inter ſe poſſunt illa iura diuidere, vt ſcilicet vnus ſit patronus in vna, alius ī alia, licet ſit ſecus in patronatu libertorum: talis enim patronatus inter patronos diuidi non poteſt, licet alimentorum pręſtationes diuidere poſſint. ff. famil. erciſ. l. quędam. Et primò ideo qa fortius eſt ius patronatus libertorum, quam eccleſiarum: vnde illud non alienatur, iſtud autem ſic. Item illud trāſit in ſuos, etiam nō hęredes, vt ff. de iurepatro. l. filij. iſtud non. Hoc vult glo. in verſi. liberè. Not. dicitur patronis eccleſię, & dic eccleſię: quia ſunt & alij patroni, de quibus in glo. habemus. Not. in. §. *Quibus*, de verbo, *permittimus*. ex quo inducitur nouum ius, vt probatur hic, iuncta gloſſa in hoc verbo, qđ not. ſingulariter. Zabarella.

¶ *Glo. prima primò dicit quid prima pars determinet, recitans duas opiniones contrarias, & tertiā mediam, quā impugnat. ſecundò pro opinione reprobata inducit tres ęquitates, & tria ſimilia, & vnam decre. & intricationem, quę inſurgit ex opinione hic approbat, quam explicat. tertiò ſubdit dictum Goff. quartò inducit pro opinione approbata duo iura, & ęquitatem, propter quā indicat quid videtur faciendum.*

† In quodā manuſcripto ita: Eccleſiaſtica volumus cēſura cōpelli, nulla pactio ne ſeu conuentione in contrarium habita, valitura: non obſtantib. &c.

o ¶ *Plures.*] Se ſummat tria dicens: & partes patent: quarum prima pars determinat notata 16. q. vlt. pię mentis. plenius ead. q. ſi plures. & eod. tit. c. 1. per quæ patet hic reprobari opinionem, quæ placere videbatur Alan. Hug. Lau. Ioan. Tanc. Vincen. Bernanrd. & Goffre. quę mihi etiam placebat. Et approbatur opinio Inn. & Hoſt. dicentium in pręd. c. 1. ꝙ in iurepatronatus ſucceſſio fit per ſtirpes, non per capita: cum hoc eſſe debeat in linea deſcendēti. inſtitu. de hęred. quę ab inteſta. defe. §. & quia placuit. vt ſic plures vni ſuccedentes, loco vnius habeantur. ff. de condi. & demon. cui fundus. & dicebat Inno. hanc ęquitatem pręferendam ſubtilitati contrariæ. ff. ad l. Aquil. ita vulneratus. in fi. ff. de inſti. l. 1. his concor. Roffredus Beneuētanus in libello ſuo, eo. tit. §. nunc de vltimo. Primi cōtra. Ad quod inducebat Vin. ꝙ patroni veniunt ad ſucceſſionem liberti per capita, non per ſtirpes. inſtit. de ſucceſ. liber. §. ſed noſtra. alias incipit, multis. facit ad hoc: quia ſtipulationes indiuiduæ non diuiduntur inter hæredes. ff. de verb. obli. l. 2. & l. eadem. §. Cato. & l. ſtipulationes non diuiduntur. Archid. in prædi. c. ſi plures. concordare voluit opiniones, dicens opinionem Innocentij eſſe veram in his, qui ex diuerſis cauſis ſunt patroni. Et ita ponebat Roſ. vt ſi vnus ex fundo, † alter ex dote: Omnes. n. ex altero deſcendentes loco vnius habentur: quando verò vnicus fuit patronus, tunc locum habeat opinio contraria, vt ſic inſpiciamus initium. Sed licet hoc aliquantulū mulceat aures, cui nec videtur hæc decr. obſtare: quæ ponit plures patronos, & vnum ex pluribus, non vnum ſolum: tamen non video rationem quare aliud in duobus patronis ex diuerſa cauſa, quàm ex eadem, vt ſi duo dederint dotem. Itē nec video quare magis inſpiciamus ſtirpem primo gradu, quàm ſecundo, vel vlterioribus. Cum igitur in hoc omnes concordent, ꝙ hoc ius eſt ſimplex & indiuiſibile: Item concordent ꝙ in hęre des & in æqualibus partibus æqualiter tranſit, licet forſan vt dicebat Inno. pinguior ſit vox illius, qui plus habet in hæreditate: Item cū omnes concordēt eum qui aliquid in dote poſuit, ita patronum eſſe ſicut eum q plus poſuit, & de omnibus his ſcripſi eo. tit. c. 1. mihi placebat opinio hic reprobata, quæ licet in parte haberet contrariam æquitatem, tamen expediens mihi videbatur eccleſijs, vt ſicut patronis per capita debetur ius proceſſionis, ius alimētorum, & ius defenſionis. ita per capita debeatur ius præſentationis: ſcilicet vt quot ſunt capita patronorum, tot ſint ſuffragia vocum, & non plura. ad hoc facit eo. tit. c. 3. qđ loquitur etiam de hæredibus fundatorum in pluri, & tamen dicit præficiendum illum qui plurimorum approbatur aſſenſu: & non plura dixit, vt ſcilicet ſi patronus ſit hæres compatroni, ſolùm vnā vocem habeat, cuius cōtrarium innuit hæc litera, vt ſcilicet ſi ſit de hæredibus trium patronorum, in tribus vocibus partem habeat, vel ſi ſolus eſſet hæres trium, habeat tres voces. facit de re iudi. cum olim. Et ex opinione hic approbata timeo ꝙ naſcentur inextricabiles quæſtiones. Pone ꝙ A. patronus, cuius hæredes haberi debēt ꝓ vna voce, habuit tres filios, quorū

† De intellectu vide Lambertinum de iure patron. art. 12. q. 1. par. 1. nu. 5.

Ius patronatus trāſit ad hæredes per ſtirpes.

Stipulationes indiuiduæ īter hæredes non diuiduntur.

† Ex fundatione.

Patrono q̄ iura debentur.

rimus

Ius patronatus quæſtiones inextricabiles producere põt ex hæredũ multitudine ad quos tranſit.

primus B.nomine,habuit duos filios,ſecundus C.nomine,habuit quatuor, tertius D.nomine, habuit ſex : quo iure omnes iſti habent vnam vocem,eo iure habent duo filij B.tertiam illius vocis:quatuor filij C.aliam tertiam: ſex filij D.aliam tertiam. Si ergo ad aperiendum intellectum dicendorum,hanc vocem reducamus ad vnũ as. id eſt ad xij.vncias, & faciamus ꝙ quęlibet vncia ĩ voce ſit Bonoñ. groſſus, & q̃libet groſſus valeat xij. Bonoñ. paruos, quælibet ſtirps habebit quatuor vncias: quid erit ergo ſi vnus ex duobus,tres ex quatuor,& duo ex ſex,præſentãt Titium:& reliq, ſcilicet vnus ex duobus, vnus ex quatuor, & quatuor ex ſex preſentant Seium : de numero perſonarum patet, de vncijs etiam patet : quia præſentatores Titij habẽt ſex vncias & quatuor denarios: pręſentatores Seij habent quinq; vncias & octo denarios:ſed explica ſtripem.Itẽ deſcendendo ad tertium gradum : ſi vnus ex illis duobus filijs B.habeat vnum ſolum filium qui clericus eſt, alter octo,quorum duo etiam ſunt clerici:ille ſolus habebit duas vncias , & illi octo diuident alias duas : & ſic quilibet ex illis octo habebit tres denarios. Item ſi quilibet ex quatuor filijs C.habuit filios:primus quatuor,quorum vnus clericus:ſecũdus tres, quorum duo clerici:tertius duos clericos:quartus vnum. quatuor filij,primi habẽt vntiã,& ſic q̃libet tres denarios:tres filij ſecũdi vntiam:& ſic quilibet quatuor denarios: duo filij tertij vnciam aliam , & ſic quilibet ſex denarios : & ſolus filius quarti habet integram vnciam.Item ſi ex tertia ſtirpe,ſ.ex ſex filijs D. quilibet habet filios : pone quilibet ex tribus duos , & ſic ſex: quorum vnus ſolus eſt clericus, & quilibet ex alijs tribus quatuor,& ſic duodecim,quorum octo ſunt clerici:quilibet ex parentibus habebit octo denarios:quilibet ergo ex duobus filijs primorũ trium habebit quatuor denarios : & quilibet ex quatuor filijs ſecundorum trium habebit duos denarios . Habemus ergo ſecundùm prædicta triginta ſeptem pronepotes ex duodecim nepotibus natis ex tribus filijs patroni: Finge ꝙ vacat eccleſia,& iſti triginta ſeptem diſcordãt:viginti laici ex eis pręſentant vnum,decem & ſeptem quos dixi clericos,alium: Tu qui dicis per ſtirpes deberi voces patronorum,extrica mihi caſum iſtum , quo iure etenim ponderas ſtirpem in primo gradu,eo iure & in vlterioribus,vt pędixi, in vncijs bene põt explicari: quia pars clericorum habet ſex vncias & vnum denarium , pars laicorum ſex vncias minus vno denario. Adhuc fortior intricatio,vbi ponit alium compatronum habuiſſe totidem deſcendentes, quorum aliqui concordant cum clericis prædictis,alij cum laicis.Et ſcias ꝙ ſi in predicto cõputo fuiſſem vltra ternarium vſus impari numero:vt v. vij.vel ix.aduc fortior eſſet intricatio.Item ſi eſſet intricatio tanta in pronepotibus,quantò amplior in filijs pronepotum vel vlteriorib᷒? q̃d eſt dicere, ſi hæc intricatio eſt in tertio gradu,quantò maior in quarto,quinto,& vlterioribus. Itẽ ſi intricatio eſt in caſu ſic explicitè & certitudinaliter poſito , quantò maior in eo poſt probationes certificando ? Pro tanto terreor de hac approbatione:nec ſic terreor de eo q̃d ſcripſi poſt Inno.& Hoſt. de elect.ſcriptum.ſuper verbo propoſiti : vbi dico ꝙ prælatus poſſit habere tertiam electionis,capitulum tertiam,clerus tertiam:quia fateor vt ibi ſcripſi,ꝙ poſſit eſſe intricatio in calculo,non tamen tanta vt hic: & hoc propter ſucceſſiuas ſtirpes. Dicebat ergo Gof.eo.tit.c.1. ꝙ conſuetudo per quam in quibuſdam partibus,vt Neapoli,ius patronatus diuiditur per vncias,poſſit excuſari , vt fiat diuiſio non reſpectu iuris patronatus , quod eſt indiuiſibile, ſed reſpectu portionum ſecundùm quas hęredes ſucceſſerunt patrono vni,vel pluribus,& non reſpectu portionum, quas contulerunt ędificando,vel dotando. & poteſt eſſe vtilitas harum diuiſionum , vt eccleſia in alendo & in honoribus magis teneatur ei à quo plus receperit, ſed actus pręſentandi communis ſit omnibus. Poſſet etiam circa gratificationem (quę aliquando facienda eſt eod.tit.cum autẽ.) vox illius pręferri, qui plus contulit , & hoc dictum mihi placebat.Sed vt dixi, opinio hic approbata pro qua facit de reſcrip.paſtoralis.in princ.de teſta.licet ex quadam:ibi,non vtique vno,&c.in tanto habet æquitatem: quia abſurdũ erat patronum inſtituendo decem hęredes, forſan ad hunc finem, vt defraudare poſſet cõpatronum actu pręſentandi, quod eſſet ſi iſti haberent decem voces,& ille vnam. & quia hoc ita poſſet contingere in ſecũdo gradu,tertio & vlterioribus,ſicut in primo , non videtur habere rationem opinio Archidiaconi . Et propter hanc fraudem , vel iniquitatem multotiens cogitaueram , ꝙ bonum eſſet ſtatuere , ꝙ extantibus deſcendentibus

Ius patronatus p vncias Neapoli diuiditur.

ab vno [a] ex patronis [b] eccleſię relicti [c] hæredes [d], vocem dũtaxat vnius habebunt in præſentatione rectoris [e]. ¶Et vt [f] facilius [g] ꝓuideat̃ eccleſijs, nõ inconueniens reputamus, patronos [h] ipſos inter ſe poſſe liberè [i] conuenire, de rectore ab eis alternis [k] vicibus præſentando : Qui--

hæredibus ſanguinis ex aliquo patronorum, ius iſtud nõ poſſet tranſmitti in extraneos . In hæredes verò ſanguinis tranſiret per capita etiam quo ad actum præſentationis: & tunc nõ conqueratur patronus de cõpatrono , ſed de Deo creante , ſi plures deſcendentes prębuit compatrono,quàm ſibi. Deficientibus verò compatronis , tunc patronus deſcendentes non habens, poſſet tranſmittere in extraneos:quibus etiam ſuccederent ſoli deſcendentes ſanguinis,& per capita. Et forſan non eſſet abſurdum ſtatuere,ꝙ nullo caſu in extraneos,id eſt , non deſcendentes poſſet traſmitti, vt ſic facilius liberarẽtur eccleſiæ ab hoc iure.facit de deci. prohibemus.& c. fin.

¶ *Gloſſa ſecunda quærit,& ſoluit.*

* ¶*Plures.*] quotcunque , cum ſit eadem ratio,ſed ad minus duos comprehendit.de reg.iur.pluralis.lib.6. cum concor. & dic plures etiam ſingulares: in collegiatis enim minus eſt dubium.de ijs quæ fi.à prela.c.ea noſcitur.

a ¶*Ab vno.*] ergo ſecus ſi plures à pluribus:vel vnus à pluribus,vt dixi in magna gloſſa.

b ¶ *Patronis eccleſiæ.*] habemus patronos libertorum, & patronos cauſarum, de quibus dixi eo.tit.ſuper rubrica.

Patroni sũt triplices.

¶*Gloſſa ſequens dubium ſoluit.*

c ¶*Relicti.*] licet verbum,relicti, ad viui tabulas non pertineat,ff.de tab.exhi.l.1.ad fi. facit de fo. comp. conqueſtus. idẽ tñ puto ſi inter viuos transferat vendendo pluribus vniuerſitatẽ,vel permutando cũ pluribus,vel plurib. donando, q̃ ſunt modi transferendi , vt not.eo.tit.cum ſeculum. donationem tamen non poſſet facere priuatis ſine conſenſu epiſcopi.vt plenè ſcripſi eo.tit.illud.

Ius patronatus multipliciter trãſfertur.

d ¶*Hęredes.*] ſui vel extranei , cum non diſtinguat. de hoc. 16.q.7.conſiderandum,& dixi eo.tit.cum ſeculum .

e ¶*Rectoris.*]& clerici,cum eadem ſit ratio.eſt tamen in hoc opinio, an patronus præſentet clericum : tenet tamen quod not.eod.tit.poſtulaſti.

¶*Gloſ.ſeq. docet de tribus opi. primã approbatam , & duas alias reprobatas.*

f ¶*Et vt.*] circa hunc ver. erat triplex opinio.Prima,ꝙ hoc fieri poſſet:Secunda,ꝙ non poſſet.Tertia. ꝙ poſſet de auctoritate epiſcopi,aliàs non.hic reprobatur ſecunda quam tenebat Inno.eod.tit.cap.1.& tertia, quam ipſe idem tenebat.eod. tit. querimoniam & approbat primã quam tenebat Ber. eod. tit. c.1.in fi.1.gloſſę.& apertius ibi Tan.quod placebat Vin.Phili. & Goffr.inducebant.l.quotiens.ff.de vſufru. & ff.de ſer.l. via. in fine. ad idem ff. communi diui.l. communi diuidundo.§. cum de vſufructu.

g ¶*Facilius.*] optarem hanc rationem ponderatam fuiſſe s̃. proxi.reſponſo.

h ¶*Patronos.*] omnes.facit quod not. de elect. quia propter verſ.vel ſaltem.aliàs in re communi,&c.de reg.iur.in re communi.lib.6.

¶ *Glo.ſeq.dupliciter literam exponit, & contrarium ſoluit : ſecundò ſoluit queſt.contra ſol.alleg.tria iura quibus reſpodet. & ſol.iuſtificat.*

i ¶*Liberè.*] id eſt ſine ſuperioris auctoritate. & ſic improbat quod not.Inn.in decre. querimoniam. Item dic liberè etiam ſi non vacet eccleſia.facit de dona.conſultationibus.s̃.ea. compila.de reb. eccle. non alie.ſi vna. hoc probat plurale alternis vicibus:certum eſt enim ꝙ vna vice non concurrit duplex vacatio.Non obſtat de conceſ.præb.c.fi.quia illud fiebat in fraudem vacaturæ,hoc autem fit ad tollendam diſcordiam , & ad faciliorem prouiſionem eccleſiæ. Et eadem ratione videretur patronos plurium eccleſiarum poſſe inter ſe diuidere: ſcilicet vt vnus ſit patronus in vna,& alius in alia, vt not.Vin.eod.tit. c.1.& c.ex inſinuatione. Sed contra ff.fami.erciſ.l.quædam.ff. de ali.leg.l.3.ff.de iure pa.l.fi.per quę patet patronatum libertorum inter patronos diuidi non poſſe,licet alimentorum pręſtationes diuidere poſſit.Sed dici poſſet ꝙ fortius eſt ius patronatus libertorum,quàm eccleſiarum, vnde illud nõ alienatur, iſtud ſic : illud tranſit in ſuos ẽt non hęredes.ff. de iurepa. filij. ff.de lib.le.Aurelio.§.Caius.iſtud nõ,vt ſcripſi poſt Inn.e.ti.cũ ſeculũ.Itẽ vt ibi no.ꝑmutat̃ patronatus cũ patronatu , quare ergo pars patronatus vnius eccleſiæ cum parte quã habet cõpatronus in alia,nõ poterit permutari,vt q̃d iuris de toto,&c. de offi.deleg.paſtoralis.§.1.ff.de rei vendic.quę de tota?

Patroni pluriũ eccleſiarum poſſunt inter ſe facere , ꝙ vnus ſit patronus in vna , & alius in alia .

k ¶*Alternis vicibus.*]id eſt,ꝙ vnus prima vice,qua occurreret vacatio,alter ſecunda , alter tertia , has etiam viciſitudines quandoque ſeruãt ſingulares perſonæ collegiorum in collationibus

Collationes quãdoque fiũt per vices.

tionibus ſpectantibus ad collegia. de præben.c. vlt.lib.6.
a ¶*Quibus etiam.*] tertium dictum inducens ius nouum & ęquiſſimum.quod intelligo de laicis,vt ĩ.dicam.
b ¶*Ex eadem cauſa.*] facilioris prouiſionis eccleſiarum.
c ¶*Permittimus.*] olim ergo hoc non licebat: bene.n. poterat laicus p̄ſentato vno alium p̄ſentare. eo. tit quod autẽ.& c.cum au. tem. & potior erat condítio inſtituti ab epiſcopo, vt ibi. videbatur tamẽ epiſcopus primò teneri : qđ intellige vt dixi eo.tit.paſtoralis.Si ergo licebat ſic ſucceſſiuè accumulare,honeſtum eſt, vt liceat etiã ſic præſentare.
d ¶*Plures.*]quotcunque,vt dixi in prin.cap.
e ¶*Pręſentare.*]ſimul, vel ſucceſſiuè, licet.n. cum olim laicus p̄ſentabat ſecundum, daretur optio epiſcopo,ipſe tamen laicus inſtabat pro ſecundò. modò verò poteſt relinqre hoc epiſcopi optioni. Et ſic not. ꝙ licet electiones non poſſint fieri alternatiuè.de elect.c.2.lib. 6.præſentationes ſic,vt hic.quod de laicis intelligo, vel clericis præſentantibus ex patrimonio, in quibus locum habebat quod dixi ſupra.

Electiones non poſſunt alternatiuè fieri.

f ¶*Perſonas.*] etiã in minoribus conſtitutas.quod dic vt de inſti.c.2.ilb.6.Ioan.And.
g ¶*Per epiſcopum.*] vel alium inſtituentem,cum eadem ſit ratio.

bus[a] etiam ex eadem[b] cauſa permittimus[c], vt plures[d] ad vacantem eccleſiã poſſint eo modo præſentare[e] perſonas[f], quòd vna ex eis eligi per epiſcopum[g] valeat, & admitti.

TITVLVS XIII.

De cenſibus, exactionibus, & procurationibus.

¶Clemens Quintus in concilio Viennenſi.

¶*Religioſi ſubire tenentur onera, quæ incumbebant eccleſiis per eos ante hoc concilium acquiſitis, niſi priuilegio, exemptione, vel alia iuſta cauſa iuuentur, quæ priuilegia, vel exemptiones non iuuant in eccleſiis poſt concilium acquirendis, hoc dicit.Ioan.And.*

DE CENSIBVS, EXACTIONIBVS, &c.

Cõtinuatio

¶*Viſum eſt ſupra de iu. pat. verùm quia patronus aliquando innudatione & etiam dotatione retinet aliquem cenſum auctoritate epiſcopi,& aliquas procurationes,ſeu comeſſationes: ideo annectit rubricam de cenſibus,& c.*

C*Vm ſit.*]Duæ ſunt partes:quia primò,ratione pręmiſſa ponit ſtatutum ſuum cum exceptione. Secũdò, exceptionẽ limitat & declarat:ibi,*Priuilegia*.Imol. CASVS. Papa alicui loco religioſo eccleſiam Pictauenſis, vel Bituricenſis diœceſis donauit,vel fortè ipſe epiſcopus cum conſenſu ſui capituli,à qua eccleſia epiſcopus cõſueuerat habere iura epiſcopalia, puta exigere procurationẽ ratione viſitationis: quæritur vtrum per iſtam donationem eccleſia ſit exempta ab omnibus oneribus & iuribus epiſcopalibus, vel vtrum religioſi illa onera teneantur ſoluere; Dicit Clemens quòd tenentur ſupportare huiuſmodi onera, niſi velint aſſignare congruam penſionem vicario, vt poſſit illa onera ſupportare:& hoc verum niſi iuuarentur priuilegio exemptionis,vel alia cauſa legitima,tamen priuilegium, vel exemptio(ſi qua competat)non proficit in eccleſijs poſt concilium acquirendis. Not.quòd qui ſentit cõmodum, nõ debet onus recuſare vulgariter: Qui ſentit onus,ſentire debet & commodũ. Et ſumpta ſunt hæc.ff.de reg. iu. tamen melius diceretur ꝙ ſumuntur à iuribus vnde ſumitur regula. l.1.ff. de reg. iur. Not.magis ſpecificè cum eccleſia datur loco religioſo ex donatione epiſcopi, Papæ, vel legati,tunc datur cum omnibus oneribus ſuis,& hoc niſi donarent penſionem vicario,vt ſuſtineret huiuſmodi onera.Not.iuncta gloſ.ꝙ Papa poteſt priuilegiare aliquem, vt non teneatur ad procurationem Apoſtolicæ ſedis,vel vt non teneatur ad iura epiſcopalia. Et ſic princeps poteſt priuilegiare aliquem à ſolutione tallearum,vt ille priuilegiatus non teneatur ſoluere talleam:tamen ſecundùm doctores illam portionem non debet imponere alijs,aliàs peccat. Not.ꝙ vicarij conſtituti in beneficijs ſpectantibus ad monachos nõ tenent̃ ad onera,ſed ipſi monachi.Not.ꝙ priuilegia ſunt reſtringenda. pro hoc hæc litera in fi. ibi, *Non extendi* & de reſcrip.c.vlt.lib.6.de deci.c.2.eo.lib.Zabarella.

¶*Gloſſa prima ſumat,& diuidit.*

h ¶*Cum ſit.*]Religioſi ſubire tenentur onera,quę incumbebant eccleſijs per eos ante hoc cõciliũ acquiſitis: niſi priuilegio,exemptione vel iuſta cauſa iuuentur: quæ priuilegia,vel exẽptiones non iuuant in eccleſijs poſt concilium acquirendis.Secunda:ibi,*Priuilegia*.

CAP. I.

CVm ſit[h] naturæ[i] cõſonum illos non recuſare onera, qui rerum commoda complectuntur: Hac in perpetuum valitura conſtitutione ſancimus, vt religioſi[k] quicunque pro monaſterijs, & eccleſijs, quæ ad eos quocunq; ſunt titulo[l] deuoluta, procurationes legatorum ſedis[m] Apoſtolicæ, ac iura epiſcopalia[n], & alia præſtari pro ipſis antequã ad eos perueniſſent, ſolita[o] promptè ſoluere ſtudeant: niſi forſan ſedis Apoſtolicæ priuilegio[p], exemptione[q], vel alia cauſa legitima[r] ab his ſe valeant excuſare. ¶Priuilegia verò ſeu exemptiones[ſ] huiuſmodi ad monaſteria, ſeu eccleſias, quæ ad eos obuenire cõtinget in poſterum[t] volu-

¶*Glo.ſeq.dubium ſoluit inducens duo ſimilia.*
i ¶*Naturę.*] ſumptũ de regula formata per modum conuerſum. ff. de reg.iur.ſecũdùm naturã. & vide de reg. iur. qui ſentit.lib.6. & dicit lex quòd non eſt ferendus qui lucrum amplectitur, &c. C.de cadu. tol.l.vnica.§.pro ſecundò.in fine.
k ¶*Religioſi.*] in alijs ergo locum non habet inquantum inducit ius nouũ.ſimile ſ̃. ea. cõpi. de deci.c.1. de teſta.c.1
¶*Glo ſeq. tria exempla approbat, & tria reprobat.*
l ¶*Titulo.*] vt donatione,de do.cõſultationibus. permutatione. de re. permut. ad quæſtiones.vel præſcriptione.de iurepa.cura.titulo verò emptionis haberi nõ poteſt.de ſimon. querelam.de iurepa.de iure.& an tranſeat cum vniuerſitate, ſcripſi eo.tit. ex literis. titulus etia ædificationis, vel fundationis non adaptatur huic caſui.

Titulo multiplici poſſunt eccleſiæ ad religioſos pertinere.

m ¶*Sedis Apoſtolicæ.*]de iureiur.ego N.de cẽſi.cum inſtãtia.
¶*Glo.ſeq.quęſtionem ſoluit.*
n ¶*Iura epiſcopalia.*]de quibus de offi.ord.conquerẽte.ſ̃.tit. 1.c.1.Et vides quod procuratio legatorum, & iura epiſcopalia ponuntur vt diuerſa:per quod patet,quòd qui ex pacto tenentur ad iura epiſcopalia, non per id tenentur ad procurationem prædictam.
¶*Glo.ſeq.tria ponit exempla.*
o ¶*Solita.*]vel ex impoſitione facta tp̄e fundationis. 18.q.2. Eleuterius.e.ti.quãto de iure.pat.p̄terea 2.vel ex antiquo vſu. do hoc e.ti.puenit.vel qa res aliqua habẽs onus annexũ, puenit ad eccleſiã,in q̃ trãſiuit cũ ſuo onere.16.q.1.ſi quis laic⁹.de deci.paſtoralis.de pig.c.ex literis. ff.de cõtrah. emp. alienatio.
p ¶*Priuilegio.*] hoc iuuat quo ad omnia prędicta.
q ¶*Exẽptione.*]ſi intelligas ab ep̄ali iuriſdictione,hoc nõ iuuat quo ad procurationes legatorũ ſedis Apoſtolicę, ad quas exẽpti tenentur.non obſtat e.tit.cũ inſtantia. qđ expone vt ibi dixi.cõtra illas ẽt non valet præſcriptio.de pręſcrip.accedẽtes.
¶*Gloſſa ſequens ponit tria exempla.in primo, & tertio diſtinguit ſecunda quęrit & ſoluit.*
r ¶*Legitima.*]pute cõpoſitione.ĩ.c.prox. ver.nec cõpoſitiones.qđ intellige quo ad illa in quibus valeret cõpoſitio.de hoc eo.tit.cũ venerabilis.vel res iudicata.de re iud.cũ inter.& not. de pręſcrip.cũ ex officij.in vlt.glo. Pręſcriptio nõ videt̃ hic adaptari,cũ loquat̃ textus de his q̃ pręſtari ſolebant:noua verò præſcriptio poſt acqſitionẽ illarũ bene poſſet adaptari in his iuribus q̃ ſunt pręſctiptibilia de p̄ſcrip. de quarta. Sed nũquid erit legitima cã ſi dicatur indebitã fuiſſe?Sol.puto de mẽte huius conſtitutionis ꝙ percipiens in poſſeſſione defendatur donec probetur indebitum.eo.tit. peruenit. facit de elect.querelam. ad finem.& quod ibi not.de offi.ord.duo ſimul in 3.gloſ.
ſ ¶*Exemptiones huiuſmodi.*] intelligo generales, vel à prædictis iuribus.
¶*Gloſ ſeq.alleg.2.cõcor.ponit tẽpus concilij: quærit & ſoluit.*
t ¶*In poſterum.*] Concor.de deci.nuper.ſimile ſ̃.ead.cõpi.de reſcri.literas. Vides ergo ꝙ priuilegia, vel exemptiones, quas, habebant religioſi,etiam circa eccleſias acquirendas, non habent locum niſi in acquiſitis ante concilium Viennẽ. De religioſis dixi: quia circa ſeculares nil immutat iſta conſtitutio. Et ſcias quòd concilium inchoauit anno domini M. cccxj. die calen.Octobris, & terminatum fuit anno ſequenti 6. die

Clementinæ quando fuerunt factæ.

Apri-

Aprilis, & ſic durauit vltra ſex menſes. Scito ergo qñ acquiſi uerint, ſcias an ante concilium vel poſt. Quid de acquiſitis durante concilio, vel poſt conciliũ anteq̃ conſtitutiones ligarẽt? de quot ſatis dixi in ꝓœmio; æquũ videret ꝙ acquiſitæ anteq̃ ligarent conſtitutiones, priuilegijs & exẽptionibus gaudeant per ea quæ ibi dixi.

¶Gloſſa ſequens obiectionem ſoluit, & allegat quatuor ſimilia.

Voluntas quandoque eſt pro rõne.

a ¶*Volumus.*]ſit pro ratione voluntas. cũ aliàs deceat priuilegiũ principis eſſe manſurum. de reg. iur. decet. libro. 6. cum concor. & eſt ſi. ſuprà eadem cõpil. de ſepul dudum. §. pen. in fi. & ſuprà titu. 1. cap. 1. in fi. de reſcrip. cap. vlt. de deci. cap. 2. li. 6. fuit tamen motiuũ, quia priuilegium tendebat ad noxam. de deci. ſuggeſtum. vbi de hoc.

† Vide c. cũ Apoſtolus. ext. de cenſib. &c. 1. 2. & 3. eo. titu. li. 6. & oino conci. Trid. ſeſſ. 24. de reform. c. 3. vbi plenè d̃ materia viſitationis.

AD *noſtrum.*]Præſupponendum eſt quòd aliquando patroni faciunt ordinari per epiſcopum, vt tali die illa eccleſia teneatur dare vnam procurationẽ, id eſt, comeſtionem.

CASVS. A nonnullis in concilio Viennenſi fuit expoſitum, quòd epiſcopi in fundatione ordinis Ciſtercienſis, qui ordo eſt exẽptus à diœceſanis, petebant ꝓcurationes, ſiue comeſtiones quas monaſteria tenebant ſoluere: iſti ep̃i non erant contẽti cibis, vel epulis regularibus & cõibus ipſis ſecundũ regulã ſuã, ſed petebant carnes, & ẽt illas petebant adminiſtrari ſibi infrà ſepta monaſteriorũ, quod eſt contra ipſorũ regulã. Et cum ipſi Ciſtercienſes nõ velint ſibi dare ꝓcurationes, vt ipſi ep̃i petunt, ipſi rapiunt violenter, & faciunt quamplures eleemoſynas de bonis religioſorum, quamuis etiam ipſi religioſi ſufficientes eleemoſynas faciant, & etiam epiſcopi iſtas procurationes accipiunt in pluribus locis, in quibus non debent habere de iure vel conſuetudine. Item epiſcopi vt magis grauarent monaſteria Ciſtercien. faciebant ferrari equos ſuos quamuis non indigerent. Item coci epiſcoporum dicebant, date mihi pecunias, ego feci coquinam, & paraui cibaria veſta domino meo, ego non teneor ſibi parare tempore viſitationis, imo monaſteria tenentur mihi ſoluere, & ſic iſte cocus exigebat vnam quantitatem pecuniæ. Item iſti epiſcopi non approbabant compoſitiones factas inter prælatos ſuper procurationibus recipiendis, imo exiſtebant graues & rebelles, ſic quòd multa bona monaſteriornm dilaniabant & conſumebant in modico tempore: & adhuc non erant contenti de procurationibus ſuarum perſonarum, ſed etiam habebant magnos & paruos canes venaticos, quibus neceſſe erat procurationes dari. Item habebant aues venaticas, vt accipitres, & quam plurima alia onera inferebant. Nam ſi religioſi non ſatisfaciebant voluntati ipſorum epiſcoporum, ipſi vel ſeruitores frangebant portas monaſteriorum. Item ipſi recipiunt plures procurationes in die: quia accipiunt pecuniam loco procurationum, & non viſitant quæ viſitare debent, imo omittunt viſitare accepta pecunia pro procurationibus, & ſic ipſi prælati accipiunt & exigunt ab ipſis religioſis illa ad quæ ipſi non tenentur. Item ſunt aliqui prælati qui quando vident quòd Papa mittit aliquos nuntios in diœceſi ipſorum, ipſi exigunt pecuniã pro procuratione illorũ nuntiorũ, & illam exigunt; ſaltẽ exigunt maiorẽ partẽ à locis exemptis, & alijs locis religioſis, & hoc faciunt vt ipſi non tm̃ grauent presbyteros ſuos, ſed etiam vt ipſi ſeipſos liberẽt. Et illi qui iſta expoſuerunt in concilio, dicebant quòd iſti prælati grauabant monaſteria exempta in multis alijs, quare iſti exponentes quærunt à Romano Pontifice quid fiendum de iſtis? Et dicit Clemens, quòd ſi iſti prælati epiſcopi veniant ad iſta monaſteria exempta non cauſa viſitationis, ſed charitatiuè & gratia hoſpitalitatis: tũc ipſi debent eſſe contẽti & debent recipere victualia regularia, & iſta cibaria debent illis tradi intra ſepta ipſorum religioſorũ, non tamen intra portam quam regularem appellant, & hoc maximè ſi illa cibaria non ſint conſueta, nec ſecundũ regulã ipſorũ religioſorũ. Et ad hoc quod ſuprà dixi, quòd iſti faciebant eleemoſynas, q̃uis religioſi ſufficienter facerent: Reſpondet, quòd, ipſi poſſunt facere eleemoſynas de fragmentis menſæ, hoc eſt, de reſiduo eorum quæ reſtant ex menſa. Et ſi de cętero iſti prælati velint euitare indignationem ſedis Apoſtolicæ, decet eos quieſcere ab iſtis grauaminibus ſuperius expreſſis. Not. quòd epiſcopus non debet recipere eadem die plures procurationes, niſi hoc haberet ex priuilegio ſedis Apoſtolicæ: ideo dicit textus, pluresq; procurationes recipiunt vna die ſedis Apoſtolicæ priuilegio non ſuffulti. No. iuncta gloſſa, ꝙ poteſt fieri cõpoſitio de & ſuper modo procurãdi & numero procurandorum, ſi contentio & cõtrouerſia fuerit inter procurãdum & illũ qui dẽt procurare: puta eps põt facere talẽ cõpoſitionẽ, totiens quotiẽs ego veniã charitatiuè vos viſitando, dabitis procurationẽ, id eſt alimẽta pro me, & ſex de meis ſeruitoribus, vel quatuor, vel plus, vel minus. Nota quòd epiſcopi cum viſitant, non debent habere canes venaticos, nec aues: imo etiam nõ debent habere dum non viſitant: quia omnia iſta ſunt prohibita clericis etiam ſecularibus. Nota: ibi, *Sunt nõnulli.* quòd tam exempti quàm non exempti tenentur conferre ad procurationem legati ſeu nuntij ſedis Apoſtolicæ. Nota: ibi, *Charitatiuè recipiantur.* ꝙ monaſteria tenentur ad recipiendos hoſpites. ſic & alij clerici. de præben. de monachis. de emp. & vendi. capitu. 1. Et dicit Lau. quòd ad hoc poſſunt per excommunicationem compelli. 44. diſtinct. §. hinc etiam. Nota de cibis regularibus. & de hoc in gloſ. 3. & ſunt oua, caſeus, & piſces. Zabarella.

mus [a] non extendi.

¶ Idem.

¶Ponit quædam grauamina, quæ pręlati inferebant exemptis, præcipuè Ciſtercienſibus, & illa fieri prohibet, ſtatuens quòd epiſcopi qui in monaſterijs Ciſtercienſis ordinis charitatiuè procurantur, ſint contenti cibarijs, quę per illos ſibi miniſtrãtur. Si verò procurantur ex debito, ipſis volentibus carnes miniſtrari debent extra ſepta monaſterij, vel ſaltem extra portam, quæ dicitur Regularis. Ipſorum etiam eleemoſynarij fragmenta menſarũ poſſunt pauperibus erogare. hoc dicit. Io. A.

CAP. II.

AD † noſtrum [b] (quod dolentes [c] referimus) peruenit auditum, quòd eccleſiarum prælati ad monaſteria Ciſtercienſis ordinis accedentes, licet ab eis charitatiuè recipiantur, & eis curialiter neceſſaria miniſtrentur, cibis tamen regularibus [d] non contenti contra priuilegia dicti ordinis carnes petunt, & ſi eis non miniſtrentur, auferunt violenter. Et licet in locis eiſdem fiant eleemoſynę competenter, ipſi tamen prælati ipſis religioſis inuitis [e] alias eleemoſynas faciunt, etiam in aliquibus locis, in quibus procurationes non habent de cõſuetudine, vel de iure. Pro equitaturis quoque ferrandis, licet ferris [f] non egeant, & coci eorum ſui officij [g] ratione pecuniam exigunt, & extorquent: Nec compoſitiones [h] ſuper procurationibus inter pręlatos ipſos & eos initas eis ſeruant: Ipſis [i] etiam in recipiendis procurationibus ita graues exiſtunt, quòd ipſis in eorum monaſterijs & eccleſijs procurationes recipientibus longi temporis victum breuis hora conſumit [k]: & dum procurationes recipiunt, canes venaticos, fal-

¶Prima gloſſa ſummat, & diuidit.

b ¶*Ad noſtrum.*]Ponit quædam grauamina, quæ prælati inferebant exemptis. præcipuè Ciſtercenſibus, & illa fieri prohibet, ſtatuens quòd epiſcopi, qui in monaſterijs Ciſtercieñ. ordinis charitatiuè procurantur, ſint contenti cibarijs, quæ per illos miniſtrantur. Si verò procurantur ex debito, ipſis valentibus carnes miniſtrari debent extra ſepta monaſterij, vel ſaltem extra portam, quæ dicitur Regularis. Ipſorum etiã eleemoſynarij fragmenta menſarũ poſſunt pauperib. erogare. Prima pars ponit grauamina, ſecunda prouidet, ibi, *Nos igit.*

c ¶*Dolentes.*] ſuprà eadem compil de ſtatu mona. capitu. 2. ver. viſitatores. & ibi concor.

d ¶*Regularibus.*]de quibus in regula B. Benedicti. 39. cap.

e ¶*Inuitis.*]non erat ergo dicenda eleemoſyna quæ de rapina fiebat. 1. q. 1. non eſt putanda.

f ¶*Ferris.*]vide quod nota eo. tit. exigit. in glo. 2. lib. 6.

g ¶*Officij.*] contra id eodem titulo Romana. §. procurationes. libro 6.

¶Gloſſa ſequens obiectionem ſoluit.

h ¶*Compoſitiones.*]compoſitio 1 per quam tollatur procuratio debita viſitanti, non valet: ſicut enim viſitatio per compoſitionem tolli non poſſet, ita nec procuratio quæ debetur iure annexionis, ſicut de præſcriptione dicitur. de præſcrip. cum ex officij. ſed erant compoſitiones ſuper modo procurandi, vel numero procurandorũ, quæ ſeruandæ erant. facit quod nota. 16. quæſtio. 7. quicunque. ſicut etiam ſuper decimis fit compoſitio. de deci. ex multiplici.

1 Procuratio viſitanti debita tolli non põt per compoſitionẽ, vide plenè Abbatẽ in c. cum ex officij. dẽ præſcrip.

i ¶*Ipſis.*]prælatis.

k ¶*Conſumit.*]cõtra id eo. ti. cũ Apoſtolus. Refert Suetonius libro 2. quòd Tiberius præſidibus ſuadentibus prouincias onera-

onerari tributo, reſcripſit: boni paſtoris eſt tondere pecus non deglutire.

ADDITIO. Vel potius deglubere, id eſt, pilos euellere: ita debet eſſe: qui aliter legit, non intelligit.

a ¶*Habent.*] contra id eodem titulo cum Apoſtolus. de cle. vena. capitu. 1. & 2.

b ¶*Valuæ.*] de ſpon. conſultationi. in principio.

c ¶*Franguntur.*] an hæc liceant etiam habenti iuſtam cauſam, & poſſidenti, cui denegatur penſio vel hoſpitium, vel procuratio: plenè ſcripſi poſt Inno. de immu. eccle. cap. 1. 1

1 Vide ibidē Panormitanum.

d ¶*Exportantur.*] hoc non poſſunt etiam collectores decimarum. ſuprà eadem. compil. de deci. ſi beneficiorum.

e ¶*Vna die.*] cum tamen numerus procurationum non debeat excedere numerum dierum. eodem titulo pro curationes. quod locum habet ēt in viſitante plura loca, quorum quilibet ad procurationem ſufficiat. eodem titulo felicis. libro 6.

Procurationum numerus dierum numerū nō excedat.

†Aliàs, ſunt etiam, &c.

f ¶*Impenſo.*] contra id, eodem titulo procurationes. & capit. exigit. libro 6. eodem libro. de offi. ordi. ſi epiſcopus.

g ¶*Aſſumentes.*] contra id de reg. iur. quod omnes. libro 6.

h ¶*Alijs.*] de quibus de exceſſio. prælat. frequens.

i ¶*Vtroque.*] de priuileg. quoniam.

k ¶*Supradicta.*] ſcilicet Ciſtercienſis ordinis, tamen & de alijs idem videretur, ab identitate rationis. & ſuprà proxi. generaliter loquitur de exemptis.

l ¶*Gratioſè.*] dicit pro uerbium Italicorum, non reſpiciendum dentem equi donati [vnde quidam. *Quadrupedis dentes donati cernere noli*] cui conuenit. ff. de ædi. edic. ad res donatas.

cones, & accipitres ſecum habent: [a] Et niſi voluntati ſatisfiat eorum, valuæ [b] monaſteriorum, ſeu eccleſiarum per violentiam ſæpè frangūtur [c], & ornamenta eccleſiæ exportantur [d], pluresque procurationes recipiunt vna [e] die ſedis Apoſtolicæ priuilegio nō ſuffulti: interdum in pecunia numerata, viſitationis etiam officio non impenſo [f], & occaſione dictarum procurationum ijdem prælati ab ipſis frequenter exigunt, quæ illis ſoluere non tenentur, intolerabilia eiſdem grauamina cumulantes. Sunt† & nonnulli, qui procurationes nūtiorum Apoſtolicæ ſedis, aliaque extra ordinaria onera exemptis, & alijs religioſis pro maiori parte imponunt: vt ſe ac presbyteros liberent, ſeculares religioſos ad ordinandum huiuſmodi onerum diſtributionem minimè aſſumentes [g]: In multis etiam alijs [h] præfati prælati, exempta monaſteria, & ipſorum eccleſias vtroque [i] illis iure ſubiectas, grauant in procurationibus recipiendis, & oneribus inſolitis imponendis. ¶ Nos igitur ſuper his volentes de opportuno remedio prouidere, ſacri approbatione concilij duximus ſtatuendum, vt ſi epiſcopi non cauſa viſitationis, ſed charitatiuæ hoſpitalitatis ad monaſteria venerint ſupradicta [k], victualia gratioſè [l] recipiant, quæ charitatis gratia eis fuerint miniſtrata. Ipſis autem

m ¶*Speciali.*] puta pacto, vel onere impoſito fundationis tempore, vt dixi ſ. c. proxi.

n ¶*Ipſorum.*] ergo non aliorum priuatorum, vel eccleſiarum, etiam ſi domus eſſent ad hoc aptæ, niſi ipſi prælati conſentirent ibi procurari.

o ¶*Alioquin.*] idem ſi extra ſepta non fuerint domus monaſterij ad hoc aptæ.

¶*Glo. ſeq. alleg. vnam concor. quærit & ſoluit, & ſolutionem determinat.*

p ¶*Regularem.*] licet ergo in parte domus, quod in alia parte non licet. de ſta. mo. cum ad monaſterium. Sed quid ſi extra portam illam non eſt locus aptus? Satis videtur quòd propter neceſſitatem, quæ ſic arctat, poſſint tunc intra portam illam miniſtrari, vt ſicut propter neceſſitatem tempore prohibito licet carnes comedere, ſic liceat ex eadem cauſa etiam in loco prohibito. de obſer. ieiu. conſilium. in fine. de reg. iur. quod non eſt. facit de cuſto. Eucha. cap. 2. Poſſet tamen dici quòd cum priuilegium iſtorum non tollatur intra portam,

Carnes licet comedere tpe prohibito ꝓpter neceſſitatē.

quòd tunc epiſcopus ſecundùm formam priuilegij cibis regularibus debeat contentari: vbi verò non haberent priuilegium contrarium, ſit locus ei quod prius dixi.

q ¶*Si voluerit.*] honeſtè facerent epiſcopi declinando ibidem ſexta feria vel ſabbato, vel die qua cibaria regularia cōuenirent: tñ ſi alio die declinant, ſubditi ſuperiori inuito legē cibariorum nō dabunt. 41. diſt. non cogantur. & concor. de cen. cum inſtantia. in fine.

r ¶*Fragmenta.*] dicta à frango, gis. panes ergo integros, qui de mēſa leuantur, inuitis monachis non dabit eleemoſynarius, vel capones ītegros, vel ſimilia.

ſ ¶*Familiarium.*] cum epiſcopo, vel poſt comedentium.

t ¶*Colliguntur.*] in pro curatione quæ datur ex debito, hoc eſt certum: ſed in illa quæ datur gratuitò, non videtur id inuitis monachis fieri poſſe, & forſan auctor de vtraque intendit, quaſi fragmenta videantur eſſe largita.

u ¶*Ibidem.*] ad alium ergo locum mittere nō poſſet diſtribuenda illis inuitis.

x ¶*Euitare.*] vide qđ dixi infrà de ſenten. excom. capitu. 1. in gloſ. Mendicantes. in fine.

† Aliàs ita: diligenter prorſus abſtineant.

epi ſcopis ad monaſteria venientibus ſupradicta, & procurationes ibidem recipientibus ſibi debitas de iure communi, conſuetudine, priuilegio, vel iure alio ſpeciali [m], in domibus ipſorum [n] monaſteriorum, extra tamen ſepta ipſorum exiſtentibus, ſi quæ fuerint ad hoc aptæ, alioquin [o] intra ſepta ipſa, non tamen intra portam, quam regularem [p] appellant, carnium pro congruentia temporis, ſi voluerint [q] (priuilegio non obſtante quocunque) cibaria miniſtrentur. Nec inconueniens reputamus, ſi fragmenta [r], quæ de menſis ipſorum epiſcoporum, & ſuorum familiarium [ſ] colliguntur [t], per ipſorum epiſcoporum eleemoſynarios ibidem [u] pauperibus erogentur. Ab alijs autem grauaminibus expreſſis ſuperius, prælati diligenter† abſtineant, ſi Dei & Apoſtolicę ſedis indignationem voluerint euitare [x].

¶Idem in eodem.

¶ *Diœceſani (quibus hoc conſtat) illos qui exigendo à clericis pedagia vel guidagia excommunicati ſunt, vel interdicti, publicare debent. Io. Andreas.*

CAP. III.

PRæſenti [y] † conſtitutione iubemus [z], vt locorum diœceſani contra eos, qui ab eccleſijs, vel perſonis [a] eccleſiaſticis pro earū rebus [b], ꝓprijs [c], quas

PRæſenti.] CASVS. Iſta Clementina venit executiuè, vel eſt executio cap. quamq̄. eo. tit. lib. 6. quia illud c. dicit ꝙ exigentes à clericis pedagia, vel guidagia ipſo facto sūt excommunicati: Iſtud c. mādat omnibus diœceſanis, vt illos exactores denuntient & faciāt publicè denuntiari excommunicatos, donec & quo vſque venerint ad condignā ſatiſfactionem. Not. *deferunt.* id eſt, portant. Nota ꝙ verbum, *iubeo.* eſt præceptiuum & obligat, vt gloſ. hic in verbo, *iubemus.* & per conſequens infertur quòd prælati non obſeruantes huiuſmodi clementinæ diſpoſitionem, peccant mortaliter, vt in capitu. quod præcipitur. 14. quæſtio. 1. iuncto. capitu. ſecundo de maiorita. & obed. Nota: ibi, *Vel perſonis.* quòd bona clericorum gaudent eodem priuilegio cum rebus eccleſirum, ſecundū Lau. & Pau. Nota ex verbo, *negotiandi,* à contrario, quòd in his quæ deferunt clerici cauſa negotiandi, non gaudent immunitate. de hoc in glo. à contrario. Zabarel.

† Nota ꝙ res clericorū gaudent eodē priuilegio quo res eccleſiarum. c. vlti. de vi. & honeſt. cleri. c. eccleſiarū ſeruos. 12. q. 1. Anch.

¶*Prima gl. ſummat & dicit quid declarat.*

y ¶*Præſenti.*] Caſus. Diœceſani (quibus hoc conſtat) illos qui exigendo à clericis pedagia, vel guidagia excommunicati ſunt, vel interdicti publicare debent. venit executiuè ad decret. quamquam. eod. tit. lib. 6.

z ¶*Iubemus.*] ergo obligat ex præcepto. 14. q. 1. quod precipitur. quod non bene ponderatur. ſimile ſ. ea. compil. de ſta. mo. c. 2. de relig. do c. 2.

a ¶*Perſonis.*] vide quod dixi in decre. quamquam.

b ¶*Rebus.*] vel perſonis, vt in prædicta decr. quamquam.

c ¶*Proprijs.*] ſcilicet perſonarum, vel eccleſiarum, vt ſic etiā profeſſos, qui proprium habere non pñt, includat. pro talibus

rebus

Laici quandoque vectigalia non tenentur ſoluere.

rebus quæ ad vſum proprium portantur, etiam laici non ſoluunt vectigalia C.de vecti.& com.l.vniuerſi.Plures alios caſus,in quibus non ſoluuntur,vide quæ no.ff.de publi. l.4.

¶*Gloſſa ſequens arguit ad contraria, & remittit: mouet dubia, & ſoluit.*

a ¶*Non negotiandi.*] à contrario datur intelligi quòd in his, quas cauſa negotiandi deferunt, non gaudent immunitate, vt etiam no. Guli.in Specu. de immu.eccl.in fi.vbi etiam arguit contra emptores redditũum clericorum, qui volunt immunitate gaudere: ſed ipſi etiam clerici non gauderent negotiationis cã deferendo, vt hic. Si autem inter leuatorem pedagij, & delatorem ſit quæſtio, vt quia ille negat eum clericum, vel dicit res deferri negotiationis cauſa,vel res illius non eſſe,graue eſſet ſemper iudicem adiri pro fide huius rei recipiẽda,vnde videtur committendum iuramento deferentium, vel ſuorum nuntiorum ſi perſonarum qualitas non diſſuadeat,vel niſi de contrario fides haberetur in promptu.facit de iureiur.c. fi. quod me. cau.c. fin. Quo ad perſonam videtur ſufficere ſi ſit in habitu & tonſura clericali.per decre.ſi iudex.de ſenten.excom.lib.6.

† Aliàs.de ipſis eis conſtiterit, &c.

Pedagij ratione orta quæſtio inter leuatoré ipſius & delatoré rerũ, qualiter terminabitur.

† Aliàs, extorta.

† Aliàs ita: de celebratione Miſſarum, & aliorum officiorum.

non negotiandi [a] cauſa deferunt, aut deferri faciunt vel tranſmittunt, pedagia, [b] vel guidagia ſuo, vel alieno [c] nomine exigũt,vel extorquent [d] in animarum ſuarum periculum, & eorum à quibus ea exigunt præiudicium, & grauamen excommunicationis [e] & interdicti [f] ſententias à iure [g] prolatas,poſtquam de † his ipſis conſtiterit [h], omnino publicent, vel à ſuis ſubditis [i] tamdiu faciant publicari, donec [k] illi ſic exacta † reſtituerint [l], & de tranſgreſſione huiuſmodi ſatisfecerint [m] competenter.

TITVLVS XIIII.

De celebratione † Miſſarum, & alijs diuinis officijs.

b ¶*Pedagia, vel guidagia.*] exponuntur hæc de verborum ſignificatione.ſuper quibuſdam.& omnia iſta dicuntur portaria,vel vectigalia,vt ibi not.

c ¶*Alieno.*] de reg.iur.quod alicui.lib.6. cum concor.

d ¶*Extorquent.*] vbi enim reciperent iſta à ſponte ſoluentibus,non eſt locus pœnis. ſimile de ſimo.dilectus 2.

e ¶*Excommunicationis.*] quo ad ſingulares perſonas.

f ¶*Interdicti.*] quo ad ciuitates,caſtra,vel loca, quorum collegia,vel vniuerſitates delinquunt,& periculoſiſſimũ eſt: per quod forſan tota Italia eſt interdicta,de vltra Italiã teſtificentur experti.& vide qđ dicam ĩ. de ſent excom.grauis.in prin.

g ¶*A iure.*] eod.titul.quamquam.lib.6.

¶*Gloſſa ſeq.ſupplet & remittit: ſecundo dubium ſoluit per duas rationes.*

h ¶*Conſtiterit.*] parte vocata,contra quam fit publicatio.de quo ſatis ſcripſi ea.compi.de offi.deleg.c. vnico. Puto autem de hoc inquiri, & conſtare poſſe etiam in illo qui ſoluit de hoc non conquerente: tum quia hoc beneficium reſpicit fauorem ordinis clericalis,non perſonæ tantùm, & ſpectat ad ius publicum.de foro compe.ſi diligenti.de ſent.excom.contingit.1.diſt. ius publicum.tum propter animarum periculũ, de quo præmiſit, & præcipuè in facto manifeſto. de vſu. cum in diœceſi.de diuor.porrò.

i ¶*Subditis.*] vicinos etiam epiſcopos requirere poſſunt. 11. q.3.curæ. de treu. & pace.c. 1.s. ead.compi. de foro compe. quamuis.§.penult.

k ¶*Donec.*] Licet iſti reſtituant,& ſatisfaciant, vt ſequitur: eſt tamen neceſſaria abſolutio excommunicationis, vel relaxatio interdicti,vt in prædicta decre.quamquam.in fine.

l ¶*Reſtituerint.*] plenariè dicit decre.quamquam.quod forſan hic ommittit:quaſi ſonet in idem verbum reſtitutionis,& plenæ reſtitutionis. facit ff.de verb. ſigni.cum prætor. ff. de vſur.videamus 2.§. in Fauiana.nec ſufficeret hic cautio. concor.quod not.de elect.quia ſæpe.lib.6.

Reſtitutio & plena reſtitutio in idẽ ſonant.

m ¶*Satisfecerint.*] vide qđ dixi poſt Inn.de cohab.cle. ſicut.

DE CELEBRATIONE MISSARVM,&c.

¶*Viſum eſt ſuprà de capellis, & eccleſiis tam religioſorum, quàm ſecularium,in quibus diuina officia,& Miſſarũ ſolemnia celebrantur:ideo,&c.*

GRaui.] ¶ CASVS. Concilio generali Spiritu ſancto legitimè congregato fuit propoſitum, quòd plures clerici dicebant Horas Canonicas diſcurrendo, & quandoque verba inhoneſta proferendo, & dum ibant ad diuinum officium, ducebant ſecum canes venaticos, & aues: vnde modicam reuerentiam faciebant ipſi eccleſiæ, & ſcandalum inde oriebatur: conſtituit conciliũ quòd ipſi celebrent diuinum officium cum deuotione & reuerentia, & ꝓ hoc deputauit aliquos, vt compellant clericos ad celebrandũ cũ deuotione vt decet: & cantor, vel decanus, vel Prior tenetur compellere clericos ſuæ eccleſiæ,& in defectu ipſorum epiſcopus.Nota:ibi,*Miniſtri.*iuncta gloſſa, quòd clerici non beneficiati non tenentur ad Horas Canonicas dicendas, niſi eſſent in ſacris conſtituti. Nota: ibi, *Fructum.* iuncto c. dolentes. eod.tit. in antiq. videlicet quòd qui eſt aſtrictus ad dicendum Horas, illas debet dicere attentè. Nota ꝙ obligatus ad Horas Canonicas debet ſingulas dictiones,& ſyllabas diſtinctè proferre. Nota quòd beneficiati cum ad ipſas eccleſias accedunt, debẽt accedere, id eſt ire cum humilitate.Item debent eſſe honeſti in corona ſeu tonſura & in veſtibus: Vnde tonſora eſt raſura in ſuperiori parte capitis: Sed raſura eſt in inferiori parte capitis. Nota quòd in cœmeterijs non debent celebrari choreæ,nec cantilenæ dici, & multò minus in eccleſijs. Nota quòd licitum eſt turbari ſuper delinquentes:nam Deus turbatur & iraſcitur. de reb.eccle.non alie. ſi quis. Nota quòd Horæ Canonicæ debent dici cum puritate. Ex hoc arg.ꝙ qui eſt in mortali, ſi dicit eas, nihil agit, ſicut ſunt concubinarij, fures, & ſimiles, vnde in pſal. Peccatori autem dicit Deus, quare tu enarras iuſtitias meas? Zabarella.

† De materia huius Clement.ꝑter doctores hic vide canoniſtas in c.1.& c. dolentes. ext. celeb.Miſſarum.

¶Clemens V.in concilio Viennenſi.

¶*Prælati ad quos ſpectat correctio, & illis negligentibus ſuperiores ipſorum debent eſſe ſolliciti, vt horis debitis in cathedralibus, regularibus, & collegiatis eccleſiis Horæ canonicę deuotè pſallantur, & quòd in eccleſiis alijs celebretur conuenienter, & debitè diurnum officium & nocturnum.Io.And.*

CAP. I.

GRaui [n] † nimirũ turbatione mouemur, quòd ex nonnullorum rectorum negligentia,quæ [o] dum ſpem impunitatis permittit, multam nutrire peſtilentiã conſueuit [p] in ſubditis, plerique eccleſiarũ miniſtri [q] modeſtia ordinis clericalis abiecta, dum offerre Deo ſacrificium laudis [r] fructum [ſ] labiorum ſuorũ in puritate conſcientiæ & animi deuotione deberent, Horas [t]

¶*Prima gloſſa dicit quid facit, & diuidit, & ſummat.*

n ¶*Graui.*] Prima pars ponit tres ſpecies exceſſuum, quos ſecunda pars per ſuperiores corrigi præcipit: ibi,*Ne igitur.* Et eſt prima ſpecies de clericorũ exceſſibus in celebratione diuinorum.Secunda:ibi,*Nonnulli.*de diſſolutionibus clericorum & laicorum, quas in eccleſijs & ſuis cœmeterijs faciebant.Tertia:ibi:*In multis.*de indecentia veſtimentorũ, vaſorum, & ornamentorum eccleſiaſticorum. Et principaliter hoc intendit: prælati ad quos ſpectat correctio, & illis negligentibus ſuperiores ipſorum debent eſſe ſolliciti,vt horis debitis in cathedralibus,regularibus, & collegiatis eccleſijs Horæ Canonicæ deuotè pſallantur, & quòd in eccleſijs alijs celebretur conuenienter, & debitè diurnum officium, & nocturnum.

1 Vide Ioã. An. & alios in c.1.de celebr. Miſſæ. & Archidiaconum in c. Eleutherius 91.diſt.

o ¶*Quæ.*] negligentia.

p ¶*Conſueuit.*] de vita & hone. cle. vt clericorum. cum ſuis concor.

q ¶*Miniſtri.*] argue pro clericis qui beneficiati non ſunt, quòd non teneantur 1 ad horas.de quo ſatis ſcripſi.cod. tit. cap.1.ſuper glo.finali.

r ¶*Laudis.*] Pſalm. 49. Deus Deorum. ibi, Imola Deo ſacrificium laudis.

¶*Glo.ſequens dat quotam:arguit & remittit.*

ſ ¶*Fructum labiorum.*] ſumptum ad Hebræos vltimo, vltra medium. Et arguit ex hoc quòd ſatis eſt labijs 2 ſeruire in diuinis Horis, licet cor diuertat ad alia, de hoc ſcripſi poſt Innocen.& Hoſt.eo. tit. dolentes. & facit quod de oratione dicam ĩ.de reliq.cap.vnico.in gloſſa de oratione, in ſeptimo membro.

2 Priuſquã deſcẽdas ad hanc gloſſã ſniam, conſule Theologos & præſertim Bea. Thom. lib. 4. ſent. diſt. 15. q. 4. artic.1.q. 4. & ibidẽ Paludanum diſt. 15. q. 5. & Gabrielem in canone Miſſæ lect. 62.

t ¶*Horas.*] aſpiratur,vt dixi s.ead. compil. de vi.& hone.cleri.cap.2.

Canonicas[a] dicere,ſeu pſallere[b],tranſcurrendo,ſyncopando[c],extranea quidem & plerunque vana[d],profana,& inhoneſta intermiſcendo colloquia[e],tardè ad chorum conueniendo, ſeu eccleſiam ipſam abſque rationabili[f] cauſa ante finem officij exeundo[g] frequenter, aues interdum portando ſeu faciendo portari, caneſque ſecũ ducendo venaticos[h], ac quaſi nihil prętendentes de clericali militia[i], in corona veſtibus & tonſura[k] diuina etiam celebrare, aut eis intereſſe nimis indeuotè præſumunt. ¶Nonnulli etiã tam clerici quàm laici præſertim in feſtorũ certorum vigilijs[l], dum in eccleſijs deberent orationi[m] inſiſtere, non verentur in ipſis earumque cœmeterijs choreas[n] facere diſſolutas, & † interdum canele cantilenas[o], ac multas inſolentias[p] perpetrare, ex quibus eccleſiarum & cœmeteriorum violationes[q], inhoneſta variaque delicta quandoque ſequuntur, & eccleſiaſticum plerunque perturbatur[r] † officium in diuinæ maieſtatis offenſam,& aſtantium ſcandalum populorum. ¶In multis inſuper eccleſijs cum vaſis, veſtimentis, & cæteris ornamentis ad diuinum cultum neceſſarijs, indecentibus[ſ] vtique (penſatis earum facultatibus)deſeruitur. ¶Ne igitur tranſgreſſiones inualeſcant[t] huiuſmodi, alijſque veniant in exemplum, ſacri concilij approbatione hoc fieri prohibentes: ſancimus, vt illi ad quos id pertinet,& in eorum ſi vtique exempti non ſint,negligentiam[u], vel defectum locorum ordinarij: ſi verò exempti fuerint, aut aliàs circa hoc priuilegiati, ſuperiores[x] ipſorum (omni negligentia, vel incuria penitus relegata[y]) circa reformanda præmiſſa, & eorum ſingula corrigenda, necnon vt in Cathedralibus, Regularibus, & Collegiatis eccleſijs horis debitis[z] deuotè pſallatur. In alijs verò cõuenienter & debitè celebretur diuinum† diurnum, & nocturnum[a] officium, ſi Dei & Apoſtolicæ ſedis indignationem euitare voluerint, ſollicitam curent diligentiam adhibere: contradictores per cenſuram eccleſiaſticam (dummodo ad eos illam exercere[b] pertineat) alijſque opportunis remedijs compeſcendo, facientes prout ad eos ſpectat in his, & alijs quæ ad diuinum cultum, & morum reformationem pertinent, ac eccleſiarum & cœmeteriorum reſpiciunt honeſtatem, ſacrorum ſtatuta canonum, ad quæ[c] ſcienda[d] diligens curent adhibere ſtudium[e], irrefragabiliter obſeruari.

a ¶*Canonicas.*]ſeptem.de quibus eod.tit.c.1.& quare ſic fuerint per eccleſiam inſtitutę, & qui teneantur ad eas dicendas,ibi ſcripſi: Miſſam de officio dicimus,ſed non de Horis: quod patet,quia etiam epiſcopi de honeſtate inuitantur ad illas dicendas,vel audiendas de priuileg.c.fi.lib.6. diſtributiones tamen pro Miſſis vt pro Horis in eccleſijs ſtatuũtur.facit ĩ. ti. 2.c.1.in fine.Canon diſtinguit ſolũ duas Horas, Matutinalem, & Veſpertinam.11.q.3.ſi quis epiſcopus in concilio. quod quomodo inteligatur,not.92.diſ. c.vlt. Pytagoras etiam dicebat duorum temporum curam habendam, ſcilicet mane & veſperi,id eſt eorũ quæ acturi ſumus,& eorum quæ geſſimus.

b ¶*Pſallere.*]hic iunge literam infrà, nimis indeuotè præſumunt.

c ¶*Syncopando.*] hoc exponitur. eod.tit. dolentes. in 1.gloſ.

Verbi cuiuſlibet otioſi reddẽda eſt ratio.

d ¶*Vana.*] cum tamen de omni verbo otioſo redditurí ſumus rationem in die iudicij.Matth.12.22.q.vlt. c.quotiens.

† Aliàs ita: etiam inter dum,&c.

e ¶*Colloquia.*] 1.ad Corinth.15.Corrumpunt bonos mores colloquia mala & not.37. diſt.turbat.

f ¶*Rationabili cauſa.*] eſſet rationabilis quando nimis fatigatus eſt ſpiritus, & cauſa recreationis ſine ſcandalo aliquantulum exijt eccleſiam,vt ſcripſi poſt Inno. eod. tit. dolentes. Idem ſi infirmitas vel iuſta occupatio ſuperueniret.7.q.1.illud. & c.ſeq. de conſe. diſt. 1. nullus.de cleri. nõ reſi. ex parte 2.eo.tit.c.vnico.lib.6.

† Aliàs,perturbant.

Miſſa integraliter eſt audienda.

g ¶*Exeundo.*]etiam laici Miſſam audientes ante benedictionem ſacerdotis exire non debent.de conſe.diſt.1.Miſſam.& c.ſequenti.

h ¶*Venaticos.*]quod etiam extra eccleſiam eis non licet. de cle.vena.per totum.

i ¶*Militia.*]quæ cæleſtis eſt.11. q. 1. Chriſtianis de cleri. ægro.c.1.ne cle.vel mo.c.1.in fin.

k ¶*Tonſura.*]ſic de vita & hone.cleri.clerici.1.& ſ.ead.cõpi. eo.tit.c.2.& quid corona & tonſura deſignet, ibi ſcripſi, & habetur.12.q.1.duo ſunt.

l ¶*Vigilijs.*]in quibus clericalis modeſtia deberet ſtudioſius obſeruari. de ſtatu mona. cum ad monaſterium. ver. in refectorio.vbi ſæpius dixi verbum Senecæ.18. epiſtola ad Lucillum:Feſtiuis maxime diebus animo imperandum eſt,vt tunc à voluptatibus ſolus abſtineat, cum in illas omnis turba procubuerit.

Senecæ dictum notabile.

m ¶*Orationi.*]vide quod de oratione dicam ĩ. tit.2. c. vnico.ad fi.

Chorea vnde dicitur.

n ¶*Choreas.*]dicitur à choro: chorizantes enim in ſuis ludicris,cantilenis,& ſaltibus quodammodo tenẽt chorum.& de his forte loquitur Pſal.11.In circuitu impij ambulant. & facit de vita & honeſta.cleric.cum decorem.16.q.1. legi. & has euitare debent Moniales.ſ.ead.compil.de ſtatu mona. c. 2.

o ¶*Cantilenas.*]37.diſt.c.2.

p ¶*Inſolentias.*]de offic.ordi.c.1.ea.compil.& ibi expoſui.

q ¶*Violationes.*]in talibus enim facile veniri ſolet de ludo ad rixam ex qua ſequi ſolent effuſiones ſanguinis, vulnera & homicidia,per quæ loca polluuntur.de conſecra.eccle. vel alta.propoſuiſti.& quando vno polluto pollutũ ſit reliquum, dic vt eod.tit.c.vnico.lib.6.

Pollutio loci ſacri ex quibus procedit.

r ¶*Perturbatur.*]vide quod not.& dixi de appel.dilectus.

ſ ¶*Indecentibus.*] nõ ex immunditia contra quam prouiſum erat. de cuſto.Eucha. cap.2. ſed ex vilitate pretij, vel æſtimationis ipſorum: quod patet ex eo quod de facultatibus quæritur. & de his de conſec. diſt. 1. altaris palla. & c. vaſa. cum duobus cap.ſequen. In fratribus vero Minoribus reprobatur exceſſus circa iſta ornamenta. infrà. de verb. ſigni. exiui. verſus finem.§. quamuis.

t ¶*Inualeſcant.*]principijs obſtat,&c. vt no. de reſcr.ad hæc.in fine.

¶*Glo. ſequens arguit, & remittit.*

u ¶*Negligentiam.*]arguo quòd de iuriſdictione minorum prælatorum diœceſani ſe nõ intromittũt, niſi in caſu negligẽtiæ.de hoc de offi.ordi. cum ab eccleſiarũ.& c.paſtoralis.

† Aliàs ita: diurnum officium pariter & nocturnum.

¶*Gl.ſeq. qõnem ſoluit.*

x ¶*Superiores.*] voluit his caſibus dare diœceſanis delegatam poteſtatem, ſicut fecit ead. compil.de ſupplen. negli.præla.cap. vnico.de ſta.mona. c.2. de relig. domi.c.2.quia propter hęc multum vſitata, nimis p̃iudicatum fuiſſet priuilegijs exẽptionis.

y ¶*Relegata.*]hic iunge literam, ſollicitam curent diligentiam adhibere.

z ¶*Debitis.*] dicebat Hoſt. eod. titu. cap. 1. quòd pulſare & pſallere Horas debitis horis ſeruabatur in cathedralibus, & collegiatis eccleſijs.

a ¶*Nocturnum.*]eod.tit.dolentes.in fine.

b ¶*Exercere pertineat.*]excludit fœminas licet prelatas. qđ dic vt de maio. & obe. dilecta. De maioribus curatis, & qui iuriſdictioni præſunt,dic vt not.2.q.1. nemo.de offic. ordin. cum ab eccleſiarum. plenius per Hoſtien. in ſum. de ſenten. excom.§.quis poſſit excommunicare.in vlt.col.Ioan.And.

c ¶*Ad quæ.*]ſtatuta.Ioan.And.

d ¶*Scienda.*]propter medium horum trium quæ præmiſit, ſcilicet de reformatione morum,non eſſet facile iura colligere,de quibus ſciendis hortatur,ſed ſufficiat allegare. de vi.& hone.cle.per totum.ad primum eo.tit. per totum. de conſec. diſt.1.per totum.ad vltimum.de cuſ. Eucha.c.2. de immuni. eccle.per totum.& eo.tit.per totum.lib.6.

e ¶*Studium.*]20.diſt.ſi decreta.

D*ignum.*]Primò ponit dictum.Secundo circa illud remouet dubium.Secunda:ibi,*Nec ad dicendum.*Imol.¶Præſupponendum eſt quòd quilibet tenetur dicere Horas canonicas ad vſum illius diœceſis,in qua eſt beneficiatus.

C A S V S. Ego ſum commenſalis, vel domeſticus alicuius Cardinalis vel epi,q̃ dicit Horas ad vſum eccleſiæ Romanæ: Ego ſum de alia diœceſi,q̃rit an poſſim dicere Horas meas ſicut ipſe, & in tali vſu? Dicit Clemens quòd ſic.

Not. ꝙ appellatione Pontificum non veniunt electi in epos & confirmati, niſi ſint conſecrati,etiam in conceſſione priuile-

priuiligorum, vt gloſ. cum tex.in verbo, Pontificum. Not. quod quis debet ſe coaptare ijs cum quibus conuerſatur. 12.diſt.illa.in fin.40.diſt.c.1. in tantum quòd etiam ſibi propter hoc licent aliqua, quæ non licerent, vt hic. de hoc de ſtatu.mo.recolentes.

¶*Glo. prima ſummat.*

¶Idem in eodem.

¶*Clerici etiam religioſi, domeſtici, commenſales Cardinalium, vel epiſcoporum, ſe poſſunt illis in diuinis officijs coaptare. hoc dicit. Ioan. Andreas.*

CAP. II.

Dignum [a] † prorſus & congruum [b] arbitrantes, quod clerici tã religioſi, quàm alij [c] Cardinalium ſacroſanctæ Romanæ [d] Eccleſiæ, ac quoruncunque Pontificum [e] gratiam & communionem Apoſtolicæ ſedis habentium [f], commẽſales domeſtici [g] ſe poſſint [h] ipſis [i] in diuinis officijs [k] coaptare [l], vt illud quod ijdem Cardinales ſeu Pontifices dicent officium [m] licitè [n] dicere valeant: Nec ad dicendum aliquod aliud teneantur, ſacri † approbatione concilij indulgemus [o].

a ¶*Dignum.*] Clerici etiam religioſi, domeſtici, comenſales Cardinalium vel epiſcoporum ſe poſſunt illis in diuinis officijs coaptare.

b ¶*Congruum.*] quaſi conueniens.

c ¶*Alij.*] commenſales domeſtici, quod eſt infra.

¶Vide oĩno Extrauagãtem Pij V. Pontificis maximi incip. Quod à nobis p quã recitatio Romani Breuiarij reſtituit, & aliorum abolet.

d ¶*Romanæ.*] non Cõpoſtellanæ, vel Rauennatis.de offi. archipresby.c.2. & dixi de conſti.cum omnes. ſup tertio gloſſa.

e ¶*Pontificum.*] electos confirmatos nondum conſecratos non videtur includere.

f ¶*Habentium.*] ſimile de præſcript. veniens. & exponitur hoc verbum de offi. ordin. quod ſedem.in vlt.glo.

† Aliàs ita: ſacro approbante concilio indulgemus.

g ¶*Domeſtici.*] de his de verborum ſignific. c.fin.lib.6.

h ¶*Poſſint.*] non dicit quòd teneantur: facit ff.de iud.non quicquid.

i ¶*Ipſis.*] Cardinalibus, vel epiſcopis.

k ¶*Officijs.*] ſi de cibis addidiſſet, hoc multũ monachis placuiſſet, per ea quæ not.16.q.1.cap.3.

l ¶*Coaptare.*] facit.12.diſt illa & hic iunge finem.

m ¶*Officium.*] ſit Gregorianum, Ambroſianum, vel monachale cuiuſuis ordinis. Item ſiue dicant de Feria, vel de feſto.

n ¶*Licitè dicere.*] Nota ad quæſtionem 1 de monacho prælato eccleſiæ ſecularis, quòd reget illam ſecundùm officium clericale non monachale. hoc placet Ioan.16.q.1.c.3. Goffr. de ſtatu mona. in ſumma.§. ſed nunquid abſoluitur. & Hoſti. in ſum. ipſius tit.§. 2. verſic. ſed nunquid talis. facit de præſcrip.cum olim. Sed dices contrarium probari per hanc decretalem, dum hic fuerit conceſſa ſpecialis indulgentia, præterquam hoc non licuiſſet, vt dicam in fin. Solu. iſti nõ ſunt perpetuò tranſlati, ſed ille nihil habet commune cum monachis. 16.q.1.ne pro cuiuſlibet.

1 Monachus eccleſiæ ſecularis quod officiũ dicet, huc ſpectãt tradita p B. Thomã. 2. 2.q.185.ar. 8. cum videto.

o ¶*Indulgemus.*] prius ergo hoc non licebat.

DE BAPTISMO ET EIVS EFFECTV.

¶*Viſum eſt de ſacramento Eccleſię, quod eſt ſacramentum Euchariſtię: nunc videndum eſt de ſacramento baptiſmi.*

Ręſenti.] Tres ſunt partes principales, quia primò ponit regulam. Secundò duos caſus excipit ab ea: ibi, *Niſi.* Tertiò punit contrafacientes: ibi, *Quia autem.* Imol.

Casvs. Fuit à nõnullis in concilio generali expoſitum, quòd licet fuiſſent in eccleſijs parochialibus deputati ſacri fontes ad baptizandos paruulos: tamen plures baptizabãt in ſuis domibus, vel alijs locis priuatis, propter quod fuit ortũ ſcandalum: ideo conſtituit concilium, quòd decætero nulli ſibi baptizentur niſi in eccleſijs, demptis & exceptis filijs principum, vel niſi ſubſit rationabilis cauſa, & contrafacientes puniunt, vt in textu. Nota, quòd ęquiparãtur nobilitas & neceſſitas. de hoc in glo. hic, comparantur. Nota quòd neceſſitas legi non ſubiacet. de obſer.ieiu. conſilium. regula, quod non eſt.lib.6. Zabarella.

¶*Glòſſa prima ſummat, & diuidit.*

p ¶*Præſenti.*] in fontibus eccleſiarum, non in priuatis domibus debet baptiſma concedi. Duos caſus excipit, & tranſgreſſores puniri præcipit. Exceptio: ibi, *Niſi.* punitio: ibi, *Qui autem.*

q ¶*Ne quis.*] omnes comprehendit, nedum eos quibus ex officio competit baptizare, 2 vt presbyteros. De diaconibus dic vt 94.diſt. diaconos.

2 Vide B. Thomã 3. par.q.67. de miniſtris ſacraméti baptiſmi.

r ¶*In aulis.*] aula dicitur ſala, vel ſpatioſum habitaculum communiter quatuor habens alas.

TITVLVS XV.

De baptiſmo & eius effectu.

¶Clemens quintus in concilio Viennenſi.

¶*In fontibus eccleſiarum non in priuatis domibus debet baptiſma cõcedi. duos caſus excipit, & tranſgreſſores puniri præcipit. Io. And.*

CAP. VNIC.

Præſenti [p] † prohibemus edicto, ne [q] quis decætero in aulis [r], vel cameris [ſ], aut alijs priuatis [t] domibus, ſed duntaxat in eccleſijs, in quibus ſunt ad hoc fontes ſpecialiter deputati [u], aliquos [x] (Niſi regũ [y], vel principũ, quibus valeat in hoc caſu deferri,

ſ ¶*Cameris.*] concor. de appel.qua fronte. & quod ibi not.in gl. 2.

t ¶*Priuatis domibus.*] bene concor.in Authent. vt in priua. do.ſacra myſt.nõ fiant. coll.5.per totum.

u ¶*Deputati.*] de maio. & obe.his quæ.de cape. mo.c.2. & tales eccleſiæ dicuntur baptiſmales.de no.ope.nun.c.1. in princ.& de his 16.q. 1. de decimis. §. 2. 13. q.1.§.2.ver. decimas.& quia renaſcimur p baptiſmum, dicunt matrices. de pſcrip. ex tranſmiſſa. j. de ſent.excom. cap.1.

Eccleſiæ baptiſmales dicuntur matrices.

x ¶*Aliquos.*] hic iunge literã infra, audeat baptizare.

† Cõferunt tradita per B.Thomam par.3.q.83. ar.3.

¶*Gloſſa ſequens dat tres concor. quęrit quis dicatur princeps: ponit xij. ęquiuocationes, & ſoluit, dicens tyrannos non includi, & reſpondet contrario.*

y ¶*Regum.*] ſimile de offi.deleg.c.vltimo.de priuil.ne aliqui.lib. 6. Sed iura illa loquuntur ſolùm de regibus, hic addit de principibus. ſic ẽ ead. compil. de teſtib. c. 1. Et quos hic dicat principes, dubitatur. Deus enim princeps dicitur, Iſaiæ 9. ibi, Deus fortis, pater futuri ſeculi, princeps pacis. Interdum Angelus de ſe dicens Ioſuæ 9. Ego ſum princeps exercitus. Interdum Papa. de conſecra.diſt.1.corpora. Interdum epi.de maio. & obe. ſi quis. vel alij iudices eccleſiaſtici, 17.q.4. diffiniuit. in fi. Imperator.de re iudic.ad Apoſtolicæ.in prin.lib.6. Rex.de ſacra vnc.c.vnic. ver.vnde in veteri.de accuſ.veniens.de elect.innotuit.de bap. maiores.circa fi.45.diſt.de Iudæis.vel alius principans populo.de maio.& obed.omnes. Exodi.22.principi populi tui non maledices, vel loco.de Iudæis Iudæi.& cap.ſequen. & cap.in nonnullis.in fin.de vſuris.quanto.& infra de Iudæis.cap.1.in princip.de hæreti.cum ſecundum.In fin.de homi.pro humani. libro 6. Sed ſi ſic largè principatus ſumatur pro dominio vel dominatione populi, iam videretur quòd omnis baroniã habens, ſit princeps: ſic & largè omnis regens prouinciam, dominium, gentem, prolem, vel plebem dici poteſt rex. 23. quæſtio.4.duo iſta. Apes etiam & grues habent principem. 7. quæſtio.1.in apibus.& diabolus etiam dicitur princeps mundi, Ioan.14.& vitiorum.de pęniten. diſtinctio. 2. princeps. & in his multum poſſet inſtari, ſed non expedit. Et componitur princeps ex primum, & capio, & dicitur quaſi primum capiens locum, vel dignitatem. Sunt etiam certæ dignitates ſeculares ſpecialiter ſic vocatæ, vt principatus Achaiæ, & his ſimiles. ad illas tamen hunc textum non puto reſtringi. facit de verborum ſignifica.quamuis. Eſt aduertendum, quòd decret.fundamenta.§.vt ergo. loquens de Imperatore, rege, & principe, ſubmittit de marchione, duce, comite, & barone, vel alio 3 notabili potentatu: per quod videtur ex ordine quòd princeps maior ſit prædictis, marchione, duce, &c. Et ex hoc puto quòd principatus hic ſumatur pro notabili potentatu merito comparando regiæ dignitati. facit ead. decre.fundamenta.in fin. Tyrannos autem (quibus in Italia conſtellatio nunc fauet) includi non puto: Nam (vt ait Gregorius) Tyrannus eſt propriè qui in republica non iure principatur: Et Philoſophus: quòd ſicut regnum eſt rectus principatus, ita tyrannis eſt peruerſum dominium. de quo ſatis. 4. & 5. Politi. cum ergo princeps tendat ad bonum commune, tyrannus ad proprium: ergo non eſt princeps: Vnde Iſa. trigeſimuſſecundus. Princeps ea quæ ſunt digna principe cogitat. Abſit ergo quòd illos quanticunque ſint potentatus, hæc conſtitutio priuilegiet. ad hoc de reſcriptis.

Principis appellatio multos comprehendit.

Princeps vndè dicitur.

3 Aliàs ita: vel alio notabilis potẽtatus.

Tyrannus quis dicit.

ſi gratioſè.in fi.lib.6.ff.de leg.1.legata inutiliter.2. reſponſo. Non obſtat de hæret. præſidentes. lib. 6. quia illud ſpeciale fauore fidei.

¶*Gloſa ſequens ponit differentiã inter filios & liberos: arguit pro naturalibus: ſoluit contrarium, ad allegata reſpondens.*

Liberi & filij differũt.

a ¶*Liberi.*] comprehendit nepotes ex filijs,& alios deſcendentes.ff.de verb.ſign.l. liberorum.ſecus ſi dixiſſet, filij. Appellatio n. filiorũ regulariter non comprehendit nepotes.inſtitu.qui teſta.dari tu. poſ. in fi. caſualiter contra.ff. de verborum ſignific. filij. & ibi de hoc. Et quod dixi, comprehendit nepotes,intellige de deſcendentibus ex filijs maſculis.ff.de ſena.l. liberos.in fi.de pœnis, vbicunque.lib. 6. Videtur hoc etiã intelligi poſſe de naturalibus, non de legitimis,per prædictam l.liberos.1.reſpõſo.& per id quod notat de probat.in præſentia. in princ.1. gloſ. & dixi poſt Hoſtien. de ſentẽ. excom.ſi verò,§.fi. Verius videtur illos non comprehendi, per l.cũ legitimæ. & per ibi no. ff.de ſtat.homi.facit inſtitu. de nup. §. fina. ff. de in ius voc.quia ſemper.in authen. qui. mo. na.effi.ſui.§.fin. coll. 8. & 1 l.liberos. non intelligitur de naturalibus qui legitimi ſunt, vt ibi no. Ad not. in decreta.in præſentia.reſponde per no. in l. ibi allegata. ff. ad Trebel.l.ex facto §.ſi quis rogatus.Ad vlt.allega.dic quòd quo ad parentum reuerentiam bene habetur ratio naturaliũ tantùm,ſed quo ad commodum liberorum, vel honores,non: vt in contrarijs.

† Vide conciliũ Tridẽ. ſeſſ.o.13.de ſanctiſſimo Euchariſtię ſacro.& ſeſ. 22.de ſacrificio Miſſæ, & B. Thomam opuſculo 57.

1 In pleriſq; antiquioribus codicibus ita: & lex liberos. intelligit de naturalibꝰ, qui legitimi ſunt, & ita videtur legere Ioan. Imola.

liberi [a] extiterint, Aut talis neceſſitas [b] emerſerit, propter quam nequeat ad eccleſiam abſque periculo [c] propter hoc acceſſus haberi) audeat baptizare. Qui autem ſecus præſumpſerit [d], aut ſuam in hoc præſentiam [e] exhibuerit, taliter per epiſcopum ſuum caſtigetur [f], quòd alij attentare ſimilia non præſumant [g].

TITVLVS XVI.

De reliquijs & veneratione Sanctorum.

¶Clemens V.in concilio Viennenſi.

¶ *Feſtum corporis Chriſti celebrari debet feria quinta poſt octauã Pentecoſtes, & certę indulgentię conceduntur ijs qui in feſtò, vel intra octauam officio, vel horis intererunt. Ioan. And.*

CAP. VNIC.

SI dominum [h] † in ſanctis eius laudare iubemur [i], dignum profectò [k] iuſtum & ſalutare nobis exiſtit, vt ſibi in ſui [l] quo nos quotidie ſpiritualiter reficit [m] memoriam corporis, laudes feſtiuæ venerationis, & gratias referamus. Hac igitur conſideratione inducti, conſtitutionem à bonæ memorię Vrbano [n] Papa quarto prædeceſſore noſtro ſuper hoc editam, de fratrum noſtrorum conſilio diſtrictè præcipimus [o] obſeruari, cuius tenor ſequitur in hæc verba: Vrbanus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei venerabilibus fratribus, Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & alijs eccleſiarum prælatis: & cætera. ¶Trãſiturus de hoc† mundo ad patrem Saluator noſter Dominus Ieſus Chriſtus, cum tempus ſuæ paſſionis inſtaret, ſumpta [p] cœna, in memoriam mortis ſuæ inſtituit [q] †ſummum & magnificũ ſui corporis & ſanguinis ſacramentum, corpus in cibum, & ſanguinem in poculum [r] tribuendo: Nam quotiens hunc panem manduca-

† In antiqoribus codicibus deeſt dictio, hoc.

† Vide oĩno B.Thomam par.3.q.73. artic.5.& q. 83.ar.2.vbi agit de glorioſa & ſanctiſſima huius venerabilis ſacramenti inſtitutione.

b ¶*Neceſſitas.*]hic comparantur nobilitas, & neceſſitas, alibi nobilitas & literatura, de præben.de multa.in fine.

c ¶*Periculo.*] fortè pueri baptizandi exiſtentes in mortis articulo, eod.tit.cap.penult. vel deferentium, vt quia eſt hoſtilitas, vel locus obſeſſus.

d ¶*Prę ſumpſerit.*]baptizando in locis talibus.

e ¶*Prę ſentiam.*]ex propoſito.s̃. ea.compil.de ſta. mo. ne in agro. §. porrò.in fi. & §.ſeq. & huic concor.de vi. & hone.cle. clerici.ne cle. vel mo. c. penult. in princip. & de clande. deſpon.c.vlt.circa finem.de vſur.quamquam.lib.6.ad finem.

f ¶*Caſtigetur.*]arbitrariè.de offi. deleg.de cauſis. cum cõcordantijs.

g ¶*Non prę ſumant.*]s̃.ead.compil.de offi.ordinar.c.1. cum ſuis concordantijs.licet autem puniatur faciens, baptiſmi collatio tenet: ex quo enim concurrunt debita materia & debita forma cum intentione baptizandi, valet à quocunq; 2 collatum.de ſumma trinitate, c.1.§.ſacramentum.& in quocunque loco.facit de baptiſ.debitum.

2 Vide B. Thomam 3. par.q.67. p totam qõnem. vndè intelliges veritatẽ huius gloſſæ.

DE RELIQVIIS ET VENERATIONE SANCTORVM.

¶*Viſum eſt ſuprà de eccleſiis tam ſecularibus quàm regularibus, etiam de quibuſdam ſacramentis eccleſiaſticis: nunc videndum eſt de reliquijs, & veneratione Sanctorum.*

SI *dominum.*]¶Præſupponendum eſt ꝙ Vrbanus Papa Gallicus, qui præfuit Eccleſiæ Romanæ tribus annis, fecit conſtitutionem, ꝙ feria quinta poſt feſtum Pentecoſtes celebretur feſtũ de corpore Chriſti, & ad animandum populum Chriſtianum dedit indulgentias illis, qui intereſſent diuinis officijs. Et quia illa conſtitutio Vrbani non fuit recepta ab omnibus, ideo Clemens Papa quintus innouauit illam conſtitutionem, & illam pręcepit ab omnibus ſeruari. Accipiatis diuiſionem glo. & proſequamini ſicut ipſa tradit.

¶Colligo aliqua notabilia. Primò ex principio textus, quòd valet argumentum à minori ad maius affirmatiuè, vt in authen. multo magis. C. de ſacroſan.eccle. Nota plura miracula & plures effectus ſacramenti altaris. Nota rationem conſtitutionis feſti omnium ſanctorum, cur in illo die fiat. Nota effectum huius cap. quòd die Iouis poſt feſtum Pentecoſtes debet clebrari feſtum Corporis Chriſti. Et nota indulgentia conceſſas illis, qui intererunt omnibus diuinis officijs. Nota lecturam tui textus, & pulchra verba in illo exiſtentia. Nota ꝙ Deum iubemur laudare in ſanctis eius, id eſt laudare Dei mirabilia, laudando ea quæ ſancti fecerunt in Dei virtute.de hoc in gl. 2. No. quòd quandoque iuſtum & honeſtum ſimul concurrunt, vt in litera: ibi, *Dignum profectò, iuſtum,* &c. quando que videtur aliter. *Zabarella.*

¶*Prima glo. diuidit dicens quid ſingulę partes faciant, & deinde ponit ſummam.*

h ¶*Si Dominum.*]duæ ſunt principales partes: in prima proœmium clementis, qui expreſſo motiuo ſeruari præcipit conſtitutionem Vrbani.in ſecunda prædicta conſtitutio ibi: *Vrbanus.* quæ ſubdiuiditur in titulum & proſam: ibi, *Tranſiturus.* in qua præmitit de corpore Chriſti ſuaue, formoſum & prolixum exordium, principaliter oſtendens cauſam inſtitutionis ipſius ſacramenti, & ipſius effectum. Secunda: ibi, *Licet igitur.* ponitur narratio: in qua præmiſſa multiplici cauſa celebrationis feſti corporis Chriſti, diem ſtatuit, qua debeat celebrari. Tertiò: ibi, *Ideoque.* concludit ponens exhortationem de feſto colendo cum certis indulgentijs. Et hoc intendit. Feſtum corporis Chriſti celebrari debet feria quinta poſt octauam Pentecoſtes, & certæ indulgentiæ conceduntur his, qui in feſto, vel infra octauam officio, vel Horis intererunt.

i ¶*Iubemur.*]Pſal.vlt.Laudate Dominum in ſanctis eius.

ADDITIO. Facit eodem titu. cap. 2. & eodem titu.glorioſus.lib.6.

k ¶*Profectò.*]pro certè. 3 & eſt ſenſus, ſi laudare iubemur Dominum in ſanctis, fortius in ſeipſo. & eſt argumentum à minori.de quo de elec.cum in cunctis.vel quo dicimus, propter quod vnum quodque tale, & illud magis.

3 Hæc gloſ. notanda eſt propter modos arguendi.Io.Imo.

l ¶*In ſui.*]corporis memoriam, quod ſequitur.

m ¶*Reficit.*]de conſe.diſt.2.qui manducat.in princ.

n ¶*Vrbano.*]qui fuit natione Gallicus, & Trecenſis, & parũ vixit vltra triennium in Papatu.& fuit is qui regnum Siciliæ contra Manfredum contulit Carolo fratri regis Franciæ, vt patet in Chronicis.

o ¶*Præcipimus.*] Licet hoc proœmium ſit ſimile illi quod habetur s̃.ead.compil.de ſepul.dudum.tamen in hoc differũt: quia illud in concilio, hoc eſt extra concilium. Item hic conſtitutio Vrbani ſolùm ſeruari præcipitur: ibi conſtitutio Bonifacij innouatur.ratio patet, quia illa fuit per conſtitutionẽ Benedicti reuocata.iſta verò non fuit reuocata, ſed per aliquos non recepta.

p ¶*Sumpta cœna.*] ratio huius habetur de conſecratio. diſt. 2.liquido.

q ¶*Inſtituit.*]Matthæi 26.de conſe. diſt. 2.panis eſt in altari.de celeb.Miſ.cum Marthæ.

r ¶*Poculum.*]facit hæc litera quòd alia ſit tranſubſtantiatio corporis.

corporis, & alia sanguinis. de hoc de conſecra. diſt. 2. cum omne. & c. comperimus. & cap. quia corpus.
a ¶*Annuntiamus.*] 1. ad Corinth. 11. circa finem.
b ¶*Apoſtolis.*] Lucæ 22. de conſe. diſt. 2. in Chriſto ſemel. in fine. & vide quod ibi not.

mus, & calicem bibimus, mortem Domini annuntiamus [a]. In inſtitutione quidem huius ſacramenti dixit ipſe Apoſtolis [b]: Hoc facite in meam commemorationem: vt præcipuum & inſigne memoriale ſui amoris eximij, quo nos dilexit, eſſet nobis hoc præcelſum & venerabile ſacramentum, memoriale, inquam, mirabile ac ſtupendum, delectabile, ſuaue, tutiſſimum, ac ſuper omnia pretioſum [c], in quo innouata ſunt ſigna, & mirabilia [d] immutata, in quo habetur omne delectamentum, & omnis ſaporis ſuauitas [e] ipſaque dulcedo Domini deguſtatur, in quo vtique vitæ ſuffragium conſequimur & ſalutis [f]. Hoc eſt memoriale dulciſſimum, † memoriale ſacratiſſimum, memoriale ſaluificum, in quo gratam redemptionis noſtræ recēſemus memoriam [g], in quo à malo retrahimur, & in bono [h] confortamur, & ad virtutum & gratiarum proficimus incrementa, in quo profectò proficimus ipſius corporali præſentia Saluatoris. Alia namque quorū memoriam agimus, ſpiritu menteque complectimur: ſed non propter hoc realem eorum præſentiam obtinemus. In hac verò ſacramētali Chriſti cōmemoratione Ieſus Chriſtus præſens ſub alia quidem forma [i], in propria verò ſubſtantia eſt nobiſcum: Aſcenſurus enim in cœlum dixit [k] Apoſtolis & eorum ſequacibus: [l] Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi: benigna ipſos promiſſione confortans, quòd remaneret & eſſet cum eis etiam præſentia corporali. O digna & nunquam intermittenda memoria, in qua mortem [m] noſtram recolimus mortuam, noſtrumque interitum interijſſe, ac lignū [n] viuificum ligno crucis affixū fructum nobis attuliſſe ſalutis. Hæc eſt commemoratio glorioſa, quæ fidelium animos replet gaudio ſalutari, & cum infuſione lætitiæ deuotionis lacrymas ſubminiſtrat. Exultamus nimirum noſtram memorando liberationem, & recolendo paſſionem Dominicam, per quam liberati ſumus, vix lacrymas continemus. In hac itaque ſacratiſſima commemoratione aſſunt nobis ſuauitatis gaudiū ſimul & lacrymæ: quia & in ea congaudemus lacrymantes, & lacrymamur [o] deuotè gaudentes, lætas habendo lacrymas, & lętitiam lacrymantem: nam & cor ingenti perfuſum gaudio, dulces per oculos ſtillat guttas. O diuini amoris immenſitas, diuinæ pietatis ſuperabundantia, diuinæ affluentia largitatis: dedit † enim nobis Dominus omnia, quæ ſubiecit ſub pedibus [p] noſtris, & ſuper vniuerſas terræ creaturas contulit nobis dominij principatum. ¶ Ex miniſtris etiam ſpirituum ſuperiorum † nobilitat & ſublimat hominis dignitatem: Adminiſtratorij [q] namque ſunt omnes in miniſterium propter eos, qui hæreditatem ſalutis capiunt deſtinati. Et cum tam copioſa fuerit erga nos eius munificentia, volens adhuc ipſe in nobis ſuam exuberantem charitatem præcipua liberalitate monſtrare, ſemetipſum [r] nobis exhibuit, & tranſcendens omnem

c ¶*Pretioſum.*] 95. diſ. cccc. de conſe. diſt. 2. nihil.
¶*Gl. ſeq. primò allegat quotam, & remittit: ſecundò ponit ſeptem mirabilia in corpore Chriſti, ad ſingula inducens ſaltem vnum caſum, & figuram.*
d ¶*Mirabilia.*] quod optauit Eccleſiaſt. 36. cap. ibi. Innoua ſigna, & immuta mirabilia. de his mirabilibus dixi de celebr. Miſ. cū Marthæ. §. quæſiuiſti. Et nunc aliter tractando dicamus cum theologis, quòd in hoc ſacramento notatur mirabilis productio: quia de cælo nobis productum eſt, & ad vocem ſacerdotis aperiuntur cæli, &c. de conſecra. diſtin. 2. quid eſt ſanguis, ꝙ figuratum 1 fuit Exod. 16. in prin. Ego pluam vobis panes de cœlo. Item notatur mirabilis multiplicatio, quia quotidie conficitur & ſumitur, nec conſumitur. de conſe. diſt. 2. in Chriſto ſemel. & cap. qui manducat 2. quod figuratum fuit 2. Regum 6. circa finem, vbi dicitur, ꝙ Dauid partitus eſt in vniuerſam Iſraelis multitudinem ſingulis collyridam panis vnam, & aſſaturam bubalæ carnis vnam. & 4. Regum 4 in fine. de viginti panibus ſaturati ſunt centum viri. Item mirabilis miniſtratio, qa quo ad effectum, ita per malos 2 vt per bonos miniſtratur. 1. q. 1. intra catholicā. cum cap. ſeq. vſque ad §. ſed obijcitur. de conſec. diſt. 2. vtrum. quod figuratū eſt 3. Regū 17. in prin. vbi dicitur quòd Heliæ qui fugerat ad torrētē, corui deferebant panem, & carnes mane & veſpere. Item mirabilis confortatio: quia fulcit animæ noſtræ ſubſtantiam, & quotidie 3 accipiendus eſt iſte panis, vt quotidie proſit. de conſecr. diſtinctio. 2. non iſte panis. & qui de eo manducat, in æternum nō deficit. ea. diſt. Chriſtus panis eſt. & hoc figuratū fuit 3. Regum. 19. poſt prin. vbi Heliæ fugienti per deſertā viā vnius diei, & tandem dormienti Angelus ad caput eius poſuit panem ſubcinericium, dicens ſurge & comede, qui cum comediſſet, ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. Et qui contēnit vel negligit hunc panem ſumere, debilitatur & cadit a virtutibus. de conſecr. diſtinct. 2. ſi quotiens. & cap. ſi quis intrat: quod figuratum eſt 1. Regum 28. ad finem. ibi: ſtatimq; Saul cecidit ſuper terram, & robur non erat in eo: qa panem non comederat illa die. Item mirabilis munditia: quia niſi dignè & a dignis ſumatur, propinat mortis iudicium. 4 de conſecra. diſtinctio. 2. qui ſcelerate. & capitu. timorem. quod tangere voluit Pſam. dicens: Qui manducatis panem doloris. & cum bucella quā Chriſtus dedit Iudæ, introiuit diabolus in eum. de conſecra. diſtinct. 2. eſca. Item mirabilis tranſlatio, quia etiam prece iniuſti 5 fit tranſſubſtātiatio virtute Spiritus ſancti, non merito ſacerdotis. 1. quæſtio. 1. cum ſcriptura. quod figuratū fuit in hiſtoria, quæ ibi tāgitur de Gedeon, Iudicum 6. circa medium, cui præcepit Angelus, quòd panes azimos & carnes tolleret, & illa poneret ſuper petram: & extendit angelus ſummitatem virgæ quam habebat in manu, & aſcendit ignis de petra, & cōſumpſit ſacrificium. Item mirabilis tranſmiſſio, quia tranſmittitur etiam ad defunctos: non ſummè malos, nec ſummè bonos. 13. quæſtione ſecunda, non æſtimemus. & capitu. animæ. quod figuratū fuit Danielis vltim. ad finem. vbi præcepit angelus Abachuc quòd panes & pulmentum, quod ferebat meſſoribus, portaret in Babyolonem Danieli poſito in lacu leonum, & cum neſciret Abachuc locum, apprehendit illum angelus capillo capitis ſui, & poſuit eum in Babylonem ſuper lacum, & accepit Daniel prandiū, &c. Quædam alia miranda ex inferioribus collige. Ioan. Andreas.
e ¶*Suauitas.*] Sapientiæ 16.
f ¶*Salutis.*] de conſec. diſt. 2. cum omne. in princip. & cap. ſpecies. in fine. Ioan. Andreas.
g ¶*Memoriam.*] de conſecratione diſtinctione 2. ſemel Chriſtus & capitulo in Chriſto ſemel.
h ¶*In bono.*] ſic de ſtatu monach. cum ad monaſterium. verſicu. prior.
i ¶*Forma.*] & quare hoc, not. de conſecratio. diſtinctio. 2. fortè.
k ¶*Dixit.*] Matthæi vlti. in fi.
l ¶*Sequacibus.*] per fidem. de ſucceſſoribus Apoſtolorum no. 12. q. 1. videntes.
m ¶*Mortem noſtram.*] æternam.
n ¶*Lignum viuificum.*] ſ. Chriſtum.
o ¶*Lacrymamur.*] ſimile 2. ad Corint. 6. de exceſ. præla. nimis 1. in princ.
p ¶*Sub pedibus noſtris.*] Pſal. 8. Domine Dominus noſter. & ad Hebr. 2. vbi dicit Apoſtolus, quòd omnia ſubmittendo nil dimiſit non ſubiectum. & concor. de maio. & obed. ſolitæ. circa finem.
q ¶*Adminiſtratorij.*] ſumptum ad Heb. 1. c.
r ¶*Semetipſum.*] ad Epheſios 5.

† B. Thomas opuſculo 57.
1 De figuris huius ſacramenti, B. Thomas 3. par. q. 73. ar. 6. & q. 80. articu. 10. ad 2. argumentū.
Matth. vlti.
2 B. Thom. 3. par. q. 82. ar. 7. & 8.
3 Vide omnino B. Thomam 3. par. q. 80. ar. 10.
4 B. Thom. 3. par. q. 80. ar. 4. & 5.
5 B. Thom. 3. par. q. 82. ar. 7. & 8.
† Aliàs ita: dedit. n. Dominus nobis oīa, quia ſubiecit oīa ſub pedibus noſtris, & ſuper, &c.
† Aliàs, ſupernorum.

plenitudinem largitatis, omnem modum dilectionis excedens, attribuit ſe in cibum. O ſingularis, & admiranda liberalitas, vbi donator venit in donum, & datum eſt idem penitus cum datore [a]. Quàm larga & prodiga largitas, cum tribuit quis ſe ipſum [b]. Dedit igitur nobis ſe in pabulũ: vt quia per mortem [c] homo corruerat, & per cibum ipſe [d] releuaretur ad vitam: cecidit homo per cibum ligni mortiferum†, releuatus eſt homo per cibum ligni vitalis: In illo pependit eſca mortis, in iſto pependit vitæ alimentum. Illius eſus meruit læſionem, iſtius guſtus intulit ſanitatem: guſtus ſauciauit & guſtus ſanauit. vide quia vnde vulnus eſt ortum, ꝓdijt & medela [e]: & vnde mors ſubijt, exinde vita euenit [f]. De illo ſiquidem guſtu dicitur [g]: Quacũque die comederis morte morieris. De iſto verò legitur [h]: Si quis comederit ex hoc pane, viuet in æternum. Hic eſt cibus qui plenè reficit, verè nutrit, ſummeque impinguat: non corpus ſed cor, non carnem, ſed animam [i], non vẽtrem, [k] ſed mentem. Homini ergo qui ſpirituali alimonia indigebat, ſaluator ipſe miſericors de nobiliore, & potentiori huius mundi alimento pro animæ refectione pia diſpoſitione prouidit, decens quoque liberalitas extitit, & † conueniens operatio pietatis, vt verbum Dei æternum quod rationabilis creaturæ cibus eſt & refectio, factum [l] caro, ſe rationabili creaturæ carni & corpori homini, videlicet in edulium largiretur: panem enim Angelorum manducauit [m] homo: & ideo ſaluator ait [n], Caro mea verè eſt cibus. Hic panis ſumitur, ſed verè nõ conſumitur: manducatur, ſed non tranſmutatur, qa in edentem minime transformatur: ſed ſi dignè recipitur, ſibi recipiens conformatur [o]. O excellentiſſimũ ſacramentũ. O adorandum, venerandum, colẽdũ, glorificandum, pręcipuis magnificandum laudibus, dignis pręconijs exaltandum, cunctis honorandum ſtudijs, deuotis proſequendũ obſequijs & ſinceris mentibus retinendum. O memoriale nobiliſſimum intimis commendandum præcordijs, firmiter animo alligandum, diligenter reſeruandum in cordis vtero, & meditatione, ac celebratione ſedula recenſendum. Huius memorialis continuam debemus celebrare memoriam, vt illius cuius ipſum fore memoriale cognoſcimns, ſemper memores exiſtamus: qa cuius donum, vel munus frequentius aſpicitur, huius memoria ſtrictius retinetur: ¶Licet [p] igitur hoc memoriale ſacramentum in quotidianis Miſſarum ſolẽnijs frequentetur [q]: conueniens† tamen arbitramur, & dignum, vt de ipſo ſemel ſaltem in anno ad confundendã ſpecialiter hæreticorum perfidiã & inſaniam [r], memoria ſolemnior, & celebrior habeatur. In die nanque cœnę Domini, quo die ipſe Chriſtus hoc inſtituit ſacramentum, vniuerſalis Eccleſia pro pœnitentium reconciliatione, ſacri confectione [ſ] chriſmatis, adimpletione mandati circa lotionẽ [t] pedum, & alijs plurimum occupata, plenè vacare non poteſt celebrationi huius maximi ſacramenti. Hoc enim circa ſanctos, quos per anni circulum veneramur, ipſa obſeruat Eccleſia, vt quamuis in Letanijs, & Miſſis, ac alijs etiam ipſorum memoriã ſæpius renouemus: nihilominus tamen ipſorum natalitia certis diebus per annum ſolemnius recolat, feſta propter hoc eiſdem diebus ſpecialia celebrando. Et quia in his feſtis circa ſolemnitatis debitũ aliquid per negligentiam, aut rei familiaris occupationem, aut aliàs ex humana fragilitate omittitur, ſtatuit ipſa mater eccleſia certam [u] diem, in qua generaliter omnium [x] ſanctorum commemoratio fieret: vt in hac ipſorum celebratione communi, quicquid in proprijs ipſorum feſtiuitatibus omiſſum exiſteret†, ſolueretur. Potiſſimè igitur exequendum eſt erga hoc viuificum ſacramentum corporis & ſanguinis Ieſu Chri-

a ¶*Cum datore.*] concor. de conſecr. diſt. 2. nec Moyſes. de ſum. trinit. cap. 1. §. vna in princi.

¶*Glo. ſeq. duo notat, & ſecundum tripliciter probat.*

b ¶*Se ipſum.*] Not. pro forma ſalutationis, qua quis offert ſeipſum: qua breuitatis etiam cauſa multum vtor. Item not. pro theologis qui tenent, quòd idem opus meritoriũ laudabilius eſt in vouente, 1 vel profeſſo, quàm in alio probant, quia vouere opus latriæ eſt, quæ præcipua virtus eſt inter morales: opus autem nobilioris virtutis eſt melius & magis meritorium, ergo & de latria q̃ eſt cultus & ſeruitus, quæ ſoli Deo debetur. de conſecr. diſt. 3. venerabiles. Secundò, quia vouens non ſolùm quo ad actum, ſed etiã quo ad poteſtatem ſubijcit ſe Deo, vt de cætero aliud agere non poſſit: ergo plus dat, ſecundũ Anſelmum lib. de ſimilitudinibus: cum det fructum & arborem, quàm qui dat ſolũ fructum. Tertiò, quia propter votum immobiliter voluntas firmatur in bonum: Ad perfectionem autem virtutis pertinet aliquid agere ex voluntate firmata in bono, vt patet per Philoſophum 2. Ethicorum. Et Auguſtinus: Felix neceſſitas quæ ad meliora compellit. ergo magis meritorium. Ioan. And.

1 Vide præ cæteris B. Thomã. 2. 2. q. 88. art. 6. vbi plenè de hac quõne. & eum ꝑ omnia ſequatur hic gloſſa.

†Aliàs, mortiferi.

c ¶*Mortem.*] clarius ad propoſitum dixiſſet, quia per cibum in mortem homo, & cætera.

Gen. 2. Ioan. 6.

d ¶*Ipſe.*] homo.

e ¶*Medela.*] & ſic de cibo dicere poſſumus, cibus damnauit qui ſaluauit, vt de muliere dicitur. & not. de ſacra vnct. c. vnico. ver. per frontis. ſed non eſt idẽ ſpecie, vt hic patet. Ioa. And.

† Al. ita: & non incõueniens, &c.

f ¶*Euenit.*] concor. præfatio crucis. vt dixi. ſ. ead. compil. de ſum. trinit. c. 1. ſuper ver. cruci.

Pſal. 77.

g ¶*Dicitur.*] Geneſ. 2. circa medium.

Ioan. 6.

h ¶*Legitur.*] Io. 6. circa finem. de pœniten. diſtinctio. 2. charitas eſt à qua. Io. Andr.

i ¶*Animam.*] de offic. ordi. inter cætera.

k ¶*Non ventrem.*] de conſe. diſt. 2. vt quid paras.

l ¶*Factum caro.*] Io. 1. de biga. debitum.

m ¶*Manducauit homo.*] Pſal. 77. Attendite popule meus.

n ¶*Ait.*] Io. 6. de conſecratio. diſtinctio. 2. dupliciter.

o ¶*Cõformatur.*] Vide quod not. de conſecrat. diſt. 2. non iſte. & quod not. & dixi de Iud. etſi Iudæos.

p ¶*Licet igitur.*] ſecunda pars.

q ¶*Frequentetur.*] quod ex multis cauſis ſapientia Dei vtile fore præuidit. quod dic vt de conſe. diſtinct. 2. iteratur.

r ¶*Inſaniam.*] de quibuſdam illorum erroribus. de conſecra. diſtinct. 2. cum omne. Io. And.

ſ ¶*Confectione.*] quæ fieri debet ſingulis annis & vetus cremari. de conſecratio. diſtinctio. 3. in literis. Et poteſt fieri tempore interdicti. de ſententia excommun. quoniam. lib. 6.

t ¶*Lotionem pedum.*] Ioan. 13.

u ¶*Certam diem.*] ſcilicet calendę Nouembris ſic dicti: quia nonus menſis inchoando à Martio, vt inchoabãt antiqui, qui ſolùm decem mẽſes habuerunt vſque ad tempus Iulij Cæſaris & Numæ Põpilij: & tunc diſtincto & correcto anno ſecundùm curſum ſolis redeuntis in finem anni ad eundem punctum additi fuerunt duo menſes in principio anni, ſcilicet Ianuarius & Februarius: & propter horas ſex quæ ſupererant, oportuit ſingulis quatuor annis addi diẽ biſſextilem. quod dic vt de verborum ſignifi. quæſiuit. & tunc temporis Iulius vocabatur Quintilis, & Auguſtus Sextilis: qui poſtea à Iulio & Auguſto denominati fuere, vel propter ipſorum ortum, vel propter rem proſperè geſtam.

† Vide concilium Trident. ſeſ. 13. de ſanctiſſimo Euchariſtiæ ſacramento c. 5. & cano. 6.

Ioan. 13.

x ¶ *Omnium ſanctorum.*] quo Italici anſeres deuorant: quod Romani facere nõ deberent. vt enim dicit Ambroſius in Hexameron, 5. Meritò debes anſeribus Roma ꝙ regnas. dij tui dormiebant & anſeres vigilabant: illis potius debes ſacrificare quàm Ioui, cedant enim dij veſtri anſeribus, à quibus ſe ſentiunt eſſe defenſos: ne & ipſi ab hoſte caperetur. Et Iſido. 12. etymolog. Gallorum aſcenſus in Capitolio anſeris clangore deprehenſus eſt. nullũ enim animal ita odorẽ hominis ſentit vt anſer. Io. And.

†Aliàs, extitit.

a ¶*Coro-*

ſti, qui eſt ſanctorum omnium gloria & corona [a], vt feſtiuitate ac celebritate præfulgeat ſpeciali: quatenus in eo, quod in alijs Miſſarum officijs circa ſolemnitatem eſt forſitan prætermiſſum, deuota diligentia ſuppleatur, & fideles, feſtiuitate ipſa inſtante, intra ſe præterita memorantes, id quod in ipſis Miſſarum ſolemnijs ſecularibus forſan agendis implicíti, aut aliàs ex negligentia, vel fragilitate humana minus plenè geſſerunt: tunc attentè in humilitate ſpiritus, & animi puritate reſtaurent. Intelleximus autem olim dum in minori eſſemus officio conſtituti, quòd fuerat quibuſdam catholicis diuinitus reuelatum [b], feſtum huiuſmodi generaliter in Eccleſia celebrandum. Nos itaque ad corroborationem & exaltationem catholicæ fidei, dignè ac rationabiliter duximus ſtatuendũ, vt de tanto ſacramento præter quotidianam memoriam, quam de ipſo facit Eccleſia, ſolemnior & ſpecialior annuatim memoria celebretur: certum ad hoc deſignantes & deſcribentes diem, videlicet feriam [c] quintam proximam [d] poſt octauam [e] Pentecoſtes [f]: vt in ipſa quinta feria deuotæ turbæ fidelium propter hoc ad eccleſias affectuosè concurrant, & tam clerici, quàm populi gaudentes in cãtica [g] laudum ſurgant: tunc enim omnium corda, & vota, ora, & labia, hymnos [h] perſoluant lætitiæ ſalutaris: tunc pſallat fides, ſpes tripudiet, exultet charitas, deuotio plaudat [i], iubilet [k] chorus, puritas iucundetur: tunc ſinguli alacri animo pronáque voluntate conueniant, ſua ſtudia laudabiliter exequendo tanti feſti ſolemnia celebrantes: & vtinam ad Chriſti ſeruitium ſic eius fideles ardor inflammet, vt per hæc & alia profitentibus ipſis meritorum cumulis apud eum, qui ſeſe dedit pro eis in pretium [l] tribuitq́ue ſe ipſis in pabulum, tandem poſt huius vitæ decurſum eis ſe in præmium [m] largiatur. ¶ Ideóque vniuerſitatem veſtram monemus & hortamur in Domino, & per Apoſtolica ſcripta in virtute ſanctæ obedientiæ diſtrictè præcipiendo mandamus [g] in remiſſionem, peccaminum iniungentes, quatenus tam excelſum, & tam glorioſum feſtum, prædicta quinta feria ſingulis annis deuotè, ac ſolemniter celebretis, & faciatis ſtudiosè per vniuerſas eccleſias ciuitatum veſtrarum, & diœceſum celebrari, ſubditos veſtros in Dominica, dictã quintam feriam proximè præcedente, ſalutaribus monitis ſollicitè per vos, & per alios exhortantes vt per veram & puram confeſſionem, eleemoſynarum largitionem [n], attentas [o] & ſedulas orationes [p], & alia deuotionis, & pietatis opera, taliter ſe ſtudeant præparare, quòd huius pretioſiſſimi

Philip.4. a ¶[*Corona.*] ad Philip.iiij.

b ¶[*Reuelatum.*] hoc non creditur ſimpliciter aſſerenti. de hæret. cum ex iniuncto. Mihi autem reuelatur, quòd hoc feſtum adiungetur ad alia feſta: de quibus in decre. vlt. de ſent. excom. lib. 6. & tunc eadem conſtitutione notabilia ipſius conſtitutionis dubia ſupplico declarari.

Feria quid ſignificat, & vnde dicitur.

c ¶[*Feriam quintam.*] ſcilicet diem Iouis. & licet propriè feria ſumatur pro feſto; tamẽ omnẽ diem vocamus feriam, vel à fando: quia qualibet die fabatur Deus Geñ. 1: vel quia ſingulis diebus fari poſſumus in diuinis, vel humanis. ſimile de ver. ſignifi. forus.

d ¶[*Proximam.*] intelligebatur. ff. de verbo. ob. cum qui calendis.

¶ *Glo. ſeq. ſignat contrarium, & ſoluit.*

e ¶[*Octauam.*] contra de ferijs, capellanus. illud quo ad officij celebrationẽ, hoc quo ad dierum numerum. & concor. eod. titu. c. 2. de reſti. in integ. coram. in fine.

Pentecoſte quid eſt, & vnde dicit.

f ¶[*Pentecoſtes.*] ſic dicitur à pente quod eſt quinque (facit de deci. cap. 1. in fin. & quod ibi not.) & coſte decẽ, quia quinquies x. dies ſunt inter feſtum Reſurrectionis & Pentecoſtes, cõputato vtroque feſto, & quidam declinant Pentecoſte Pentecoſtes: alij vero hoc Pentecoſte indeclinabile.

g ¶[*Cantica.*] ad Epheſios 5.

Hymni & threni differunt.

h ¶[*Hymnos.*] hi ſunt cantica laudis, ſicut Threni cantica lamentationis, vt ſcripſi de immu. eccle. non minus.

i ¶[*Plaudat.*] quaſi manus iungat.

Iubilus qd eſt.

k ¶[*Iubilet.*] quod eſt cantare voce quadam confuſa præ gaudio. vnde dicunt quidã quòd iubilus eſt gaudium quod verbis explicari non poteſt, nec tamen penitus reticeri.

l ¶[*In pretium.*] 1. Corinth. 6. in fi. ibi, Empti enim eſtis pretio magno.

m ¶[*In præmium.*] Tobiæ iiij. poſt prin.

Eleemoſina eſt triplex.

n ¶[*Largitionem.*] 86. diſt. fratrem. de triplici eleemoſyna. 45. diſt. tria. ſed aliter per Hoſt. in ſumma de pœnit. §. quis ſit effectus. ver. eleemoſyna. de tempo. ordina. §. & cui. ſub §. ſeptima.

o ¶[*Attentas & ſedulas.*] id eſt continuas vel aſſiduas.

¶ *Glo. ſeq. de oratione. primo remittit ſecundò format ſummã, quærens de nouem. in fi. glo. prolixitatem excuſat. Ad primum membrum ſummæ quadrupliciter reſpondet. Ad ſecundum datur miſta etymologia. Ad tertium vnica diuiſio. Ad quartum & ad incidens prouerbium reſpondet. & obiectionem ſoluit. Ad quintum reſpondet & incidenter quærit, an peccatorũ oratio exaudiatur, arguit pro & contra, & ſoluit. Ad ſextum reſpondet, & reſponſum determinat. De ſeptimo remittit ad plura: ſed quatuor proſequitur, incidenter quærens an oratio debeat eſſe vocalis. alleg. pro & contra, & ſoluit. Circa octauũ tria proſequitur. Circa nonum & vltimum ponit duplicem effectum, ſecundum probans iuribus, quinque auctoritatibus, & tribus exemplis, de pluribus remittens.*

p ¶[*Orationes.*] De oratione [1] tractauit Hoſtien. in ſum. de pœnit. §. quis ſit effectus. ver. carnis autem maceratio. Sed plenius per modum ſummæ videamus quid ſit oratio: vndè dicatur, quæ ſit eius diuiſio, ad quem ſit porrigenda, per quẽ, ad quid, qualiter, vbi, & quis ſit eius effectus. De primo: oratio ſecũdùm Auguſtinum lib. de verbis Domini, eſt quædam petitio. Alibi dicit, quòd eſt pius mẽtis affectus directus in Deum, & plerumque ne pigritetur in vocem prorumpens: & colligitur de conſec. diſtin. 1. quando autẽ. Vel oratio eſt congeries vocũ in Deum tendentium ad aliquid impetrandum. Et ſecundũ Damaſcenum eſt aſcẽſus intellectus in Deũ, vel petitio decentium ad Deum, vel petitio deſcendentium à Deo. 20. diſtinctione, capitulo finali. Ad ſecundum dic, quòd dicitur ſecundùm Caſſianum, Iſidorum, & Bernardum quaſi oris ratio: vt ſcilicet rationabile petatur: aliàs non eſſet oratio: ſimile de reb. eccle. non alie. c. fi. & per hoc videtur ꝙ debeat eſſe vocalis: de quo dicam ſub ſeptimo membro. De tertio ſciendum ꝙ Caſſianus [2] poſt Apoſtolũ 1. ad Timot. 2. hanc diuidit in quatuor ſpecies: In obſecrationẽ, qua quis compũctus ꝓ commiſſis veniam deprecatur: Orationem, per quam fit aſcenſus intellectus in Deum, vel per quam aliquid Deo vouetur vel offertur: Poſtulationem, quã conſtitutus in ſpiritus feruore pro alijs ſolet emittere: Gratiarum actionem, quam mens Deo refert per exceſſum ineffabilem recolendo præterita Dei beneficia, vel contemplando præſentia, vel proſpiciendo futura iam præparata dilectis. Beatus Bernardus in quodam ſermone dicit, ꝙ obſecrationes fiunt affectu verecundo, orationes puro, poſtulationes amplo, gratiarum actiones deuoto. De quarto dic, quòd porrigenda eſt ad Deum, Matthæi 6. Cum oraueritis, dicite: Pater noſter, &c. Ad Sanctos autem porrigi poteſt nõ tamquam per ipſos implenda, ſed vt precibus & meritis ipſorum exaudiatur à Deo. patet hoc ex modo orandi, quo vtitur Eccleſia: ad Chriſtum enim non dicit ora pro nobis: ſed audi nos, vel miſerere nobis: ad Sanctum dicit, ora pro nobis. Et tenent Theologi, quòd Sancti orationes noſtras cognoſcunt: vnuſquiſque enim beatus tantum in eſſentia Dei videt quantum perfectio beatitudinis, requirit: hoc autem requiritur ad perfectionem beatitudinis, vt homo habeat quicquid velit, nec velit aliquid inordinatum: ſed recta voluntate quilibet cognoſcere vult quæ ad eum pertinent: ergo etiã Sancti (cum eis nulla rectitudo deſit) hoc volunt: oportet igitur quòd vota hominum, orationes, & deuotiones in verbo cognoſcant: Nam ad eorum gloriam pertinet quòd auxilium egentibus præbeant ad ſalutem: Sic enim Dei cooperatores efficiuntur. Et ſi dicis, ſolus Deus cognitor eſt cordium:

Oratio ad quem porrigi debet.

1 De materia huius gloſsæ vide pleniſſimè B. Thomam 2. 2. q. 83. ꝑ totã q̃õne.

2 In collationibus patrum, colla. 9. c. 11. 12. & 13.

dium: ſed ſimo. tua. in ſi. cum concor. ſed oratio conſiſtit in corde: ergo, &c? Reſpondeo quòd cordium cogitationes ſolus Deus nouit per ſeipſum, ſed tantum alij cognoſcere poſſunt quantum eis reuelatur, vel per viſionem verbi vel alio modo. Fatendum ergo quòd orationes quas ad Sanctos verbo vel corde dirigimus, Deo manifeſtante cognoſcunt. De quinto dic, quòd porrigenda eſt per bene diſpoſitum, contritum, & pœnitentem: quia cum

ſacramenti mereâtur fieri participes illa die, poſſintq́; ipſum ſuſcipere reuererẽter, ac eius virtute augmentum cõſequi gratiarũ. Nos enim Chriſti fideles ad colendum tantũ feſtum & celebrandum donis volẽtes ſpiritualibus animare, omnib⁹

is qui diſplicet, & c. 3. q. 7. iudices. 49. diſt. §. 1. vbi etiã not, an orationes malorum proſint ijs pro quibus orant. Competit autem orare etiam ſummè perfectis: vt dicam infra de hæret. ad noſtrum. verſic. 2. De hoc autem dubitatur, an exaudiat Deus peccatores orantes. Argu. quòd ſic. 1. quæſt. 1. ipſi contra, ead. quæſt. ſi quis inquit. ver. ad hæc omnia. & c. ſacro ſancta. Dicit Thomas 1 ꝙ ſi peccator petit aliquid inquantum peccator, id eſt, ſecundùm deſiderium peccati, non auditur à Deo ex miſericordia: ſed quandoque exauditur ad vindictam, dum permittitur amplius ruere in peccata. Vndè ſecundùm Auſt. 2 Deus quædam negat propitius, quæ concedit iratus. Sed ſi peccatoris oratio procedit ex deſiderio bonæ naturæ, Deus exaudit, non quaſi ex iuſtitia: quia talis non meretur: ſed ex pura miſericordia: ſi tamen alia in oratione concurrant, de quibus infrà dicetur. De ſexto dicendum, ꝙ orare debemus principaliter ſalutifera, Matth. 6. Primũ quærite regnum Dei, & iuſtitiam eius. & licet Valerius lib. 7. capitu. 2. dicat quòd Socrates quaſi quoddam humanæ ſapientiæ terreſtre oraculum nil vltra petendum à dijs immortalibus arbitrabatur quam vt bona tribuerent: patet tamen ex oratione Dominica quòd etiam aliquid determinate petere poſſumus. vnde Auguſt. ad Probam, 3 dicit quòd ad Deũ id licet orare, quod licet deſiderare: dicens quòd oratio Dominica oſtendit etiam temporalia à Deo peti poſſe, dum dicit: Panem noſtrum quotidianum, &c. Tenet ergo Theologi quòd temporalia à Deo orando petere poſſumus, non vt finem conſtituamus in illis, ſed vt ſint adminicula beatitudinis conſequendæ: vt ſcilicet quaſi inſtrumentaliter nobis deſeruiant ad ſuſtentationem vitæ corporalis exercendæ ad actus virtuoſos. facit 1. quæſt. 3. ſi quis obiecerit. & quod dixi de regula. Ioannes. in oppo. 2. De ſeptimo ſcias, ꝙ Hoſt. in prædict. ver. ponit xiiij. quæ requirunt in oratione: ſcilicet quod ſit fidelis, ſecura, humilis, diſcreta, deuota, verecunda, ſecreta, pura, lachymoſa, attenta, communis, feruida, operoſa, & aſſidua. Sed tu quantùm ad præſens membrum pertinet, breuiter dic quòd modus orandi requirit humiliationem corporis, deuotionem cordis, attentionem, & breuiloquium. de primo Eccleſ. 35. Oratio humiliantis ſe penetrabit nubes, de elect. vbi periculum. §. pen. lib. 6. & Cyprianus lib. de oratione Dominica. Sit orantibus ſermo cum diſciplina quietem continens & pudorem: incuruatio tamẽ, vel corporis humilitatio non refectionis, ſed deuotonis obtentu fieri debet: vt dicit Caſſianus. & facit 8. q. 1. ſciendum, C. de ijs qui ſpon. mu. ſub. l. 1. & 2. Et de ſecundo probatur de vo. magnæ. circa finem, & prædic. decr. vbi periculum. §. penul. Et Aug. Quid prodeſt ſtrepitus labiorum ſi mutum eſt cor? & Grego. in moral. Veraciter orare eſt amaros in compunctione gemitus, non verba compoſita reſonare. Et ibidem: Animarum verba ſunt ipſa deſideria, in quibus tantò quis minus clamat, quantò minus deſiderat. De tertio patet hic, de conſecr. diſtinct. 5. numquam. in princip. & Cyprianus: Nil aliud cogitet animus quàm id ſolùm quod precatur. de conſe. diſt. 1. quando autem. & dicit Grego. quòd illam orationem Deus non audit, cui ille qui orat non attendit. Dicunt tamen theologi 4 hoc intelligendum qñ attentio nullo modo orationi coniungitur; non enim requiritur quòd attentio ſemper maneat in oratione per actus eſſentiam. vnde Pſalm 37. Cor meum dereliquit me. ſatis enim eſt quòd maneat per virtutem: quod eſt quando cum bona intentione quis ad orationem accedit, etſi in proſecutione mens ad alia rapiatur. Semper enim primæ intentionis vis permanet: niſi tanta ſit euagatio quòd attentio omnino depereat, & tunc locus eſſet ei qđ dicit Cyprianus libro de oratione Dominica: Quomodo à Deo audiri te poſtulas. cum ipſe te non audias? & Beatus Bernardus: Cauſamur nobis deeſſe gratiam: ſed iuſtius ipſa gratia conqueritur nonnullos deeſſe ſibi. & Caſſianus: Numquam orat quiſquis etiam flexis genibus, ſi vagatione diſtrahitur. & facit quod de officijs ſcripſi de celebra. Miſ. dolentes. De quarto Matth. 6. Cum oraueritis, nolite multum loqui, &c. facit de conſecr. diſtin. 5. non mediocriter. & vide quod not. de æta. & qualit. cap. penult. in vlt. gloſ. Nec tamen putes breuiloquium eſſe de neceſſitate orationis: nam oratio nõ ſolùm ſecundùm ſuam cauſam, quæ eſt deſiderium charitatis: ſed etiam ſecundùm ſeipſam poteſt eſſe diuturna: nam & de Chriſto legimus ꝙ pernoctauit orando, Lucæ 6. & quod prolixius orauit, Lucæ 22. Item dicitur Luc. 18. in prin. Oportet ſemp orare, & non deficere. facit 76. diſtinct. noſſe. ibi: orationi pernoctanter inſtitimus. Sed quia vt dicit Aug. ad Probam: Multum loqui in orando, eſt rem neceſſariam ſuperfluis agere verbis, cum plerumque hoc negotium plus gemitibus quàm ſermonibus agatur: ideo monemur ad breuiloquium: nam vt dicunt Sancti, frequens & breuis debet eſſe oratio: ne immorantibus nobis aliud cor di noſtro inſerat inimicus. Sed dubitatur an oratio debeat eſſe vocalis: 6 quod videtur Pſalm. 3. & 76. Voce mea ad Dominum clamaui: voce mea ad Dominum deprecatus ſum. Contra, oratio Deo porrigitur, vt dictum eſt: ſed Deus cordis locutionem cognoſcit: fruſtra igitur vox oris adiungitur. facit 38. diſtinct. ſedulò. Dicunt Theologi, quòd communis oratio quæ fit per miniſtros Eccleſiæ 12. quæſt. 1. duo ſunt. in princi. in perſonam totius populi: vt innoteſcat ei pro quo fit, meritò ex inſtitutione debet eſſe vocalis: Sed ſingularis, quam quis pro ſe vel alio porrigit, de neceſſitate non eſt vocalis: adiungitur tamen vox triplici ratione: Primo ad excitãdum interiorem deuotionem: verbis enim & ſignis nos ipſos interius excitamus ad ſanctum deſiderium augendum, vt dicit Auguſt. ad Probam. 7 Secundò ad redditionem debiti, ſcilicet vt ſeruiat orans Deo ſecũdùm ſe totum, ſcilicet corde & corpore. de conſecratio. diſtinctio. 5. nunquam. Tertio ex quadam redundantia ab anima in corpus ex vehementi affectione, vnde Pſalm. 15. Lætatum eſt cor meum, & exultauit lingua mea. De octauo patet Matth. 6. Cum oraueris intra cubiculum tuum, & clauſo oſtio ora patrem tuum in abſcondito. Et vt dicit Caſſianus, intra cubiculum oramus, cũ à cogitationum & ſollicitudinum ſtrepitu corde remoto, ſecretè & familiariter preces noſtras ſoli Deo referamus. & facit quod not. 41. diſtinct. parſimoniam. & Auguſt. de ſermone Domini: Videri ab hominibus non eſt nefas, ſed id agere vt ab hominibus videaris: recipit enim ille mercedem ſuam. de pœnit. diſtinctio. 3. cauendum. Orationes enim principaliter ſunt in Eccleſia faciendę. de pur. poſt par. cap. vnico. de immu. Eccleſi. decet. lib. 6. ſuprà ead. compil. de cele. Miſſ. cap. 1. Sed vt dicit beatus Bernar. lib. meditationum: Vbicunque fueris, intra teipſum ora, ſi longè fueris ab oratorio, non quæras locum, quoniam ipſe locus eſt. Videtur quibuſdam quòd fieri debeat ad Orientem: ſed cum Deus ſit vbique, ad omnem partem poſſumus ad eum orare: æquè tamen oramus & Miſſæ ſacrificium facimus verſus Orientem de hoc 11. diſtinct. eccleſiaſticarum. De vltimo dicendum, quòd orationis effectus 8 eſt duplex: habet enim virtutem merendi & impetrãdi. primum dupliciter. Primò, quia vitatur per eam tentatio. Hieron. ſuper Matth. 14. In tentationem intrat, qui orare negligit. Et Auguſt. Oratio eſt oranti præſidium, aduerſario incendium, Angelis ſolatium, Deo gratum ſacrificium. Nam principaliter valet cõtra vitia ſpiritualia. unde Hieron. ſuper Matth. c. 17. ibi, Hoc genus dæmoniorum non eijcitur, niſi in oratione & ieiunio. quod etiam habetur Matth. ix. dicit ſic: Non ſanat oculum quod ſanat calcaneum: Ieiunio ſanãtur peſtes corporis: oratione verò ſanantur peſtes mentis. Secundò quia procedit ex radice charitatis, penes quam cõſiſtit omne meritum, & eſt fons viuus, &c. de pœnit. diſtinc. 2. charitas 2. de regula. licet in fi. De virtute impetrãdi probatur 23. q. 8. in qualibet. ſ. ea. compil. de elect. ne Romani. in fi. Mar. xj. Quodcunque orantes petitis credite quia accipietis. Vnde per orationem reuelantur ſecreta diuina. 8. q. 1. ſi ergo. Boetius dicit: non fruſtra in Deo ſpes ponitur; preces enim quæ rectè fiunt, inefficaces eſſe non poſſunt, & beatus Bernardus lib. meditationum: Ex duobus vnum indubitanter ſperare debemus: aut dabit nobis quod petimus, aut quod nouit eſſe vtilius. Et Aug. in lib. ſenten. Proſperi 9 dicit orans miſericorditer auditur, & miſericorditer non auditur. Quid enim infirmo ſit vtile, magis nouit medicus quàm ægrotus. De his Valerius lib. 7. cap. 2. dicit, quòd votis ſæpe expetimus qđ non impetraſſe melius foret. & ponit exempla, dicens: Diuitias appetis, quæ multis fuerunt exitio: honores concupiſcis, qui quamplures peſſundederunt: regna tecum ipſa voluis: quorum

1 Id habet B. Thomas 2. 2. q. 83. artic. 16.

2 Tractat, 73. in Ioannem. & de verbis Domini, ſermone 53.

3 Epiſtola 121. c. 4. 5. & 12.

4 Vide B. Thomã, 2. 2. q. 83. arti. 13.

5 B. Thomas 2. 2. q. 83. ar. 14.

6 Ofo an debeat eſſe vocalis, Bea. Thomas 2. 2. q. 83. arti. 12.

7 Epiſtola 121. c. 9.

8 B. Thomas 2. 2. q. 83. ar. 15.

9 cap. 211.

Valerius digniſſima ſententia.

verè pœnitentibus & confeſſis [a], qui Matutinali officio feſti eiuſdẽ in eccleſia [b] in qua idem celebrabitur, interfuerint, centum [c]: qui verò Miſſæ, totidem: Qui autem in primis [d] ipſius feſti veſperis interfuerint, ſimiliter centum: Qui verò in ſecundis: totidem [e]: Illis verò qui Primæ, Tertiæ, & Sextæ, Nonæ ac cõpletorij officijs interfuerint, pro qualibet Horarum ipſarum quadraginta [f]: Illis autem qui per octauas † illius feſti Matutinalib⁹, Veſpertinis, Miſſæ, ac prædictarum Horarum officijs [g] interfuerint, centum dies ſingulis octauarum ipſarum diebus de omnipotentis Dei miſericordia, ac beatorũ Apoſtolorũ eius Petri & Pauli auctoritate confiſi de iniunctis [h] ſibi pœnitentijs relaxamus.

quorum exitus ſæpenumero miſerabiles cernuntur: ſplendidis coniugijs manus inijcis ad hoc vt aliquando te illuſtrent, iſta nonnunquam funditus domos euertunt. Suadet ergo cœleſti arbitrio nos ſubmitti: 1 Effectum orationis ſumus in Italia nuper experti: quando enim cum verſibus illis: Exurgat Deus, &c. cœpit Eccleſia contra rebelles orare: peremti & exterminati ſunt quaſi ſubitò qui cenſura eccleſiaſtica & armis bellicis iam dudum domari non potuere. bene facit. 36. diſt. c. vlti. vbi dicitur quòd orante Moyſe vincebat populus: vincebatur autem dum dimittebat manus. & vide Hoſt. in ſum. de pœniten. & remiſ. §. ad quid valent. verſic. fateor. vbi ponit exempla. de Daniele, Moyſe, & Dauid orantibus. Sed qui leget tripertitã hiſtoriã Hug. Horaceñ. Helimandũ, Rufinum, & hiſtoriographos, inueniet ꝙ Theodoſius Imperator ſenior ſuis orationibus miraculoſam victoriam obtinuit contra Eugenium & Arbogaſtem, quorum exercitus iacula vehementiſſimus ventus retorquebat in ipſos, & iacula partis Theodoſij cum maiori fortitudine vltra menſuram humani ictus impingebat in illos, & hoc voluit ipſe Claudianus poeta qui tunc florebat dicens:

1 Non tamẽ hinc inferas nõ eſſe orandũ: ſed ita orãdum, vt ipſe qui oĩa nouit, liberet nos à malo.

al. octauã.

Claudiani verſus.

O nimium dilecte Deo, cui militat ether.
——Et coniurati veniunt ad claſſica venti.

Hoc autem obtinuit ipſius Theodoſij oratio quæ talis fuiſſe legitur: Omnipotens Deus, tu noſti quòd in nomine Chriſti filij tui vltionis iuſtæ, vt puto, prælia ſuſcepi: ſin aliter in me vindica: ſi verò cum iuſta cauſa, & in te confiſus huc veni, porrige dexteram tuis: ne fortè dicant gentes, vbi eſt Deus eorum. concor. huic ſi. de vo. magnæ. poſt princip. Et huic gloſæ ſit finis: de cuius prolixitate ſum excuſabilis: tum quia in orationis ſuffragio ſperans, ſum illius effectum expertus in aſſequendis proſperis & euitandis vel ſaltem temperandis aduerſis: tum quia ſecundùm materiam deberẽ eſſe prolixior: & ſi per iſta non ſatisfeci, excuſet coæquatio textualis [de hoc de immuni. eccl. decet. lib. 6. per Archid. 1. q. 1. dictum.]

Oratio Theodoſij.

a ¶*Confeſſis.*]Quis eſt hic, & laudabimus illum? Eccle. 31. has ergo remiſſiones quibus pauci participant, amarè interpretari nec decet, nec expedit, vt dixi de pœniten. & remiſſio. quòd autem.

Remiſſiones feſti corporis Chriſti pauci participant.

b ¶*In Eccleſia.*] per hanc literam quæ habetur etiam ſupra parte proxi. in fin. patet quòd non ſufficit intereſſe Horis extra eccleſiam: quod intelligo etiam ſi dicantur in priuato oratorio. de quo de conſecra. diſt. 1. concedimus. & cap. vnicuique. & cap. ſi quis. extra de cenſibus. cap. fi.

c ¶*Centum.*]dies. quod eſt infrà.

d ¶*In primis.*]facit ad not. de ſenten. excommu. c. vlt. §. in feſtiuitatibus. lib. 6. in 1. glo. & quod de completorio ſequitur facit contra.

¶*Glo. ſeq. arguit ad duo.*

e ¶*Totidem.*] argue pro æquandis diſtributionibus in his tribus Horis: Matutino; Miſſa, & Veſpere. Item argue quòd vbi in illis Horis dantur decem, in alijs dari debent quatuor. vide quod dixi ſuprà ea. compil. de ætat. & qualitat. vt hi qui. ad finem.

f ¶*Quadraginta.* [& ſic ducentos.

¶*Glo. ſequens dubium ſoluit.*

g ¶*Officijs.*]omnibus quo ad dies octauæ. nec puto quòd hic fiat diſtributio, vt partem habeat qui certis intereſt.

h ¶ *De iniunctis.*] vide quod ſcripſi de pœnitent. & remiſſio. cum ex eo.

TITVLVS XVII.

De immunitate eccleſiarum.

DE IMMVNITATE ECCLESIARVM.

¶*Viſum eſt ſuprà de eccleſiis & rebus ipſarum: verùm quia res eccleſiæ gaudent immunitate eccleſiarum: ideo, &c.*

¶ Clemens V. in concilio Viennenſi.

¶*Reuocat & pro infectis vult haberi decretalem, clericis. eod. titu. libro 6. cum ſuis declarationibus. Io. Andreas.*

CAP. VNIC.

QVoniam [i] † ex cõſtitutione Bonifacij Papæ octaui prędeceſſoris noſtri, quę incipit, Clericis [k] laicos. & ex declaratione, [l] ſeu declarationibus [m] ex illa poſtmodum ſubſecutis, nonnulla ſcandala, magna pericula, & incommoda grauia ſunt ſecuta, & ampliora ſequi (niſi celeri [n] remedio ſuccurratur) præſumitur † veriſimiliter in futurum: Nos de conſilio fratrum noſtrorum conſtitutionem & declarationem, ſeu declarationes prædictas, & † quicquid ex eis ſecutum eſt,

† No. ſuccurrẽdum eſſe magnis periculis & incõmodis grauibus. de dolo, finem. de offic. ord. vt litigãtes. li. 6. de ſta. Regu. vt periculoſa. lib. 6.

† Al. præſumuntur.

† In vetuſto codice manuſcripto ita: ac oĩa & ſingula contenta in eis penitus, &c.

QVoniam.] Primò præmittit cauſam & reuocationem conſtitutionis c. clericis laicos. ſuprà eodem lib. 6. Secundò illam reuocat. Tertiò ſeruari præcipit ius antiquum ante prædictam conſtitutionem. Secunda: ibi, *Nos.* Tertia: ibi. *Volentes.* Imol.

¶Præſupponendũ eſt illud quod habetur in c. non minus. & in cap. aduerſus. eodem titul. in antiq. dicitur in cap. non minus. quòd clerici pro rebus ſuis nõ debẽt ſoluere talleas, nec aliqua onera, ad q̃ laici adſtringuntur: Et ſi domini temporales compellant eos ad ſoluendum huiuſmodi onera de rebus eccleſiarũ ſuarum, etiam de rebus proprijs tales domini temporales ſunt monendi vt non compellant: & ſi non deſiſtant, ſunt excommunicandi: tamen dicitur ꝙ clerici poſſunt dare per modũ eleemoſynæ de conſenſu prælati aliquid laicis. Et dicitur in cap. clericis. eod. tit. libro ſexto, quòd etiam clerici de conſenſu prælati non poſſunt dare laicis: imo dicitur quòd recipientes huiuſmodi dona etiam gratis, ſunt excommunicati ipſo facto: & poſitum fuit illud cap. clericis. in odium Philippi regis Franciæ, qui conferebat beneficia in ſuo regno: vnde Papa indignatus fecit illam conſtitutionem, clericis. & ex illa conſtitutione fuerunt orta multa ſcandala: vnde clemens Papa voluit quòd antiqua iura ſeruarentur, & non illa conſtitutio, clericis. eodem titulo, in 6. vide diuiſionem gloſſ. No. quòd laudatur celeritas. de hoc in gl. concor.

¶*Prima glo. ſummat & diuidit, ponit tempus editionis, & cauſam conſtitutionis.*

i ¶*Quoniam ex conſtitutione.*] Caſus reuocat, & pro infectis vult haberi decret. clericis. eodem titulo, libro 6. cum ſuis declarationibus, & præmittit reuocationis cauſam. Secundò reuocat: ibi, *Nos.* Tertiò ſeruari præcipit ius antiquum ibi: *Volentes.* Et fuit iſta de primis conſtitutionibus Clementis editis à principio promotionis ſuæ, & incipiebat; Paſtoralis. cuius decidit exordium, poſt quod ſequebatur, ſanè quoniam, &c. Et Rex Franciæ qui fuit paſſiua cauſa conſtitutionis, fuit actiua cauſa reuocationis, vt ſic conueniat. de reg. iur. cap. 1.

k ¶*Clericis.*]eod. titu. lib. 6.

l ¶ *Declaratione.*] declarauerat enim Benedictus in ſua extrauagan. quæ incipit: Quod olim. illam quo ad ſui pœnas extendi ſolùm ad exigentes, vel dantes in exigendo auxilium, conſilium, vel fauorem: ita quòd pœnę locum non haberent in ſoluentibus, vel recipientibus à ſponte ſoluentibus.

m ¶*Declarationibus.*]dicebantur & aliæ proceſſiſſe: & ideo ad omne dubium tollendum plurali vtitur.

n ¶*Celeri.*]concor. de accu. c. ſi. ſ. ead. compil. de iurciu. Romani. in principio.

ADDITIO. De reſcript. ad hæc. Et caſus in quibus deſideratur celeritas, nota. Archidiacon. 93. diſtinctione capitu. 1. & illos in quibus non deſideratur, not. 23. diſtinctio. communis. & de hoc de electio. capitu. fina. libro ſexto. Cardinalis.

a ¶Ob

vel ob [a] eas, penitus reuocamus, & eas haberi volumus pro infectis [b]: Volentes & firmiter ſtatuentes illud [c] (contra quoſcunque [d] laicos exigentes ſeu extorquentes ab eccleſijs eccleſiaſticiſque perſonis talleas, ſeu collectas, aut exactiones quaſcunque [e], & contra dantes [f] ad id faciendũ conſilium, auxilium, vel fauorem [g]: nec non & circa præſtandas ſubuentiones laicis ab eccleſiarum Prælatis, ac alijs viris eccleſiaſticis) inuiolabiliter obſeruari, quod ſuper his à prædeceſſoribus [h] noſtris in Lateraneñ. & generali concilijs [i], quæ nos ſub obteſtatione diuini iudicij præcipimus obſeruari diſtrictè, ſalubriter eſt prouiſum.

a ¶ *Ob eas.*] concor. de elect. qualiter. in fine.

b ¶ *Pro infectis.*] per hoc puto quòd excommunicatus ex viribus illius conſtitutionis abſolutione non egeat. Et vide quanta eſt Papalis poteſtas 1 circa ea quæ ſimpliciter ſunt de iure poſitiuo: quia reuocat illa vt extunc. & facit ad ea quæ ſcripſi, qui fi. ſint legi. per venerabilem. gloſ. 2.

1 Vide Turrecrematā in ſumma d̄ Eccleſia. li. 2. c. 52. ver. nono, plenitudo Romani Pōtificis.

c ¶ *Illud.*] inuiolabiliter obſeruari: quod eſt. infrà.

d ¶ *Contra quoſcunque, &c.*] quod ſuper his, & cæt. vſque ad finem.

e ¶ *Quoſcunque.*] vide quod not. & dixi eod. titu. non minus. Ioan. Andr.

f ¶ *Dantes.*] dicebat conſtitutio Bonifacij publicè vel occultè: per quod probatur quòd excommunicatio canonis ligat etiam occulta 2 delicta: ut infrà dicam de hære. multorum. ad finem.

2 Vid̄ ſingularem diſtinctioné Caietani apud B. Thomam 2. 2. q. 11. ar. 3. & Alfonſum Caſtr. lib. 2. de iuſta hære. punit. c. 13.

g ¶ *Fauorem.*] Vide quod dicam infrà de pœnit. ſi quis. in principio.

h ¶ *Prędeceſſoribus.*] Alexand. iij. eodem titulo non minus. Inno. iij. eodem titu. aduerſus.

i ¶ *Concilijs.*] vtrumque generale, & Lateraſi. ſed Alexandrinum vocamus Lateranenſe: Innocentianum vocamus generale. de hoc de capitu. monach. cap. finali.

FINIS LIBRI TERTII.

LIBER

LIBER QVARTVS.
DE CONSANGVINITATE ET AFFINITATE.

Continuatio.

¶*Viſum eſt ſuprà de actibus clericis competentibus : nunc videndum eſt de actibus laicis conuenientibus : ideo,&c.*

LIBER QVARTVS.

TITVLVS I.

De conſanguinitate,[a] & affinitate.

¶ Clemens quintus in concilio Viennenſi.

¶ *Scienter contrahens matrimoniū in gradu conſanguinitatis, vel affinitatis prohibito, vel cum moniali, excommunicatus eſt ipſo iure,& publicari debet & vitari. Idem in profeſſo & profeſſa, vel conſtituto in ſacris. Ioan. And.*

CAP. VNIC.

Eos[b] †qui diuino timore[c] poſtpoſito, in ſuarū periculum animarū ſcienter[d] in gradibus conſanguinitatis, & affinitatis conſtitutione canonica[e] interdictis[f], aut cum Monialibus contrahere[g] matrimonialiter[h] non verentur: Necnon religioſos[i] & Moniales[k] ac clericos in ſacris[l] ordinibus cōſtitutos matrimonia† contrahētes[m], refrænare me-

† Vide conciliū Tridē. ſeſ. 24. de refor. matr. c.5. & de intellectu B. Antoninū trac. de excōicatione, ca. 34. adde Couarrùuiam lib. 4. Decretaliū par.2.c.3.§.2.nu. 8.

† In vetuſto codice manuſcripto ità : matrimonia contrahētes, & inter eos ſcienter eadē celebrantes, refrænare,&c.

Eos qui.] Primò ponit ſtatutū pœnale. Secundò illud aggrauat. Tertiò proteſtatur. Secunda ibi: *Præcipientes*. Tertia ibi: *Per prædicta*. Imola.

¶Habemus in iure, ꝙ contrahentes inceſtas nuptias, graues pœnas ſuſtinent: videlicet ꝙ ſunt infames, & quòd bona ipſorum confiſſcantur, & plures alias pœnas ſuſtinent: de quibus in authen. inceſtas. C. de inceſt. & inutilibus nuptijs. Sed quæritur, vtrum de iure canonico, incurrant alias pœnas? Dicit Clemens quòd ſic. Et dicit, Contrahens cum conſanguinea ſua, incurrit ſententiam excommunicationis ipſo facto. Idem ſi cum moniali. Idem ſi clericus in ſacris conſtitutus contrahat matrimonium. Idem ſi monachus profeſſus contrahat, poſito ꝙ matrimonium non fuerit conſummatum. h.d. H. R. Colligo aliqua notabilia. Primò, ꝙ ratione conſanguinitatis vel affinitatis matrimonium eſt prohibitum vſque ad quartum gradum. c. non debet. eod. tit. in antiq. Not. ſecundò, quòd nō ſolùm contrahentes in caſibus prohibitis in lege canonica, debent ſuſtinere pœnas hic contentas : imo etiam contrahentes in caſibus prohibitis in lege diuina. Not. quòd contrahens cum conſanguinea, vel affine ipſo facto incurrit ſententiam excommunicationis, nec ipſa excommunicatio eſt relaxanda, niſi ſatisfactione habita. Not. quòd ſi ſint alia iura imponentia pœnam ſic contrahentibus, quòd ipſe Clemens non intendit illis iuribus per hanc clementinam derogare.

¶*Gloſ. ſuper Rubrica notat varietatem.*

a ¶*Rubrica de conſanguinitate & affinitate.*] ita venit ſub bulla: ſed vidi quoſdam hic habere rubricam de ſponſalibus. Ioan. And.

¶*Prima gloſ. ſummat, & duas quæſtiones ſoluit.*

b ¶*Eos qui.*]Scienter contrahens matrimonium in gradu conſanguinitatis, vel affinitatis prohibito, vel cum Moniali, excommunicatus eſt ipſo iure : & publicari debet & vitari, idem in profeſſo & profeſſa, vel conſtituto in ſacris. Et incipe conſtructum ibi, *Cupientes*. Et nota 1 quòd in ſex caſibus hic expreſſis tantū locū habet hæc conſtitutio & eius pœna: vnde ſi contrahat quis cum habente maritum, vel cū Iudæa, vel cum Pagana, vel cum cognata ſpiritualiter, vel legaliter, vel contra impedimentum publicæ honeſtatis, licet non teneant matrimonia : tamen non eſt locus huic pœnæ, quæ in ijs caſibus vel ſimilibus expreſſa non eſt. Item in his ſex caſibus tunc demum eſt locus pœnæ, quando illicitè contrahuntur. Si enim licitè, vt ex diſpenſatione Papę : tunc ceſſat culpa, ergo & pœna. de conſti. 2. de qua diſpenſatione not. de reſt. ſpol. literas. in prin. de ſta. mona. cum ad monaſterium. & ſcripſi de vo. c. 1.

1 Hanc gloſſā ſuo more explicat hic Ioānes Imola, eum videto.

c ¶*Timore.*]concor. de elect. cum in cunctis. ad finem.

¶*Glo ſeq. primò not. à contrario, & illud determinat, & incidens dubium ſoluit: ſecundò quærit, arguit: pro contrario ſoluit: tertiò quærit & remittit.*

d ¶*Scienter.*]Ignorantes 2 ergo non ligat conſtitutio, q̃d intelligo in ignorantia facti probabili, & non affectata, ſcilicet quia ignorabant ſe cōſanguineos, vel affines. Si verò ignorabant ius, neſcientes gradum in quo erant, eſſe prohitum: ex quo enim ſciebant gradum, ligat conſtitutio. de reg. iur. ignorantia. lib. 6. cum ſuis concor. Si verò alter ſolus ſciebat, ille ſolus ligatur facit 34. q. 2. non ſatis. & c. in lectum. de ſimo. de ſimoniace. C. ſoluto matrimo. ſi ignorans. Sed quid ſi contraxit ignorans: poſt tempora ſciuit & cohabitauit conſanguineæ? videtur ligari. arg. 1. q. 1. eos in fi. de ſimo. ſicut tuis. C. de inceſt. nupt. cum ancillis. Contrarium credo cum iſta conſtitutio non puniat cohabitationem, vel inceſtum, ſed contractum: vt ǰ. dicam. facit ff. de ijs qui not. infamia. quid ergo. in princ. C. de vſuca. transfor. l. 1. ad fi. ff. de vſu. qui ſcit. in fin. & ff. de bon. lib. qui cum maior. & de minori. l. 3. §. ſcio. ſicut qui ignoranter eligit indignum, licet poſtea ſciat, non incurrit pœnam concilij, cum in cunctis. de elec. cum in hoc ponderetur initium. eod. titu. dudum. probatur hæc ſolutio ex eo, quia ſine iudicio Eccleſiæ ab illa diuertere non poſſet. de diuor. porrò. cum ſuis cō cor. fateor tamen quòd peccat cognoſcendo: & ſic loquuntur contraria. de ſentē. excom. inquiſitioni. Quid ſi contraxi cum illa, quam credebam eſſe conſanguineam, affinem, vel monialem, ſed in veritate non erat? Solue ꝑ not. de ſenten. excommunica. ſi vero 2. & capitu. in audientia 2.

2 Vide Præpoſitū in c. non dēt. extra de conſang. & affi. circa finem. nu. 21. verſi. pro complemento. qro.

e ¶*Canonicæ.*]nedùm diuina.

f ¶*Interdictis.*]ſ. in quarto, vel citeriori gradu conſanguinitatis, vel affinitatis primi generis. eo. tit. non debet.

¶*Glo. ſeq. notat, quęrit, allegat duo iura pro: ſoluit contrariū, & ad illa iura reſpondet.*

g ¶*Contrahere.*]non punit ergo inceſtum, vel coitum, ſed contractum: vt ſic contrahens ligetur, licet non conſummet. Quid ſi non contraxit matrimonium, ſed ſponſalia tantùm? Arg. quòd ligetur. ff. de ſpon. oratio. vbi prohibitio nuptiarū includit ſponſalia. Ad idem, de eo qui duxit in matrimoniū. c. cum haberet. vbi æquiparantur ſponſalia, & matrimonium. Non puto ligari cum conſtitutio ſit pœnalis, & verba hoc non importent: quod verum puto niſi conſummauerit per copulam carnalem: quia tunc ligatur quaſi tunc contraxiſſe videatur. de ſponſa. veniens. & c. is qui. Contrarium non obſtat: quia licet fatear, ꝙ vbi prohibetur matrimonium, prohibentur ſponſalia : non ſequitur quòd cōtrahenti ſponſalia ſit eadem pœna quæ contrahenti matrimonium. bene facit de electio. perpetuo. lib. 6. In decr. cum haberet. ſponſalia cum adulterio inducunt impedimentum matrimonij, ſicut inducunt publicam honeſtatem. de ſpon. c. vnico lib. 6.

¶*Glo ſeq. arguit: & illud determinat in vno membro : in alia alleg. pro: ſoluit contrarium, & allegatis reſpondet.*

h ¶*Matrimonialiter.*]per hanc literam, & per literam ǰ. eod. matrimonia contrahentes. videtur ꝙ coactus ad contrahendū non incurrat hanc pœnam. Et ſi de abſoluta coactione loquimur, hoc certum, quod met. cauſ. ſacris. ſed ſi de conditionali, licet tali, quæ debuerit cadere in conſtantem virum, videtur ligari per eam decretalem: ſed cum nō ſit matrimonium deficiente conſenſu, ita quòd non inducit publicam honeſtatē. de ſpon. c. vnico. lib. 6. de æquitate videtur talis non ligari. facit de ſen. excom. ſignificauit. In decr. ſacris. punitur communio, quæ ibi interuenit, licet per metum.

i ¶*Religioſos.*]ſ. profeſſos 3 tacitè, vel expreſsè religionem approbatam. de vo. c. vnic. lib. 6. quod intelligo etiam ſi profeſſio illa tacita, vel expreſſa non obligat illi religioni, ſed religioni in genere. pone exemplum de reg. non ſolùm. & cap. ſequen. lib. 6.

3 Quis dicatur religioſus vide per doctores in Rubrica de reli. dom. & in c. eccleſia Sanctæ Mariæ. de conſti. & in c. 1. de voto, lib. 6. adde Fel. in c. nō dubium. de ſen. excom. lib. 6.

k ¶*Et Moniales.*]quia ſupra iam nominauerat contrahentē cum Moniali, & hic repetit de Moniali : videtur hic probari ꝙ communicans in illo actu pro quo quis excommunicationem incurrit, excommunicatus non eſt. de hoc ſcripſi de ſen. excom. contingit. 1. Poſſet tamen dici quòd ſupra punit ſcienter contrahentem cum Moniali : hic verò punit Monialem contrahentem etiam eo caſu, quo cum ea contrahens non ligatur: vt quia hoc ignorat.

l ¶*In ſacris.*] ſtrictè hoc dico propter not. 32. diſtinctione in ſumma.

¶ *Glo. ſeq dicit quare non repetit ſcienter, & dictum illud determinat.*

m ¶*Contrahentes.*] non repetit ſcienter quia licet ignoranter poſſet quis contrahere cum conſanguinea, affine, vel monacha:

nacha: non tamen in monachum, monacham, vel conſtitutum in ſacris contrahentē cadit ignorantia. facit de reſcript. ab excommunicato. C. de hære. inſtit. l. fin. Puto tamen, quòd vbi eſſet probabilis ignorantia, vt in ordinato ad ſacros in amentia, vel dormitione: etiam eo caſu quo character imprimitur. de bap. maiores. in fin. vel intra pubertatem. de cleri. per ſal. promo. c. vnico. non eſſet locus huic pœnæ.

a ¶ *Conſtiterit.*] etiam ex officio & nemine deferente: de diuor. porrò. 2. reſpon. & vide qđ dixi ſ. ead. compil. de cenſi. c. fi.

Satiſfactio præcedit in manifeſta offenſa.

b ¶ *Separentur.*] Præcedit ſatisfactio ſicut iu manifeſta offenſa. de ſent. excom. venerabilibus. lib. 6.

c ¶ *Obtinere.*] per epiſcopum. de ſent. exco. nuper. & hic patet quòd non ſufficit ſatis factio, niſi ſequatur abſolutio. e. tit. cum deſi deres. in fi.

¶ *Glo. ſeq. ponit triplicem ſpeciem iurium.*

d ¶ *Iuribus.*] de clandeſt. deſpon. cap. fin. C. de inceſt. nupt. qui contra. Inſtit. de nupt. §. ſi aduerſus. de hære. cum ſecundum. in princi. lib. 6. & hic. Quo ad primum, de conſanguineis & affinibus. de hoc de dona. inter virum & vxor. & ſi neceſſe. Quo ad ſecundum, de profeſſis. 27. diſtinct. cap. 3. & cap. ſequenti. 27. quæſt. 1. per totum. 26. quæſtione 2. ſi quis non dicam. Quo ad tertium, de conſtitutis in ſacris. 28. diſt. presbyterum. 15. quæſt. vlt. cum multæ. de cleri. coniug. cap. 1. & c. ſanè 2. qui cler. vel vo. c. 1. & 2. cum ſimilib.

tu pœnæ ab huiuſmodi eorum temeritatis audacia cupientes: Ipſos excommunicationis ſententiæ ipſo facto decernimus ſubiacere: Præcipientes eccleſiarum prælatis, vt illos quos eis conſtiterit [a] taliter contraxiſſe, excommunicatos publicè tandiu nuntient, ſeu à ſuis ſubditis faciāt nuntiari, donec ſuum humiliter recognoſcētes errorem ſeparentur [b] † ab inuicem, & abſolutionis obtinere [c] beneficiū mereantur. Per prædicta quoque iuribus [d], quę ſic contrahētibus alias pœnas imponūt, in nullo volumus derogari.

† In eodem vetuſto codice manuſcripto ita: ſeparent ab inuicem, & tā ipſi quā celebrantes prędicti abſolutionis beneficium obtinere, &c.

FINIS LIBRI QVARTI.

LIBER

affectus diſtinguuntur in verbo. Gratia enim quæ parat hominis voluntatem ad bonum,cum non ſit otioſa, vt augeatur & aucta perficiatur,coadiuuat ne fruſtra velit,ſed perducat ad opus:quodcunque recipias coaptabitur hæc litera. Huic altercationi Theologorum, eſt ſimilis altercatio Canoniſtarum. an ſit vna fides cõiugij, an ſint duæ, de qua 27.quæſtio. 2.coniuges. Item altercatio Legiſtarum,an ſint duę poſſeſſiones differentes ſpecie, an vna tantùm diuerſificata ꝑ accidentia.de qua ſatis patet ꝑ Dynum de regu. iur. in tertia regul.lib.6.Et an ſit vnicum intereſſe,an triplex: de quo etiam ſatis per eum.eo.tit. mora.Ioan.And.

LIBER QVINTVS.

DE MAGISTRIS: ET NE ALIQVID EXIGATVR PRO, &c.

¶*Continua ſic rubricam. Viſum eſt ſuprà de eccleſiis & rebus ipſarum : verùm quia eccleſia ad ſui regimen indiget magiſtris : ideo annectit rubricam de magiſtris, &c.*

Continuatio domini Helię.

Inter.] Iſtud capit. dicit,quòd in ciuitate Romana,in ciuitate Pariſieñ.Oxonieñ,Bononienſi, & Salamantina: vbi eſt vniuerſitas generalis, debent eſſe duo magiſtri, qui ſciant loqui idiomata de quibus in textu, & quòd valeant docere & erudire infideles,& errantes ibi exiſtentes, qui diuerſarum linguarũ exiſtunt: & iſti magiſtri in vniuerſitate Pariſienſi debent inſtitui per regem Franciæ: In Oxonienſi debent inſtitui per regem Angliæ: & ſic de alijs:vt in litera. hoc dicit.H.R. Nota quòd in hac cle. primò ponit exordium: in quo facit duo. Primò ponit intentionem ſuam generalem:Secundò ſpecialem: ibi, *Non ambigimus*.Et dic, non ambigim⁹, id eſt dubitamus. de ambigo, gis, quod idem eſt quod dubito, dubitas.ſecunda: ibi,*Vt igitur*.vide gloſ. Nota quòd Papa debet eſſe ſollicitus vt errãtes reducat ad viam veritatis.de hoc in glo.2.3.& 4.Nota quòd commendatur vigilia cum ſtudioſa diligentia. Zaba.

† Vide Ludouicũ Gomezium in regula cancellariæ de idiomate vbi plenè de materia linguarum.

†Aliàs,exequendum.

¶*Prima gl.ſummat,& diuidit.*

LIBER QVINTVS.

TITVLVS I.

De magiſtris : & ne aliquid exigatur pro licentia docendi.

¶Clemens quintus in concilio Viennenſi.

¶*In ſtudijs Romanę curię,Pariſien. Oxonien.Bononien. & Salamantino debent eſſe magiſtri catholici ſcholas regentes in linguis Hebraica, Arabica, & Chaldæa, duo ſcilicet pro qualibet lingua.Et ſtatuitur per quos eis debeat de ſtipendijs,& ſumptibus prouideri.*

CAP. I.

Nter[a] †ſollicitudines[b] noſtris humeris incumbentes perpeti[c] cura reuoluimus, vt errantes in viam veritatis inducere[d], ipſoſque lucrifacere Deo ſua nobis cooperante[e] gratia, valeamus : hoc eſt quod profectò deſideranter exquirimus, [f]ad id noſtræ mentis ſedulò deſtinamus affectum, ac circa illud diligenti ſtudio,& ſtudioſa diligentia vigilamus. ¶Non ambigimus autem, quin ad huiuſmodi noſtrum deſiderium aſſequendum† diuinorum eloquiorum ſit expoſitio congrua,ipſorumque fidelis prædicatio admodum[g] opportuna. Sed nec ignoramus, quin & hæc promi[h] noſcantur inaniter[i], vacuaque redire, ſi auribus linguam loquentis ignorantium proferantur[k]: Ideoque illius cuius vicem in terris (licet immeriti) gerimus, imitantes exemplum, qui ituros per vniuerſum mundum ad Euangelizandum Apoſtolos,in omni linguarum genere fore voluit[l] eruditos, viris catholicis notitiam linguarum habentibus,quibus vtuntur infideles præcipuè, abundare ſanctam affectamus eccleſiam, qui[m] infideles ipſos ſciant, & valeant ſacris inſtitutis inſtruere, chriſticolarũque collegio per doctrinam Chriſtianę fidei,ac ſuſceptionem ſacri baptiſmatis aggregare. ¶ Vt igitur peritia linguarum huiuſmodi poſſit habiliter per inſtructionis efficaciam obtineri[n]: Hoc ſacro approbante concilio ſcholas in ſubſcriptarum linguarum generibus vbicunque Romanam[o] curiam reſidere[p] contigerit†, necnon in Pariſieñ. & Oxonieñ.Bononieñ.[q] & Salamantino ſtudijs prouidimus erigendas: Statuentes, vt † in quolibet locorum ipſorum teneantur viri catholici ſufficientem[r] habentes Hebraicę[ſ] †

f ¶*Ad id.*] ſcilicet ad inducendum errantes ad veritatis viam.

g ¶*Admodum.*] pro valde.concord.vide ſuprà ead. compil. de iureiuran. Romani. verſi. nos itaque.

h ¶*Promi.*]id eſt proferri,vel promulgari. & habetur hoc verbum, de iud. nouit. ver. quicunque. 23. quæſt. 4. non poteſt.in fin.ponitur enim promere pro proferre, manifeſtare, aperire,ore dicere.

Promo qd ſignificat.

i ¶*Inaniter.*] quaſi in vanum vel inutiliter.

k ¶*Proferantur.*] ſimile de offi.ordin.quoniam.

l ¶*Voluit.*]Actuum 2. in prin. & de varietate linguarum.16.diſtin.ſeptuaginta.in fine.

m ¶*Qui.*] viri catholici.

† Aliàs,contingat.

n ¶*Obtineri.*] ſimile eodem titulo capitu. finali.

† Aliàs ita : vt in locorũ ipſorum ſtudijs,&c.

o ¶*Romanam curiam.*] quæ habet ſtudium generale,& priuilegia ſtudij. de priuileg. capitu. 2.lib.6.

†In aliquot antiquioribus codicibus ita: Hebraicæ, Grecæ, Arabicę, & Caldææ,&c.vide gloſſam hic in verbo, Hebraicæ.

a ¶*Inter.*] In ſtudijs Romanæ curiæ,Pariſieñ. Oxonieñ.Bononieñ. & Salamantino debent eſſe magiſtri catholici ſcholas regentes in linguis Hebraica, & Arabica,& Caldæa, duo ſcilicet pro qualibet lingua. Et ſtatuitur per quos eis debeat de ſtipendijs & ſumptibus prouideri. Et ponitur primò exordium, in quo duo facit, primò ponit intentionem ſuam generalem. Secundò ſpecialem : ibi, *Non ambigimus*.In ſecunda:ibi,*Vt igitur*.ponitur conſtitutio primò prouidens circa loca magiſtrorum, ſecundò circa expenſas: ibi, *Quibus.*

b ¶*Sollicitudines.*] concor.de purga.cano. inter. vbi ponitur alia, ſcilicet de vulpeculis capiendis.

c ¶*Perpeti.*]quaſi perpetua,continua,vel aſſidua, & eſt infinitiuum huius verbi perpetior; & ponitur pro diu tolerare, vel valde pati.

d ¶*Inducere.*]45.diſt.tria ſunt.de ſpon.inter opera.

¶*Glo.ſeq exponit,& de gratia duas opi.ponit: quibus inducit duo ſimilia.*

e ¶*Cooperãte gratia.*] per quam cognoſcitur quid agendũ ſit,& quid vitandum,& adiuuamur ad faciendum. de conſecr. diſtinct.4.gratia.& tribus vltimis capitulis. Eſt autem gratia operans, 1 & cooperans:prima præparat hominis voluntatem vt velit bonum : Secunda adiuuat ne fruſtra velit, videtur tamen quibuſdam quòd eadem ſit gratia, idem donum, vel eadem virtus operans & cooperans: ſed propter diuerſos

1 De hac gratiæ diuiſione vide diũ B. Tho. 1.2.q.3.ar.2.

p ¶*Reſidere.*]quod dic vt ſuprà ead.compil.de elect.ne Romani.§.ſane.

¶*Gloſſa ſequens ponit etymologiam tranctans de ordine literę,& de tempore huius ſtudij.*

q ¶*Bononien.*]dicitur Bononia,quaſi ſuper omnia bona, vel bonorum notitia nimis amabilis. non puto quòd ordo iſte procedat ex ordine ſtudiorum, ſed ex gratificatione prouinciarum.& hoc quia dicebat Romanam curiam præmitti, quæ vltimò ſtudium habuit à tempore Innocen.iiij.vt prædict. de cre.2.de priuileg.libro.ſexto. Quicquid ſit, hoc conſtat quòd Bonoñ. habuit priuilegia ſtudij à Theodoſio : de minore tamen intelligo,qui regnare cœpit (prout ex Chronicis quas veriores puto, percipio) anno Domini ccccxxv. & regnauit annis xxvij. quo tamen anno ſui imperij hæc conceſſerit,non percipio. currentibus autem ccccliȷ. ſucceſſit Martianus.

r ¶*Sufficientem.*]non dicit eminentem. concord. de electio. cum nobis olim.de præb.c.penult.

ſ ¶*Hebraicæ.*] in originali habuimus Hebraicæ, Græcæ, Arabicæ,& c.illud, Græcæ, in ipſo originali erat cancellatum : & fortè propter literam, quæ eſt ſuprà, quibus vtuntur infideles,&c.cancellata fuit cum Græci fideles ſint,& olim ſub obedientia Eccleſiæ.de baptiſ. licet.& facit quod nota.de ſumma trin.capitu.1. lib. 6. tamen hodie ſchiſmatici ſunt, nec recognoſcunt

gnoſcunt caput Romanæ eccleſiæ: & fortè eſſet expedientior ſuæ linguæ doctrina quàm aliarum. Iudæi autem habent literam Hebraicam: ſed linguam ſpecialem in vulgari non habent: habemus enim quòd euanuit ipſorum lingua vulgaris. Arabica litera eſt Sarracenorũ. Caldæa Chaldęorum. de qua 37. diſtinctio. §. hinc etiam.& capitu.turbat. & capit.de quibuſdam. & tamen fertur quòd hæc litera hodie non habeatur.

a ¶*Per ſedem Apoſtolicam.*] in ſtipendijs competentibus,& ſumptibus volumus prouideri, quod ſequitur.

b ¶*Vualiæ.*] ſcribitur per duplex u,vt dixi de tempo.ordinatio.capitulo 2.

c ¶*Rectores.*]alios beneficiatos non videtur excludere.

d ¶*Volumus.*] hæc voluntas in ſuis manet terminis: quia non fuit de executore prouiſum.

e ¶*Facultatum.*] de cenſi. ſopitæ. cum ſuis concor. & infrà cap. proximo.

f ¶*Ad alia.*] concor. ſuprà eadem compila. de ſtatu monachorum capitu. 2. de relig. domi.capitu.2.

CVm ſit.] ¶ Quia nonnulli doctoratum ſiue magiſteriũ aſſumentes, conſiderantes quòd non erant perfecti in ſcientia, faciebant magnum feſtum in aſſumptione ipſius gradus,vnde multotiens redibãt ad ſuas partes vacui, & nihil poſſidentes, & etiam multis creditorib. obnoxij, id eſt obligati; propter quod oriebatur magnum ſcandalum: ideo Papa Clemens in concilio Vienneſi ſtatuit,quòd nullo modo tales recipiantur ab ijs qui ſibi dant auctoritatem magiſterij, niſi primò iurauerint non expendere vltra ſummam ducentorum quinquaginta aureorum.

† Aliàs, regentibus.

Arabicæ, & Chaldææ linguarum notitiam: duo videlicet vniuſcuiuſque linguæ periti, qui ſcholas regant inibi, & libros de linguis ipſis in Latinum fideliter transferentes, alios linguas ipſas ſollicitè doceant, earumque peritiam ſtudioſa in illos inſtructione transfundant: vt inſtructi & edocti ſufficienter in linguis huiuſmodi, fructum ſperatum poſſint (Deo auctore) producere, fidem propagaturi ſalubriter in ipſos populos infideles. ¶ Quibus equidem in Romana curia legentibus † per ſedem Apoſtolicam [a], in ſtudijs verò Pariſieñ. per regem Franciæ, in Oxonieñ. Angliæ, Scotiæ, Hyberniæ, ac Vualię [b]; in Bononieñ. per Italiæ, in Salamantino per Hiſpaniæ prælatos, monaſteria, capitula,conuentus,collegia exempta & non exempta, & eccleſiarum rectores [c] in ſtipendijs competentibus, & ſumptibus volumus [d] prouideri: contributionis onere ſingulis iuxtà facultatum [e] exigentiam imponendo: Priuilegijs & exemptionibus quibuſcunque contrarijs nequaquam obſtantibus: quibus tamen nolumus quo ad [f] alia præiudicium generari.

¶ Idem.

¶ Is ad quem ſpectat magiſteriũ, vel doctoratum tribuere, prius à doctorando recipiat iuramentum,quòd in ſolemnitate ſua non expendet vltra ſummam trium millium Turõnen.argenteorum: Quod ſi non fecerit,etiam ſi ſit epiſcopus per ſex menſes à collatione magiſterij eſt ſuſpenſus.h.d.Io.And.

¶*Prima glo.ſummat & diuidit.*

g ¶ *Cum ſit.*] Is ad quem ſpectat magiſterium, vel doctoratum tribuere,prius à doctorando recipiat iuramentum, quod in ſolemnitate ſua non expendet vltra ſummam trium millium Turoneñ.argenteorum:quod ſi non fecerit, etiam ſi ſit epiſcopus,per ſex menſes à collatione magiſterij eſt ſuſpenſus.partes patent. In prima exordium exponens conſtitutionis cauſam. In ſecunda conſtitutionem:ibi, *Volentes.* In tertia punitionem tranſgreſſorum:ibi, *Si quis.*

h ¶ *Scholaſticos.*]idem verbum.38.diſtinct.ſedulò in princip.de hæret.cum ex iniuncto.§.licet.de reſtitu. ſpoliato. frequens. libro 6.

¶*Gloſſa ſequens ponit differentiam, quam improbat, & diuinationem ſubdit.*

i ¶ *Doctoratus, vel magiſterij.*] ſic 37. diſtinctio. de quibuſdam. Et dicunt quidam, quòd doctores in iure canonico, vel ciuili: magiſtri dicuntur in theologia, vel artibus: & qui doceant ſeptem liberales artes, ſatis per Hoſtienſ. in ſumma huius titu. §.4. facit ad primum, proœmium libro ſexto circa medium ad ſecundum eodem titulo,capitulo penultimo & vltimo,& hoc recipitur apud Italicos. Sed vltramontani communiter vocant magiſtros. Nec debet alicui hæc denominatio fore moleſta, cum Chriſtus ſic à diſcipulis vocaretur. Ioãnes tertius, quod ipſe acceptabat Ioann. 12. dicens, Vos vocatis me magiſter & Domine, & bene dicitis: ſum etenim. Et dicitur magiſter quaſi maior in ſtatione: ſicut miniſter quaſi minor ibidem infra titulo ſecundo, capitulo primo. §. ſanè. dicitur etiam à monendo, vel à monſtrando. & de his per Hoſtien. in ſumma.eodem titulo.§.1.

CAP. II.

CVm † ſit [g] nimis abſurdum, vt quis cum vanitate & imperitia ad honorem aſcendat peritiæ literarum, non ſine turbatione miramur illum apud ſcholaſticos [h] inualuiſſe abuſum, quòd plerique eorum, qui in quauis ſcientia ad doctoratus [i], vel magiſterij aſſumuntur honorem [k], cum ſua ſolemniter principia [l] faciunt, aut ſui recipiunt inſignia [m] doctoratus, circa cibos, veſtes, & alia ſic in expenſis excedunt [n], quòd & ipſi tranſeunte expenſarum huiuſmodi vanitate vacui [o] plerunque remaneant,& grauati [p]: Et cæteri, qui vel nolunt, vel nequeunt ſimiles expenſas ſubire, hac occaſione frequenter à receptione honoris huiuſmodi retrahuntur. ¶ Volentes igitur de opportuno ſuper his remedio prouidere, illis ad quos vbilibet pertinet honorem tribuere memoratum, diſtrictè præcipimus,vt quoſcunque ab eis de cætero dictum recipientes honorem, iuramento [q] prius aſtringant, ne vltra tria millia Turoneñ. argenteorum [r] †in ſolemnitate, circa huiuſmodi doctoratum [ſ] aut magiſterium quomodolibet adhibenda, expendant: Ipſos † nihilominus (niſi forſan notabilis† conditionis extiterint) vt infra ſummam prædictam huiuſmodi moderentur expẽſæ, efficaciter exhortantes: ac ſi hoc illorum congruere ſtatui viderint, iuramentum exigentes ab eis, quòd certos infra ſummam præfatam taxandos [t] ab ipſis expenſa-

k ¶*Honorem.*] hunc honorem ſine peccato quis poſtulat in quacunque ſcientia ſi eſt dignus. octaua quæſtione prima. in ſcripturis. verſiculo ecce ego. eodem titulo quanto. Ratio quia per hoc petit opportunitatem communicandi quod habet, quod laudabile eſt,& ad charitatem pertinens. In indigno verò eſt peccatum præſumptionis. de hoc per Archidiacon. 48. diſtinctio. capitu.1.

l ¶*Principia.*] ita loquuntur quidam in ſtudijs quibuſdam vltramontanis.

m ¶ *Inſignia doctoratus.*]ita loquimur nos. & iſta inſignia ſunt cathedra,birretum: apud aliquos liber, annulus, oſculum.

n ¶*Excedunt.*] ſicut quandoque imperfectum ſcientiæ ſupplet perfectio charitatis. de renunciatione niſi. §. pro defectu. ſic quandoque in talibus imperfectum ſcientię ſupplet perfectio expenſarum.

o ¶*Vacui.*]prius habitis & conſumptis.

p ¶*Grauati.*]onere debitorum.Io.And.

q ¶ *Iuramento.*] ſimile de Iudæ. ſignificauit. ſuprà eadem compilatio. de religio. domi. quia. verſicu. illi etiam. & infrà titulo primo, capitulo primo. §. porrò. De multis iuramentorum formis expreſſis in iure, vide in Specul. de iureiurando. §. primo verſiculo illud. ad quas addas iſtas.

r ¶ *Argenteorum.*] aſcendunt 1 ad monetam Bonoñ. quingentas libras Bononeorum paruorum: ponendo Turoñ. pro duobus Venetis, vel 40. Bonoñ. paruis, vt valere conſueuerant.

ſ ¶*Doctoratum.*] expenſas priuati examinis non videtur includere.

t ¶*Taxandos.*]ſimile ſuprà de vſur.quamquàm. verſic.cæterùm.libro 6.

† No,primò principiũ, q nimis abſurdũ eſt vt qs cũ vanitate vel imperitia aſcẽdat ad honorẽ peritiæ literarum: pro hoc,quia aſcenſus dẽt eſſe ꝑ gradũ virtutũ non vitiorũ. de pœ. diſt. 2. dum ſanctam. in fin. No.ſecũdò, q prohibet exceſſus expẽſarum.de hoc in gl. in verſic.excedunt. Zab.

Magiſter vnde dicitur.

Doctoratus & magiſteriũ ſine peccato poſtulari pñt.

† Aliàs, argenti.

†Aliàs, ipſoſque.

†Aliàs, nobilis.

Scientiæ imperfectũ expẽſarũ perfectione quandoque ſuppletur.

Iuramentorum formæ multæ ſunt.

1 Vide Couarruuiam tract. de veterum numiſmatum collatione, c.3.§.2.

a ¶*Ponti-*

a ¶ *Pontificali.*] Aliàs non includeretur. de ſentent. excommunicatio. quia periculoſum. de elect. ſi compromiſſarius. §. huiuſmodi. libro ſexto.

b ¶ *Cuiuslibet.*] non illius ſcientiæ tantùm, cuius doctoratum contulit non recepto iuramento. Et eſt ſimile de tempo. ordin. vel non eſt.

rum terminos non excedant. ¶ Si quis autem pontificali [a] etiam † dignitate præfulgens, non recepto prius iuramento præfato, honorem cuiquam tribuerit ſupradictum: à collatione magiſterij, ſeu doctoratus cuiuslibet [b] per ſex menſes ſequentes [c] eoipſo nouerit ſe ſuſpenſum [d].

† Dictio Et, deeſt in antiquioribus exemplaribus etiam impreſſis.

TITVLVS II.

De Iudæis & Sarracenis.

¶ Clemens quintus in concilio Viennenſi.

¶ *Principes Chriſtiani compeſcere debent Sarracenos ſibi ſubiectos ab inuocatione publica nominis Machometi, & à peregrinatione, quam facere ſolent ad ſepulchrum ipſius. hoc dicit. Ioannes Andreas.*

CAP. VNICVM.

CEdit quidem [e] in offenſam [f] diuini nominis, & opprobrium fidei Chriſtianę, quòd in quibuſdam mundi partibus principibus Chriſtianis ſubiectis, in quibus interdum ſeorſum [g], interdum verò permiſtim [h] cum Chriſtianis habitant Sarraceni [i], ſacerdotes eorum Zabazala [k] vulgariter nuncupati, in templis, ſeu

¶ *Gloſſa ſequens quærit, ſoluit, & remittit. Iterum quærit & remittit.*

c ¶ *Sequentes.*] immediatè. ſi autem pendente primo ſemeſtri iterum violet hanc cõſtitutionem, an ſtatim currat ſecundum ſemeſtre, an tunc cum finitum fuerit primum dubitatur, & communiter tenetur quòd nõ ſit duplicatio totius: ſed ſtatim poſt ſecundam tranſgreſſionem, inchoat ſecundum ſemeſtre per leges. ff. ad leg. Aquil. ita vulneratus. & ad Turp. l. in ſenatus in fi. ad Carbo. l. Carbonianum. §. fin. & l. ſeq. & facit j. de priuileg. c. 1. ver. ſi qui verò. de hoc ſatis ſcripſi de elect. cum in cunctis. in fin. Sed nunquid ſuſpenſione pendente valet collatio doctoratus facta per ſuſpenſum? conſtat quòd iſte non eſt caſus quo imprimatur character: Item nec datur hoc officium ex impreſſo charactere, ſed ex poteſtate officij. & eſt quædam auctorizatio & declaratio, quę declarat illum dignum ad officium doctrinæ, & dat auctoritatem vt doceat. puto igitur quòd ſi ſuſpenſio erat occulta, hanc auctoritatis dationem ſit neceſſe iterari: ſecus ſi eſſet publica. facit de re iudic. ad probandum. quod ibi not. & vide quod dixi de hæret. ſi aduerſus. & quod not. in Specul. de inſtrum. edi. §. reſtat. ver. quid ſi tabellio.

¶ *Gloſſa ſequens primò ſoluit dubium. Secundò mouet aliud dubium & ſoluit. tertiò quærit & ſoluit.*

d ¶ *Suſpenſum.*] violans hanc ſuſpenſionem, irregularis non eſt. de ſentent. excomm. is qui. lib. 6. & dixi de exceſ. præla. cap. fin. declarari debuiſſet ad quem tunc ſpectaret collatio: ſicut factum fuit s. ead. compil. de ſtatu mon. capit. 1. ver. abbate. Et ſciendum, quód aliqui conferunt auctoritate Apoſtolica: vt archidiaconus Bononienſis: aliqui de conſuetudine, aliqui de iure communi, ſecundùm Hoſtien. qui not. in ſumma eo. tit. §. penult. in princip. quòd vbi aliud non apparet, epiſcopus cum capitulo hoc faciet. alleg. eo. tit. quia. ver. verum. parum facit & maximè ponderata decre. 2. eod. tit. & ipſius ſuperſcriptione: puto quòd in ſtudio iſto, cum ex priuilegio Apoſtolico dato ab Honorio iij. archidiaconus hoc faciat, deuolueretur ad Papam. de conceſ. præben. quia diuerſitatem. ſed quia per aliud priuilegium Apoſtolicum mortuo, vel abſente archidiacono epiſcopus & capitulum exercent officium, ipſi ſuccederent, & idem eſſet vbi archidiaconus, vel alius conferret de conſuetudine, vel de iure: quia ſuperior ſuppleret. eod. titu. cap. 2. 1. reſponſo. Quid de officiali archidiaconi? Dico quòd ipſe ſuſpenſus eſt, non archidiaconus, niſi ratum habuiſſet. de electio. ſi compromiſſarius. §. porrò. lib. 6.

Doctorat' & alij gradus à quibus cõferri poſſunt.

DE IVDAEIS ET SARRACENIS.

CEdit.] ¶ Iſta clementina iubet principibus, vt ipſi compeſcant Sarracenos ſibi ſubditos ab inuocatione Machometi: Et prohibet ipſis principibus ne patiantur eos ire ad ſepulchrum ipſius. Figura ſic caſum: Sunt aliqui principes Chriſtiani in pluribus mundi partibus, qui propter eorum auaritiam, vt accipiant tributum à Iudæis & Sarracenis, in ſuis partibus tolerant & patiuntur eſſe & morari: aliquotiens patiũtur eos eſſe ſeorſum, id eſt diuiſos à Chriſtianis: aliquotiens patiuntur & tolerant eſſe miſtos cum Chriſtianis in eadem ciuitate, in eodem vico: qui quidem Sarraceni conueniunt in vnum, ideſt ſimul in Meſquitis, i d eſt templis eorum. & ibi faciunt inuocationem Machometi. Item quid vltra faciunt? Certè ſciatis quod ipſi faciunt talia. Eſt vnus qui aliàs fuit ſepultus in quodam ſepulchro, & iſtum tamquam ſanctum in lege eorum habẽt, & annis ſingulis & diebus vadunt ad peregrinationem ad illud ſepulchrum: quare graue ſcandalum in cordibus fideliũ generatur. Quare quæro à vobis ſancte pater, an tales principes benefaciant? Et reſpondet quòd non: quia illud quod Deo diſplicet, non eſt tolerandum: quare inhibemus & prohibemus vniuerſis & ſingulis principibus catholicis, ſub quorum dominio iſti Sarraceni morantur, quòd de terris ſuis omnimodo dictos Iudæos & Sarracenos auferant, depellant, & procurent auferri à ſubditis ſuis. Et inhibemus & prohibemus expreſsè, ne præfata inuocatio Machometi, ſeu profeſſio ſui nominis publicè valeat ab aliquo Sarracenorum ſubditorum inuocari: quòd ſi qui cõtrarium fecerint, caſtigentur, id eſt, puniantur ob diuinam reuerentiam, vt alij perterriti exemplo, talia facere non præſumant. videatis textum. Not. quòd aliqui puniuntur vt cæteri capiant exemplum. ſimile in clemen. vt clericorum. s. de offi. ord. Nota quòd cauenda eſt Dei offenſa, & per ſuperiorem non eſt diſſimulanda: vt dicit glo. 2. Nota de modo quo Sarraceni conueniunt ad ſuas Meſquitas. de hoc in gloſ. audiui. Zabarella.

¶ *Prima gloſſa ſummat. & diuidit.*

e ¶ *Cedit quidem.*] Principes Chriſtiani compeſcere debent Sarracenos ſibi ſubiectos ab inuocatione publica Machometi, & à peregrinatione, quam facere ſolent ad ſepulchrum ipſius. Et prima pars ponit duplicem Sarracenorum exceſſum, quem ſecunda corrigi præcipit: ibi, *Cum autem.*

f ¶ *Offenſam.*] quæ diſſimulanda non eſt. eo. tit. in nõnullis.

g ¶ *Seorſum.*] puta quia totam vnam terram, villam, vel populationem tenent ſub principe Chriſtiano: vel habent vnam extremitatem terræ, vel parochiæ.

h ¶ *Permiſtim.*] quia in qualibet parte ciuitatis cohabitant Chriſtiani: quodlibet iſtorum fertur eſſe in Aragonia, & diuerſis terris Hiſpaniæ.

i ¶ *Sarraceni.*] qui debent à Chriſtianis publicè diſtingui per habitum. eod. titu. in nonnullis.

Sarraceni duo genera ſacerdotũ habent.

¶ *Gloſſ. ſeq. de ſacerdotibus Sarracenorum ponit duas ſpecies. Item ponit de ipſorum miniſterijs, & eorum officijs. Item de horis ipſorum.*

k ¶ *Zabazala.*] habui à reuerendo viro antiquo dño Ioanne theſaurario regis Franciæ, qui fuit captiuus eorum per quadriennium, ꝙ erratum eſt in vocabulo: quia duo habent genera ſacerdotum. Primi in ſingulari vocantur Foqui: in plurali vocantur Foca: & iſti ſunt vxorati: & manent in Meſquitis. Secundi vocantur Albages: & iſti communiter non ſunt vxorati, & relinquunt mundum, & ſic diuerſi ſunt à primis in habitu & alijs: ſicut apud nos religioſi à ſecularibus clericis: & iſti ſemel accedũt ad ſepulchrũ Machometi: & quælibet meſquita habet vnum ſacerdotem de primis, & vnum miniſtrum qui vocatur Muetdem: quod ſonat præco, qui ſupplet defectum campanarum, quas licet Sarraceni multum commendent: quia tamen Chriſtiani in eis habendis preuenerunt, nolunt eis vti. Illius præconis officium eſt: quia horis de quibus infra dicetur, aſcendit turrim Meſquitæ quadratã, in qualibet parte ſui feneſtram magnam habentem: & ad illarum quamlibet clamat alta voce obturatis auribus cum digitis, vt vox fortius reſonet in ſua lingua verba hæc ſonantia: nil aliud poſſe, niſi Deus & Machometus eius nuntius: venite ad orationẽ faciẽdam in releuationẽ peccatorum veſtrorum: & poſtea ſubmittit: Legalip. ille Halla: quod eſt dicere, nõ eſt alius victor, niſi ſolus Deus: & hæc verba omnes milites Sarraceni portant in ſcutis ſuis: & adhuc ſubmittit: Deus eſt omnipotens Horæ aũt quibus hoc facit (de quibus infra ſequitur) ſunt quinq;. Prima eſt in aurora quã vocant Zalarazobh, quod eſt dicere oratio matutinalis. Et fortè hæc fuit cauſa erroris huius verbi ſecundùm eum male recepti, cum ab illo præcone profertur. Secunda hora eſt in tertijs. Tertia, in veſperis. Quarta, in cõ-

Sarraceni cãpanis nõ vtuntur.

Sarraceni quinque horas obſeruant.

pletorio,quæ reſonat in cœnam. Quinta, in crepuſculo noctis, quæ ſua lingua reſonat in tenebris: & qualibet iſtarum horarum Sarraceni faciunt certas genuflexiones: ſicut de ſero nos facimus ad laudem Virginis.

Mesquitis [a] ſuis, ad quæ iidem Sarraceni conueniunt [b], vt ibidem adorent perfidum Machometum [c], diebus ſingulis, certis horis in loco aliquo eminenti eiuſdem Machometi nomen, Chriſtianis & Sarracenis audientibus, alta voce inuocãt & extollunt, ac ibidem verba quædam in illius honorem publicè profitentur. Ad locum [d] inſuper vbi olim quidam ſepultus extitit Sarracenus [e], quem vt ſanctum Sarraceni alij [f] venerantur & colunt, magna Sarracenorum earundem partium, & etiam aliarum confluit publicè multitudo: ex quibus noſtræ fidei nõ modicum detrahitur, & graue in cordibus fidelium ſcandalum generatur. ¶ Cum autem hæc in † diuinæ maieſtatis diſplicentia non ſint vllatenus tolleranda, ſacro approbante concilio, ipſa in terris Chriſtianorum diſtrictius fieri deinceps inhibemus vniuerſis & ſingulis principibus [g] catholicis, ſub quorum dominio dicti Sarraceni morantur, & fiunt prędicta ſub obteſtatione diuini iudicij obnoxius † iniungentes: quatenus ipſi tamquàm veri catholici & Chriſtianæ fidei ſeduli zelatores, opprobrium, quod tam ipſis quàm cæteris Chriſticolis per præmiſſa ingeritur, debita conſideratione penſantes: ipſum (vt proinde æternæ beatitudinis præmium aſſequãtur) de terris ſuis omnino auferant, & à ſuis ſubditis auferri procurent: inhibẽdo expreſsè, ne præfata inuocatio, ſeu profeſſio nominis ipſius ſacrilegi Machometi publicè, aut peregrinatio prælibata ab aliquo in eorum exiſtẽte dominio audeat attentari decætero, vel quomodolibet ſuſtineri, Hi verò qui ſecus præſumpſerint, taliter ob diuinam reuerentiam

Baſilicæ, Meſquitæ, ſynagogæ differunt.

a ¶*Meſquitis.*] quod nos vocamus baſilicas, vel eccleſias: ipſi vacant Meſquitas, Iudæi ſynagogas eodẽ titulo, Iudæi. & capitu. conſuluit.

b ¶*Conueniunt.*] audiui ꝙ fœminæ non conueniunt ibi cũ maribus: & quando intrãt, hoc faciunt nudis & lotis pedibus, & cum certa deuotione.

c ¶*Machometum.*] in hiſtoria eccleſiaſtica legitur Machomethũ 1 nutritum fuiſſe à quodam clerico nobili Romano: qui cũ tempore Bonifacij Papæ quarti quædam petita impetrare non potuiſſet: apoſtatauit à fide, & nutriuit illum cum quadam colũba alba, quæ recipiebat grana de aure eius: & ſic erudita ꝑ hoc quòd qñ valebat Machometus, illa ponebat in publico os ad aurẽ: & ſic dicebat qđ ſpiritus ſanctus alloquebatur & inſtruebat illum: iſte poſtmodũ dedit legem Sarracenis, vt hæc in hiſtorijs eccleſiaſticis plenius reperiri poſſunt.

1 De Machometi initijs, incremento & nefaria ac impia ſecta cõſule bonorum auctorum hiſtorias.

Machomeſus legem Sarracenis dedit.

† Dictio, in, deeſt in antiquioribus codicibus etiam impreſſis.

d ¶*Ad locum.*] qui dicitur Mœcha.

e ¶*Sarracenus.*] communiter habemus ꝙ fuerit Machometus, de quo præmittit.

† In antiquoribus etiam impreſſis cõſtanter legitur, obnixius.

f ¶*Alij.*] qui non cohabitant Chriſtianis.

g ¶*Principibus.*] ad quos ſpectat coercere tales: cum enim non ſint creaturæ eccleſiæ, illos eccleſia non coercet, de diuor. gaudemus. Ioan. And.

h ¶*Perterriti.*] ſ. cad. compil. de offi. ord. c. 1. cum concor.

M*Vltorum.*] ¶Iſta clementina ẽ longa, cape diuiſionem gloſſæ, & proſequere text. Et dicit, quærela multorũ pulſauit auditum ſedis Apoſtolicæ: ac ſi diceret Papa: fuerunt nõnulli, qui conquerebantur de tali re, vel tali. Nota ꝙ quærelæ multorum mouent principem. de hoc in glo. 2. & dicit Paulus eum moueri, qñ querelantes mouentur bono zelo: vt hic, & de accuſa. qualiter. 2. aliàs ſecus vt in ca, cum in iuuentute. de pur. cano. Nota ꝙ non debemus excedere metas noſtras. de hoc in gloſ. 3. & pro hoc fines mandati ſunt diligenter ſeruandi. de reſcri. cum dilecta. de offi. deleg. cũ venerabili. Zab.

¶*Prima gloſſa ſimul diuidit & ſummat.*

i ¶*Multorum.*] Primò præmittit conſtitutionis cauſam. Secundò: ibi: *Propter quod.* ponit conſtitutionem de officio inquiſitionis exercendo per diœceſanos, & inquiſitores. Primò ponens quinque, quæ poteſt alter ſine altero. Secundò tria, quæ non poteſt: & decretum apponit: ſubmittens quomodo impeditus, vel intereſſe nolens committit alij, vel conſentit. Tertiò: ibi, *Sanè,* prouidet circa muros, vel carceres hæreticorum ipſorum, claues, cuſtodes, & cuſtodum miniſtros. Quartò: ibi, *Porrò.* ponit iuramentum cuſtodum, miniſtrorum ſuorum, notariorum, & aliorũ officialium. Quintò: ibi, *Verùm.* punit epiſcopos, inquiſitores, & eorum ſubſtitutos, qui faciendo, vel omittendo delinquunt in officio. Sextò: ibi, *Alia.* confirmat antiqua iura huic conſtitutioni non obuia. Ioan And.

caſtigetur ab ipſis, quòd alij eorum exemplo perterriti [h] a præſumptione ſimili arceãtur.

TITVLVS III.

De hæreticis.

¶Clemens v. in concilio Viennenſi.

¶*Præmittit conſtitutionis cauſam. Ioannes And.*

CAP. I.

MVltorum [i] † querela ſedis Apoſtolicæ pulſauit [k] auditum, ꝙ nonnulli inquiſitores ꝑ ſedem eandem contra prauitatem hæreticam deputati metas [l] ſibi traditas excedentes [m], ſic interdum extendunt † ſuæ poteſtatis officium, vt quod in augmentum fidei per circumſpectam eiuſdem ſedis vigilantiam ſalubriter eſt prouiſum (dum ſub pietatis [n] ſpecie grauantur innoxij [o]) cedat in fidelium detrimentum [p].

¶*Ponit conſtitutionem de officio inquiſitionis exercendo per diœceſanos & inquiſitores: primò ponens quinque, quæ poteſt alter ſine altero. Secundò tria, quæ non poteſt, & decretum apponit ſubmittens, quomodo impeditus, vel intereſſe nolens committit alij, vel conſentit. Ioan. And.*

¶ Propter quòd ad Dei gloriã & augmentum eiuſdem fidei, vt negotium inquiſitionis huiuſmodi eò proſperetur felicius, quo deinceps eiuſdem labis indago [q] ſolemnius, diligẽtius, & cautius peragetur: ipſum tam per diœceſanos Epiſcopos, quàm per inquiſitores à ſede Apoſtolica deputatos [r] (omni carnali amore [ſ], odio, vel timore, ac cuiuslibet cõmodi temporalis affectione ſemotis) decernimus exerceri: Sic quòd quilibet de prædictis ſine alio citare [t] poſſit, & arreſtare, ſiue capere [u], ac tutæ cuſtodię mancipare [x], ponendo [y] etiam in compedibus, vel manicis [z] ferreis, ſi ei viſũ fue-

k ¶*Pulſauit.*] talis pulſatio communiter prĩcipes mouet, vt hic: quandoq; etiã non mouet ex cauſa. de purga. cano. cum in iuuẽtute.

† De materia & intellectu vide doctores in c. vt cõmiſſi. & ca. per hoc. de hæreti. lib. 6.

l ¶*Metas.*] dicitur à metior metiris: & eſt finis, vel terminus agri, vel cuiuſcunq; rei habemus meto, metis, qđ ponitur pro collectione meſſium. de pœnit. & remiſ. cũ ex eo poſt princip. inde dixit quidam: *Dum tua rura metis, vicinis parcito metis.* Has verò metas non licet trãſgredi de ſepul. c. 1. vbi de hoc.

Meta, quid eſt. vide l. cũ de lanionis ff. de fund. inſtr. vel iſt. leg & c. fi. de ot. archid.

m ¶*Excedentes.*] aliàs, extendentes.

† Aliàs, excedunt.

n ¶*Pietatis ſpecie.*] concor. 30. q. 1. noſte. cum ſuis concor. eo ti. excommunicamus. §. quia verò. de ſimo. ad Apoſtolicam. infra ca. fi. verſi. nonnulla.

o ¶*Innoxij.*] quod eſſe non debet. de ſent. excom. Romana. in fi. libro ſexto.

p ¶*Detrimentum.*] qđ eſſe non debet. de pœnis. in quibuſdam. de app. c. 3. & c. ſuggeſtũ. đ of. ord. irrefragabili.

q ¶*Indago.*] quaſi indagatio, inquiſitio, vel inueſtigatio, de iureiur. quanto. poſt princ. de offi. dele. c. 1. & vlt. li. 6.

r ¶*Deputatos.*] generaliter. ſ. eo. ti. per hoc. lib. 6. & vide quod ibi notatur in prima gloſ.

ſ ¶*Amore.*] quatuor modos 2 exprimit, quibus peruerti ſolet humanum iudicium. 11. q. 3. quatuor, de re iud. cum æterni. libro 6. [Et iſti quatuor modi poſſunt his verſibus comprehendi.]

Quatuor iſta: metus, odium, dilectio, cenſus.
Sæpe ſolent hominum rectos peruertere ſenſus.

2 Viđ alios modos quibus peruertitur humanum iudicium ꝑ glo. & Turrecrematã in ca. quatuor. & c. quicũque 11. q. 3.

t ¶*Citare.*] hoc eſt primum de quinque, de quibus dixi.

u ¶*Capere.*] ſecundum quod differt à ſequenti, ſæpe etenim capitur qui non incarceratur. de ſent. excom. ſi clericos. lib. 6. infra de exceſ. præla. frequens. in princip. & poſt principium.

x ¶*Mancipare.*] tertium.

y ¶*Ponendo.*] quartum.

z ¶*Manicis.*] ſicut compedes ſunt catenæ, vel vincula circa pedes:

Manicæ & compedes ſunt vincula.

pedes: ita maniςæ catenæ, vel vincula circa manus. de vtroq; Pſal.penult. 1 Ad alligandos reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis. Ioan.And.

1 Pſal.140. incip. Cantate Domino canticũ nouum.

a ¶[*Oneramus.*] concor. 5.ead.compil.de iure pat.cap.1.& ibi dedi concord.de hoc.

b ¶[*Inquirere.*] quintum.

c ¶[*Duro.*] poſuit quinque alteri ſoli permiſſa: nunc ponit tria prohibita: & ecce primũ.

d. ¶[*Ad pęnam.*] de pęnis, quamuis.li.6. de verb.ſign. nouimus.de apoſta.cap.penult.

¶[*Gl.ſe. de tormẽtis remittit, & dubiũ ſoluit.*

e ¶[*Tormentis.*] ſecũdum. De tormentis teſtium actoris & rei notatur 15.q.6. in sũma. facit 5.q.5. illi qui. de reg. iur. cum in contẽplatione. Puto autem quòd ieiunia, quæ inquiſitores ad veritatẽ eruendam ſolent indicere, ſint tormenta: ita quòd alter hoc nõ poſſit ſine altero: per hanc literam. Nam quæſtionis verbo, intelligimus tormenta corporis, dolores, & malam manſionem. ff.de iniu.item apud. §. quæſtionem. & §. quæſtionis. & ff. ad Syllania.l.1.§. quæſtionem, item patet per etymologiam, qua dicitur tormentum, quaſi torquens mentem Ioan.And.

Quæſtio qd cõphendit.

Tormentũ torq̃ri mentem.

rit faciẽdum: ſuper quo ipſius conſcientiam oneramus[a], nec non inquirere[b] contra illos, de quibus pro huiuſmodi negotio, ſecundùm Deum & iuſtitiam viderit expedire: Duro[c] tamen tradere carceri, ſiue arcto, qui magis ad[d] pœnã, quàm ad cuſtodiam videatur, vel tormentis[e] exponere illos, aut ad ſententiam[f] procedere contra[g] eos, epiſcopus ſine inquiſitore, aut inquiſitor ſine epiſcopo diœceſano, aut eius officiali, vel epiſcopali ſede[h] vacante capituli[i] ſuper hoc delegato, ſi ſui adinuicem copiam habere valeãt intra octo dierum ſpatium, poſtquàm ſe inuicem requiſierint[k], non valebit. Et ſi ſecus præſumptum fuerit, nullum ſit, & irritum ipſo[l] iure. ¶Verùm ſi epiſcopus, vel eius capituli ſede vacante delegatus cum inquiſitore, aut inquiſitor cum altero eorundẽ propter præmiſſa nequeat, aut nolit[m] perſonaliter conuenire, poſſit epiſcopus, vel eius, ſeu capituli ſede vacante delegatus inquiſitori[n], & inquiſitor epiſcopo, vel eius delegato, ſeu ſede vacante illi, qui ad hoc per capitulum fuerit deputatus ſuper[o] illis committere vices ſuas, vel ſuum ſignificare per[p] literas conſilium, & conſenſum[q].

¶*Prouidet circa muros, uel carceres hæreticorum, ipſorum claues, cuſtodes, & cuſtodum miniſtros. Ioan. An.*

¶Sanè, quia circa cuſtodiam carcerum hæreticalium, qui muri[r] in quibuſdam partibus vulgariter[s] nuncupantur, multas fraudes dudum intellleximus perpetratas: Nos † volentes ſuper hoc prouidere: ſtatuimus, vt quilibet talis carcer, vel murus, quem decætero epiſcopo, & inquiſitori prædictis volumus fore communem, duos[t] cuſtodes habeat princi-

f ¶[*Ad ſententiam.*] tertium. Olim autem quando alter ſolus procedebat, ſolus ſententiabat. Si ambo procedebant licet diuiſim, communicabant ſibi proceſſus in fine, cum non reſtabat niſi ferre ſententiam.cod.tit. per hoc. lib.6. & in extrauagan. Benedicti, ex eo quod tñ adhuc hodie ſeruabitur, qđ dicit decretalis ꝑ hoc, vt ſi diſcordent in ſnĩa, conſulatur Papa.

¶*Gloſſa ſequens quærit an ſolus abſoluat, ſoluit quòd ſic.*

g ¶[*Contra eos.*] ſed nunquid pro eis 2 poſſet alter ſine altero deſinire? videtur ꝙ ſic: quia à iure veteri non recedimus, niſi inquantum inuenitur expreſſum. Sed ita eſt ꝙ olim & hodie alter ſolus poteſt inquirere, & de iure veteri, cum ſolus procedit ſolus pronuntiat: vt dixi in glo. proxima. quod hodie immutatum eſt ſi condemnat per hãc literã: ergo ſi abſoluit, remanet ius antiquum facit de elect.ſtatutum. lib.6.& eſt ſimile quod notatur 12.diſt.præceptis.3.q.6. accuſatus.

2 De materia gloſſę & an rei poſſint abſolui ab inquiſitore ſine epiſcopo, & ecõtra; vide Zanchi. in tract. de hæret. cap.15. nu. 2. Feli. in cap.3. de ſent. & re iudi. Deciũ in l. nemo. ff.de re.iur.

¶*Glo.ſeq.ad duos caſus prorogat.*

h ¶[*Sede vacante.*] vel quaſi vacãte: vt in caſu decretalis ſi epiſcopus. de ſuppl.negl. præla. lib.6. Item intelligo ſedem vacare quo ad hunc caſum iuriſdictionis capituli: etiam quando prouiſum eſt, ſed prouiſus adminiſtrare non poteſt: quia nondum habet literas per conſtit. Bonifacij iniunctas. facit de transla.cap.2.

¶*Glo.ſeq.ad quęſtionem, an capitulum viſitet, arguit pro & contra. ponit opinionem Ioan. Mona. & contrariam: & declarationem expoſcit, & opiniones concordat.*

i ¶[*Capituli.*] hæc litera infra pluries repetita: & decretalis infra proxima faciunt ad quæſtionem, an capitulum ſede vacante 3 poſſit viſitare, & debeat procurari: de quo per Ioan. Mona.de ſepul.negl.præl.eccleſiæ.& per Archid.eod. tit.ſi epiſcopus.& quòd poſſit, alleg. quia eps hoc poteſt: & eſt iuriſdictionis, in qua ſuccedit capitulum.de maio.& obed.his quæ.& c.cum.olim.eod.tit.c.1.lib.6.de inſtit.cap.1.eod.lib.ergo hoc poterit: aliàs tempore vacationis remanebunt crimina incorrecta.alleg. etiam prædictam decretalem, eccleſiæ. vbi viſitator datus à metropolitano à quo certus caſus excipitur, in alijs videtũr poteſtatem habere: quaſi per exceptionem firmetur regula.ff.de fun.inſtr. quæſitum. §. denique Neratius. 32. q.7. dñs. Cum autem metropolitanus nil habeat niſi de iure transfuſo de capitulo in metropolitanum: ergo capitulũ hoc habet. faciunt notata per Inno.de hære.ad abolendam. In contrarium hoc non eſt iure expreſſum, ergo nec attribuendũ: licet enim capitulum conſeruet iura epiſcopatus.12.q.2.charitatem.& c.illud.& ius reddat agentibus, accuſantibus, & denuntiantibus; non tamen viſitat: ſed is qui datur à Papa. 61. diſt.obitum. vbi probatur ꝙ vacans Eccleſia deſtituitur viſitatione. Sed ſecũdùm Archid. dici poſſet, ꝙ illud deſtitutæ non reſpicit viſitationis operam, ſed eccleſiæ vacationem: ſicut de elect. eccleſia 1.& 2. in prin. Item capitulum 4 eſt neceſſarius, non voluntarius adminiſtrator. ergo non poterit quod adminiſtrationi neceſſario nòn incũbit. Et hoc tenet Ioan.Mona. ſed Archid. non eligit: videtur tamen plus accedere primò dicto, ꝓ quo facit: quia iſte nõ eſt actus per quem præiudicetur epiſcopo: ſicut beneficiorum collatio, & alienatio perſonarũ, & rerum: de q. bus.de maio. & obed. cap.1.71.diſt. fraternitatem.12.q.2.ſi qua de rebus. egeret declaratione nõ ſolùm in hoc, ſed in pluribus alijs articulis hoc quod dicitur capitulum ſuccedere in iuriſdictione vacante ſede. Volens tenere opinionem Ioan. poſſet dicere illam veram in generali viſitatione ciuitatis, & diœceſis, cõtrariam in ſpeciali viſitatione, vel inquiſitione cõtra certas perſonas, vel loca.

3 Capitulũ vtrũ ſede vacante poſſit viſitare & ꝓcuratioñé exigere. vide Ioan. de Lignano, & Abbaté in c.cum olim extra đ maior.& obed.

4 Vide Abbatem in c. verũ. de foro comp. & Felin.in ca. cũ omnes. de conſtit. & deciſionẽ Rotæ 32.in nouis.

† De materia iſtius §. vide Zanc. tract.de hæret.cap.8.& 10. Gondiſaluũ trac. de hære. q. 11. Sylueſ. in verſ. hæreſ.2.

¶*Gloſſa ſequens notat, & remittit, & duo dubia ſoluit.*

k ¶[*Requiſierint.*] requirit ergo per parem.de hoc de offi.deleg.cum cauſa.in 1.glo. & puto ſufficere vnam 5 requiſitionem.& facit quod notatur 18.diſt.ſi epiſcopus. in vlt. gloſ. & quod dixi de iureiurando, ego N.& in requiſitione non eſt neceſſe terminum exprimi, ſed ipſo iure ſtatim currit. ſic de excep.pia.lib.6.& 5.ead.compil.de deci.cap.1. & hic adde quod ibi dixi. Ioan.And.

5 Vide Fel. in c.ex literis. de cõſt. Panorm. c. ego enim.đ iureiurand. Roma. cõſ. 426. Alcia. conſil. 82. lib.8.

l ¶[*Ipſo iure.*] quo ad iuris effectum 6. ſi enim de facto tortus eſt, vel durè carceratus hoc nequit non fuiſſe.ff.de capt. & poſtli.reuer.l.in bello.§.factæ.& facit quod dixi de appella. vt noſtrum. Sed ſi interlocutoria ſolùm lata eſſet ſuper carcere, vel tortura, illa nullã eſſet: & lex permittit tunc appellare: quia grauamen tolli non poſſet per appellationem interponendam poſtmodum à definitiua. de appel. ſuper eo 2.1.reſpon. 2.q.6.ante ſententiam.ff.de app.recip. vel non.l.2.

6 De materia gloſſ.vide Corſetum in ſuis ſingularib. in verbo cõfeſſio, & in verbo appellatio. & Zãchinum in trac. de hær.c.29.

m ¶[*Nolit.*] ſimile de reſcrip.ſciſcitatus.in fi.

n ¶[*inquiſitori.*] hic iunge finem.ſuper illis, &c.

o ¶[*Super illis.*] carceratione, tortura, & ſententia.

p ¶[*Per literas.*] conc.64.diſt.cap.1. & 2.de tẽp.ord.nec epi.

¶*Glo.ſeq.ponit diuerſitatem & rationem diſiunctæ.*

q ¶[*Conſenſum.*] ſufficit ergo ꝙ committat, vel conſentiat illum procedere: quæ ſunt diuerſa. facit quod ſcripſi de foro compe.ſignificaſti. ſuper gloſ.fina. de eccle. ædifi. ad audientiam 2.ſuper 1.glo.vnde in electione licet primum, & non ſecundum. de elect.c.penul.in fi.lib.6.ita hic delegatus epiſcopi, vel capituli poteſt ſecundum, & non primum: quod fortè fuit cauſa huius diſiunctę: alterum verò iſtorum hic eſt neceſſarium infra octo dies poſt requiſitionem. poſt octo verò dies neutrum eſt neceſſarium, vt ſupra.

r ¶[*Muri.*] eod.tit.vt commiſſi.lib.6.ver.& illorum.

ſ ¶[*Vulgariter.*] ſimile 5.ea.compil.de relig.domi.c.1.in prin. & ibi concord.

¶*Glo.ſeq.in quæſtionem allegat pro, & ſoluit contrarium.*

t ¶[*Duos.*] niſi de vno cõcordarent: in caſu.n.diſcordiæ manaſſe videt̃ hæc prouiſio. facit de appel. cũ ſpeciali.puto contrariũ.ſ.ꝙ de vno cõuenire nõ poſſint: ſed neceſſarij ſint duo: nec eſt hoc prouiſum propter diſcordiam, ſed ad ſecuriorem cuſtodiam: quod ſatis ſonant verba.facit optimè ff.de cuſtod.

reo.l.vlt.in princip.ibi, nec vni. ſed duobus cuſtodia cōmittē da eſt.& idem dicimus de miniſtris, de quibus ſequitur.

a ¶*Prouidebit eidem.*] de ſuis reditibus, non de parte prouē tuum inquiſitionis officio deputata, vt in extrauagan.Benedicti ex eo quòd.§.verum quia.

b ¶*Etiam prouidebit.*] inquiſitor ſcilicet de prouentibus deputatis officio.

c ¶*Miniſtrum.*] ſimile de fil.presby. propoſuit.in fi. facit quod dixi ſuper rubrica, de offic.cuſt.Ioan.And.

d ¶*Conclaui.*] concordat de elect. vbi periculum. §. in eodem. cum ſuis concor. lib.6.

e ¶*Diuerſæ.*] ne vnus cuſtos ſine altero poſſit aperire. Interdū.n. in eadem ſera habent plures ſocij plures claues, vt qlibet per ſe & aperire & claudere poſſit: cuius contrariū hic intendit.

f ¶*Subdelegare.*] qđ aliàs non poſſet: cū ſibi miniſterium demādet ſine iuriſdictione, in quo videt electa induſtria pſonæ.de offi. deleg.c.fi.& puto per hāc literam, ꝙ in aſſumendo miniſtro non requiretur conſenſus epiſcopi, vel inquiſitoris.

g ¶*Iurabunt.*] ſimile. s.ead.compil. de relig. domi.cap.2.verſ.illi ēt. de magiſt.c. 2.ſed in illis nihil dicitur de corporali actu.

¶*Gloſſa ſequens de corporali iuramento remittit, & opinionē ponit, cuius rationem determinat, ponit dictum Innocentij: ſubdit quadruplicem formam iurandi, & conſuetudinis interpretationem, quā determinat.*

† Vide Archidiaconū in c. cleric° 81. diſ.& in c. ſi peccauerit.2.q.1. Ioan. And. in ca.vlt. de hęret.

h ¶*Tacta.*] vt not. de electio.vt circa. ver.coram.lib.6. in gloſ.2. in corporali iuramēto nō ſufficit præſentia, ſed requiritur tactura Euāgeliorum. Quidam dicunt, ꝙ corporale iuramentum ſatis eſt ꝙ habeat corporis ſenſum, vt viſum.facit 35.q.6. eps.per id quod de poſſeſſione dicitur, ꝙ ibi requiritur actus corporalis, & cum viſu transfertur.ff.de acquiren.poſſ.l.quod meo. §. ſi per venditorem.& l.1.§.penult.& not.de cōſue. c.2.ſed illud verum, cum tradens & accipiēs hoc intendunt.ſecus ſi poſſeſſio erat vacua, vt ibi not. Vt ego ſcripſi poſt Innocen.de iureiu.etſi Chriſtus. verſi. ꝙ autem. iuramēta quæ præcipiūtur à iure, ſicut teſtis, calumniæ, veritatis, vel quæ à iure, iudice, vel parte ex neceſſitate deferunt, debent fieri tactis Euangelijs: aliàs fieri poſſunt ſine tactura. & vide quod not.22.q.1.in ſumma. Sed videtur ꝙ plus obliget corporale facit 2.q.5.quanto, & c.ſeq.C. ſi minor ſe maior.dixe.l.ſi alterius. Quedā autem iura dicunt ſimpliciter iurari, quædā corporaliter, quædā ſuper ſācta Dei Euāgelia, quædam addunt ipſorū tacturā, vt hic, & 1.q.7. quoties & ſupra ea.cōpil.de iureiur.Romani. verb. porrò de frigid. & maleſi.laudabilem.Patet de primo, de iureiur.eod.titu.per totum.lib.6.de teſtib. præſentium. & c.penul. de excep.paſtoralis.qui ma accu.poſſ.cum in tua.de ſenten.excom. ex tenore. De ſecundo, de hære.ad abolendam.§.ſtatuimus.de ſent. exc. venerabilibus. de electio. vbi periculum.§.ſuper his.& cap.vt circa.& c.procurator.lib.6.De tertio, de purga.cano. quoties. Apud Italicos interpretatur conſuetudo, ꝙ ſufficit quemlibet librum, vel quamlibet ſcripturam tangere.qđ ſatis puto procedre, et vbi de corporali iuramento exprimitur. nō ſic vbi de tactura Euāgeliorum: vt hic, & in concordan.

Iuramenta an ſemper præſtari debeant tactis Euāgelijs, vide abbatem in c.etſi Chriſtus đ iureiur. & in c. fraternitatis. de teſtib. Ancharanū in c.vt circa.đ elect. lib.6. & Felinū in c.1. de fide inſtr.

pales, diſcretos, induſtrios & fideles: vnum quem volet epiſcopus & prouidebit[a] eidem, alium, de quo voluerit inquiſitor, cui etiam[b] prouidebit: & quilibet prędictorum cuſtodum ſub ſe alium bonum & fidum poterit habere miniſtrū[c]. In quolibet etiam conclaui[d] eiuſdē carceris, ſiue muri erūt duæ claues diuerſæ[e]: quarum vnam vnus, aliā alius tenebit prædictorum cuſtodum, & eā cum officio miniſtrandi, quæ incarceratis fuerint miniſtranda, ſuo poterit committere, vel ſubdelegare[f] miniſtro.

¶*Ponit iuramentum cuſtodum miniſtrorum ſuorum, & notariorum, & aliorum officialium: Ioan. And.*

¶ Porrò coram epiſcopo, vel capitulo ſede vacante & inquiſitore prædictis, vel ſubſtitutis ab eis cuſtodes ſupradicti, antequā ſuum officium exequatur, iurabunt[g] ad ſancta Dei Euangelia corporaliter à ſe tacta[h], quòd in cuſtodia immuratorum & aliorum pro crimine ſupradicto in ſua cuſtodia poſitorum, & ponendorū[i], omnem diligentiam, & ſollicitudinem, quam poterunt[k], fideliter adhibebunt: Et quòd alicui incarcerato nihil vnus in ſecreto[l] † loquetur, quin hoc audiat alter cuſtos. Et quòd prouiſionem, quam incarcerati recipiunt ex ordinatione communi, & illud quod à parentibus & amicis, vel alijs perſonis fidelibus offeretur eiſdem (niſi epiſcopi & inquiſitoris vel ſuorum commiſſariorum ordinatio refragetur) ipſis fideliter, & abſq;[m] diminutione aliqua miniſtrabunt, nec in his fraudem aliquam adhibebunt. Et idem iuramentum & coram[n] eiſdē perſonis miniſtri cuſtodum, priuſquàm ſuum exerceant officium exhibebunt. Et quia ſæpè contingit epiſcopos proprios habere carceres, ſibi & dictis inquiſitoribus non communes: volumus & diſtrictè præcipimus, vt cuſtodes ad incarceratorum pro dicto crimine[o] cuſtodiam per epiſcopos, vel ſede vacante per capitulum deputandi[p], & eorum miniſtri coram dictis inquiſitoribus, vel ſubſtitutis ab eis præſtent ſimile iuramentum. Notarij[q] † quoque inquiſitionis coram epiſcopo, & inquiſitore, vel ſubſtitutis ab eis, iurabunt[r] ſuum officium fideliter exercere. Et idem fiet de alijs perſonis[ſ] neceſſarijs ad prædictum officium exequendum.

¶ *Punit epiſcopos, inquiſitores, & eorum ſubſtitutos, qui faciendo, vel omittendo delinquunt in officio. h.d.*

¶Verùm, quia nimis eſt graue ad exterminationem prauitatis prædictæ non agere[t] quod ipſius contagioſa enormitas agendum requirit: graue eſt quoque & damnatione digniſſimum[u] malitioſè inſontibus eandem imponere prauitatem: epiſcopo & inquiſitori prædictis, ac alijs ad dicti executionem officij ſubſtituendis ab eis, in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub interminatione maledictionis æternæ præcipimus, vt ſic diſcretè & prōptè contra ſuſpectos, vel diffamatos de huiuſmodi prauitate procedant, quòd malitioſè, aut fraudulenter[x] tantam labem, ſeu quod ipſos in executione officij inquiſitionis impediat, falsò alicui non imponant. Quòd ſi odij, gratiæ, vel amoris, lucri, aut cōmodi

i ¶*Ponendorum.*] vbi hoc exprimitur, iuratur ſuper futuris: & ſic non obſtat de iureiur. cap.penult.

k ¶*Poterunt.*] 22.q. 2.faciat.

l ¶*Secreto.*] ſimile de elect. vbi periculum.§. nulli.lib.6.cum ſuis cō cord. & de ſecreto habetur infra ca. prox.de pœniten. diſt. 1.§. hoc ergo. in princ. & verb. filiam.& de hæret.cap. vlt.lib.6. nec ſumitur tam amarè hoc verbū, quin alter cuſtos in abſentia alterius captiuū alloqui poſſit, de non ſecretis ipſis incarceratis.

† De iuramento notariorū. Hoſtien. & doctores in c. vt officium. §.ad cōſcribendas. de hæret. li.6. & in c. ſicut ne cleri. vel monachi.

m ¶*Abſque diminutione.*] non ſicut infideles ſeruientes: vel miniſtri, qui ſemper de eo quod dominis datur decimam, vel aliam quotam ſubtrahunt.vt notat.1.q.1. Chriſtus. 13.q.1.§. 2.verb. ſed videte.

Miniſtri q dam ſunt infideles dominis ſuis.

n ¶*Coram eiſdem.*] epiſcopo, vel capitulo, & inquiſitore vel ſubſtitutis ab illis.

o ¶*Pro dicto crimine.*] de incarcerandis ergo pro alijs criminibus non iurant inquiſitori.

p ¶*Deputandi.*] dato ergo quòd capitulum haberet iuriſdictionem & carcerem: non tamen in ſuo carcere, ſed epiſcopali tales tenebit ſede vacante.

q ¶*Notarij.*] qui poſſunt eſſe conſtituti in ſacris & religioſi: quod dic vt eod. tit. vt officium.§.ad conſcribendas.lib.6.

r ¶*Iurabunt.*] ſpeciale 1 eſt propter magnitudinem criminis, & fauorem fidei: aliàs ſufficere deberet iuramentum in creatione præſtitum. de præſcriptio. ad audientiam. de cuius forma ſcripſi. ne cleric. vel monach. ſicut te. [& Specu. de fide inſtru. §.reſtat. verb.ſed quæro.]

1 Vide Aretlatanum đ hæret. notab.36. Bernardū in lucerna, verb. notari° primo.

ſ ¶*Perſonis.*] officialibus nuntijs ad citationes faciendas, & & apparitoribus, de quibus infra cap.prox.

t ¶*Non agere.*] concord. de ſimo. nemo. & quod ibi notat.

u ¶*Digniſſimum.*] idem verbum 81. diſtinction. cap. 1. in fin.

x ¶*Fraudulenter.*] falsò alicui non imponant quod ſequitur.

a ¶*Obtentu.*

a ¶*Obtentu.*] vbi ergo non propter alterum prædictorum: ſed fortè timore, vel propter vitandum ſcandalum hoc omitterent, non eſt locus pœnæ.

b ¶*Et conſcientiam.*] Nota, & quòd copulat. 1 concor. de re iudicata, cum æterni. lib. 6.

1 Et, copulat. l. ea tamen adiectio. ff. de leg. 3. l. hæredi. §. Caio. ff. de ſūd. inſtru.

c ¶*Eodem.*] odij, gratiæ, &c. vt ſupra.

d ¶*Alij verò.*] ſcilicet inquiſitores, vel ſubſtituti ab eis, vel ab epiſcopis, vel capitulis vacante ſede.

Crimina occulta an ligent per cōſtitutionē eccleſiæ militantis vide doctores j. citatos.

¶*Gloſſa ſequens inducit hoc computato, xx. iura, quòd conſtitutio eccleſiæ liget ad pęnam omnino occultam: dicens per hoc indubiam quæſtionem de dubio hæretico. In qua recitat opinionem. In contrarium inducit xiij. iura: ſubdit duas opiniones, & prius dictum approbat.*

e ¶*Eo ipſo incurrant.*] Hic patet apertè, quòd conſtitutio eccleſiæ militātis ligat crimen omnino occultum quo ad pœnas ſuſpenſionis & excommunicationis. ad idem s. ead. cōpilat. de ſtat. mon. cap. 1. §. quia verò. j. de pęni. cap. cupientes. §. qui verò. Nec turbentur aliqui: nam hoc idem probatur de ſchiſma. cap. 1. verb. omnem. lib. 6. & eod. lib. de elect. vbi periculum. verb. nulli. & capitu. fundamenta. §. quòd ſi ſecus. & cap. quia ſæpè. facit eo. titu. ſciant. & capitu. ſequen. & cap. indemnitatibus. §. poſtremò. de offic. delega. cap. fi. §. pars verò. de offic. ord. cap. vlt. de iud. capitu. 2. verb. prouiſo. de re iudic. capitulo 1. & 2. ad fin. de homici. pro humani. verb. ſacri. Ad idem antiqua iura. de ſentent. excommun. porrò. & cap. cum non ab homine. de tempor. ordin. cap. vlt. patebat idem de immunitate eccleſiæ, clericis. lib. 6. verb. necnon. Et ex his videtur indubitatum, quòd Archid. habebat pro dubio: & diſputationi relinquebat in decretali, cū quis. de ſent. excommu. lib. 6. an hæreticus 2 omnino occultus ſit excommunicatus. Ioan. tenet quòd ſic. 34. quæſt. 1. in ſumma, & in glo. ſeq. de pœn. diſtin. 1. cogitationis. Placet etiam Gof. & Ray. in ſumma, de hære. Ad contrarium inducitur. 32. diſt. erubeſcant. & quod ibi notatur. 33. diſt. habuiſſe. 50. diſ. §. ſed illud. in fi. 2. q. 1. nomē. & q. 5. cōſuluiſti. & 6. q. 1. ſi oīa. 15. q. 6. c. 1. ver. nō pōt. 30. q. vlt. §. his ita. & c. ſeq. 32. q. 5. cap. vlt. de ſimo. ſicut tuis. in fi. & c. ſeq. Facit ad hoc: quia ex voluntate, quæ non procedit in actum, non ſcandalizatur Eccleſia. 14. quæſtio. 3. Deus quibus. Sunt qui nolunt fateri per clauem Eccleſiæ ligari poſſe omnino occulta, niſi illa ſint expreſsè lege diuina damnata: ut vſura in qua damnatur ſpes occulta. de vſu. conſuluit. Alij dicunt, quòd ſi factum eſt publicum, ſed occultum quis fecerit, ligari poteſt per Eccleſiam. 5. quæſt. 1. quidam. de offi. ordi. ſi ſacerdos. Si verò & factum & faciens ſunt occulta: ſecus vt in contrarijs. Sed vtrique dicto obuiant iura allegata in princip. gloſſæ: quare de plano fateamur, quòd conſtitutio militantis Eccleſiæ ligat omnino occulta: non tamen nominatim de illis iudicat tribunal Eccleſiæ: imo ipſa Eccleſia inquantum per hominem, iudicat hominem nominatim, & inquantum eſt collectio fidelium: ligatos ſic occultos habet pro ſolutis. de ſenten. excom. à nobis 2. & ſic loquuntur contraria.

† In mortis articul. nulla eſt caſuū reſeruatio: atq; idō omnes ſacerdotes quoslibet pœnitentes à qbuſuis peccatis & cenſuris abſoluere poſſunt. ita conciliū Trident. ſeſſio. 14. ca. 7. de caſuum reſeruatione.

2 Hæretic^s oīno occultus, an ſit excommunicatus, de quo vide oīno Alfonſum Caſtr. li. 2. c. 18. de iuſta hære. punit. & Caietanū apud B. Thomā. 2. 2. q. 11. art. 5.

¶*Gloſſa ſequens in quæſtione alleg. affirmatiuè, & ſoluit contrarium: format incidentem quæſtionem, quam ſoluit.*

f ¶*Excommunicationis ſententia.*] de ſuſpenſione 3 nil dicit, quare videtur quòd ab illa ſuperior poſſit abſoluere. Dic contra: & ratio illius omiſſionis fuit, quia tempus habet determinatum: & vbi ſic determinatum eſt, videtur quòd non poſſit ſuperior abſoluere: vt not. de electione. cupientes. §. cæterùm. in glo. eſt ergo. Sed quid ſi tempus determinatum non eſſet? Videtur quòd poſſit, ex quo ſuperior non reſeruat. de ſentent. excommunicat. nuper. nec prohibet, vt j. de priuileg. cap. 1. ver. ſi qui. facit quod not. de regu. non ſolùm. in fin. lib. 6. & quod dixi de ſolu. c. 2. in fi. ſecus ſi reſeruaſſet. de teſti. tam literis. in fi.

3 Vide Abbatem in c. literis. de teſtibus.

temporalis obtentu [a], contra iuſtitiam, & conſcientiam [b] ſuā omiſerint, contra quemquam procedere vbi fuerit procedēdum ſuper huiuſmodi prauitate, aut obtentu eodem [c] prauitatem ipſam, vel impedimentum officij ſui alicui imponendo, eum ſuper hoc pręſumpſerint quoquo modo vexare (pręter alias pœnas, pro qualitate culpæ imponendas eiſdem) epiſcopus, aut ſuperior ſuſpēſionis ab officio per triēnium, alij uerò [d] excommunicationis ſententias eoipſo [e] incurrant: A qua quidem excommunicationis [f] ſententia, qui eandem incurrerint, niſi per Romanū Pontificem nequeant, preterquam in mortis [g] articulo †, & tunc [h] ſatisfactione præmiſſa, abſolutionis beneficium obtinere: nullo in hac parte priuilegio ſuffragante.

¶ *Confirmat antiqua iura huic conſtitutioni non obuia. Ioan. And.*

¶Alia ſanè, quæ circa præmiſſum inquiſitionis officium à noſtris ſunt prædeceſſoribus inſtituta (quatenus præſenti decreto non obuiant) ſacri approbatione concilij roborata, ī ſua volum^s firmitate manere [i].

¶Idem in eodem.

¶*Primò, ponens conſtitutionis cauſam, determinat ætatem inquiſitorum. Secundò, punit inquiſitores, qui prætextu officij pecuniam illicitis modis extorquent, vel ob delictū clericorum Eccleſiarum bona confiſcant. Tertiò, præcipit notarijs, officialibus, & ſocijs, vt hoc facientes reprehendant, & ſuperioribus denuntient ſi probare poſſunt. Quartò, prohibet inquiſitoribus abuſum armorum, & circa quantitatem, vel qualitatem officialium. hoc dicit. Io. An.*

CAP. II.

NOlentes [k] ſplendorem ſolitum negotij fidei per actus indiſcretos, & improbos [l] quorumuis inquiſitorum hæreticæ prauitatis, quaſi tenebroſi fumi caligine [m] obfuſcari: hoc ſacro cōcilio approbāte ſtatuimus nullis extunc [n] †, niſi

g ¶*Mortis articulo.*] qui caſus ſemper excipitur. j. cap. proxi. de offi. ord. paſtoralis. & vide quod ibi not.

h ¶*Et tunc.*] ſcilicet quando in mortis articulo per epiſcopum vel presbyterum abſoluuntur: & hoc intelligo ſi facultas eſt ſatiſfaciēdi, & tempus hoc patitur: aliàs abſoluetur cum cautione. facit j. capitu. proxim. de ſepul. capit. vlti. de ſenten. excommunica. à nobis.

i ¶*Manere.*] concor. eod. titu. cap. vltim. in fi. lib. 6.

NOlentes.] Diuiditur in quatuor partes, vt patet in rubro. Secunda: ibi, *Inquiſitoribus*. Tertia: ibi, *Notarij*. Quarta: ibi, *Porrò*. Imola.

¶ Pro caſu nota quòd Inquiſitor hęreticę prauitatis non eſt aliquis deputandus, niſi habeat quadrageſimum annum. Et ſic eſt caſus ſpecialis contra cap. cum viceſimum. de offic. & poteſta. iudi. deleg. in antiq. Et iſtud fit, quia agitur de magno ſcandalo. Nota quòd inquiſitor vel eius commiſſarij ſub vmbra ſui officij facientes illicitas exactiones, eſt ipſo facto excommunicatus, à qua excommunicatione non abſoluitur niſi ſatiſfactione plenariè facta: niſi in articulo mortis. Nota quòd pro delicto Prælati bona Eccleſiæ non confiſcantur. & hoc verum, quando ſolus Prælatus deliquit. ſecus ſi Prælatus & capitulum deliquerunt habita deliberatione. tunc enim bona Eccleſiæ confiſcarentur. l. iubemus. de ſacroſan. eccle. C. vbi nauis eccleſiæ fuit confiſcata Imperatori. Nota quòd ſi in conſtitutione ponatur verbū, extunc, incipit ipſa conſtitutio obligare à tempore ipſius publicationis: non expectato lapſu duorum menſium, qui aliàs regulariter præfigitur: quod intelligo quo ad hoc vt econtra factum nō valeat: non autem quo ad hoc vt contrafacientes hoc ignorantes obligati ſint ad culpam: vt not. glo. notabilis in verbo, extunc. Pro clara intelligentia huius Clementinæ accipe diuiſionem gloſſæ, & illam proſequere. Nota de ſplendore fidei. Et dicit Lauren. quòd talia quæ ſunt fidei, in luce & ſplendore tractari debent. Nota quòd improbi actus vitandi ſunt. de hoc in glo. 2. Zabarella.

† Aliàs exnunc.

Eccleſię bona propter delictum ꝑlati non cōfiſcantur.

¶*Prima gloſſa ſimul diuidit & ſummat.*

k ¶*Nolentes.*] Caſus. Primò ponens conſtitutionis cauſam, determinat ætatem inquiſitorum: Secundò, punit inquiſitores, qui prætextu officij pecuniam illicitis modis extorquent, vel ob delictum clericorum Eccleſiarum bona confiſcant. Tertiò, præcipit notarijs, officialibus, & ſocijs, vt hæc facientes reprehendant, & ſuperioribus denuntient ſi probare poſſunt. Quartò, prohibet inquiſitoribus abuſum armorum, & circa quantitatem vel qualitatem officialium. partes patēt.

l ¶*Improbos.*] qui dederunt cauſam & meritò huic conſtitutioni & præcedenti.

[ADDITIO. 49. diſt. huic etenim. Zabarel.]

m ¶*Caligine.*] Eſaiæ 5. in fi. Lux obtenebrata eſt in caligine.

¶*Gloſſa ſequens duas lecturas ponit.*

n ¶*Extunc.*] ac ſi dicat, deinceps. vel forſan 4 voluit Papa per hoc quòd hæc pars conſtitutionis ſtatim ligaret à tempore promulgationis, non expectato lapſu duorum menſium. de quo dixi in proœmio: non quo ad hoc

4 Vide albatē, Felinū, & doctores in c. 2. de cōſtitut.

hoc quòd contrafacientes hoc ignorantes obligati eſſent ad culpam: ſed quo ad hoc vt contra factum non valeret: prius verò datos afficere non intendit.

prohibet imponi & exigi, ſed illicitas exactiones fieri. ff. de offi. præſid. illicitas. in princ. de ſimo. in tantum. & cap. audiuimus. & c. ſeq.

h ¶*Pecuniam.*] intelligo largè. 1. q. 3. per totum.

i ¶*Scienter.*] ignoranter ergo non tenet hæc pœna. ſimile ſ. ead. compil. de cõſang. & affin. c. vnico.

qui quadrageſimum [a] ætatis annum attigerint, officium inquiſitionis prædictæ committi [b] inquiſitoribus. Et tam ipſorum [c], quàm epiſcoporum, ſeu capitulorum, ſede vacante ſuper hoc deputatis commiſſarijs [d], quibuſcunque diſtrictius iniungentes, ne prætextu [e] officij [f] inquiſitionis quibuſuis modis illicitis [g] ab aliquibus pecuniã [h] extorqueãt, nec ſcienter [i] attentent eccleſiarum [k] bona ob clericorum delictum [l] † prædicti occaſione officij fiſco etiã eccleſiæ [m] applicare [n]. Quòd ſi ſecus in his [o], vel eorum altero fecerint, excommunicationis ſententiæ eos ſubiacere decernimus ipſo facto: A qua nõ poſſint abſolui [p], præterquàm in mortis [q] articulo, donec illis à quibus extorſerint, plenè ſatisfecerint [r] de pecunia ſic extorta: Nullis priuilegijs, pactis, aut remiſſionibus [ſ] ſuper hoc valituris. Notarij verò & officiales dicti officij, necnon fratres & ſocij inquiſitorum, & commiſſariorum ipſorum, qui dictos inquiſitores aut cõmiſſarios [t] ſecretè nouerint talia [u] commiſiſſe (ſi indignationem Dei & Apoſtolicæ ſedis vitare voluerint, & offenſam) ipſos grauiter arguere & corrigere [x] ſtudeant in ſecreto [y]. Quòd ſi taliter ea ſciuerint, vt ea probare valeant [z]: ſi ſit opus, hæc prælatis inquiſitorũ & commiſſariorum eorũdem, ad quos id pertinebit, nuntiare ſollicitè debeant. Qui equidem prælati, inquiſitores & commiſſarios prædictos reos inde repertos ab officijs amouere [a], & amotos aliàs punire debitè ſeu corrigire teneantur [b]. Prælatis autem inquiſitorum id negligentibus agere, præmiſſa omnia nuntiari per prædictos [c] locorum ordinarios volumus: quibus [d], vt ea in Apoſtolicæ ſedis notitiam perferant [e], in virtute ſanctæ

1 Inquiſitor debet eſſe ſenior Epiſcopo. Vide Côradum Brunum de hæret. lib. 4 cap. 1.

a ¶*Quadrageſimum.*] concor. 20. q. 1. ſanctimoniales. Et 1 eſt mirandum quòd in inquiſitore maior ætas requiritur, quàm in epiſcopo, qui tamen Inquiſitor eſt. & eſt ſimile de elect. nemo deinceps. lib. 6. & hoc eſt de arbitrarijs. de quibus non cogimur reddere rationem. vt ſcripſi de reſcriptis. ſi quando.

¶*Glo. ſeq. dicit. ꝑ quos. ſecundò quærit, ſoluit, & remittit.*

b ¶*Committi.*] per prælatos prouinciales, vel Miniſtros illorum ordinum, quibus deputatio talium à ſede Apoſtolica eſt commiſſa. Idem puto de inquiſitoribus ab epiſcopis, vel capitulis ſede vacante: vt ij quibus committunt, habere debeant hanc ætatem. Sed quid ſi contrafiat? certũ eſt ꝙ puniendi ſunt committentes, tranſgredientes hoc præceptum. & vide quod not. de elect. generali. §. illos. in vlt. glo. lib. 6. & licet hic non apponatur decretum: videtur tamen ꝙ non valeat commiſſio. pro & contra. de elec. licet canon. lib. 6. & vide quod not. in glo. 2

† Delictum prælati qñ noceat eccleſijs, vide Felinum in c. ad audientiam. de reſcrip. & Alexan. conſil. 23. lib. 1.

¶*Gloſſa ſequens dicit hic quæſtionem ſolui, contra quam allegat, deinde illud fortificat, & contrario reſpondet.*

Inquiſitores hæreticorum an poſſint alijs vices ſuas committere. Vide Decium in ca. cau. ſã. de appell. Gõdiſſaluũ de hære. q. 7. Zacchinũ de hære. ca. 30.

c ¶*Ipſorum.*] commiſſarijs, quod eſt infrà. Et per hoc, & per cap. ſuprà proxi. ſoluitur quod olim dubitabatur, an Inquiſitores poſſent committere vices ſuas: & videbatur quòd nõ: quia decretalis vt commiſſi. in princip. eod. tit. libro ſexto. permittit vt committant citationes & ſententiarum denuntiationes: vltra illa ergo permiſſa committere nõ poterant. de tranſla. cap. 2. facit de offic. deleg. cap. vlt. §. vices quoque. vbi etiã conſeruator non committit niſi illa duo. videtur enim electa induſtria perſonæ. de offic. deleg. cap. vltimo. & cap. is cui. lib. 6. Contra: quia ſiue ordinariam, ſiue delegatam iuriſdictionem inquiſitor habeat, committere poteſt. Primum patet. Secundum ſcilicet cum dicitur, delegatus: quod videtur verius per decretalem, per hoc. eod. titu. lib. 6. pro & contra eod. tit. ne aliqui. eſt tamen delegatus principis, & cum iuriſdictione, non cum miniſterio tantùm: ergo committit. ita ſeruatur. dant ergo inquiſitores commiſſarios, quos vocamus vicarios, vel ſubſtitutos. ſuprà eod. cap. proxi. §. porrò. & §. notarij. & §. verùm. Ad decretalem vt commiſſi. reſpondetur quòd nõ loquitur negatiuè, ſicut illa quæ loquitur de conſeruatore, ſcilicet quòd non poſſint niſi illa duo committere, ſed loquitur affirmatiuè, 2 ſcilicet quòd illa duo committere poſſint. & de illis forte dubitabatur quaſi ante citationem nõ eſſet perpetuata iuriſdictio: & per diffinitiuam eſſet functus ſuo officio. Ad primum, de offi. deleg. paſtoralis. §. 1. Ad ſecundum, eod. tit. in literis. Ioan. And.

2 Vide Felinũ in c. nonne. de præſumptio.

d ¶*Commiſſarijs.*] de epiſcopis loqui non videtur: & ideo licet etiam ipſi ab his debeant abſtinere; pœna tamen quæ ſequitur non habet locum in illis. concor. infrà verſi. notarij. voluit ergo dignitati deferre de offic. deleg. c. 2. lib. 6.

3 Vide gloſſam in c. licet. de pœn. Io. And. in ca. 1. de homi. in 6. Anchar. conſi. 12. & Zanchin. tract. de hær. c. 19.

e ¶*Prætextu.*] vbi ergo non eo prætextu illicitè exigit, licet malè faciat, non tamen eſt locus pœnæ.

f ¶*Officij.*] & ſic committit crimem concuſſionis. de quo. 1. q. 1. ad fin. 23. q. 1. c. 2. in fi. &c. militare. & de immuni. eccle. quia plerique, tamen tales abſolui permittit infrà reſtituendo ſimplum tantùm: cum tamen concuſſor ſoluat quadruplum. 18. diſtin. quoniam. in fin.

g ¶*Illicitis.*] pœnas pecuniarias 3 applicandas officio non

¶*Gloſſa ſequens not. à contrario: & ſoluit quæſtionem de monacho.*

k ¶*Eccleſiarum.*] de bonis ergo clericorum proprijs non prohibet, Et per hoc dico, quòd ſi monachus præeſſet Eccleſiæ, quòd etiam eorum quæ acquiſiuit intuitu perſonę, applicatio iſta fieri non poſſet. cum enim impediente profeſſione ſibi non poſſit acquirere, & ſic acquiſita poſt poſſeſſionem adeptã ſint Eccleſiæ. 18. quæſt. 1. cap. vnico. de priuile. cum olim 2. ergo etiã in illis eſt locus ei qđ hic dicitur. quod tamen in quodam inquiſitoris conſilio ante hanc conſtitutionem clamare non profuit.

Monachus ſibi acquirere non põt.

l ¶*Delictum.*] de reg. iur. delictum. cum ſuis concor. lib. 6.

m ¶*Eccleſię.*] multò minus ſibi ipſis, vel officialibus, vel fiſco ſeculari, cui aliàs applicata ſunt ipſo iure bona laicorum damnatorum. de hære. eod. titu. cum ſecundum. lib. 6. Et vide qđ not. de conceſſio. præbend. quia diuerſitatem. & quod ibi dixi ſuper gloſſa antepenulti.

n ¶*Applicare.*] idem verbum, de præben. cap. 3. probatur autem hoc eod. tit. excommunicamus. in princip. vbi bona clericorum damnatorum diuidi iubentur inter Eccleſias, à quibus beneficiati ſunt.

o ¶*In his.*] duobus proximè dictis, ſcilicet de pecunia extorquenda, & de bonis Eccleſiæ confiſcandis. primum enim caſum, ſcilicet de ætate, includi non puto. quod patet per ſequentia: ibi, donec illis, &c.

p ¶*Abſolui.*] per ordinarios. cum ſibi non reſeruet. de ſenten. excommu. nuper.

q ¶*In mortis articulo.*] ſ. cap. prox. in fi.

r ¶*Satisfecerint.*] ſi habent vnde: aliàs verò paupertas excuſat. de vſu. cum tu. de rap. cap. 2. & vide quod not. de verb. ſignifi. ex parte 1. in fi. 4. glo.

Paupertas excuſat.

ſ ¶*Remiſſionibus.*] concor. de cenſi. exigit. ad fi. de reſcrip. ſtatutum. circa finem. lib. 6. & adde quod ibi not.

t ¶*Commiſſarios.*] nil dicit de epiſcopis, vt etiam ſupra dixi. & facit infra verbum, prælatis.

u ¶*Talia.*] in alijs ergo non habet locum quod ſequitur.

Corrigere & corripere differũt.

x ¶*Corrigere.*] quantum in eis eſt: vel, id eſt corrigere, quod poſſunt, ſed non corrigere: manus comprimere poſſunt, ſed non animum mutare. 47. diſtinctio. §. neceſſe. in fin. Ioannes And.

y ¶¶*Secreto.*] 2. quæſt. 1. ſi peccauerit.

z ¶*Valeant.*] aliàs, teneant. 2. q. 7. plerumque. Ioan. And.

4 Inqſitor hæreticę prauitatis an poſſit remoueri ab eo qui ſibi iuriſdictionẽ nõ dedit, vide notata per doctores in c. fi. de reſcri. & Cynũ in Authenti. qua in prouincia. C. vbi de crimine agi opo.

a ¶*Amouere.*] licet Prælatus 4 inquiſitoris, ſcilicet Prouincialis illum ab officio remouere poſſit, vt hic patet: iuriſdictio tamen inquiſitoris non ab ipſo Prælato, ſed à Papa immediatè dependet: vt ſolus actus committendi vel remouendi pendeat penes illum. & hæc patet in priuilegijs officij: ex quo ſequitur quòd corrigere vel alterare non poſſet facta per illum virtute officij: ſed illum amotum puniat, vt hic.

b ¶*Teneantur.*] non dicit, poſſint.

c ¶*Prædictos.*] notarios, officiales, & ſocios, Io. And.

d ¶*Quibus.*] ordinarijs locorum.

e ¶*Perferant.*] de ſtatu reg. cap. vlt. de cleri. ægro. capitu. vnico. §. ſi autem. lib. 6.

a ¶*Conceſſione.*

a ¶*Conceſſione.*] facta per priuilegia officij, vt habere poſſint officiales armatos.
b ¶*Exequenda.*] ſint enim tales qui velint & poſſint officio deſeruire. ſ. de præben. ſuper inordinata. de cler. non reſiden. cap. 3. & 4.

AD *noſtrum.*] A nonnullis in concilio Viennenſi fuit expoſitũ, quòd erat quædam ſecta hominum, qui homines vulgariter appellantur Beguardi: & quædã mulieres nũcupatæ Beguinæ: quæ ſub vmbra cuiuſdam ſanctitatis ſeminabant multos errores: de qb. ponũtur octo in textu: tunc concilium reprobauit illam ſectam & errores ſuos: & præcepit eis vt deſiſterent à tali ſecta: & ſimiliter p̃cepit epiſcopis vt illos non admitterent: & imponit pœnam ſi perſeuerauerint in ſua ſecta. Nota de verbo, *Secta.* quòd accipitur hic in malum, alibi in bonũ. de hoc in glo. 3. Nota quòd diabolus dicitur ſator malorum. de hoc in glo. in verb. ſatore. de ſepul. clemen. dudum. ver. ab olim. Zab.

† Vide Gõdiſſaluũ de hære. q. 11.

‡ De ſectis & errorib. Beguardorũ, vide Clem. 1 ſ. de reli. dom. & extrau. Io. 22. incip. Sãcta Romana. & de relig. domibus, & extrauag. eiuſdẽ Ioãnis xxij. incip. Ratio recta. co. ti. & reli. dom. inter cões. add. Guidonẽ Carmelitã in ſũma de hæreſib. ti. de hæreſibus Beguinorũ, & Eymericum in Directorio Inquiſitorũ par. 2. q. 15.

obedientiæ diſtrictè præcipimus & mandamus. ¶ Porrò inquiſitoribus ipſis diſtrictius inhibemus, vt nec abutantur quomodolibet conceſſione [a] portationis armorum †, nec officiales, niſi ſibi neceſſarios habeant, tales, qui ſe conferãt ad ſua cum inquiſitoribus ipſis officia exequenda [b].

¶ Idem in eodem.

¶*Damnat ſectam Beguardorum & Beguinarum Alemaniæ, & octo ipſius errores, excitans diœceſanorum & inquiſitorum officium contra illos. hoc dicit. Ioan. And.*

CAP. III.

AD ‡ noſtrum [c] (qui deſideranter in votis gerimus, vt fides catholica noſtris proſperetur temporibus: & prauitas hæretica de finibus fidelium extirpetur) non ſine diſplicentia [d] grandi peruenit auditum, quòd ſecta [e] quædã abominabilis, quorundam hominum malignorum, qui Beguardi, & quarundam infidelium mulierum, quæ Beguinę [f] vulgariter appellantur in regno Alemaniæ (procurante ſatore [g] malorum operum) damnabiliter inſurrexit: tenens & aſſerens doctrina ſua ſacrilega & peruerſa inferius deſignatos errores: Primò [h] videlicet, quòd homo in vita præſenti tantum & talem perfectionis gradum [i] poteſt acquirere, ꝙ reddetur penitus impeccabilis [k], & amplius in gratia proficere non valebit [l]: nam (vt dicunt) ſiquis ſemper poſſet proficere, poſſet aliquis Chriſto perfectior [m] inueniri. Secundò [n], quòd ieiunare non oportet hominem, nec orare [o]

¶*Prima gloſſa ſummat & diuidit.*
c ¶*Ad noſtrum.*] Caſus. Damnat ſectam Beguardorum, & Beguinarum Alemaniæ, & octo ipſius errores, excitans dięceſanorum, & inquiſitorum officium contra illos, & Primò ponit ſectam & errores. Secundò: ibi, *Cum autem.* illam damnat. Tertiò excitat: ibi, *Porrò.*
d ¶*Diſplicentia.*] ſimile ſ. ea. compil. de cenſi. ad noſtrum.
¶*Gloſſa ſequens ponit differentiam.*
e ¶*Secta.*] ſcribitur per c, & non per p, & dicitur à ſeco ſecas. alij quód à ſequor ſequeris: & eſt propriè habitus animorum, & propoſitum in malo circa falſam diſciplinam. inde tales dicuntur ſecti, id eſt ſeparati & diuiſi ab vnitate fidei & Eccleſiæ: tamen interdum ſumitur in bona parte. C. de pact. l. vlt. in fin. Per p, ſcripta deſignat clauſuram ſ. ead. compil. de ſtatu monach. nę in agro. poſt princip.
ADDITIO. Scribitur etiã ſeta ſine c, & p, & ſignificat pilum durum cum quo poteſt trahi filum. de pœniten. diſtin. 2. ſicut ſeta. Zabarella.
f ¶*Beguinæ.*] de quibus ſupra ead. compilat. de religio. domib. cap. primo.
g ¶*Satore.*] id eſt ſeminatore diabolo. ſ. de elect. licet de euitanda. in prin. & ſ. ead. compil. de ſepul. dudum. poſt prin.
h ¶*Primò videlicet.*] Scio ꝙ expedit textum cuicũque facultati conueniat per gloſſam aperiri. Item puto dicere ꝙ in declarandis infraſcriptis erroribus loquar apertius mero canoniſta: quia in ſacra pagina licet modicum ſtudui ſub ipſo excellentiſſimo doctore magiſtro Ioan. de Parma ordinis Prędicatorum. per cuius doctrinam Deo duce iſta clareſcent: hoc dixi, vt prolixitati parcatur.
i ¶*Gradum.*] vide quod not. de pœnit. diſt. 2. radicata. §. hæc quæ de charitate, in 1. & 2. glo. & 47. diſt. omnes. in fi.
¶*Glo. ſeq. ponit duos intellectus, quorum primus catholicus, ſecundus hæreticus. ad auctoritatem quæ facit pro ſecundò, remittendo reſpondet.*
k ¶*Impeccabilis.*] ſi hoc intelligeretur de Dei potentia abſoluta: catholicè dictum eſſet, per eam reddi poſſe quem impeccabilem. & hoc priuilegium glorioſæ Virgini Marię creditur datum eſſe diuinitus: dicere autem hominem hoc poſſe ſecundùm legem communem, qua Deus ſanctis dona gratiæ ſuæ diſpenſat, hoc eſt hæreticum. Nam ſecundùm legem cõmunem nullus poteſt impeccabilis fieri, niſi per Dei beatificam viſionem, qualis ſolùm poſt hanc vitam datur beatis, vt infra dicetur. & etiam dicit Beatus Thomas parte 1. q. 100. art. 2. Fortè mouebantur iſti auctoritate Ioan. in epiſt. 1. ca. 3. ibi, *Omnis qui natus eſt ex Deo, non peccat.* Sed Hieronymus contra Iouinianum plenè huic auctoritari reſpondet. de pœnit. diſt. 2. ſi enim inquit. probans multis auctoritatibus, hominem ẽt perfectũ in via aut in hac vita peccare poſſe: illud idẽ probans exemplis Dauidis, Salomonis, Ioſuæ, Petri, & aliorũ prælectorum, qui in via peccauerunt. Ioan. And.

Impeccabilis an poſſit aliqs fieri.

l ¶*Non valebit.*] Auguſtinus ad Hieronymum contrà dicens, ꝙ charitas in quibuſdam eſt perfecta, in quibuſdam imperfecta, ſed pfectiſſima in hac vita haberi non poteſt. de pœni. diſt. 2. charitas in quibuſdam. facit ead. diſt. ſiquis tantam. dicebat enim Pſalmiſ. 1. Ambulabunt de virtute in virtutem. & Apoſtoli Lucæ 17. in prin. Auge nobis fidem, quę plenè videas de pœnit. diſt. 2. cum ſanctam.

Charitas pfectiſſima i hac vita haberi nõ põt. 2. Pſal. 83.

¶*Gloſſa ſequens arguit. reſpondet per rationem, quam per ſimile probat, & concludit.*
m ¶*Perfectior.*] hoc eſt falſum: minus enim per augmẽtum poteſt peruenire ad quantitatem maioris in ijs quæ habent quãtitatem vnius rationis. & facit de priuileg. ex ore. ver. porrò. ſed gratia alterius hoĩs ſe hẽt ad gratiã Chriſti ſicut virtus particularis ad vniuerſalẽ. vñ ſicut virtus ignis quãtũcũq; creſcat, nõ p̃t ęquari virtuti Solis: ita gratia hoĩs quãtuncumq; perfecti, non põt æquari virtuti & gratiæ Chriſti: vt etiã dicit Tho. 3. par. q. 7. art. 11. in fi. non eſt ergo facienda æquatio finiti ad infinitũ. facit de ſum. trin. dãnamus. ver. cũ ergo. in fin.

Gratia hominis gratiæ Chriſti æquari non poteſt.

¶*Gl. ſe. primò hoc dictum improbat rõne & exẽplo. Scdò alleg. pro illo dicto auctoritatem Euangelij: & tripliciter reſpõdet.*
n ¶*Secundò ꝙ ieiunare.*] hoc eſt hæreticum. cõſtat. n. ꝙ perfectio quantuncũq; magna in hac vita ordinẽ eccleſiæ non ſubuertit, ſed pficit: ſed quãdiu manet ordo Eccleſiæ manet obedientia inferiorũ ad ſupores: ſic. ſ. ꝙ eorũ præceptis obedire tenentur. 63. diſt. per totũ. de maio. & obed. per totũ. ergo p nullũ gradũ perfectionis abſoluitur à p̃cepto ieiunij vel alijs pręceptis Eccleſiæ: vt dicã infra verſi. prox. Qui tñ teneãtur ad ieiunia Eccleſiæ, ſcripſi de obſer. ieiu. ſup rubrica, & c. 2. ĩ fi. Paulus ergo qui perfectiſſimus fuit, per ieiunia & corporalia exercitia caſtigabat corpus ſuũ, dicẽs: Caſtigo corpus meum, &c. 1. ad Corin. c. 9. in fi. & de pœnit. diſt. 2. ſi enim. verſic. Paulus. Sed pro iſtis faciebat Lucæ 5. ibi, Nõ poſſunt filij ſpõſi ieiunare quãdiu cũ ipſis eſt ſponſus. Sed ſponſus eſt cũ perfectis ſpiritualiter illos inhabitans, Matthæi vlt. Vobiſcũ ſum vſq; ad conſummationẽ ſæculi: ergo perfecti ad ieiunia Eccleſiæ non obligãtur. Sed ad hoc rñdetur tripliciter. Primò ſcđm Chryſoſt. iſtud intelligit̃ de diſcipulis, qui adhuc imbecilles in corporali pñtia Chriſti, magis erant fouendi dulcedine, q̃ exercẽdi auſteritate ieiunij. Vel ſecũdũ Hieronymũ, illud de ieiunio veterum obſeruantiarũ, quaſi per id innuat Dñs Apoſtol. non detinendos in veteribus obſeruantijs, quos perfundi oportebat gratiæ nouitate. vel tertio ſecundũ Auguſt. illud intelligit̃ de ieiunio quod pertinet ad humilitatem tribulationis. vñ vbi Lucas dixit filios ſponſi ieiunare. Matth. 9. c. dixit lugere. hoc non conuenit perfectis, quibus conuenit ieiunium cum gaudio mẽtis in ſpũalia ſuſpẽſæ. & de hoc Tho. 2. 2. q. 147. art. 4.

Ieiunare tenentur etiã perfecti.

¶*Glo. ſeq. probat duplicem orationem conuenire cuique perfecto. & de vtraque remittit.*
o ¶*Nec orare.*] hoc eſt falsũ: nã hõ quantuncũq; in ſtatu viæ perfectus hẽt orare: vt diuina virtute perſeueret in illa perfectione, ad quam perſeuerantiam virtus propria nõ ſufficit, vñ oĩbus viatoribus quãtuncũq; pfectis dicere incũbit ex Dei p̃cepto. Matt. 6. Et ne nos inducas in tẽtationẽ: & reliqua cõtẽta in oratione Dñica. hoc dicit Aug. in lib. de pſeuerãtia. conſtat ẽt ꝙ multis dat̃ gratia, quibus nõ dat̃ perſeuerantia in gratia: nec neges per hoc illam gtatiam. habebant enim per illam quòd perſeuerare poterãt: Item illa inchoata eſt quantũ

Orare tenẽtur ẽt perfecti.

ad mentem, ſed non conſummata quantùm ad carnem quod prius erit in patria. vbi nõ ſolùm perſeuerare poterit. imo nõ perſeuerare non poterit. & hoc per Tho. 1. ſecundæ q. 109. art. vl. Item quantumcunque in vita perfectus habet orare pro beatitudinis adeptione, quam nondum habet. ſicut Pſalmiſta: Vnam petij à Domino, hanc requiram vt inhabitantem in domo Domini. Vndè Chriſtus in quantum homo orauit pro corporis gloria & ſimilibus: dicens, Ioan. xvij. Clarifica filium tuum, &c. & de hoc etiã quomodo Chriſto conueniebat oratio, Tho. parte 3. q. 21. ar. 3. De oratione autem ſatis ſcripſi s̃. ead. compil. de reli. c. vnico. ad finem.

Senſualitas quid ẽ.

a ¶ *Senſualitas.*] quæ eſt vis animæ appetens deſiderabilia corpori: & refutans nociua: & hanc dicimus animam ſenſitiuam: de qua ſatis dixi s̃. ead. compil. de ſum. trin. c. vnico. 2. reſponſo.

b ¶ *Placet.*] dicunt iſti licere quodlibet. 4. diſt. deniq; in fin. Alexãder ad Didymũ. Ea quæ voluntas ſibi vendicat, honeſta te plerunq; negamus admittere: dedit nobis multas natura blãditias, quas plerumque virtus cohibet. Ouidius epiſtolarum:

Ouidij dictum ſingulare.

Et virtus placitis abſtinuiſſe bonis.

facit 11. q. 1. 1. aliud. & q. 3. quid ergo.

c ¶ *Tertiò quòd, &c. obedientiæ.*] Reprobatur. de renuntia. niſi. ver. ſed dices. de reg. licet. & peccatum paganitatis incurrit qui cum Chriſtianum ſe aſſerat, ſedi Apoſtolicæ obedire contemnit. 81. diſt. ſi qui ſunt in fi. quod intellige vt not. 19. diſt. nulli fas. & de elect. generali. §. illos. lib. 6.

Papę contẽnẽs obedire paganitatẽ incurrit.

¶ *Glo. ſeq. improbat dictum per auctoritatem, & ſimilitudinẽ Eccleſiæ triumphantis, & per naturalem rationem.*

Eccleſia quare eſt vna.

d ¶ *Eccleſię.*] hæc ſunt omnino hæretica, & contraria illi articulo fidei, vnam ſanctam catholicam Eccleſiam. Conſtat. n. Eccleſiam ideo vnam, quia in vniuerſali Eccleſia eſt vnum caput ſupremum, cui omnes de Eccleſia obedire tenentur, ſcilicet Papæ. hoc illo ſtatuente per quem reges regnãt, & legum conditores iuſta decernunt. Prouer. 8. alias 3. Eſt enim Eccleſia militans exemplata diuinitus à triumphante, dicente Ioan. in Apoc. 21. in prin. vidi Hieruſalem ſanctam nouam deſcendentem de cœlo, &c. Et Moyſi dictum eſt. Exo. 25. in fi. quòd omnia faceret ſecundùm exemplar ſibi monſtratum in monte: cum igitur in Eccleſia triumphante ſit vnus princeps ſupremus, cuius obedientiæ tota ipſa Eccleſia perfectiſſimè eſt ſubiecta, ſcilicet Deus: neceſſariò ſequitur toti militanti vnũ ſupremum Principem præſidere, ſcilicet Papam, cuius præceptis omnes obedire tenentur: & hoc eſt de neceſſitate ſalutis, vt in extrauag. Bonifacij, vnam ſanctam. & fortius in ijs, qui ſunt perfecti. 22. q. 2. ne quis. Inde prædictum fuit, Oſeæ. 1. Congregabuntur filij Iudę, & filij Iſrael pariter, & ponent ſibi caput vnum. & Ioan. 10 Fiet vnum ouile & vnus paſtor. de bap. licet. & infra de ſent. excõm. c. 1. cum concor. Hanc obedientiã probat naturalis ratio: ſicut. n. operationes rerum naturalium procedunt ex naturalibus potentijs, ita operationes humanæ procedunt ex humana voluntate. oportuit autem in naturalibus vt ſuperiora mouerent inferiora ad ſuas actiones per excellentiam naturalis virtutis collatæ diuinitus: ſic oportet in rebus humanis ꝙ ſuperiores moueãt inferiores per ſuã voluntatem ex vi auctoritatis diuinitus ordinatæ; vt ſatis probat Tho. 2. 2. q. 104. art. 1. Iſtorum autem ſuperiorum mouẽtiũ vnus eſt ſupremus, vt prædixi. Omnes igitur ſunt ſubiecti motioni illius: & ſunt in illo quaſi membra de membro, &c. de elec. ſignificaſti. quod allegant iſti, nõ obſtat vt ſtatim dicã.

Obedire Papę eſt de neceſſitate ſalutis.

¶ *Glo. ſeq. reſpondet auctoritati Apoſtoli.*

Seruitus eſt duplex.

e ¶ *Libertas.*] 2. ad Cor. 3. 19. q. 2. duæ ſunt. in fi. & hoc intelligitur de libertate à ſeruitute peccati: non à ſeruitute qua viri quantuncumque perfecti ſunt adſtricti Prælatis Eccleſię, vel ſecularibus principibus: nam virtus qua homo ſubijcitur homini ad corpus pertinet, non ad animam, quæ manet libera: licet ergo in via per Chriſti gratiam à defectibus animæ liberemur, non tamen à defectibus corporis: quod patet ꝑ Apoſtolũ ad Rom. 7. Filij ergo Dei per gratiã licet ſint liberi à ſpirituali ſeruitute peccati, non tñ à corporali, qua eccleſiaſticis, vel temporalibus dominis ſunt adſtricti: vt dicit gloſſa ſuper 1. ad Timoth. 6. illi quicunque ſub iugo, &c.

postquam gradum perfectionis huiuſmodi fuerit aſſecutus: quia tunc ſenſualitas [a] eſt ita perfectè ſpiritui & rationi ſubiecta, quòd homo poteſt liberè corpori concedere quicquid placet [b]. Tertiò, quòd illi, qui ſunt in prædicto gradu perfectionis & ſpiritu libertatis, non ſunt humanæ ſubiecti obedientiæ [c], nec ad aliqua præcepta Eccleſiæ [d] obligantur: quia (vt aſſerunt) vbi ſpiritus Domini, ibi libertas [e]. Quartò, quòd homo poteſt ita finalem beatitudinem ſecundùm omnem gradum perfectionis in præſenti aſſequi, ſicut eam in vita obtinebit beata. [f] Quintò, quòd quælibet intellectualis natura in ſe ipſa naturaliter eſt beata: quodque anima non indiget [g] lumine gloriæ ipſam eleuante ad Deum videndum, & eo beatè fruendum. Sextò, quòd ſe in actibus exercere virtutum eſt hominis imperfecti [h], & perfecta anima licentiat à ſe virtutes,

¶ *Glo. ſeq. improbat primò hoc dictum per rationem, de qua remittit. Secundò diſtinguit abſolutam Dei potentiam & legem communem. Item beatitudinem accidentalem & eſſentialem.*

f ¶ *Quartò, quòd homo, &c. Beata.*] Hoc eſt falſum: quia vt s̃. dixi, in via huius peregrinationis charitas quantuncumq; perfecta deſeri põt, ſed non in patria. & vide quod notaui de pœni. diſt. 2. in ſumma. & diſt. 4. ſi ex bono. circa mediũ in glo. vnde Ouidius. & facit Prou. 24. de pęn. diſt. 3. ſepties. vndè Apoſtolus 1. ad Corin. 13. in fine. Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate, tunc autem facie ad ad faciem. Circa hoc autem ſciendũ ꝙ homo mortalem vitam agens, ẽt per Dei potentiã abſolutã nõ videt̃ poſſe obtinere oẽm gradũ perfectionis beatificæ, loquendo de beatitudine accidentali. Ratio: quia ad illius beatitudinis perfectionem pertinet perfecta impaſſibilitas & glorificatio, quæ propter contradictorium cum eius paſſibilitate ſtare non poteſt: ſecundùm etiam legem cõem, qua Deus beatificat homines, nullus poteſt eleuari à Deo ad ſuæ eſſentiæ beatificam viſionem, niſi totaliter moriatur, ſicut communiter eſt de animabus nunc beatis. vnde Exod. 33. Non videbit me homo, & viuet: vel niſi ſic abſtrahatur à ſenſibus corporis. ꝙ neſciat an ſit in corpore, vel extra corpus ſicut accidit Paulo, vt j̃. dicã. & de hoc Tho. par. 1. q. 12. ar. 11. Sed dicere hominem per Dei potentiam abſolutam, & ipſius priuilegium ſpeciale poſſe finalem beatitudinem conſequi ſecundùm omnẽ gradum beatificæ perfectionis, quantum ad eſſentialem beatitudinem, quæ conſiſtit in perfecta viſione diuinæ eſſentiæ: & ſecundùm quoſdam in perfecta Dei dilectione & fruitione, ſecundùm doctorem meum catholicum eſt: & inducit illud Auguſtini 11. ſuper Geneſim ad literam: & in lib. de videndo Deum ad Paulinam dicentis, ꝙ Moyſes ex Dei priuilegio ſpeciali adhuc mortalẽ vitam agens, Deum per eſſentiam vidit tamquam futurus Iudæorum doctor. vnde Numeri 12. de ipſo, palam vidit Deum, & non per ænigmata: & facie ad faciem allocutus eſt eum, Exod. 33. 8. q. 1. Moyſes. vbi de hoc. & Paulus idem priuilegium habuit tamquam futurus doctor gentium. vndè dicit 2. ad Corinth. 12. ſe raptum in paradiſum Dei. conſtat autem intelligentibus ſecundùm eum, ꝙ omnem perfectionem beatificæ viſionis, & fruitionis puræ creaturæ poſſibilem potuiſſet Deus eis conferre, & communicare per ſuam potentiam abſolutam. alleg. Tho. 4. ſent. diſt. 46. art. 7.

Perfectionis beatificæ omnem gratiam an quis in hoc ſeculo poſſit obtinere.

¶ *Glo. ſeq errorẽ literæ oſtendit ꝑ canonẽ, auctoritatẽ, & rõnẽ.*

g ¶ *Quintò, quòd, &c. Non indiget.*] quaſi hoc poſſit ſua naturali virtute. Hoc expreſſè eſt hæreticum, & reprobatum. de conſe. diſt. 4. cap. vlt. & ibi ſoluitur quod opponitur de libertate arbitrij: & eſt contra doctrinam Apoſtoli ad Rom. 6. Gratia Dei vita æterna, id eſt beatitudo perfecta. Huius ratio eſt: quia illud quod eſt proprium ſuperioris naturæ, non poteſt natura inferior aſſequi: niſi per actionem ſuperioris naturæ, cuius illud eſt proprium, ſicut nec aqua poteſt fieri calida, niſi per actionem ignis: videre autem Deum per eſſentiam (in quo perfecta beatitudo conſiſtit) ſoli Deo eſt proprium: nulla igitur natura intellectualis poteſt Deum per eſſentiam videre, niſi Deo hoc faciente: propter quod Dominus Ioan. 14. Qui diligit me, diligetur à patre meo, & ego diligam eum, & manifeſtabo ei me ipſum. & vide quod dixi s̃. ead. compilat. de magiſt. c. 1. in prin. in glo. per quam.

Deum videre per eſſentiam nulla intellectualis natura poteſt.

¶ *Gloſſa ſequens ponit duplex ſignificatum imperfecti, ſcilicet pro non habente ſummam perfectionem, & pro vitioſo. ponit etiam duas ſpecies virtutum purgatorias, & animi purgati: per hęc concludens hęreſim. in fine oſtendit inſaniam.*

h ¶ *Sextò, quòd ſe, &c. Imperfecti.*] Ad huius intelligentiam ſciendum quòd Macrobius ſuper ſecundo de ſomnio Scipionis dicit, ꝙ Plotinus inter philoſophiæ profeſſores cum Platone maximè diſtinguebat duo genera moraliũ virtutum. quam diſtinctionem approbant Theologi. quædã. n. ſunt modificatiue paſſionum inſurgentiũ in ſenſualitate hoĩs, uel actionum

Virtutũ moralium duo ſunt genera.

occurren-

Septimò [a], quòd mulieris oſculum (cum ad hoc natura non inclinet) eſt mortale peccatū: Actus autem carnalis (cum ad hoc natura inclinet) peccatum non [b] eſt, maximè cum tentatur [c] exercens. Octauò, quòd in eleuatione corporis Ieſu Chriſti non debent aſſurgere, nec eidem reuerentiam exhibere [d]: aſſerētes quòd eſſet imperfectionis eiſdem, ſi à puritate & altitudine ſuę contemplationis tantum deſcenderent, quòd circa miniſteriū, ſeu ſacramētum Euchariſtiæ, aut circa paſſionem humanitatis Chriſti aliqua cogitarēt:

occurrentium homini, ſicut temperantia modificat delectationes exiſtentes in cibis & venereis; fortitudo timores & audacias, quæ ſunt circa pericula mortis, & ſic de alijs. & iſtæ dicuntur purgatoriæ: quia ſunt hominum nondum purgatorum à paſſionum inſultibus, & per conſequens non ſummè perfectorum, ſed ad id toto conatu tendentiū. Aliæ ſunt non regulantes paſſiones ſenſualitatis, ſed ſolùm tenentes animā hominis in Deo & in ſumma perfectione, vt ſi temperātia terrenas concupiſcentias ignoret, fortitudo paſſiones neſciat, prudentia ſolis diuinis intendat, iuſtitia mentē cum Deo perpetuo fœdere teneat: & hæ virtutes dicuntur animi purgati, quia ſunt ſolùm hominum totaliter purgatorum à paſſionum moleſtijs, quod eſt ſolùm beatorum, vel pauciſſimorum in hac vita perfectiſſimorum. huic conuenit quod dicit Auguſtinus 12. de Trinit. quod nunc agit iuſtitia in ſubueniendo miſeris, quod prudentia in præcauendis inſidijs, quod fortitudo in perferendis moleſtijs, quod temperantia in coercendis delectationibus prauis, ibi non erit vbi nil mali erit: ſed iuſtitiæ erit Deo regenti ſubditum eſſe: prudentiæ nullum bonum Deo præponere, vel æquare: fortitudinis, ei firmiſſimè cohærere: temperantiæ, nullo affectu noxio delectari. Et per hoc patet hoc ſuſtineri poſſe, quòd anima perfecta perfectione patriæ, vel ſumma perfectione, quam pauciſſimi habuerunt in via, licentiat virtutes has quantùm ad actum: quia habent alios actus ſpecie ab ijs, qui in viatoribus inueniuntur: ſed nō licentiat quo ad habitum: imo tunc perfectiſſimè illas habet; nam habet charitatem in ſummo: & per conſequens omnes habitus virtutum moralium. Vndè Apoſtolus 1. ad Cor. 13. Charitas patiens eſt, benigna eſt, &c. & facit de pœni. diſt. 2. charitas 2. Hoc viſo ſciendum eſt, quòd dicere imperfecti hominis eſſe ſe exercere in actibus virtutum moralium, reprimēdo ſcilicet impetum paſſionum per iudicium rationis, & imperium voluntatis, hoc eſt bene dictum: ſi ſumamus imperfectum pro nondum habente ſummam perfectionem, vt prius dixi, qualem ſcilicet habent beati in patria, & qualem habuerunt pauciſſimi in hac vita, ſcilicet Chriſtus, beata Virgo, primi parentes in ſtatu innocentiæ: & forſan alij ex priuilegio ſpeciali. Sed ſi ſumamus imperfectum pro vitioſo, vel carente perfectione neceſſaria ad ſalutem, hoc eſt hæreticum. Apoſtolus enim qui perfectiſſimus fuit in via, reprimebat inſultus carnalium paſſionum. vndè dicit 1. ad Corinth. 9. in fi. Sic pugno, non quaſi aerem verberans: ſed caſtigo corpus meum, ſcilicet motus carnis illicitos reprimendo, ſecundùm Auguſtinum, & in ſeruitutem redigo, ſcilicet carnem ſpiritui ſeruire cogendo, ſecundùm eum, ad idem ad Rom. 7. Video aliam legem, &c. & 2. ad Corin. 12. Ne magnitudo reuelationum me extollat, datus eſt mihi ſtimulus carnis. Item Hierem. & Ioan. Bapt. qui fuerunt ſanctificati in vtero, ſecundùm Theologos habuerunt fomitē inclinantem ad venialia, licet non ad mortalia: & contra tales inſultus bellauerunt. vndè cantat Eccleſia de Ioan. Baptiſta: Antra deſerti teneris ſub annis, ciuium turmas fugiens petiſti, ne leui ſaltem maculare vitam famine poſſes. Beatus Martinus legitur quòd carnem ſpiritui ſeruire cogebat. De beato Benedicto Gregorius dicit 2. dialogo. ꝙ inſultus carnalis tentationis repreſſit proijciendo ſe inter vrticas & ſpinas, vt per vulnera corporis educeret ab anima vulnus mentis. Ex quibus patet quòd perfecti perfectione neceſſaria ad ſalutem non licentiant à ſe virtutes etiam in actu: imo ſe exercent in actibus virtutum moralium. vndè ipſe Apoſtolus ad Philip. 4. Quæcunque ſunt vera, quæcunq; pudica, quæcunque iuſta, quæcunque amabilia, quæcunque bonæ famæ; ſi qua virtus, ſi qua laus diſciplinę, hoc cogitate quæ accepiſtis, & audiſtis, & vidiſtis in me. De hæreſi vidimus. De inſania etiam huius opinionis patet: quis enim ſciat ſe perfectum vt licentiare poſſit virtutum actus? certè nullus. de pœn. diſt. 2. ſi enim. verſi. nos autem iuxta. & de purg. can. c. vlt. ver. ſed hoc, & quod ibi dixi. Ioan. And.

Exercere ſe in actib⁹ virtutum moraliū an ſit hominis imperfecti.

Ioan. Bapt. & Hieremias fuerunt in vtero ſanctificati.

¶ *Glo. ſeq. diſtinguendo duplex mortale, ſcilicet ſecundùm ſpeciem, & ſecundùm cauſam: concludit hæreſim, & negat rationem, in fine oſtendit inſaniam, dato quòd ratio eſſet vera.*

Peccatū dicitur mortale dupliciter.

a ¶ *Septimo, quòd mulieris oſculum.*] Et eſt ſciendum, quòd peccatum mortale dicitur dupliciter. Vno modo ſecundùm ſuam ſpeciem, vt furtum, adulterium, periurium. de iureiur. etſi Chriſtus. ver. quædam. & hoc modo oſcula, amplexus, vel tactus non ſunt mortalia, cum poſſint abſque libidine fieri, vel ex conſuetudine regionis, vel propter pacem, vel aliam neceſſariam, vel rationabilem cauſam. Alio modo dicitur mortale, procedens ex inordinata & mala cauſa: vndè peccat mortaliter dans eleemoſynam pauperi, vt illum inducat ad hæreſim. Cum ergo non ſolùm deliberatus conſenſus in actū peccati mortalis, ſed etiam in delectationē ei annexam (ſecūdum Auguſtinum & Theologos) ſit peccatū mortale: & per conſequens conſenſus deliberatus in actum luxuriē & delectationis ei annexæ, vt probant doctores, ſit mortale: oſcula autem libidinoſa, amplexus, & tactus ſi fiant propter delectationem huiuſmodi, ſic enim ſolùm libidinoſa cenſentur, manifeſtum eſt propter hanc cauſam libidinoſa oſcula fore mortalia: & hoc tenet Thom. 2. 2. q. 154. ar. 4. nec mirum, cum id dicatur etiam de libidinoſo aſpectu. 32. q. 5. nec ſolo. & c. ſeq. Et falſa eſt ratio, quòd natura nō inclinet ad illa, cum illa ordinentur ad actum carnalem conſummatum ſicut ad finem. ſicut autem natura inclinat aliquid in proprium finem, ita inclinat in omnia de ſe ordinata in illum finem. ſicut enim grauitas rei grauis naturaliter inclinat illam ad eſſe deorſum; ita ad deſcendendum deorſum. Item dato quòd ratio eſſet vera: non tamen concludit. ſi enim aliquid eſſet mortale, quia natura non inclinat: ergo ieiunare & peregrinari, & alia pœnalia facere: credere Deum trinum & vnū, & alia quæ fidei ſunt, ad quę nō inclinat natura, eſſent moralia: quod eſt inſanum.

Oſcula libidinoſa ſunt mortalia.

¶ *Glo. ſeq. reprobat id per canonem, & quinque auctoritates: & de ratione remittit.*

Fornicatio ſimplex eſt peccatum mortale.

b ¶ [*Non eſt.*] hoc reprobatur etiam in ſimplici fornicatione. 25. diſt. §. aliàs ea demum. 22. q. 1. prædicandum. 32. q. 4. meretrices. Hoc probat Apoſtolus ad Galat. 5. vbi præmiſſa fornicatione, & alijs vitijs ſubmittit; Qui talia agunt, regnum Dei nō poſſidebunt. ſolum autem mortale excludit à regno Dei: ergo, &c. ad idem Tob. 4. ibi, Attende tibi ab omni fornicatione: & præter vxorem tuam non patieris crimen ſcire: ſed crimen importat mortale. 81. diſtinct. capitulo primo, ad idem. de pœ. & remiſ. Deus qui. Item eſt præceptum decalogi, Non mœchaberis. Exod. 20. 32. quęſt. 6. non mœchaberis. Ad idem Deut. 23. ibi, Non erit meretrix, &c. & 1. ad Corinth. 6. Fugite fornicationem, &c. hoc idem ratione concluditur, quam plene Tho. proſequitur quæſtione, quam proxima gloſſa allegaui in ſecundo articulo.

c ¶ [*Cum tentatur.*] Tunc eſt reſiſtendū, & actu virtutis vtendum, vt dixi ſ. verſ. proxi. non ferro. de corpo. viti. ſignificauit.

¶ *Glo. ſeq. reprobat hoc dictum per auctoritates, canones, & per rationes, in fine oſtendens illorum rationem eſſe inſaniam.*

d ¶ *Octauo, quòd, &c. Exhibere.*] cum tamen ſcribatur ad Philip. 2. quòd in nomine Ieſu omne genu flectatur. & de immuni. eccle. decet. lib. 6. reprobatur etiam hoc de celeb. miſ. ſanè. de conſec. diſt. 2. nihil. Nam etiam cum Euangelium legitur, curuari debemus. de cōſecr. diſt. 1. Apoſtolica ad idem 50. diſt. in capite. Hæreſis autem & inſania huius dicti patet: quia contradicit doctrinæ vtriuſque teſtamenti. pręcipit enim Propheta etiam perfectis in Pſal. 97. Dominus regnauit, iraſcantur populi: ibi, Adorate ſcabellum pedum eius, quoniam ſanctum eſt: quod de Chriſti humanitate, & ſpecialiter de Chriſti carne exponit Auguſtinus: ſic etiam dicit Apoſtolus ad Hebræ. 1. Introducit primogenitum in orbem terræ, & adorēt eum omnes angeli Dei. Conſtat etiam non ſolùm per præceptum Eccleſiæ de pœniten. & remiſ. omnis. ſed etiam per præceptum Chriſti, quòd omnes quantumcunque perfecti, tenentur determinato tempore ſumere corpus Chriſti. Ioan. 6. Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, &c. de conſec. diſt. 2. prima. & Luc. 22. Apoſtolis ſummè perfectis 1 dixit: Hoc facite in meam commemorationem. ſ. ead. compil. de reliq. & vene. ſi dominum. poſt prin. Sed qua ratione tenetur quis corpus Chriſti ſumere & ſpiritualiter mādducare, eadem ratione tenetur ipſum adorare, etiam latriæ adoratione, vt probat Auguſtinus ſuper Pſalm. prædi. & probat Tho. 3. par. q. 25. art. 1. & 2. Ratio autem iſtorum quę ſequitur eſt inſania, ſecundùm quam Virgo beata, Euangeliſtæ, Apoſtoli: item Patriarchæ, Prophetæ fuiſſent ſummè imperfecti. cum ex geſtis & verbis ipſorum appareat, ꝙ circa hoc iugiter cogita-

1 Collatis cum eis qui ſucceſſerūt tamquā fundamenta totius Eccleſiæ.

cogitabant plus : quia omnes beati de imperfectione notarentur, qui in diuina eſſentia vident quotidie omnia ſacramenta humanitatis Chriſti, & illa liquidiſſimè contemplantur.

a ¶*Sanctitatis.*] vide quod ſuper eod.verſi.dixi.ead. compil. de relig.dom.c.1. Tullius lib.1.de Offi. Totius iniuſtitiæ nulla capitalior, quàm eorum qui cum maximè fallant, id agunt vt boni viri videantur.

Tullius contra ſimulatores.

b ¶*Propagentur.*] eſt propago propaginis vitis extēſa ſub terra. Itē alicuius progenies vel proſapia, eſt propago propagas, quod reſpicit producentē vel procreantē. inde dixit quidam:

Propago eſt æquiuocum

Vitem propago, bibet inde futura propago.

c ¶*Commorantur.*] vide eo. tit. vt commiſſi. lib.6.ver. & cōtra illos.

d ¶*Vltionem.*] eo.tit. ad abolendam. &c. excommunicamus.

Nonnulla etiam alia ſub ſimulata quadam ſanctitatis [a] ſpecie dicunt, faciunt, & committunt, quæ oculos diuinæ maieſtatis offendunt, & graue in ſe continent periculum animarum. ¶Cum autem ex debito commiſſi nobis officij huiuſmodi ſectam deteſtabilem, & præmiſſos ipſius execrādos errores (ne propagentur [b] vlterius, & per eos corda fidelium damnabiliter corrumpantur) extirpare ab Eccleſia Catholica neceſſariò habeamus: Nos ſacro approbante concilio, ſectam ipſam cum præmiſſis erroribus damnamus & reprobamus omnino, inhibentes diſtrictius, ne quis ipſos decætero teneat, approbet, vel defendat: Eos autem, qui ſecus egerint, animaduerſione canonica decernimus puniendos. ¶Porrò diœceſani & illarum partium inquiſitores hæreticæ prauitatis, in quibus Beguardi & Beguinæ huiuſmodi cōmorantur [c], ſuum officium circa eos diligenter exerceant, inquirentes de vita, & conuerſatione ipſorum, qualiterúe ſentiant de articulis fidei, & Eccleſiæ ſacramentis. In illos verò quos culpabiles repererint (niſi abiuratis ſponte prędictis erroribus pœnituerint, & ſatisfactionem exhibuerint competentem) debitam exerceant vltionem [d].

TITVLVS IIII.

De homicidio voluntario, vel caſuali.

¶Clemens v. in concilio Vienneñ.

¶*Furioſus, infans, vel dormiens hominem mutilans vel occidens, non efficitur irregularis: nec etiam ille qui aliter mortem vitare nequiens ſuum inuaſorem occidit, vel mutilat. hoc dicit.*

CAP. VNICVM.

SI † furioſus [e], aut infans [f], ſeu dormiēs [g] hominē mutilet [h], vel occidat, nul-

DE HOMICIDIO voluntario, vel caſuali.

Cōtinuatio.

¶*Viſum eſt ſuperius de crimine hæreſis, quod eſt grauiſſimū crimen: nunc uidendū eſt de alio crimine videlicet de homicidio. Et quia homicidium aliquando cō mittitur voluntariè cū deliberatione, aliquando caſualiter: ideo annectitur præſens rubrica, de homicidio voluntario vel caſuali.*

S*I furioſus.*] ſummat habēs duo dicta, in quorū primo determinat tres caſus: in ſecundo, quartū. Præſupponendum eſt ꝙ ſi quis hominē occiderit, vel hominis membrum mutilauerit, ideſt, ſeparauerit, talis efficitur irregularis: adeo ꝙ ſi tempore homicidij nō ſit promotus ad ſacros ordines, non poterit promoueri. Si verò ſit promotus, non poterit miniſtrare in ordinibus ſuſceptis, niſi cum eo diſpenſetur. Et licet dicāt quidam, ꝙ nullo modo poſſit diſpenſari cum talibus: quia ſunt irregulares de iure diuino per illa verba ad Dauid regē: Non ædificabis mihi templum, quia vir ſanguinis es: tamen cōmunis opinio eſt, ꝙ poſſit diſpenſari: ſed Papa non conſueuit diſpēſare cum talibus. CASVS. Quidam furioſus incidit in furiā, adeo ꝙ erat mente alienatus: iſte non fuit poſitus ſub cuſtodia à ſuis parentibus: quod fieri debebat, per l.diuus.ff.de offi.præſ. Iſte furioſus occidit aliquem, vel mutilauit membrum hominis: poſtea fuit à furore liberatus: Quæritur, an poſſit in ordinibus ſuſceptis miniſtrare: Dicit Clemens ꝙ ſic. Idem dicendū eſt de infante. Idem de illo qui dormiendo aliquē occidit. Idem de illo qui occidit aggreſſorem, cum non poſſit aliàs mortē euitare, adeo ꝙ iſte ſic inuaſus poſſet ſe defendere. h.d.H.R. ¶Colligo aliqua notabilia. Primò, ꝙ mutilatio fit per ſeparationem membri: ſed debilitatio eſt quando non fit ſeparatio, ſed redditur corpus debile. Not. ꝙ furioſus ex homicidio non incurrit irregularitatem. Nota ꝙ furioſus propriè non delinquit, quia delictum non fit ſine animo delinquēdi. Not. ꝙ ex homicidio vel mutilatione incurritur irregularitas. Nota quod idē dicendum eſt de infante, ſicut dictum eſt de furioſo: ſecus de impubere proximo pubertati: quia in eo cadit omne delictū præter delictū carnis, niſi malitia & vigor naturalis ſuppleant ætatem: quia etiam talis impubes poteſt contrahere matrimonium. Nota ex quibus quis incurrit irregularitatem, ſcilicet ex homicidio & mutilatione, & requiritur ꝙ ſit membrū principale: ideo clericus mutilaado digitum, non efficitur irregularis, quia digitus non eſt membrum, ſed officium membri. l. hermaphroditus. ff. de ſtatu homi. Nota ꝙ licet ſit licitum alicui vim illatam repellere, ita ꝙ non teneatur fugere, cum eſſet honeſta perſona, cui non eſſet honeſtum fugere, ſi reſiſtendo occidat, incurrit irregularitatem, licet non veniat puniendus in foro ſeculari. Nota ꝙ mutilare & occidere æquiparantur quo ad contrahendam irregularitatem. de hoc in glo. not. quo ad irregularitatem. Nota ꝙ multiplex eſt irregularitas, quod videtur velle litera ibi: *Nullam irregularitatem.* eſt enim quędam quæ tantùm impedit promouendum: quædam deijcit etiam iam promotum, vt not. 50. diſt. de his. de homi. ſicut.

¶*Prima glo. dicit quid determinat.*

e ¶*Si furioſus.*] Se ſummat habens duo dicta, in quorum primo determinat tres caſus: in ſecūdo quartum. Et primū determinat, quæ habentur 15.q.1.§. de furioſis. vſque ad finem quæſtionis. & quæ not. ea.q. in ſumma. & cap. meritò.

¶*Glo. ſeq. per ſeptem ſimilia, & per rationem coadiuuat textum.*

e ¶*Furioſus.*] iſte ſiue continuo furore laboret ſiue per interualla: quamdiu furit, pati poteſt iniuriam, ſed non facere. ff. de iniur. illud. canonizata. 15.q.1. illud. & quod per eum ſit, habetur perinde, ac ſi caſu aliquo accidiſſet ſine facto perſonæ. ff. de admi. tut. l. vlti. in fi. vnde ſi damnum dat non tenetur Aquil. ſed eſt perinde ac ſi quadrupes feciſſet, vel regula cecidiſſet. ff. ad leg. Aquil. ſed & ſi quæcunque. §.2. Et idem ibi dicitur de infante: & alibi dicitur, quod infans vel furioſus perdidit vel corrupit, impunitum eſt. ff. de rei vendi. quod infans. & rationem reddit lex, quæ de homicidio loquitur. ff. ad leg. Cornel. de ſica. l. infans. vbi dicitur: infans vel furioſus ſi hominem occiderit, lege Cornelia non tenetur, cum alterum innocentia cōſilij, alterum fati infelicitas excuſet. ſatis ergo ſuo furore punitur. ff. ad leg. Pomp. de paric. l. penul. in fi. ff. de offi. præſi. diuus. 1. reſpon. & afflicto non eſt addenda afflictio. 7.q.1. cum percuſſio. de cler. ægro. c. pen. C. de epiſc. aud. tam dementis. in fin. Sicut ergo furioſus non teſtatur. C. qui teſt. fac. poſ. furioſum. de ſuc. ab inteſt. c. ſi. nec religionem profitetur. 17.q.1. Gonſaldus. de regul. ſicut tenor. nec matrimonium contrahit. de ſpon. dilectus. nec baptizat. de hoc. 1.q.1.§. ecce. quando nec baptiſmum recipit niſi in caſu. de bapt. maiores. ita nec occidendo irregularitatem contrahit, vt hic. & facit 3.q.9. indicas. & quis probet, ibi not. & in prædi. decre. cum dilectus. in glo. hoc ideo. & quomodo probetur, ibi ſcripſi. & facit quod not. 46. diſt. c.1.

Furioſus iniuriā facere non poteſt

† Hanc Clementinā latiſſimè repetiuit Didacus Couarruuias, eum videto.

Furioſus teſtari nō poteſt, nec religionē profiteri, &c.

¶*Glo. ſeq. rationem reddit, quam fortificat. ſecundò ponit opi. Hoſt. hic reprobatam.*

f ¶*Infans.*] minor ſeptennio. C. de iu. delibe. l. ſi infanti. de deſpon. impu. c. vnico. in prin. lib. 6. & eſt ratio (de qua ſ. dixi) quia ætas illa ignorat quod videt. C. de fal. mo. l. 1. inde eſt ꝙ ex talium ſponſalibus non contrahitur publica honeſtas. de ſpon. impu. literas. & c. acceſſit. Sed Hoſt. in decre. illa de delictis puerorum, dicebat ꝙ puer non doli capax ſi proijciendo lapidem vel cultellum occidit aliquem, irregularis eſt, licet non habuerit animum occidendi: quia in lege promotionis non voluntas, ſed factum attenditur: dicebat tamen tale homicidium diſpenſatione dignum, cum cenſeatur quaſi caſuale non habita diſtinctione, ex quo non diſcernit an dederit operam rei licitæ, vel adhibuerit diligentiam. hoc hic reprobatur.

Puer nō doli capax aliquem occidens, an ſit irregularis.

g ¶*Dormiens.*] de iſto habetur de baptiſ. maiores. §. verum. ff. de acqui. poſ. l. 1. §. furioſus. ſicut aliqui dormiendo loquuntur, ita ſunt qui agunt etiam dormiendo.

Dormiendo aliqua agi poſſunt.

¶*Glo. ſeq. æquiparationem probat per alia nouem iura.*

h ¶*Mutilet.*] Nota quo ad irregularitatem mutilationem homicidio cōparari. ad idem 51. diſt. aliquantos. & c. ſi quis poſt. & c. qui in aliquo. 54. diſt. ſi Euangelica. ne cler. vel mon. clericis. & c. ſententiam. de rapt. in archiepiſcopatu. de cler. pug. in due. c. 1. in fi. eo. tit. is qui. lib. 6.

a ¶*Nullam.*]

a ¶[N]ullam.] hoc tollit dictum illorum qui dicebant tales ſcilicet ad ordines ſuſcipiendos irregulares eſſe, ſed non quo ad ſuſceptos: quod videbatur placere Gratiano 15.q.1.in fi. Itē illorum qui diſtinguebant diſpenſabilem ab indiſpenſabili, vt dixi in glo.minor.in fine.

¶Gl. ſeq. dicit quid determinat ſecunda pars, & tres opi. ponit.

b ¶*Et idem.*] determinat not.50. diſt. de his. & eod.tit.c.2.& c. ſicut dignum. in fin. magnæ glo. per quæ patet, ꝙ triplex in hoc erat opinio: Prima, Hug. ꝙ talis erat irregularis. Secunda, Ioann. & Gof. ꝙ quo ad ſuſcipiendos irregularis eſſet, ſed diſpenſabilis: ſed in ſuſceptis licitè miniſtraret. Tertia hic approbata fuit. Bart. Brixien. in prædicto c. de his. & in quæſtione quæ incipit: Aliquis repellendo violentiam. quam tenebat Hoſt. in prædi.decre.2. & in decre.ſicut.dicens ꝙ Clemens quartus & curia ſic tenebat.

† Pro materiæ intellectu. vide B. Thomam 2.2.q.78. per totam quæſtionem.

c ¶*Mortem.*] propriā, vt ſequitur.

¶Glo.ſeq.exemplificat, & dubium ſoluit.

d ¶*[N]on valens.*] Inangulatus erat, vel ſic arctatus ꝙ fugere non poterat 1 nec ſe iuuare clamore, vel aliter. Si de hoc dubitatur, in foro contentioſo non crederetur ſibi: ſed per circunſtantias apparentes oporteret hoc iudicari. in foro pœnitentiali crederetur hoc aſſerenti. eo.tit. ſignificaſti 2. de ſpon. tua.

1 Vide Alexandrū conſil.109. lib. 1. incip. Viſis & vt oportet conſideratis. & Aretinum conſi.80.

¶Glo. ſequens not. à contrario, & id approbat, & obiectioni reſpondet.

e ¶*Suum.*] Hæc litera innuit ſecus in illo qui occiderit volentem occidere patrem, filium, coniugem, vel perſonam coniunctam, quam aliter iuuare non poterat: quod verum puto, quaſi caſus ille non includatur ſub neceſſitate ineuitabili, ſed euitabili. Et hoc dico, dato quòd verum ſit quod not. Inno. de ſent. excom. ſi verò 1. vbi tenet, ꝙ eo caſu percutiens clericum non eſt excommunicatus, vt ibi ſcripſi. irregularitas enim iſta contrahitur ſine culpa etiam ex merito, vt in iudice iuſtè occidente. 51 diſt.c.1. & dixi de ſpon. inter opera. ſed illa excommunicatio non: imo oportet ꝙ præcedat diabolica ſuaſio circa clericum percutiendum. 17.q.4. ſi quis ſuadente.

f ¶*Occidit.*] etiam vibrando, nec reſtringas ad exemplum quod ponit glo.penult. Ber.in decret.ſicut.

lam a ex hoc irregularitatem incurrit. Et idem b de illo cenſemus, qui mortem c aliter vitare non d valens, ſuum e occidit f, vel mutilat inuaſorem.

TITVLVS V.
De vſuris.

¶ Clemens v.in concil. Viennenſi.

¶Officiales communitatum facientes, dictantes, vel ſcribentes ſtatuta ſuper vſuris ſoluendis, non repetendis, vel non reſtituendis, vel iudicantes ſecundùm illa, vel non delentes illa (ſi poſſunt) infra tres menſes de libris communitatum, vel illa ſeruantes, excommunicati ſunt. Io. An.

CAP. VNICVM.

EX † graui g ad nos inſinuatione peruenit, ꝙ quorūdam cōmunitates locorū in offenſam Dei & proximi h, ac contra iura i diuina pariter & humana k vſurariam approbantes quodāmodo prauitatem, per ſtatuta ſua iuramento l quandoque firmata, vſuras exigi & ſolui nedùm concedunt, ſed † ad ſoluendas eas debitores ſcienter compellunt, ac † iuxta ipſorum continentiam ſtatutorum grauia imponendo plerunq; vſuras repetentibus onera m, aliiſq; vtendo ſuper his diuerſis coloribus, & fraudibus exquiſitis n repetitionem impediunt earundem. ¶Nos igitur pernicioſis his auſibus obuiare volentes, ſacro approbante concilio ſtatuimus, vt quicunque communitatum ipſarum Poteſtates, capitanei, rectores, conſules, iudices, conſiliarij, aut alij quiuis officiales ſtatuta huiuſmodi de cætero o face

† Aliàs ſed & ad ſoluendum eaſdē, &c.

† Aliàs.aut.

DE VSVRIS.

Cōtinuatio. *¶Viſum eſt ſupra de quibuſdam delictis: verùm quia crimen vſurarum eſt graue: ideo videndum eſt de vſuris.*

EX graui.] Tres ſunt partes principales. In prima parte præmittit abuſum circa vſurarum ſolutionem, & repetitionem, & cōſtitutionem per quam excommunicat ipſo facto fauētes vſurarijs in ſex caſibus hic poſitis. In ſecunda præmiſſa ratione ſtatuit librum ſeu codicem rationum vſurarij debere exhiberi: ibi, *Cæterum.* In tertia parte declarat hæreticū eſſe aſſerere pertinaciter exercere vſuras non eſſe peccatum: & contra ſuſpectos de hoc vel diffamatos de hoc velut de hæreſi poſſe procedere: tertia: ibi, *Sanè.* Imola. ¶In concilio generali in ciuitate Viennenſi celebrato, plures iudices ciuitatum in fraudem concilij Lateranenſis, de quo in c.quia fruſtra.eo.tit.in antiq.faciebant ſtatuta de vſuris non repetendis, & non ſoluendis: & per ſua ſtatuta cogebant debitores ad illas vſuras ſoluendas indirectè, ſic videlicet, cum bene ſcirent ꝙ vſuras non poſſent habere à ſuis debitoribus, ipſi mutuabant pecunias, & conueniebant ſimul dicentes: Ego mutuabo tibi centum vſque ad decem annos, & tu in termino ſolues mihi illa cētum: Et iterum dabis mihi nomine mutui totidem. hoc eſt iterum te obligabis in centū: & iſtud erat magis graue debitoribus, quàm ſi ſoluerēt vſuras. Concilium ordinauit, ꝙ talia ſtatuentes, & etiam dictantes ſtatuta illa, & etiam ſucceſſores eorum vtentes illis ſtatutis ſunt excommunicati. Sed quid ſi ſolui vſuras, & illas volo repetere, ad probādum ſolutionem vſurarum peto mihi edi librum rationum: vtrum teneatur creditor mihi edere, i. monſtrare & oſtendere librum rationum? Videtur ꝙ non: quia eſt inſtrumentum priuatum, & inſtrumenta priuata non debent edi: Dicit quòd imo debet edi: & hoc eſt ſpeciale in odiū vſurarum. Colligo aliqua notabilia. Primò ꝙ facientes ſtatuta impediētia repetitioem vſurarum, vel compellentia debitores ad ſolutionē vſurarū. ipſo facto ſunt excommunicati. Idem de ſcribentibus vel dictantibus illa ſtatuta. Not. ꝙ licet regulariter reus non teneatur edere inſtrumenta ad fundandum intentionem actoris. l. qui accuſare. C. de eden. fallit in vſurarijs. & hoc in odiū vſurarum, vt ipſe teneatur edere, id eſt monſtrare inſtrumētum ad fundādam intentionē actoris. Not. quòd aſſerens, id eſt affirmās exercere vſuram non eſſe peccatum, poteſt vt hæreticus puniri ſi pertinaciter aſſerat, & peccat contra articulum. In vnam ſanctam eccleſiam catholicam. Nota quòd in offenſam Dei eſt quicquid ſtatuit in fauorem vſurarum, & dicit Stephanus, ꝙ eſt in offenſam, quia per hoc ei animas furantur. 14.q.5. pœnale. Not. contra ſtatuta iniqua: & facit Iſa. 10. Veh vobis qui conditis leges iniquas. Zabarel.

¶Prima gloſſa ſimul ſummat, & diuidit.

g ¶*Ex graui.*] Caſus. Officiales communitatum facientes, dictantes, vel ſcribentes ſtatuta ſuper vſuris ſoluendis, non repetendis, vel non reſtituendis: vel iudicantes ſecundùm illa, vel non delentes illa ſi poſſunt infra tres menſes de libris communitatum: vel illa ſeruantes excōmunicati ſunt. hoc primò. Fœneratores in cauſis vſurarum edere coguntur libros rationum ſuarum. hoc ſecundò. Pertinaciter aſſerens exercere vſuras non eſſe peccatum, hæreticus eſt. hoc tertiò. partes patent.

¶Glo.ſeq in quæſtione remittit.

h ¶*Proximi.*] cui reſtitutio debetur. An verò valeant talia ſtatuta quæ tollunt rerum dominia, vel actiones prouenientes de iure gentium, vel ciuili, ſatis ſcripſi poſt Inno. & Hoſt. & Compoſt. de conſti. quæ in eccleſiarum. & facit quod not. ff. de conſti. princ. l. 1.

i ¶*Iura diuina.*] Leuitici 25. Deut. 23. Lucæ 6.

k ¶*Humana.*] id eſt ab homine tradita, & de iure canonico loquitur, ſaluo ꝙ not. 14.q.4. quid dicam. & eo.tit.c.3. & C. eo. tit. Auth. ad hæc. & in Auth. de eccl. tit. in prin. colla. 9.

¶Gl.ſeq.ponit dictum, & eius rationem, & obiectionem ſoluit.

l ¶*Iuramento.*] quod non obligat 2. de reg.iur. non eſt lib. 6. cum principale non teneat. de fo. cōpe. ſi diligenti. Non obſtat de iureiur. debitores. quia licet valeat iuramentum debitoris ſuper vſura ſoluenda, cum ſeruari poſſit ſine periculo animæ, nec ſit in alterius præiudicium iuramentum: tamen ſuper ſeruando iniquo ſtatuto, de quo hic loquitur, reſpicit alterius præiudicium, vt ſupra: nec ſeruari poteſt ſine periculo ſalutis æternæ, ſicut nec ſtatutum.

2 Vide B. Thomā 2.2. q.89. art.2.

m ¶*Onera.*] Fertur quòd Pergami eſt ſtatutum, ꝙ repetentes vſuras in foro eccleſiaſtico per Poteſtatem cogantur vſurario mutuare tantam pecuniam à tanto tempore, quanto tenuerunt pecuniam vſurarij: deducunt ergo naturalem obligationem in ciuilem, quod non licet 3, vt ſcripſi eo.tit. conſuluit. [Ibi ſcribit Ioan. & Goffred. 14.q.3.c.1.]

3 Vide Decium conſil. 118. col.3.

n ¶*Exquiſitis.*] ſimile de hæret. ſtatutum 1. lib. 6.

o ¶*De cætero.*] quo ad pœnam excommunicationis, quam imponit infra, reſpicit futura: ratio tamen conſtitutionis eſt antiqua. eo.tit. cum tu. Ioan. And.

¶*Glo.*

¶Glo.ſeq.quærit, arguit pro, ſoluit contrarium.

a ¶*Facere.*] quid ſi fiat ſtatutum; ꝙ nullus pro vſura recipiat vltra 1 duos denarios pro libra in menſe? videtur ꝙ locum habeat pœna. quaſi de pluri negando videatur de tanto concedere.de præſump.nonne.cum concor. contrarium puto eo. tit. quanto. de treug.& pace. c.1.

1 Idem de dictione præter, tenet apoſtilla ad Abbaté in c.literas. de præſump.& Decius con ſil.87.col.2. in 2.volum.

b ¶*Dictare.*] concor. ne cler.vel monac.ſententiam.

c ¶*Iudicare.*] de ſcribentibus iudicata non exprimit, ſicut in decr. nouerit. de ſen.excom.

d ¶*Incurrant.*] incontinẽti ſine temporis interuallo, & vide quod ſcripſi in decret. nouerit.ſuper verbo, ſtatuarios.

e ¶*Poteſtatem.*] ſic ergo intelligatur de ſen. excom.nouerit. & ibi not.per Inno. & Hoſt. & eo.tit. grauem.& intelligo de poteſtate iuris & facti.

f ¶*Tres menſes.*] in decret. nouerit. dantur duo tantùm, ſed caſus ſunt diuerſi: & ibi ſtatutum erat cõtra libertatẽ eccleſiæ, hic aliàs iniquum.

re [a], ſcribere, vel dictare [b], aut quòd ſoluãtur vſuræ, vel quòd ſolutæ cum repetuntur non reſtituantur plenè ac liberè, ſciẽter iudicare [c] præſumpſerint, ſententiam excommunicationis incurrant [d], Eandem etiã ſententiam incurſuri, niſi ſtatuta huiuſmodi hactenus edita de libris communitatum ipſarum (ſi ſuper hoc poteſtatẽ [e] habuerint) infra tres [f] mẽſes deleuerint; aut ſi ipſa ſtatuta, ſiue conſuetudines effectum eorum [g] habentes quoquo modo præſumpſerint obſeruare [h].

¶Fœneratores in cauſis vſurarum edere coguntur libros rationum ſuarum. Ioan. And.

¶Cæterùm quia fœneratores ſic vt plurimum cõtractus vſurarios occultè ineunt & doloſè [i], quòd vix conuinci poſſunt de vſuraria prauitate, ad exhibendum cũ de vſuris agetur [k] ſuarum codices [l] rationum [m], cenſura [n] ipſos [o] decernimus eccleſiaſtica compellendos [p].

¶Pertinaciter aſſerens exercere vſuras non eſſe peccatum, hæreticus eſt. Ioan. And.

¶Sanè ſi quis [q] in illum errorẽ inciderit, vt pertinaciter [r] affirmare [ſ] præſumat, exercere vſuras non eſſe [t] peccatum: Decernimus eum velut hæreticum [u] puniendum: locorum nihilominus ordinarijs & hæreticæ prauitatis inquiſitoribus diſtrictius iniungentes, vt contra eos, quos de errore huiuſmodi diffamatos inuenerint, aut ſuſpectos, tamquam

g ¶*Eorum.*] ſ.ſtatutorum. Et hoc dicit, quia quandoque non ſtatuunt talia, ſed aſſueſcunt, id eſt conſuetudinem deducunt.

h ¶*Obſeruare.*] vt ſcripſi ſecundũ Inn.in decr.nouerit.obſeruantes, niſi ſint de perſonis expreſſis, excommunicati nõ ſunt.

i ¶*Doloſè.*] ſatis ſcripſi de empt.& vend.ad noſtram.

k ¶*Agetur.*] quo caſu proceditur ſimpliciter & de plano.ſ. ead.compil.de iudi.diſpendioſam.

Codex quid ſignificat.

l ¶*Codices.*] licet hoc ſit ſpeciale nomen cuiuſdam libri ciuilis ſcientiæ: tamen ampliatur ad omnes libros. de ſum.trin. damnamus.ver.non enim.ff. de eden. argentarius.§.1.

¶Glo.ſeq.de rationum editione remittit, diſtinguens triplicem formam petendi, oſtendit quid addit decret. hic: in fine dubium ſoluit.

Editio rationis per quas actiones petitur.

m ¶*Rationum.*] vide quod not.& dixi de prob.cap.1. & per Azonem in ſum.de ẽden.§.nunc de editione rationum. Quicquid ſcribatur de rationibus edendis, veritas videtur, ꝙ rationis editio per ſpeciales actiones petitur à tutore, curatore, ſocio, procuratore, & geſtore, ſcilicet per actiones tutelæ, pro ſocio, mandati, & his ſimiles: ſed per edictum de edendo iuſtè petitur ab illo qui fecit illam ex publico officio: ſed.ſi non petitur ratione publici officij, tunc videtur idem in illis quod in inſtrumentis. Si igitur vt priuatus quis conficiat ſcripturam in libro de datis & acceptis, non cogitur ad illas rationes edendas ſine cauſæ cognitione, & in cauſæ cognitione vertitur ꝙ illis vtatur, vel ꝙ petens ſit priuilegiatus, vt fiſcus.ff.de eden.l. 3.& ſic poteſt rectè intelligi.l.1. C.de eden. hoc ergo nouum facit hæc conſtitutio, ꝙ addit alium caſum priuilegiatum, in quo etiam talium rationum fit editio. quæ ante conſtitutionem iſtam non fiebat, vt fuit olim determinatum per dominũ Iacobum de Myſio fratrem Archidiaconi, qui quærebat de manifeſto vſurario, qui epiſcopo ſatiſdederat. quod vide in Mercu.hoc tit.ſub litera E. Item ſcias ꝙ iſtis rationibus ſtaretur 2 contra eos, pro eis non.C.de prob.l.inſtrumẽta.& l.rationes.& l.exemplo.& not. ff.de edend.l. quædam.§. nummularios.in gl.ſed an idem hodie.& facit quod not.de fid.inſtr.c. 2.in fi.1.glo.& 24.q.2.ſanè profertur.in glo. ſed quod.

2 Vide Abbaté in c.2. de fid. inſtr.

¶Glo.ſeq.not.ex pœna expreſſa, & remittit, ſecundò quæſtionem ſoluit.

n ¶*Cenſura.*] quid contineat, habetur de verb.ſign.quærenti. Non vult ergo hæc conſtitutio, ipſo inuito domum ipſius ingredi, vel arcam ipſius frangi.& vide quod not.in Spec.de inſtru.edi.§.videndum reſtat.ver.pone inſtrumenta. Et quia hãc cenſuram licet non directè, tamen indirectè contra Iudæos exercet Eccleſia.eo.tit.poſt miſerabilem, &c.quanto. ſatis videretur, ꝙ etiam in Iudæis haberet hoc locum ſi per ſeculares principes tales libros edere non cogantur per iura prædicta.& facit quod dicam infra parte proxima.

Iudæi indirectè pñt ab Eccleſia excõmunicari,

o ¶*Ipſos.*] vſurarios.& idem puto de ipſorum hęredibus ſuis vel extraneis.de vſur.tua nos.&c.Michael.ff.de eden.ſi ... argentarijs.§.1.& l.quædam.§.nihil.

¶Glo.ſeq.quærit, arguit, & ſoluit: contrario reſpondet, & ſolutionem modificat.

SI *quis ſuadente.*] CASVS. Aliquis fuit ita temerarius, ꝙ iniurioſè, id eſt non iure, vel animo iniuriandi manus iniecit in epiſcopũ: vel ipſum inuitum detinuit in carcere: vel illum tamquàm bannitum expulit à terra: vel ſi non fecit, tamen id mandauit fieri, vel fuit factũ ſine mandato eius: & poſtea ratum habuit: vel etiam fuit particeps, & præbuit auxilium: Quæritur, quas pœnas talis incurrit? Dicit Clemens, quòd ipſo facto, id eſt eo ipſo, & ita cito quòd fecit illud factũ, ipſe incurrit ſententiam excommunicationis, etiam in caſibus in quibus olim nõ incurrebat excommunicationem: & etiam in caſibus de quibus in litera. Item ſi talis talia faciens obtinebat res ab eccleſia ad locationem, vel in emphyteuſim, perdit illas ipſo facto: & filij eius ſunt inhabiles ad obtinendum beneficia in illa diœceſi. Item terra illius delinquentis, ſi non contineat vltra vnã diœceſim, eſt ſuppoſita interdicto eccleſiaſtico: Si verò contineat vltra vnam diœceſim: tunc terra principalis domicilij, vel ciuitas eſt ſuppoſita interdicto. Item cõſiliarij illius ſunt excõicati ipſo facto. Poſtea remouet vnum dubium, ꝙ non eſt mirandum ſi pro iſto delicto impoſuerit tantas pęnas: quia illud delictum adhuc requirit maiores. Nota primò, ꝙ Chriſtus dictus eſt primò pontifex, quaſi põtem faciens, quo imus ad regnũ cæleſte· poſtea fuit appellatus Papa vicarius Chriſti: poſtea epiſcopi, qui faciunt nobis pontem dando indulgentias peccatorũ. Not. ꝙ ſi Papa ſcribat epõ, dicit: dilecto fratri, ſi alter ſcriberet, literæ eſſent ſurreptitiæ. Si verò ſcribat laicis vel abbatibus: dicit, dilecto filio. Not. ex principio tex. ꝙ inijciens manus violentas in epm̃ dicitur ſacrilegus: quia violat rẽ ſacrã. Idem de ſacerdotibus. l. ſi quis. C. de epiſ. & cler. Not. ꝙ talis inijciens manus in epm̃, vel præbens auxilium ad illud faciẽdum, incurrit ſniam excõicationis ipſo facto: à qua non põt abſolui niſi à Papa, præterquã in mortis articulo: tñ recepta ſanitate tenetur adire Papã ſuper ſatisfactione: aliàs incideret in eandẽ excõicationem. Not. ꝙ talis violator ꝑdit ipſo iure emphyteuſim, & locationes, quas habet ab eccleſia ipſius epi. Nota caſum in quo filius punitur pro delicto patris. & ſic aliquis eſt habilis ad obtinẽda beneficia in vno loco, & non in alio. Not. ꝙ terra illius violatoris ſupponit̃ interdicto. cuius interdicti effectus eſt iſte, ꝙ ibi ſacramenta non miniſtrentur: exceptis neceſſarijs, ſcilicet ſacramento baptiſmi, & pœnitentiæ ſiue confeſſionis. Nota ꝙ diuerſa ſunt genera ſacrilegiorũ: qđ innuit litera ibi, in hoc ſacrilegij genus. & ſic præſupponit ꝙ ſit & aliud genus. de hoc in gl. ſunt enim. Nota ꝙ anathema dicitur mucro. Et quid dicatur anathema, notatur de iudi. cum non ab homine. Zab.

† De intellectu huius Clemen. vi de Ioãnem Lupum in trac. de libertate Eccleſiaſtica par. 2. q. 1.

¶*Prima gloſſa ſimul ſummat & diuidit.*

k ¶*Si quis ſuadente.*] percutiens epiſcopũ, capiens, banniẽs, vel hoc mandans, vel ratificans, ſocius, conſiliarius, fautor, & defenſator cum ſuis poſteris, ciuitas in hoc delinquẽs, & eius, officiales pœnis varijs per concilium puniuntur. Secũdò: ibi, *Nec ſuper hoc.* excuſat rigorẽ dicens, ꝙ grauiores pœnæ deberent imponi. tertiò: ibi, *Sanè.* repetit ius antiquum de abſolutis in mortis articulo, qui ſanati reincidunt, ſi non ſatisfaciãt.

l ¶*Diabolo.*] concor. 17. q. 4. ſi quis ſuadẽte diabolo. & facit ad caſum ea. q. ſi quis deinceps. 2. q. 2. in primis. verſi. de perſona Ianuarij. C. de epiſ. & cler. ſi quis in hoc.

m ¶*In hoc.*] ſunt enim diuerſa genera ſacrilegiorum. de quibus 17. q. 4. §. ſacrilegiũm. & cap. ſeq. & de hoc & de ipſius varijs pœnis not. ead. q. ſacrilegium.

¶*Gloſſa ſequens ſoluit duo dubia.*

n ¶*Quemuis pontificem.*] illos ergo qui renuntiauerũt loco

non

non ordini videtur includere de or. ab epiſcopo. c. 1. ſed tunc non erit locus pœnæ, de qua ĩ. ver. à feudis. & ver. ipſius filij. electos verò nondum conſecratos, qui pontifices, ideſt, epiſcopi non ſunt, non videtur includere.

temerè [a] percuſſerit, aut ceperit, ſeu banniuerit [b], vel hæc mandauerit [c] fieri, aut facta ab alijs rata [d] habuerit, vel ſocius in his fuerit facientis, aut conſilium in his dederit, aut fauorem, ſeu ſcienter [e] defenſauerit [f] eundem: in illis caſibus de prędictis [g], in quibus excommunicationem per iam editos canones [h] non ſubiret, ſit huius noſtræ conſtitutionis auctoritate (non obſtante quacunque conſuetudine [i], quam reputamus approbante ſacro concilio potius corruptelam) anathematis mucrone percuſſus, à quo nequeat, niſi ꝑ ſummum † Pontificem [k] (præterquàm in articulo mortis †) abſolui. A feudis inſuper, locationibus, officijs, & beneficijs ſpiritualibus, ſiue temporalibus, quæ ab eccleſia, cui ſic offenſus præeſt epiſcopus, obtinet, cadat hoc ipſo, ac ad eandem eccleſiam liberè reuertãtur [l]. Ipſius filij per maſculinam [m] deſcendentes lineam vſque ad generationem [n] ſecundam (omni ſpe diſpenſationis adempta) reddantur ipſo facto inhabiles ad eccleſiaſtica beneficia in ciuitate [o] & dięceſi, in quibus idem epiſcopus præſidet, obtinenda [p]. Terra quoque ipſius (duntamen vltra vnam diœceſim non cõtineat) vſque ad condignam ſatisfactionem eiuſdem: Necnon † locos, aut loca in quibus captus epiſcopus deti-

† Aliàs ita: Necnon locus aut loca alia, in quibus, &c.

a ¶ *Vel temerè.*] ille igitur qui percuteret ſe defendendo, nõ ligabitur his pœnis. facit eod. tit. in quibuſdã. & quod ibi not. & eod. tit. felicis. in princi. li. 6.

b ¶ *Banniuerit.*] concor. de iniurijs, olim. Et not. quòd plus habet decre. felicis. eod. tit. lib. 6. quàm iſta. in eo ꝙ punit hoſtiliter inſequentem, iſta ſola † percutientem, capientem, vel bannientem: habet tamen plus iſta in eo ꝙ punit bannientẽ, quod illa non facit.

† Solùm.

¶ *Gloſſa ſeq. notat ſpeciale, quod impugnat, quia durum.*

Mandatum ſolum quãdoque punitur.

c ¶ *Mandauerit.*] Nota caſum quo punitur ſolum mandatum: & eſt maleficiũ perfectũ. concor. de homi. ꝓ humani. ad ſi. li. 6. & vt ibi not. pœnitentia & reuocatio hoc caſu non prodeſt. Sed quia hoc durum videtur, quem ex ſolo mandato, maleficio non ſecuto, tot pęnis inuolui: & quia regulariter verba cum effectu recipiũtur. de cle. non reſiden. relatum. cum concord. ideo poteſt exponi: vel hæc, ſcilicet percuſſiones, captiones, vel banna iam facta. facit eod. titu. felicis. in princ. de ſen. excõ. quicunque. lib. 6.

† Al. ſupremum.

† In articulo mortis nulla eſt caſuum reſeruatio. atq; ideo omnes ſacerdotes quoſlibet pœnitentes à quibuſuis peccatis & cenſuris abſoluere poſſunt. ita cõcilium Tridẽtinũ ſeſſ. 14. cap. 7. de caſuũ reſeruatione.

d ¶ *Rata habuerit.*] oportet ergo ꝙ hæc facta fuerint ipſius contemplatione. aliàs ratum habere non poſſet. de reg. iur. ratum quis. lib. 6. & eod. lib. de ſent. excõ. cum quis. & not. eo. tit. felicis. in prin. lib. 6.

e ¶ *Scienter.*] qui hoc allegat, hoc probet. quod dic vt de reg. iur. præſumitur. lib. 6.

¶ *Gloſ. ſeq. quatuor proſequitur, quæ ponit litera, & primò de ſocio ſecundùm deriuationes. deinde ſecundũ iuriſtas ponit ſex ſocietates. De ſecunda ſcilicet criminis, ponit triplicem modum: & ſecundùm primum dicit hoc intelligi, ſcilicet de cooperante. De conſiliario dat quatuor remiſſiones. De fauente dat triplicem modum: & de ſecundo remittit. De defenſore ponderat literam diſtinguendo duplicem defenſionem in facto, & poſt: & in ſecunda diſtinguit tres ſpecies: & de tertia remittit.*

f ¶ *Defenſauerit.*] qa litera iſta de his quatuor tractat, ſcilicet de ſocio, conſiliario, fauorẽ dante & defenſante: de ſingulis videamus. Circa primũ ſciendũ eſt, ꝙ ſocij 1 propriè dicuntur ſecundũ deriuatores propter periculi, vel operis ſocietatẽ: & dicitur ſocius à ſequor ſequeris: vnde dicunt ꝙ ſocius propriè in periculo, collega in officio, comes in itinere, conſors in præmio, ſodalis in menſa, vel in ſede. Sed nos iuriſtæ dicimus ſocium in crimine. 22. q. 4. ſi ad peccatum 26. q. 2. illud. in fin. In eccleſia. de offi. deleg. cum R. de ſen. excõ. ex tenore. In ordine. de confeſſis. c. 1. in fi. In via. de vo. c. 2. In coniugio. 27. q. 2. cum ſocietas. In lucro. de ſpon. c. 2. de ſepul. c. 1. De ſocio criminis, de quo ad propoſitum: & quem quandoque vocamus conſortem. de hæret. cum ſecundùm. lib. 6. Dicit canon, quem malis tripliciter ſociari: committendo, fauendo, non corripiendo. 23. q. 4. ita planè. & ideo non caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, & c. 86. diſt. facientis. 2. q. 7. negligere. de homi. ſicut. §. 2. Hic tamen puto ſtrictè ſocium ſumi pro agente, qui aliquid cooperatur ad actum percuſſionis, captionis, vel banni. Et licet in delinquendo ſint quandoque plures ſocij, quorum nullus eſt principalior: & tales includuntur ſub agentibus de quibus præmiſit: quandoque tamen vnus eſt principalis, alter cooperans: & ſic ſumitur hic ſocius; quod patet: quia de faciente præmiſerat. & eſt ſimilis diſtinctio circa vnionem. not. ne ſede vacan. c. 1. Circa ſecundùm de conſiliario 2, non inſiſto. ſed vide quod not. de reg. iur. nullus ex conſilio. lib. 6. ff. de verb. ſignifi ſæpe. in fin. ff. manda. l. 2. in fine inſti. de obli. quæ ex delic. §. ope. Circa tertium de fautore, vel fauente ſciendum eſt, quòd eſt ſimplex fauor, qui nil adijcit ad peccandum. de quo eod. titu. felicis. §. illud. lib. 6. & de tali non uidetur hic intelligendum, per id quod dicit in his: vt ſtatim dicam. Item ſciendum, quòd canon dicit illum impietati fauere, qui obuiare poteſt, & non obuiat. 23. quæſt. 3. qui poteſt. 83. diſtinct. error. de ſent. excom. quantæ. ſed de hoc dic vt ibi. Et quia litera hic dicit, in his, ſcilicet percuſſione, captione, vel banno, patet quòd fauens huic delinquenti poſt delictum præter defenſorem, de quo ſequitur, non incurrit hanc pœnam. In materia hæreticorum latius recipiuntur fautores, 3 de quibus, de hæreticis, excõmunicamus. §. credentes. eod. titu. c. 2. & c. cõtra Chriſtianos. lib. 6. vt ligentur ibi ẽt poſt delictum, & poſt ſententiã fauentes. de quo per Hoſtienſem in ſumma. de hæret. § penul. & dixi. in prædi. §. credentes. & facit de hæret. accuſatus. §. penul. lib. 6. Circa quartũ de defenſore, eſt aduertendum ꝙ litera non repetit in his, quod prædixit in tribus proximis caſibus: per quod puto ꝙ etiam defenſorẽ poſt maleficium punire intendit. Eſt ergo quidam defenſor, vel auctorizator delicti: & talis grauius punitur, quàm agens. 11. q. 3. qui conſentit. 24. q. 3. qui aliorum. & not. 2. q. 1. notum. de offic. deleg. c. 1. Eſt alius defenſor, qui etiam delictum defendit, puta impediendo ne delinquens ad manus iudicis veniat examinandus, vel puniendus. 27. q. 1. ſi cuſtos. facit 21. q. 5. per totum. vel ne fiat executio. de offic. deleg. ex literis. & hunc etiam intendit includere: & probatur eod. titu. felicis. lib. 6. poſt princ. ibi, poſtea receptauerit vel defenſauerit, &c. Non tamen puto ꝙ is qui talem defenderet ne lædatur à priuato: nedum tertio: ſed illo offenſo, puta epiſcopo, vel eius conſanguineis vindicare volentibus, includatur hac pœna: cum illa ſit iniuria, ad quam etiam propulſandam à ſocio quis tenetur. de ſenten. excom. dilecto. cum ſuis concord. lib. 6. De illo qui defendit in iudicio patrocinando, vide quod dixi poſt Hoſtien. de cler. excommuni. propoſuit. ſuper verſic. fautorem.

1 Vide Alexandrũ conſil. 40. icip. proſpectis. lib. 4.

2 De materia vide plenè Philippũ Deciũ in c. 1. de offic. deleg.

3 De his vide Eymericum in Directorio inquiſitorum. par. 2. q. 53. & Zanchinum tract. de hęre. c. 5

g ¶ *De prædictis.*] vt in banniente, vel id mandante, vel id ratum habente ſocio, &c. & hęc litera probat, ꝙ in his caſibus, quibus per antiqua iura contrahebatur excommunicatio: non iteratur per hanc conſtitutionem.

h ¶ *Canones.*] 17. quæſt. 4. ſi quis ſuadente. de ſenten. excõmuni. nuper. & c. quicunque. Ioan. And.

i ¶ *Conſuetudine.*] quæ forſan habebat tales capi, vel banniri per reges vel princeps. concor. de iudi. clerici.

k ¶ *Pontificem.*] concor. de ſent. excom. c. 1.

l ¶ *Reuertantur.*] concor. eod. titu. ad aures, &c. in quibuſdam.

m ¶ *Maſculinam.*] intelligebatur etiam ſi non fuiſſet appoſitum. eod. tit. vbicunque. lib. 6.

¶ *Gloſſa ſequens obiectionem ſoluit, diuerſitatem caſuum exprimens.*

n ¶ *Generationem ſecundam.*] decret. in quibuſdam. eod. tit. punit quartam: ſed illa in homicidio, vel mutilatione, & quo ad perſonas ibi expreſſas: ſcilicet patronos, aduocatos, vicedominos, feudatarios, & beneficiatos: & priuat quartam generationem, etiam à clericorum collegio. iſta latius loquitur quo ad perſonas: ſtrictius quo ad deſcendentes: & pœnam inhabilitatis beneficiorum in illis diœceſibus tantùm.

o ¶ *In ciuitate.*] Not. inhabilitatem beneficij in vno loco, non in alio. concor. de exces. præla. illud. & facit quod not. de appel. paſtoralis. in vlt. glo. & eſt ſimile de elect. ſi compromiſſarius. §. pen. lib. 6.

p ¶ *Obtinenda.*] non priuat obtentis, credo tamen quòd illa permutare non poſſet cum alio beneficio illius diœceſis.

a ¶*Detinebitur.*] concor. de ſpon. non eſt vobis. & vide quod ibi not.
b ¶*Si ſua ſit.*] vide quod not. & dixi. de poſtula. præla. c. 1.
c ¶*Vicinæ.*] concor. de priuil. c. ſuper ſpecula. cũ ſuis concor.
d ¶*Acceſsis.*] extinctis, & pedibus conculcatis. 11. q. 3. debet.
e ¶*Iniungendam.*] cõcor. eod. titul. felicis. §. cum autem. lib. 6.
f ¶*Interdicto.*] cõcor. eod. tit. felicis. in fin. de elect. vbi periculum. §. ciuitas. lib. 6.
g ¶*Donec.*] vide quod ſuper eodem verbo dixi s. ead. compilla. de deci. cap. 1.

† Aliàs ita: & illa etiã terra ĩ qua, &c.

h ¶*Balliu*.] vulgare Prouincialiũ. de ſent. excom. dilecto. lib. 6. in Francia dicuntur præpoſiti. de verbo. ſigni. ex parte 1.

Balliu*, qualis dictio, & quid ſignificet.

i ¶*Scabini.*] vulgare Gallicorum. concor. de ali. iu. mu. cau. fac. cap. 2. de immu. eccl. c. 1. lib. 6.

† Aliàs, condignam.

k ¶*Vt præmittitur.*] ſcilicet per ſedem Apoſtolicam in mortis articulo.
l ¶*Tantò magis.*] Arguit à minori. de hoc de elect. cum in cũctis.
m ¶*Deſæuire.*] cõcor. eod. tit. felicis. §. ſi quis verò. lib. 6.
n ¶*Proh dolor.*] interiectio dolentis: cum aliquis in dolore loquitur. aliqui dicunt quòd ſunt duæ partes, & duobus accentibus debent legi.
o ¶*Graſſantibus.*] qua ſi crudeliter gradientibus. 2. Regum vlti. Ceſſet interfectio, aliàs indignatio, quæ graſſatur in populo. ad idem 23. quæſt. 1. militare. ff. eod. capitalium. vltra medium. & §. fin.
p ¶*Exemplo.*] ff. de pœnis, aut facta. §. fin.
q ¶*Offenſi.*] de ſententia excõmunicationis. cum illorum. & vide quod nota. de calum. cap. 1. in gloſſa 2. de æta. & quali. cum bonæ. in 1. gloſ.

† Aliàs ita: Quæ etiam tantò magis, &c.

r ¶*Sanctiſſimi.*] in Authen. de ſan. epiſcop. coll. 9.
ſ ¶*Legati.*] 2. quæſt. 7. accuſatio quoque. in fin. & 21. diſtinct. in nouo.
t ¶*Patres.*] 2. quæſt. 7. qualis.
u ¶*Fratres.*] de crimi. fal. quàm graui.
x ¶*Coepiſcopi.*] 24. q. 1. quotiens. de accuſ. licet. in fine.
y ¶*Columnæ.*] 2. q. 7. accuſatio. de accuſ. qualiter 2.
z ¶*Pœnam.*] adæquandam culpæ violantis dignitatem tantæ præeminentiæ. quod ſequitur.
a ¶*Proteruitatem.*] vt lite non conteſt. quoniam. in fine de iudi. cum non ab homine.

nebitur [a], quandiu detentio ipſa in eiſdem durauerit, eccleſiaſtico ſubiaceant interdicto. Quòd ſi terra eiuſdem duas diœceſes, vel vltra contineat, diœceſis domicilij principalis ipſius, & † illa etiam in qua fuerit delictum commiſſum, ſi ſua [b] ſit, & duæ aliæ, quæ ſub ipſo ſint eidem loco magis vicinæ [c], interdicto ſubiaceant ſupradicto. Et quia eò maior erit ipſius confuſio, quo ſua fuerit culpa patẽtior: quouſque dignam † ſatisfactionẽ præſtiterit, per omnes illius loci, in quo commiſſum eſt facinus, necnon ciuitatũ & diœceſum vicinarum eccleſias, quibuſlibet diebus Dominicis & feſtiuis, pulſatis campanis & candelis accenſis [d] excommunicatus publicè nuntietur. Et cum abſoluendus fuerit, ſufficienter & idoneè caueat quòd inferendæ pœnæ parebit, & auxiliãte Domino pœnitẽtiam peraget iniungendam [e]. Ciuitas autem quæ præmiſſa, vel eorum aliquod in epiſcopum ſuum commiſerit, interdicto [f] donec [g] ſatisfecerit, ſubiaceat memorato. Poteſtas verò, conſiliarij, balliuus [h], ſcabini [i], aduocati, conſules, rectores, & officiales ipſius, quocunque nomine cenſeantur, in præmiſſis culpabiles exiſtentes, ſimiliter excommunicationis ſententiæ à qua (niſi vt præmittitur [k]) non valeant abſolutionis obtinere beneficium, ſint ſubiecti. Quæ † omnia tantò [l] magis in epiſcoporum interfectoribus ſunt ſeruanda, quantò in eos ſæuierior quàm in præfatos pœna debet exurgere, & grauioris indignationis aculeus deſæuire [m].

¶*Excuſat rigorem dicens quòd grauiores pœnæ deberent imponi. Ioan. Andr.*

¶Nec ſuper hęc quiſquam miretur, quòd præmiſſa perpetrãtibus pœnas non inferimus grauiores: licet enim (quod dicere pudet) hæc (proh dolor) [n] frequenter occurrant; multiſque graſſantibus [o] opus eſſet exemplo [p], & ex dignitate offenſi [q] pœnam metiri deceat offendentis: Epiſcopi. n. dicuntur ſanctiſſimi [r], Chriſti legati [ſ] exiſtunt, ſpirituales ſunt patres [t], noſtriq; fratres [u] & coepiſcopi [x], columnæ [y] cõprobantur eccleſiæ: quare grauem oporteret eſſe pœnam [z] culpę violantis dignitatem tãtæ præeminentiæ adæquandã: Volumus tamen ad pręſens in pœnarum exaggeratione temperare rigorẽ: ad pęnas alias proceſſuri, ſi proteruitatem [a] delinquentium hoc expoſcere videamus.

¶*Repetit ius antiquum de abſolutis in mortis articulo: qui ſanati reincidunt, ſi non ſatisfaciant. I. A.*

¶Sanè ſi quis in aliquo caſuũ prædictorum fuerit ab excommunicationis ſentẽtia in mortis articulo abſolutus, niſi poſt quàm priſtinæ reſtitutus fuerit ſanitati, quàmcito commodè poterit [b] cõſpectui Romani Pontificis ſe pręſentare curauerit, eius mandatum † humiliter recepturus, prout iuſtitia ſuadebit: in eandem excõmunicationis ſententiam reincidat ipſo facto. Quamuis enim ſuper hoc ſatis plenè iure alibi [c] ſit prouiſum: ne tamen aliquis in hoc ex ignorãtia iuris ſe ſatagat excuſare [d], hoc expreſsè præmiſſis duximus annectendum.

¶Idem.

¶*Procurantes capi viros eccleſiaſticos, vt renuntient beneficijs, vel vt citati non vadant ad curiam: præter pęnam excommunicationis, quã per canones antiquos incurrunt, ſi ſint prçlati, à perceptione fructuũ per triennium ſunt ſuſpenſi: inferiores verò beneficijs ſunt priuati. Eandem pęnam incurrunt ipſi citati, qui ſe capi procurant. Reſignatio etiã ſic facta non tenet, etiam ſi per prçlatos recepta fuerit, vel ratificata. hoc dicit. Io. An.*

CAP. III.

MVLTO-

¶ *Gl. ſeq. alleg. concor. & ſimilis literæ ponit glo. Hoſti. & ex his quæſtionem ſoluit: & ſolutionis obiectioni reſpondet.*

b ¶ *Quamcito commodè poterit.*] Idem verbũ de ſent. excõ. eos qui. 1. & 2. reſpon. lib. 6. decret. de cætero. eod. titul. dicit quàm citius oppurtunitatem habuerit. quod, exponit ibi Hoſtienſis id eſt, ceſſante impedimento, & aliquo modico tempore indulto, quo ſibi de neceſſarijs valeat prouidere. allegat ff. ex qui cau. ma. l. ab hoſtibus. §. fin. per hoc patet quòd nõ crederetur circa hoc abſoluto: ſed iudex habebit hoc arbitrari. facit de electione, quàm ſit, in princip. & quod ibi not. & eod. tit. cupientes. §. cęterùm. lib. 6. aliàs ipſe abſolutus ex friuolis excuſationibus frigoris & caloris, & his ſimilibus conſtitutionem eluderet. facit de do. & contum. cum olim. de accu. veniens. Nec obſtat quòd de occulta re, & de animæ periculo quæritur, & ſic ſibi credendum. de homi. ſignificaſti 2. de ſententia excom. ſi verò 2. fateor id verum in foro pęnitentiali. de ſponſalib. tua. & quo ad vinculum occultè contrahendum: vndè ex quo ſcientiam habet de mora, ſcire debet ſe excommunicatum: iudex tamen eum nõ denuntiabit, niſi prius eo vocato per coniecturas viderit illũ eſſe moroſum, cognitione ſi per hoc ſummaria pręmiſſa. j. tit. proxi. in fin. & facit ad ea quæ not. s. ead. compil. de hęret. c. 1. ad fin.

Abſolutus ĩ infirmitate ab inferiori quando debet ſe repreſentare ſuperiori.

† Aliàs, ... data.

c ¶ *Alibi.*] de ſent. ex com. eos qui. lib. 6.
d ¶ *Excuſare.*] ſimile de loca. cap. 1. in fin. de ſimo. quoniam. in fin. de pœnit. & remiſ. omnis.

MVltorum. CASVS. Cum haberem titulum canonicum, ideſt iuſtum & æquum in beneficio, fui à poſſeſſione expulſus per aduerſariũ meum: vel aduerſarius meus procurauit, vt incarcerarer donec renuntiaſſem meo iuri in manibus collatoris vt ſibi conferret beneficium. Non eſt dubium, vel, ſaltem nemo debet dubitare, quin capiens & procurans ſint ipſo facto excommunicati: Sed quæro: nonne incurrunt ipſi alias pœnas? Dicit quòd ſic: vnde ſi ſint prælati, ſunt ſuſpenſi à beneficijs per tres annos: ſi non ſint, tunc ipſo facto perdunt omnia ſua beneficia. Idem de illis qui capiunt citatum ad curiam Romanã, ne ad diem aſſignationis compareat. Idem eſt de citato, qui

qui procurat capi, ne poſſit comparere ad diem ſuæ aſſignationis. ¶Colligo aliqua notabilia. Primò, quòd conſtitutio pœnalis de clericis diſponens, non extenditur ad laicos, licet in eis videatur ratio eadem: tamen conſtitutio pœnalis diſponens contra obtinentes dominium temporale certis caſibus, extenditur etiã ad perſonas eccleſiaſticas dominiũ temporale obtinentes, vt dicit gloſſa in verbo, dominiũ. iuncto text. in verbo, eccleſiaſticos. Not. ꝙ quamuis lex, vel canõ imponat priuationem omnium beneficiorũ obtentorum: non tamẽ propter hoc videtur inhabilitare ad obtinẽda: vt gloſſa in verbo, obtentis. Idem eſt in caſu conuerſo, inhabilitatus enim circa obtinenda non cenſetur priuatus obtentis, vt in clemen. ſi quis ſuadente. ſuprà eodem titu. iuncta gloſſ. in verbo, obtinenda. Not. quòd ſecularis capiens clericum: licet non animo iniuriandi, ſeu iniuriam faciendi, ne citatus vadat ad curiam Romanam, incidit in excõicationem: quia manus ſua ſæua & iniurioſa eſt ſedi Apoſtolicæ, & toti ordini clericali, vt in gloſſa in verbo, ſeculari. Not. ꝙ procurans ſuã captionem ne citatus ipſe vadat ad curiam Romanam, incidit non ſolùm in pœnã hic contentam: ſed cum de hoc conſtiterit contra ipſum procedetur tanquàm contumacem. vt in glo. in verbo, procurauit. Not. ꝙ reſignatio beneficiorum facta per intruſum in carcerem, ad iſtum effectum reſignationis conſequendæ, eſt ipſo iure nulla, etiam quo ad ipſum reſignantem: quamquàm à reſignãtiũ ipſorum prælatis recepta, vel rata habita ſit: vt dicit gl. in verbo, nullius. Et not. hic duos caſus, quibus aliquis ipſo facto incurrit ſententiam excommunicationis. Not. quòd ad Papã pertinet conſeruare perſonas eccleſiaſticas in quieto & proſpero ſtatu & exponit Zenzel. *quieto.* ab actibus humanis. ne cleri. vel monac. per totum. *proſpero*, quo ad actus ſpirituales inducendos. 23. quæſt. 8. conuenior. Not. quòd in pœnis imponendis diſtinguitur inter maiores & minores. de hoc in gl. ſimilis: & pro hoc de accuſ. inquiſitionis, in princ. & c. qualiter 2. §. licet. Zabar.

† Aliàs ita: ſuorũ diſtrictuum, &c.

† In antiquioribus codicibus etiã i. npreſſis cõſtanter legitur, præmiſſa.

rũ [a] ad nos grauis querela deduxit, quòd nonnulli obtinentes temporale dominium [b] viros ſæpè eccleſiaſticos [c] capere, captoſque [d] donec ſua reſignent beneficia, aut ne citati ad Apoſtolicam [e] ſedem ab homine [f], vel à iure [g] venire ad ipſam valeant, auſu detinere ſacrilego non verentur, citatos eoſdem in exitu eorum † diſtrictuum vt plurimum capiẽtes. ¶Conſiderantes igitur quantum ex his tam noſtro & Apoſtolicæ ſedis honori [h], quàm perſonarum eccleſiaſticarum quieto & proſpero ſtatui, non ſine damnanda exempli pernicie derogetur: ſacro approbante concilio ſtatuimus, vt præter ſententiam canonis [i], quam facientes & fieri procurantes præmiſſas [k] † incurrere dignoſcuntur: procurantes ipſi perſonæ eccleſiaſticæ [l] exiſtẽtes, à perceptione fructuum eccleſiarum ſuarum ſi fuerint prælati [m], triennio ſint ſuſpenſi [n]. Quòd ſi inferiores [o] extiterint, eo ipſo obtentis [p] beneficijs ſint priuati. Illis pœnam incurſuris eandem [q], qui ne citati (vt præmittitur) ad ſedem Apoſtolicam veniant, ſed vt ſe ſub obtentu huiuſmodi à veniendo excuſent, à poteſtate ſeculari [r] ſe capi, (vt interdum contigiſſe audiuimus) procurarint [ſ]. Sanè reſignationes beneficiorum modo [t] ſupradicto extortas (licet à reſignantium ipſorum prælatis receptæ [u], aut ratæ habitæ [x] fuerint) nullius [y] omnino decernimus † eſſe firmitatis: Locorum ordinarijs iniungentes, vt poſtquàm eis conſtiterit [z] aliquos ſibi ſubiectos pœnam & ſententiam incurriſſe præmiſſas, ipſas publicare [a] non differant, executioníque debitæ (prout ad eos pertinuerit) demãdare.

¶Idem.

¶Excommunicat religioſos Mendicantes tranſgreſſores conſtitutionis Bonifacij de exceſſibus prel. c. vnico. lib. 6. Itẽ oẽs religioſos, qui in ſermo-

¶Prima gloſſ. ſummat & diuidit.

a ¶*Multorum.*] procurantes capi viros eccleſiaſticos, vt renuntient beneficijs, vel vt citati non vadant ad curiam, præter pœnam excommunicationis quam per canones antiquos incurrunt, ſi ſint prælati, à perceptione fructuum per trienniũ ſunt ſuſpenſi: inferiores verò beneficijs ſunt priuati. Eandem pœnam incurrunt ipſi citati, qui ſe capi procurant. Reſignatio etiam ſic facta non tenet, etiam ſi per prælatos recepta fuerit, vel ratificata. Et primò ponit exceſſum. Secundò: ibi, *Conſiderantes.* prouidet, ſtatuendo pœnam. Tertiò: ibi, *Locorum.* prouidet circa ipſius publicationem, & executionem.

b ¶*Dominium.*] quod quandoque etiam habent clerici: quem caſum etiam videtur includere. ne clerici. vel mona. capit. vltim. lib. 6.

¶Gloſſa ſequens dubium ſoluit.

c ¶*Eccleſiaſticos.*] in laicis ergo ſi caperentur ad impediendam citationem ipſis factam ad curiam, non eſt locus pœnæ.

¶Gloſſa ſequens not. à contrario.

d ¶*Captoſque.*] hic iunge literam, auſu detinere ſacrilego non verentur: & per hanc copulam dico, quod procurans capi clericum nõ ad reſignationem beneficij, vel ad citationem impediendam: licet excommunicationem incurrunt, non tamen aliàs pœnas hic inſertas.

e ¶*Ad Apoſtolicam ſedem.*] ſi citati eſſent per alium, nõ eſt locus huic pœnæ.

f ¶*Ab homine.*] de do. & contu. cum dilecti. de accuſat. veniens.

g ¶*A iure.*] de elect. cap. 1. & cap. cupientes. de offi. ordi. quamuis. de appel. capitu. 1. lib. 6.

h ¶*Honori.*] quem Papa negligere non debuit. de vſu pal. niſi. de immu. eccl. quoniam. libr. 6.

i ¶*Canonis.*] 17. quæſtio. 4. ſi quis ſuadente. de ſenten. excommunica. nuper.

k ¶*Præmiſſas.*] captiones ſcilicet & detẽtiones ob cauſas prædictas.

l ¶*Eccleſiaſticæ.*] laicos non punit, nec ſunt capaces huius pœnæ.

m ¶*Prælati.*] non curo ſiue ſint ad quorum collationem ſpectant beneficia, de quorum renuntiatione quæritur, vel alijs: cum generaliter loquatur. fortius hoc quo ad ſecundum caſum de impediendà citatione.

n ¶*Suſpenſi.*] vide qđ not. de elect. cum Vintoñ. in gloſſ. not. quod in fin.

†Singularis text. ad hoc quod no. in 3. not. quia aliàs vt notãt de Imola in gl. nullius. & Anchar. geſta per metũ tenent ipſo iure. c. Abbas quod met. cau. & dicit hic Imola generaliter ſctus ꝙ ſiũt cũ incarcerato non valere. l. qui in carcerẽ. ff. ꝙ met. cau. Font.

¶Glo. ſeq. alleg. 3. concordan. & ex his infert. & remittit.

o ¶*Inferiores.*] ſimilis diſtinctio ſ. ead. compil. de vi. & honeſta. cler. quoniam. in prin. & circa fi. de deci. c. 1. de ſtatu mona. ne in agro. §. ſi quis. Et ſic patet ꝙ in pœnis defertur dignitati. de offi. deleg. c. 2. lib. 6. de hoc de tranſactio. c. vlt. in vlt. gl. de iureiur. cum quidam.

p ¶*Obtentis.*] in obtinendis non videtur impedire: contra. ſ. c. proximo, ver. ipſius filij.

q ¶*Eandem.*] ſuſpenſionis à perceptione fructuum per triennium, ſi ſint prælati, & priuationis beneficiorum quo ad inferiores.

r ¶*Seculari.*] non eſt ergo locus pœnæ, cum per poteſtatem eccleſiaſticam ſe capi procurant. Et ſcias ꝙ ſecularis poteſtas hoc faciens, canonis excommunicationem incurrit, etiam ſi clerico nõ intendas iniuriari: manus enim eſt ſæua & iniurioſa ſedi Apoſtolicæ, & ordini clericali. de ſenten. excom. contingit. Ioan. And.

ſ ¶*Procurarint.*] & tales non ſolùm hanc pœnam incurrunt: ſed etiam, ſi de hoc conſtiterit, procedetur contra ipſos vt contra contumaces: vt lit. non conteſt. quoniam. poſt princip. ſuprà ead. compil. de iudic. dudum. ff. ſi quis cau. l. 2. in fin. cum concor. & huic eſt ſimile de offic. delega. paſtoralis. in fine.

t ¶*Modo ſupradicto.*] ſcilicet per captionem & detẽtionem ſecularium poteſtatum. & facit quod not. quod metus cau. abbas. & cap. ſeq.

u ¶*Receptæ.*] à principio.

x ¶*Ratæ habitæ.*] ex poſtfacto.

¶Glo. ſeq. exponit, arguit, quærit remittit & ſol.

y ¶*Nullius omnino.*] ita ꝙ non valeant etiam quo ad renuntiantem. & facit ad ea quæ notaui & ſcripſi de renun. quòd in dubijs. Quid ſi interuenerit iuramentum? vide quod not. de iu. reiuran. ſi verò. & tene quod habes eod. titu. verum.

z ¶*Conſtiterit.*] parte vocata. & vide quod not. ſ. ca. compil. de offi. delega. cap. vnico.

a ¶*Publicare.*] non requiritur ſententia, quam incurrunt ipſo facto, ſed ſufficit publicatio. concor. de homi. pro humani. in fin. lib. 6. ea. compil. de cenſi. præſenti. de priuileg. cap. 1. in princ.

nibus, vel alibi proferunt aliqua, vt retrahant à ſolutione decimarum, quarum ſolutionem certis diebus & in confeßionibus ſuadere tene ntur ſub certis pœnis, quas incurrunt: Niſi ſint tales, quorum monaſterijs, vel eccleſiis competat percipe re decimas, Ioan. And.

CAP. III.

CVpientes [a] eos, quos ad obſeruantiam iurium virtutum [b] præmia non inducũt, tam adiectarum exaggeratione [c] pœnarum, quàm adijciendarum de nouo formidine [d] à temerarijs auſibus refrenare, tranſgreſſores conſtitutionis [e], quæ religioſis mendicãtibus [f] domos ad habitandum, vel loca quæcunque de nouo recipere, recepta hucuſque mutare, vel ea transferre in alios cuiuſuis alienationis titulo interdicit: Illos † etiã religioſos [g] qui aliqua vt audientes à decimarum eccleſijs debitarum ſolutione retrahãt, in ſermonibus, ſuis vel alibi proferre præſumũt: excommunicationis ſubiacere ſententiæ decernimus ipſo facto. ¶Et quia niſi fiat quod bonum eſt, à malo abſtinere nõ ſufficit [h], religioſis omnibus iniungimus ſub obteſtatione diuini iudicij, & intermi natione maledictionis æternæ, vt quotiens populo [i] prædicabũt in prima [k] Dominica, quarta & vltima Quadrageſimæ, & in feſtis aſcenſionis Dominicæ, Pentecoſtes [l], natiuitatis beati Ioannis Baptiſtæ, aſſumptionis, & natiuitatis beatiſſimæ virginis Mariæ matris Dei, audientes expreſsè [m] ſtudeant informare, ſi ab eccleſiarum rectoribus, vel vicarijs, aut loca tenentibus earundem requiſiti [n] fuerint. Nec nõ & his quorum confeſſiones audient, conſcientiam facere, quòd decimas ſoluere non omittant. Quòd ſi fortè in prædicationibus hoc ipſum ſupradictis diebus ſuadere ſciẽter omiſerint, per ſuperiores eorum grauiter arguantur [o]. Quibus etiam ſuperioribus in virtute ſanctæ obedientiæ diſtrictè præcipimus, vt contra taliter omittentes ſtatuta pœnalia faciant [p], ſecundùm quæ ſic acriter puniant tranſgreſſores, quòd pœna eorum ſit cæteris in exemplum, Conſtitutione bonæ memoriæ Gregorij [q] Papæ decimi † prædeceſſoris noſtri circa hæc edita in ſuo nihilominus robore duratura. Qui verò ſcienter poſtpoſuerint confitentibus conſcientiam facere de ſoluendis huiuſmodi decimis, ab officio prædicationis tandiu maneant ipſo facto ſuſpenſi [r], donec confitentibus

† Vide concilium Trident. ſeſſio. 25. de reforma. c. 12.

† In manuſcripto codice legitur, noni.

CVpientes.] Tres ſunt partes principales. ſecunda, ibi, *Illos.* tertia, ibi, *Sanè.* Imola.

CASVS. Dicitur in cap. 1. de exceſ. præla. in 6. quòd religioſi Mendicantes non acquirant aliqua loca de nouo, Romano Pontifice inconſulto: nec loca donata à laicis recipiant, nec aliquas domos permutent ipſo Romano Põtifice inconſulto, & ignorante: Ponamus quòd quidam religioſi fecerunt totum contrarium, quia acquiſiuerunt res hæreditarias, domos ſuas permutarunt, & ſine conſilio Romani Pontificis: quæritur quam pęnam tales incurrunt? Dicit Clemens quòd vltra pœnas contentas in cap. illo primo. de exceſ. prælat. in 6. ipſi incurrunt ſententiam excommunicationis. Item multi erant religioſi qui in ſermonibus ſuis ſubtrahebant parochianos à ſolutione decimarum. Itẽ in confeſſionibus dicebant populo, ne decimas ſoluerent ſuæ eccleſiæ parochiali, & quòd non ſoluendo non peccabant. Dicit Clemens Põtifex Romanus, quòd tales ipſo facto ſunt excommunicati, imo mandat ipſe Pontifex Romanus quòd ipſi religioſi commoneant populũ vt ſoluant decimas locis quibus debentur, & contrafacientes vltra pœnam illius capituli incurrunt ſententiam excõmunicationis. hoc dicit. H. R.

¶Colligo aliqua notabilia, primò ꝙ conſtitutio diſponens contra mendicantes, nõ excludit alios religioſos non mendicantes: ſecus ſi conſtitutio diſponat contra religioſos in genere: tunc enim comprehenduntur Mendicantes, & non Mendicantes, vt dicit gl. in verbo religioſus. Not. diuiſionem glo. & ſummarium, & ſecundùm illam lege text. & facilè reperies. Not. quòd virtutibus præmia tribuẽda ſunt. de hoc in gloſſ. 2. & pro hoc 12. quæſtio. 2. eccleſiaſticis. vnde in pſalm. Beati qui faciunt iuſtitiam in omni tempore. Not. quòd qui non poſſunt per præmia induci ad obſeruantiam iuris, debent per pœnas coerceri. pro hoc. quia quos Dei timor, & cap. de elect. cum in cunctis. §. clerici. & de hoc in glo. 4. Zabarella.

¶*Prima glo. dicit quid faciat.*

a ¶*Cupientes.*] excõmunicat religioſos Mendicantes tranſgreſſores conſtitutionis Bonifacij de exceſſibus prælat. cap. vnico. lib. 6. Itẽ omnes religioſos, qui in ſermonibus, vel alibi proferunt aliqua, vt retrahant à ſolutione decimarũ: quarũ ſolutionem certis diebus, & in confeſſionibus ſuadere tenentur ſub certis pœnis, quas incurrunt: niſi ſint tales, quorũ monaſterijs, vel eccleſijs competat percipere decimas. Vltimò ibi, *Sanè.* excommunicat violatores decr. 1. de ſepult. libr. 6. & abſolutiones Papæ reſeruat.

b ¶*Virtutum præmia.*] facit C. de ſta. & ima. l. vlt. in princ. ff. de iuſti. & iur. l. 1. poſt prin.

c ¶*Exaggeratione.*] id eſt, aggrauatione.

d ¶*Formidine.*] de elec. cum in cunctis. in fin. cum ſuis concor. & de præb. cum qui. 2. reſpon. lib. 6. [adde not. de offi. ordi. irrefragabili. in vlt. glo.]

e ¶*Conſtitutionis.*] Bonifacij de exceſ. prœl. c. vnico. lib. 6.

f ¶*Mendicantibus.*] qui ſint hi, habetur de reli. domi. c. vnico. lib. 6. ſic & alibi differunt mendicantes à non mẽdicantib. de elect. quorundam. lib. 6. de reg. ſolùm. & c. conſtitutionem. de ſta. reg. cap. vnico, §. ſanè. eod. lib. & facit quod dicam ĩ. de ſenten. excom. cap. 1.

g ¶*Religioſos.*] Mendicantes, vel alios. facit ĩ. ver. proxi. ſeculares ergo clericos, vel laicos non arctat hæc pœna. concordantias dabo infrà de ſen. excom. c. 1.

h ¶*Non ſufficit.*] Pſal. 33. Benedicã Dominũ. ibi declina, aliàs diuerte à malo & fac bonum, inquire pacem, &c. & 22. quæſt. 5. de forma. 12. quæſt. 1. duo. in fin. de pœn. diſt. 2. ſi enim ibi, ſcienti bonum & non faciẽti illud peccatum eſt, quod fuit verbum Iacob. c. 4. in fin.

i ¶*Populo.*] cum ſermocinatur ad clerum non videntur aſtringi.

¶*Gloſſa ſequens quęſtionem ſoluit.*

k ¶*In prima.*] octo feſta enumerat, quib. voluit prædicari. fuit autem de arbitrarijs, & facit quod dixi de reſcri. ſi quando. & ſic nõ cogimur aliter reſpondere, quare nõ dixerit de feſto natiuitatis Domini & reſurrectionis.

Iam conſtitutio, cuius hic fit mentio, quæ habetur in c. 1. de decimis. lib. 6. in omnib' exẽplarib. tam manuſcriptis, quàm etiã impreſſis, quæ videre licuit, tribuitur Gregorio nono.

l ¶*Pentecoſtes.*] vide quod dixi. ſ. ead. cõpil. de reliq. & vener. ſanctorum. cap. vnico. circa fin.

m ¶*Expreſſè.*] ſatis exprimũt, ſed parum informant.

n ¶*Requiſiti.*] aliàs non tenentur, de iureiur. breui. de ſent. excom. cap. 1. cum concor. lib. 6.

o ¶*Arguantur.*] hoc ſpectat ad prælatorum officium. diſtin. 45. cap. 1. & cap. cum beatus. in princ. de accuſ. qualiter 2. ver. licet autem.

p ¶*Faciant.*] Nota quòd religioſi correctio primò ſpectat ad ſuum prælatum. de hoc de offi. ord. quanto.

q ¶*Gregorij.*] de deci. c. 1. lib. 6. quæ dirigitur ſolis Prædicatoribus & Minoribus. & loquitur non ſolùm de decimis, ſed de alijs rebus eccleſijs debitis: hic ſolùm de decimis.

¶*Gloſſa ſequens primò remittens de varietate pęnarum, de ſuſpenſionis pęna proſequitur ponens xxv. ſuſpenſionis ſpecies cũ ſuis diuiſionibus, ſecundò infert ſuſpenſum ab officio non ſuſpenſum à beneficio, ponẽs circa id quinque opiniones, quarum tres vltimas dicit coniungendas.*

r ¶*Suſpenſi.*] Nota nouam ſpeciem ſuſpenſionis. Ad cuius euidentiam ſciendum varias ſpecies pœnarum à iure ſtatutas. de offic. ordi. ad reprimendam. & ibi de his in gloſſ. 2. plenius per Hoſtien. in ſumma, de pœnis. §. quot ſint ſpecies. inter quas eſt pœna ſuſpenſionis, de qua proſequendo ſciendũ eſt, quòd de ſuſpenſione multiplici tractant iura: Eſt enim ſuſpenſio à communione fratrum ſimplex. 18. diſt. ſi quis autẽ determinata ad duos menſes. ea. diſt. capit. fin. Quandoque ad fratres non ſuæ eccleſiæ. ead. diſtin. placuit. 58. diſtin. cap. fin. Et etiam ſuſpenſio à communione Euchariſtiæ donec pœniteat, de elc. Oſius. de his quæ fiunt à ma. par. ca. c. 1. in fi. Item ab oblatione altaris. 17. q. 4. miror. Item à perceptione ſacramentorum. 11. q. 3. ſicut Apoſtoli. & c. ſequentibus. de cleri. excom. mini. cap. fin. Item à conſecratione eporum ſimpliciter. de transla. c. 2. & determinata ad annum. de elec. prouida. libr. 6. Item à collatione ordinum omnium, & ſimpliciter. de temp. ordi. vel non eſt. & cap. dilectus. & cum determinatione

Pœnarum ſpecies varię ſunt à iure ſtatutæ.

Suſpẽſio eſt multiplex.

anni

ipſis (ſi hoc ipſum ſibi dicendi [a] commodè facultatem habuerint) cõſcientiam fecerint: Exinde [b] excommunicationis incurſuri ſententiam ipſo facto, ſi prædicare præſumpſerint, prædicta negligentia (vt præmittitur) non purgata. Ad † religioſos tamẽ monaſteriorum, vel rectores eccleſiarum decimas percipientium [c] nolumus hoc extendi [d].

† In antiquioribus codicibus etiam impreſſis cõſtanter legitur ita: ad religioſos tñ monaſteriorum vel eccleſiarũ decimas pcipientium, &c.

¶Excommunicat violatores decre. 1. de ſepul. lib. 6. & abſolutiones Papæ reſeruat. hoc dicit. Ioan. And.

¶Sanè temerarios violatores conſtitutionis [e] illius, quæ religioſis & clericis ſecularibus prohibet, ne aliquos ad vouendum, iurandum, vel fide interpoſita, ſeu aliàs promittendum inducant, vt ſepulturam apud eorum eccleſias eligãt, vel iam electam vlterius non immutent: ſimilem [f] ſententiam (pœna indicta conſtitutione contenta [g] in ſuo perdurante robore) incurrere volumus ipſo facto: ab alio quàm à ſede Apoſtolica (præterquam in mortis † articulo) nullatenus abſoluendos [h]: nullis priuilegijs, aut ſtatutis, cuiuſcunque tenoris exiſtant, ſuper his valituris.

† In articulo mortis nulla eſt caſuum reſeruatio, atq; ideò omnes ſacerdotes quoslibet pœnitẽtes à quibuſuis peccatis & cenſuris abſoluere poſſunt. ita cõcilium Trident. ſeſſio. 14. c. 7. de caſuum reſeruatione.

anni eodem titu. cos qui. lib. 6. & triennij. de ſimo. capit. pen. Quandoque certorum ordinum tantùm. eodem titu. literas. Quandoque clericalis tonſuræ tantùm. eodem titu. nullus. libr. 6. Item ab ipſorum executione quandoque ſimpliciter. eo. tit. nullus. lib. 6. Quandoque certi ordinis tm̃ ſimpliciter. eodem titu. literas. vel ad tempus. eodem tit. vel non eſt. de ſimo. capit. pen. Quandoque à pontificalibus tãtùm. de transla. c. 2. Quandoque ab officio ſacerdotali. de offic. delega. ſanè. 2. eodem titu. capitu. 2. lib. 6. Quandoque non à toto ſacerdotali officio, ſed ſolũ à celebratione Miſſæ. Quandoque per duos mẽſes. de cleri. percuſ. præterea. Quandoque per annum. 55. diſtinc. nullus. de conſecra. diſtin. 2. relatum. Quandoq; per duos annos. de cleri. percuſ. præſentium. Item eſt ſuſpenſio ab ingreſſu eccleſiæ quandoque ſimplex. 17. quæſtio. 4. nullus. & cap. ſi quis deinceps. de pœnit. & remiſ. omnis. de offic. delega. capitu. 2. libr. 6. Quandoque determinata ad menſem. de ſenten. excommu. ſacro. Quandoq; quouſque ſatisfecerit. de cenſi. exigit. lib. 6. Quandoq; ſuſpenditur quis ab ingreſſu, & diuinis per menſem. de ſent. excom. c. 1. lib. 6 & quid importet ſuſpẽſio ab ingreſſu, habet̃ de ſent. excom. is. cui. lib. 6. Item eſt ſuſpenſio ab officio qñque ſimplex. de vſur. quia in omnibus. in fin. & ſuprà ead. compila. de reb. eccle. non alie. cap. 1. Quandoque per annum. de offic. delega. capitu. vltim. §. vt autem. lib. 6. de re iudi. cum æterni. eo. lib. Quandoque per triennium. de cland. deſpon. capit. fin. ad fin. & ſuprà ead. compila. de hæret. capit. 1. ad fin. Item eſt ſuſpenſio à voce capituli donec quis ordinetur. ſuprà ead. compila. de æta. & quali. vt hi qui. 2. reſpon. Item à beneficio habito ſimplex. de elect. nihil eſt. determinata ad ſex menſes & annum. ſuprà ead. compil. de vita & honeſta. cleric. capitu. 2. Ad triennium. de rebus eccle. non alie. capit. 2. lib. 6. de elect. cum in cunctis. eodem titu. capit. 1. & capitu. cupientes. §. cæterùm. libr. 6. Ad tempus incertum, ſcilicet quandiu tacuerit. de elec. generali. lib. 6. determinata etiam quo ad partem diſtributionum, vt in prædict. decr. vt hi qui. 2. reſpon. Suſpẽditur etiam quis à beneficio obtinendo per ſex menſes & per annum, vt in predi. decre. 2. de vita & honeſta. cleric. Quandoque per annum, & biennium. de ſtatu mo. ne in agro. §. ſi quis. Item eſt ſuſpenſio ab officio & beneficio ſimplex. de teſti. tam literis. in fin. de ſecun. nupt. capitu. 1. de priuileg. tuarum. Quandoque determinata ad tempus ſatisfactionis, vel reſtitutionis. de electio. quia ſæpè. de cenſi. exigit. lib. 6. & quandoque hæc ſuſpenſio dicitur ab ordine & dignitate. de ſchiſmati. capit. 1. in fin. & quandoque fit alternatiuè. de vita & honeſta. cleric. à crapula. Item ſuſpenditur quis ab adminiſtratione ſimpliciter. de ſolut. capitu. 2. & cum determinatione triennij. de reb. eccle. non alien. capitu. 2. Et interdum ſuſpenditur ab officio, adminiſtratione, & beneficio vſque ad ſatisfactionẽ. ſuprà ead. compil. de deci. cap. 1. Item ſuſpenditur quis à priuilegio clericali, quandoque in perſona, quandoque in rebus. de vita & honeſtate cleric. capitu. vltim. & ſuprà ead. compil. eod. titu. capitu. 1. Item ſuſpenditur quis à collatione beneficiorũ ſimpliciter. de præbend. graue. ne ſede vacante. capitu. vnico. lib. 6. & cum determinatione anni, vel biennij. ſuprà ead. compil. de ſtatu mona. ne in agro. §. ſi quis. Item ſuſpenditur quis à confirmatione epiſcoporum ſimpliciter. de translatio. cap. 2. quandoque per annum. de elect. prouida. lib. 6. & quandoque à confirmatione inferiorum. de elect. nihil eſt. Item ſuſpenditur prælatus regularis à receptione profeſſionis. de regular. non ſolùm. in fin. libr. 6. Item ſuſpenditur officium minoris legati præſente legato de latere. de offic. lega. volentes. Item ſuſpenditur ſtatus canonicarum Alemaniæ. de elect. indemnitatibus. §. penult. libr. 6. & ſuprà ead. compilatione. de ſtatu. regul. attendentes §. illas quoque. Item ſuſpenditur quis ab officio aduocationis, & notariæ. de hæret. ſi aduerſus. Item à collatione magiſterij. ſuprà ead. compilatione. de magi. cum ſit. Item ab officio prædicandi: vt hîc. Et quia ſuprà poſui vt diuerſa ſuſpenſionem officij & beneficij, videtur quòd ſuſpenſus ab officio, non per hoc ſit ſuſpẽſus à beneficio, aliàs ſuperfluè adderetur ſecunda, ſi includeretur ſub prima. & hoc putabat Hoſtienſis verum in ſuſpẽſione iuris, vt not. poſt eum de re iud. cum æterni. lib. 6. cui concor. Archid. ibi, vt ſic ſtatutum iuris pœnale reſtringatur. de elec. ſtatutum. libr. 6. facit de deci. ad audientiam. cum concor. Secus dicunt ibi in ſuſpenſione hominis. de cleri. coniuga. diuerſis. & cap. Ioannes. de præbend. cum ſecundum. de ætate & quali. cum bonæ. de appel. paſtoralis. de excep. Apoſtolicæ. & ſic dixit Hoſtienſis intelligẽdum quod not. in ſumma de verbo. ſign. §. vlt. verſi. in fin. not. & ſeq. Ad hoc facit qđ dicitur mitius agi cum lege quàm cũ miniſterio legis. ff. de arbi. l. Celſus, nec debet iudex eſſe clementior lege. in Auth. de iudic. §. oportet. colla. 6. In contrarium 81. diſt. ſi quis ſacerdotum. & c. eos. & quod ibi not. de conſue. cum dilectus. in gl. ſuſpenſus. circa medium. & de cleri. excom. mini. latores. nã beneficium datur propter officium. de reſcri. c. ſi. lib. 6. & videtur expreſſum. 32. diſt. præter hoc. & ibi directè contradicit Ioannes ſupradictæ diſtinctioni Hoſtienſis, vt ſcilicet ſuſpẽſus ab officio à iure, ſit ſuſpenſus à beneficio: ſi ab homine, non: niſi in ſententia exprimatur. & ibi vide. Tancre. & Vinc. dicebant de ætate & qualita. cum bonæ. vt ibi dixi ſuper glo. 2. tunc demum ſuſpenſo ſubtrahi beneficium, cum eſt in mora petendi abſolutionem; aliâs non: allegant de electio. c. vlt. 2. q. 5. ſuper cauſa. facit ne ſede vac. cap. vnico §. cum verò. lib. 6. Abbas in decreta. à crapula. de vita & hone. cleri. vt ibi dixi ſuper glo. 2. diſtinguebat ſuſpenſum ab officio pro crimine, vel pro infamia tantùm, vel facto, de quo dubitetur an ſit mortale: vt primo caſu ſit ſuſpenſus à beneficio: ſecundo, non. facit ſecunda q. 5. presbyter. de purg. cano. c. 2. & c. inter. hoc forſan habuit à Goffr qui not. de appell. paſtoralis. in vlt. gl. q̃ cũ plerunq; ſuſpenſio fiat ex leui cauſa vt propter infamiam, vel ſcandalum: vt prædicto c. presbyter. non ſubtrahetur per id beneficium, quod ſine magna cauſa ſubtrahi non debet. 16. q. 7. inuentum. quia nec ſunt ſubtrahenda ſtipendia quandiu, &c. C. de execu. rei iu. l. ſtipendia. ſecus vbi ſuſpẽſio fit ex magna cauſa. de pur. can. cum inter. vel ſi ſuſpenſus contemnit ſuſpenſionem. de ætate. & quali. cum bonæ. Videntur iſtæ tres vltimæ opiniones coniungendæ & ſequendæ: niſi aliud pro vel contra in ſententia iuris, vel hominis exprimatur.

Suppliciũ leuius datius quã iura miniſtrãt

Beneficium ſine magna cauſa non eſt ſubtrahendum.

a ¶*Dicendi.*] Nota contraria contrarijs purgari. ad idem de purg. can. inter. & c. cum in iuuentute. de hęret. c. 2. in prin. lib. 6. peccatum ergo tacẽdi dicendo purgatur. 43. diſt. ſit rector.

b ¶*Exinde.*] poſſet exponi, id eſt poſt ſuſpenſionẽ, vel, id eſt, poſtquam omiſerint: cum potuerint conſcientiam confitentibus facere, de qua præmiſit. Ioan. And.

c ¶*Percipientium.*] ſoli enim non percipientes ſolent in his delinquere.

d ¶*Hoc extendi.*] in originali litera eſt hęc, per quod videtur reſpicere etiam verſic. illos etiam. vt ſcilicet religioſi tales aſſerentes aliqua quæ retrahant à ſolutione decimarum, excõmunicati non ſint.

e *Conſtitutionis.*] de ſepul. cap. 2. lib. 6.

f ¶*Similem ſententiam.*] excommunicationis, de qua dixit vltimo, & illam ſuprà vocauit ſententiam. reliquæ ſunt pęnæ.

g ¶*Contenta.*] punit illa conſtitutio eligentes, vt quo ad ſepulturam inteſtati decedant. Item allicientes, vt ſi eos ſepelierint, reſtituere teneantur corpora, ſi petantur, & omnia quæ peruenerunt ad eos ratione ſepulturæ infrà decem dies, aliàs ipſorum eccleſiæ vbi ſepulti fuerint, & ipſarum cœmeteria ſunt interdicta.

h ¶*Abſoluendos.*] hoc reſpicit vltimum caſum tãtùm ſic ſeparatum ab alijs: à ſuperioribus ergo excommunicationibus abſoluent ordinarij. de ſententia excommunicationis, nuper.

DE POENITENTIIS ET REMISSIONIBVS.

¶*Viſum eſt ſuprà de pœnis in foro contentioſo, ſeu litigioſo: nũc videndum eſt de pœnis in foro pœnitentiali. Et quia in remiſſionem, vel diminutionem pœnæ ſolent concedi indulgentię: ideo, &c.*

TITVLVS IX.

De pœnitentijs & remiſſionibus.

¶Clemens V. in concilio Viennenſi.

¶*Damnatis ad mortem hoc petentibus pœnitentia concedi debet, nec valet contraria conſuetudo. Secundò locorum ordinarios ad hoc exequẽdum excitat: ibi, Locorum. hoc dicit. Ioan. Andr.*

CAP. I.

CVm † ſecũdùm [a] ſtatuta canonica [b] vltimo deputandis ſupplicio, negari (ſi petant [c]) non debeat pœnitentiæ [d] ſacramentum: abuſum dãnabilem in quibuſdam partibus contra hoc introdictũ aboleri omnino volentes, iuſtitiarios omnes, & dominos temporales, vt ab huiuſmodi deſiſtãt abuſu, hortamur in Domino, & obſecramus per viſcera miſericordiæ [e] Ieſu Chriſti: Locorũ ordinarijs nihilominus iniungentes, vt eos ad hoc cum primùm commodè [f] poterunt diligenter monere, & ſi neceſſe [g] fuerit, eccleſiaſtica cenſura [h] compellere non omittant.

CVm ſecundùm.] CASVS. In cõcilio Viẽnenſi fuit à nonnullis expoſitum, quòd licet in ſtatutis canonicis ſit cautum, quòd condẽnatis non debet denegari ſacramentũ pœnitentiæ & Euchariſtiæ: tamen plures iudices temporales condemnatis hoc denegabant, & ad ſuam excuſationẽ allegabant cõſuetudinem: Concilium primo damnauit illam conſuetudinem, quæ potius abuſus dicitur, & mandat ordinarijs locorum, vt moneant iudices, vt non faciãt denegari illa ſacramenta condemnatis: & ſi recuſauerint obedire, illos compellant cenſura eccleſiaſtica, id eſt, excommunicatione & interdicto, quod continetur nomine cenſuræ. hoc dicit. H.R.

† Vide notata per doctores in c. 2. extra de furtis.

¶Colligo aliqua notabilia. Primo quòd ſacramentum pœnitentiæ condẽnatis ad mortem non debet denegari. Idem de Euchariſtia, quamuis non loquatur textus Clemen. formaliter, nec valet conſuetudo contraria. Nota quòd aliquando verba exhortatiua & deprecatiua imponunt neceſſitatem: quia habemus conſilium reuerentiæ, quod obligat ſicut præceptum, quando materia eſt neceſſaria, ſcilicet ob reuerentiam perſonarũ, quibus Papa ſcribit verbis deprecatiuis, & exhortatiuis, vt hic. Nota quòd diœceſanus poteſt monere, & excommunicare dominum temporalem. Nota modum obſecrandi per viſcera miſericordiæ Ieſu Chriſti. concor. de electio. vbi periculum. §. ceterùm. lib. 6. Nota quòd qui miſericordiam facere recuſat, Chriſtum qui eſt miſericordia, negat. 7. quæſtio. 1. omnis. de pœnit. diſtin. 1. ſerpens. Zabarella.

¶*Prima gloſſa ſummat, & diuidit.*

a ¶*Cum ſecundùm.*] Damnatis ad mortem hoc petentibus pœnitentia concedi debet, nec valet contraria conſuetudo. Secundò, locorũ ordinarios ad hoc exequendum excitat: ibi, *Locorum.*

b ¶*Canonica.*] 1. q. vlt. c. penult. de furtis. c. 2.

c ¶*Si petant.*] facit de eo qui dux. in matrim. cap. ſignificaſti. in fine. & quod ibi not.

d ¶*Pœnitentiæ.*] nec Euchariſtiæ. eo. tit. quod in te. & de hoc ſatis dixi. de celebra. Miſ. ſanè. & de ſepultura patet in prln. c. vlt. 13. q. vlt. not. Hoſt. de ſepult ex parte 2. ꝙ furca ſuſpenſus non deponetur ſine licentia 1 iudicis, quam tamen petitam facilè concedere debet. ff. de cada. pu. l. 1. & 2. & 3. & ſi poſtea fuerit pœnitens, ſcpelietur, vt in præd. c. vltimo.

1 Vide Antonium Gomezium tomo 3. variar. reſolut. c. 14. nu. 8. vbi pulchrè agit de materia huius gloſſæ.

e ¶*Miſericordię.*] cui nec menſura poni poteſt, nec eius tempora poſſunt definiri. 26. quęſtio. 6. is qui. de pœni. diſtinct. 1. multiplex.

f ¶*Commodè poterunt.*] ſimile de elect. quàm ſit. & cap. cupientes. §. cæterùm. lib. 6.

g ¶*Neceſſe.*] quia monitioni non parent.

h ¶*Cenſura.*] de verb. ſigni. quærenti.

ABuſionibus.] Tres ſunt partes principales, quæ patent. CASVS. Fuit in concilio Viennen̄. expoſitum, ꝙ nonnulli, id eſt, aliqui quæſtores eleemoſynarũ plures abuſus perpetrabant, vt ſubtraherent pecunias à populo. Concilium decreuit vt nullus quæſtor admittatur, niſi oſtendat literas domini Papæ, vel diœceſani, per quas ſit ei cõceſſa facultas & licentia faciendi quæſtum: & niſi etiam declaret cauſam ſui aduentus, & debet literas ſuas oſtendere diœceſano, in cuius diœceſi vult facere quæſtum. Et ſi Diœceſanus timet de abuſu; non debet illos admittere, niſi conſtet de approbatione ſedis Apoſtolicæ. Poſtea in verſicu. *Ad hęc.* recitat Clemens abuſus quos perpetrabant & faciebant iſti quæſtores, & mandat vt ab ipſis abſtineãt. hoc dicit. H.R.

¶Idem.

¶*Repetit cõcilium generale de quæſtoribus non admittendis ſine literis Apoſtolicis, vel diœceſanorum. Et addit per diœceſanos literas Apoſtolicas prius examinari. h. d. Io. And.*

CAP. II.

ABuſionibus [i] †, quas nonnulli eleemoſynarũ quæſtores in ſuis proponunt prædicationibus, vt ſimplices decipiant, & aurum ſubtili, vel fallaci potius ingenio [k] extorqueant ab eiſdem: cum in animarum cedat † periculum, & ſcandalum plurimorum, viam, prout eſt nobis poſſibile [l], præcludere cupientes, iuxta ſtatuta † concilij generalis [m] duximus prohibẽdum diſtrictè, ne quæſtores [n] aliqui (niſi Apoſtolicas, vel diœceſani epiſcopi literas exhibuerint) quomodolibet admittantur, nec permittantur [o] (Cum ſolùm ipſis cõpetat [p] indulgentias ſibi conceſſas inſinuare populo, & charitatiua poſtulare ſubſidia ſuppliciter ab eodem) vllatenus ipſi populo pręedicare, nec [q] aliud exponere, quàm quòd in literis continebitur ſupradictis: Literas [r] quoque Apoſtolicas diœceſani epiſcopi (ne quid frau-

† Quæſtorũ nomen & vſum omnino aboleuit conciliũ Trident. ſeſſio. 21. de reforma. c. 9.

† Aliàs, cedunt.

† Aliàs, ſtatutum.

¶Colligo aliqua notabilia. ¶Primò, ex principio cap. quòd quæſtores nõ ſunt permittendi prædicare, ſed ſolùm declarare contenta in ſuis indulgentijs. Nota quòd quæſtores non ſunt recipiendi, niſi exhibeant, id eſt, niſi oſtendant literas ſuæ facultatis, & poteſtatis. Nota iuncta glo. quòd minores epiſcopis non poſſunt ſua auctoritate concedere indulgentias. Not. ex fine, quòd quæſtores in huiuſmodi officio ſubijciuntur ordinarijs: non obſtante priuilegio exemptionis. Nota quòd abuſio eſt euitanda: vnde priuilegium perdit qui abutitur. 11. quæſtio. 3. priuilegium. damnatur etiam abuſus clauium. 11. quæſtio. 3. Ipſe Not. ꝙ ſimplices non ſunt decipiendi, & videtur hic excuſari ſimplicitas, & quo ad hoc ſimplices dicuntur qui de facili credunt. 22. quæſtio. 4. innocens. Zabarella.

¶*Prima gloſſa dicit quid facit, & diuidit.*

i ¶*Abuſionibus.*] repetit concilium generale de quæſtoribus non admittendis ſine literis Apoſtolicis, vel diœceſanorum. Et addit per diœceſanos literas Apoſtolicas prius examinari. Ponit ſecundò octo reprehenſibiles actus quæſtorum, quos fieri prohibet: & contraria priuilegia reuocat. Tertiò delinquentes per epiſcopos puniri præcipit non obſtantibus priuilegijs. Secunda: ibi, *Ad hæc.* Tertia: ibi, *Quæſtores*

k ¶*Ingenio.*] ſumptum. C. de commer. & mer. l. 2. facit 14. quæſt. 5. dixit.

l ¶*Poſſibile.*] de elect. vt circa. in princ. lib. 6. ĵ. de verbor. ſigni. ſæpè.

m ¶*Generalis.*] eod. titu. cap. cum ex eo.

n ¶*Quæſtores.*] eleemoſynarum. de quibus de priui. tuarum. in princ. habemus enim quæſtores iudiciorum, de quibus de verbor. ſigni. forus. & de his quæſtoribus pecuniarum, & ærariorum, vide quod not. ff. de offi. quęſto. l. vnica.

o ¶*Nec permittantur.*] vllatenus ipſi populo pręedicare, qđ ſequitur.

p ¶*Competat.*] concor. de hęret. vt officium. §. compeſcendi. libr. 6.

q ¶*Nec.*] repete, permittantur.

r ¶*Literas.*] hoc addit concilium generale.

a ¶De fa-

a ¶*De facto.*] Hoc enim eſt epiſcoporū, & non inferiorum. de exceſ. prælа. accedentibus. & quo ad proprios ſubditos, nō quo ad extraneos. eod. titu. quod autem.
b ¶*Votis.*] hoc etiam eſt epiſcoporum. quod dic vt dixi de vo. capitu. 1.
c ¶*Incerta.*] vide qđ dixi ſuprà ead. compil. de priuil. capit. 1. ver. nec legata.
d ¶*Quartam.*] idem puto de alia quota.
e ¶*Mendaciter.*] cum ſint Dei iudicio reſeruatæ. 25. diſtin. qualis. proſunt tamen ſuffragia, 1 de quibus 14. q. 2. animæ defunctorum. & vide quod dixi ſ. eo. tit. quòd autem. & quod not. Hoſt. in ſumma. de remiſ. §. quibus proſint. & §. vlt.
f ¶*A pęna & culpa.*] iſta eſt illa pleniſſima peccatorum remiſſio, quæ cōceditur cruce ſignatis pro ſubſidio vltramarino. de qua ſcripſi poſt Hoſt. de Iudæ. ad liberandā: quæ datur in anno centenario 2 in extrauaganti Bonifacij: Antiquorum habet. quam ſolus Papa concedit.
g ¶*Vtamur.*] cōcor. ſuprà ead. compil. de priuile. capit. 1. in principio.
h ¶*Vel perſonis.*] quādoque hæc differunt. de priuil. ne aliqui. libro 6.
¶*Gloſſa ſequens ponit quatuor ſpecies iuriſdictionis, quas per Clemen. habent ordinarij in exemptos.*
i ¶*Puniri.*] per has Clementinas quandoque ordinarius punit exemptos, vt hic, & ſuprà de teſta. capit. 1. de ſta. reg. capit. 2. de reli. domi. capitu. 2. de iure pat. capitu. 1. quandoque non punit, ſed pœnam iuris publicat. ſuprà de priu. cap. 1. quādoque non punit, ſed abſoluit. de ſepul. c. 1. quandoque ſolùm circa loca datur iuriſdictio. de ſup. negli. præla. cap. vnico. de priuile. cap. 2. generaliter datur iuriſdictio contra eos. de priuil. cap. 1. lib. 6.
k ¶*Propenſius.*] idem verbum ſ. ead. cōpila. de ætate & qualitate. vt hi qui. & ibi expoſui.

1 Vide Theologos ſcholaſticos lib. 4. ſent. diſt. 41. & Ioannē Roffenſem contra Lutherū artic. 19. & aliquot ſequētibus.

† Aliàs ita: tertiam aut quartā partem alijs de pęnitentijs, &c.

2 Vide alias extrauagātes aliorum pontificum tit. de pęni. & remiſ. in cōmunib⁹. vbi ann⁹ cētesimus ad minus tempus reducitur.

Exēpti quādoque puniuntur per ordinariū.

† al. quoquo modo.

dis committi valeat per eaſdem) antequā admittant queſtores ipſos examinent diligenter.

¶*Ponit octo reprehenſibiles actus quęſtorum, quos fieri prohibet, & cōtraria priuilegia reuocat. Ioan. And.*

¶Ad hæc, cum aliqui ex huiuſmodi quæſtoribus, ſicut ad noſtram audietiam eſt perlatum, non ſine multa temeritatis audacia, & deceptione multiplici animarum indulgentias populo motu ſuo proprio de facto [a] concedant, ſuper votis [b] diſpenſent, à periurijs, homicidijs, & peccatis alijs ſibi confitentes abſoluant: malè ablata incerta [c] (data ſibi aliqua pecuniæ quantitate) remittant, tertiam †, aut quartam [d] partem de pœnitentijs iniunctis relaxent: animas tres, vel plures parētum, vel amicorum illorum, qui eleemoſynas eis conferūt, de purgatorio (vt aſſerunt mendaciter [e]) extrahant, & ad gaudia paradiſi perducant, benefactoribus locorum, quorū quæſtores exiſtunt, remiſſionē plenariam peccatorū indulgeant, & aliqui ex ipſis eos à pœna [f], & à culpa (vt eorum verbis vtamur [g]) abſoluant: Nos abuſus huiuſmodi per quos cenſura vileſcit eccleſiaſtica, & clauium Eccleſiæ auctoritas ducitur in contemptum, omnimodo aboleri volentes: Ea per quoſcumque queſtores fieri, vel attentari decætero diſtrictius inhibemus: Omnia & ſingula priuilegia, ſi qua ſuper præmiſſis, vel eorum aliquo ſint aliquibus locis, ordinibus, vel perſonis [h] quæſtorum huiuſmodi quomodocumque † conceſſa (ne ipſorum prætextu ſit eis materia talia vlterius præſumendi) auctoritate Apoſtolica quantùm ad præmiſſa penitus reuocantes.

¶*Delinquentes quęſtores per epiſcopos puniri pręcipit, non obſtantibus priuilegijs. hoc dicit. Ioan. And.*

¶Quæſtores autem qui deinceps in pręmiſſis, vel aliquo pręmiſſorum deliquerint, vel aliàs etiam quibuſcunque ſuis priuilegijs abuſi fuerint, ſic per locorum epiſcopos puniri [i] volumus (nullo prorſus eiſdē quæſtoribus in hac parte priuilegio ſuffragante) quod à ſuis temerarijs auſibus, qui vbique (vt cōmunis habet aſſertio) nimium excreuerunt, pœnæ formidine propenſius [k] compeſcantur.

DE SENTENTIA EXCOMMVNICATIONIS, SVSPENSIONIS, ET INTERDICTI.

¶*Viſum eſt ſuprà per diſcurſum titulorum de pluribus delictis: verùm quia pro delictis homines incurrunt ſententiam excommunicationis: ideo videndum eſt de ſententia excommunicationis: Vel ſic poteſt continuari ad rubricam præcedentem, videlicet, de pœnitentijs, &c. Viſum eſt de ſacramento pœnitentiæ, cuius ſacramenti excommunicati ſunt incapaces: idcirco videndum eſt de ſententia excommunicationis.*

TITVLVS X.

De ſententia excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti.

¶Clemens V. in concilio Viennenſi.

¶*Religioſi etiam exempti violantes interdictum poſitum per ſedem Apoſtolicam, vel ordinarium loci, vel generalem ceſſationem diuinorum factam per prouinciale concilium, vel eum qui hoc poſſit, ſeruatam per cathedralem, vel matricem eccleſiam loci, excommunicati ſunt ipſo facto: Non obſtantibus priuilegijs, conuentionibus, conſuetudinibus & ſtatutis, & reſpicit pendentia. hoc dicit. Ioan. And.*

CAP. I.

Ex frequentibus [l] † prælatorū quęrelis [m] accepimus, & nos ipſi experiētia [n] certa probauimus in minoribus

Ex frequentibus.] ¶Caſus ſic figuratur. Concilio generali in ſpiritu ſancto legitimè celebrato, fuit à nonnullis prælatis expoſitum, quòd plures religioſi, maximè exempti tam Mendicantes, quàm non Mendicantes violabāt interdictum generale celebratum in aliqua prouincia, & iſtud faciebant latenter & ſecretè ſeu colorando facta ſua: Cum enim prohibitum ſit omnibus clericis celebrare diuinum officiū quotiens interdictum eſt poſitum. Item cum ſit prohibitum, vt nulli accedant ad Eccleſiam, vt valeant audire Miſſam, vel aliud diuinum officium: Iſti religioſi faciebant foramina in ianuis ſuis, & in parietibus ſuis, vt populus audiret diuinum officium: ex quo eccleſiæ cathedrali graue generabatur ſcandalum, propter quod ordinauit concilium, vt poſtquàm interdictū generale erit celebratum, quòd nulli ſint tā audaces vt faciant de cætero & amodo ſeu deinceps talia foramina in ianuis ſuis, vel in parietibus ſuis: aliàs ipſo facto incurrunt ſententiam excommunicationis, vt in c. alma. lib. 6. hoc dicit. H. R. Nota quòd vnica eſt eccleſia, licet ipſius plura ſunt membra. Et dicitur eccleſia congregatio fidelium in ea exiſtentium: quia Sarraceni & Turcæ non ſunt de eccleſia. Not. ꝙ vniformitas eccleſiæ eſt ſeruanda. Not. ꝙ religioſi exempti debent ſeruare interdictū celebratum in eccleſia matrice, vel cathedrali. Not. ꝙ non ſolū in legem committit qui offendit verba: ſed etiam ille qui offendit mentē legis. Not. ꝙ tempore interdicti in tātùm debet ianuis clauſis celebrari, vt nec per foramina, vel feneſtras laici reſpiciant. Not. ꝙ ſententia cenſuræ eſt neruus eccleſiaſticæ diſciplinæ. de hoc in glo. 5. Zabarella.

† Not. ex verbo, frequentibus. qđ iura adaptantur ad ea, quæ frequenter emergūt. de hoc de deſpō. impub. literas. Zabarella.

¶*Prima gl. ſummat, diuidit, & in fine remittit de tempore huius conſtitutionis.*

l ¶*Ex frequentibus.*] Caſus. Religioſi etiam exēpti violantes interdictū poſitum per ſedem Apoſtolicā, vel ordinarium loci, vel generalem ceſſationem diuinorum factā per prouinciale concilium, vel eum, qui hoc poſſit, ſeruatā per cathedralem, vel matricem eccleſiā loci, excōicati ſunt ipſo facto: non obſtantibus priuilegijs, conuentionibus, conſuetudinibus & ſtatutis. Et reſpicit pendentia. Et primò ponit religioſorum exceſſum, qui fuit conſtitutionis cauſa. Secundò: ibi, *Nos igitur.* prouiſionem circa obſeruationem interdictorum, & ceſſationum cum ſui pœna, quam tertio: ibi, *Porrò.* prorogat ad pendentia, & tollit obſtantia. Et vt in proœmio dixi hæc decretalis præceſſit concilium: & hæc probat ſequens.
m ¶*Querelis.*] ſimile de priuileg. epiſcoporum. lib. 6.
n ¶*Experientia.*] quæ eſt rerum magiſtra. de elect. quàm

ſit. in

ſit. in princip. libr. 6. vbi de hoc.

Fucatus qd ſignificat.

a ¶*Fucatis.*] quaſi tinctis, vel coloratis. & habetur hoc verbum de conſe. diſt. 5. fucare. vbi not. verſus:

Si vitium frontis alicuius fucus inauret, &c.

b ¶*Neruum.*] de conſue. cum inter. [Et expone neruum, id eſt vigorem. Panormitanus.]

c ¶*Generalia interdicta.*] de verbo. ſignifi. cum in partibus.

Vnitas eſt multiplex.

d ¶*Vnam fidem.*] ad Epheſ. 4. ſuprà ead. cõpil. de ſum. trin. cap. vnico. §. ad hæc. de exceſ. præla. frequens. ad fin. Vide quod de multiplici vnitate ſcripſi de ſum. trin. damnamus. ſuper verbo, collectiuam.

e ¶*Sedis Apoſtolicę.*] per hoc videtur comprehendere interdictũ iuris. exemplum ſuprà ead. compil. de pœnis. ſi quis ſuadente. §. ciuitas. cum concor.

¶*Gloſſa ſequens præter iſtam ponit decem clementinas, quæ ligãt ſolos religioſos, & quatuor, diuerſimodè tamen, ligant mendicantes, & duas eis fauentes, & ipſorum querelam.*

conſtituti, quòd plerumque religioſi nunc patenter excuſationibus fucatis [a] & friuolis innitentes, nunc latenter eccleſiarum ſuarum ianuis perforatis, aut in eis factis feneſtris, ſeu modis alijs exquiſitis non abſque damno cathedralium, & parochialium eccleſiarum, & ſcandalo plurimorum, dirumpendo neruum [b] eccleſiaſticæ diſciplinę, ciuitatum, terrarum, & aliorum locorum generalia [c] interdicta præſumptione damnabili violare præſumunt. ¶Nos igitur in ſancta Dei eccleſia, cui diſponente domino præſidemus, quæ quidem vnica eſt, & vnum Deum prædicat atque colit, vnam [d] fidẽ firmiter & ſimpliciter confitetur, vniformitatem (quantum commodè poſſumus) conſeruare volentes: circa interdictorum obſeruantiam prædictorum auctoritate ſedis [e] Apoſtolicæ, vel à locorum ordinarijs poſitorum, de fratrum noſtrorum conſilio diſtrictè præcipiendo mandamus; quatenus religioſi [f] quicunque tam exempti [g], quàm non exempti cuiuſcunque ordinis & conditionis exiſtãt, cum cathedralẽ, vel matricem [h] [ſeu parochialem †] loci eccleſiam illa viderint, aut ſciuerint [i] obſeruare [k] (non obſtantibus quibuſcumque appellationibus [l] antea etiam ad eandem ſedem, vel alium, ſeu alios interiectis, & alijs obiectibus quibuſcumque [m]) abſq; dolo & fraude, cum moderatione tamen decretalis Alma [n], inuiolabiliter † conſeruent: Alioquin non ſeruantes excommunicationis ſententiæ [o] hoc ipſo vo-

Religioſi ꝑ multas clementinas ligantur.

f ¶*Religioſi quicunque.*] mendicantes, vel non. Et per hoc patet quòd cle. ſeculares non ſeruantes interdictum, vel ceſſationem, quæ ſeruat matrix Eccleſia, non ligat hæc conſtitutio. Et multos tales caſus, quibus per has clementinas ligantur religioſi tantùm, collige ſuprà de elect. cap. in pleriſque. ver. nullus. de ſup. nego. præla. cap. vnico. de rebus eccle. non alienan. capitu. 1. de teſta. cap. vnico. de dec. cap. 1. de ſta. mon. cap. 1. de reli. do. cap. 1. ver. prædictis. de cenſi. cap. 1. de priui. cap. 1. de pœnis, cupientes. ver. illos etiam. & ver. ſeq. Specialiter contra mendicantes qui tranſeunt ad non mendicantes, prouidet decr. 1. de. regul. Generaliter contra mendicantes prædi. decre. cupientes. in prin. de pœnis. Specialiter cõtra prædicatores & minores decre. dudum. de ſepul. ſpecialius contra minores. ĩ. eo. cum ex eo. pro religioſis emanauit. de cenſibus, c. 2. de exceſ. præla. frequens. conqueruntur tamen religioſi, quòd conſtitutiones quæ fauorem ipſorum reſpiciunt, ſunt ſine pœna: ſed contra ipſos editæ ſunt pœnales.

g ¶*Exempti.*] quomodo per diuerſas conſtitutiones Clementinas probatur non expedire priuilegiatis vel exemptis quòd fiant generalia concilia, dixi ſ. ea. compil. de ſepul. dudum. in principio.

¶*Gl. ſeq. primò exponit quæ ſit matrix, & quare de ea dictum, & dubium ſoluit. Secundò quærit miſtim de duobus, & ſoluit. Tertiò quærit de metropolitana. Arguit pro, ſoluit contrarium. Quartò quęrit, quæſtionem ſpecificat, & ſoluit illam & ſimilem.*

Matrix eſt eccleſia baptiſmalis.

h ¶*Matricem.*] id eſt maiorem, & baptiſmalem, quæ dicitur matrix: quia ſicut mater generat, ſic & illa regenerat per baptiſmum. ſic ſumitur de præſcrip. capitu. 1. & cap. ex tranſmiſſa. de tranſac. præterea 2. igitur interdicuntur quandoque loca non habentia intra ſe eccleſiam cathedralem, habent tamẽ matricem, ideo hoc expreſſit, & dico hoc locum habere etiã cum illa matrix eccleſia religioſis non ſeruãtibus ſubeſt quo ad præſentationem, collationem, vel quia ſit ipſorum vicaria, cum hic generaliter loquatur. Sed quid dices hic eccleſiã, an epiſcopum, vel prælatum tantùm, vel capitulum tantùm, vel vtrumque miſtim? Et quid ſi vacat eccleſia cathedralis, & pars capituli ſeruat: & pars non ſeruat, & partes fortè ſunt æquales? In omnibus his caſibus puto eccleſiam ſumi pro ipſa materiali eccleſia & ipſius eccleſiæ parietibus. de hoc, ne præla. vi. ſu. cap. vltim. cum concor. & quòd ex quo in eccleſia celebretur continuè ianuis apertis, &c. ſiue per prælatum ſiue per capitulum totum, vel per partẽ, ſiue per alios clericos eccleſiæ, non ſit locus huic pœnæ, licet pœnæ irregularitatis, & aliæ de quibus infrà dicam, poſſent locum habere, vt ſit mens literæ, quòd ex quo in matrice eccleſia ſeruat, & in alijs obſeruetur. Sæpiſſimè videmus quòd in cathedralibus & matricibus eccleſijs inferiores clerici, manſionarij & capellani, vt plurimum etiam ſine prælato & canonicis officiant eccleſias ipſas. Sed nunquid quo ad interdictum prouinciæ dicetur eccleſia metropolitana matrix, ita quòd illa ſeruante interdictum religioſi totius prouinciæ non ſeruantes ligati ſint hac pœna: & de ſcientibus loquor? Videtur ꝙ ſic. de poſt. c. 1. ver. ſed inde. 12. diſt. de his. contrarium puto per hanc literã quæ dicit, cathedralem vel matricem loci. Conſtat autem quòd metropolitana eccleſia, pone Rauennas, non eſt matrix, vel cathedralis ciuitatis Bonoñ. vel Mutiñ. de offic. ordin. paſtoralis. 9. quæſt. 3. ſi autem. &c. nullus. ligabuntur ergo religioſi diœceſis Rauennæ tantùm. Idẽ quid ſi interdicta eſt villa, vel caſtrum non habens incluſam certam eccleſiam cathedralem vel matricem, quod eſſe poſſet: puta quia matrix eccleſia eſt in alia terra non interdicta, vel quia plures ſunt eccleſiæ in villa, vel caſtro & nulla principalior, quia quælibet baptizat ſuos parochianos, & fortè ex illis eccleſijs aliquæ ſeruant interdictũ, aliquæ non. Puto quod tunc non ſit locus huic conſtitutioni: deficiunt enim mens & verba, ſicut nec locum haberet quando in loco ſingulariter interdicto nulla eccleſia eſſet, niſi illa religioſorum non ſeruantium. Habeant ergo tunc locum iura antiqua, vt dicam ĩ. in glo. additur.

Eccleſia metropolitana an dicatur matrix quo ad interdictum prouinciæ.

† Hæc duo verba: ſeu parochialẽ, deſunt ĩ antiquioribus exẽplarib[us] etiã impreſſis.

† al. ita: inuiolabiliter ea ſeruent.

i ¶*Sciuerint.*] alio ſenſu quàm per viſum, de quo præmiſit. probabiliter ergo ignorantes talem obſeruantiam non ligat hæc pœna.

¶*Glo. ſeq. quęſt. ſoluit, quinque rationes inducentes.*

k ¶*Obſeruare.*] Not. quia non obſeruando non dicit quòd ſe conforment: addere enim intendit hæc conſtitutio non diminuere ad obſeruantiam interdictorum, vt patet in principio. ſuprà ead. compil. de præben. cap. 1. in fine. Et ſtatutum hic factum ad pœnam, non debet trahi ad gratiam. de transla. cap. 2. vltra medium. Et argumentum à contrario ſenſu ceſſat, vbi illius argumenti contrarium reperitur in iure, vt ſatis ſcripſi de elect. publicato. ſuper vltima glo. Item contrariorum non eſt eadem diſciplina vbi verba & mens reſiſtunt. de verbo. ſignific. capit. fin. de offic. lega. ſtuduiſti. Exceſſus ergo clericorum matricis eccleſiæ non dabit religioſis materiam delinquendi. de priuileg. peſtis. intelligo autem illos ſeruare quando abſtinet animo obſeruandi. & facit quod ibi dixi ſuper verbo, violauerint.

Argumẽtũ à contrario quandoque ceſſat.

Contrariorum nõ ſemper eſt eadẽ diſciplina.

¶*Gloſſa ſequens ſoluit contrarium.*

l ¶*Appellationibus.*] non dicit quòd præcedens appellatio nõ vitiet interdictum, ne corrigat. de appel. ad hoc quoniam. & cap. dilectis. cum ſimilibus. Sed dicit quòd quamuis interdictum ſit nullum propter præcedentem appellationem, vel aliam cauſam, ex quo tamen matrix eccleſia illud ſeruat, religioſi violantes ſunt excommunicati.

Eccleſia qd comprehendit, in cle. 1. de ſent. excõm.

m ¶*Quibuſcumque.*] quibus allegarent nullitatem ſententię, quod poteſt eſſe multis modis. not. eo. titu. præſenti. lib. 6.

n ¶*Alma.*] eod. titu. lib. 6.

¶*Glo. ſeq. enumerat 52. caſus quibus excommunicant clementinæ: quorum 16. ſunt reſeruati.*

o ¶*Excommunicationis ſententiæ.*] eſt ſciendum quòd per 18. conſtitutiones clementinas comprehenſi ſunt quinquaginta caſus, quorum 16. ſunt reſeruati Papæ, quibus quis ipſo iure excommunicationem incurrit expreſsè, & per duas duo tacitè. Et eſt præmittendum quod Hoſtienſis colligit triginta tales caſus iuris veteris in ſum. eodem titu. §. 3. in princip. ego collegi 32. lib. 6. eod. titu. eos qui. Nunc exprimam

Excõicatur quis ipſo facto per clemẽtinas in 52. caſibus.

hos

hos nouiſſimos. primus eſt de ſeque.poſ.c. 1. Quatuor de ſepul.cap.1. Alij quatuor de deci.cap.1. Duo de ſtatu mona.capitu.1.§.quia verò. Duodecimus.eod.tit.cap.2. in fin. Tertius decimus & 14.de relig.do.cap.1. Alij ſex,& ſic 20.de conſangui.& affini.cap.1. Tres, & ſic 23.& ſunt Apoſtolicæ ſedi reſeruati. de hæreti. cap. 1.ad finem. Duo & ſic 25.eod.titu.cap.2. Septem, & ſic 32. de vſu. cap.1. Alij 6. & ſic 38. & ſunt etiam Apoſtolici de priuil.c.1. ſtringamus ſub duobus caſibus, qui ſunt etiam Apoſtolici.ſ. de pœnis cap.1.in prin. & verſicu.poteſtas. Duo,& ſic 42.eod. tit. cupientes. in princ.43.eod.titu.§. qui verò.44.eod. c. in fin. & eſt Apoſtolicus. 45. hic quatuor etiam Apoſtolici, & ſic 49.ĩ. cap.proxim.Quinquageſimus ĩ.eod.cum ex eo. Duos autem caſus tacitos habemus de ſum.tri.c.vnico.§. porrò.de vſu. ex graui.ĩ fi.

lumus ſubiacere [a]. ¶Quod etiam in interdictis,& in ceſſationibus [b] à diuinis indictis per prouincialium cõciliorum ſtatuta, vel ipſorum auctoritate (cum maius ſit prouinciale cõcilium, quam ſingularis prælati prouinciæ, ac iudicium integrum, quod plurimorum ſententijs comprobatur [c]) volumus obſeruari. ¶In ceſſationibus verò generalibus [d] à diuinis ciuitatum,terrarum, & aliorum locorum, quas aliquando ex conſuetudine, vel aliàs capitula,collegia,vel conuentus ſecularium, aut regularium eccleſiarũ ſibi vendicãt (q̃a ipſos hoc vnico [e] lumine ad repellẽdas iniurias eis factas priuare nolumus,nec debemus) idem intelligimus obſeruandum. Ipſi verò ſint diligenter attenti, vt ſtatuta Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum ſuper his edita [f], diligenter obſeruent. ¶Porrò hanc † ſanctionem ad pendentia [g] trahimus, nõ † obſtãtibus priuilegijs, conuentionibus [h], ſtatutis, & conſuetudinibus quibuslibet, quæ contra præmiſſa, ſeu aliquod præmiſſorum religioſis ipſis in nullo volumus ſuffragari.

¶Idem.

¶Domini temporales, qui cogunt aliquos in loco interdicto celebrare diuina, vel qui per præcones faciunt tunc ad illa audienda populum euocari, vel prohibent ne publicè excommunicati, vel interdicti ſuper hoc per illos, qui Miſſas celebrant, moniti eccleſias exeãt, & ipſi nominatim moniti qui non exeunt, excommuuicati ſunt, & per Papam abſoluendi, hoc dicit. Ioan. And.

CAP. II.

GRauis [i] ad nos prælatorũ querela perduxit, quòd nobiles † quidam, & domini tẽporales [k] (terris eorum eccleſiaſtico ſuppoſitis [l] interdicto) ne-

¶Gloſſa ſequens diſtinguit quatuor caſus diuerſos.

a ¶*Subiacere.*] additur hæc pœna ad alias quæ habentur de exceſ.præla.cap.fi.de priui.auctoritate.& c.epiſcoporum.lib.6.eo.tit. is qui.eo.lib. Poſſet tamen caſus eſſe, in quo iſta pœna ſine illis ligaret,& ecõtra. Pone quòd ſententia interdicti verè non ligat impediente appellatione,vel alia nullitate, tamen matrix eccleſia illam ſeruat, ligantur religioſi hac pœna, ſed non illis. Econtra bene ligat ſententia cum matrix eccleſia non ſeruat illam: tunc ligantur illis,& non iſta. Quando verò tenet & ſeruatur per matricem, tunc locum habet quod prius dixi, quòd ligantur vtriſque quandoque non tenet,nec ſeruatur per matricem,& tunc neutris ligantur.

b ¶*Ceſſationibus.*] generalibus,vt ſequitur.

c ¶*Comprobatur.*] 20.diſt.de quibus.de off.deleg.prudentiã. poſt.prin. Prouer.14. Ibi ſalus vbi multa conſilia,& 15. Diſſipantur cogitationes vbi non eſt conſilium. & vbi ſunt plures conſiliarij,confirmantur.

d ¶*Generalibus.*] ſpeciales enim ſeruantur ſolùm in eccleſijs,in quibus ſunt inductæ.de appel.dilectis.

e ¶*Vnico lumine.*] ſumptum. ff. de off. præſi. illicitas. §. ne tenuis.

f ¶*Edita.*] de offi.or.irrefragabili.§.cæterùm.eod.tit.ſi canonici.& c.quamuis.lib.6.& ibi vide in vlt.glo.

g ¶*Pendentia.*] concor.ſ.ea.compil.de iud.diſpẽdioſam.cũ ſuis concord.

h ¶*Conuentionibus.*] ſic ſuprà ead.compil.de ſepult. dudum. circa fin.

GRauis.] ¶Præſupponendum eſt illud, quod dicitur in c. alma.lib.6.eod. titu. quòd ſi interdictum ſit celebratum in aliquo loco,canonici poſſunt celebrare diuinum officium, ſed hoc debent facere voce ſubmiſſa,& baſſa,& ianuis clauſis, & ꝙ nullus admittatur ad diuinum officium audiẽdum, aliàs ſi quem admittant,ipſo facto ſunt excommunicati.

CASVS. ſic figuratur. Concilio generali in ſpiritu ſancto legitimè celebrato fuit expoſitum,quòd plures domini temporales,reges,barones in contemptum eccleſiæ cogebant presbyteros tempore interdicti in omnibus eccleſijs celebrare diuina,& cum non poterant habere facultatem campanarum, faciebant populum per præconem cum ſono tubæ conuocari, vt veniret ipſe populus & omnes de populo ad diuinum officium. Et iſtud non ſolùm faciebant in ſuis capellis, quæ capellæ ſunt in domibus ipſorum ſeu in caſtris, ſed hoc faciebant in eccleſijs cathedralibus & matricibus,& aliquando vocabãt aliquos,vt venirent ad diuinum officium, aliquando alios, & ſi venire ad diuinum officium nolebant, illos compellebant, quod eſt peius: Aliquando iſti domini temporales conuocabant aliquos excommunicatos, vt venirent ad diuinum officium, & dum clerici videbant illos excommunicatos, nolebant finire, nec perficere diuinum officium, & ſic remanebat inexpletum & imperfectum: propter quos exceſſus oriebatur ſcandalum in clero & populo: Vnde conſtituit concilium, vt de cætero talia non faciãt ipſi domini temporales. Et quòd excommunicati moniti vt exeant ab eccleſia, immediatè recedant ab ea: quod ſi ſecus fecerint, id eſt, ſi contrariũ fecerint, ipſi ſint excõmunicati, nec abſolui poterunt niſi per Romanum Pontificem. Nota primò, quòd tẽpore interdicti generalis, puta quia tota vna diœceſis eſt ſuppoſita interdicto, non ſunt diuina officia celebranda. Nota pœnam principum, qui compellũt celebrare clericos tempore interdicti, nam ipſo facto incurrunt ſententiam excommunicationis. Nota ꝙ quis nõ debet celebrare in præſentia excommunicati, quem ſcit publicè excommunicatũ: aliàs ipſe ſuſpenditur à ſuis beneficijs. Not. ex tex. iuxta gloſſ. quòd licet ſacerdos inceperit celebrare Miſſam, ſi ſuperueniat excommunicatus,debet ipſe ſacerdos ceſſare à celebratione Miſſæ. Et ſi ipſe excommunicatus monitus noluerit exire,ipſe ſacerdos debet illum realiter extrahere ab eccleſia: & ſi non poſſit, debet vocare præſentes in auxilium. Not. quòd excommunicatus poteſt iterum excommunicari: tamẽ ſecunda excommunicatio nõ habebit effectum niſi effectum retentionis: quia retinebit eum extra gremium eccleſiæ, quãuis fuerit reconciliatus de prima excommunicatione: tamen retinetur adhuc vt expulſus à gremio ipſius eccleſiæ, donec reconcilietur ſecundò. Not. ibi, *Nobiles*. qui dicuntur nobiles etiam ſi delinquant,vt hic. & hoc quia hic dicuntur nobiles à coruſcatione clari ſanguinis, ſecundùm Lau. Not. de locis inſignibus. de hoc in verbo, inſignium. in glo. & in Spe. de citatione.§.1.verſic.ſed quæ loca. Zaba.

¶Prima glo. ſummat & diuidit.

i ¶*Grauis.*] Caſus. Domini temporales,qui cogunt aliquos in loco interdicto celebrare diuina, vel qui per præcones faciunt tunc ad illa audienda populum euocari, vel prohibent ne publicè excommunicati,vel interdicti ſuper hoc per illos, qui Miſſas celebrant moniti eccleſias exeant, & ipſi nominatim moniti,qui non exeunt,excommunicati ſunt, & per Papam abſoluendi. Et primò narrat. ſecundò pœnam imponit ibi, *Ne igitur.*

k ¶*Temporalrs.*] etiam ſi ſint epiſcopi, vel eccleſiarum prælati, videtur locum habere quod hic dicitur. ne cleri. vel mon. cap.vlt.lib.6.facit de exceſ. præla. tanta. & facit quod dixi ea. compil.de pœnis,multorum.

¶Gloſſa ſequens notat ad quæſtionem, pro qua alleg. duo iura & regulam, & opin. diſtinguendam. alleg. duo iura in contrarium, ad quæ pro ipſorum reſponſione remittit, & prouiſionem petit.

l ¶*Suppoſiti.*] ab homine, vel à iure. & hæc litera facit ad quæſtionem de illo qui ſcit locum interdictum ab homine, vel à iure: tamen denuntiatio eius non eſt facta, an illud ſeruare teneatur: ſatis enim eſt locum eſſe interdicto ſuppoſitum vt hic, licet non ſit publicatum. facit eodem titu. cum non ab homine.& quod ibi not. eodem titu. cum deſideres. 1. reſpon. in fin. Qui enim ſciuit, certiorari non debuit. de regul. iur. eum qui. libr.6. cum concor. & hoc placet Arch. eodem titu. is qui. lib.6. Illa etiam ratione: quia celebrare dependet à voluntate agentis: Vnde in culpa eſt agendo rem illicitam propter ſuperioris

† Al. ita. porrò hãc etiã ſanctionẽ, &c.

† Al. ita, non obſtantibus priuilegijs cõceſſis eis, & ſtatutis, & conſuetudinibus quibuslibet, q̃ ſuper p̃miſſa, &c.

† Nobiles q̃ dicantur, & cur ita vocẽtur latè docet Tiraqu. tract. de nobilitate, c.2.

Interdictũ nondum denunciatum antiquis illud ſciẽs ſeruare teneatur.

perioris prohibitionem,& loci inhabilitatem.alle. de conſec. diſtinct.1.ſicut. quod verum intelligit niſi factum eſſet occultum.6.quæſtio.2.ſi tantum.& prædi. decret. cum non ab homine.& facit quod ſuprà dicam. in gloſſ. occultum. In contrarium facit.11.q.3.§.euidenter.ibi ſoluitur. Item contra.ſ. cap. proxim. à contrario,ibi ſoluitur in glo. not. Forſan expediret 1 per conſtitutionem prouideri clericos non teneri ad obſeruationem interdictorum latorum à iure, niſi prius fiat illorũ declaratio. ſimile de hæret.cum ſecundum. libr.6.Ad quod dicendum multum mouet de cenſi. quamquam. lib.6. & ſ.ead. compil. eodem titul. præſenti. cuius etiam litera ſatis huic dicto conuenit.

† Al. ita: & alia diuina officia , & quãdoq; publicè ac ſolẽniter, &c.

1 Vide Fely.in c. Rodulphus.extra de reſcrip.

dum in locorum ſuorum capellis [a], ſed & in collegiatis, & alijs inſignium [b] locorum eccleſijs,Miſſas, & † alia diuina officia publicè, & ſolemniter faciunt celebrari. Ad officia eadem celebranda, nunc hos, nunc [c] illos vocantes [d], & interdum(quòd eſt deterius) cõpellentes: hiſque non contenti exceſſibus [e], per campanarum [f] non ſolùm pulſationem, ſed & voce præconia [g] populos etiam interdictos, vt (interdicti non obſtante ſententia)ad audiendas Miſſas huiuſmodi veniant, faciunt euocari. Nonnulli quoque ipſorum ſuis plerunque ſubiectis [h], ne (licet excommunicationis, vel interdicti ſententia publicè [i] ſint innodati) de eccleſijs dum in ipſis Miſſarum celebrantur ſolemnia, inſtantibus etiam celebrantibus exeant, præcipere non verentur: Ex quo frequẽter contingit, quòd non ſine Dei offenſa, clerique ac populi ſcandalo, ipſa Miſſarum ſolemnia remanent inexpleta [k]. ¶Ne igitur exceſſus ſic graues excedentium impunitate trahantur ab alijs in exemplum [l], præſumptores præfatos, qui in locis interdicto ſuppoſitis quẽquam decætero diuina celebrare officia quomodolibet [m] cogere [n]: Aut qui modo prædicto ad officia eadem audienda aliquos excommunicationis præſertim , vel interdicti ligatos ſententia euocare [o] : Seu qui ne excommunicati publicè [p], aut interdicti de eccleſijs, dum in ipſis Miſſarum [q] aguntur ſolemnia, à celebrantibus moniti [r] vt exeant, prohibere [ſ] †: Necnon excommunicatos publicè,& interdictos, qui in ipſis eccleſijs nominatim [t] à celebrantibus vt exeãt moniti , remanere [u] præſumpſerint : excommunicationis [x] ſententia (à qua per ſedem dumtaxat Apoſtolicã poſſint abſolui) ſacro approbante concilio innodamus.

a ¶*Capellis.*] non intendit quòd in talibus capellis ſitis in loco interdicto hoc liceat:ſed dicit vt aggrauet contemptum : quaſi dicat malum eſſet hoc facere in capellis , ſed grauius in talibus eccleſijs.

b ¶*Inſignium.*] de reſcrip.ſtatutũ.poſt prin. lib.6.

c ¶*Nunc illos.*] concor.de ſtatu monacho. cum ad monaſteriorũ. ver. ſed nec.

d ¶*Vocantes.*] licet de vocatione narret, ſolã coactionẽ punit.

e ¶*Exceſſibus.*] tolle literam infrà , faciunt euocari non ſolùm per campanarum,&c.

f ¶*Campanarum.*]de offic.cuſt.cap.1.cum concor.& ibi dixi de diuerſis campanarum officijs.

¶*Gloſſ.ſeq.obiectionem ſoluit.*

g ¶*Voce præconia.*] vt dicitur in Authen.de litig.§.omnem. coll.18.vox præconis quandoque paucis innoteſcit: & hoc reſpectu fortior videtur vocatio per campanam : ſed quia præco loquitur & edictum ponit ex parte mandantis, ideo maior eſt contemptus.

h ¶*Subiectis.*] præcipere non verentur. quod eſt infrà.

i ¶*Publicè.*] occultum 2 enim excommunicatum non vitamus in publico.6.q.2.c.2.eod.tit.cum non ab homine.vndè dicit Ray.in ſum.huius titu.§. item quæritur. quòd ille qui ſcit occultũ excõicatum etiam in eccleſia,cautè ſi poterit exibit : ſi autem id non poſſet ſine ſcandalo, non debet exire , per iura prædicta , & ne ſit proditor. 2. quæſtio. 1. ſi peccauerit.

2 De articulo hui' gloſſæ plenè Fely.in c. Rodul. extra de reſcr.nu. 39. eum videto.

k ¶*Inexpleta.*] debet enim ſacerdos dimittere officiũ Miſſæ propter præſentiam excommunicati, niſi iam incepiſſet canonem Miſſæ. de quo ſcripſi poſt modernos.eod.tit.cap. nuper. & facit.7.quæſtio.1.illud.& cap.nihil. & quod not.11.q.3. ſicut Apoſtoli.

l ¶*In exemplum.*]quia ſi ea quæ malè vſurpantur, &c.94.diſtinc.peruenit.2.facit.23.q.1. paratus.in fi.

m ¶*Quomodolibet.*] omnem modum compulſionis realem perſonalem, directum & indirectum comprehendit , vt ſi res ipſorum occupant , conſanguineos grauant in perſonis , vel reb. facit de elect. ſciant cuncti. eodem titul. quicunque. libr.6.

n ¶*Cogere.*] præſumpſerint , quod eſt infrà , & hoc eſt primum.

o ¶*Euocare.*] præſumpſerint , quod ſequitur : & eſt ſecundum.

p ¶*Publicè.*] concor.ſuprà ead.compil.de ſepult.cap.1.& ibi videas.

q ¶*Miſſarum.*] in alijs ergo diuinis officijs non eſt locus pœnæ.

r ¶*Moniti.*]non dicit nominatim,vt ſ.proxi.verſi.per quod patet , quòd ad prohibentes ſufficit generalis monitio , puta monet quòd omnes excommunicati & interdicti exeant , ille præcipit vt non exeant.

ſ ¶*Prohibere.*] præſumpſerint, quod ſequitur : & eſt tertium.

t ¶*Nominatim.*] ex generali ergo monitione nullus ligatur ex eo, quòd remanet; ſoli ergo nominatim moniti remanentes ligabuntur, concord.eodem titul.conſtitutionem. libr. 6. & ſuprà ead. compila. de vita & honeſta. cleric. capitu.1.

† In manuſcripto ita: prohibere, vel etiã impedire: necnon, &c.

u ¶*Remanere.*]intellige etiam ſi ipſi temporales domini hoc non mandent.

Compulſio eſt multiplex.

x ¶ ***Excommunicationis.***] excommunicatus ergo iterum excõmunicatur. de hoc 3. quæſtio. 4. Engeltrudã.de Iudæis. ita quorundam.

¶Idem.

¶*Fratres Minores ſi tempore interdicti recipiunt in ſuis eccleſijs ad diuina fratres & ſorores tertij ordinis,excommunicati ſunt,nec priuilegia iuuant.hoc dicit. Io. And.*

CAP. III.

CVM † EX

CVm ex eo.] ¶Primò præmiſſa ratione ponit ſtatutum ſuum: ſecundò contrafacientes punit:ibi, *Quod ſi*. Imola.¶Præſupponendum primò eſt illud quod habetur ſuprà in capit. 1. videlicet , quòd religioſi cuiuſcunque ſtatus, vel præeminentiæ exiſtant violantes ſeu non ſeruantes interdictum quod debuit ſeruari ab eccleſia cathedrali , ſeu matrice , hoc eſt parochiali , ſunt excommunicati . Et dicitur eccleſia matrix quaſi mater ſuorum parochianorum . Præſuppono vlterius illud quod habetur in gloſſ. poſita in ver. Tertiò. videlicet , quòd tres ſunt ordines Minorum: Primus fuit fratrum Minorum viuentium ſecundùm regulam beati Franciſci: quorum ordo eſt multum arctus , & ſtrictus , & non poſſunt habere proprium , nec in particulari nec in communi . Eſt ſecundus ordo ſanctæ Claræ , & talis non eſt ita arctus : quia poſſunt aliquid habere in communi. Tertius eſt ordo, in quo ſunt homines qui dicuntur continentes.

† No.q̃ iſta conſtitutio eſt particularis , quia ſolũ concernit Fratres Minores & eorũ eccleſias. vñ non cõcernit alios Mendicãtes. Boni faci' de Vitalinis.

¶Caſus ſic figuratur: Nos vidimus in cap. præcedenti. ſuprà eodem titu.ſeu rubrica, quòd religioſi cuiuſcunque ſtatus exiſtant non ſeruantes interdictum, ſeu violantes quod celebratur in eccleſia cathedrali, vel matrice,ſunt ipſo facto excommunicati . Sed quæro,an fratres Minores qui ſunt de primo ordine, poſſint admittere & recipere homines continẽtes ſeu de pœnitentia , qui ſunt de tertio ordine ſancti Franciſci ? Et reſpondet Papa quòd non , quod ſi fecerint , ſunt ipſo facto excommunicati , nec poterunt abſolui niſi per ſummum Pontificem.h.d.H.R.

¶ Colligo aliqua notabilia , primò ex princ. capit. iuncta gloſſ. quòd beatus Franciſcus tres ordines inſtituit. Primò ordinem fratrum Minorum : & iſte ordo eſt arctiſſimus , & ſtrictiſſimus , quia ipſi non debent habere granaria , ſed debent viuere ex incerta penſione . Item non debent habere duas veſtes . Et alius ordo quem inſtituit beatus Franciſcus, qui dicitur ordo ſanctæ Claræ : & talis ordo non eſt ita arctus , nec ſtrictus , quia bene poſſunt habere aliquid in communi . Alius eſt ordo cuius profeſſores vocantur continentes : & iſte non eſt propriè verus ordo : quia non vouerunt tria neceſſaria quæ ſunt in profeſſione.

eo [a] quòd religioſi viri fratres Minores in ſuis recipiunt eccleſijs ad audienda diuina officia tēpore interdicti, fratres & ſorores [b] de ordine tertio [c] (quem beatus Franciſcus inſtituit) exiſtentes, qui continentes [d], ſeu de pęnitentia nūcupantur, ſcandalum [e] aliorum, qui ab eis excluduntur mentibus generetur, cenſura vileſcat [f] eccleſiaſtica, & minoris auctoritatis interdicti ſententia reputetur: Eiſdem fratribus Minoribus [g] diſtrictius inhibemus, ne decætero aliquem, vel aliquos prædictorum (etiā ſi ſuper hoc hi [h], vel illi [i] priuilegijs quibuſcūque muniti extiterint, quæ ipſi in nullos prorſus quo ad hoc volumus ſuffragari) ad diuina in ſuis eccleſijs [k] tempore interdicti quoquo modo admittant [l]. Quod ſi fecerint, eo ipſo excommunicationis ſententię ſe nouerint ſubiacere [m]: à qua per alium quàm per Romanum Pontificem, vel ſatiſfactione præmiſſa per locorum epiſcopos (quos auctoritate Apoſtolica [n] fungi volumus in hac parte) abſolutionis beneficium nequeant obtinere:

¶Idem.

¶Si Papa etiam ſcienter excommunicato participat, illum per hoc non abſoluit, niſi exprimat hoc ſe velle. Et ſi ſcienter ſub titulo dignitatis aliquem nominet, vel honoret, per hoc illum in dignitate non approbat. Ioan. Andr.

CAP. IIII.

SI ſummus [o] † Pontifex ſcienter [p] etiam excommunicato participet [q] literis [r], verbo, vel oſculo [ſ], ſeu alio quouis [t] modo: ipſum per hoc abſoluere nulla ratione cenſetur, niſi ſe velle [u] forſitan exprimat illum ex hoc pro abſoluto haberi. ¶Similiter quoq; ſi quem ſub titulo cuiuslibet dignitatis [x], ex certa etiam ſcientia verbo, conſtitutione, vel literis nominet [y] †, honoret, ſeu quouis alio modo

profeſſione. No. ꝙ licet tertius ordo fuerit inſtitutus à beato Franciſco ſicut ordo Minorum, & ſit aliqua cōio: tamē Minores non poſſunt illos admittere, ſeu recipere ad diuinum officium, ac ſi eſſent extranei: & ſi de facto admittant, ſunt ipſo facto excōnicati, & nō poſſunt abſolui niſi per Romanum Pontificem. No. ꝙ mulieres de tert io ordine beati Franciſ. dicuntur ſorores. Ex hoc infert gl. 2. ꝙ non ſunt Beguinæ: & infert hoc ex eo: quia ſunt ſub obedientia ſecundùm traditiones tertij ordinis: Beguinę verò nō ſunt ſub obedientia. remittit gl. de relig. do. cle. 1. vbi de hoc in glo. vide. No. caſum in quo ordinarij ſunt delegati Apoſtolici. ſimile de hæret. ad abolendā. de ſup. neg. præla. cle. vnica. de ſtat. mon. cle. vlt. Zabar.

¶Prima glo. ſummat.

a *¶Cum ex eo.* Fratres Minores ſi tempore interdicti recipiunt in ſuis eccleſijs ad diuina fratres, & ſorores tertij ordinis, excommunicati ſunt, nec priuilegia iuuant.

b *¶Sorores.* illæ igitur non ſunt Beguinæ vt dixi ſ̃. e. compil. de reli. do. c. 1.

¶Glo. ſeq. declarat tres ordines beati Franciſci, & in quo differunt.

Ordo ſancti Frăciſci eſt triplex.

c *¶Tertiò.* Prim' fuit fratrum Minorum, qui eſt arctiſſimus, & caret proprio etiam in communi: de hoc ſatis. ĩ. tit. 1. c. 1. Secundus fuit ſanctæ Claræ, qui differt à primo, quia ordo ille licet etiam fœminis arctiſſimus, habet tamen proprium in communi. Sed iſte tertius 1 etiā pro viuentibus in coniugio maribus & fœminis adinuentus eſt: & habent profeſſi proprium in ſingulari: & potius eſt modus viuendi, quam propriè dicatur regula: eſt tamen approbatus per Nicolaum tertium, & hoc cōſtat.

1 Vide glo. cle. 1. ſuper ver. obediētiam. ſupra de relig. Do min. Font.

¶Gl. ſeq. obiectionem. ſol.

d *¶Continentes.* non promittunt continentiam, imo viuunt in coniugio, vt prædixi, tamen & ſecundùm modum viuendi eis datum certis diebus qualibet ſeptimana abſtinent à thoro; ſicut & ſeptimana vicis ſuæ abſtinebant ſacerdotes veteris teſtamenti. 82. diſtinctio. plurimos.

e *¶Scandalum.* vitandum. quod dic vt not. de noui. oper. nū. capitulo 2.

f *¶Vileſcat.* ad hoc & ad id quod ſequitur. concor. ſ̃. ea. compil. de pœni. & remiſ. c. 2.

g *¶Minoribus.* alios non ligat conſtitutio.

h *¶Hi.* fratres Minores.

i *¶Vel illi.* fratres & ſorores tertij ordinis, & eſt mirabile: quia eo caſu in alijs recipi poſſent, ſi priuilegium eſt generale.

k *¶Suis eccleſiis.* per hoc verbum, quod etiam ſ̃. præmiſit, dico ꝙ ſi in alienis eccleſijs hoc facerent ceſſat hæc pœna, poſſet tamen habere locū alia pœna cōmunis. & eſt ſimile quod dixi ſ̃. hoc tit. c. 1. in glo. additur.

l *¶Admittant.* niſi in quantū illis, & alijs permittitur. per decr. vlt. eo. tit. lib. 6.

2 Sing. gl. ſecundùm Panor. hic & in c. cū tpę. ſupra de arbi. ad hoc ꝙ exēptus nō pōt renuntiare priuilegio ſuę exemptionis, etiā ſe ſubijciendo ordinario. Font.

m *¶Subiacere.* ſi aliàs benè ſeruant interdictum, quod ſeruat matrix eccleſia, non ligantur pœna illius decr. ſ̃. ea. 1. ſed iſta tantum. facit de iud. at ſi clerici. in fi. cum ſuis concor.

n *¶Authoritate Apoſtolica.* 2 hoc dicit propter exemptionem, & quia deliquerant in locis exemptis.

S*I ſummus.* ¶Primò ponit vnum dictum. ſecundo, aliud illi ſimile: ibi, *Similiter.* Imola. ¶Pro declaratione huius. c. ſciendum eſt quòd iſtud. c. emanauit ad declarationem cap. ſi aliquando eod. titu. in anti. Et præſuppono, regulariter cū aliquis excommunicatur, oportet quòd abſoluatur in forma Eccleſię, videlicet quòd præſtet cautionem de parendo iuri. Pręſuppono etiam quòd Imperator ſiue rex, non eſt ſubditus legibus ſuis. ¶Caſus ſic figuratur: Ponamus quòd ego ſum excommunicatus iuſtè, fortè pro contumacia, vel aliàs Papa ſciens me eſſe excommunicatum habuit mecum commumionem: quia fortè miſit mihi literas, in quib. dabat mihi benedictionem, & benè me ex excommunicatum ſciebat: vel fortè tradidit mihi oſculum, vel alio modo habuit mecū cōicare. Quærit, vtrū Papa ex hoc videatur mihi inpendiſſe beneficium abſolutionis? Reſpondet ꝙ non, niſi ipſe Papa ex preſsè dicat, volo te abſolutum eſſe, & tibi beneficium abſolutionis impendo. Sed ponamus, ꝙ erā intruſus in aliquo beneficio, ita ꝙ non habeam titulum, & Papa ſcripſit mihi literas, in quibus appellauit me epiſcopum illius loci, quem obtinebam ſine titulo. Vel ponamus ꝙ illud beneficium vacabat, & nullus obtinebat, & ipſe in literis ſuis appellauit me epiſcopum illius loci, an per hoc videatur mihi ius tribuere in illo beneficio? Reſpondet Clemens Papa, quòd nō. hoc dicit. H. R. Not. quòd non ſolùm ſufficit non loqui cum excommunicato, ſed etiā non debent ſibi mitti literæ. Not. ꝙ ſcribens literas excōmunicato, incurrit minorē. de hoc in glo. arg. Idē dicit Lau. ſi mittit ei nūtiū: qa hæc ſunt paria, de elec. vbi periculum. §. nulli. lib. 6. & de hoc ibi. Not. ꝙ multis modis communicari dicitur excōmunicato. de hoc in glo. vt in conuiuio. Zabarella.

† Ratio decidendi in hac clemē. pōt eſſe illa, quam aſſert gloſſa, in c. 2. extra de ſchiſmaticis, in verbo diſpenſatum; quia diſpenſatio debet eſſe expreſſa. ad de Decium in c. ſi quando. in 3. not. de reſcript.

† Vide Felinum in rubri. proęmij Gregoriani. & in c. cū vigeſimum. de offic. deleg.

¶Gloſ. prima ſummat, & dicit quare emanauit, & quid prima pars determinat.

o *¶Si ſummus.* Si Papa etiam ſcienter excommunicato participat, illum per hoc non abſoluit, niſi exprimat hoc ſe velle. Et ſi ſcienter ſub titulo dignitatis aliquem nominet, vel honoret, per hoc illum in dignitate non approbat. Creditur quòd propter dominum Fredericum de Sicilia emanauerit hęc decre. Pars prima determinat not. 92. diſt. ſi inimicus. & eod. tit. ſi aliquando. per Goff. in procem. compil. Grego. per Inno. & Hoſt. de priuil. cum olim 1. Et facit hoc c. pro ibi not. pet Inn. & Hoſt. vt ſicut per participium Papa non abſoluit, ita nec per euitationem excommunicat: vndè non incurrit minorem qui participat illi, quem Papa vitat. &c. ſi inimicus, loquitur de illo quem vitat, & vitari præcipit.

p *¶Scienter.* etiam ſi ignoranter. non erat dubium per pręcedentem decret. ſi aliquando.

q *¶Participet.* etiam ſi ignoranter. non erat dubium per præcedentem decret. ſi aliquando.

q *¶Participet.* quo participio non ligatur minori, vt not. in iuribus alle. in 1. glo. eo. tit. nulli.

r *¶Literis.* argue quòd ſcribens excommunicato incurrit minorem. de hoc eo. titu. conſtitutionem. lib. 6. in 3. glo.

ſ *¶Oſculo.* formatur ab os, oris, nec debet ſcribi per h. Eccleſiaſtici 24.

t *¶Quouis modo.* vt in conuiuio, oratione, vel itinerando, vel conſedendo.

u *¶Velle.* eſt ſibi pro ratione voluntas. Inſt. de iure natu. §. ſed & ꝙ principi. ſic & princeps ſola voluntate manumittit. ff. de manu. apud eum. C. de fideicom. lib. ſi voluntate, in inferioribus à Papa non haberet hoc locum. eo. tit. cum deſideres.

x *¶Dignitatis.* eccleſiaſticæ vel ſecularis, cum eadem ſit ratio.

y *¶Nominet.* contrarium videbatur notari 99. diſt. dominus. & vide qđ not. 11. q. 1. ſacerdotibus. qui fil. ſint leg. per tuas. cum concor.

a *¶Tra-*

a ¶*Tractet.*] vocans illos qui ſunt eiuſdem dignitatis, vocat illum.

¶*Gloſſa ſequens notat ad opinionem.*

Epiſcopus audiés Miſſam à malè ordinato nõ diſpẽſat cũ eo.

b ¶*Approbare.*] facit ad not.per Inn. & Hoſt. de fi. presby. veniens.vbi tenent ꝙ ſi epiſcopus Miſſam audiat, vel procurationem recipiat à malè ordinato vel inſtituto, ꝙ per hoc nõ diſpenſat cũ illo, dato quòd ſit caſus in quo diſpenſare poſſet, & ibi ſcripſi.

¶*Gloſſa ſequens obiectionem ſoluit.*

c ¶*Non intelligitur.*] non obſtat ſ.ca.compil. de proba.c. vnico. illud enim intelligitur cum Papa narrat factum proprium, & ſuper eo fundatur ipſius intentio, vt ibi not. in glo.quid ſi talia.

d ¶*Noui iuris.*] ſimile de hæret. præſidentes.in fin.lib.6.& intellige niſi hoc exprimat ſe velle, vt ſ. proxi. reſponſo.

tractet[a], per hoc in dignitate illa ipſum approbare[b] non intelligitur[c], aut quicquam ei tribuere noui[d] iuris.

TITVLVS XI.

De verborum ſignificatione.

¶Clemens V.in cõcilio Viennẽſi.

¶*Declaratur in aliquibus capit. Exijt. eod.titulo, libro ſexto. præſertim an fratres Minores teneantur ad obſeruationem eorum omnium, quæ in regula ſub verbis imperatiui modi ponuntur: deinde multa inſeruntur, ad quę fratres ipſi obligantur. Et conſequenter eorum nouem exceſſibus prolixè diſcuſſis, de electione miniſtri ipſorum luculentiſſimè tractatur.*

CAP. I.

Exiui † de paradiſo, dixi, rigabo hortũ plantationum[e], ait ille cęleſtis agricola[f], qui verè fons ſapientiæ verbum Dei, à patre in patre manens, genitum ab æterno, nouiſſimè diebus iſtis (fabricante ſancto ſpiritu) in vtero Virginis caro factum, exiuit homo ad opus arduum redemptionis humani generis peragendum: exemplar † ſe dando cęleſtis vitæ, præbens hominibus ſemetipſum. Verùm qa plerunque mortalis vitæ ſollicitudinibus preſſus homo, mentis aſpectum ab exemplaris huiuſmodi intuitu † diuertebat: verus noſter Salomon[g] in ſolio militãtis eccleſiæ hortum[h] voluptatis inter cęteros quendam fecit à procelloſis mundi fluctibus elongatũ, in quo quietius ac ſecurius vacaretur contemplandis ſeruãdisq; huiuſmodi operibus exẽplaris in hunc mundum introiuit ipſe, vt rigaret ipſum fęcundis aquis ſpiritualis gratiæ, & doctrinæ. Hic hortus[i] ſiquidem eſt fratrum Minorum ſancta religio, quæ muris regularis obſeruãtiæ firmiter vndiq; circumcluſa, intra ſe ſolo contenta Deo adornatur abundè nouellis plantationibus filiorum. Ad hunc veniens dilectus Dei filius mortificantis pęnitentiæ myrrham metit[k] cum aromatibus[l], quæ ſuauitate mira vniuerſis odorem attrahentis ſanctimoniæ circunfundunt. Hæc eſt illa cęleſtis vitæ forma & regula, quam deſcripſit ille confeſſor Chriſti eximius ſanctus Frãciſcus, ac ſeruandam à ſuis filijs verbo docuit pariter & exemplo. ¶Quia verò dictæ ſanctæ regulę profeſſores ac æmulatores deuoti, vt & alumni & veri filij tanti patris affectabãt, ſicut & feruenter affectant, ad purũ & ad plenum præmiſſam regulam firmiter obſeruare: Attendentes quędam quæ dubiũ poterant afferre ſenſum, in ipſius regulæ ſerie contineri: ꝓ ipſorum declaratione habenda recurrerunt prudẽter olim ad apicem Apoſtolicæ dignitatis †, vt certificati per ipſam, cuius pedibus etiam per ipſam regulã ſunt ſubiecti, poſſent Domino (pulſis cunctis dubijs) cum plena charitate conſcientiæ deſeruire. Horũ autem pijs ac iuſtis ſupplicationibus plures prædeceſſores noſtri Romani Pontifices ſucceſſiuè (ſicut dignum erat) applicantes aures & animum, declarauerunt ea, quæ dubia videbantur: ediderunt nonnulla, & aliqua conceſſerunt, ſicut expedire videbant Fratrũ conſcientijs, ac puræ obſeruantiæ ſtatus. Verùm quia plerunque vbi culpa non eſt, eam timere ſolent conſcientię timoratę[m], quæ in via Dei quodcunque deuium expaueſcunt, non ſunt ad plenum ex dictis declarationibus dictorum omnium Fratrum conſcientiæ quietatę, quin circa aliqua ad regulam ipſorumque ſtatum pertinentia, dubitationum in ipſis fluctus aliqui generentur & oriantur, ſicut ad aures noſtras pluries, & de quampluribus in publicis, & priuatis conſiſtorijs eſt perlatum. Quapropter per ipſos fratres nobis extitit humiliter ſupplicatum, quatenus prędictis dubijs, quæ occurrerũt, & quæ poſſunt occurrere in futurum, adhibere opportuna declarationis remedia, de benignitate ſedis Apoſtolicæ curaremus. ¶Nos igitur (cuius animus ab ætate tenera pia deuotione efferbuit ad huiuſmodi profeſſores regulæ, & ad or-

† Ca.Exijt, §.per.eo.ti. libr.6.Font.

DE VERBORVM ſignificatione.

Cõtinuatio

¶*Viſum eſt ſupra per diſcurſum titulorum de ſingulis partibus iuris: verùm quia in iure multæ dubitationes oriuntur circa verborum ſignificationem. ideo præſens annectitur rubrica.*

† Ioan. An. cuius ſunt gloſſę in clement. nihil ſcripſit ſup hac Clemẽ. cauſam tradſit Ancharanus, Zabarella, & alij. gloſſæ verò quę apponũtur, ex commẽtarijs Zabarellę ſunt deſumptæ.

Exiui.] ¶Gloſſa & alij ſcribẽtes quamplures nihil hic ſcripſere: fortè quia Nicolaus iij. eod. titu. lib. 6. (quod cap. etiam exponit regulam ſancti Franciſci) excommunicauit gloſſantes illud cap. & in gloſſando inducentes contrarietates, concordantias, ſeu opiniones diuerſas, vel aduerſas: quia tamen permiſit gloſſas fieri per quas verbum, vel verbi ſenſus, ſeu conſtructio quaſi grammaticaliter ad literam vel intelligibilius exponatur, & quia etiam pœnas illius cap. ſuſpendit Ioann. xxij. in extrauan. Quia nonnumquam. & quia licet illa conſtitutio prohibita fuerit gloſſari, non ſic iſta. Item quia dimittendo hanc ſine expoſitione, inducuntur legentes ad omittendam ipſam, vnde cauſatur eius ignorantia, cum tamen ipſe Nicolaus præceperit vt illud c. Exijt, ſicut cæteræ decretales legerentur in ſcholis, ideo aliqua breuia hic ſcribo. Quoniam autem per diuiſionem res melius intelligitur. Inſt. de leg. §. ſed non vſque.not.ff.de do. excep.l.1.glo. 1. Ideo diuide: quia primò exordium, ſecundò narratio & petitio: ibi. *Quia verò dictę.* tertiò, exauditio: ibi, *Nos igitur.* Et ibi primò declarat non omnia euangelica conſilia eſſe præcepti quo ad fratres, declarans quę obligent eos ex pręcepto. Secundò, in §. *Cęterùm.* determinat quid ſeruandum quo ad bona ingredientium. Tertiò, in §. *Præterea.* de veſtibus & calceamentis fratrum. Quartò, in §. *Deinde.* de ieiunijs eorum. Quintò in §. *Porrò.* de non recipienda per eos pecunia. Sextò in §. *Proinde.* de paupertate & humilitate ipſorum. & enumerat 11. exceſſus, qui ſunt contra paupertatem & humilitatem, quibus prouidet. Septimò in §. *Ex præmiſſis.* ſoluit dubium oriens ex his quæ de paupertate dicta ſunt. Octauò in §. *Dicere.* remouet quendam errorem. Nonò in §. *Demum.* determinat de electione, vel inſtitutione miniſtri prouincialis. Decimò in §. *In deſtitutione.* determinat de ipſorum miniſtrorum prouincialiũ deſtitutione. Vndecimò in §. *Cæterùm.* determinat, quòd fratribus carentibus miniſtro generali ſuppleat vicarius ordinis vices eius. Duodecimo in §. *Porrò.* apponit decretum in his quæ dicta ſunt de prouinciali miniſtro, ſi aliter fiat.

Diuiſio materiam reddit faciliorem.

† Aliàs ita: exemplar ſe quendo cęleſtis, &c.

† Aliàs, contuitu.

e ¶*Plantationum.*] Eccleſiaſtici 24.

f ¶*Agricola.*] Chriſtus.

g ¶*Salomon.*] Chriſtus, de quo Matth. 12. Ecce pluſquam Salomon hic.

h ¶*Hortum voluptatis.*] vitam Chriſti. ipſe enim cępit facere & docere, Actum 1.

i ¶*Hic hortus.*] deſcẽdit ad ſpeciem, & applicat quæ dixit ad propoſitum.

k ¶*Metit.*] aliàs meſuit.

l ¶*Aromatibus.*] Cant. 5. & per myrram intelligit pœnitentiam: per aromata fructum exempli inde prouenientem.

m ¶*Timoratę.*] quinta diſtinctio.ad eius.

a ¶In

a ¶ *In obedientia*.] ſine proprio, & in caſtitate: tria ſubſtantialia religionis. de ſtatu mona. cum ad monaſterium. Nota ibi *Superfluè & nugatoriè*. quòd ſuperfluitas & nugatio reprobantur in proœmio Greg. §. ſanè.

b ¶ *Cum autem.*] Nota de natura termini reſtrictiui: quia per excluſionem aliquorum cætera includit, & hoc idem eſt dicere quod aliàs dicimus, quòd exceptio firmat regulam. ff. de mili. teſta. tribunus. §. fin. 32. quæſtio. 7. dominus. not. Dynus de regulis iuris. ſuper rubr. in fin. libr. 6. Secundò not. ibi, *Pęnitentia*. quòd id quod diſponitur de aliquo, intelligitur etiam de illo quod ad illud pertinet. de offic. delega. capit. 1. & capit. præterea. Tertiò not. ibi, *Pro nihilo, & vanè*. quòd verba debent poni cum miniſterio. de priuile. in his. & eodem titulo. ſi Papa. libr. 6. Quartò not. ꝙ de æquipollẽtijs idem iudicium hic, vt infrà proximo §. & ff. manda. l. fina. de verb. ſign. in his de conſang. tua. & facit de iudic. cap. 1. Quintò not. ibi, *Quo ad aliqua*. ꝙ id quod de vno dicitur, de alio excluditur. ff. de iudi. cum prætor. de præſumpt. nonne.

† Vide concilium Triden. ſeſſ. 25. tit. de Regularibus & Monialib⁹, cap. 1.

† Vide concilium Triden. ſeſſ. 25. tit. de regularib⁹ & Monialibus, c. 25.

c ¶ *Item quia.*] Not. quòd in his quæ animæ ſalutem reſpiciũt, pars ſecurior tenenda eſt. 68. diſtinc. presbyter. de ſponſal. iuuenis. not. de ſeru. in ord. fac. cap. vnico. in gloſſa finali. Secundò not. ꝙ non omnia quæ imperantur, important neceſſitatem. 28. quęſt. 1. ſic enim. not. gloſſ. 14. quęſtio. 1. quod præcicipitur. regulariter cõtra dicto ca. quod pręcipitur.

dinem ipſum totum: nunc autem ex communi cura paſtoralis regiminis, quam immeriti ſuſtinemus, ad ipſos fouendos dulcius, & attẽtius gratioſis fauoribus proſequendos tantò prouocamur ardentius, quantò frequentius intenta mente reuoluimus fruct⁹ vberes, quos ex eorum exemplari vita, & ſalutari doctrina, toti vniuerſali Eccleſiæ continuè cernimus prouenire) tam pia ſupplicantium intentione commoti, ad peragendum diligenter quod petitur, ſtudia noſtra duximus conuertenda: ipſaque dubia per plures archiepiſcopos, & epiſcopos, & in Theologia magiſtros, & alios literatos prouidos, & diſcretos examinari fecimus diligenter. ¶ Cùm igitur † in primis ex eo, quòd in in dictæ regulæ principio habetur regula & vita fratrũ Minorum hæc eſt: ſcilicet Domini noſtri Ieſu Chriſti ſanctum Euangelium obſeruare, in obedientia [a] viuendo ſine proprio, & in caſtitate. Item infrà: Finito verò anno probationis † recipiantur ad obedientiam, promittentes vitam iſtam ſemper, & regulam obſeruare. Item circa finem regulæ: Paupertatem, & humilitatem, & ſanctum Euangelium Domini noſtri Ieſu Chriſti, quod firmiter promiſimus, obſeruemus: Fuit hæſitatum, an Fratres eiuſdem ordinis ad omnia tam præcepta, quàm conſilia Euangelij, ex profeſſione ſuæ regulæ teneantur: Quibuſdam dicentibus, ꝙ ad omnia: alijs autem aſſerentibus, quòd ad ſola illa tria conſilia, videlicet, viuere in obediẽtia, in caſtitate, & ſine proprio, & ad ea quæ ſub verbis obligatorijs ponuntur in regula, obligantur. Nos circa hunc articulum prædeceſſorũ noſtrorum veſtigijs inhærentes, ipſumque articulum quo ad aliquid clarius proſequentes, dictæ hæſitationi duximus reſpondendum, quòd cum votum determinatum † cuiuslibet habeat cadere ſub certo, vouens regulam nõ poteſt dici teneri ex vi voti huiuſmodi ad ea conſilia Euangelica, quæ in regula non ponuntur. Et quidẽ beati Franciſci conditoris regulæ hæc probatur fuiſſe intentio ex hoc, quòd quædam Euangelica conſilia in regula poſuit, alijs prætermiſſis. Si enim per illud verbum: Regula & vita fratrum Minorum hæc eſt, & cætera: intendiſſet eos ad omnia conſilia Euangelica obligare, ſuperfluè, & nugatoriè quædã eorum, ſuppreſſis cæteris, in regula expreſſiſſet. Cùm autem [b] natura termini reſtrictiui hoc habeat, quòd ſic excludit ab ipſo extranea, quòd cuncta ad ipſum pertinentia concludit †: Declaramus & dicimus quòd dicti Fratres non ſolùm ad illa tria vota nudè & abſolutè accepta ex profeſſione ſuæ regulæ obligantur, ſed etiam tenentur ad ea omnia implenda, quæ ſunt pertinentia ad hæc tria prædicta, quę regula ipſa ponit. Nam ſi ad hæc tria prædicta tantùm præcisè & nudè promittentes ſe ſeruare regulam viuendo in obediẽtia, caſtitate, & ſine proprio, & non etiam ad omnia contenta in regula, quæ hęc tria modificant, arctarentur, pro nihilo & vanè proferrentur hæc verba: Promitto ſemper hanc regulam obſeruare: ex quo ex his verbis nulla obligatio naſceretur. Nec tamen putandum eſt, quòd beatus Franciſcus profeſſores huius regulæ, quantum ad omnia contenta in regula modificantia tria vota, ſeu ad alia in ipſa expreſſa, intenderit æqualiter eſſe obligatos, quin potius apertè diſcreuit, quòd quo ad quædam ipſorum ex vi verbi transgreſſio eſt mortalis, & quo ad quædam alia non: Cùm ad quædam ipſorum verbum apponat præcepti, vel æquipollentis eidem, & quo ad aliqua verbis alijs ſit contentus. ¶ Item [c] quia præter ea, quæ expreſsè verbo præcepti, ac exhortationis ſeu monitionis ponuntur in regula: nonnulla verbo imperatiui modi negatiuè, vel affirmatiuè appoſito inferuntur, hactenus extitit dubitatum, an tenerentur ad iſta, vt ad habentia vim præcepti. Et quia, vt intelleximus, non minuitur hoc dubium, ſed augetur ex eo quòd felicis recordationis Nicolaus Papa tertius † prædeceſſor noſter noſcitur declaraſſe, quòd fratres ipſi ex profeſſionæ ſuæ regulæ ſunt adſtricti ad ea conſilia Euangelica, quæ in ipſa regula præceptoriè, vel inhibitoriè, ſeu ſub verbis æquipollentibus exprimuntur, & nihilóminus ad eorum omnium obſeruantiam, quæ ipſis in eadem regula ſub verbis obligatorijs indicuntur, ſupplicauerunt prædicti fratres, vt ad ipſorum conſcientias ſeruandas † declarare, quæ horum cenſeri debeant præceptis æquipollentia, ac obligatoria dignaremur. Nos itaque, qui in ſynceris horum conſcientijs delectamur, attendentes quòd in his quæ animæ ſalutem reſpiciunt, ad vitandos graues remorſus conſcientiæ pars ſecurior eſt tenenda †: dicimus, quòd licet fratres non ad omnium, quæ ſub verbis imperatiui modi ponuntur in regula, ſicut ad præceptorum, ſeu præceptis æquipollentium obſeruantiam teneantur: Expedit tamen ipſis fratribus ad obſeruandam puritatem regulæ, & rigorem, quòd ad ea ſicut ad æquipollentia præceptis ſe nouerint obligatos, quæ hic inferius annotantur. Vt autem hæc quæ videri poſſunt æquipollentia præceptis ex vi verbi, vel ſaltem ratione materiæ de qua agitur, ſeu ex vtroque ſub compendio habeantur: Declaramus, quòd illud quod ponitur in regula de non habendo plures tunicas, quàm vnam cum caputio, & aliam ſine caputio: Item de non portandis calceamentis, & de non equitando extra caſum neceſſitatis: Item quòd fratres vilibus induantur: Item quòd ieiunare à feſto omnium ſanctorum vſque ad natale Domini, & in ſextis ferijs teneantur: Item quòd clerici faciant diuinum officium ſecundùm ordinem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ: Item quòd Miniſtri & Cuſtodes pro neceſſitatibus infirmorum, & fratribus induendis ſollicitam curam gerant: Item quòd ſi quis fratrum in infirmitatem ceciderit, alij

fratres

† Vide B. Thomã 2. 2. q. 88. arti. 1. 2. & 3.

† Per l. obæs. C. de ꝓd. min. ibi Sal. Bart. l. ſerui noie. ff. de vſuc. etiam ſi cõſtitutio cẽt pena gl. Saly. l. ſi. C. de reuo. dona. aut ſi ſolũ cẽnt ꝑtinẽtia de cõſuetudine. Bar. l. viros. C. de diuer. offi. libr. 12. vndè cõceſſo tibi, ꝙ capias mutuò vſq; ad centum tãtùm, potes capere ad cambium: quia ita conſuetum eſt. Põtanus conſi. 114. Fonta.

† In codicibus antiqoribus etiam impreſſis cõſtanter legitur ita: Nicolaus Papa quartus. Et decretalis, Exijt. de qua loquitur iſte textus, quę habetur eo. titu. libr. 6. ét tribuit Nicolao quarto in antiqorib⁹. & emẽdatioribus exẽplarib⁹, ſicut in hac editione obſeruatũ eſt.

† Aliàs, ſerenãdas, ideſt clarificandas, ſiue ad ſerenitat. & tranquilitatem deducendas.

† Cap. conſilium. & ibi gl. de obſer. [illegible] gat Felynus c. auditis. ante pe. de præſcrip.

fratres debent ei ſeruire: Item quòd fratres non prædicent in epiſcopatu alicuius epiſcopi, cum ab eo illis fuerit contradictũ: Item quòd nullus audeat penitus populo prædicare, niſi à Generali Miniſtro, vel alijs, quibus ſecundùm declarationem prædictam id competit, fuerit examinatus, approbatus, & ad hoc inſtitutus: Item quòd fratres qui cognoſcerent ſe non poſſe præmiſſam regulã ſpecialiter obſeruare, debeant & poſſint ad ſuos Miniſtros recurrere: Item quòd omnia quę ponũtur in regula ad formam habitus tam nouitiorum, quàm etiam profeſſorum: necnon ad receptionis modum, ac profeſſionem ſpectantia, niſi recipiẽtibus quo ad habitum nouitiorum (ſicut dicit regula) ſecundùm Deum aliter videatur: Hæc, inquam [a], omnia ſunt à fratribus tamquam obligatoria obſeruanda: Item [b] ordo cõmuniter ſenſit, tenet, & tenuit ab antiquo, quòd vbicũque ponitur in regula hoc vocabulum, teneantur, obtinet vim præcepti: & obſeruari debet à fratribus ſicut tale.

¶Cęterùm [c] quia Chriſti confeſſor prędictus agendorum, ac ſeruandorum circa recipiendos ad ordinem Miniſtris, & Fratribus modum præbens, dixit in regula, quòd caueant Fratres & eorum Miniſtri, ne ſint ſolliciti de rebus ſuis temporalibus, vt liberè faciant de eis quicquid ipſis à Domino fuerit inſpiratum; licentiam tamen habeant ipſi Miniſtri mittendi eos ad aliquos Deum timentes, ſi conſilium requiratur, quorum conſilio ſua bona pauperibus erogentur: Dubitauerũt & dubitant multi Fratrũ, an liceat ipſis de bonis ingredientium quicquam recipere ſi donetur: & ſi ad dandum perſonis & conuentibus poſſint eos inducere ſine culpa: ſi etiam ad diſponendum de diſtributione rerum talium debeant ipſius miniſtri, ſeu fratres dare conſilium, vbi ad conſulẽdum alij, quam ex ipſis ad quos ingreſſuri mittantur, poſſint idonei inueniri. Nos autem conſiderantes attentè intendiſſe ſanctum Franciſcum ſuæ regulæ profeſſores, quos fundauerat in maxima paupertate, ab effectu temporalium rerum ipſorum ingredientium per dicta verba ſpecialiter, & totaliter elongare, vt quãtum eſt ex parte fratrum ipſorum, receptio ad ordinem ſancta & puriſſima appareret, & ne aliquo modo oculum viderentur habere ad bona eorum temporalia, ſed ad ipſos tantùm diuino ſeruitio mancipandos: Dicimus † de cætero debere tam miniſtros quàm fratres cæteros, à dictis inductionibus ad ſibi dandum, & ſuaſionibus, necnon & dandis circa diſtributionem conſilijs abſtinere: cũ per hoc ad timentes Deum ſtatus alterius mitti debeant, non ad fratres: vt verè cunctis pateant eſſe tam ſalubris inſtituti paterni ſtudioſi zelatores ſeduli, & perfecti. Cùm verò [d] facere de rebus ſuis quod Dñs inſpirabat ipſamet regula ingredientibus liberum velit eſſe: nõ videtur quin liceat eis recipere, conſideratis ſcilicet eorum neceſſitatibus, & moderaminibus declarationis iam dictæ, ſi quid de bonis ſuis intrãs ſicut & cæteris pauperibus per modũ eleemoſynæ liberè velit dare. Cauere tñ in acceptatione oblatorum talium decet fratres, ne ex receptorũ quãtitate notabili, præſumi poſſit ſiniſter oculus cõtra ipſos. ¶Pręterea [e] cum dicatur in regula, quòd illi qui iam promiſerunt obediẽtiam, habeant vnam tunicam cum caputio, & aliam ſine caputio, qui habere voluerint: Itẽ quòd fratres omnes veſtimentis vilibus induantur: Noſque prędicta verba declarauerimus æquipollere præceptis: Volentes hęc determinari plenius: dicimus, quantum ad numerum tunicarum, quòd pluribus vti nõ licet, niſi in neceſſitatibus, quæ haberi poſſunt ex regula, ſecundùm quòd hunc paſſum memoratus prædeceſſor noſter plenius declarauit: Vtilitatem [f] autem veſtiũ tã habitus, quàm interiorũ tunicarum, illã intelligi debere dicimꝰ, quæ ſecundùm cõſuetudinem, vel conditionẽ patriæ, debeat quãtum ad colorem panni, & pretiũ vilitas meritò reputari: nõ enim quo ad regiones omnes poteſt determinatus vnus modus in talibus aſſignari. Huiuſmodi etiam vtilitatis iudicium Miniſtris, & Cuſtodibus ſeu Gardianis duximus committẽdum, eorũ ſuper hoc conſcientias onerantes: ita tamen ꝙ ſer-

† Aliàs ita: Dicimꝰ omnino debere tam miniſtros, &c.

a ¶*Hæc inquam.*] omnia repetit vt clarior ſit oratio, & poteſt dici color rethoricus, qui dicitur repetitio.

b ¶*Item ordo.*] Not. quòd antiqua interpretatio habet vim iuris: minimè enim mutanda ſunt, &c. ff. de legi. minimè. de conſuet. cũ dilectus.

c ¶*Cæterùm.*] ſecunda tertiæ vbi de bonis ingredientium. Not. ibi, *Maxima paupertate.* quòd ordo Minorũ fundatus eſt in maxima paupertate. de exceſ. præla. nimis 2. vbi de ipſis & Prædicatoribus dicitur, quòd in altiſſima paupertate Chriſto pauperi famulãtur. & dicitur maximum quod principalem gradũ tenet. ff. de verb. oblig. vbi autem. in princip. nam ſuperlatiuum vni ſoli conuenit. 63. diſt. metropolitano. vbi gl. Quomodo autem paupertas conueniat religioni, dixi, de regul. ſanè. quæſt. 14. & per ibi notata patet, quòd in paupertate non eſt perfectio ſimpliciter, ſed in ſequela Chriſti: paupertas autem eſt inſtrumentum perfectionis: & hoc vario modo prout variæ ſunt religiones. de hoc ibi, & per Thomam 2. 2. q. pen. artic. 7. & infrà §. proinde. Secundò not. ibi, *Cunctis pateant.* ꝙ curandum eſt de bono teſtimonio & opinione. de ſacra vnct. capitu. vnico. §. ad exhibendum.

Gradus ſuperlatiuus vni ſoli conuenit.

d ¶*Cum verò.*] hic de eadẽ declaratione Nicolai iij. ſuprà §. item quia. Nota quòd quantitas notabilis facit illicitum quod aliàs licet. ſic de reſcrip. ſtatutum. §. inſuper, libr. 6. Secundò not. quòd ex futuris præſumitur circa prçteritum: nam hic vetat accipi notabile quantitatem etiam gratis: ne præſumatur ꝙ moti fuerint ad recipiendum iſtum, quia oculum habuerunt ad eius bona temporalia. ſic 33. q. 2. cum per bellicam. in fine. vbi glo. de multiplici præſumptione ſcribam in glo. fin. Quæro, quia hic & in §. præcedenti dicitur, ꝙ fratres non ſint ſolliciti de bonis temporalibus eius qui recipitur ad ordinem, licet poſſit ipſe dare fratribus de ſuis bonis per modum eleemoſynæ: quid ſi ingreditur non facta diſpoſitione de bonis ſuis? Solu. Quicquid ſit de alijs Mendicãtibus, de quo not. de prob. in pſentia. quoad Fratres Minores dic, quòd nihil habebunt fratres: dicitur enim in regula, quòd volẽtibus ingredi dicatur ꝙ vendant omnia ſua, & ſtudeant pauperibus erogare: & ſic fuit intentio beati Franciſci, ꝙ non recipiantur niſi prius diſpoſito de bonis ſuis. quod ſi non fuit factum, dic quòd tranſeant bona ad veniẽtes ab inteſtato: nã ſolus vnus modus ꝑmittitur fratribus habendi de bonis illius, ſcilicet ſi ille contulit per modum eleemoſynæ, vt hic: ergo alij ꝓhibentur, ff. de iudic. cũ prætor. de præſumptionibus, nonne. pro hoc quod dico infrà §. proinde. quæſt. 2.

Præſumitũ ex futuris circa præterita.

Religionẽ ſi qs ingreditur nõ diſpoſito de bonis, quid [..]e illis.

e ¶*Præterea.*] Hic de veſtibus fratrum declarauit: in in d. cap. exijt. §. licet autem. ibi dicitur, quòd de licẽtia Miniſtrorum & Cuſtodũ coniunctim & diuiſim in adminiſtrationibus ſibi commiſſis poſſint fratres vti pluribus: ipſi autẽ Miniſtri & Cuſtodes licentiam concedant cum eis videbitur, penſatis neceſſitatibus, & alijs circunſtantijs, quæ ſecundùm Deum & regulam attendendæ videtur. pro hoc infrà §. proximo. vbi vtilitas attenditur ſecundùm conſuetudinem patriæ, & arbitriũ Miniſtrorum & Cuſtodum.

f ¶*Vtilitatem.*] de eod. nota quòd vtilitas rei conſideratur ex pluribus. in eo autem ꝙ dicit, vtilitatem attẽdi ſecundùm conſuetudinem patriæ. pro hoc 93. diſtin. legimus. vltra medium: ibi, *Priuilegium, &c.* Secundò. not. quòd in iudicãdo vtilitatem attenditur reputatio. de hoc ſuprà in proximo notabili, ſic etiam in ęſtimãdo pretium rei attenditur reputatio non ſingulorum, ſed communis. ff. ad leg. Falcid. pretia. in princ. Tertiò, not. ꝙ quãdoque ſpecialiter

uēt in veſtibus vtilitatē. Quorum [a] etiā miniſtrorum, cuſtodum, & guardianorū iudicio eodē modo relinquimus, pro qua neceſſitate poſſint ipſi fratres calceamenra portare.

¶Deinde [b] cū duobus tēporibus annotatis in regula, ſcilicet, à feſto omniū Sāctorū vſque ad natiuitatē Domini, & maximè Quadrageſimæ, ī quibus ieiunare tenenť, inſeratur in eadē regula: Alijs aūt temporibus non teneantur niſi ſexta feria ieiunare: & ex hoc voluerunt aliq̄ dicere, ꝙ dicti ordinis Fratres nō tenentur niſi ex cōdecentia ad alia ieiunia, quàm ad iſta: Declaramus debere intelligi eos nō teneri ad ieiuniū alijs temporibus, præterquā in ieiunijs ab Eccleſia conſtitutis: nō eſt enim veriſimile, ꝙ vel inſtitutor regulæ, vel ēt confirmator abſoluere ipſos intenderit à ſeruandis illis ieiunijs, ad quæ de cōmuni ſtatuto Eccleſiæ obligātur cæteri Chriſtiani. ¶Porrò [c] cū dictus ſanctus volēs fratres ſuos ſuper omnia à denarijs ſeu pecunia eſſe totaliter alienos p̄cipit firmiter Fratrlbꝰ vniuerſis, vt nullo modo denarios, vel pecuniā recipiāt ꝑ ſe, vel per interpoſitā perſonā: iſtūq; articulum declarans idem prędeceſſor noſter, caſus & modos poſuerit [d], quibus ſeruatis à fratribus non poſſint dici nec debent per ſe, vel aliū pecuniæ receptatores contra regulam, vel ſui ordinis puritatem: Dicimus fratres teneri cauere ſummoperè, quòd pro alijs cauſis, & ſub modis alijs, quā ponat dicti prædeceſſoris noſtri declaratio ad dantes pecunias, ſiue deputatos nūtios non recurrant: ne (ſi ſecus ab ipſis attentatum fuerit) tranſgreſſores p̄cepti & regulę meritò poſſint dici. nam vbi aliquid alicui generaliter prohibetur, quòd expreſsè non conceditur intelligitur denegatū. Quocirca quæſtus omnis pecuniæ, ac oblationum pecuniarū receptio in eccleſia, vel alibi, cippi [e], vel trunci ordinati ad offerentium, ſeu donātiū pecunias reponendas: necnō & quicunq; recurſus alius ad pecunias, ſeu habentes ipſas, qui per declarationem prędictā non cōceditur: hæc inquam oīa ſunt eis ſimpliciter interdicta. Cū [f] ēt recurſus ad amicos ſpeciales expreſsè tantū in duobus caſibus ſecundū regulā concedatur: videlicet, pro neceſſitatibus infirmorū, & fratribus induendis, idque piè, & rationabiliter cōſiderata neceſſitate vitæ ad alias neceſſitates Fratrum pro tempore occurrentes [g], ceſſantibus eleemoſynis, ſeu etiā ingruētes ſæpedictus prędeceſſor noſter duxerit [h] extendendū: Attendant fratres præfati, quòd pro nullis cauſis alijs quàm p̄dictis, vel ſimilibus [i], in via, vel alibi recurrere licet eis ad amicos huiuſmodi, ſiue ſint dātes pecunias, ſeu deputati per ipſos, ſiue nuntij, vel depoſitarij, ſeu alio quouis nomine appellentur: etiam ſi conceſſi per eandem declarationē modi [k] circa pecuniam integrè ſeruarētur. Denique cum idē confeſſor ſummè affectauerit ſuæ regulæ profeſſores totaliter [l] eſſe abſtractos ab affectu, & deſiderio terrenorum, & ſpecialiter à pecunia & eiꝰ vſu totaliter inexpertos, ſicut pro

cialiter oneratur conſcientia cōmiſſarij, vt hic. Et an hoc caſu poſſit cōmittere vices ſuas, dixi ſ̄. de conceſ. præb. cle. vnica in prin. q. 6. Quartò not. quòd hoc de vtilitate veſtium non indiſtiuctè cōmittitur Miniſtris & Cuſtodibus: quia non poſſunt concedere quòd vtantur non vilibus, ſed habent declarare quæ cenſeātur viles: tn̄ ſi declarent cenſeri viles eas quę eſſent maniſeſtè p̄tioſæ, talis declaratio non excuſaret fratres talibus vtentes, ſic nec præceptū iniuſtū excuſat. de tēp. ord. ad aures, imo nec compulſio ſuperioris. de exceſ. pręla. tanta. 32. q. 5. ita ne. & qđ hic de vilitate relinquiť arbitrio miniſtrorū & Cuſtodū extendiť per extrauag. Io. xxij. quorūdam. ad lōgitudinē, latitudinē, groſſitiē, & ſubtilitatē, & quo ad formā & figurā, & ſimilia accidētia, quæ oīa relinquuntur arbitio prędictorū.

Vtilitas habitus cordigerorū committitur arbirrio Miniſtrorum.

a ¶*Quorùm.*] hic de calceamentis.

b ¶*Deinde.*] Hic de ieiunijs eorū. NO. ibi, *Sexta feria.* ꝙ licet exceptio vnius aliorū ſit incluſio, q̄a exceptio firmat regulā, vt dixi ſ̄. §. cū aūt. in primo notabili; tn̄ ſi per alia iura de illo erat diſpoſitum nō tollitur illa diſpoſitio 1: licet eīn hic dicat, & alijs temporibus quàm à feſto omniū ſāctorū vſq; ad natiuitatē, vel in Quadrageſſima fratres nō tenētur ieiunare, niſi ſexta feria nō per hoc includitur ꝙ poſſint non ieiunare in ieiunijs ab Eccleſia inſtitutis: ergo tātū ſenſus, ꝙ ad ieiunia alia extra ſextā feriam non tenetur ex præcepto regulæ, & ſic non plus quàm alij: ſed ad ieiuniū ſextæ feriæ tenentur plus quàm alij. de obſer. ieiun. c. ſi. Secundò, nota argu. à veriſimili. ff. quod met. cau. non eſt veriſimile. de prob. cum de ętate. de teſtib. ob. carmen. §. fin. de reg. iur. l. in obſcuris. de præſum. quia veriſimile. Tertiò not. quòd inductum ad augendum non debet operari diminutionem: & idem econuerſo. ff. de adimen. lega. legata inutiliter. de condi. & demonſt. cum tale. §. fina. quia idem non operatur contrarios effectus, de iureiu. intellecto. regula, quod ob gratiam. lib. 6. Quarto nota, quòd ad ieiunia indicta ab Eccleſia, omnes Chriſtiani obligantur. de obſerua. ieiun. conſilium. §. cum autem. quod declaro ibi q. 1. & 2. & dixi ſ̄. de hæret. ad noſtrum. §. 2. q. 1.

Exceptio firmat regulam.

1 Facit c. literas. & ibi Pan. de reſti. ſpol. vide Deciū in l. 1. ff. de reg. iur. & ſcribētes reputāt iſtū tex. hic ſingularem. Fonta.

c ¶*Porrò.*] hic de non recipienda per eos pecunia.

d ¶*Poſuerit.*] dicto c. exijt. §. cæterū. vbi determinat ꝙ nō licet eis mutuū contrahere, ſed ſi quis vult ſuccurrere, poſſunt ſe offerre ꝙ volunt fideliter laborare vt ei ſatisfiat. & hoc malè ſeruatur, quia ſæpe contrahunt mutuum. declarantur ibi & quędam alia, ſed præcipuum eſt ꝙ fratres nō recipiant ipſi pecuniā: ſed tn̄ ꝙ dare poſſunt aliquem eis notū, cui per cū qui vult eis facere eleemoſynam cōmittatur executio. dominiū tn̄ ac proprietas ac poſſeſſio pecuniæ remanet penes dantem, cū libera poreſtate reuocandi vſque ad conuerſionem ipſius in rem deputatā. & dic plenius in dicto c. & duobus ſequentibus.

e ¶*Cippi vel trunci.*] vel pro, id eſt: & eſt cippus lignum inornatum & magnum, & perforatur vt cedat loco capſæ. hæc tamē malè ſeruant fratres. nota differentiam inter denarios & pecuniam: quia denarius eſt qui pro decem nūmis olim computabatur: pecunia verò propriè eſt ſubſtantia de pecoribus proueniens: tamen hoc hodie cōmuniter hic accipitur pro eodem, & ideo expone literam ibi, denarios vel pecuniam, vel, pro ideſt, & hic nomine denariorum continetur omnis moneta magna, vel parua, aurea, vel argentea, vel alterius generis. & hoc, quia fauorabile eſt ſic intelligi, & quia indiſtinctè loquitur, licet nummis legatis veniant exiguiores tantùm. ff. de legat. 3. nummis. Secundò nota quòd id quod per me non licet nec per interpoſitam perſonam. regula, qui per alium. lib. 6. Tertiò nota, quòd in ijs, quæ generaliter prohibentur, omnia intelliguntur prohibita quę non inueniuntur conceſſa. de hoc de tranſla. capit. 2. ver. ſed neque. in gloſſa argumentum. vt ibi dixi.

Pecunia & denarius differunt.

f ¶*Cum etiam.*] de eodem cum pręcedenti.

g ¶*Occurrentes.*] pro quibus ſubuētum fuit ab aliquo, cui habent fratres ꝓcurare vt reddatur pecunia. & ſic dicuntur neceſſitates nō ingruentes, id eſt, imminentes de præſenti, ſed iam præteritæ: tamen quo ad hoc quod hic dicitur, idē in vtriſque, vt probat quod ſequitur.

h ¶*Duxerit.*] eodem capitul. exijt. §. porrò. in fine.

i ¶*Vel ſimilibus.*] neceſſarijs non voluntarijs. declaratur autem in dicto §. porrò. quòd in ijs, quæ ſunt neceſſaria ad victum, veſtitum, diuinum cultum, & ſpirituale ſtudium, conceſſus eſt fratribus vſus neceſſariarū rerum. & hæ cauſæ videntur generaliter omnes neceſſitates comprehendere: tamen quia quædam etiam ſunt eis neceſſaria, quæ non præciſè concernunt cauſas pręmiſſas immediatè: ideo hic adiecit quòd etiā hoc eis licet pro cauſis ſimilibus, vt ſi dum tranſeant de loco ad locum ex cauſa ordinis, non permittuntur in certo loco tranſire, niſi ſoluant pedagium: licet enim non debeant ad hoc cogi, tamen ex quo de facto coguntur, licitum eſt eis acquirere per eleemoſynam vt ſoluāt, ne impediantur pro hoc quod in via ſequitur, &c.

k ¶*Modi.*] vt quòd ipſi non recipiant, nec adminiſtrent. pro hoc quod dixi ſupra §. porrò. ſuper litera. & infra §. proximo.

l ¶*Totaliter.*] nam hic ordo fundatus eſt in maxima paupertate. ſupra §. cæterùm.

bat prohibitio de recipienda pecunia in regula ſæpius repetita [a]: curare Fratres vigilanter neceſſe eſt, quòd cum ex cauſis prædictis, & modis ad habentes pecunias deputatas pro ipſorum neceſſitatibus recurrere oportebit ad tenentes ipſas, quicunque hi fuerint principales, vel nuntij in omnibus ſic ſe gerant, quòd ſe cunctis oſtendant in dictis pecunijs (ſicut nec habent [b]) penitus nil habere. Quapropter [c] præcipere quòd & qualiter pecunia expendatur, cõputumque exigere de expenſa, eam quomodocunque repetere ſiue deponere, aut deponi facere, capſulam pecuniæ, vel eius clauem deferre, hos actus & conſimiles ſibi Fratres illicitos eſſe ſciant: Prædicta enim facere ad ſolos dominos pertinet, qui dederũt, & eos quos ipſi deputauerũt, ad hoc ipſum.

¶ Proinde [d] cum vir ſanctus paupertatis præmiſſæ in regula modum exprimens dixerit in eadem: fratres nihil ſibi approprient, nec domum nec locum, nec aliquam rem: ſed tãquàm peregrini, & aduenę in hoc ſeculo, in paupertate, & humilitate Domino famulantes, vadant pro eleemoſyna confidenter: Sicque declaratum extitit per nonnullos prædeceſſores noſtros Romanos Pontifices, hanc expropriationem intelligi debere tam in ſpeciali, quam etiam in communi, propter quod & rerum omnium conceſſarum, oblatarum, & donatarũ Fratribus (quas & quarum vſum facti, ſcilicet ordini, vel † ipſius Fratribus licet habere) proprietatem & dominium in ſe, & Romana Eccleſia receperunt, dimiſſo ipſis fratribus in eis tantummodo vſu facti ſimplicis. Ad noſtrum fuerunt deducta examen, quæ in ordine fieri dicebantur, & videbantur prędicto voto & puritati ordinis repugnare: videlicet vt ea proſequamur ex ipſis quæ remedio credimus indigere, quòd ſe inſtitui hæredes non ſolùm ſuſtinent, ſed procurant: Item quòd redditus annuos recipiunt interdũ in tam notabili quantitate, quòd conuentus habentes totaliter inde viuũt. Item quòd cum ipſorum negotia etiam pro rebus temporalibus in curijs agitantur, aſſiſtunt aduocatis, & procuratoribus, & ad inueſtigandam eoſdem ſe ibi

† Aliàs, ita s. vel ipſis.

a ¶ *Repetita.*] ſupra 2. §. proximis.

b ¶ *Nec habent.*] vnde contra tales non habent actionem, nec perſecutionem in iudicio, nec extra. dicto cap. exijt. §. cæterùm. & infra proximo §.

Poſſeſſio in pecunia nõ eſt à dominio ſeparata.

c ¶ *Quapropter.*] Nota ſingulariter, quòd in pecunia non eſt dare poſſeſſionem ſeparatam à dominio: quod probat litera in eo quod dicit, ad ſolos dominos, vel eorum commiſſarios ſpectare hæc quę hic enumerantur: & eſt ratio, quia pecunia facilè fit noſtra: vndè etiam aliena mihi mutuata per non dominum per cõmiſtionem cum mea fit mea, ſi bona fide accepi. ff. de ſolut. ſi alieni. quod eſt ſingulare. & eſt hoc propter ſingularia præcepta pecuniæ numeratę. ff. ſi cer. peta. l. ſingularia.

d ¶ *Proinde.*] hic de paupertate & humilitate ipſorum. Et numeratis nouem exceſſibus prouidet de primo: deinde prouidet de alijs in §. ſequenti. Nota quòd fratres minores non habent proprium nec in ſpeciali, nec in communi. & hoc non videtur ſpeciale in eis, ſed locum habet etiã in alijs mendicantibus vt in Prædicatoribus, & ſimilibus: quia ex regula non licet habere redditus aut poſſeſſiones, ſed per quæſtũ publicum victum tribuere ſolet incerta mẽdicitas. de relig. dom. capitulo vnico. libro ſexto. tamen non in omnibus æquiparantur. Nam Prædicatores habent aliqua in communi quo ad proprietatem, vt in extrauagan. Ioan. xxij. quia quorundam. §. præterea. hic autem dicitur generaliter, quòd fratres Minores nihil ſibi approprient. & quòd hæc expropriatio intelligitur tam in ſpeciali, quàm in communi. differunt & in alijs. quod dic plenius, vt infra, quæſtione prima, in ſolutione tertiæ rationis. Secundò, not. in verſiculo, cum enim. quòd ex exterioribus actibus repræſentatur mentis diſpoſitio. de præſump. ex ſtudijs. quod tamen propriè non colligitur hic, ſed potius colligitur, quòd is qui vult eſſe rectus in mente, hoc indicet ex operibus: nam ex fructibus eorum cognoſcetis eos. Mat. 8. de regul. iur. cap. 2. Tertiò not. quòd fratres Minores non ſunt capaces ſucceſſionum, ſed legatorum ſic: niſi fiat in fraudem. de hoc infrà q. 2.

Fratres Minores an nihil proprij poſſint habere.

Quæro in eo quod dixi in primo not. quòd fratres minores non habent proprium, nec in ſpeciali, nec in communi: An hoc procedat quo ad omnia? Antequam veniam ad argumenta, ſciendum eſt, quòd hæc quæſtio ſcrupuloſa eſt, & peperit in Eccleſia Dei pernicioſos effectus, præcipuè tempore Ioannis Papæ xxij. quia nõnulli magiſtri ſacræ paginæ verbis & ſcriptis niſi ſunt oſtẽdere, quòd fratres prædicti etiam in rebus vſu conſumptibilibus habent tantùm ſimplicem vſum facti: & quòd hæc eſt altiſſima paupertas, in qua ſunt fundati, & quòd hæc etiam fuit vita Chriſti & Apoſtolorum: dicentes quòd perfectioni vitæ Chriſti, & aliorum perfectorum non eſt conſonum aliquid habere proprium, ſed ſolum facti vſum: & inter iſtos fuit Marſilius de Menandrino Paduanus, de quo memoraui de electi. venerabilẽ. verſi. verũ. qui multis rationibus, & auctoritatibus prædicta confirmat in libris quos allegaui in d. ver. verum. Ipſe autem Ioan. xxij. in extrauag. cum inter nonnullos. declarauit, quòd aſſerere pertinaciter, quòd redemptor noſter & eius apoſtoli non habuerunt ius vtendi in ijs quę ſacra ſcriptura eos habuiſſe commemorat, & illa vendendi ſeu donandi, aut ex ipſis alia acquirendi, eſt hæreticum. & idem Ioan. xxij. in extrauag. quia quorundam. latè proſequitur hæc, reſpondendo rationibus, quas tenentes contrarium adducebant: & in eadem etrauag. dicitur, quòd in ijs quæ ſunt vſu conſumptibilia, Fratres Minores habẽt ius vtendi. & idem dicitur in extrauag. eiuſdem Ioan. ad conditorem. quia non eſt poſſibile, quòd ſit vſus facti licitus ſine iure vtẽdi: & quia illi magiſtri, qui tenuerunt contrarium, vſi ſunt rationibus apparentibus, habuerunt ſequaces multos: vnde ſecutum eſt, quòd adhuc hodie eſt magna multitudo, quæ dicitur Fraticellorum, qui ex hoc errore lapſi ſunt in aliũ, dicentes quòd à tempore illius Ioan. xxij. quem damnant propter prędictas extrauagantes tamquã hæreticum, non fuit aliquus verus Pontifex: & alia multa nefaria dogmatizant: & in his ſi comprehenduntur per epiſcopos, perſiſtunt etiam permittentes ſe comburi, vt vidi Florentiæ. vnde ſæpe cogitaui, quòd vtile eſſet, quòd Eccleſia Romana permitteret liberè de hoc diſputari an Chriſtus habuerit, vel nõ habuerit, vel habere potuerit propriũ, vel non potuerit; & ſimiliter de vita Fratrũ Minorum, an poſſint aliquid habere proprium, cum in hoc non verſentur articuli fidei: ex tali eñ libertate occurreẽ eorũ erroribus, ꝗ fortè de facili corrigerent in alijs. nec per hoc ẽt ſi dicereẽ ꝙ Chriſtus nõ habuerit propriũ, aliquid inferri poſſit contra proprietatẽ Eccleſiæ Romanę: cũ multa ſint & in alijs immutata, prout viſũ fuit ſanctis patribus ſcdm exigentiã temporũ. Sed interea ſtãtibus illis extrauagãtibus, & hac cõſtitutione, & cõſtitutiõe c. Exijt. videamus aliqua de quæſtione: Et videtur ꝙ Fratres habeant quo ad oĩa ſolum ſimplicẽ vſum facti. per c. exijt. §. porrò. vbi dicitur ꝙ in rebus tẽporalibus eſt conſiderare proprietatẽ, poſſeſſionẽ, vſumfructũ, ius vtendi, & ſimplicẽ facti vſum, & ꝙ vltimo tanquam neceſſario eget vita mortalium, licet prius carere poſſit, & ꝙ cõdecens eſt huic profeſſioni, quę ſponte deuouit Chriſtũ pauperẽ in tanta paupertate ſectari, omniũ abdicare dñium, & rerũ ſibi neceſſario vſu fore cõtentã. Secundò ad idem inducitur hæc litera, in eo quod dicit ꝙ rerũ conceſſarũ Fratribus, licitũ eſt eis habere ſimplicẽ vſum facti: & ꝙ dominium & proprietas eſt penes Eccleſiam Romanam. Tertiò quia Fratres iſti profitentur altiſſimam paupertatẽ. de exceſ. pla. nimis 2. & ſic talẽ, qua nulla maior dari pt̃ s. §. cæterùm. vbi dixi in 1. no. maior aũt eſt paupertas, quæ nihil ſibi appropriat, quàm quæ habet aliquid proprij. Quartò, quia in eorũ regula ponitur in principio: Regula & vita Minorũ hæc eſt, ſcilicet Dñi noſtri Ieſu Chriſti ſanctum Euãgeliũ obſeruare, viuendo in obedientia, ſine proprio, & in caſtitate. ex quibus verbis videtur ꝙ beatus Franciſcus voluerit ꝙ Fratres obſeruarent cõſilium Euangelij traditum illis qui volunt eſſe perfecti, de quo Matth. 19. Si vis perfectus eſſe, vẽde oĩa quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurũ in cælo. Quintò ad idem infra §. dicere. vbi dicit quòd temerarium eſt aſſerere, quòd ſit hæreticum dicere vſum pauperum includi,

Fratricellorum error.

dem perſonaliter repręſentāt: Itē quòd executiones vltimarum ſuſcipiunt † voluntatū, & gerunt ſeq; intromittunt quādoque de vſurarū, vel malè ablatorū diſpoſitionibus, ſeu reſtitutionibus faciendis: Itē ꝙ alicubi non ſolùm exceſſiuos hortos, ſed ēt vineas magnas habēt, de quibus tam de oleribus, quàm de vino multū colligitur ad vendendum: Item quòd temporibus meſsiū, vel vindemiarum ſic copioſè gratum, & vinum mendicando, vel aliunde emendo colliguntur à fratribus, & in cellarijs, & granarijs recōduntur, quòd per anni reſiduum, & abſque eorum mendicatione poſſunt tranſigere vitam ſuam: Item quòd eccleſias, vel alia ædificia faciunt, vel procurant fieri in quantitate, & curioſitate figuræ, & formę, ac ſumptuoſitate notabiliter exceſſiua, ſic ꝙ non videntur habitacula pauperum, ſed magnatum: Paramenta etiā eccleſiaſtica in pleriſque locis tam multa habēt, & tam notabiliter pretioſa, quòd excedunt in his magnas eccleſias cathedrales: Equos inſuper & arma eis oblata in funeralibus recipiūt indiſtinctè: Tamen cōmunitas fratrum, & ſpecialiter rectores ipſius ordinis aſſerebant, quòd prædicta, ſeu plura ex ipſis in ordine nō fiebant, ꝙ & ſi qui reperiuntur rei in talibus, rigidè puniuntur necnon contra talia ne fiant, ſunt facta pluries ab antiquo ſtatuta in ordine multum ſtricta. Cupientes igitur nos ipſorum fratrum prouidere conſcientijs, & cuncta dubia (quātum poſſibile nobis eſt) de ipſorū pectoribus remouere, ad prædicta, mōdo qui ſequitur, reſpondemus. Cū enim ad veritatem vitæ pertineat, vt id qđ exterius agitur, interiorem mentis diſpoſitionem & habitum repræſentet, neceſſe habent fratres, qui ſe expropriatione tanta à temporalibus abſtraxerūt, ab omni eo quod dictæ expropriatiōi eſſet vel poſſet videri contrarium, abſti-

† An ipſi poſſint eſſe teſtes ī vltimis voluntatibus, Guido in deciſ. Delphinat' q. 517. tenet ꝙ ſic: p gl. §. cogitādum. auth. de mon. col. 1. licet Faber §. teſtes inſtitu. de teſta. dicat cōtrarium. Et idem Guid. q. 322. dicit ꝙ poſſunt īſtitui hæredes. Fonta.

cludi, vel non includi ſub voto Euangelicæ paupertatis: & videtur velle, quòd ſub voto Euangelicæ paupertatis includitur vſus pauper. Sexto, inducitur Matth. 10. vbi Chriſtus dicit Apoſtolis: Nolite poſſidere neque aurum, neque argentum, neque pecuniam, neque peram, neque duas tunicas, neque calceamenta, &c. Itē Matth. 19. Apoſtoli dixerūt ad Ieſum, Ecce nos reliquimus omnia & ſecuti ſumus te. Item ipſe redēptor de ſe dixit Matth. 8. Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos: filius autem hominis non habet vbi caput reclinet. Ex quibus, ſimilibus auctoritatib', & rationibus, & quæ ad hoc inducuntur, nituntur aliqui inferre, ꝙ perfectiſſima vita ſit carere omni proprio, & habere ſolū ſimplicem vſū facti, & ꝙ hęc fuerit vita quā Chriſtus docuit verbo, & exēplo firmauit, vt dicit in eo. c. exijt §. porrò. In contrarium ſunt rationes, quę fiunt in extrauag. pręalle. ad conditorem. & in extrauag. quia inter noōnullos. & in eadē extrauag. ad conditorē. determinatur, ꝙ in bonis quæ in poſterum conferentur, vel offerentur, vel aliàs quomodolibet obuēnire continget fratribus, ſeu ordini ſupra dictis, nullum ius ſeu dominium acquiratur eccleſiæ Romanæ, cuius contrariū dicitur hic, vt dixi ſ. in rationibus partis contrarię, ratione ſecunda. Item videtur ꝙ nihil habere proprij, non ſit ſummæ perfectionis: quia epiſcopi habent propria. 12. q. 1. epiſcopi 2. & c. ſequ. & tamen ſtatus epiſcoporum eſt prefectior, quàm religioſorum. de regula. licet. de renun. niſi. ad fi. ex quibus colligitur, ꝙ ex vita ep̄ali ſurgit maior fructus & vtilitas quàm ex religione. Vndè monachus licitè poteſt eligi in ep̄m. 18. q. v. c. vnico. de elect. nullus. lib. 6. & quia in hoc habemus extrauagantes illas, quibus eſt ſtandum in eo quòd dicūt, ꝙ in his quæ conceduntur fratribus ad vſum, ipſi fratres non habent ſimplicem vſum facti, imo habent ius vtendi. nō expedit in hoc inſtare in pluribus rationibus. Sol. videtur dicendū ꝙ fratres non habent aliqua propria, nec in communi nec in ſpeciali, ſed habent vſum facti non nudi, ſed facti iuſti, & liciti vt volunt dictæ extrauagantes. & ſic aliquo modo poſſunt dici aliquid habere proprium: ſcilicet, ipſum vſum Et ex hoc videtur ꝙ res vſu conſumptibiles eorum proprię dici poſſint quia neque naturali ratione, neque ciuili hæ res recipiūt vſūfructum. inſti. de vſufru. §. conſtituitur. & ſic cum vſus non ſeparetur à dominio, videtur quòd eoipſo quòd poſſunt vti, debeant cenſeri habere proprietatem. Sed qui vellet ſatisfacere tenentibus contrarium, dicere poſſet, quòd licet in his rebus non poſſit conſtitui vſusfructus, propriè tamen conſtituitur quaſi vſus fructus, & ſatisdatur de reſtituendo tantundem in quantitate: dicto §. conſtituitur. ff. de vſufru. earum rerū quæ vſu conſu. l. 1. & 2. de pig. c. fi. Item licet non poſſit dari vſus licitus ſine iure vtendi: tamen dici poſſet ꝙ hoc ius vtendi nō eſt niſi quædam facultas, quæ non infert aliquid eſſe propriū: dicitur enim res propria quando quis poteſt de ipſa liberè diſponere vt vult per modos iure nō improbatos. quod dixi de reſti. ſpo. olim 1. fratres autem nō acceptant res vt velint poſſe diſponere vt volunt, ſed ad vſum tantū facti. vt ſ. in 1. & 2. ratione partis contrariæ, id eſt, vt vtantur de facto in ſuas neceſſitates: qui tñ vſus non infert aliquam proprietatem; ſed vtuntur de licentia dantis. & dicemus ꝙ ipſe dans, libere pōt id quod dedit, reuocare quouſque vtantur: & ſic dicendo ſaluaretur intentio illorum, qui dixerunt fratres excludi ab omni proprio quoquo modo: nec eſſet aliqua abſurditas: ſed nō video quòd in hoc ſit ſumma perfectio, ſed potius eſt contentio de verbis: Nam dummodo abdicauerint propria, ita quòd nihil dicant proprium quin parati ſint illud dimittere, nec velint pro illo in iudicio contendere, non poteſt dici quòd habeant proprium quod impediat perfectionem. vbi conſiderandum quòd abrenuntiatio proprij prout eſt in actu, nō dicit perfectionem, ſed eſt inſtrumentum perfectionis, ſcđm ea quæ dixi de regula. ſanè. q. 14. & ſ. §. cęterū. ſed prout ex animo ſurgit in hoc eſt perfectio, vt ſit homo paratus, ſi opus fuerit, omnia dimittere, vel diſtribuere. de hoc per Thomam ſecunda ſecundæ q. 182. art. 7. fratres tñ habent hanc expropriationem, ſeu habere debent vtroque modo. in ep̄is autem ſufficit ꝙ ſit vltimo mō, nec ex hoc dicuntur fratres eſſe in perfectiori ſtatu, quia alijs reſpectibus epiſcopi ſunt perfectiores tāquàm per quos, veluti alios regentes maior fructus prouenit in cōgregatione fideliū, imo & inter religiones non poteſt argui, quòd vna ſit perfectior altera, ex eo quòd pauperior poſſet etiam alias excedere in ijs quæ pertinent ad obedientiam & caſtitatem: & tunc diceretur ſimiliter perfectior: qa id quod excedit in melioribus, eſt ſimpliciter melius. de hoc per Thomam ſecunda ſecundæ. q. 188. art. 7. & dixi de regula. ſanè. q. 14. & ſeq. Et ſi dicatur ſaltem cæteris paribus perfectior eſt ſtatus quando renuntiat quis omni proprietati: Dic quòd etiam hoc cōceſſo nihil reſultat contra ſuperius dicta. Et denique cum multum cogitaui, videtur ꝙ dummodo fratres minores abſtineant à ꝓprio, ita quod non habeant poſſeſſiones immobilium, ex quibus fructus colligantur, nec inſuper habeant mobilia de quibus agant tamquàm domini contrahendo: ſed habeant ſolū ad vtendum, & quæ parati ſunt dimittere, vt proximò dixi, nihil refert interdicere, quòd ipſi ſint domini locorum ſuorū ſuo modo, ſicut & alia collegia eccleſiaſtica, vel quòd ſint domini ſuorum librorum, vel aliorum vtenſilium, ſiue dicatur quòd habent tantùm vſum, nam etiam ſi dicantur domini, tamen impropriè dicuntur ſolùm quoad hoc, quia poſſint liberè vti: nec in hoc eſt vis niſi in verbo, niſi quo ad hoc quòd alij ſeculares, vel religioſi non mendicantes pro prædictis agere poſſunt in iudicio: Ipſi autem fratres minores non. infrà §. verùm. Illa verò diuerſitas quæ turbauit mundum, videtur penitus exigua, & nullius effectus quo ad fratres minores, an dicatur quòd in ijs quibus vtuntur habeant ius vtendi, an verò dicatur quòd habeant vſum facti, quia vtroque modo ſaluatur perfectio ſtatus eorum, & conſiſtit hoc in ſola diſputatione reſpectu eius quod proximè dixi, nec eſt conueniens in hac religione, quæ in ſimplicitate fundata eſt, his inſiſtere: ſufficit enim quòd ſibi nil approprient, vt per hoc velint in iudicio contendere. pro hoc dictum cap. exijt. §. cæterùm.

Ad contraria hic ad primam, & ſecundam rationem, cū dicitur quòd habeat tantùm vſum facti: dic quòd habent vſum tamen licitum, qui aliquo modo eſt iuris, nec propterea dicitur nō eſſe ſimplex vſus facti, qa in his, in quibus vſus ſeparatur à dominio, habent tantùm vſum licitum. In alijs autem ſi dicis ꝙ habeant proprietatē, dic ꝙ non habent tāquàm proprietatem, ſed in conſequentiam vſus. ſi autem dicis ꝙ nō habent proprietatem, ſed eſt concedentis donec vſi fuerint, tunc ceſſat ratio. Et licet extrauagantes prędictæ approbent primū dictum, aliàs modum, ꝙ habent proprietatem propter

nere. Quia igitur in ſucceſſionibus tranſit non ſolùm vſus rei, ſed & dominum ſuo tempòre in hæredes: Fratres autē præfati nihil ſibi in ſpeciali acquirere, vel eorum ordini poſſunt, etiam in cōmuni: declarādo dicimus, ꝙ ſucceſſionū † hmōi, quæ etiam ex ſui natura indifferenter ad pecuniam, & etiam ad alia mobilia & immobilia ſe extendunt, conſiderata ſui puritate voti) nullatenus ſunt capaces: Nec licet eis valorem hæreditatum talium, vel tantam earum partem, quòd pręſumi poſſet hoc in fraudem fieri, quaſi ſub modo & forma legati ſibi dimitti facere, vel ſic dimiſſa recipere: quin potius iſta ſic fieri ab ipſis ſimpliciter prohibemus. Cumq́ue annui [a] redditus inter immobilia cenſeātur à iure, ac hmōi redditus obtinere, paupertati & mendicitati repugnet, nulla dubitatio eſt, quòd prædictis fratribus redditus quoſcunq; ſicut & poſſeſſiones, vel earū † etiam vſum (cum eis non reperiatur conceſſus) recipere vel habere (conditione conſiderata ipſorum) non licet. Am-

Fratres prædicatores habere poſſunt aliqua in cōmuni.

inſeparabilitatem: non tamen multum in hoc refert, vt prędixi, quodcunque teneatur. Ad tertium cū dicitur, ꝙ ſunt in altiſſima paupertate, dic ꝙ non excludit hæc paupertas vſum neceſſariū modo nunc dicto. Item cap. nimis. præalleg. loquitur etiam de prędicatoribus, quos pariter dicit eſſe in altiſſima paupertate, & tñ fratres prædicatores habēt aliqua in cōi quo ad proprietatem, vt in extrauag. quia quorundam. §. ꝑterea. & dic aliqua vt ſunt horrea & cellaria, vt dicit ibi gl. Zen. qđ dixi s̄. e. §. in 1. notabili. fratres verò minores ī altiori paupertate ſunt ī eo quod dicitur de pecunia. s̄. §. porrò. & quia nō habent proprietatem aliquam niſi vt prædixi s̄. ea. q. Item non poſſunt capere ēt vt vendant. j̄. §. proxi. quod ſecus videtur de prædicatoribus, vt dico j̄. q. ſeq. c. fi. Ad quartū dic ꝙ obſeruant illud conſilium, vende omnia quæ habes, &c. nam quando ingrediūtur, nihil ſecū afferunt, nec ex hoc aliquid fratribus obuenit, niſi dederint eis intuitu eleemoſynæ. s̄. §. cæterùm. & §. cū verò. Ad quintum dic, quòd vſus paupertatis includitur in voto perfectionis ſeruato vſu licito, vt s̄. hac q. dixi. Ad ſextum dic quòd illud, nolite poſſidere neque aurū, &c. non prohibet conſeruationē rerum ad tempus, & quo ad vſum. de quo per Thomam ſecunda ſecundæ q. 188. art. 7. in fi. Ad illud, ecce nos relinquimus omnia. dic quòd facit pro his quæ dixi s̄. ea. q. quòd non ſit perfectio in hoc, quod reliquerunt, ſed in hoc quòd Chriſto adhæſerunt. vnde ſubiungitur, & ſecuti ſumus te: & quod dixi de regu. ſanè. q. 13. Ad illud: vulpes foueas habent, &c. dic quòd non probat niſi quòd Redemptor non habuit propriam domum, non per hoc infertur quin habuerit aliqua propria, vt dicitur in extraua. cum inter nonullos. nam loculos habuit, Io. 12. & licet illi qui tenent vſum facti ſimplicem pertinere ad ſummam perfectionem, dicant, ꝙ habuit ſolùm quo ad vſum facti ſimplicem, vt conſeruaret ad caſum deficientium neceſſariorum, cōtrarium tamen voluit Nicolaus iij. ī c. exijt. §. porrò. vbi dicit, quòd in hoc Chriſtus aſſumpſit perſonam infirmorum. quod dic vt in dicta extrauagante, quia quorundam. & de hoc per Thomam in dicto art. 7. in ſolutione. Et poteſt in hoc etiam dici, quòd Chriſtus conſeruauit in loculis etiam pro diſtribuendo in pauperes, vt patet Ioan. 12. & hoc etiam non diſſonat religioni, imo cōſonat, dum tamen conſeruatio iſta non ſit ita diuturna, ꝙ per eam tollatur mendicitas. j̄. §. rurſus. Secundò, quæro in eo ꝙ dixi in 3. not. ꝙ fratres nō ſunt capaces ſucceſſionum, an hoc ſit indiſtinctè verum? Sol. Bartolus fecit quendam libellum qui dicitur Minoricarum, in quo hæc & alia quamplura ſimilia proſequitur, quę non eſt ad propoſitum attingere, niſi quatenus declaretur hæc litera. Quo ad quæſitum autem dic, ꝙ quæri poteſt, an ſint capaces ſucceſſionum vniuerſalium ex teſtamento. Item an ab inteſtato? De vtroque tamen modo ſatis hic deciditur, quòd talium ſucceſſionum non ſunt capaces, & quòd etiam nō debeatur eis æſtimatio. videtur ex eo quod hic dicit, ꝙ etiam iure legati non licet eis dimitti valorem hæreditatum, vel tantam earum partem, ꝙ pręſumi poſſit hoc in fraudem fieri, & ſic ſi iure ſucceſſionis relinquitur, nō tenet etiam quo ad æſtimationem. pro hoc §. cæterùm. & §. cū verò. quia non tranſeunt ad eos bona etiam eius qui profitetur eorum ordinem, de quo dixi in d. §. cum verò. quæ tamen bona tranſeunt ad religioſos aliarum religionum non Mendicantium. de proba. in præſentia. ergo multò minus debent poſſe capere ab extraneis hæreditates vniuerſales. Et ſi dicatur quòd hoc caſu ceſſat ratio de qua in prædictis. §. quę eſt, ne videantur hebere oculum ad bona ingredientium: ſubeſt tñ ratio generalis de qua ibi, vt fratres ſint remoti ab affectu temporalium. nam ſi ſuccederent in hæreditate: tenerentur ad onera, dicto c. in præſentia. & ſic oporteret eos implicari litibus. Contra id j̄. §. verum. Et licet in hoc poſſit inſtari ex his quæ no. Bar. in tract. Minorica. & Bal. C. de ſacroſan. eccl. Auth. ingreſſi. tñ hęc litera clarè hoc probat: quæ (vt prædixi) ēt iure legati prohibet fratres accipere valorem hæreditatum vel tantam earū partem, ꝙ pręſumi poſſit hoc fieri in fraudē, & ſic reliquit vnum ſolum caſum qn̄ legatur eis aliquid de hęreditate: quod non eſt tantum, quòd poſſit præſumi in fraudem hoc fieri. omnis ergo alius modus eſt prohibitus, per id quod dixi s̄. §. cum verò. Ad idem s̄. §. porrò. & §. cum ēt. vbi ſolùm certi modi conſequēdi eleemoſynam permittūtur. Ad idem eſt. c. exijt. §. ad hęc. vbi ꝑmittit tantū ꝙ iure legati poſſit eis relinqui. & vltra hoc oportet ꝙ in legato nō adijciatur modus, qui non ſit licitus fratribus: vnde ſi legatur fratribus vinea vel ager ad excolendū, vel domus ad locandū, vel ſimilia, à tali legato debent fratres abſtinere, vt ibi: ſecus ſi modus eſt licitus, vt quia legatur pecunia pro neceſſitatibus fratrū, vel domus, ager, & vinea vt ꝑ idoneas perſonas diſtrahatur. & pecunia in neceſſitates fratrum conuertatur. Si autem modus non fuit adiectus in legato, declaratur in eodem §. quòd valet legatum & intelligitur relictum ſub modo licito. cum ergo tātùm de legato ibi permittatur, videtur aliud dicendum de vniueſali ſucceſſione. Et ſi dicatur quòd eodem modo deberet valere inſtitutio vniuerſalis, ſi adiectus eſt modus licitus quòd bona diſtribuantur, & pecunia in eorum vſus conuertatur, vel etiam ſi nullus modus eſt adiectus, vt proximè dixi. De legato, reſpondeo vt dixi s̄. ea. q. eo tamen caſu quo inſtituto aliquo vniuerſaliter, præcipitur ei quod hæreditas per eum vendatur & erogetur in fratres, non prohibebuntur capere talem erogationem, quia ceſſat ratio præmiſſa: tranſibunt enim bona in eos deductis oneribus alieni æris, & ſimilibus. Et ꝑ hoc de æquitate dici poſſet, quòd quandoq́ue frater inſtituitur epiſcopus, qui eſt executor legalis vltimarum voluntatū, præcipuè piarum, qualis eſt hęc. arg. de teſta. cum tibi. capiet tam quàm hæres, & deductis oneribus diſtribuet in fratres: ſed nō poteſt hoc bene probari iure, & hoc quo ad fratres Minores, per ea quæ dixi ea. q. licet multi hoc vltimum ſeruent. In fratribus autem Prædicatoribus facilius hoc poteſt defendi, præcipuè quia dicuntur habere priuilegium Apoſtolicum, ꝙ ſint capaces ſucceſſionum, & quòd poſſint apprehendere & vendere, & per illud priuilegium conſuluit Gaſpar de Calderinis, quòd bona ingredientis tranſeant in monaſterium, vt poſſit vendere & conuertere in vſus ſuos: quia per hoc non dicuntur habere proprium, ſicut nō dicitur verſum quod nō durat verſum. ff. de in rem ver. ſi pro parte. §. verſum. pro hoc quod dico de verb. ſign. nam & ego. & ita (vt opinor) tandē conceditur fratribus Minoribus: quia in multis locis habēt & ipſi & Prædicatores poſſeſſiones, & annuos redditus, licet faciant inſtrumenta fieri nomine monaſteriorum monialiū eis ſubditarum: & ſic fit fraus legi. & quia hæc altiſſima paupertas (intelligo rigidè vt volunt hæc conſtitutio, & c. exiit.) propter refrigeſcentem charitatem non bene ſeruatur; propterea ad euitanda peiora, faueri poteſt opinioni illi, quæ vult ꝙ capiant valorem ſucceſſionum: nam etiā ex coniecturis poteſt percipi: tandem fient poſſeſſionati, & vtinam in alijs ſaltem bene ſeruent. ſtantibus autem illis coſtitutionibus fratres minores non poſſunt capere immobilia, etiam vt vendant. j̄. §. prox. vbi dico in 2. not.

† Per iſtum text. dicit Bar. in 1. li. minor. 2. diſtin. ꝙ non ꝑt eis relinqui hæreditas iure fidei cōmiſſi: ſi tamen eſſet clauſula & oī meliori modo: ēt deberetur ęſtimatio ceſſāte ſuſpiciōe fraudis. & vide hic quæ dixi in §. rurſus. in extrauag. ad cōditorē. & eūdem Bar. 2. lib. per totā primā. diſti. Fonta.

Legati iure cordigeris poſſunt aliqua relinq.

† Aliàs, eorum.

Fratres prædicatores poſſunt recipere & vendere bona illorum qui ſuā religionem ingrediuntur.

a ¶ *Cumque annui.*] prouidet ſecundo exceſſui. No. quòd annui redditus inter immobilia computantur, & ad hoc ſingulariter allegatur. & pro hoc in Authentica vt hi qui obli. ſe habe. perhi. res minorum. §. ſi verò. collatio. 6. ibi gloſſa in verſic. redditus. de hoc. infrà quæſt. 1. Secundò nota, quòd fratres iſti non poſſunt recipere poſſeſſiones, & ſic etiam ſi ſint diſtracturi. pro hoc quod dico infrà ſeq. quęſtio. Quæro in eo quod dixi in 1. not. quod annui redditus computantur inter immobilia, an hoc ſit indiſtinctè verum? Sol. Fridericus in conſi. 175. aliàs 180. vbi refert id quod ſibi quærenti reſpondit Ioan. Paliarenſis, qui dixit quòd ſi legatum annuum poteſt continere perpetuitatem, vt quia legatarius non poteſt de facili deficere: tale legatum impugnatur in hoc §. ſed ſi perſona legatarij deficere poteſt, cum non ſit

aptum

plius [a] cum non ſolùm quod malum eſſe dignoſcitur, ſed et omne quod ſpeciem habet mali ſit à viris perfectis ſpecialiter euitandum [b]: Ex talibus autem aſſiſtentijs in curijs, & inſtigationibus, cum de rebus agitur in ipſorum cõmoda cõuertendis, creduntur veriſimiliter ex his quæ foris patẽt (de quibus habent homines foris iudicare) in ipſis reb⁹ fratres † aſſiſtentes aliquid quærere tãquam ſuum [c]: nullo modo debent huiuſmodi voti & regulæ profeſſores ſe talibus curijs, & litigioſis actibus immiſcere: vt & teſtimonium habeant ab his qui foris [d] ſunt, & puritati ſatisfaciant voti ſui, ac euitetur per hoc ſcandalum proximorum [e]. Verumetiam [f] cum dicti ordinis fratres non ſolùm à receptione, proprietate, dominio, ſiue vſu ipſius pecuniæ, verumetiam à contrãctatione qualibet ipſius, & ab ea ſint penitus alieni, quemadmodum ſæpedictus prædeceſſor noſter in declaratione huiuſmodi regulæ planè dixit [g]: Cumque dicti ordinis profeſſores pro nulla re temporali poſſunt in iudicio experiri, prędictis fratribus non licet nec competit, quin potius conſiderata ſui puritate ſtatus, debent ſibi ſcire interdictum, quòd huiuſmodi executionibus, & diſpoſitionibus ſe exponant: cum hæc ſæpius abſque litigio, & contrectatione, vel adminiſtratione pecuniæ nequeant expediri. Verumtamen in his exequendis dari conſilium ipſorum ſtatui non obſiſtit, cum ex hoc ipſis circa bona temporalia nulla iuriſdictio, ſiue actio in iudicio, ſiue diſpenſatio tribuatur.

¶Licet [h] verò non ſolùm ſit licitum, ſed & multum conueniens rationi, quòd fratres qui in laboribus ſpiritualibus orationis & ſtudij ſedulò occupantur, hortos, & areas habeant competentes ad recollectionem vel recreationem ſui, & interdum ad ſeipſos poſt labores huiuſmodi corporaliter deducendos, necnon ad habenda neceſſaria hortalitia pro ſeipſis: habere tamen hortos aliquos vt colantur ac olera, & alia hortalitia pretio diſtrahantur, necnon & vineas, repugnat ſuæ regulæ, & ordinis puritati, ſecundùm quòd dictus prædeceſſor declarauit [i] ac etiam ordinauit: quòd ſi talia ad vſus proximè dictos, vt puta agrum, vel vineam ad colendum, & cõſimilia fratribus legarentur, per omnem modũ fratres à receptione talium abſtinerent, cum etiam pręmiſſa habere vt pretium fructuũ ſuis temporibus debeatur †, ad naturã & formã prouentuum ap

† Aliàs ita, fratres & aſſiſtentes, &c.

† Aliàs, habeant.

aptum eſſe perpetuum, videtur valere. Vnde dixit, ꝙ ſi legatur hoſpitali ſanctæ Mariæ domus itaq; ſingulis annis teneatur dare Prædicatoribus annuatim decem ſolidos, iſtud legatum non valet: ſed ſi limitetur vſque ad decem annos, videtur valere. arg. opt. ff. quando dies leg. ced. ſi cum præfinitione. hæc tamen lex non videtur facere: ibi enim dicitur quòd legatum annuum cum præfinitione temporis, puta x. an. ſi eſt relictum cauſa alimentorum, intelliguntur plura legata: ſi ex alia cauſa, intelligitur eſſe vnum legatum, & primo caſu legatarius decedens non tranſmittit legatum ſequẽtium annorum ad hæredem. ſecundo caſu ſic: illa tamen lex melius faceret ſi relinqueretur ꝙ daretur certis fratrib⁹: quia tunc eorum obitu extingueretur legatũ. Ipſe autem Frideri. in conſ. 112. ſuper hoc ponit duo conſilia: & tãdem concludit diſtinguendo, quòd aut redditus annuus relinquitur ad certum vſum diuini cultus, puta vinũ pro ſacrificio, frumentum pro hoſtijs, & conuentus eſt capax. arg. de exceſ. præla. nimis 1. in fi. de teſta. ca. fin. de ſepul. Clemen. dudum. §. verum. vbi dicit de relictis fratrib⁹ ad certos vſus quartam deberi & ſic præſupponit relinqui poſſe pro hoc: quia per hoc nõ tollitur mẽdicitas fratrũ: aut redditus deputãtur victui, vel veſtitui, vel indiſtinctè relinquitur, & aut ad modicum tempus, & conuentus eſt capax: quia videtur vnum eſſe legatum, cuius ſumma eſt diuiſa quo ad ſolutionẽ: nec per hoc tollitur mendicitas, ſed ſubleuatur: aut relinquitur ad tempus non modicum, & non valet, quia tunc computatur inter immobilia, vt hic: quæ diſtinctio eſt æqua. & dic non modicum tempus eſſe decennium, vel vltra. not. de rebus eccle. non alie. clemen. 1. in glo. fi. & bene facit illa cle. ad prædicta: quia ibi locatio reddituum ad modicum tempus non prohibetur tamquam alienatio.

a ¶*Amplius.*] prouidet de tertio.

b ¶*Euitandum.*] 1. ad Theſſal. 5. de vi. & hone. cler. cum ab omni.

c ¶*Tamquam ſuum.*] id eſt temporale. ad Phili. 2. de cenſi. cum Apoſtolus.

d ¶*Foris.*] 1. ad Timoth. 3. de ſacra vnc. c. vnico. ver. ad exhibendum. & dic foris, id eſt, infidelibus. vel id eſt, non tantùm domeſticis, ſed etiam alienis, ſecundum Hieronymum.

e ¶*Proximorum.*] 1. ad Corinth. 8. de renuntiatione. niſi. §. pro graui. de noui ope. nun. cum ex iniuncto. Nota quòd fratres non debent ſe curijs immiſcere. & hoc nõ eſt in fratribus minoribus ſpeciale, ſed locum habet in omnibus monachis. de ſtatu monac. clemen. ne in agro. §. qui verò.

f *Verumetiam.*] prouidet de quarto.

g ¶*Dixit.*] eod. tit. exijt. §. cæterùm. ad idem ſ. §. porrò. Nota quòd fratres non poſſunt eſſe executores vltimarum voluntatum, ſed poſſunt ſuper eis exequendis dare conſilium, quod dic vt in ſeq. q. Quæro, an hæc prohibitio, ne fratres ſint executores vltimarum voluntatum indiſtinctè procedat? Sol. Bartholus in Minorica diſtinguit: inter cætera dicit, quòd certo caſu valet: vt ſi quis requirit quòd x. floren. expendantur in x. pauperes, qui eligantur per talem fratrem Minorem, quia nullum litigium habebit fieri, nec ipſe frater habebit adminiſtrare pecuniam, ſed ſolùm eligere: & ſic ceſſant rationes de quibus hic. Item nec hoc habet ſpeciem mali, imo ſi fideliter fiat, meritorium eſt: nam etiã ipſi fratres, qui audiunt confeſſiones, melius cognoſcunt pauperes verecundos, quã alij. Dic indiſtinctè ſtãdum literæ, quæ generaliter prohibet, ne ſuſcipiant executionem. arg. diſt. 19. ſi Romanorum. de maio. & obed. ſolitæ. & ſic tollitur diſtinctio Bart. & in quibuſdam alijs, in quibus limitat hanc literã. Itẽ quia electio eſt pars executionis: quia nec iſta fuit ſola ratio prohibẽdi ne ſint executores, vt non ſint in iudicio, vel ne contrectent pecuniam, ſed etiam ſubeſt ratio generalis, ne auocentur à ſpiritualibus laboribus, quibus quotidie debent occupari. j. §. prox. Itẽ poſſet neri fraus, quia frater eligeret aliquos, cum quibus participaret: facilè namque in talibus fraudes cõfinguntur: nam nec poteſt negari quin electio ſit pars executionis, vt nunc dixi: & indiſtinctè hic ꝓhibetur ne ſint executores: vnde etiam ſi ratio prohibitionis ceſſaret, ſtaret prohibitio: ſufficit enim quòd hoc aliquando contingere poteſt. pro hoc litera ibi, cum hęc ſępius abſq; litigio & cõtrectatione, &c. & ſic ẽt ſi hoc nõ accidat, locũ habet prohibitio.

h ¶*Licet.*] prouidet de quinto.

i ¶*Declarauit.*] dicto cap. exijt. §. ad hæc. Nota quòd oratio & ſtudium ſunt labores ſpirituales. & quomodo conueniunt religioni, dixi de reg. ſanc. quæſtione. 5. & 6. & de oratione. ſupra de reliquijs. clemen. ſi dominum. ver. ideoque. in gloſſa de oratione. Secundò nota, ꝙ etiam religioſis licitum eſt ſpatiari: dum tamen honeſtè & per aream, vel ortum. & hoc propter recreationem ſui à laboribus ſtudij, vel orationis: quod facit contra eos qui ſine modeſtia immorantur ſtudio, vel orationi: vnde accidit, quòd ſæpe incurrunt graues ægritudines, & quandoque etiam mentis alienationem, quod eſt cauendum; nam in omnibus debet ſeruari modus, vt cum diſcretione fiant. de offic. cuſt. capitulo vnico. Terentius in Andria: Id arbitror in vita apprimè eſſe vtile, vt ne quid nimis. Tertiò nota, quod non licet fratribus habere hortos, vt inde naſcentia pretio diſtrahantur: quia hoc appropinquat ad naturam prouentuum, vt in litera. & de hoc ſeq. contrario.

Oppono ad hoc quòd iſtud non appropinquet ad naturã prouentuum, imo ſint prouentus: nam fructus generali vocabulo dicuntur redditus, ſeu prouentus. ff. de annu. leg. libertæ. in princip. C. de dona. ſi quis argentum. §. 1. & redditus ſeu prouentus, quod dixi de deci. paſtoralis. quæſt. 3. & 4. tamen vt ibi dixi, & probant iura alleg. hæc accipiuntur promiſcuè: potuit enim hæc litera habere reſpectum, quia ſupra §. cumque annui. prohibiti ſunt fratribus annui redditus

qui tunc videntur dicē di annui quando ſunt certi & conſtituti; qđ non ſic eſt in fructibus horti, qui nō ſunt certi, Item non ſemper venduntur: propterea dicit quòd habere tales fructus vt pretium ſuis temporibus habeatur, appropinquat ad naturam prouentuum quia non eſt propriè prouentus.

a ¶*Rurſus*,] prouide de ſexto.

b ¶*Paſcit.*] Matthęi 6. Lucæ 12. Not. arti. à veriſimili. ſ. §. deinde. vbi dixi in 2. not. Secūdò, not quòd timor leuis non excuſat. quod metus cauſa. cum dilectus. Tertiò, not. argumen. ab experientia, de electio. quam ſit. vbi de hoc in gloſſa tertia, lib. ſexto. Quartò, nota quòd ex præteritis pręſumitur circa futura. de præſump. ſcribam. quandoque ęconuerſo ſ. §. cum verò, vbi dixi. Quintò nota, quòd nō repugnat mendicanti conſeruare victualia, quando timetur quòd aliquo modo haberi non poterunt. Sextò not. differentiam inter conſilium & aſſenſum de hoc de elec. cum in veteri. de arbit. cum olim. & in regula, nullus ex conſilio, libro ſexto. ſeptimò nota, quòd quandoque ſpecialiter oneratur conſcientia commiſſarij ſ. §. vtilitatem. vbi dixi in 3. notabili.

† Aliàs, laxare.

† Aliàs, obſeruatiōes.

c ¶*Hinc eſt.*] prouidet de ſeptimo. Nota ꝙ fratres fundati ſunt in ſumma paupertate, & humilitate. & de paupertate ſ. §. cæterùm. vbi in 1. not. dixi. & §. proinde. in 1. q. de humilitate. de maior. & obed. humilis. Secundò nota, quòd non debent habere eccleſias, vel alia ædificia exceſſiua: hæc tamen nō ſeruantur. et mirum eſt ꝙ auctor hoc adiecit, cui vſque tunc debuit conſtare, quòd in multis locis habent excellentiores eccleſias, quàm ſint cathedrales, & Papa ſcit, & tolerat. Tertiò, not. ꝙ ex actibus illicitis præſumitur de mente cōtaminata. de præſump. c. 1. ſic enim dicit ꝙ ex ędificijs immoderatis pręſumitẽ cō tra humilitatẽ, & ꝓmiſſam paupertatẽ fratrũ.

propinquet. Rurſus[a] cum prædictus ſanctus, tam in exemplis vitæ, quàm verbis regulæ oſtenderit ſe velle, quòd fratres ſui & filij diuinę prouidētiæ innitentes, ſuos in Deum iacerēt cogitatus, qui volucres cæli paſcit[b], quæ non congregant in horrea, nec ſeminant, nec metunt: non eſt veriſimile voluiſſe ipſum eos habere granaria, vel cellaria, vbi quotidianis mendicationibus deberent ſperare poſſe tranſigere vitam ſuam. Et idcirco nō ex timore leui relaxare † ſe debent ad congregationes, & cō ſeruationes † huiuſmodi faciendas: ſed tunc tantùm, cū eſſet multum credibile ex iam expertis, quòd non poſſent vitæ neceſſaria aliter inuenire. Hoc autem miniſtrorum & cuſtodum ſimul, & ſeparatim in ſuis adminiſtrationibus, & cuſtodijs (cum guardiani, & duorum de conuentu loci diſcretorum ſacerdotum & antiquorum in ordine fratrum conſilio & aſſenſu) duximus iudicio relinquendum, eorum ſuper hoc ſpecialiter conſcientias onerantes. Hinc eſt[c] etiā quòd cum vir ſanctus fratres ſuos in paupertate ſumma, ac humilitate fundare voluerit, quo ad affectum pariter & effectum, ſicut ferè regula tota clamat: conuenit ipſis, quòd nullomodo deinceps fieri faciant, vel fieri ſuſtineant eccleſias, vel alia quæcunque ædificia, quæ (conſiderato fratrum inhabitantium numero) exceſſiua in multitudine, & magnitudine, debeant reputari. Ideoque volumus, quòd vbique in ſuo ordine deinceps temperatis & humilibus ædificijs ſint contenti, ne huic tantæ paupertati promiſſæ, quod patet oculis, contrarium foris clamet. Quamuis[d] etiam paramenta & vaſa eccleſiaſtica ad honorem diuini nominis ordinentur, propter quem omnia fecit ipſe Deus: tamen qui abſconditorum eſt cognitor, ad animum ſibi miniſtrātium reſpicit principaliter non ad manum: nec per illas ſibi vult ſeruiri, quę ſuorum ſeruitorū conditioni & ſtatui diſſonarēt propter quòd ſufficere debent eis vaſa, & paramenta eccleſiaſtica decentia, in numero & in magnitudine ſufficientia competenter. Superfluitas autem, aut nimia pretioſitas, vel quæcunque curioſitas in his, ſeu alijs quibuſcunque, non poteſt ipſorum profeſſioni, vel ſtatui conuenire, cum enim hæc ſapiāt theſaurizationem, ſeu copiam, paupertati tantæ quo ad humanum iudiciū derogāt manifeſtè: Quapropter præmiſſa ſeruari à fratribus volumus & mandamus. Circa[e] equorum verò, & armorum oblationes, illud decernimus in omnibus & per omnia obſeruandum †, quod per declarationem prædictam[f] in pecuniarijs noſcitur eleemoſynis diffinitum. ¶Ex præmiſsis[g] autem ſuccreuit non parum ſcrupuloſa quæſtio inter fratres: videlicet, vtrum ex ſuæ profeſſione regulę obligentur ad arctum & tenuem, ſiue pauperem vſum rerum: Quibuſdam ex ipſis credentibus & dicentibus, quòd ſicut quo ad dominium rerum habent ex voto abdicationem arctiſſimam, ita ipſis quo ad vſum arctitudo maxima, & exilitas eſt indicta: Alijs in contrarium aſſerentibus, quòd ex profeſſione ſua ad nullum vſum pauperem, qui non exprimatur in regula, obligantur, licet teneantur ad vſum moderatum temperantiæ, ſicut & magis ex condecenti quàm cæteri Chriſtiani. Volentes itaque conſcientiarum prædictorum fratrum prouidere quieti, & his altercationibus finem dare, declarando dicimus, quòd fratres minores ex profeſſione ſuæ regulæ ſpecialiter obligantur ad arctos vſus, ſeu pauperes, qui in ipſorum regula continentur: & eo obligationis modo, ſub quo continet, ſeu ponit regula dictos vſus.

¶Dicere[h] autem, ſicut aliqui aſſerere perhibētur, quòd hęreticum ſit, tenere vſum pauperem includi, vel non includi ſub voto Euangelicæ paupertatis, præſumptuoſum, & temerarium iudicamus.

¶Demum[i] quia ex eo quòd dicta regula per quos, & vbi fieri debeat miniſtri Generalis electio tradens, nullam facit de miniſtrorum prouincialium electione, vel inſtitutione penitus mentionem, oriri ſuper hoc poterat dubitatio inter fratres: Nos volentes poſſe ipſos clarè, ac ſecurè procedere in omnibus factis ſuis

† Aliàs, ſeruandum.

d ¶*Quamuis*,] prouidet de octauo. Nota quòd Deus fecit omnia ad honorem ſui ordinis. Pro. 16. Vniuerſa propter ſemetipſum operatus eſt Dominus: & dic propter ſe, id eſt, propter ſuam bonitatē, vt ea fruamur. de hoc per Thomam parte 1. quæſtione. 45. art. 2. Secundò nota, quòd ſolus Deus eſt cognitor abſconditorum. 32. diſtin. erubeſcant. de iudi. nouit. de ſenten. excom. à nobis 2. quamquam enim hic non dicat quòd ſolus Deus, tamen illa iura hęc ſupplēt. Item ſatis dicitur hic cum hoc tamquam proprium ſibi attribuatur. Tertiò nota quòd ſuperfluitas etiam reꝓbatur in rebus ad cultū diuinum deputatis: & ratio redditur in litera. & pro, quia debet in omnibus ſeruari modus. quod dixi ſ. §. licet. in 2. nota. Quartò nota, quòd curioſitas reprobatur. de renunt. cap. 1. li. 6. Quintò nota, quòd curandum eſt etiam ꝑ religioſos ne humano iudicio damnentur. ſ. §. cæterùm.

e ¶*Circa*.] prouidet de nono.

f ¶*Prædictam.*] ſupra §. porrò.

g ¶*Ex præmiſsis.*] ſoluit dubium oriens ex prædictis de paupertate, & refert duas opiniones, & ſecundam approbat.

h ¶*Dicere*.] remouet quendam errorem: quidam enim dicebant, ꝙ hæreticum erat dicere, ꝙ vſus pauper, id eſt, abdicatio paupertatis includatur, vel non includatur ſub voto Euāgelicæ paupertatis. Et videntur iſti velle, quod ad votum Euangelicæ paupertatis nihil pertinet dicere ꝙ Redēptor & Apoſtoli habuerunt bona tantū in vſu, hoc autem aſſerere dicit temerarium, & præſumptuoſum: & ſic videtur fauere illis qui dicunt, ꝙ vſus pauper includitur ſub voto Euangelicæ paupertatis: tamē hoc non affirmat: & hodie ſtandum eſt extrauaganti, cum inter nonnullos. de qua dixi ſuprà §. proinde. quęſtione 1. poſt principium.

i *Demū.*] hic đ electiōe, vel iſtitutione miniſtri

Prouincia

Declaramus, ſtatuimus etiam & ordinamus in hac conſtitutione in ppetuum valitura, vt cum alicui prouinciæ de miniſtro fuerit prouidendum, ipſius miniſtri electio † penes capitulum prouinciale reſideat, quam idem capitulum die ſequenti, qua fuerit congregatum, facere teneatur. Ipſius autem electionis confirmatio ad miniſtrum pertineat generalem. Et ſi quidem ad electionem huiuſmodi per formam ſcrutinij procedatur (votis in diuerſa diuiſis) electiones plures in diſcordia celebrari contingat, illa quæ à maiori parte capituli numero (nulla zeli, vel meriti collatione, aut conſideratione habita) fuerit celebrata, exceptione, ſeu contradictione quacunque alterius partis non obſtante, per dictum generalem miniſtrum de conſilio diſcretorum de ordine, (prius tamen ex officio, prout ſpectat ad ipſum, diligēti examinatione præmiſſa) confirmetur, vel etiam infirmetur, prout eis ſecundùm Deum viſum fuerit expedire: Et ſi fuerit infirmata, ad capitulum prouinciale electio huiuſmodi reuertatur. ¶ Cæterùm ſi capitulum memoratum die prædicta miniſtrum eligere ptermittat: extunc miniſtri prouincialis prouiſio ad generalem miniſtrum liberè deuoluatur. Verùm [a] ſi miniſtro prædicto & capitulo generalibus ex certa, manifeſta, ac rationabili cauſa videretur aliquando in prouincijs vltramarinis Hyberniæ, Græciæ, ſeu Romæ, in quib. hactenus alius prouidendi modus dicitur ex cauſa certa & rationabili fuiſſe ſeruatus, expedire miniſtrū prouincialem per miniſtrum generalem, cum proborum ordinis cōſilio potius quàm per capituli prædicti electionem pręfici in prouincijs Hybernię etiam vltramarinis irrefragabiliter: In Romana verò vel Gręcia quando miniſter dictę prouinciæ moreretur, vel abſolueretur citra mare: illa vice ſeruetur abſque dolo, partialitate & fraude (ſuper quo eorum conſcientias oneramus) quod ſuper hoc dictus miniſter cum dictorum proborum conſilio duxerit ordinandum. ¶ In deſtitutione [b] verò dictorum miniſtrorum prouincialium ſeruari volumus, quod ſuper hoc hactenus de ipſo ordine extiterit obſeruatum. ¶ Cęterùm [c] ſi contingeret eoſdem miniſtro generali carere, per vicarium ordinis fiat ſuper hoc, quod faciendum fuerit per eundem miniſtrum vſquequò prouiſum fuerit de generali miniſtro. ¶ Porrò [d] ſi quid de huiuſmodi miniſtro prouinciali ſecus attentari fortè

Prouincialis. Et primò determinat generaliter quo ad totum ordinem: ſecundò, ſpecialem modum tradit quo ad prouincias vltramarinas Hyberniæ, & Græciæ, in §. verùm. Prima ſubdiuiditur, quia primò determinat ꝙ electio fiat per capitulum prouinciale: & quòd fiat die ſequenti poſtquam fuerit congregatum. ſecūdò: ibi, *Ipſius*. ꝙ confirmatio ſpectet ad Generalem. tertio: ibi, *Et ſi quidem*. ꝙ ſi plures eligerentur in diſcordia, cō firmetur electus à maiori parte numero, omiſſa collatione, & reiectis exceptionib. quarto: ibi, *Et ſi fuerit*. ꝙ ſi electio fuerit infirmata, redeat ad capitulū. quintò: ibi, *Cæterùm*. ꝙ ſi capitulum prædicta die non elegerit, deuoluatur ad Generalem. Nota differentiam inter hæc verba: declaramus, ſtatuimus, & ordinamus, pro hoc quod not. de iudic. decernimus. videtur tamen ꝙ verbum, ordinamus, idem importet ꝙ ſtatuimus: & ſic quòd nouum ius inducat: ſimile quod not. de verbo, volumus. de offic. vica. clem. vnica. in glo. fin. Secundò, not. ꝙ in electione miniſtri Prouincialis non habet locū tempus Laterañ. concilij. de conceſ. præben. c. 2. hic tamen non diſponit de congregatione concilij, ſed debet intelligi ꝙ fiant prout cō ſtitutum fuerit in capitulo ante celebrato. Itē ex hac cauſa quandoque congregatur, & ſolùm poſt congregationem currit tempus, quod hic breuiſſimum conſtituitur, ſcilicet diei: nec timeri poteſt quòd differatur capituli congregatio: quia ſuper hoc prouidet Generalis, vel vicarius ordinis: de quo intrà. §. cæterùm. Tertiò not. caſum ſingularem, in quo confirmatur electio celebrata à minori parte capituli: dummodo ſit facta à maiori parte partium comparatione minorum: cuius contrarium aliàs eſt de iure. de elect. eccleſia 1. Quartò nota alium caſum ſingularem, in quo in electione omittitur collatio zeli, & meriti. Simile in electione abbatiſſæ, quæ fit per moniales. de elect. indemnitatibus. §. vt autem. libro 6. Quintò nota, quòd in confirmatione Miniſtri prouincialis non proceditur iudicialiter: quia vt dicitur hic, non admittuntur exceptiones partis alterius, quæ tamen in alijs confirmationibsu admittuntur. de elect/ion. cap. fin. lib. 6. Simile in electione abbatiſſæ facta à duabus partibus monialium, quę etiam confirmatur non obſtante contradictione partis alterius, dicto cap. indemnitatibus. §. ſanè. quamquam autem glo. ibi dicat, ꝙ admittetur exceptio quæ votum eligentis reddat nullum, tamen hic videtur quòd ſufficiat, ꝙ ſit facta à maiori parte numero, & ſic attenduntur voces facti, ſicut fit, de elect. s̃. cle. quod circa. Sextò no. caſum, in quo infirmata electione indiſtinctè reuertitur ius eligendi ad eligentes: nec diſtinguitur an elegerint indignum ſcienter, vel ignoranter: cum tamen aliàs ſi elegerunt indignum ſcienter, non ad eos, ſed ad ſuperiorem deuoluatur. de elect. cum in cunctis. in fin. & ca. bonæ 1. & c. quamquam. lib. 6.

† De modo electionis faciendæ, vide nouiſſimè ſancita in concilio Trident. ſeſſio. 25. titu. de Regularib. & Monialib. c. 6.

a ¶ *Verùm.*] hic de modo creandi miniſtrum prouincialem in prouincijs vltramarinis Hyberniæ, & Græciæ: & permittit miniſtro generali quòd ſi ei & capitulo generali videbitur, poſſit ipſe cum proborum ordinis conſilio præficere Miniſtrum in prouincijs Hyberniæ & vltramarina: in Romana verò ſeu Græcia hoc idem poſſit quando miniſter illius prouinciæ moritur, vel abſoluitur citra mare. Nota caſum in quo electio miniſtri prouincialis non ſpectat ad capitulum prouinciale: ſic etiam electio abbatis, quandoque non liberè ſpectat ad conuentum de conſue. cum dilectus. Secundò not. in fin. quòd quandoque oneratur ſpecialiter conſcientia commiſſarij. s̃. §. rurſus. vbi dixi in 7. notabili.

b ¶ *In deſtitutione.*] hic de deſtitutione miniſtrorum Prouincialium.

c ¶ *Cæterùm.*] hic determinat, quòd fratribus carentibus miniſtro generali, ſuppleat vicarius ordinis vices eius. Quęro per quem creabitur iſte vicarius? Solu. videtur quòd per Papā ex quo alius modus non traditur. fratres autem Prædicatores dicuntur obſeruare, quòd miniſter illius prouinciæ, in qua occurrit celebrandum generale capitulum poſt obitum ſui magiſtri generalis, vicarius eſt ordinis vſq; ad tp̃s capituli: & ſimiliter fratres minores habent conſtitutionem generalem, quòd generali mortuo, miniſter prouincię vbi occurrit celebrandum generale capitulum, poteſtatem habet ſuper alios in capitulo, quo ad ea quæ ſpectant ad expeditionem capituli: & ex hoc quia ſolùm habet poteſtatem in his quæ ſpectant ad capitulum, patet quòd in alijs. argumen. de præſumpt. nonne. & quòd mortuo generali non debeant, fratres aliquem vicarium ordinis facere ſine licentia Papæ, & protectoris ordinis, qui eſt. Contrarium determinat Nicolaus Papa, vt patet in eius literis, quarum copiam vide inter conſtitutiones fratrum.

Electione caſſata qñque indiſtinctè ius ad eligentes reuertitur.

d ¶ *Porrò.*] apponit decretum in his, quæ de miniſtro prouinciali dicta ſunt ſupra. §. demum. & duobus ſequen. Not. de clauſula decreti. ſimile de reſcrip. ſtatutum. in fin. libro 6. & pro hoc quod not. ſuprà de immu. eccle. clemen. vnica. in 6. notab. & 1. contrario. Cardinalis de Zabarella.

SÆpè contingit.] CASVS. Ponamus quòd Romanus Pontifex alicui iudici commiſit aliquam cauſam, & eidem mandauit, quòd in eadem cauſa procedat de plano, ſummariè, ſine ſtrepitu, & ſine figura, id eſt, ſine aliqua forma iudicij: quæritur quid ſignificant iſta verba ꝙ procedat de plano, ſummariè, &c. Vel ſic: Ponamus quòd tales cauſæ ſint examinandæ ſimpliciter, & de plano, ſummariè, & ſine ſtrepitu iudicij: Quæro quid important talia verba, de plano, &c. Reſpondet Clemens, quòd talia verba hoc volunt: Nam iudex debet procedere in illa cauſa, & debet dimittere plures ſolemnitates: Primò enim videtur eſſe remiſſa & dimiſſa illa ſolemnitas, quæ fit in iudicio: videlicet oblatio libelli: quia ſufficit quòd in tali cauſa, in qua Pa-

contigerit, illud ipſo facto ſit irritum & inane. Nulli igitur omnino hominum liceat hanc paginam noſtrarum declarationum, dictorum, commiſſionis, reſponſionis, prohibitionis, ordinationis, mandati, conſtitutionum, iudicationum, & voluntatum infringere, vel ei auſu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

pa mandat vt iudex procedat ſummariè & de plano, vt actor faciat demandam ſeu petitionem ſuam verbo, & quòd graphарius illam redigat apud acta curię: Item per dicta verba videtur eſſe remiſſa litis conteſtatio: Item per dicta verba dictus iudex accipit facultatem procedendi in cauſa tempore meſſium & vindemiarum, quod in alijs cauſis facere non poteſt propter ferias: Item per huiuſmodi verba iudex qui cognoſcit, accipit facultatem amputãdi dilationes: nam ipſe nullas debet dare dilationes: Item recipit facultatem, vt poſſit repellere dictas dilationes, ſeu prolongationes, & exceptiones, & appellationes: Item aduocatorum & procuratorum iurgia, ſeu contentiones poteſt repellere. Item poteſt repellere multitudinem teſtium. Et ſum in verſiculo. *Non ſic tamen iudex*. Et quęritur, vtrum iudex poſſit procedere reo non citato: Et reſpondet Clemens quòd non. Item dicit Romanus Pontifex, quòd per talem facultatem datam iudici, videlicet quòd procedat ſummariè & de plano: non videntur eſſe remiſſa iuramenta de calumnia, niſi expreſsè remitteret. Et ſum in verſicu. *Verùm quia*. quod declarat principium capit. dicimus, quòd actor poteſt in cauſa ſine libello procedere, quæro quomodo debeat illud intelligi: & quomodo ſciet iudex quid vult habere actor, niſi ipſe actor proponat libellum ſuum? Reſpondet Clemens quòd iſta demanda, ſeu petitio actoris debet dari ſiue verbo ſiue in ſcriptis. Videatis ergo textum, & melius dicetis omnia: quoniam dummodo proponat ſuam demandam verbo, ſufficit: & hoc modo quòd grapharius redigat dictam demandam, ſeu petitionem in actis eſſe prolatam verbo, & ſicut ipſe illam profert & pronuntiat. Hæc dicit H. R. doctor egregius. Nota in verbo, *Significatione*. iuncta gloſſa in hoc quòd decretales debent congruere titulis, ſ. in procemio Grego. & in proœ. Sexti, & in verſicu. *Tandem*. Nota differentiam inter conſtitutionem, & ſanctionem. de hoc in glo. non dicit.

¶ *Gl. prima primò decretalem commendat dicens illam ſummè neceſſariam. ſecundò dicit quid & quas opiniones determinat. tertiò diuidit ſummando. quartò aliter ſummat recitando.*

Res optima ſui natura ſatis ornatur.

* ¶ *Sæpe contingit.*] Quoniam ſecundùm Quintilianum lib. 7. de oratoria inſtitutione, Optimarum rerum inuentio, & ſi lenocinijs verborum deſtituta ſit, ipſa tamen ſui natura ſatis ornatur. cui bene conuenit. ff. de in integ. reſti. l. 1. in princip. hanc conſtitutionem verborum blanditijs nõ egentem, gloſſandam aggredior: de cuius cauſa impulſiua pars fui. Ex quo enim ſciui mandaſſe concilium Viennẽ. ſ. de iudi. diſpendioſam. exiſtimans non tantùm vtile ſed ſummè neceſſarium, verba de quibus hic loquimur declarari, dominos ac peritos curiæ ſollicitaui ſæpius pro conſtitutione declaratoria procuranda, quæ deſiderata ſe nunc exhibet. Et in ſumma determinat & declarat quid ſignificent hæc verba inſerta in iudicialibus commiſſionibus, quæ fiunt à principe, vel à iure, ſcilicet quòd procedatur ſimpliciter, & de plano, & ſine ſtrepitu & figura iudicij. Determinat autem notata per Innoc. & Hoſtien. de accuſ. olim. de ſtatu. regul. ea quæ. per Aegid. de iudicijs. nouit. in fin. per Gul in Specu. de inquiſi. §. nunc tractemus. verſicu. quid igitur. & per Archidiac. de electiõ. indemnitatibus. §. ſi verò. lib. 6. & per Ioan. Monach. & per me, eod. lib. de hæret. cap. fin. Et ſunt 4. partes. In prima ponitur quæſtio. In ſecunda ſolutio: ibi, *Nos autem.* In tertia prorogatio: ibi, *Quæ omnia.* In quarta quædam inſtruens proteſtatio: ibi, *Si tamen.* Secunda pars in qua ponitur ſolutio ſubdiuiditur: quia primò ponit nouem ſpecialia, vel vndecim ſi diuidatur octauum in tria, quę poteſt iudex ſic datus. ſecundò: ibi, *Non ſic.* ponit quintum, vel ſeptimum diuidendo quartum in tria per formam huius non excluſa. tertiò: ibi, *Et quia.* ponit ſex, quæ talis iudex poteſt, quatuor interſerens quę non poteſt. Si igitur non contentat ſummariè quod poſui: quia non eſt recitare ſummando, ſic recites diuidendo prohibita à permiſſis, vt

Diuiſio & ſubdiuiſio textus.

¶ Idem [Clemens † quintus.]

† Illa duo verba: Clemens quintus, abſunt à vetuſtioribus codicibus.

¶ *Determinat & declarat quid ſignificent hæc verba inſerta in iudicialibus commiſſionibus, quę fiunt à principe, vel à iure, ſcilicet quòd procedatur ſimpliciter & de plano & ſine ſtrepitu & figura iudicij. Ioan. And.*

CAP. II.

Sæpè contingit, * quòd cauſas [a] committimus, & in earum aliquibus ſimpliciter, [b] & de plano, ac ſine ſtrepitu, & figura [c] iudicij, procedi manda-

melius apprehendas. Iudex qui datus eſt ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu & figura iudicij, procedere poteſt ſine libello, litis conteſtatione, & ferijs inductis fauore hominum, amputat dilationes, abbreuiat lites, repellit fruſtratorias exceptiones, & appellationes, refrænat iurgia partium, & multitudinem teſtium: dat ſimul terminum ad ponendum & articulandum primo, ſecundo ad producenda omnia acta & munimenta cauſæ: interrogat partes vbi ſuadet ęquitas: non citat peremptoriè ad ſententiam, quam profert ſtans vel ſedens ẽt concluſione non facta. Citare tamen tenetur & recipere petitionem in ſcriptis, vel verbotenus, tunc ſcribendam in actis. Item iuramenta calumniæ, veritatis, vel malitiæ, probationes neceſſarias, & defenſiones legitimas, & facta remiſſione pro teſtibus producendis debet tunc inſtrumenta recipere: tenetur partes ad ſententiam citare, quam tenetur in ſcriptis ferre, etiam ſecundùm acta cauſæ. hoc dicit.

Declaratio textualis.

¶ *Gloſſa ſecunda dat concor. & dicit cur conſtitutum.*

* ¶ *Sæpe contingit.*] concor. de reſti. ſpol. ſæpe. de appella. ſæpe. ex quo verò id ſæpe accidebat, per conſtitutionem fuit ꝓuidendum, quæ tamen interdum etiam prouidet de raro contingentibus. de hoc de deſponſ. impub. literas. in 3. gl.

a ¶ *Cauſas.*] de negotijs extraiudicialibus ſic commiſſis non erat dubium. de accuſ ſicut olim.

b ¶ *Simpliciter.*] quaſi ſine plica, vel inuolutione. facit de ſum. tri. firmiter. in prin. ff. de leg. 2. codicillis. §. inſtituto.

Simpliciter vnde dicit.

¶ *Glo. ſeq. not. ad quæſtionem quam ſpecificat ponendo ſex alias ſpecies, & eam dubiè ſoluit, declarationem poſcens, ſecundò quærit quid ſi vnica, vel nulla ſit, vel ponantur hęc diſiunctim, & omnia ſoluit.*

c ¶ *Et figura.*] Notandum eſt, quòd ad hæc quatuor verba triplex inſeritur copula, per quod videtur ſolui quod quæritur, an ſi aliquod iſtorum verborum deſit in forma commiſſionis, locus ſit huic conſtitutioni. vnde aduertendum eſt, ꝙ quandoque in commiſſione ponitur ſolum verbum, de plano. ſupra de iudic. nouit. ad fin. de ſponſ. cum in tua. concord. ff. de offic. proconſ. nec quicquam. §. de plano. ff. de accuſ. leuia. & de adult. l. miles. §. ſexaginta. ff. de quæſt. vnius. in fi. quis ordo in bon. poſſeſ. ſer. l. 2. Quandoque ponuntur ſimpliciter, & de plano. de accu. ſicut olim. Quandoque abſque ſtrepitu. de ſtatu monach. ea quæ. §. quòd ſi. Quandoque de plano, & abſque ſtrepitu. de accuſ. olim. Quandoq; ſine ſtrepitu, & figura. de elect. indemnitatibus. §. ſi verò. lib. 6. Quandoque hęc quatuor coniunguntur, vt hic, & ſupra de iudic. c. diſpendioſam. Quandoque ad hoc additur verbum aduocatorum. de hæret. cap. fin. in prin. lib. 6. Quid ergo dicemus de his formis vbi iſta quatuor non coniunguntur? Satis videtur conſtitutionem totam, & quo ad omnem ſui partem tunc locum non habere propter has copulas repetitas. infra §. penult. & in capitu. diſpendioſam. ſupra de iudic. cum enim exorbitet à iure communi, habilitandum, vel dilatandum non eſt. de regul. iur. quæ à iure cum ſuis concord. lib. 6. dicebamus tamen olim principaliter per hoc vltimum verbum, figura, ſubſtantialia iudiciorum tolli, vt patet in glo. in princip. alleg. & dicam infra glo. eſt mens. & in gloſſa facit ad hoc. & forſan adhuc idem dicere non eſſet abſurdum, ſecundùm quòd etiam in caſu prædi. decre. indemnitatibus. §. ſi verò. locum haberet hæc conſtitutio ex vi verborum ſuorum, poſito quòd ille caſus non includeretur ſub prædicta conſtitutione, diſpendioſam. ſed certum eſt hodie, quòd illa conſtitutio includit caſum illius §. & ſic in illo non eſt dubium hanc conſtitutionem locum habere. In alijs ergo non incluſis remanet dubium, an aliquo ſuppreſſo habeat locum hæc conſtitutio. Si adhæſiſſem compilatoribus, procuraſſem declarari: quædam tamen ex infra dicendis alteri tantùm iſtorum verborum adaptari videntur, vt infra dicam. Sed quid ſi iſta quatuor ponantur ſine copulis, vt quia dicitur, ſimpliciter. de plano, ſine ſtrepitu, & figura? Dicas idem, quòd vltima copula in præcedentibus

Cauſa ſi cõmittat ſimpliciter ſolùm, vel ſimpliciter & de plano, an poſſit expediri ſine ordine iudiciario.

dentibus

dentibus repetita cenſetur.de appella. ſecundò requiris. facit ff. de hæret. Inſtit. cum in teſtamento. §. 1. Plus dico, quòd etſi nulla ſit copula, idem erit. facit ff. de verbor. ſignific. triplici modo. Et ſatis æquè videretur dicendum, quòd etiam ſi diſiunctæ ponantur, puta ſimpliciter, vel de plano, vel abſque iudicij ſtrepitu vel figura: idem ſit ſenſus, & locus erit conſtitutioni: cum ratio ſit eadem: & poneretur tunc diſiuncta pro coniuncta. C. eo. tit. l. penu. ff. eod. l. ſæpe. Non ſic ſi verba huius conſtitutionis prolata fuiſſent diſiunctiuè: quia tunc ſoluta eſſet quęſtio principalis: & eſſet ſenſus, quòd quodlibet prædictorum verborum haberet hunc effectum, quem ponit hic conſtitutio.

mus: [a] de quorum ſignificatione [b] verborum à multis contenditur, & qualiter procedi debeat, dubitatur. Nos autē dubitationem huiuſmodi (quantum nobis eſt poſſibile [c]) decidere cupientes, [d] hac in perpetuum [e] valitura conſtitutione [f] ſancimus, vt iudex, cui taliter cauſam committimus, neceſſariò [g] libellum nō exigat [h] litis conteſtationem [i]

a ¶ *Mandamus.*] quod alius non poſſet etiam legatus de latere, vt ſatis not. in præd. decret. fi. de hæret. lib. 6. Et Guliel. in Spec. tit. 2. §. ſupereſt. in 1. colum.

b ¶ *Significatione.*] in hoc reſpicit titulum.

c ¶ *Poſſibile.*] facit procemium harum conſtitutionum in princip. de elect. vt circa. lib. 6. ſæpe etenim per ſolutionem vnius dubitationis inducitur alia fortior. eod. titu. cum olim. vbi de hoc.

¶ *Gl. ſeq. oſtendit indigentiam nouæ conſtitutionis.*

d ¶ *Cupientes.*] ad eum enim promulgatorem talium iurium, vel reſcriptorum hoc ſpectabat. ſupra de ſenten. excommu. inter alia. cum ſuis concor. & ſine dubio ad hoc dubium tollendum gloſſæ non ſufficiebant, ſed neceſſaria erat conſtitutio, vt per inferiora patebit: quis enim gloſſando probare potuiſſet plus requiri iuramenta præſtari, vel ſententiam in ſcriptis ferri, quàm litem conteſtari? idem in ſimilibus.

e ¶ *In perpetuum valitura.*] ſuperfluit, quia intelligebatur, 50. diſt. cap. 1. ſed eſt modus loquendi, cui concord. de poſtulan. c. vnico. de elect. perpetuæ. lib. 6.

Quia hic pœna non adijcitur. Zabarel.

f ¶ *Conſtitutione ſancimus.*] non dicit, ſanctione ſtatuimus: quia potius eſt conſtitutio, quàm ſanctio 1. de quo vide 3. diſtin. in ſumma.

¶ ***Glo. ſeq. arguit in alijs cauſis libellum offerendum: de quo remittit ad glo. & ad Specu. ponit quinque opiniones, & ſuam ſolutionem, quam impugnat per hoc cap. & impugnationi reſpondet.***

Libellus an ſit de ſubſtātia iudiciorum.

g ¶ *Neceſſariò.*] datur per hoc intelligi quòd in alijs cauſis, quibus non proceditur ſimpliciter, &c. neceſſariò ſit libellus offerendus. de hoc notaui ſupra de libel. obla. capitu. 1. vbi Ber. Innocen. & Hoſtien. tenent libellum eſſe de ſubſtantia iudiciorum. inducunt prædict. decretal. & Authen. offeratur. 3. q. 3. & Innocen. inducit Authent. de temp. non ſolu. pecu. ſuper dote. §. conſtitutionem. colla. 7. Hoſtien. inducit Authen. de exhiben. & introd. re. §. illud. colla. 5. vbi dicit expreſſum. & reſpondet ad cap. ſi quis cum clerico. 11. q. 1. & ad decretal. prout. de dolo & contuma. & ibi not. pro hac opinione facit: quia Authen. dicit libellum offerendum: ſed offertur propriè non petenti. ff. de leg. 3. fideicommiſſa. §. ſi rem. de reſti. ſpol. literas. circa fin. de appell. interpoſita. in princip. Tancre. Vinc. & Phil. dicebant per prædi. cap. ſi quis. & prout. quòd de iure canonico libellus non erat de ſubſtantia. Guliel. de hoc tractabat nil approbans in Specu. de libe. concept. §. vtrum libellus. Accurſius in Authen. offeratur. C. de lit. conteſt. tenet quòd tacitè poſſet omitti; ſed in principio §. illud. alleg. §. ſeq. in Authen. de exhiben. & intro. re. tenet quòd etiam remitti expreſsè poſſit: vltra medium magnæ glo. Dominus meus in legibus dicebat, quòd ſi libellus petitur & offertur, bene proceditur: ſi nec petitur nec offertur, non tenet proceſſus: quia licet poſſet expreſsè remitti, ſecundùm eum. C. de epiſco. & cleri. Authen. generaliter. in fine. C. lib. 12. de priuileg. ſchol. l. quoties. in fi. non tamen tacitè: per præd. Authen. offeratur. & C. de ſenten. & interlo. l. prolatam. Si verò petitur & non offertur, non valet proceſſus, cum nulla remiſſio interuenerit. Si verò offertur, ſed non petitur nec recipitur oblatus, tunc valet proceſſus: tum quia fauore rei videtur inducta oblatio, & quilibet ſuo fauori renunciat. C. de pact. ſi quis in conſcribendo. & quia inuito non confertur beneficium, vt ff. de reg. iur. inuito. & quia ſecundùm eum expreſsè renuntiare videtur oblatum non recipiendo. Alij dicunt reum renuntiare poſſe, ne libellus tradatur in ſcriptis: & tunc remittitur tacitè, ſed ne vllo modo tradatur, renuntiari non poteſt tacitè vel expreſsè. argum. ff. communi diuid. vt fundus. ff. de pœnis. ſi præſes. Vnde dicere ſoleo in præd. capitu. 1. quòd petitio ſit de ſubſtantia: ſed ſi fiat in modum petitionis apud acta, non in modum libelli, & ſuper ea lis conteſtetur, credo tenere proceſſum: ſatis enim prouiſum eſt menti iuris, vt infra dicetur in ver. verum. parte verò petente neceſſe ſit in modum libelli petitionem offerri per iura primo allegata. Sed hæc opinio videtur hic reprobari: ſi enim ſpeciale eſt in his in quibus proceditur ſimpliciter & de plano, &c. quòd non eſt neceſſe libellum offerri, ſed ſufficit petitionem apud acta deſcribi, vt ſequitur: ergo in alijs ſufficit petitionem ſic ſcribi, ſed eſt neceſſe libellum offerri. Solu. per hanc decreta. ab opinione prædicta non recedo: Nam primò approbatur ea parte, qua dico de neceſſitate petitionem deſcribendam in actis: Si enim hoc in his, fortius in alijs. Ad oppoſitionem reſpondeo in his caſibus ſpeciale, quòd in his etiam parti petenti non eſt neceſſariò libellus offerendus: qui tamen petenti in alijs neceſſariò debet offerri. quod intelligo exceptis his caſibus, quibus ſine libello proceditur, quorum aliquos not. Hoſtien. in præd. decreta. prima. de libel. oblat. & Accurſius in gloſſ. præallega. in Authen. de exhiben. & introd. reis. ſed Guliel. plenius colligit in Specul. de libel. obla. §. nunc dicendum. Non tamen putes quòd in omni caſu quo non exigitur libellus, locus ſit huic conſtitutioni: quod per multa exempla ibi poſita videre potes: & ſatis eſt hoc expreſſum non eſſe.

Libellus debet offerri ſi petatur à parte, ſed ſi nō petatur, ſufficit qđ petitio in actis redigat.

¶ ***Gl. ſeq. oſtendit per verbum figura, iſta remiſſa: & ponit duas opiniones contrarias, & remittit.***

h ¶ *Non exigat.*] eſt mens literæ, quòd iudex neceſſariò non habet exigere, nec actor neceſſariò habet offerre: ſponte verò offerri poſſet & recipi, vt in fine. Iſtud autem & ſequens propriè ſunt de figura iudicij. Cum enim figura cuiuſque rei ſit ipſius apparens forma vel facies, in qua rei ſubſtantia fingitur. ff. de actio. & oblig. non figura. facit de celebra. Miſſ. cum Marthæ. ver. ex eo. & iudicium ſit actus trium perſonarum: iudicis, actoris, & rei. eo. titu. forus. C. de aſſer. tol. l. 1. in fin. ipſius forma, facies, & figura principaliter conſiſtit in his, ita quòd altero deficiente dī quaſi figura. C. de caduc. tol. l. vnica. §. ſimili modo. ibi enim quia non erant niſi duæ perſonæ: ſcilicet iudicis & domini ſerui nominantis illum filium, non erat propriè figura. Sublata igitur figura non videtur iudex aſtrictus ad aliquas formas, rimulas, vel figuras iudiciorum, niſi quantum hic exprimitur, & expreſſa plus reſpiciunt figuram facti, negotij, vel cauſæ, quàm iudicij, vt infra dicam. Dicunt etiam quidam libelli oblationem remitti per verbum, de plano. C. de naufra. l. de ſubmerſis nauibus. lib. 11. Alij contra. & de hoc ff. de accu. leuia. & de offic. proconſ. nec quicquam. §. vbi decretum. & in tractatu quem allegabo infra gl. 2.

¶ ***Glo. ſeq. quærit de deliberatoriis: dicit quid in aliis cauſis, arguens in his illas non dari. ſoluit contrarium trib. rationib.***

i ¶ *Litis conteſtationem.*] ſed cum petitio ſit in actis ſcribenda, vt infra verſi. verum. ſed lit. conteſt. non eſt facienda vt hic, quid erit de deliberatorijs: dabuntur ne aliquæ deliberatoriæ reo? In alijs iudicijs planum eſt deliberatorias eſſe de ſubſtantia, ſi petantur: vt no. 2. q. 1. in ſumma. & 3. q. 3. cum accuſatus. & patet in Auth. offeratur. ea. q. vnde dicunt Innoc. & Hoſt. de libel. obla. c. 1. vt ibi ſcripſi ſuper 1. gl. deliberatorias arctari poſſe, ſed non penitus denegari, licet tacitè & expreſsè poſſit illis renuntiari. alleg. ff. de fer. l. 1. C. de epiſco. & cleri. Auth. generaliter. & de hoc etiam de dilat. c. 1. & 2. ſed in his cauſis ex quo non eſt neceſſaria conteſtatio, non videtur neceſſaria deliberatio. Ad hoc facit, quia interdum in his quæ ſummariam cognitionem requirunt, ſimul petitur & iurat. ff. de eden. quædam. §. fi. Sed contra exigitur iuramentum calumniæ in his cauſis, vt ſequitur. Item poteſt reus conuenire, vt infra ver. verum. in deliberatorijs autem quomodo iurabit vel reconueniet? Item per hanc formam non tollitur iudicis recuſatio, cum exceptiones & defenſiones legitimæ reſeruentur, vt ſequitur. Item abſurdius eſſet hunc iudicem, ſi ſuſpectus eſt, recuſari non poſſe, quàm eum qui procedit in figura iudicij, cum iſte plus lædere poſſit: ſaltem igitur ſuper hoc deliberare permittatur, nec arctetur tam præcipiti feſtinatione iudicium ſuſcipere. ff. de adminiſt. tuto. tutor qui repertoriū. §. 1. in fi. ff. de iure fiſ. l. edicto. §. cum autem.

Deliberatoriæ an ſint reo dādę in cauſis ſummarijs.

a ¶ Non

a ¶*Non poſtulet.*] Scire debes quòd Ioannes Faſcioli Piſanus legum doctor compoſuit quendam tractatum de ſummaria cognitione,quem Guli. poſuit in Spec.1.parte de offi. iud. §. fi. vbi inter alia tractat, an in ſummarijs requiratur libellus,vel conteſtatio. de quo vide in prædi. §. ver.quinto.& ver. ſequenti.

non poſtulet, [a] tempore etiam feriarum [b] ob neceſſitates [c] hominum indultarum à iure, [d] procedere valeat: [e] amputet [f] dilationum materiam, litem quantum poterit [g] faciat breuiorem, exceptiones, [h] appellationes dilatorias [i] & fruſtratorias repellendo: partium aduocatorum, & procuratorum contentiones, & iurgia, [k] teſtiumque ſuperfluam multitudinem [l] refrænando. Non ſic tamen iudex litem abbreuiet, quin probationes neceſſariæ, [m] & defenſiones [n] legitimæ admittantur. Citationem [o] verò, ac præſtationem iuramenti de calumnia vel malitia, ſiue de veritate dicenda, ne veritas occultetur, per commiſſionem huiuſmodi intelligimus non excludi. [p] ¶ Verùm quia iuxta petitionis formam [q] pronuntiatio [r] ſequi debet, pro parte agentis, &

b ¶*Feriarum.*] iſtud forſan induceret ſolùm verbum, de plano: quaſi planè & in domo, non pro tribunali ſedendo id valeat expediri.facit ff.de fer.l.2.& l.miles. §. ſexaginta. ff. de adulte.

¶*Glo.ſeq. primò exemplificat: ponit differentiam: & à contrario queſtionem ſoluit. ſecundò quærit de repentinis, & ſoluit.*

Feriæ quotuplices ſunt, & quibus poſſunt litigantes renuntiare.

c ¶*Ob neceſſitates.*] ſicut eſt tempus vindemiarum & meſſium, quibus etiam ferijs partes renuntiare poſſunt. ſupra de fer.cap.fi.in fi. In hoc ergo differunt hæ cauſæ ab alijs: quia in his procedit iudex inuitis partibus, in alijs ſecus, in quibus præter appellationem ſententia eſſet nulla lata parte inuita vel abſente.ff.de fer.l.1. A contrario verò huius literæ patet, quòd ferijs introductis in honorem Dei vel Sanctorum procedere non poteſt talis iudex. per quòd videntur expedita quæ not. 15.q.4.in ſumma, per Guliel. in Specu. de fer. §. 2. ad fin. vt ſcilicet in cauſis matrimonialibus, beneficialibus,decimarum,& vſurarum non poſſit procedi ferijs indictis ob honorem Dei, ſed in ferijs ruſticis ſic, cum in illis procedatur ſimpliciter & de plano, &c. vt in decreta.diſpendioſam.§. ead. compil.de iudic. Sed quid dices de ferijs repentinis,quæ repentè indicuntur propter principis coronationem, victoriam proſperè geſtam,vel ſimilem cauſam. de quibus ff. ex quibus cauſis maio. ſed & ſi per prætorem.§. ſi feriæ.C.de dila. ſiue pars.C.de fer.l.1.in fi? Puto quòd in illis procedere non poteſt talis iudex: ad quod ſufficit in illis non eſſe permiſſum, maximè cum ab alio, quàm à principe indici non poſſint.C.de fer.à nullo. ergo prout ab eo ſunt indictæ,ſeruentur.Hoc maximè ſecundùm veram opinionem, quæ habet etiam talibus ferijs renuntiari non poſſe. de quo in Spec.de fer.§.fi.in prin.

Ferię repentinæ à ſolo principe indicuntur.

d ¶*A iure.*]tamen miniſterio hominis: quia ius non determinat tempus propter varietatem locorum,quibus citius,vel tardius prædicta colliguntur: & ſic citius vel tardius prædicta indicuntur. ff. de ferijs. l. præſides.de offic. proconſ.ſi in aliquem.in principio.

¶*Glo.ſeq.notat ex litera id quod dicit æquum,& illud probat per rationem,& ſimile.*

e ¶*Valeat.*]non quicquid iudicis poteſtati, &c. ff. de iudic. non quicquid.ff.de offic. præſid.l. ſæpe. ſupra de offic. deleg. conſuluit. propter quod honeſtum puto, quòd ſi iudex ſic datus viderit grauiter lædi partem ex proceſſu tali tempore fiendo ſuperſedeat: habet enim iudex prouidere vtilitati cauſæ & partium,vt lit.non conteſt. accedens 2.de reſcript.ſtatutum.§.inſuper.lib.6.C.communi diuidun.l.iudicem.ff.de leg. 1.l.poteſt.& facit quod not.in Spec.de arbi. in fi.ver.ſed nunquid tunc ſedere. vbi tractatur quòd arbiter in cuius compromiſſo renuntiatum eſt his ferijs, non tenetur procedere tali tempore feriato.

f ¶*Amputet.*] iſtud & quæ ſequuntur vſque ad ver. non ſic. non videntur in his cauſis ſpecialia,cum in omni cauſa iudex laborare debeat ad lites breuiandas, dilationum materias amputandas: & alia quæ ſequuntur, iura ſunt vulgaria. Sed dici poteſt ſpeciale, quòd in his fortius, quàm in alijs iudex hoc poterit.

Poſſum qđ honeſtè poſſum.

g ¶*Poterit.*] id dicimus poſſe quod honeſtè poſſumus. 22. q.2.faciat. ff. de cond.inſti. filius qui. de verb. ſigni. l. nepos. vnde hoc determinat fiendum ſine partium præiudicio. infra ver.non ſic.

h ¶*Exceptiones.*] hæc & ſequentia videntur tolli per verbum,abſque ſtrepitu:talia enim per quendam conuocum clamorem & tumultum ſolent examen obſtrepere, & veritati habendæ obſtaculum præbere: vnde dicit canon,ꝙ cultum ſuũ iuſtitia perdit quando ſilentia iudicij obſtrepentium turba perfundit.5.q.4.in loco.ad quod facit C.de inoffi.teſta.ſi quis in ſuo.de conſor.eiuſdem lit.l.1.& de adult.l.adulterij. C.de ſtud.lib.vrb.Ro.l.vnica.in fin.lib.11. de tali ſtrepitu habetur de ſynd.c.vnico.de electio.quorundam.lib.6.

¶*Gl.ſeq.dicit quare ſic ordinetur litera.quærit,& ſolutionem poſcit.*

i ¶*Dilatorias.*] non dicit exceptiones dilatorias & appellationes fruſtratorias, vt per hoc innueret exceptiones ſurreptionis vel nullitatis contra reſcriptum, vel recuſatio nis contra iudicem,vel dilatoriam ſolutionis, vel his ſimiles repellendas. ſed hoc intendit ꝙ omnis exceptio fruſtratoria, & ad differẽdum iudicis proceſſum malitioſè oppoſita repellatur.Sed quæro quam exceptionem, vel appellationem per hæc verba, non dico per han conſtitutionem, poſſit talis iudex repellere,quam alter iudex teneatur admittere: hoc vellem doceri.

k ¶*Iurgia.*]de his ſupra de verb.ſigni.forus.§.iurgium.

l ¶*Multitudinem.*] hoc commune videtur in omnib. cauſis. ſ.de teſti.ſignificauerunt.& c.ſeq.& ff.de teſti.l. 1. in fi. tamen hoc in his amplius quàm in alijs poterunt per hanc literam.

m ¶*Neceſſariæ.*]actori vel reo.

¶*Glo.ſeq.allegat quatuor iura, & notat ad quæſtionem Legiſtarum, quam ſoluit, & ſolutionis oppoſitioni diſtinguendo reſpondet.*

Iudex habens arbitrium, partem contra iura condẽnare nõ poteſt.

n ¶*Defenſiones legitimæ.*]facit ad hoc de offi. deleg.ex parte 2.q.7.lator.& ibi not.C.de preci.Imper.offer.l.quotiens.Et facit hæc litera, & finis iſtius ſecundæ partis, & iura prædicta ad quæſtionem Legiſtarum de Poteſtate, qui habet arbitriũ, an teneatur iuſtitiam partis ſeruare, vel poſſit illam contra iura & iuſtitiam condemnare, & voluntate vti. Et tenent ꝙ iuſtitia & legitima partis defenſio non tollitur per dationem arbitrij.alleg.C.de inoffic.teſta.ſi quando. ff. de condi. inde.ſi procurator.in prin.ff.de dona.ſi filius. & de pecul.l.qui peculij.ff.manda.l.creditor.§. Lucius.ad municip.l.Lucius.§.Imperator.ff.de pact.contra iuris.ff.ad Treb.ſi cum hærede.facit de regu.iur.in generali.lib.6.cum ſuis concor. & optimè probat conſtitutio clem.ſupra de re iud.paſtoralis.§.pen.in fi. Et ſi dicas arbitrium,ab eo qui potuit conceſſum, debet aliquid operari: Reſpondetur, quòd ad ſolemnitates quæ figuram iudicij reſpiciunt,non tenetur, vt hic. Vnde not: quòd de ijs quæ in iudicio aguntur,quædam ſunt acta cauſæ vel litis:quædam iudicij,confeſſiones ergo,atteſtationes, & ea quæ reſpiciunt factum,propriè ſunt acta cauſæ:Citationes, ſatiſdationes, & ſimilia ſunt acta iudicij. de hoc per Innoc. & Hoſtien. de teſti. cauſam.& per Archi.de elect.indemnitatibus. §. ſi verò.Verba igitur,ſine figura iudicij, licet tollant aliqua ex ijs quæ ordinant iudicium, non tamen illa quæ inſtituunt & decidunt cauſam, non eſt ergo mirum ſi probationes & legitimas defenſiones talis iudex admittit. Nil igitur talis iudex omittit per quod impediatur,vel occultetur cognitio veritatis, vt ſequitur,& per ſingula diſcernere potes.illa verò quę ſolemnitatem reſpiciunt,ſiue ſint actus, qui reſpiciunt iudicem, ſiue partem vtranque vel alteram,remittuntur. & facit ff.deleg.1. l.ſi ſeruus vetitus.cum ſuis concor.

Actorum quędam ſũt acta cauſæ, quędam iudicij.

Citatio debet eſſe trina vel perẽptoria.

o ¶*Citationem.*]per hoc ſingulare videtur quòd ſufficiat vnica, cum alias ſaltem in principio cauſæ requiratur trina vel peremptoria,vt lit.non conteſt.quoniam.§.porrò.de hoc 24. q.3.de illicita.

p ¶*Non excludi.*]intellige pluſquàm in alijs,in quibus non proceditur ſimpliciter & de plano: vndè ſicut in illis ſic & in iſto:ſi tamen tacitè omittantur hæc iuramenta, non vitiatur proceſſus.de iur.calum. c.1.lib.6.

q ¶*Formam.*]de ordi.cogn.cap.2.de accuſ. qualiter 2.de ſimo.licet.vbi de hoc.facit.de cauſ.poſſ.cum ſuper.ff.de iud.de qua re.ſuprà de fide inſtr.inter dilectos.ver.cæterùm.

¶*Gl.ſeq.ponit tres expedientias petitionis ſcribendę. ſubdit opinionem,& caſum quo procedit.*

r ¶*Pronuntiatio.*] expedit igitur petitionem in actis deſcribi propter iudicem,vt pronuntiationem petitioni conformet, vt hic,& ff.communi diuid.vt fundus.propter actorem,ne fruſtra fatigetur,& vt videat ſup quo poſitiones & articulos formet, vt ſequitur: & vt ſibi ex alia cauſa agenti non obſtet exceptio:

ceptio rei iudicatæ.ſupra de re iudic.abbate.lib.6.expedit reo vt deliberare poſſit.3.q.3.offeratur.ſuas defenſiones formare, vt ex ineptitudine abſoluatur ab inſtãtia, & abſolutus in principali,non poſſit iterum conueniri. Dicunt quidam quòd oblatio libelli ſolũ reſpicit fauorẽ rei: qđ ſi tenere velis,dicas id verũ de oblatiõe q̃ ſibi ſit expenſis actoris: petitionẽ verò in actis deſcribi triplicem fauorẽ reſpicit.vt prædixi.

¶*Glo.ſeq.tractat an in his fiat reconuentio de cauſa,quæ requirit plenam cognitionem, ponit opinionem quòd nõ, ſecundò ponit contrarium.tertiò reuertitur ad primam, reſpondens ad legem contrariam. quartò huic opponit, et dupliciter ſoluit.*

etiam rei, ſi quid [a] petere voluerit, eſt in ipſo litis exordio [b] petitio facienda, ſiue in ſcriptis, ſiue verbo [c], actis tamen continuò [d] (vt ſuper quibus poſitiones, & articuli formari [e] debeant, poſſit haberi plenior certitudo, & vt fiat diffinitio clarior [f]) inſerenda. Et quia poſitiones [g] ad faciliorem † expeditionem litium propter partiũ confeſſiones [h] & articulos [i] ad clariorem probationem vſus longæuus [k] in cauſis admiſit: Nos vſum huiuſmodi obſeruari [l] volentes: Statuimus, vt iudex ſic deputatus à nobis (niſi aliud de partium [m] voluntate procedat) ad dandum ſimul vtroſque [n] terminum dare poſſit, & ad exhibendum omnia acta, & munimenta [o] quibus partes [p] vti volunt ĩ cauſa poſt

† Not. ꝙ poſitiones sũt inuentæ ad faciliorẽ litis expeditionẽ: ſi enĩ quis cõfitetur, cito cã terminatur vnde dicit Pau.qñque dr̃ non poſſe delinquere pp contumaciam partis: quia cõfeſſio haberi non pt̃, vt no. Inno. de dolo.pro ut.Cardinalis.

a ¶*ſi qd petere voluerit.*]quod requirat ſummariam cognitionem, & ſit eius naturæ quòd in eo poſſit procedi ſine ſtrepitu & figura, & hoc dico,quia not.Inno.& Hoſt.poſt eum de mut.pet.cap.1.quòd conuentus in cauſa quę requirit ſummariam cauſæ cognitionem,reconuenire non poteſt, niſi ſuper cauſa conſimilis cognitionis: ſit ratio ſecundùm eos,quia cum conuentio & reconuentio ſimul ſint tractandę.de ordi.cog.cap.2.vbi vna requirit plenam cognitionem, altera ſummariam: reſtat quòd ſine alterius præiudicio ſimul tractari non poſſint,cum altera accelerationem exigat, altera dilationes longiores expoſcat. facit pro Inno.C.depoſi.l.fi. & C. de compen.l.fi.& ſupra de depo.bona fides.in fi. & facit hoc dictum multũ contra opinionem Inno.& pro opinione mea, de qua ſtatim dicam.Sed quidã Legiſtæ contra,per l.ſed hæ.§.non ſolùm ff. de procu. vbi ſi per procuratorem actoris petitur cautio damni infecti, quæ tamen celeritatẽ deſideret.ff.de dam.infec.l.1.& 4.§.pen. ff.de fer.l.2.& reus velit dominum in aliqua actione reconuenire: procurator,tenetur illum defendere, & hunc intellectũ approbat ibi glo.Petr.de Bel.ſequitur Inn.per l.1.C.vbi cau.ſta.vbi hoc not.& C.de ſent.& inter. Auth.& conſequenter.& Cynus idẽ poſt eum per rationem Inn.Ad §.non ſolùm.reſpõdet ꝙ §.eſt volubilis,& debet intelligi in procuratore, qui reconueniretur cauſa damni infecti, iuxta ſecundum intellectũ ibi poſitum in glo.Prædictis obſtare videtur decret. 2.de mu. peti.vbi modus præter, vel contra ius datus in conuentione, ſeruatur in reconuentione: & ſic arguitur quòd in cauſis quę requirunt plenam cognitionem,beneficio recõuentionis poſſit hoc caſu procedi ſummariè ſicut in conuentione,& ſic ceſſabit ratio Inno. Volens tenere quod præmiſi, dicere poſſet, quòd aliud eſt per reſcriptum id tolli quod reſpicit fauorem partium,vt appellare, & tunc ſicut illud non licet reo in cõuentione: ita nec licebit actori in reconuentione,vt ibi:aliud eſt tolli ſubſtantialia iudicij per reſcriptum: & tunc reſtringitur ad caſum conuentionis expreſſum. facit de reg. iur.quæ à iure.lib.6. cum concor. & ſit huius ratio: quia in primo valeret impetrantis renuntiatio.C.de temp.appella.l. vlt. ad fin. in ſecundo non, vt dicam infra in vlt. glo. Aequè tamen dici poſſet quòd aut ordinarius,vel delegatus cognoſcit de cauſa, in qua de ſui natura ſummariè proceditur,& tũc ſit locus prædictæ opinioni Innoc.& ſequacium, vt qualitas cauſæ reconuentionem impediat,ſicut & aliàs not.de mut.peti.c.1.in fi.in pen.glo.& de arb.cum dilectus.in gl. 1. Aut delegatus virtute commiſſionis in cauſa, in qua aliàs plena cognitio requirebatur,ſummariè cognoſcit: & tunc ſubdiſtingue, aut Papa proprio motu tollit ſubſtantialia: & tunc idem quod ſupra: aut ad petitionem impetrantis, & tunc arg.prædictæ decretalis.& l.vlt.C.de fru.& li.expen.videatur eſſe remiſſa plena cognitio etiam in reconuentione, & ſic ceſſabit obſtaculum Innoc.vt prędixi.Pro hoc facit hęc litera ſic generaliter loquens,ſi quid petere voluerit, &c. & ad ſubdiſtinctionem facit de prębẽ. ſi motu proprio. & cap. ſeq. lib. 6. & quod not.in præd.decr. 2.in fi.vlt.glo.

Conuentus ĩ cauſa ſummaria an poſſit recõuenire in cã plenaria.

¶*Gl.ſeq.de conuentione, an fiat poſt litẽ conteſtatã ponit duas opiniones contrarias.& ſecundam approbat per hunc textum.*

b ¶*Exordio.*]Not. contra opinionem Ber.Vin.Inn.& Guli. & Arch. quæ habet, quòd vſque ad concluſionem poſſit fieri reconuentio.& pro opinione Alani,Tan.Goff.& Hoſt.& Io. Mon.quæ placet,ꝙ ante lit.cõteſt.ſit facienda, vel ſtatim poſt lit.conteſt.vt not. Accurſius in Auth. & conſequenter.in glo. fi.in Auth.de execu.§. ſancimus. in 1. glo. vt plenè ſcripſi de mut.pet.c.1.ſuper 1.gl.& contra ipſum Inno.facit quod poſt eum dixi ſupra proxi.gl.Hoc ergo teneas,quòd licet quandocunque reus conuenire poſſit actorem durante iudicio: non tamen illa conuentio vim reconuentionis habebit,vt ſcilicet ſimul tractetur,& finiatur vt de ord. cog. c.2. niſi fiat in litis exordio vt hic.

c ¶*Siue verbo.*] eligat ergo petens quod vult, vel ſcriptam dare, vel verbo proferre, vt de ſuo ore ſcribatur apud acta, vt ſolet fieri poſtea.

d ¶*Continuò.*] tolle verbum, inſerenda,qđ eſt infra, & interſerit quare.

e ¶*Formari debeant*] cauti aduocati actorũ faciunt triplicari libellos: vnum dant notario,qui ſcribit acta, alium reo: tertium ſibi ſeruant ad finem de quo dicitur, vt melius & certius poſitiones & articulos forment.

Libellos triplicant cauti aduocati.

f ¶*Clarior.*]tum ratione memoriæ,quę labilis eſt.23. diſ.pręterea.C.qui teſt.fac.poſ.hac conſultiſſima. verſi.at cum humana.propter quod non ſcribere petitionem, poſſet impedire & occultare veritatem. tum quia ex quo petitio in actis deſcripta eſt, exprimi poterit in ſententia,vt moris eſt.

Memoria labilis eſt.

g ¶*Poſitiones.*] de his & ipſarum formis ſatis not. de confeſ. cap.1.lib.6.

Poſitionis vſus multũ releuat probantem.

¶*Gloſſa ſequens obijcit quòd poſitiones inutiliter fiant, & ſoluit.*

h ¶*Confeſſiones.*] ſed ſi pars negat quod petitur, quid releuat poſitiones facere,quas etiam negabit? Solu. ſępe contingit quòd vſus poſitionum multum releuat probantem, vt ſi petam à te centum,quæ mutuaui Titio, cuius es hęres,reſiſtis negando: modò ponam quòd mutuaui Titio centum, quòd promiſit illa reſtituere tali die, quòd Titius inſtituit te hæredem, quòd mortuus eſt, quòd hęreditatem adiuiſti, vel habuiſti, hęc omnia habeo neceſſe probare: ſed fortè duas primas negabis, reliquas confiteberis: multum ergo me iuuat poſuiſſe: fortè etiam licet reſiſtas, dicens exceptionem pacti, ſolutionis,vel ſimilem tibi competere: omnes prędictas poſitiones confiteberis: per quot patet ꝙ etiam ſuper principali, cui reſiſtit aduerſarius, ponere quandoque multum iuuat.

i ¶*Articulos.*] de his ſupra de teſti. per tuas. & eodem tit. præſentium.lib.6.Et in quibuſdam foris dicitur intentio, vel aſſertio.facit ſupra de cauſ poſ. cum eccleſia. poſt prin. C. de tempo.appella.l.per hanc.

k ¶*Longæuus.*] ſcilicet à tempore Gregorij ix.quia prius de poſitionibus non habebamus expreſſum: ſed per ipſum habemus.de elect.dudum 2.de lit.conteſt.cap.vnico.

l ¶*Obſeruari volentes.*]in omnibus cauſis, nedùm in his in quibus ſine figura proceditur, ita puto auctorem intellexiſſe. Et dato quod dicas illum intellexiſſe ſolùm de his in quibus proceditur ſine figura: fortius ergo ſeruandus eſt in alijs.

Poſitionis negatę ĩ articulos deducuntur.

m ¶*De partium.*]propter plurale non puto quòd pars altera ſola reſiſtere poſſit: ambabus autem reſiſtentibus non videtur iudicem hoc poſſe: ſed per hoc collige,quòd ſi iudex, qui ſine figura procedit inuitis partibus non dat ſimul terminum ad ponendum,& articulandum, multò minus & alius.

n ¶*Vtroſque.*]ſcilicet poſitiones, & articulos: vnde & quidam in cauſis hæc coniungunt: dicentes ponit, & ſi negetur probare intendit, &c. non tamen in alijs cauſis debet quis ad hoc cogi: primò enim poteſt ponere, & demum negata in articulos deducere.

ADDITIO. De quo Specu.in titul.de teſt.§.nunc videndum.in principio.

o ¶*Munimenta.*] ſcilicet per quæ munitur cauſa. & idem verſi. de electio.cupientes. in fine. 1. reſpon.& §. electos. de offic.ord.quamuis.lib.6.& ſupra de in integ.reſtit.coram.

¶*Gloſſa ſequens oſtendit hoc ſpeciale in his:ponit dictum Gulielmi.*

p ¶*Partes.*]patet ergo quòd in his cauſis, quibus ſine figura proceditur, vnus & idem terminus datur actori & reo ad probandum, cum in alijs cauſis dicatur fatuum eſſe, quòd reus probet defenſiones ſuas niſi prius actoris intentio ſit fundata,vt not.ſupra de teſti.cap. de teſtibus. Dicebat Guliel.in ſpecul.

ſpecul.de inſt.edi.§.nunc dicamus. ſæpe obtinuiſſe, quòd poſt litis conteſtationem & iuramentum, iudex poſſit partibus ſtatuere terminum peremptorium ad exhibenda omnia quibus in cauſa ſunt vſuræ.alleg.ff.de eden.l prima,§.edenda. & quod ibi not.dicit tamen quòd quibuſdam videtur hoc durum, cũ id liceat vſque ad concluſionem.de fid.inſtr. cum dilectus. & dicũt quòd licet iudex id poſſit, non tamen debet. ff. de iudici. non quicquid. 11. quæſt. 1. aliud. & adde quod ſtatim dicam.

¶Gloſſa ſequens ponit duas lecturas, & primam approbat.

† Aliàs ita: aſſignatiõe termini nõ obſtante.

a ¶*Poſt dationem.*] ſi verbum iſtud coniungitur cum verbo, aſſignare, quod ſequitur, eſt ſenſus, quòd datis articulis, & non prius aſſignare poſſit hunc terminum. Si verò cõiungatur cum verbo, exhibẽda, erit ſenſus, quòd poterit dare terminum, pone decem dierum, ad ponendum & articulandum, & ex tunc dare alios decem vel menſem ad producendum, &c. vt ſic ſimul dentur duo termini. ſimile de teſtibus cogen. cap. 2. & facit litera, quandocunque ſibi videbitur. prima placet, maximè, quia poſitionibus datis in termino, reſpondendum eſt: articuli etiam examinandi. illud ergo tempus quo ſuper his inſtatur, non currit in termino productionis: nec eſt congruum parti ſtatui terminum ad probandum prius quàm ſciat in quibus releuetur, & quos articulos probare teneatur.

b ¶*Remiſſionem.*] cuius formã habes ſupra de teſtibus.præſentium.lib.6.

c ¶*Pro teſtibus.*]probatorijs, & hoc eſt certum: ſed quia litera generaliter loquitur, videtur idem in reprobatorijs, de quibus de prob.licet de teſtib. licet 3.nam in illis etiam fit remiſſio, vt in præd.decreta.præſentium.

d ¶*Producendis.*]non ſemper in dilatione data ad producẽda inſtrumenta, licet producere teſtes, vt dixi poſt Pet.& Guli.de teſtib.cogen.peruenit 1.

e ¶*Non obſtante.*] vbi ergo nõ fit remiſſio pro teſtibus producendis, terminus datus & elapſus bene obſtat ne produci poſſint vlterius inſtrumenta. Et ſic videtur ſolui quod quæritur, an poſt terminum datum ad producenda inſtrumenta audiatur volens illa producere. Odof.& Guliel. in ſpecu. de dila.§.videndum.ver.quid ſi datus. dicunt quòd non: alleg. Guliel.ff.de optio.lega.l.mancipiorum.C.de inge. ma. diffamari, facit pro eis C.qui accuſ. non poſ.ſi ea quæ, de remiſ. pig. ſi eo tempore. ſupra de prob. licet. in princ. & quod ibi not. in 1. glo. & quia boni iudicis eſt lites dirimere. ſupra de dolo & contuma. finem litibus. & capit. fi. Alij contra, cum non ſit quis cogendus edere inſtrumenta, niſi cum eis vtitur. ff. de eden.l, 1.§ edenda.& videtur expreſſum ſupra de fid.inſtrum, cum dilectus. vbi patet hoc licere vſque ad concluſionem. ad idem C. de iudi. iudices. & Authent. iubemus. & quod ibi not. Inducitur ad idem C. de lib. cau. nec omiſſa. ff. de quæſt.vnius.§.fi. Confitebitur enim forſan aduerſarius videndo inſtrumenta pro & contra. facit conſtitutio Clem. ſupra de excep.excommunicationis. Tertij diſtinguunt (quod videtur æquum) an ius aduerſarij ſit læſum, vt quia perierunt teſtes, per quos poterat inſtrumentum reprobaſſe, ſi fuiſſet productum in termino: quo caſu non audiatur; aut ipſius ius eſt illæſum, & eo caſu produci poterunt. hoc probant per prædictam l.mancipiorum.ff.de op. leg. ad quod facit de dolo & contumac. capit. 1. de præbend. ſi tibi abſenti. lib. 6. & quod not.ff.de euictio.ſi rem.§.quolibet. & dixi de emptione & venditione, cap.finali.ſuper 1.glo.

f ¶*Interrogabit.*]hoc non videtur in his ſpeciale, 30. q.5.iudicantem.de fide inſtrumen.cum Ioannes. ad fin.ff.de interroga.actio. vbicunque. facit de iuram. calum. cap. 2.in fi.lib, 6.niſi dicas in his ſpeciale quòd etiam poſt concluſionem ad petitionem partis interroget.

g ¶*Ad id.*] non ſufficit ergo citari niſi exprimatur id, quòd ad ſententiam audiendam.ff.quæ ſent. ſine appellatio. reſcin. l. 1. §. item cum ex edicto. facit de teſt. cum olim. in fine de dolo & contuma.eum qui.lib.6.nam ſi hoc in ſummarijs, fortius in alijs, vt ſæpius dixi.

dationem [a] articulorum diem certam, quandocunque ſibi videbitur, valeat aſſignare: eo ſaluo, quòd vbi remiſſionem [b] fieri contingeret, pro teſtibus [c] producendis [d] poſſint etiã inſtrumenta produci aſſignatione † huiuſmodi nõ obſtante [e]. Interrogabit [f] etiam partes ſiue ad earum inſtãtiam, ſiue ex officio vbicunque hoc æquitas ſuadebit. Sententiam verò diffinitiuam (citatis ad id [g] licet non peremptoriè [h] partibus) in ſcriptis [i], & (prout magis ſibi placuerit) ſtans [k], vel ſedens proferat: etiam (ſi ei videbitur) concluſione [l] non facta, prout † ex petitiõe, & probatione & alijs actitatis in cauſa fuerit faciendum [m]. Quæ omnia etiam in illis caſibus, in quibus per aliam conſtitutionem [n] noſtram, vel aliàs [o] procedi poteſt ſimpliciter & de plano, ac ſine ſtrepitu & figura iudicij, volumus obſeruari. Si tamen in præmiſsis caſibus ſolemnis [p] ordo iudiciarius in toto, vel in parte non contradicentibus [q] partibus [r] obſeruetur, non erit proceſſus

h ¶*Non peremptoriè.*] Argu. quòd in alijs cauſis, in quibus ſeruatur iudiciorum figura, ſit neceſſe peremptorium exprimi, vbi non fit trina citatio ad ſententiam audiendam. quod videtur tenere Ioan. 24 q. 3. de illicita. Bern. de offic. deleg. conſuluit. Innocen.de accuſa. ad petitionem. Gulielm. in Specul. de cita. §. viſo de tempore. verſic. aliàs autem. & in ver. quid ſi lata.

Citatio peremptoria an ſit ad ſñiam audiendam neceſſaria.

† In antiquoribus ét impreſſis conſtanter legĩt ita: put ex petitione, & probatis, & alijs, &c.

i ¶*In ſcriptis.*]proferat quod eſt infra. Et huius contrarium tenebat Aegidius, in decreta. nouit. etiam ſolũ ex vi illi⁹ verbi, de plano. Et per hoc not. duo, in quibus cõueniunt iſtæ & aliæ cauſæ, ſcilicet quod in his vt in alijs neceſſe ſit diffinitiuam in ſcripto proferri. Item quòd iudex ſicut in alijs, ita in his habet illam per ſe ipſum proferre. & de vtroque ſatis no. de ſenten. & re iudica.capitulo fina. libro ſexto. vbi videas. noluit ergo ſcripturam quæ in ſententijs requiritur, & prolationem iudicis in his cauſis prætermitti, ne per id contingeret occultari veritatem propalatam & in iudicio diffinitam, & per conſequens victorem ridiculosè, & fruſtra in tali proceſſus iudicio laboraſſe.

k ¶*Stans.*]in hoc diuerſum eſt ius in his cauſis ad alias, quæ requirunt figuram iudiciorum, quæ ferri debent à iudice ſedente. de quo vide not.in prædi.decret.in fin.de re iud. lib. 6. in glo. penul. & videtur quibuſdam hoc induci etiam per ſolum verbum.de plano. vt dixi in principio huius partis. & hoc tenebat Aegid. in decreta.nouit.

l ¶*Concluſione.*]iſta litera videtur velle, quòd in alijs cauſis requirentibus figuram iudiciorum neceſſaria ſit concluſio, & de concluſione habetur ſupra de procur. audiris. de cauſa poſſeſ.paſtoralis.& in conſtitutione Clem.eodem tit.cauſa.de proba. quoniam contra.de fide inſtrum. cum dilectus. & cap. cùm Ioannes. Communiter in ſecularibus foris apud nos nõ fit concluſio: in eccleſiaſticis fit per partes. Item ipſis, vel altera ipſarum inuita: ex quo ſufficientes dilationes datæ eſſent & elapſæ, pronuntiaret iudex concluſum in cauſa. & vide in Spec.de renun.& conclu.in princ.

Concluſio ĩ cauſa an ſit neceſſaria.

m ¶*Faciendum.*]patet ergo etiam in cauſis, quibus tolliť figura iudicij ſecundùm ius pronuntiari debere, vt dixi ſuper verbo, defenſiones.

n ¶*Conſtitutionem noſtram.*] ſupra de iudic. diſpendioſam,

o ¶*Aliàs.*]vt in caſu decret.fi.de hæret.lib.6.& in caſu decr. indemnitatibus.§.ſi verò.de electio. eod. lib, quod dic vt dixi in princip.ſuper ver.figura,

p ¶*Solemnis ordo.*] vt libelli oblatio, litis conteſtatio, & ſimilia.

q ¶*Non contradicentibus,*] innuit quòd partibus contradicentibus non poſſit iudiciorum figura, vel ſolemnitas vltra id quod hic exprimitur obſeruari, quod verum intelligo quando ſic procedere non eſt in iudicis poteſtate, vt quia Papa ſic procedi mandat, vt in princip. capit. ſecus ſi ſic procedere voluntati iudicis relinquatur, vt in conſtitutione, diſpendioſam. ſupra de iudic. vt ibi dixi ſuper ver. valeat. Secundò nota caſum quo ſufficit tacitus conſenſus non reclamantis. concord. de accuſa. capitul. 2. libro 6. interdum requiritur expreſſus. eodem libro de reſcript. ſtatutum. in nullo. aliàs non contradicere ſapit medium inter conſenſum, & diſſenſum: quod dic vt not.de reg. iur. is qui tacet.lib.6.

Conſenſus tacitus quãdoque ſufficit.

r ¶*Partibus.*] videtur per plurale quòd contradictio vnius partis tantùm non vitiet proceſſum: ita res de facili reuertitur ad ſui naturam, vt dicam in vltim. gloſſa.& facit quod dixi ſuper ver.& quia.in gloſſa propter.aliàs dixiſſet, vel earum altera. Sed fortè hoc ſubauditum eſt de mente: quod patet ſi reſoluatur non contradictio in ſenſum, vt ſi dixiſſet, conſentientibus partibus: quia tunc patet quòd alterius contradictio vitiaret, & eſt ſimilis altercatio quã ſcripſi. ſ.ea.cõp. de ele.ĩ pleriſq;. Sed pone q̄ d̄ cõſenſu partiũ iudex ſeruauit.

Iudex procedens vno modo de cõſenſu partiũ an poſſit illis pœnitentibus & inuitis illum modum proſequi.

ſolemnia

ſolemnia ordinis iudiciarij : poſtea pœnitet partes, & volunt quòd procedat ſine figura : nunquid deinceps illis inuitis poterit ſeruare ſolemnia? Videtur quòd ſic, per regulam, quod ſemel. de reg. iur. lib. 6. cum ſuis concor. & vnico actu quis renuntiat & conſentit. de conſtit. cum acceſſiſſent. vbi de hoc. de offi. deleg. gratum. de appella. ſollicitudinem. & ſufficit ſemel factum. qui matr. accuſa. poſ. inſuper. & propter ſui contrarietatem iſtæ vię præiudiciales videntur, & ſic vna electa non venit alia. de poſtul. c. vnico. de elect. ſi quis. lib. 6. Item vniformis debet eſſe finis principio, de baptiſ. maiores. ante medium. de appella. ſecundò requiris. His rationibus puto, ꝙ ſi partes expreſsè conſenſerunt, quòd iudex in tota lite, vel ſimpliciter ſeruaret ordinem iudiciarium, ꝙ inuito iudice qui ſic inchoauit procedere, pœnitere nõ poterunt : vbi verò non conſenſerunt expreſsè, ſed non contradixerunt : puto ꝙ in occurrentibus poſtea cõtradicere poterunt, facit litera prædecens ibi, *In toto, vel in parte*. Item ſingulares actus iudiciorum ſunt per ſe actus profecti : vnde ſingulariter intitulatur, de libel. obla. cum rub. ſeq. bene facit quod ſcripſi poſt Vincen. & Compoſt. de reſcri. dilectus 2. in princip. quod etiam not. Guliel. in Specu. de appella. reſtat. ver. & not. ſecundùm Vincen. de cita. §. 1. verſi. quid ſi reus.

propter[a] hoc irritus[b], nec ẽt irritandus[c]. Data Auinione xiij. Kalen. Decembris, Pontificatus noſtri anno ſecundo.

a ¶*Propter hoc.*] poſſet enim ſubeſſe alia cauſa irritationis.


b ¶*Irritus.*] ipſo iure, vt aliàs de lite. conteſt. cap. vnico. & titul. ſeq. accedens 1. & 2.

c ¶*Irritandus.*] per ſententiam, vt aliàs de re iudicata, cum cauſa. & cap. cum Bertoldus. in fine. & concordan. huic fini de iuramen. calum. cap. 1. 2. reſpon. in fine. lib. 6. Et ſcias quòd iſte finis non conuertitur : nam ſi in cauſis quæ requirunt figuram iudicij, procederetur, non contradicentibus partibus ſine figura, non teneret proceſſus, & idem ſi expreſsè conſentirent. de hoc de offic. delegat. de cauſis. in glo. 2. 2. q. 1. in primis. in fi. & cap. ſeq. & in Specul. de ſent. prola. §. iuxta. ver. quid ſi de partium. quod intellige, vt not. de re iudic cap. vlt. lib. 6. in 5. glo. Ratio diuerſitatis patet : quia in caſu iſto fit contra ius commune, ſed in caſu quem ponit litera, res redit ad ius cõmune, & ad ſui naturam : quod facilè fit. 35. diſt. ab exordio. ff. de pact. ſi vnus. §. quod ſi non vt totum. natura verò naturans, cum ad illam redibimus, per interceſſionem Virginis glorioſę nos collocet cum electis. Amen.

Proceſſus i cauſis plenis omiſſo iuris ordine, etiam de partium conſenſu non tenet.

F I N I S.

ARBOR SEV FIGVRA DECLARATIVA TITVLI DE IVRE PATRONATVS.



PRo iſtius arboris declaratione,quam format gloſſa hic præmitte quòd A. patronus poſitus in radice, ſiue in prima cellula iſtius arboris habuit tres filios, ſcilicet B. C. D. vt patet aſcendendo ad tres cellulas ſequentes, & duodecim nepotes, vt patet aſcendendo ad duodecim cellulas immediatè ſequentes: & triginta & ſeptem pronepotes tam laicos quàm clericos, vt patet aſcendendo ad duodecim vltimas cellulas. Et aduerte quòd in iſtis vltimis cellulis clerici ſignificantur per iſtam literam C.& laici per iſtam literam L. ita quòd quotiens ponitur litera C. in cellulis ſuperioribus ſignificat tot fore patronos clericos.& idem de litera L. quo ad laicos.

SEcundò aduerte,quòd iſte A. patronus habebat iuſpatronatus quod reliquit vnà cum hæreditate tribus filijs, quos habebat, ſcilicet B.C.D.Cuius pręſentationem ſecundũ Cardi. hic ipſi filij diuiſerunt in tres partes, & ſic per capita: nec adhuc habet locum diſpoſitio iſtius clem. Iuſpatronatus tamen eſt inſolidum penes quemlibet illorum,cum ſit indiuiſibile: eius præſentatio tamen poteſt diuidi, ſecundum Inn.in c.1.ſupra eod.tit.& Cardi. hic: & in prima voce ſuccedet primus filius iſtius A.ſcilicet B.& poſt eum duo filij eius, ſcilicet primus & ſecundus, & iſti ſuccedent in illa voce per ſtirpes,ſecundùm diſpoſitionem iſtius clem.ſecundùm communem intellectum: & poſt iſtos duos filios B.in eodẽ iure ſuccedunt nouem nepotes ipſius B.ſcilicet tres clerici,& ſex laici, qui ponunt in duabus cellulis deſcendentibus à duobus filijs B. in quarum eſt prima litera C. & in ſecunda ſunt literæ C. duæ, & literæ L. ſex: & iſti nouem ſunt pronepotes ipſius A.primi patroni poſiti in prima cellula.

SImiliter C. ſecundus filius ipſius A. ſuccedet in ſecunda voce: & quatuor filij eius poſiti in quatuor cellulis deſcendetibus à cellula C. ſuccedent eidem C. in illa voce per ſtirpes,iuxta tenorem iſtius clem.& eodem iure decem nepotes ipſius C. ſuccedent in eodem iurepatronatus per ſtirpes, quorum nepotum quinque ſunt clerici,& alij laici.Et ponuntur omnes iſti nepotes in quatuor cellulis ſuperioribus trahẽtibus originem à quatuor filijs C. in quarum prima ſunt vna litera C.& tres L.in ſecunda, duæ C. & vna L.in tertia, duæ C.in quarta vna L. & omnes iſti ſunt pronepotes ipſius A.ſicut alij nouem,ſecundùm computationem glo.hic.

SImiliter D. tertius ipſius filius A. ſuccedet in tertia voce ſicut dictũ eſt de duobus primis filijs: & ſex filij eius poſt eum ſuccedent in illa tertia voce iuris præſentandi per ſtirpes,eodem modo ſicut dictum eſt de alijs, ita quòd illi ſex nõ computabuntur niſi pro vno, ſicut eorum pater quando viuebat, ſcilicet D. & decem & octo nepotes ipſius D. eodem modo ſuccedent in illa voce per ſtirpes ſuccedendo ſex filijs ipſius D. & iſti decem & octo nepotes ponuntur in ſex cellulis deſcendentibus à ſex filijs D. quorum nepotum nouem ſunt clerici, & alij ſunt laici, vt patet in figura ſecundùm Imolam hic: & omnes iſti decem & octo ſunt pronepotes ipſius A.primi patroni.

TErtiò conſidera,ſecundùm glo.hic,quòd iſti tres ſcilicet B.C.& D.æqualiter ſucceſſere iſti A. in hæreditate,& in iure patronatus ei hęreditati annexo: & ſic diuiſa hęreditate quilibet habuit quatuor vncias & totidem in iurepatronatus ei annexo.licet ſecundùm Imol.& hic,& Innoc.in c.1.eo.tit. hæredes inæqualiter excedant: iuſpatronatus tamen ad eos tranſit æqualiter,vt ponamus ꝙ A.habet hæredes B.C.&D.& quòd B.ſuccedet eidem in ſex vncijs,D.in quatuor, C.in duabus,& ſic in portionibus inæqualibus: omnes tamen æqualiter ſuccedent in iurepatronatus annexo illi hæreditati.

QVartò notandum eſt pro declaratione vltimarum cellularum, in quibus reponuntur pronepotes ipſius A. quòd licet aliqui illorum pronepotum ſint clerici, aliqui laici:iuſpatronatus tamen illis competit iure laico,non iure eccleſiaſtico,imo iure ſucceſſionis: & perinde haberi debent ac ſi eſſent omnes laici quo ad iſtud ius, ita quòd clericorum non erit melior conditio propter clericatũ in iſto caſu: ex quo infertur quòd clerici in iſto caſu poterunt variare in eorum præſentatione ſicut laici vſque ad acceptationẽ à ſuperiore factam, nec habebunt niſi quatuor menſes ad præſentandum ſicut laici, ſecundùm Cardi.hic,& Panor.in cap. eam te.de iurepatro.& ſecundùm Spec. in tit. de relig.domi. in §.vnico.ver. eſſet etiam ſufficiens. quod eſt valde notandũ pro declaratione iſtius figuræ.

QVintò notandum eſt,quando vni ſoli patrono originario ſuccedunt plures hæredes per capita: illi etiam ſunt patroni in capita,& tunc non ſeruat̃ diſpoſitio clem.iſtius filij verò iſtorũ hæredum ſuccedunt in ſtirpes eorum partibus, vt eſt videre in tribus cellulis B.C.D.deſcendẽtibus à cellula A.nam illi tres reſpectu A. eorum patris ſuccedent in capita: duo filij B.quatuor filij C. ſex filij. D. ſuccedent in ſtirpes ſublatis de medio eorum patribus, ſcilicet B. C.D.& tunc ſeruabitur diſpoſitio iſtius clem.ſecundùm glo. hic Cardi.& Imol.& ſecundùm Roc.de cur. in tract.de iurepatro.colum.148.

SExtò pro declaratione diſcrepantiarum,quæ ſolent eſſe in iſtis compatronis, aduertendum eſt circa præſentationes, quòd in pari numero ſtipitum,ſiue patronorum originariorũ regulariter locus eſt gratificandi, dummodo merita præſentatorũ paria ſint,& non obſtet aliud canonicum impedimentum.Numerus tamen ſtirpis poteſt eſſe par, & ius præſentatorũ erit impar, vt eſt videre ſi vnus pręſentaretur ab vno filiorum B. & à tribus filijs C. & alter præſentaretur à tribus filijs D.& ab vno filio C. ibi quilibet præſentatur à quatuor: & tñ ſi cætera ſint paria, præſentatus ab vno filiorum B. & à tribus filijs C.pręfertur: quia licet ab ęqualibus præſentetur in numero,non tamen in ſuffragio.Cardi.in prin.q. 2. & Imol.col. 5.ex quo infert Cardi.vbi ſuprà,quòd non ſunt hic tot ſuffragia vocum, quot ſunt capita patronorum: nam vna ſtirps nõ habet niſi vnam vocem, vt decẽ & octo nepotes ipſius D. qui ponuntur in ſex cellulis ſuperioribus partis dextræ, non habent niſi vnam vocem ſicut D. eorum auus habebat. & de alijs idem.

ADuerte tamen ad vnum, licet gl.magna aliter dicat hic & malè,quòd illud quod fit à maiori parte vnius ſtirpis reſpectu minoris partis eiuſdem, habetur pro valido quo ad ad illam ſtirpem, reſpectu præſentationis fiendæ per totam illam ſtirpem, dummodo non cõtemnatur minor pars: quia plus obeſt contemptus vnius quàm contradictio multorum, vt dicit tex. in c. venerabilem. ſupra de elect.& ideo ſi minor pars ſtirpis rectè vocata à maiori in pręſentatione fienda diſcordet,nihil habebit ĩ pſentatione pro illa vice, vt poſſumus videre ſi tres ex quatuor filijs C. præſentarent vnum,& quartus nullet eum præſentare, ille quartus nihil haberet in præſentatione. Idem ſi quatuor ex ſex filijs D. pręſentarent vnũ, & alij duo alium,pręſentatus a duobus nõ haberet ius ex parte pręſentationis illorum duorum: imo dicit Panor. in c. cũ inter canonicos.de elect.poſt tex.ibi,quòd maior poteſt renũtiare fauori introducto in honorem totius collegij, quod eſt valde notabile & regulariter verũ. & traditur regula per Bar. in l.quod maior.ff.ad municip.fallit tamen in ſex caſibus poſitis per Soxi.in regula,factum.in fallen.ſuis.

SEptimò not.ſecundùm Roc.vbi ſupra in declaratione illius verbi,ipſe,vel is à quo cauſam habuit.& glo.hic, ꝙ licet iſta arbor intelligatur in deſcendentibus, eodẽ modo dicendũ eſt in collateralibus,ſcilicet quòd fiat ſucceſſio in ſtirpes in iurepatronatus, licet aliter dicatur de hæreditate collateralium,vt per ſcriben.in §.cum filius. Inſt. de hære. quæ ab inteſt.defe.Alia tamen iura debita patronis ratione iuriſpatronatus, vt alimenta in egeſtate pinguiora quàm alijs pauperibus de fructibus eccleſiæ patronatæ,honorarius locus proceſſionalis,ſtudioſum obſequiũ debẽtur per capita patronis,licet iura præſentandi debeantur per ſtirpes,ſecundùm Inn.& Panor.in c.1.ſupra iſto tit.Card. & Imol.hic, & Roc.vbi ſupra.

ADuerte tamen ad vnum dictum Ioan. de Imol.hic,col. 2.circa medium,quòd declarare ſigillatim quot gradus præſentationis haberet quęlibet iſtarum perſonarum ſituatarum in cellulis ſuperioribus, illud eſſet magis tædioſum quàm ſubtile, cum quilibet bonus computator hoc facilius inueniat quam bonus canoniſta, & etiam propter difficultatem probationis: nam pauca habemus alia iura hæc probantia,niſi iſtam clem.ideo non eget altiori declaratione.

SEV BREVIVSCVLAE SVPPLETIONES

Titulos Clementinarum luculenter declarantes, cum capitulorum numero in marginibus ſignato.

✠✠✠
✠✠

Cap.I. *De ſumma Trinitate, & fide catholica.*

FIRMITER credenda pro fundamento circa titulos humanitatis Chriſti, iuxta Euãgelium Ioan.xix.& quòd virtutes per baptiſmũ infundantur infantibus in habitu.

Cap.5. *De reſcriptis.*

Subaudi regulariter exequendis: & fallit in quinque caſibus, de quibus hic.

Cap.8. *De electione.*

Subaudi formaliter facienda, & etiam confirmanda, canonicè aliter caſſanda. fallit in quinque caſibus, & qualiter cauſæ beneficiales, quæ ad curiam Romanam deuoluuntur, per appellationes proſequi debeant.

Cap.I. *De renuntiatione.*

Subaudi, vt facta canonicè admittatur, & teneat: niſi cum procuratoris ad renuntiandum reuocatio intimatur ſuperiori, &c.

Cap.I. *De ſupplenda negligen. prælat.*

Subaudi auctoritate Apoſtolica per ſuperiores & ordinarios circa collationes prioratuum regulariũ, vt non applicentur menſæ.

Cap.3. *De ætate & qualita. ordinand.*

Subaudi neceſſariò requiſita, & ad conſequenda beneficia iuxta canones. & de promotione canonicorum ad ſacros ordines obſeruanda iuxta eccleſiæ conſuetudinem generalem.

Cap.I. *De officio vica.*

Subaudi perpetui, vt etiam aſſimiletur alijs ſacerdotibus curatis in iure.

Cap.I. *De officio deleg.*

Subaudi & executoris Apoſtolici cum poteſtate ſubdelegandi certum articulum.

Cap.2. *De officio ordi.*

Subaudi & eius poteſtate, & iuriſdictione plena ſibi competente: & collatione beneficiorum etiam per legatos facta.

Cap.4. *De procura.*

Subaudi vt eorum mandata generalia, vel ſpecialia ad iudicia, vel negotia exequi debeant, etiam probari per literas: fallit in quatuor caſibus, de quibus hic.

Cap.I. *De in integ reſtit.*

Subaudi concedenda eccleſiæ læſionem probandi intra quadriennium continuum, &c.

Lib.ij. Cap.I. *De iudicijs.*

Subaudi ordinarijs, & quandoque ſummarijs & citatione, & alijs eorum partibus: & in toto iudiciali proceſſu canonicè procedendo: & de citatione per edictum.

Cap.I. *De foro compe.*

Subaudi, vt ſcilicet forum rei actor quilibet ſequatur. fallit in caſu de quo ibi.

Cap.I. *De cauſa poſſeſſio. & proprieta.*

Subaudi ſcilicet ſimul eodem iudicio tractanda: niſi ſuſpendatur poſſeſſorium, etiam in ſecunda inſtantia alterius partis.

Cap.I. *De dolo & contum.*

Subaudi ſcilicet canonicè punienda: vt ſcilicet abſque alia citatione procedi poſſit ad definitiuam contra friuolè appellantem.

Cap.2. *Vt lite pendente nihil inno.*

Subaudi ſcilicet neque per iudicem, neque per actorem, neque per alium quemcumque etiam poſt citationem intimatam partem plenè informantem.

Cap.I. *De ſequeſtra. poſſeſ. & fruct.*

Subaudì quandoque permiſſa, ſcilicet poſt primã ſententiam latam in Romana curia in poſſeſſorio, vel petitorio.

Cap.I. *De probation.*

Subaudi quibuſcunque regulariter admittendis, ſcilicet ex verbis Papæ enuntiatiuis de facto proprio vel alieno, in quo fundat intentionem.

Cap.2. *De teſtibus.*

Subaudi & atteſtationibus regulariter admittendis, etiam Chriſtianis contra Iudæos & Saracenos etiam in criminalibus: non tamen poſt publicationem, & in cauſa appellationis ſuper eiſdem, vel directò contrarijs articulis.

Cap.I. *De iureiurando.*

Suabaudi regulariter præſtando, & obligatorio, & obſeruando: & per Imperatores, & reges Romanæ fidelitatis iu forma, de qua hic.

Cap.I. *De exceptionibus.*

Subaudi, excommunicationis & alijs regulariter admittendis tam dilatorijs, quam peremptorijs.

Cap.2. *De ſententia & re iudi.*

Subaudi ferenda canonicè, & exequenda, & confirmanda.

Cap.7. *De appellationibus.*

Subaudi iudicialiter, & extraiudicialiter regulariter admittendis, & temporibus earum.

Lib.iij. Cap.2. *De vita & honeſtate clericorum.*

Subaudi moraliter obſeruanda iuxta canones.

Cap.6. *De præbendis.*

Subaudi canonicè impetrandis, per quarum impetrationem etiam motu proprio vacant priora beneficia incompatibilia, nec in ea veniunt dignitates curatæ, eleemoſinariæ, nec hoſpitalia.

Cap.I. *De conceſſione præben. & eccleſiæ non vacantis.*

Subaudi, & mandato de prouidendo, cum afficiẽte decreto, ne ad id compellantur, aliàs puniantur ordinarij ante conditionis inſertæ euentum ſine tẽporis adiectione currentis, ex quo publicè in loco eſt nota vacatio.

Cap.2. *De rebus eccleſię non alienandis.*

Subaudi niſi ex neceſſitate ſeruatis ſeruandis: & vnione earum menſæ epiſcopi non facienda.

Cap.I. *De rerum permutatione.*

Subaudi & beneficiorum aliàs quàm permutantibus non conferendorum.

Cap.2. *De teſtamentis & vltimis voluntatibus.*

Subaudi & eorum executione: ad cuius rationẽ reddendam religioſi etiam exempti ſunt compellendi.

Cap.2. *De ſepulturis.*

Subaudi eccleſiaſticis regulariter prohibitis tempore interdicti eccleſiaſtici, aliàs exempti contra facientes eo ipſo ſunt excommunicati.

De deci-

Cap.2. *De decimis.*

Subaudi non vſurpandis, & appropriandis per religioſos: & de decimis beneficiorum ſecundùm taxam, & monetam loci exigendis abſque occupatione ornamentorum eccleſiaſticorum.

Cap.2. *De regularibus.*

Subaudi mendicantibus, ſcilicet etiam licitè ad non mendicantes tranſlatis, non aſſumendis regulariter ad locum, nec vocem capitulo, nec ad prioratus, & tacitè per annum profeſſis cum habitu profeſſorum.

Cap.2. *De ſtatu monachorum.*

Subaudi nigrorum, & alborum, & moderando in veſtibus, cibo, potu, & ſacramentis, vagatione & armis, & monaſterijs monialium viſitandis annis ſingulis.

Cap.2. *De religioſis domibus vt epiſcopo ſint ſubiectæ.*

Subaudi Beguinis abolitis, &c. & pijs locis, vt eorum cura non poſtponatur.

Cap.2. *De iurepatronatus.*

Subaudi vt patroni per diœceſanum compellantur ad aſſignandum congruam portionem præſentatis, &c. & vt eorum plures hęredes vocem vnius tantùm habeant.

Cap.3. *De cenſibus.*

Subaudi & procurationibus per religioſos regulariter ſoluendis, viſitantibus in temporibus à iure ſtatutis. Et pedagijs, & guidagijs non exigendis ab eccleſiaſticis, vel eccleſijs.

Cap.2. *De celebratione miſſarum.*

Subaudi & diuinis officiis debitè celebrandis in cathedralibus & collegiatis, &c. in quibus commẽſales Cardinalium, & epiſcoporum poſſunt ſe illis coaptare.

Cap.1. *De baptiſmo.*

Subaudi in eccleſiis, & fontibus deputatis faciendo: ſalua neceſſitate, & poteſtate deferendi principibus: aliàs præſumentes caſtigentur.

Cap.1. *De reliquijs & veneratione ſanctorum.*

Subaudi in quibus Dominus laudari iubetur, & de feſto ſacri corporis Chriſti cum indulgentia.

Cap.1. *De immunitate eccleſiarum.*

Subaudi regulariter ſeruanda, iuxta concilium generale, & Lateraneñ. reuocato capitulo, clericis. eodem titulo in 6.

Lib.iiij. Cap.1. *De conſanguinitate, & affinitate.*

Subaudi regulariter non contrahenda in gradibus prohibitis, neque aliàs per clericos, vel religioſos: aliàs eo ipſo ſunt excommunicati ſæpius nuntiandi.

Lib.v. Cap.2. *De magiſtris.*

Subaudi deputandis ad linguam Hebraicam, Arabicam, & Chaldeam docendam. Et de moderatione expenſarum circa doctoratum.

Cap.1. *De Iudæis & Saracenis.*

Subaudi quibus Machometi nominis prohibetur inuocatio, & ad veneranda corpora ſuorum deuotorum peregrinatio.

Cap.3. *De hęreticis.*

Subaudi per diœceſanum & inquiſitorem ſimul condemnandis, &c. & de octo erroribus Beguinarũ, vel Beguinorum.

Cap.1. *De homicidio voluntario, & caſuali.*

Subaudi commiſſo per furioſum, infantem, vel arctatum vt non inducant irregularitatem.

Cap.1. *De vſuris.*

Subaudi ſuper quibus ſtatuentes, aut ſtatuta non reuocantes, aut iudicantes quod ſoluantur, aut ſolutæ non repetantur, ſunt excommunicati: & quòd eorum libri edantur, & pro hæreticis habeantur negantes eas exigere non eſſe peccatum.

Cap.1. *De exceſſibus pręlatorum.*

Subaudi non committendis, & puniendis ſcilicet ſi ſuis iuribus non contenti aliis iniuriantur.

Cap.2. *De priuilegijs.*

Subaudi miniſtrandi ſacramenta prohibitis religioſis: alias ipſo facto ſint excommunicati. Et quòd liceat archiepiſcopis crucem ante ſe deferre etiam per loca exempta.

Cap.3. *De pœnis.*

Subaudi offendentium epiſcopos & filiorum, & capientium eccleſiaſticos, vt propterea renuntient beneficiis: & excommunicantur etiam religioſi prohibentes decimas ſolui.

Cap.2. *De pœnitentijs.*

Subaudi non iniungendis per quæſtores: aliàs puniuntur per ordinarium.

Cap.4. *De ſententia excommunicationis.*

Subaudi ipſo facto incurrenda à religioſis & dominis temporalibus & eorũ ſubditis violantibus interdictum: & vt ſorores ſcilicet tertii ordinis tunc ad diuina non admittantur.

Cap.2. *De verborum ſignificatione.*

Subaudi videlicet illius clauſulę, ſimpliciter & de plano ſine ſtrepitu & figura, &c. Et regulæ Mendicantium.

F I N I S.

Diuini ac humani Iuriſconſulti, & cauſarum ſacri palatij auditoris, D. Ioannis Franciſci de Pauinis, ad Extrauagantium, Regularum cancellariæ, & Deciſionum Rotæ notitiam, vtile præludium.

QVintus Mutius verſus Seruium Sulpitium illo fuit vſus ſermone: Turpe eſt patritio & nobili viro ius in quo verſatur ignorare, ſed longè magis in pleroſq; noſtra ætate hęc ſententia retorquenda eſt, qui Extrauagantium ſanctiones, Pontificum iura enucleata, deſidia aut ignauia contemnere videntur: cum omnes magiſtratus, præſertim eccleſiaſtici, in dicendis ſententijs, & cæteri iuriſperiti, quibus interpretandi conſulendiq; tribuitur facultas, reſponſa ſua, iuxta illarum deciſiones ſint prolaturi, ſi ipſis Extrauagantib. adſint requiſita, quę epiſtola Inno. 3. ad Helien. epiſcopum depoſcit. Quare ad ipſarum lectionem iterum atq; iterum hortor moneoque, ne cum Sulpitio iure obiurgemur, imo illum imitemur, qui poſt reprehenſionem adeo iuri operam dedit, vt inter iuriſconſultos meritò palmam fuerit aſſecutus. Verùm ipſis Extrauagantibus parem vim penè regulę Cancellarię viuente earum conditore, & non mediocrem deciſiones Rotę vti prudentum reſponſa auctoritatem habere cenſentur. ſicut enim illis interpretandi ius ciuile & prętorum edicta poteſtas ſumma erat: ita & auditoribus Rotę in ſummorum Pontificum leges impertitum eſt ab ipſo principe ſummum arbitrium. Igitur circa tria hęc breuem, & perutilem ſubieci notam.

Loquitur de c. paſtoralis, extra de fi. inſtr.

Sententia contra extrauagantẽ lata, an teneat.

NOtandum eſt, ꝙ ſententia lata contra Extrauagantem publicatam, & indubitatam, eſt ipſo iure nulla; ante publicationem verò ſecus, vt not. in procemio Clementinarum, in verbo, decætero. & in cle. nolentes. de hæret. Sed ſi eſt publicata & indubitata, ſententia contra eam lata eſt ipſo iure nulla, vt dictum eſt tamquam lata contra legem ſcriptam, vt not. Bal. in l. z. C. quando prouo. non eſt neceſ. & Butri. in c. 1. & c. cum inter. de re iudi. & probatur in l. 1. §. item cum contra ſacras. ff. quæ ſent. ſine appel. reſcin. exemplum in Extrauaganti, execrabilis. ſecũdùm Abbatem in c. paſtoralis. de fide inſtr. idem de Extrauaganti, ad regimen. quam allegat deciſio in nouis 349. incipit, item ſi mandatur. Secus autem ſi de ea dubitatur, per c. paſtoralis. de fide inſtru. & l. cum prolatis. ff. de re iudi. ſecundùm vnam lecturã. ideo ſuper ea Papa eſt conſulendus: & ſi reperitur in archiuo publico, dicitur indubitata, per authenticã, ad hæc. C. de fide inſtru. & l. Celſus. ff. de proba. ſecundùm vnam lecturam, facit c. ad audientiam. de præſcrip. & idem præſumitur quando reperitur inter Extrauagantes. 20. q. 1. c. quoniam progenitorũ. maximè ſi reperitur gloſſata per doctorem famoſum ſicut Zenze. Lau. & Io. Mo. & alios: per not. in dicto c. paſtoralis. probatur per l. 1. in fi. C. de nouo codi. comp. & quod no. in l. 3. C. de legi. vel ſi fuit diu obſeruata, vt no. Bar. in gl. fi. ſuper Extrauaganti, q ſint rebelles. de quibus plenius per Bart. in l. cum prolatis. præalle. & Butri. & Abbatem, & modernos in dicto c. paſtoralis. vbi ſecundùm Boati. poteſt de ea dubitari ad inſtar eius quod not. in c. nemo. de elect. in 6. de quibus etiam per Ludoui. in conſi. 250. quod incipit, in Chriſti nomine in propoſito caſu. vbi etiã ſubdit ꝙ ſi fuiſſet temporalis, per declarationem ſucceſſoris efficitur perpetua: quia declaratio Papę, etiã ad petitionem ſingularis perſonę facta ad legem, vel ordinationem aliquam præcedentem, legem generalem conſtituit ad omnes: per l. fi. C. de legibus: & no. in c. in cauſis. de re iudi. quod facit ad id quod dicã ſuper Extrauaganti, ad onus. & Extrauaganti, iniunctę. & ad Apoſtolatus, &c. Ex quibus idem dicit Bal. in ſtatutis in ſuo peculio, in ver. ſtatutum licet non ſic, &c. Item non eſt neceſſe quòd conſtet de datis, ſecundùm Bar. in dicta data, qui ſint rebelles. Præmiſſa intelligo de Extrauagantibus emanatis poſt compilationem lib. 6. ſecundùm Io. And. in procemio lib. 6. ad fi. & in c. fi. de hæret. eo. lib. Et ſi contradicãt iuri ſcripto, dic vt plenè per Io. And. Io. de Ligna. Io. de Sandæis, & Dominicum poſt Ioan. Mon. c. 1. in prin. de conſti. lib. 6. & per Archi. poſt Hug. 19. diſt. c. ſi Romanorum. & in ſumma. Adde Bal. in l. leges ſacratiſſimę. C. de legi. & in c. ſi in laicis. 30. diſt. Nec eſt de ſubſtantia vt redigatur in ſcriptis. de quo plenius per Ioan. And. in reg. nemo poteſt. de reg. iu. in mer. lib. 6. & in deciſionibus Rotæ, deciſione 238. per gl. in l. 1. C. de legi. probatur in c. 1. de renun. lib. 6. & per Abbatem in c. 1. de poſtu. præla. qui dicit ꝙ de hoc videtur communis opinio.

Scriptura non eſt de ſubſtantia extrauagantium.

Extrauagãtes qualiter & vbi debẽt produci, ſi d eis dubitat.

Debent autem Extrauagantes quando de eis dubitatur per allegantem in forma authentica produci ſub plumbo, ſi extra curiam ſunt producẽdæ: vel ſub ſigneto vice cancellarij, ſi in curia ſunt producendæ: & hoc de illis quæ ſunt deſcriptæ in libro cancellariæ: illæ autem quæ ſunt deſcriptę in camera Apoſtolica, ſignantur cum ſigneto camerarij, vel ſub plũbo, &c. Et ita ſeruatur in curia Romana. Et idem ſ. ꝙ in forma authentica debeat produci, dicimus in ſtatuto non contento in volumine ſtatutorum, ſecundùm Bar. in l. omnes populi. ad fin. ff. de iu. & iur. & modernos in dicto c. 1. de conſt. lib. 6. & in dicto ca. paſtoralis. forma autem authentica habetur in regulis, & ſtylo cancellariæ. Quid autẽ de ſententia principis diffinitiua, vel interlocutoria? Dic vt in c. ĩ cauſis. de re iudi. & 16. q. 3. licet. & ff. quod met. cau. l. metum. §. ſed ꝙ ait prætor. Et præſumitur quæſtio determinata pro illa parte & opinione pro qua fuit vltima collatio facta, vbi aliter non conſtat de expreſſa deciſione, ſecundùm Bal. in l. bona fides. ff. depoſi. Et no. Domi. in c. fi. de hæret. lib. 6. ꝙ ordinationes & mandata Papæ habent eandem vim, quam habent conſtitutiones, per not. in c. à nobis 1. de ſent. excom. per l. 1. & fi. C. commina. vel epiſtol. Item ꝙ reſponſa Papæ ad conſultationem inferiorum ſunt pro iure ſeruanda, alleg. 3. diſt. in ſumma.

Mandatum Papę habet vim conſtitutionis.

De interpretatione autem doctorum & communi opinione, dic vt per Abbatem in c. 1. de poſtu. p̃la. vbi gl. & not. in c. vnico. eo. titu. lib. 6. & in l. 1. C. de profeſ. qui in vrbe Conſtantinopolitana, &c. de communi opinione notatur 3. q. 5. §. tria. & an excuſet à dolo, not. deciſio Rotæ 279. & Oldra. in l. quæſitum. ff. de fun. inſtru. Et an ſit ſtandum vltimæ opinioni glo. & Inno. &c. not. Ioan. And. de pœnis. c. 1. & de ſen. excom. c. 1. lib. 6. in nouella. & not. in l. qui filium. ff. ad Trebel. & per Bal. in l. ſi mater. §. tua. ne de ſtatù defuncto. & in l. 1. ff. de conſti. principum. & in tit. apud quem controuerſia feudi determi. in vſibus feu. faciunt not. in c. capellanus. de fer. De his tamen plenius tractat Matthæ. de Mattheſilanis in ſuo tractatu de electione opinionum: qui incipit, quidam tractatellus. Et de opinione gloſſæ præferenda, dic vt per Iac. But. & alios in l. 1. C. qui pro ſua iuriſ. & Lapum alleg. 38. incipit, magiſter Hoſpitalis.

Regulę cancellarię q̃ vim habẽt.

Regulæ cancellariæ ſapiunt naturam legis: vt no. in c. à nobis. de ſent. excom. & in cle. 1. de vi. & hone. cle. de quo per Butri. in procemio Clementinarum, vbi videtur aliter ſentire: quia non ſunt perpe-

tuæ.no.Io.And.in regula,nemo poteſt. in vlt. col.in nouella.& quale ius faciant, no. per Pet. de Ancha. in conſi. 296. & 298. in quibus vult ꝙ non cenſeantur conſtitutiones generales,ſed derogatorię voluntatis Papæ edentis, & expirant morte,&c. de quo tamen dic vt in deciſione 349.quæ incipit,Item ſi mãdatur. Quædam verò ex eis ſunt de dandis, & iſtæ vt fidem faciant extra curiam dantur ſub plumbo in forma aliarum bullarum: Aliquæ autem dantur cũ ſubſcriptione duorum officialium de Parco maiori, & ſigneto vicecancellarij: & iſtæ fidem faciunt ſolùm in Romana curia ſi producantur in Rota, vel apud alios officiales & commiſſarios curiæ Romanæ. Et productæ ſemel coram vno auditore,poſſunt poſtea reproduci coram omnibus alijs,habita de hoc fide à notario producente. Illæ verò quæ non ſunt de dandis,non faciunt fidem extra cancellariam, quaſi dent normam ſolis officialibus cancellariæ: & ſi non eſſent ſeruatę in confectione literarum,remittentur literæ ad cancellarium corrigendæ, &c. vel de ſpeciali mandato Papæ, vel per auditorem,aut alios cõmiſſarios,coram quibus cauſæ penderent.

Deciſiones Rotę non faciunt ius.

Deciſiones Rotæ non faciunt ius,nec iudex ſecũdùm eas tenetur iudicare: ſed habentur pro deciſionibus magiſtralibus,per no.per gl.de poſtu. præla.c. 1.in gl.not.ꝙ,&c.Et ſæpè Rota iudicat contra ipſas, vt dicit Cardi.in c.paſtoralis.de fide inſtru. in vlt.q. quod intellige, niſi ſecundùm eas ſæpius reperiatur iudicatum:adeo quòd introductus ſit ſtylus, vel conſuetudo,per l. ſi de interpretatione. & l. nam Imperator.ff.de legi.& no.in l.nemo iudex. C. de ſent.Et ſi reperiantur contrariæ adeo ꝙ per diſtinctionem non poſſunt concordari;tunc ſtabitur vltimis,ſecundùm doctores in ſimili in c.1.de conſti. lib.6.& in c. contingit.de iureiur.eo. lib. Et ꝙ deciſiones faciant ius,probat tex.in c. ſicut. de re iudi. vbi Papa allegat ſtylum ſapientum.facit quod not.in c.fi.20.diſt.No. tamen quòd Cardi.& Pet.de Anch.& Domi.cõſuluerunt contra deciſionem Rotæ no. 114. incipit,itẽ ſi vnus.inquantum approbat opinionem Archid. vt refert idem Domi.cap.duobus.de reſcri.lib.6.Et (cũ pace eorum) minus bene:quoniã ad auditores principaliter ſpectat interpretari verba, & mentem Papæ in reſcriptis, & cum cauſæ cognitione & pleno examine,&c. & ſunt in hac quaſi poſſeſſione ſciente & patiente,imo volente & mandãte Papa. arg. eius quod no.Io.And.poſt Hoſt.in c.1.de poſtu.præla. ꝙ non eſt dubitandum in curia Romana propter earũ obſeruantiam continuam;ꝙ clem.2.vt lit. pend. non habet locum in curia Romana deciſio. 275. incipit, item ꝙ cle.2.Similiter c.oblatæ.de appel.vt patet in deciſione 99.incipit,item no. ꝙ c.oblatæ. Similiter, ꝙ c.nonnulli.de reſcrip.&c.ipſo iure.eo.tit.lib.6.nõ habent locum in Romana curia, vt patet in deciſione 167.incipit, item quod commiſſio. Quod patet etiam determinatum expreſsè per deciſiones in nouis 35.incipit,item legitimus vbi reprobatur opinio Io.Mona.& Io.And. Item deciſio 65. quæ approbat opinionem Ioan.Mona.c.1.de offic. vica. Approbãt etiam & allegant opiniones doctorum, vt patet in opinione Io.And.in c. duob. de reſcrip. in 6. per deciſionem 48.quæ incipit,item voluerunt. & idem in deciſione 213.incipit,item ſi quis dicit.vbi patet qđ color probandus eſt per ſpoliatum petentem ſe reſtitui in beneficialibus.& not.in cle.1.de cau.poſ.& ꝓpriet.& per Io.And. in additione Spec. de reſti. ſpo. in prin.& in multis alijs ſimilib.ad idem deciſio 364. incipit,item ſi in forma communi,&c. & in deciſionibus antiquis.316.& idem cle.1. cum in multis.de reſcri.lib.6.& in deciſionibus antiquis.incipit,item cũ actor, & patet in deciſione 96. incipit, item omnes domini.Item deciſio in nouis 359.quæ incipit, item ſi mandatur mihi prouideri. Item deciſio in nouis 258.quæ incipit,item in religioſa.quæ concludit cõtra communem ſententiam doctorum. Item in noſtris conſtitutionibus approbatur opinio Io.And.in c.fi. de conſue.lib.6.ꝙ motus proprius cum clauſulis generalibus apponi conſuetis in bullis tollat ſtatuta & conſuetudines de optando. Ex quibus patet ꝙ ſaltem deciſiones in curia Romana faciunt ius ad inſtar ſtyli, per no.in c.ex literis.de conſuetudine.& in cle.1.de ſequeſt.poſ.& fruct.& quòd no.Lap.allegatione 48.c.fraternitatis. de frigidis. & not. in cle. 1.de ſent.excom.& c. quàm graui. de crimi. falſi. & c.pen.de confir.vti. vel inuti. & c. ad audientiam 1. de reſcrip. Et extra curiam tamquàm reſponſa prudentum. inſti. de iure natu. gen. & ciui. §. reſponſa prudentum. velut electiua diſcrepantium opinionũ doctorum, quibus reuelat præcipuam ſanctus ſpiritus veritatem in medio illorum conſtitutus, tam in Miſſa quàm in peculiari eorum oratione inuocatus. 20.diſt.c.fi.& Matth.17.cap.

F I N I S.

REuerendiſſimo in Chriſto patri domino, domino ſuo Arnoldo Dei gratia ſancti Euſtachij diacono Cardinali Zenzelinus de Caſſanis vtriuſque iuris doctor minimus cum recommendatione ſui ad intellectus acumen deducens præſens opus. Deus ab æterno prȩuidēs, & humanȩ naturȩ ad malū ꝓcliuȩ miſericorditer proſpiciens, vicarium ſuum in terris inſtituit vniuerſalis Eccleſiæ regimini prȩſidētem, qui ex varietate cauſarum, perſonarum, locorum, et temporum, nunc per nouorum editionem iurium, nunc antiquorum declaratione, modificatione, correctione, necnon & rebelliū debita correctione ad ea quȩ medentis ſunt manum apponat. Cum igitur inſtructor peruigil humani generis verbo pariter & exemplo, videlicet ſanctiſſimus pater dominus Ioannes diuina Dei prouidētia Papa xxij. nonnullas conſtitutiones per ſe nouiter editas promulgauit mūdo proſpicere cupiens vniuerſo, quȩ quidem propter intellectus ſimplicium ruditatem in eruditionem aliquam dirigendam, expoſitionem, interpretationem elucidationem in aliquib. expoſcere dignoſcuntur: ea propter ad honorem illius cuius opera ſunt inſeparabilia, ſanctæ ſ. & indiuiduȩ Trinitatis, ad etiam matris vnigeniti Dei filij incarnati in eius vtero virginali, & vniuerſalis Eccleſiȩ ſpōſȩ ſuȩ, ſuiq́; Vicarij generalis veri paſtoris & gregis Dominici directoris, ac etiam noſtri decus: licet hebes & ingenio rudis & imbecillis in iurium intellectu, confiſus de omnipotentis Dei gratia, reuelando ſibi viam meam, & ſperans in eo vt ipſe faciat, iuxta verbum prophetȩ, audaciam ſumpſi (vtinam ad vtilitatem publicam) aliqua per modum commenti in ſcriptis redigere ſuper conſtitutionibus antedictis, eadem veſtrȩ paternitatis ſalubri correctioni more ſolito commendando.

CONSTITVTIONES XX.

Ioannis Papæ xxij. cum familiari apparatu domini Zenzelini de Caſſanis, adiectis patentibus ſummarijs, dataq́; ſingulis apta ſituatione, nec prȩtermiſſa gloſſarum vtili explicatione.

TITVLVS I.

De electione, & electi poteſtate.

¶Electi qui pro ſuarum electionum negotio ad curiam venire tenentur etiam ſede vacāte, non tenentur de neceſſitate in ipſa curia moram trahere: & licet alibi morentur, nullum eis præiudicium generatur. facit Clement. ne Romani. §. fin. eodem tit.

CAP. I.

AD onus[a] Apoſtolicæ ſeruitutis[b] ſuperna diſpoſitione[c] vocati, ambiguitates[d] ex quibus poſſent eccleſijs[e] damnoſa prouenire diſpendia tollere cupientes,[f] de poteſtatis plenitudine,[g] ac fratrum[h] noſtrorum conſilio:[i] ordinamus[k] quòd quibuſcunq;[l] electis,[m] qui ad ſe-

Diuiſio.

AD onus.] Hȩc extrauagans licet propter ſtyli connexitatem commodè diuiſionem non recipiat: tamen non ineptè dici poteſt ꝙ habet duas partes. In prima parte conſtitutio iuris electorum conſeruatiua ponitur: In ſecunda obſtaculum huic obuians tollitur: ibi, *Non obſtantibus.*

a ¶*Ad onus.*] Nota reputari onus in Apoſtolica ſede ſeruire. Multæ enim & innumerabiles ſunt ei præſidentis ſollicitudines. extra de purg. cano. c. inter ſollicitudines. & de magi. inter ſollicitudines. cle. 5. per quas ad morum correctionem, & vitiorum extirpationē adſtringitur attendere, ne ſanguis ſubditorum de ſuis manibus requiratur. 43. diſt. c. Epheſijs. extra de offi. ord. c. irrefragabili. cum & ſecundùm beatum Hieronymum non ſit facile ſtare in loco Petri & Pauli. 40. diſt. cap. non eſt. & ad hoc adde quod dixi in decre. ſuſcepti. in verbo, ſollicitat. licet autem iſtis reſpectibus dicatur onus, nihilominus tamen honor eſt ſummus, cum dicatur apex dignitatis, omnes qui ad eam eriguntur, illuſtrans. 40. diſt. c. non vos.

Papa ſe vocat ſeruum à ſeruiēdo.

b ¶*Seruitutis.*] à ſeruiendo reipublicæ dictæ. ff. rem pu. ſal. fo. l. 2. ff. de adop. l. non aliter. C. eo. tit. l. 2. & hoc reſpectu Papa ſe vocat ſeruum ſeruorum. quod dic vt not. 1. q. 7. cap. quoties cordis. non autem à ſeruando. de qua loquitur lex. inſtit. de iure perſonarum. §. ſerui. illa enim eſt quæ impedit ad honorem prouehi. C. ſi ſeruus aut libertus ad decur. aſpi. l. 1. & 2. lib. 10. extra de ſeruis non ordi. c. 1. 54. diſt. quaſi per totum.

c ¶*Superna diſpoſitione.*] hoc dicit, quia non debet ſibi quiſquam honorem aſſumere, niſi qui vocatur à Deo tamquam Aaron. ad Heb. 5. 8. q. 1. in ſcripturis. & extra de elect. qualiter poſt obitum. C. de epiſco. & cle. l. ſi quenquam. potiſſimè autem in tanti honoris faſtigio hoc præcauendum, cum vniuerſitas fidelium ex illius incolumitate animaduertat ſe pendere perpenſius. 40. diſt. c. ſi Papa. iuxta illud; integritas præſidentium ſalus eſt ſubditorum. 61. diſt. miramur. in corp. auth. vt iudi. ſine quoquo ſuffra. §. cogitatio. coll. 2.

d ¶*Ambiguitates.*] id eſt, dubitationes. ſimile C. de vſufru. l. ambiguitatem. de teſt. l. ambiguitates.

e ¶*Eccleſiis.*] hoc videas quod no. in c. ſuſcepti. ſuper verbo, eccleſijs.

f ¶*Cupientes.*] attende principem Eccleſiȩ cupere & deſiderare, vt tollantur ab Eccleſijs damnoſa, ſollicitando, remedijs inuigilat ſubiectorum, vt qȩtem etiam eis præparet, labores voluntarios appetendo. in corpo. authen. vt diuinæ iuſſiones. in princip. coll. 8. & in procœmio 6. libri.

g ¶*Plenitudine.*] qua ſolus princeps Eccleſiæ gaudere reperitur: cæteri enim in parte, ſollicitudinis ſunt vocati. 2. q. 6. c. decreto. & c. qui ſe. extra de vſu pal. c. ad honorem. de elect. illa. de iſta enim plenitudine 1 poteſtatis non oportet ſermonem effundere: quia ſuperfluum eſt ſolem facibus adiuuare. 6. q. 1. ſi omnia. & ſuper hoc videre potes quod not. Ber. extra de transla. epiſc. ca. quando. & Hoſt. plenius de conceſ. præben. propoſuit. de vot. & vo. redemp. c. magnæ. Quibus autem rationibus fulciri poteſt talis plenitudo, vide quod not. per Hoſtienſem extra qui filij ſint legiti. cà. per venerabilem. circa fi. in verbo plenitudine poteſtatis.

1 De plenitudine poteſtatis Romani Pontificis vide oī no Turrecrematam in ſumma đ eccleſia. lib. 2. c. 52. & 53.

h ¶*Fratrum.*] hic videas quod dicam in decr. execrabilis. in verbo, fratribus. & in decret. quia quorundam.

i ¶*Conſilio.*] & hic ſi placet, attende quod dicam in decr. execrabilis.

k ¶*Ordinamus.*] non dicit, declaramus, vt denotet quod infrà ſequitur, eſſe ius nouum, non antiquum: cum fortè ſecundùm hoc eſſet contrarium eius quod hic ſtatuitur, vt infrà ſubijcietur.

l ¶*Quibuſcunque.*] Nota verbum vniuerſale, vt omnes electos venire adſtrictos, vel mittere comprehendat, ſiue ſint exēpti, ſiue non ad cathedrales, vel regulares, vel collegiatas eccleſias electi, arg. ff. de hȩre. inſti. l. hoc articulo. extra de maiori. & obe. c. ſolitæ. 19. diſt. ſi Romanorum. ſic ſentit Car. de ele. cupientes. in verbo cathedralium. & ibi dixi, licet Guliel. ibi contra ſentire videatur.

m ¶*Electis.*] ſubaudi, vel prouiſis: à quorum prouiſione appellatur ad Papam, cum in illis ſit eadem ratio & penitus ſimilis: vnde conſtitutio illa, cupientes. licet pœnalis loquens tantùm de electis, in caſu penitus ſimili idem ſtatuiſſe videtur. argu. ff. de adul. l. ſi poſtulauerint. §. ratio. de eden. l. quædam. ver. nummularios. & colligitur ex decret. cupientes. iuncta ad illam decre. ſi poſtquam. §. vlt. de elect. lib. 6. 2. & ex decre. licet canon. eo. tit. iuncta cum decre. vnica. de offic. deleg. cle. 5. ſic ſentit Car. dicto c. cupientes. in verbo, omnes electi. & Accur. in corpore authen. vt hi qui oblig. ſe ha. perhi. res minorum. §. 1. vbi lex pœnalis inducta contra creditorē ſuſcipientem curam ſui debitoris, extenditur, vel inducta cenſetur contra ſuſcipientē tutelam propter identitatis rationem, vt ibidem not. glo. quæ incipit, nunquid idem, de hoc ſcripſi plenius de reſcrip. abbates. cle. 5. in glo. ſed gratia huius. Item intellige, electis, per quorum mortem vacare dicuntur eccleſiȩ. argu. de elect. ne pro defectu. & ſic electus in magiſtrū maiorem Hoſpitalis ut quondam Templi, non adſtringitur dicta conſtitutione, cupientes. cum per eorum mortem vacare eccleſiæ non dicantur, cum iuris ſpiritualis, & eccleſiaſtici non ſint capaces: vt pote in pluribus laici; vel illi etiam qui eliguntur ad dignitates, quæ ſubſunt alijs: puta ad præpoſituras, ac archidiaconatus, vel ſimiles. ſic not. Card. dicto capitu. cupientes. in verbo, omnes electi. & in verbo cathedralium. Item quod dicit, electis, debet intelligi de maſculis: ſecus de fœminis. in illis enim conſtitutio, cupientes. non vendicat in omnibus ſibi locum ob ſexus fragilitatem. extra de elect. ca. indemnitatib. §. ſed cum eis. lib. 6. & antea idem not. Car. in dicto c. cupientes. in gl. 1. epiſcopalium.

Conſtitutio pœnalis propter identitatē ratiōis eſt prorogabilis.

2 Vide qđ ego ibi not. in glo. fin. & ĩn gl. Italiæ. c. 1. de tēpo. ord. lib. 6. & vide Euerardum doctorem Louanienſem in loco à ratione legis larga ver. tertio caſu prĩcipali, quo remige ſecurè nauigabis illud periculoſum mare extēſionū. Font.

a ¶*Sedem Apoſtolicam.*] intellige etiam vacantem per iura noua, de elect. ne Romani. §. vlt. cle. 5. & ſic ſentire videbatur Car. licet ex falſa cauſa, dicto c. cupientes. in verbo, coram nobis. in verbo, canon. Gul. autem contrarium ibi tenebat, cuius opinio hodie ſuccumbit.

dem[a] Apoſtolicam venire,[b] vel mittere[c] tenebantur,[d] ac ipſorum electionum inſtructoribus,[e] qui in veniendo ad ſedem[f] ipſam, & ſe præſentádo[g] ipſa ſede vacante, vel non vacante ſeruauerunt[h] tempora à canonib.[i] inſtituta (dummodo præſentialiter,[k] adſint[l] in ciuitate[m] lugdunẽ. vel fue-

b ¶*Venire.*] pſonaliter.

c ¶*Mittere.*] procuratores ſufficienter inſtructos.

d ¶*Tenebantur.*] exẽpla pone de his per decret. ſtatuimus. cupientes. indemnitatibus. §. ſed cum eas. lib. 6.

e ¶*Inſtructoribus.*] de iſtis hẽs d. c. cupientes. §. ad hoc. & §. ſi verò.

f ¶*Ad ſedem ipſam.*] vacantem: ad quam ſicut ad non vacantem tenentur hodie venire, vt s̃. dixi.

g ¶*Se præſentando.*] ſ. pſonaliter. & hoc ſi poſſent: aliàs ſufficeret hoc publicè proteſtari. arg. ff. de nauti. fœno. l. 2. Sed an vnica proteſtatio eis ſufficeret, vide quod not. Car. dicto c. cupientes. in verbo, prædictos.

h ¶*Seruauerunt.*] in illis igitur qui non ſeruauerunt, non habet locum quod infra ſequitur, nec beneficio huius conſtitutionis gaudent. Tum quia quod de certis ſtatuitur contra ius cõe, de alijs denegatum vr̃. ff. de iud. l. cum prætor. extra de preſum. nonne. Tum quia ſi de omnib. conditor idem ſtatuere voluiſſet, hoc vtique expreſſiſſet. arg. extra de deci. ad audientiã. C. de cadu. tollen. l. 1. §. ſin autem ad deficientis. Tum etiam quia in ſeruantibus tempora diuerſa, ratio iura diuerſa inducere facit. C. de tranſac. l. interpoſitas. ff. de legi. l. ꝙ verò extra de reg. iur. quæ à iure. lib. 6. quia ipſi nullam diligentiam adhibuiſſe reperiuntur, ſed ſeruantes ſic: tam in veniendo quàm in præſentando.

i ¶*A canonib. inſtituta.*] extra de elect. ſtatuimus. & c. cupiẽtes. lib. 6.

k ¶*Præſentialiter.*] non ergo ſufficeret per alium ibi eſſe: cum opus ſit præſentia perſonali. arg. C. de procu. l. vlt. ſi mi. ſe maio. di. l. 2. extra de iudi. c. 1. de elect. vt circa. lib. 6.

l ¶*Adſint.*] ſ. de præſenti tempore huius conſtitutionis. verbum enim, ꝙ de ſe præſentis temporis eſt, nec ad præteritum, nec ad futurum propriè trahi poteſt arg. ff. de iniu. & irri. teſt. l. cum in ſeruo. ſi cer. pe. cum ad præſens.

Præſens in ciuitate eſt, qui in ſub vrbijs eſt.

m ¶*Ciuitate Lugdun.*] in qua fuit creatus in Papam dñs noſter Io. Papa 22. Sed qualiter intelligas iſtos præſentes in ciuitate, an illos qui ſunt infra muros, vel etiam qui ſunt in ſuburbijs? Vr̃ ꝙ illi qui ſunt infra muros tantùm. arg. ff. de verb. ſig. l. vrbis. extra de ſen. excom. c. ſi ciuitas. lib. 6. Sed contrariũ credo, cum hic agatur de pęna vitanda: cuius vitatio eſt fauorabilis, & ſic extendenda. ff. de lib. & poſthu. l. cum quidam. extra. de reg. iur. odia. lib. 6. & quia ſatis cenſetur præſens in ciuitate, qui in ſuburbijs eſt. ff. de verb. ſig. l. qui in continentib. & l. ædificia. & l. pupillus. §. incola. & de penu leg. l. namq; liquidè. §. Item ſi ita. ad mu. l. qui ex vico. de procu. l. præſens. C. de epi. & cle. l. nulli. §. ꝙ ſi in vico. de na. li. l. ſi quis ſeu liber. extra de ele. vbi maius. §. porrò. lib. 6. ad idem 63. diſt. c. ego Ludouicus. cum ibi no. & per Gul. extra de reſcrip. ſtatutum. in verbo, ciuitatib. Quid. n. ſi electi eſſent tot numero, ꝙ cum alijs curialib. non poſſent intra muros ciuitatis cõmodè recipi? eos non reputari fuiſſe præſentes vr̃ fore abſonum, & iniquum.

Calendæ ſunt de proximis intelligendæ.

n ¶*In calendis Octobris.*] ſ. de ꝓximis calendis poſt huius cõſtitutionis publicationẽ debet intelligi. ff. de verb. obl. l. eũ qui calendis. & hoc ſi à tpe publicationis huius conſtitutionis reſtabat tñ de tempore, ꝙ in calendis Octobris poſſet cõmodè apud Auinionẽ peruenire: aliàs nõ de proximis primis, ſed alijs ſubſequentib. haberet intelligi. arg. de verb. obl. l. interdum. de eo quod cer. loco. l. non vtiq;. §. ſi quis ita. Sed ſi in die ipſarũ calendarum fuiſſet huius conſtitutionis facta publicatio, de ſequentib. videretur intelligendum, vt dicta l. cum qui.

o ¶*Vbicunq;.*] in hoc inducit ius nouũ hęc cõſtitutio: nam alia primęua iura arctantia electos ad veniendũ & ſe perſonaliter præſentandũ videbantur expoſcere, ꝙ ipſi ſede vacãte in curia haberent moram trahere: cũ nec ab ea ſine licentia poſſint diſcedere donec eccleſiæ eſſet de paſtore ꝓuiſum. extra de elec. cupientes, iuncta decr. ſi poſtquam. §. ſi. eo. tit. lib. 6. & c. ne Romani. §. vlt. cle. 5. ad q̃d. n. arctarentur electi venire ſede vacãte ad curiã, vt ibi dixi, niſi & venientes expectarẽt creationẽ noui paſtoris? certè fruſtra, potiſſimè cũ ſpes ſit de ꝓxima eius creatione: vt ibidem. & adde q̃d dixi s̃. in glo. intellige.

p ¶*Nullum.*] præiudicium, quod ſtatim ſequitur.

q ¶*Ipſis.*] ſcilicet electis.

r ¶*Eorum iuri.*] id eſt, eis per electionem quæſito. quod & quale ſit illud, dic vt no. 63. diſt. quanto.

s ¶*Vbilibet.*] ex hoc verbo, & alio ſimili vbicunq;, quod eſt

rint Auinione in Calendis[n] Octobris) vbicunq;[o] ſede vacã te morã traxerint, nullum[p] ipſis,[q] ſeu eorũ[r] iuri præiudiciũ ex mora interim facta vbilibet[s] generetur:[t] ſed[u] eorũ iura circa electiones huiuſmodi hoc[x] non obſtãte, perinde ſeruetur illęſa, ac ſi apud ſedẽ Apoſtolicã[y] morã cõtraxiſſent.[z]

s̃. intelligam: ſiue in loco proximo ad curiã, ſiue remoto electi morã traxerint: cum hęc duo verba ſingula per ſe loci vacationẽ de ſui natura denotent. extra de priuil. antiqua. §. dominicæ & eo. tit. c. vlt. lib. 6. ſicut & temporis. ff. de interrog. act. l. vbicũque. extra de pœnis. ca. vbicunque. lib. 6.

t ¶*Generetur.*] quod ante hanc decr. generandum videbatur: ſ. priuationis ipſo iure ab omni iure ſibi per electionem acquiſito. dicto c. cupientes. §. inſuper. & c. ſi poſtquam. §. 1. de elect. lib. 6.

u ¶*Sed eorum iura.*] id eſt, eis per electionem quæſita.

x ¶*Hoc non obſtante.*] ſ. quòd ſede vacante vbilibet alibi moram traxerint.

Sedes Apoſtolica vbi dicitur eſſe cum vacat.

y ¶*Sedem Apoſtolicam.*] Sed vbi reputabis eſſe ſedẽ Apoſtolicam cum vacat? Poteſt dici ꝙ ſicut ſedes reputatur eſſe vbi Papa viuens moram trahit, arg. extra de præb. c. præſenti. §. loca. lib. 6. cum cathedra ſacerdotem non faciat, ſed ſacerdos cathedram: nec locus ſanctificat hominem, ſed homo locũ. 40. diſt. c. multi. de quo plenius dic in cap. Execrabilis. in verbo, Romanæ Eccleſiæ. ſic & ipſa remanere dicetur in ciuitate, in qua vel in cuius territorio ipſum mori contingit: cum ibi ſucceſſoris ſit regulariter electio celebranda. ext. de elect. vbi maius. §. 1. & §. porrò. lib. 6. & eo. tit. ne Romani. §. ſanè. cle. 6. Et quia per mortem Papæ ſedes vacare dicitur, alibi niſi vbi eſt mori non poteſt: ergo ibi erit ſedes vacans, vbi mors eius contingit. Niſi diceres Papa moriente in certo loco, cauſarum & literarum Apoſtolicarum audientiam alibi remanſiſſe: nec per Papam viuentem ordinatum fuiſſe de ipſa alibi transferenda: in illo enim caſu ſedes vacans remanere diceretur fortè vbi audientia remanſerat: cum ibidem ſit ſucceſſoris paſtoris electio celebranda, vt d. §. ſanè, & in ſede vacante ſi commodè fieri poteſt, ſit electio facienda. 23. diſt. in nomine Domini. extra de elect. quod ſicut.

z ¶*Moram contraxiſſent.*] ſed quare Papa ſic voluit iſtis electis iura ſua ſeruari ac ſi ſtatuta canonum obſeruaſſent, quæ tamen non ſeruauerunt: imo illa contempſerunt alibi quàm apud ſedem ipſam moram trahendo? Ad hoc poteſt dici, ꝙ quia per creationem de ſe factam ad apicem ſummi pontificatus de puro homine primæuo factus fuit Chriſti vicarius, & ſic quo ad poteſtatem clauium nouus homo factus. argu. ff. de adi. leg. l. ſi ſeruus. igitur ob tam iucundam creationem exuberare ſuam munificentiam voluit. arg. C. de fer. l. omnes dies. circa fi. ibi, noſtris etiam diebus, &c. & extra de priuil. c. vt priuilegia. §. illud. vel poteſt aliter ad hoc dici, ꝙ Papę ſic diſponere placuit, quia cum ſede vacante ante ſui creationem domini Cardinales, ad quos ſpectat futuri paſtoris electio, eſſent in multis partibus & locis diſperſi, vt experientia facti manifeſtauit, quorum aliquos electi, & alij alios ſequebantur, fortè pro ſuarum electionum expeditione in futurum fructuoſius conſequenda: vel fortè ad eos inducendum, vt ſe congregare vellent ſimul pro futuri electione paſtoris, & ſic in totum deſides fortè non erant in procurando quantum in eis erat honorem & commodum vniuerſalis Eccleſiæ & ſuorum membrorum: meritò ergo remuneratione aliqua digni fuerunt, maximè cum ſupponantur ſtatuta canonum tam in veniendo quàm in ſe præſentando legitimè obſeruaſſe: nec enim ad alios huius conſtitutionis beneficium ſe extendit, vt s̃. in verbo, ſeruauerunt. quaſi etiam in ſatis leui culpa dicantur fuiſſe, ſi cõtinuè apud ſedem vacãtem moram traxerint † cum tunc ſuarum electionum expeditionem obtinere minimè potuiſſent à cœtu dñorum Cardinalium ſede vacante iuriſdictionem aliquam non habente. de elect. ne Romani. cle. v. licet Gar. contrarium notaret in c. cupientes. argu. ff. ſi quis in ius vo. non ie. l. 2. §. vlt. & eorum quæ not. in ſimili per Ber. extra de do. & contu. c. vlt. & eo. tit. c. actor. lib. 6. quare talis culpa de facili potuit & debuit remitti. arg. extra de accu. cap. cum dilecti. ff. de ven. inſpi. l. 1. vlt. Vel dicas ꝙ Papæ ſic placuit ordinare reuocãdo in hoc ſuorum prędeceſſorum ſtatuta. vt ſequit̃ de ſuæ plenitudine ptãtis, vt s̃. dr̃. Sed cũ ibi ſubiungitur

† Morã non traxerint. Ie gendum vr̃. An Cardinalium cœtus ſede vacante iuriſdictionem habeat.

iungitur ꝙ de fratrum conſilio ſic ordinauit, & non ſit veriſimile Papam conſulentem & fratres conſilium dantes motos fuiſſe ſuper hoc ſine cauſa.arg.C.de legi.l.humanum. potiſſimè cum in rebus nouis conſtituendis, &c. ff. de conſti.princip. l. in rebus. extra de conſue. conſuetudinis. quod prius. dixi magis placet. Per hoc autem quod dicit textus perinde ſeruentur illæſi ac ſi, &c. apparet, quòd ſi iſti electi venerunt ad curiam ſine munimentis & actis factum electionũ ſuarum concernentibus, non ſeruantur indemnes, vel illæſi in hoc quòd poſſint obtinere remiſſionem ꝑ illis exhibendis alibi quàm in curia, niſi ex cauſa: vt in decr. cupiẽtes. §. inſuper. ver. electos. cũ nec ob hoc ſeruentur immunes illi q̄ apud ſedem continuè reſediſſent, & iſti ex beneficio conſtitutionis huius habentur ſolùm perinde ac ſi cõtinuam traxiſſent ibidem moram: vt hic dicit.

Papa cum Cardinalibus nihil facit ſine cauſa.

Non[a] obſtantib. prædeceſſorum[b] noſtrorum conſtitutionib. quibuſcunq;: quib. tamen quo ad alia nullum volumus[c] præiudicium generari. Nulli[d] ergo, &c. noſtræ ordinationis infringere, &c. Datum[e] Lugduni 8. Idus Septembris anno primo.

¶*Beneficio vacante, cuius fructus ad certum tempus debentur alicui annalia habenti, vel alij, qualiter debeant fructus ipſi diuidi inter ipſum annalia habentem & beneficiatum, & diuiſione facta cuius ſit electio, hæc declarat conſtitutio. Et potuiſſet poni ſub titulo, de reſcript. vel, ne ſede vacan. vel vt eccleſ. beneficia. vel de verb. ſignifica.*

a ¶*Non obſtantibus.*] attende ꝙ Papa hic in ordinatione ſua contraria primæuis iuribus facit mentionem de illis vt illa reuocet: ſed hoc facit ex abundanti: quia iſta ordinatio ſua vltima ius inducens, quo ad electos de quibus fit hic mentio, reuocaret priora iura ſibi contraria, licet de illis non faceret mentionem, extra de conſti. capitu. licet Romanus. lib. 6. de cog. ſpi. c. 1. ff. de legi. l. ſed & poſteriores. Vel fortè ideo hoc facit, quia iura prædeceſſorum expreſsè non ſtatuebant electos apud ſedem vacãtem debere morã continuã facere, licet ex illorũ mente & ſnĩa hoc colligeretur: vt ergo illa quo ad eorum mentem reuocaret, quantùm ad iſtos electos de iſtis facere voluit mentionem: vel quia quo ad iſtos electos fuit indulgentia ſpecialis, vt innui videtur ſuprà, cum dicitur de poteſtatis plenitudine, quæ haberet de iure communi contrario facere mentionem. extra de capel.mo.ex parte.licet illa poſſit intelligi de indulgentia ſingulari. Vel dic vt ſupra in gl.ſed quare.

Conſtitutio ſecunda primam reuocat etiam d̄ ea nõ facta mentione.

b ¶*Prædeceſſorem.*] ſcilicet. Nicolai 4. qui condidit capit. cupientes. & Bonifacij 8. qui fecit decret. ſi poſtquam. de elect. lib. 6. & Clementis 5. qui promulgauit decret. ne Romani. eod. tit.

c ¶*Volumus.*] quia quod non mutatur, &c. C. de appel. præcipimus, & de teſta. ſancimus. in corpore auth. de admi. offic. circa fi. col. 3. & ſic conſtitutio in vno articulo reuocata, in alijs firma remanet, vt hic.

d ¶*Nulli ergo.*] ſuper hac clauſula, quæ ſequitur, vide quod plenè notaui in decreta. Execrabilis. vbi eſt ſimilis clauſula.

e ¶*Datum.*] & hic recita quæ dixi in dicto capit. Execrabilis. Zenzelinus.

SVſcepti.] Diuide cõſtitutionem in partes ſeptem. In prima præmittitur harenga & conſtitutionis rõ. In ſecunda ſubiungitur facti dantis cauſam conſtitutioni recitatio: ibi, *Cum itaq;*. In tertia annectitur ipſa cõſtitutio: ibi, *Nos de illo, &c.* In quarta ſubinfertur conſtitutionis determinatio ſeu declaratio: ibi, *Et hoc in eccleſiis*. In quinta determinationem non ſeruantis punitio: ibi, *Quòd ſi alter, &c.* In ſexta conſtitutionis præſentis tranſgreſſorum pœnæ inflictio: ibi, *Et ſi quicquam, &c.* In ſeptima priuilegiorum, & cæterorum conſtitutioni obuiantium reuocatio: ibi, *Non obſtantibus, &c.*

f ¶*Regiminis.*] id eſt, gregis Dominici & vniuerſalis Eccleſiæ Petro Apoſtolorum principi regendæ commiſſæ, Lucæ 22. c. 21. diſt. §. 1. extra de elec. ſignificaſti. & in eius perſonam omnibus ſuis ſucceſſoribus. extra de re iud. c. ad Apoſtolicæ. §. nos itaque. lib. 6. 40. diſt. c. non nos.

g ¶*Cura ſolicitat.*] Hoc dicit conſtitutionis prǽſentis conditor, attendens non eſſe facile ſtare in loco Petri & Pauli, tenere cathedram regnantium cum Chriſto: non enim ſanctorum ſunt filij, qui loca tenent ſanctorum, ſed qui exercent opera ſanctorum. 40. diſt. c. non eſt. 37. diſt. ca. Eccleſiæ. curam ergo ſolicitam non refugit in ſummi Pontificatus regimine ad mẽtem reducens verbum beati Gregorij tanto quis eſſe humilior, atq; ad ſeruiendum Deo promptior quiſq; debet ex munere, quanto obligatiorem ſe conſpicit in reddenda ratione, volenſq; vitare negligentiam, quæ in prælato frequenter mortale peccatum inducit. 81. diſt. c. dictum. extra de reg. iur. quãtis. de offi. archi. c. ea quæ. in quibus de hoc.

Filij ſanctorum nõ ſũt q̄ loca ſanctorum tenent, ſed q̄ exercent opera ſanctorum.

CAP. II.

SVſcepti † regiminis[f] nos cura[g] ſolicitat, vt quę in eccleſijs[h] non abſq; diſpendio[i] miniſtrorum, & cultus[k] detrimẽto diuini ſeruari viderimꝰ, per appoſitionem congrui moderaminis[l] in melius reformemus.[m] ¶Cum[n] itaq; in[o] nonnullis eccleſijs obſeruetur, & à longis retro temporib. fuerit obſeruatum, ꝙ fructus primi, vel ſecundi aut alterius cuiuſcunq; ſequentis[p] anni beneficiorum vacantium in eiſdem defuncto,[q] vel fabricę,[r] aut eccleſijs,[s] vel[t] perſonis habenti-

h ¶*Eccleſiis.*] verbũ, Eccleſia, 1 multipliciter ſumitur, vt plenè no. extra ne prela. vices ſuas. ca. vlt. & propriè eccleſia dicitur congregatio fidelium. de conſe. diſt. 1. cap. Eccleſia. quæ vna tantùm eſt, vt in ſymbolo Apoſtolorum: & vnam ſanctam. Eccleſiam. de quo habetur 15. diſt. c. canones. & quòd ſit vna, patet extra de ſum. tri. c. firmiter. §. vna. de exceſ. præla. ca. frequens. §. vtrum Clem. Papa v. in plura tamen membra diſperſa. 7. q. 1. Nouatianus. de quib. membris vniuerſalis Eccleſiæ hic loquitur.

1 De multiplici ſignificatiõe huius verbi, Eccleſia, late Turrecremata ĩ ſumma d̄ Eccleſia. li. 1. c. 2.

† Hæc extrauagans reperitur inter communes ſub tit. ne ſede vacante, cum gl. Domini Guiliel. de Monte Lauduno. Et vide Extrauagantem Pij V. incip. Durum nimis.

i ¶*Diſpendio.*] id eſt, damno, quod vitandum eſt. de reſcrip. diſpendia. lib. 6. licet ibi aliter hoc verbum per alios exponi conſueuerit.

k ¶*Cultus detrimento diuini.*] qui potius augeri quàm minui deſiderandus eſt. extra de conſti. ex parte. de reſcrip. quia per ambitioſam. lib. 6. Sed in quo eſt detrimentum cultus diuini, diſpendium miniſtrorum? Rñdeo q̄a ſublata ſufficientia victus ipſis miniſtris, neceſſe eſt ſũmoueri cultum diuinum: cum corporalis Eccleſia ſine rebus corporalibus in nullo proficiat: ſicut nec anima ſine corpore exercendo ſenſus corporeos viuit. 1. q. 7. ſi quis obiecerit.

l ¶*Moderaminis.*] Nam nouis morbis noua conuenit antidota præparari. extra de iura. calum. cæterùm. & rei nouæ eſt nouum conſilium & remedium ſuggerendum. ff. de ven. inſpi. l. 1. nam quod medicamenta morbis exhibent, hoc exhibent iura negotijs. in corpore. auth. hæc conſtitutio innouat. coll. 8. extra de reſcrip. ad hoc. & experimenta morborum nos cogunt multas adinuenire medicinas. 50. diſt. vt conſtitueretur. not. dicto. c. cæterùm.

Nouæ rei nouũm ſuggeratur remedium.

m ¶*Reformemus.*] ad hoc pręſidentis officium debet eſſe attentum. in proœmio Domini noſtri Ioan. Papæ 22. clementinarum conſtit. §. hæc ſanè. & arg. 22. q. 4. c. magnæ. ff. de colla. bo. l. nunquam.

n ¶*Cum itaque.*] ſecunda pars.

o ¶*In nonnullis.*] id eſt, aliquibus, duabus negatiuis affirmatiuæ æquipollentib. ff. de verb. ſign. l. duob. & dixi plenius in decre. cum inter nonnullos.

p ¶*Sequentis anni.*] puta tertij, & vlterioris.

q ¶*Defuncto.*] id eſt, expendendi pro redemptione animę defuncti, vel in cæteros modos liberandi animam à purgatorio, qui ſunt multi, vel eleemoſynæ largitio. 13. q. 2. capitu. animæ defunctorum. & cap. tempus. 82. diſtin. capit. presbyter. aliter enim defuncto applicari non poſſent. argum. ff. de ope. li. l. qui libertus. §. poſthumus. 20. diſtin. cap. qualis. cum mors omnia ſoluat. in corpore authen. de nup. §. deinceps. coll. 3.

r ¶*Fabricæ.*] ſcilicet piæ, puta hoſpitalis, pontis, vel eccleſiæ, ſimile de reſcrip. ſi propter. lib. 6.

s ¶*Eccleſiis.*] quibus fortè applicabantur tales fructus conuertendi in ornamenta ipſarùm. vel aliam iuſtam cauſam: vt ad exonerationem æris alieni, vel ſimile. arg. ad hoc extra de teſti. c. vlt. vt eccleſiaſt. bene. c. vnico.

t ¶*Vel perſonis.*] Si intelligas de eccleſiaſticis, planum eſt ꝙ ad eas fructus tales ſpectare poſſunt de conſuetudine, priuilegio, vel ſtatuto: cum ipſi viri eccleſiaſtici ſint capaces. extra de fo. compe. cum contingat. not. Inno. de reſtit. ſpolia. capit. olim inter. Si intelligas de ſecularibus, poteruntné tales fructus & ipſorum perceptio ad ipſos pertinere? Dic ꝙ ſic ſpeciali priuilegio Papæ: nam frequenter viſum eſt de regibus, & alijs mundi magnatibus, quibus Papa ipſos per priuilegium concedebat. arg. 63. diſtin. Hadrianus. & c. ſeq. cum excommunicare clericum poſſint de ſpeciali Papę cõmiſſione. argu. 96. diſt. c. bonæ. & ibi not. & 32. diſt. §. verum quidem. per Guliel.

extra de offic.deleg.c.ab arbitris.lib.6. Sed vtrum de conſuetudine talium fructuum perceptio poſſit ad tales ſpectare pſonas? Videtur quòd ſic:quia quod poteſt pactum,poteſt præſcriptio.arg.ff.de pact.non impoſſibile:vt not.de fun.pa.l.vlt. lib. 12.ſed per pactum tempore fundationis appoſitum poteſt ſibi laicus tales fructus retinere beneficij cum vacabit.18.q.2. Eleuterius.ergo & per præſcriptionem. Sed contrarium dicas:cum nec iura eccleſiaſtica tractare, vel ſpiritualia ſibi poſſidere,& ſic nec præſcribere pōt ius ipſum talia percipiendi. arg. extra de elect.Maſſana. & c. ſacroſanctã. de iudi.decernimus.& c.quãto.de arbi.c. contingit. de re. eccle. non alie.c. cum laicis. de præſc. c. cãm q̃.96.diſ.bñ quidẽ. cũ ſi. & qa talis cõſuetudo reputari poſſet eccleſijs onerosa,& ſic inualida.extra de cõſue.c.1.qa laici clericis oppidò ſunt infeſti.2.q.7.c.laici.extra de immu.ec.clericis. lib.6.Nec obſtat quid dictum eſt de fundatore laico:quia illud eſt ſpāliter introductũ in patrono: vt per pactum fructus tales ſibi poſſit retinere in ſuæ liberalitatis fauorem, vt ſic quilibet laicus citius inducatur ad fundandum, vel dotandum eccleſias, & ne à tali exercenda liberalitate retrahantur: arg.ad hoc.C. de bo.quæ libe.l.2. ff. de ope. pu.l.2.& iſta ratione de ſola gratia,non de mero iure laico tali ex fundati ne, ſeu donatione, † ſeu conſtructione de iure permittit̃ iuſpatronatus.arg.19.q.2.c.ſi quis eporum.extra de iurepa.c.quoniam.& ibi not. per Hoſt. iſta etiam ratione eccleſia patronalis non poteſt erigi in collegiatam per ordinarium inuito patrono, ſecundùm Ber. notantem extra de iure patro.c.nobis.

†Aliàs, annualia.

† Ego ex hoc §. noto, q̃ princeps modificare pōt aliorum priuilegia, ſiue à ſe conceſſa. l.fundos.& doctores ibi.C.de oĩ agr. deſer. lib. 11. ſiue ab alijs c. quanto & ibi Petr. de Anchar. de cenſi. Fon.

Ius patronatus quare laicis conceditur.

†dotatione.

bus annalia † [a] de conſuetudine, priuilegio [b], vel ſtatuto applicantur in [c] totum: ita quòd illi, qui huiuſmodi beneficia canonicè [d] obtinẽt, & ad quos aliàs [e] de iure fructus ipſi ſpectare deberent: [f] nihil inde percipiunt [g]: vnde illud inconueniens [h] ſequitur, quòd commodè [i] nequeunt ad impendendum ſeruitium [k] debitum reſidere [l] in eccleſijs, in quibus [m] beneficiati exiſtunt: Nos [n] † de illo ſuper his remedio prouidere volentes [o], per quod hi [p], & illi [q] in fructuum prædictorũ perceptione participent [r], & eccleſiæ debitis ſeruitijs non [ſ] fraudentur: Præſenti decreto ſtatuimus [t] de fratrum [u] noſtrorum conſilio, quòd illi qui fructus prædictos ibi† hactenus integrè [x] vẽdicabant [y] ex priuilegio, conſuetudine, vel ſtatuto, nihil [z] exinde vltra ſummã, pro qua vnumquodque beneficiorum

†Aliàs, ſibi.

a ¶*Annalia.*] ſic vulgariter dicta: quia per annum emolumenta talium beneficiorum percipiebantur: & ſic ad vulgi denominationem reſpectus habetur. arg.ff.de flu.l.2.§.1. de fun.inſtru.l.cum de lanionis.§.aſinam.

b ¶*Priuilegio.*] intellige per Papam conceſſo, quo ad perſonas ſeculares: illis enim ab alio tale priuilegium concedi non poſſet,iuxta not.ſ̃.in glo.ſi intelligas. & ſuper hoc vide q̃ not.per Inn & Hoſt.extra de arbi. contingit.

c ¶*In totum.*] & malè.extra de præben.c.de monachis.& eodem tit.c.vlt.conſtitutio Cle.Papæ v.

d ¶*Canonice obtinent.*] hoc dicit qa aliter obtineri beneficia non poſſunt.extra de inſti.c.ex frequentibus.de reg.iur. lib. 6. c.beneficium.& arg.ff.de decur.Herennius.Vnde ad titulum beneficij exhibendum beneficiatus poſſidens poteſt cogi ex officio ordinarij abſque libello,reiecta omni recuſatione, licet non ad partis inſtantiam:vt not. Hoſtien.extra de ſimo.c. licet Hely.& clarius Compoſt.ſ̃. de reſcr. capitulum. in glo. magna ſuper verbo:ſed ſecundùm hoc.

e ¶*Aliàs.*] ſcilicet deficienti tali conſuetudine, priuilegio, vel ſtatuto.

f ¶*Deberent.*] arg.efficax videtur hic ſumi poſſe, q̃ beneficiatus fructus beneficij ſuos 1 faciat.ad idem ext. de fideiu.puenit.de cle.non reſi.c. vnico,§.qui verò.lib.6. & hanc opinionem amplectitur Hoſt.extra de præb.de multa, in verbo, de ſuis.& Io.12.q. 1.c. duo ſunt genera. ipſe tamen contra. not. ea.q.c.res Eccleſię.quod proſequere vt plenè not.Guli. extra de reſcript.ſtatutũ.§.aſſeſſorem. lib.6. Et huic textui poteſt coloratè reſponderi. quòd ad beneficiatum ſpectent; ſcilicet percipiendi & cuſtodiendi, & in ſuas neceſſitates conuertendi,& fideliter inter pauperes diſtribuendi.

1 Beneficiatus an fructus beneficij faciat ſuos. Et vide đ hac q̃ōne Couarruuiã in ca. cũ in officijs. ext.de teſtament.

g ¶*Percipiunt.*] vnde ſerupuloſo corde moueri poſſunt.21. q.7. c.decimas.ex multis,quæ textualiter leguntur.13.q.1.§. quia ergo.

h ¶*Inconueniens ſequitur.*] quod vitandum eſt,p ea quę notaui ſ̃.in glo.qui potius.

i ¶*Commodè nequeunt*] v ñ p nō potẽtib.hñr.ff. de ver.ſig.l. nepos.& arg.de pen.liber.l. eius.& l.hoc. n. 22.q.1.faciat hō. & p ea q̃ plenè not.in decr.Execrabilis.in verbo, mendicant.

k ¶*Seruitium.*] occaſione cuius datur beneficiũ. de reſcript. quia per ambitioſam.lib.6.31. diſt.c.eos.

Beneficium quodlibet reſidentiam exigit.

l ¶*Reſidere.*] Sed in quo beneficio quis reſidere tenetur? Dicas q̃ in quocunque in dubio:cum omne beneficium reſidentiam exigat,niſi de contrario conſtet: vt not.Inno. de cle. nō reſi.cap.vlt.

m ¶*In quibus.*] ſubaudi, vel ad quas. propriè enim loquendo aliud eſt beneficiari in eccleſia, & aliud ipſam eccleſiã aſſequi:vt dixi de æta.& quali.c.vt hic.cle.5.

n ¶*Nos de illo.*] tertia pars.

o ¶*Volentes.*] ſalutare, & æquum fuit hoc remedium, cũ per ipſum habentes fructus percipere in totũ non fruſtrẽtur effectu conſuetudinis, vel ſtatuti. arg. ad hoc decre.Execrabilis.§.nos itaque.& beneficiati onus ſeruitij ſine fructu ſe ſubire nō lugeãt. arg. 13.q. 1. §.quia ergo.12. q. 2. c. hæc huius placiti. & c. charitatem. & c. eccleſiaſticis. de reg. iur. c. qui ſentit.lib.6. de dona.l.Aquilius.in corpore authent.de iud.§.ne autem.colla.6. C.de aſſeſ l.1. cum ſimilibus.

p ¶*Hi.*] ſ.beneficiati:de quibus immediatè prædixerat, vt ſic ad proxima fiat relatio.arg.ff.de iuriſdi.omn.iud. ſi idem.

q ¶*Et illi.*] ſ.habentes fructus percipere,vt ſupra.

r ¶*Participent.*] talis participatio ſeruat conſuetudinẽ,priuilegium,& ſtatutũ, ne totali careãt effectu, 2 & ne bñficiati & ipſa beneficia à ſuo iure in toto priuent̃.arg. ne quid in flu. pu.l.j.§.ſunt qui putant.de leg.3.l.fideicõmiſſa.§.ſi quis decẽ.

2 Nota q̃ modificare & minuere priuilegium non eſt ipſum tollere. Fon.

ſ ¶*Non fraudentur.*] ſimiliter de app.peruenit.de elec.cũ in eo.lib.6. fraudarentur aũt ipſorum rectoribus reſidere nō potentibus,ob temporalium defectũ:vt ſ̃.dixi in glo.qui potius.

t ¶*Statuimus.*] p hoc videt̃ cõſtitutio fore noui iuris editiua.

u ¶*De fratrum.*] quid hæc clauſula operetur, dixi in decret. Execrabilis.§.nos.

x ¶*Integrè.*] i.in totum, vt ſ̃.dixi:& ſic nulla parte ſaltẽ modica beneficiatis reſeruata.Pone igitur q̃ ipſi beneficiati percipiebant portionem paruulam de fructibus,toto reſiduo habentibus annalia applicato: hẽtné hoc caſu locum qđ ſequitur?videt̃ q̃ non:cum in hoc caſu non loquatur: & ad caſum omiſſum prouiſio ſe extendere nō videt̃.arg.ff.de lib.& poſth. l.commodiſſimè.ſol.ma.l.ſi cum dotem. cum ſi.In contrariũ videt̃ attenta mente pñtis conſtitutionis prouidentis ne eccleſię debitis fraudent̃ ſeruitijs, quibus fraudarentur ſi bñficiati ita modicum perciperent de fructibus,ex quib. nō poſſent ſuſtentari perinde ac ſi nihil perciperent.arg.ad hoc ff.de admi.tu.l.ita aũt.de admi.re.ad ciui.perti. l.legatam.& deriſoria poſſet eſſe talis perceptio.vnde dẽt haberi pro nulla.arg.ff. de iu.do.l.cum poſſet.§.igitur.arg.de leg.1.l.legato. cum not. in eiſ.& quo ad hoc modicum & nihil æquiparant̃.de præb.c. de monachis.& c.auaritiæ.& eo.tit.c.ſuſcepti.lib. 6. de app.c. peruenit.quaſi illi hoc caſu videantur integros fructus percipere,qui modicum bñficiatis relinquunt.arg.de conſe. diſ.2. c.re vera.ff.de iudi.l.ſed & ſi ſuſceperit.§.ſed & ſi proponas.& alibi paria vñr,quem eſſe ſpoliatum omnibus bonis ſuis, vel maiori ipſorũ parte.extra de reſti.ſpo.frequens.lib.6. vel pati litem in oĩbus bonis ſuis,vel maiori ipſorũ parte. ff. de excu. tut.l.pp litem.inſti.eo.tit.§.item pp.& minus debito dare, & nihil dare,paria cenſeri vñr.ff.de trib.act.l.illud quoque.§.minus.de ver.ſig.l.verbũ amplius.& l.minus.& talis mens conſtitutionis cortici ſuperficiali verborum p̃ferẽda eſt.ff.de excuſ. tut.l.credendum.ext.de elec.ſi poſtq̃.§.1.lib.6.de iureiu.c.Romani.§.verum.cle.5.ff.de leg.1. ſcire. nã & à propria & ſtricta verborum ſignificatione diſcedit̃ vbi mens aliàs ſalua eſſe nō poteſt.C.de lib.præte.l.3.ff.de iu.pat.adigere.§.quamuis. & ciuili modo,non calumnioſo verba ſunt intelligenda.ff.de ſerui.l.ſi cui.ad exhiben.l.pe.de leg.2.l.debitor.§.vlt.

Spoliari omnib⁹ bonis, & maiori parte bonorum, paria ſunt.

Verba ciuiliter ſunt intelligenda.

y ¶*Vendicabant.*] i.ſibi appropriabant vel applicabãt. ſimile verbũ & ſimilis expoſitio ext.de elec.c.gñali.§.verũ.li.6.cũ ſi.

z ¶*Nihil.*] intellige etiam modicum:tum quia dicit, nihil, quod verbum de ſui natura nihil includit:ſicut per contrariũ vniuerſale affirmatiuum nihil excludit.extra de maio. & obe. ſolitæ.de priui.quia circa.ff.de hære.inſti.l. hoc articulo. tum quia dicit vltra percipi,diceretur etiam pro modico.ff.de offi.præfec.p̃to.l.1.§.in initio.de ver.ſig.l. collegarũ.§. q extra. tum.quia j̃.dicit,nullo modo,& dũtaxat. & ſint omnino contenti,& totali,&c.

a ¶In

a ¶*In ſolutione.*]ſ.decimę,ſi non hēs in textu.& j̃.colligitur.

Priuilegiũ quandoque in totum euacuatur.

b ¶*Priuilegij.*] ſic vides ꝙ priuilegiũ alicui conceſſum reſtringit & limitatur,niſi aliàs foret enormiter iuri alterius derogatiuũ.nec mireris de hoc:cũ aliàs cõtingat ex hac cauſa ipſum totali effectu vacuari,ext.de deci.ſuggeſtũ.& c.dilecti.de verb.ſig.l.qd ꝑ nouale.

c ¶*Conſuetudinis, vel ſtatuti.*] collige etiam effectum cõſuetudinis vel ſtatuti in partem tolli ob vitãdum enorme alterius detrimentum.nec de hoc etiam eſt admirandum, cum & ſtatuta iuris communis ex tempore & loco & ex cauſa ſæpe mutationem recipiant. 29. diſt.ſciendum. extra de cõſan.c. nõ decet.cũ ſi.

Ius commune quãdoq; mutatur.

d ¶*Quouis modo.*]quaſi dicat ſiue in ipſiſmet fructibus, ſiue in ipſorum æſtimatione.

ipſorum conſueuit in ſolutione [a] decimæ taxari, prætextu cuiuſuis priuilegij, [b] conſuetudinis, [c] vel ſtatuti quouis modo [d] percipiant:ſed ipſius ſummæ [e] perceptione duntaxat [f] ſint omnino [g] contenti,totali [h] reſiduo prædicta obtinentib. beneficia remãſuro: [i] niſi forſan [k] illi qui fructus [l] eoſdẽ ſoliti fuerant (vt [m] prȩfertur) cũ integritate percipere, [n] pro ſe mallẽt ipſum habere reſiduũ, [o] & obtinentibus ipſa beneficia ſummam [p] dimittere memoratam:quo [q] caſu percipiendi qđ maluerint illis [r] relinquimus optionem, [s] ſic quod infra decem [t] dies poſtquam [u] ſciuerint beneficia ipſa vacare, ij quibus annalia [x] † ipſa debentur ex priuilegio, conſuetudine, vel ſtatuto, vel ipſorum annalium † collectores [y] quã partem habere voluerint an ſcilicet decimæ [z] taxationẽ [a] vel illa dimiſſa reſiduũ [b] nulla [c] ſubhaſtatiõe præmiſſa eligere

† Aliàs,annualia.

† Aliàs,annualium.

e ¶*Summæ.*]id eſt, taxationis decimæ.

f ¶*Duntaxat.*] id eſt,tantùm, hoc enim verbum limitationem,& taxationem denotat.arg.ff.de tri.vi.& ole.leg.cum certus.de contrahen.emp.l.ſi debitor.§.veriſimile.

g ¶*Omnino.*]id eſt, in totum, vt plus petere non poſſint.ſimile de reſcrip.duobus.circa finem,lib.6.

h ¶*Totali reſiduo.*]id eſt, reſtanti vltra ſummam taxationis decimæ.

i ¶*Remanſuro.*]conſiderato iure communi ſecundùm quod ad eos fructuum perceptio pertinebat,vt ſupra.

k ¶*Niſi forſan.*] exceptionem ponit ad proximum dictum.

l ¶*Fructus eoſdem.*]ſ.vacantium beneficiorum primi,vel ſecundi,vel vlterioris anni.

m ¶*Vt præfertur.*] ſ. prætextu conſuetudinis,priuilegij, vel ſtatuti.

n ¶*Pro ſe.*]id eſt,pro ſuo commodo,vel vtilitate.

o ¶*Reſiduum.*]id eſt,quod reſtat detracta ſumma taxationis decimæ.

p ¶*Summam.*]ſcilicet taxationem decimæ.

q ¶*Quo caſu.*] ſ.vbi magis volunt reſiduum ſummȩ, quàm ipſam ſummam habere.

r ¶*Illis.*]ſ.qui ſoliti erant fructus integrè percipere.

s ¶*Optionem.*]id eſt electionem.arg.ad hoc. ff. de man. vin. l.pater.

t ¶*Decem dies.*]ſimilis decem dierũ dilatio ad optandũ dat. de prȩb.ſi plurib.lib.6.& alibi.ff.de conſtit. pe.l. promiſſor.& in corpore auth.de appel.§.1. coll. 4. Et ſi quæras quare talis dilatio ad hoc datur,non maior vel minor? Rñdeo quia ſic iuris conditori placuit:nã in talib.iurib.poſitiuis eſt pro ratione voluntas.inſtit.de iure nat.§.ſed & ꝙ principi.ff.de conſti.l.1. & habet locum quod dr̃, non omniũ quæ à maioribus ſtatuta ſunt ratio reddi poteſt.ff.de leg.l.non omnium.23.q.4.Nabuchodo.§.de Tyrijs.& pro hoc facit quod not.ext. de reſcrip.ſi qñ.Si etiam quæras à me,an talis terminus, vel dilatio poſſit minui,vel augeri:dico ꝙ non:tum quia talis eſt, cuius lapſus ius aufert vni eligendi & in alium transfert, vt ſequitur.argu. C.de dila.l.1.ſicut nec teſminus x dierum ad appellãdum,vel anni ad appellationem proſequendam:vt no. C.de lit.cõteſt. auth. offeratur. tum etiam quia à Papa arbitrariè ſtatutus eſt. arg.extra de offic.deleg.de cauſis.de iudi.cum veniſſent.C.de temp.in integ.reſti.l.ſuperuacuam.& arg. eorum quæ no.extra de accuſ.cum.P.in gl.vlt.de ſorti.c.2.

Voluntas in iuribus poſitiuis eſt ꝓ ratione.

Terminus ad appellãdum,nõ poteſt augeri nec diminui.

u ¶*Poſtquam ſciuerint.*] non ergo prorſus ignoranti currit tale tp̃s.arg.extra de conceſ.prȩb.c. quia diuerſitatem.C.qũo & quando iud.l.ab eo.cum enim præſcriptio de ſe contra negligentem currat,arg.C.de an. excep. l. vl. & ignorans negligens dici non poſſit:ſibi igitur nec curret,ne iuſta ignorantia feriatur.C.de tab.generali. lib. 10. Sed qualem reputabis vel præſumes ſcientem: Fortè illum qui verè ſcit vel iuris interpretatione,iuxta c.cum ei quem.in fine.de conceſ.prȩb.cle.5. & arg.ff.de inſti.l.ſed & ſi pupillus.§. ꝓſcribere.Sed dicas hic arbitrariè conſiderandum iuxta locorũ diſtantiam vel vicinitatem,& beneficij qualitatem & famam ſuper hoc exortam. arg.extra de præſump.c.quoſdam. qui matri. accuſ. poſ.cum in tua.& per ea quæ not.Hoſt.extra de concoſ. præb.ex parte. in gl.quaſi archiepiſcopus. Non obſtat c. cum ei. Tum quia loquitur de impetrante literas ad beneficium, in quibus vt pote ambitioſis ſtricta fit interpretatio. extra de reſcri.ſi gratioſè.de præben.quamuis.lib.6.Hic autem agitur de mero priuilegio,conſuetudine,vel ſtatuto,quæ vel ex ſuperioris liberalitate vel conſenſu illorum quib.præiudicant, ſunt inducta, quare non ſic ambitioſa dici poſſunt.arg.de prȩb.c.ſi cui nulla.lib.6.C. de bo.va.l.ſi quando. lib. 10. Tum quia periculum diuturnæ vacationis & vitatio fraudis ibi præſumptam ſcientiam introducunt, ꝙ periculum hic non ſubeſt, cum j̃. tempus à iure ſtatutũ beneficiũ vacans haberet conferri, licet illius fructus ad tempus ad alium ſpectent: vt not. Ber.extra de magi.cap. quia nonnulli. in glo. vlt.& Hoſt.de verb.ſig. c.tua. & aliàs dixi de ꝓben. c. ſi tibi conceſſo. lib. 6. Tum etiam quia ibi fingitur ineſſe ſcientia in certo, quæ fictio ad caſum non expreſſum non extenditur,cum ſit contra ius cõe,præſumens ignorantiam vbi ſcientia non probatur. ff. de proba.l. verius. extra de reg.iur.lib.6.c.quæ à iure. & c.præſumitur.ff.de leg.l. quod verò.& hunc intellectum innuit fi.c. cum dicit, impetrantem interpretamur habere. & ſic loquitur in certo caſu. arg.ad hoc extra de re.permu.c.1.lib.6.

Ignorans non dicitur negligens.

Fictio non extendit ad caſum non expreſſum.

x ¶*Annalia ipſa.*]hoc expone vt dixi in parte præcedenti.

y ¶*Collectores.*] qui frequenter per Papã vel reges vel alios, quib.tale datur priuilegium,ad hoc præficiuntur. Sed pone ꝙ tales collectores non eligunt,vt hic ſtatuitur j̃.x. dies: nocebítne regi velalteri qui tales præpoſuit?Poteſt dici ꝙ ſic: nam negligentia talium nocere videtur præponenti eoſdem. arg. C.de acq.poſ.l.ex libertis.§.1.ff.loca.l.videamus.& l.cum plures.§.ſeruum.de neg.geſt.l.nam & ſeruus.§. vlt. imputatur eñ talium negligentium electio præponenti eoſdem. argu. ff. de mino.l.3.§.vlt.& l.cum mandato.de inſti.act.l. ſed & ſi quis.§. fi.& arg.extra de elect.c.generali.lib.6.

Decimarũ collectores à quib. deputantur.

z ¶*Decimæ.*]cuius perceptio per Papam quandoq; conceditur regibus vel alijs:quo caſu qualiter ſeruari poſſit colligitur de deci.c.ſi beneficiorum.cle.5.

a ¶*Taxationem.*]illa deficiente quid iuris ſit,dicitur in §.ſeq.

b ¶*Reſiduum.*]expone vt ſupra.

c ¶*Nulla ſubhaſtatione.*]id eſt,proclamatione vel prȩconizatione per quam appareat fructus beneficiorum fore æſtimandos, & plus offerenti dandos. arg. C. de ſacroſan. eccleſ. auth.hoc ius porrectum: & talis proclamatio vel ſubhaſtatio alibi appellatur haſtarum ſolennitas, quæ deficiens in venditione rerum debitoris fiſci reuocari facit eam, & ſic ſumitur C.de fi.inſtru.& iure haſtæ fiſca.l.1.& 2. & vlt. lib. 10. vbi talis expoſitio colligitur.& qui in tali ſubhaſtatione in plus offerendo alium ſuperat,ipſum licitando vincere dicitur.ff.de publi.l.licitatio. Si quæras quare talis ſubhaſtatio hic prohibetur:poteſt dici,ꝙ cum eſſet facienda non ob neceſſitatem beneficij,ſed ſolùm ad commodum habentis fructus percipere prohibetur,ne qualitercunq; dehoneſtari dicat̃ ſtatus & qualitas bñficij detegẽdus per talem ſubhaſtationẽ. arg. ff.ad leg. Aquil.ſi quis teſtm̃.C.de ali.pup.præſtan.l.2. & accedat quod agitur:quid n.tam durum,tam inhumanum eſt, quã publicatione pompaq; rerũ familiariũ & paupertatis detegi vilitatẽ, & inuidiæ patere diuitias?C.qñ & à qui.quarta pars.l.2.in ver. mobiles aũt res,& c.lib.10.& ne per talẽ ſubhaſtationem oblata licitatione in dubium de facto reuocet̃ quid vtilius ſit vel recipere taxationẽ vel reſiduũ, vel vt ſic bñficiati citius certi reddant̃,qd eis fuerit remanſurũ.Sed huius gratia quȩro nũquid bñficiatis ſit licitũ fructus horũ bñficiorũ ſuorũ præmiſſa ſubhaſtatione vendere?Vr̃ ꝙ non,per iã dicta. Sed cõtrariũ credo:tum qa prohibitum non reperit̃,quare ꝑmiſſum debet intelligi.arg.C.de reli.l.ſtatuas.ff.qui.ex cau.ma.l.necnon.§.ꝙ eis.30.q.4.illud.1.q.4.ſpũalem. Tum qa ſubhaſtatio de ſe eſt fraudis vitatiua,cũ fiat publicè.arg.ff.de ri. nup.l. vlt.de admi. tu.l.nõ ȩſtimo.inducit frequẽter vtilitatẽ bñficiati, & ꝑ conſequens bñficij per pluris oblationẽ & licitationẽ:vt d.l.licitatio. Tũ qa ꝑmiſſum eſt indiſtinctè bñficiatis bñficiorũ fructꝰ vendere,illos ad firmã cõcedere liberè,meliorẽ ſuã cõditionẽ faciendo. ext.de loca c. veſtra ne prȩ.vi.ſu. c.vlt.ſicut vſufructuario permittitur.ff.de vſufr.l.arborib.§.vſufructuarius.

teneantur:[a] Quam electionē[b] ſi infra dictos decem dies non fecerint (vt dictum eſt) extunc[c] ad eum cuius † eſt[d] beneficium huius optio[e] vel electio[f] transeat[g] ipſo iure. Et hoc[h] in eccleſijs & partibus[i] illis, in quibus beneficia maiora,[k] & alia quæ ad ſolutionē decimę ſunt taxata,[l] volumus obſeruari. In illis verò eccleſijs & partibus, in quib. decimarū taxatio nō eſt facta, ſeruetur ꝙ fructus[m] & obuentiones beneficij tunc[n] vacantis, qđ[o] † decimam ſoluere[p] cō-

† Aliàs, ita: cuius eſt beneficiū huiuſmodi, optio, &c.

† Aliàs quos.

a ¶*Teneantur.*] ſimile de præben. ſi pluribus. lib. 6. in decre. execrabilis. §. vos.

b ¶*Quam electionem.*] ſ. de taxatione decimæ vel reſidui.

c ¶*Extunc.*] hoc verbum tpis extremitatem denotat, vt ante lapſum decem dierum talis optio in bñficiatum non trāſeat. arg. ff. de leg. 2. liberū. §. Stichus. iuncta l. 4. ff. de condi. & demonſt.

d ¶*Cuius eſt.*] facit in arg. ꝙ res & iura beneficij ſint ipſius beneficiati. ſuper hoc vide qđ not. de cau. poſ. c. cum ſuper. & Hoſt. de pecu. cle. c. vlt. & Gar. de reb. eccl. non alie. c. hoc cōſultiſſimo. libro ſextò, & Ioannes. 12. quæſtio. prima. expedit.

e ¶*Optio.*] ſ. retentionis, taxationis decimæ, vel reſidui, vt ſ.

Copulatiua cōiungit diuerſa.

f ¶*Vel electio.*] pro eodem ſumi videntur hæc duo verba: vt hic colligitur. & de conceſ. preb. quia cunctis. §. pe. & ſi. lib. 6. ff. de opt. lega. l. 2. in prin. & §. 1. & l. cum optio. cum ſimilib; quia hic non copulatur per copulatiuam, quę de ſui natura coniungit diuerſa. ff. de lega. 3. l. ea tamen adiectio. de hære. inſti. ſi hæredi. plures. Sed diſiunctiuam, vt innuat non referre an dicatur optio vel electio.

g ¶*Transeat ipſo iure.*] quaſi dicat abſq; miniſterio, & trāſlatione hominis. ſimile de reſcrip. ipſo iure. de ele. q̃ ſit. de hęre. c. cum ſcđm. lib. 6. in corpore auth. de rap. mu. §. vlt. coll. 9. ff. de pu. vec. & cōmiſ. l. cōmiſſa. de iur. fiſ. l. 1. §. an bona. cum ſi. Et per hoc collige ꝙ vbi ille cui datur electio ĩ. certum tps facienda, negligit eligere: ad alium poteſtas deuoluitur eligēdi: ſiue detur electio ab homine, vt ff. de leg. 2. ſtatu liberū. §. Stichum. ſiue à lege, vt hic, & de preb. c. ſi plurib. lib. 6. de elec. ne pro defectu. lib. 6. cum ſi. Vnde facit ad deciſionem quæſtionis, quæ fieri poſſet, vtrum mora in hoc caſu tpe lapſo purgari poſſit? Et dicas ꝙ non: quia cum per lapſum eius ad aliū eligendi poteſtas ſit translata, in eius præiudicium, alius conſiliū mutare non nequibit. ff. de reg. iur. nemo poteſt. & eo. tit. c. mutare. lib. 6. & arg. de ele. c. conſtitutionem. §. inſuper. cle. 5. & videtur expreſſum. ff. de fideic. li. l. Thais ancilla. §. ĩ. & ſuper hoc vide quod plenè no. de conceſ. præb. c. cum ei quē. cle. 5. pro hoc ēt facit quod no. Car. d. c. quàm ſit. Sed pone, ꝙ ille qui poterat optare, eligit vnum, puta taxationē decimæ, poſt adhuc exiſtens intra decē dies vult variare & eligere reſiduū, vel ecōtra: poterit ne? Videtur ꝙ ſic. arg. ff. de act. emp. & ven. l. ſi ſteri lis. §. vlt. de li. leg. Aurelius. §. pen. de proc. c. licet. lib. 6. cum ſi. Sed contrarium dicas: quia per electionē de vno ex his factā ſemel ius in alio alteri quęſitum remanet: quare non eſt locus variationi, vt ſ. proxi. dixi & probatur ff. de op. leg. l. apud. de leg. 1. ſcđm. de elec. c. nulli. & c. ab eo. lib. 6. & quia quod ſemel placuit, &c. ff. de neg. geſt. l. Pomponius. de reg. iu. quod ſemel lib. 6. 8. q. 2. dilectiſſimi cum ſi. ad hoc etiā facit quod not. per Compoſt. de reſcri. capitulum. in gl. magna. §. ſed quid ſi contra beneficia. Et hoc verum intelligas: niſi eligens in eligendo fuiſſet deceptus: puta perſuaſo ſibi ꝙ taxatio decimæ erat maior, & illam elegit, vel perſuaſo ſibi ꝙ reſiduum maius erat, cum eſſet minus, & illico elegit: quia adhuc eligere poterit. arg. ad hoc. ff. de adul. l. ſi maritus. §. vlt. de opt. leg. l. 2. extra de præſum. quia veriſimile. ſic ſentit Hoſt. in fi. de conceſ. præb. quia cunctis. circa fi. in ver. extantib. Supradicta autem vera dicas vbi ius eligendi cōpetit de præſenti vt hic: ſecus ſi in tempore mortis alicuius ſit collatum: quia tunc variare poteſt habens eligere. Sic non obſtat ff. de leg. 2. l. vnum ex familia. & l. cū pater. §. à filia. Et ad arg. in contrarium allegata patens eſt rñſio: quia in l. ſi ſterilis. obligatus alternatiuè ad habitationē domus emptæ præſtandā, vel decem, ſingulis annis ſemel vel pluries: vnū de illis præſtando eligens in reliquo nō tranſtulit ius eligēdi in creditorē: quare variare poteſt, & aliud ſoluere: naturæ obligationis alternatiuæ ſatisfaciēs, quæ variātem admittit. ff. de ver. ob. l. eum q̃ certarum. cum in alternatiuis ſit electio debitoris. ff. de cōtrah. emptio. l. ſi emptio. §. ſi emptio. de iure do. l. plerunq;. §. vlt. extra de reſcrip. c. inter cætera. de reg. iur. c. in alternatiuis. lib. 6. hic aūt ſecus: qa ſemel vnū eligendo reliquum fecit aduerſario effectualiter applicari. l. Aurelius. §. pen. non obſtat. ibi. n. non agitur de ſemel eligente variare volente: ſed de teſt. pro parte approbante vel pro parte non approbante: quare potius caſus eſt diſſimilis quàm cōtrarius. c. licet. non obſtat: quia ibi variatio admittitur: quia fit ſine alterius p̄iudicio, & in illo prima voluntate manēte, hic autem non ita. Vel potes ad hęc contraria & ſimilia rñdere ſi

Mora purgari nō poteſt ab eo q infra tēpus non elegit taxationem decimæ vel reſiduum.

Eligere habens taxationē decimæ vel reſiduum infra decē dies: ſi vnum elegerit, licet adhuc ifra tempus exiſtat, variare nō poterit.

vis. vt no. per Dyn. de reg. iur. c. mutare. & c. quod ſemel. lib. 6.

h ¶*Et hoc.*] quarta pars. & expone, hoc ſ. qđ dictum eſt, vt habētes annalia poſſit vel taxationē decimę, vel reſiduū eligere infra decē dies, & ꝙ aliàs ĩ bñficiatū electio trāſeat ipſo iure.

i ¶*Et partibus.*] id eſt, regionibus.

k ¶*Maiora.*] beneficia maiora dñtur Epatus, vel archiepiſcopatus, vel patriarchatus: aliter reſpectiuè minora dicūtur. ſic no. Hoſt. de prę. c. maioribus.

l ¶*Taxata.*] ſed an ſemel taxatio facta augmentum vel diminutionem recipiat ex fructuum augmento vel diminutione? Vide ſi placet quod no. de deciſ. c. ſi beneficiorum. cle. 5. Pone igitur ꝙ maiora beneficia reperiuntur taxata; non minora, vel econtra: vel reperiuntur aliqua minora taxata, non tñ omnia: habētne locū quod dicit in parte præcedenti, & hic ſeruari mandatur? Videtur ꝙ non: cum hic textus ad hoc vt ſeruetur, in §. p̄cedēti videatur exigere, ꝙ maiora & minora beneficia ſint taxata ob copulatiuā, quę de ſui natura expoſcit omnium copulatorū exiſtentiā. ff. de condi. inſti. l. ſi hæredi. de verb. oblig. ſi quis ita ſtipulatus. extra de reſcrip. ex parte S. Sed contra dicas: quia ſufficit ꝙ illud beneficium de cuius fructuum perceptione agitur, ſit taxatū, licet nō alia: & expone maiora & alia ſ. de quorum fructuum perceptione cōtendatur, & hanc credo fuiſſe mentē conditoris huius capituli prouidere volentis habentib. fructus percipere, & ipſi beneficiato: aliàs ſequeretur abſurditas, ꝙ propter vnum modicū beneficium quod in regione reperiretur non taxatū, in alijs taxatis prouiſio huius decr. foret inualida. & expones textum vt dixi. vel expones, & pro vel: nec eſt hoc nouum: quia ſæpè coniuncta pro diſiuncta, & econtra ponitur. ff. de verb. ſigni. l. ſæpè. C. de inſti. & ſubſti. generaliter. vel dicas ꝙ hæc copulatiua non expoſcit omnium copulatorum exiſtentiam: cum alterum ex eis tātùm ſufficiat ad rem de qua agitur explicādā.

Copulatiua omnium copulatorū exiſtētiam expoſcit.

Coniuncta pro diſiuncta ponitur, & econtra.

m ¶*Fructus & obuentiones.*] denotare videtur differentiam inter fructus & obuentiones: cum per copulam, &, coniungantur, quæ de ſui natura diuerſa copulat. ff. de leg. 3. l. ea tamen adiectio. de hære. inſti. ſi ita quis. Vnde poteſt non incoloratè dici, ꝙ licet in fructu cedant regulariter oīum quæ ex terra naſcuntur, vel ipſa alimentantur. ff. de vſu. l. in pecudum. & l. fructus. obuentiones tamen dici poſſunt, quæ ex facto hominis proueniunt: vtputa oblationes, funeralia, & ex ſigillo vel alio emolumento curiæ, beneficij, & ſimilia proueniunt. arg. extra de elect. vbi periculum maius. §. prouiſioni. lib. 6. & e. ti. ſtatutum. cle. 5. & ff. de verb. ſigni. l. lege obuenire. cum ſimilib.

Et, de ſui natura copulat diuerſa.

n ¶*Tunc vacantis.*] id eſt, quod vacare tunc continget, cum de perceptione fructuum eius tractabitur.

o ¶*Quod.*] ſ. beneficium, aliàs eſt in litera, quos: & expones quos, ſ. fructus & obuentiones.

p ¶*Soluere conſueuit.*] ſiue habeas quod, ſiue quos, eſt ſenſus ꝙ diuiſio ſolū fiat de fructibus conſuetis decimari, vel fiat de fructib. beneficij quod in decima dari pro fructibus conſueuit. Quid ergo erit ſi beneficium vacans nihil dare in decima conſueuit de aliquibus fructibus. vel quid ſi de certis conſueuit, & non de alijs: ſiétne tunc nulla, vel de non conſuetis aliqualis diuiſio? Videtur ꝙ nulla: ſumpto argumento à contrario ſenſu in iure fortiſſimo reputato. 15. q. 3. ex eo. extra de his quæ fi. à præla. cum Apoſtolica. in fi. ff. de teſtamen. l. qui teſtamento. §. mulier. cum ſimi. potiſſimè, quia ĩ. in parte penultima punitur percipiens vltra hęc ſtatuta. Sed ſi hoc ſit verū, ſummam iniquitatem videtur continere in hoc iſta conſtitutio, ꝙ conſuetudo, ſtatutū, vel priuilegium ex rationabili cauſa inducta pro fructibus applicandis alicui pſonæ vel vſu, ad tempus beneficiorum vacantium ſit caritura effectu abſque culpa illius, ſaltem in beneficijs, quæ nihil pro decima ſoluere conſueuerunt, vel in illis fructibus de quib. decima per beneficium ſolui non conſueuit: & conſtitutio principis debet eſſe rationabilis, non iniqua, iuris alieni non ſublatiua. 4. diſt. erit autem lex. & quæ conſuetudinem vel ſtatutum pro alio inductam non videtur tollere, niſi hoc ſpecialiter exprimat. de conſti. c. licet. lib. 6. quod hic non facit, vt dicam in parte vltima: quare dicam hic ceſſare debere argumentum à contrario ſenſu, vt euitetur iniquitas, abſurditas, & iurium cōtrarietas. C. de epiſ. & cle. l. conuenticulam. not. extra de fo. compe. c. ſignificaſti. vel ſubaudiri debere ad textum verbum, maximè: vt maximè fiat diuiſio fructuum beneficij conſuetorū decimari,

Cōſtitutio pricipis nō debet eſſe ſublatiua alieni iuris.

decimari,& cõſueti decimam ſoluere. idem tñ de alijs & alio. & q̃ ideo de talib. fructib. & de tali beneficio quod hic dr̃, fuerit introductum ad tollendũ dubium, quod fieri poſſet, an annualia percepturus poſſet illam decimam eligere vel totum reſiduum. arg. §. præcedentis. Sed contrarium eſt vt hic vides: & poteſt eſſe ratio propter defectum taxationis. Si quæras à me qui ſunt fructus de quibus non conſueuit decimã ſoluere beneficium: tu mèt facto ipſo diſcernas: nã tibi ſuper incerto à iure non determinato quærenti certum nequeo dare reſponſum. extra de ſpon. c. de muliere. C. de tranſa. vt reſponſum. Sed ſi quæras qui ſunt fructus de quib. eccleſia non tenetur ſoluere decimam. Rñdeo q̃ illi, qui ex iuribus ſequentib. & ſimilib. colliguntur. extra de deci. c. nouum genus. & c. ex parte. 16. q. 1. c. quæſt. & hæc de decima quæ debetur ex præcepto eccleſijs parochialib. Sed de decima quæ debetur Papę, ſi quæras qui fructus ab illa ſunt liberi: poteſt non improbabiliter dici, q̃ omnes illi ſpectant ad locum, qui non cadit in nomen beneficij, vt colligitur de præb. c. per literas. de reli. do. quia contingit, cle. 5. & eſt ratio quia in vſus quotidianos perſonarum miſerabilium habent expendi. Et eadem ratione fortè idem de fructibus, qui dantur pro quotidianis diſtributionib. arg. extra de magiſtr. c. vlt. in fi. vel pro quibus non poſſet canonica portio exigi. extra de teſt. c. de ſepul in noſtra.

† Aliàs, annualium.

Reſponſum certum ſup incerto dari nequit.

ſueuit, per medium [a] diuidantur: quorum medietatem habeat is, cui annaliũ † per alterũ de prædictis [b] modis perceptio eſt conceſſa: Reliquã verò medietatem percipiat ille, cui bñficiũ eſt conceſſum pro ſuſtentatione [c] ſua & aliis [d] eccleſiæ onerib. ſupportãdis. ¶ Qđ [e] ſi alter de prędictis [f] præfata [g] medietate noluerit [h] eſſe contentus, altero contentari volẽte [i] pars nolentis tranſeat ad [k] volẽtẽ: † & volẽs fructus & obuẽtiões illi' bñficij pcipiet vniuerſos, [l] eidẽ bñficio ɔgruẽ [m].

a ¶ *Per medium.*] attende hic equalem diſtributionẽ factã. conditor. n. canonis volens habẽtem fructus vel annalia percipere, fore ipſorũ participem, ne effectu priuaretur conſuetudinis, priuilegij, vel ſtatuti: & beneficiatis prouidere volẽs, vt eccleſiæ debitis ſeruitijs non fraudentur: nõ ſic æqualem participationẽ potens facere in beneficijs nõ taxatis, mediã adinuenire, & ſtatuere curauit. arg. ff. de vſufr. etiã partis. de verb. ſig. l. nomen filiarum. §. portionis. & de pet. hære. ſed & ſi lege commiſſoria. §. adeo. & §. quod autem. ſi pars hære. l. antiq. inſtit. quib. ex cau. ma. non licet. §. cum ergo.

b ¶ *De prædictis modis.*] ſ. cõſuetudinis, priuilegij, vel ſtatuti.

c ¶ *Pro ſuſtentatione ſua.*] ſubaudi, & ſuorum. 50. diſt. c. ſtudeat. in fi. extra de reſcr. cum adeo. cum ibi no. & arg. ff. de admi. tu. cum plures. §. cum tutor. cum ſimilibus.

d ¶ *Alijs eccleſię oneribus.*] puta onerũ epalium ſoluendorum, & hoſpitalitatis tenẽde. de ſup. negli. prę la. ſicut. de pręb. de monachis. & cenſus eccleſiaſtici exoluendi. de cenſi. c. 1. & ſimilium. Sed hic quæro, vtrum alia pars dimidia, quæ applicatur habenti percipere annalia, penes eum remaneat abſq; onere aliquo? Videtur q̃ non: quaſi illa dimidia fructuum ſola intelligatur, quæ reſtat deductis onerib. ex eadem. extra de offi. ord. c. præſenti. §. porrò. lib. 6. & arg. C. de fruct. & lit. expen. l. 1. nã qui ſentit cõmodum ſentire debet & onus. de reg. iur. c. qui ſentit. lib. 6. & ff. e. tit. ſcđm naturã. non eñ ferendus eſt q lucrũ amplectitur, onus autem ſubire recuſat. C. de cad. tol. l. vnica. §. pro ſecundo. contrariũ autẽ expreſsè vr̃ per hũc textum, per quem dimidia fructuum expreſsè beneficiato dimittitur pro ſuſtentatione ſua, & pro alijs oneribus ſupportandis: quaſi ad illa videatur ſolũ beneficiatum adſtringere: & per conſequens aliã dimidiam habentẽ percipere, releuare. ff. de leg. 1. l. turpia. §. vlt. & l. ſi hæredes. de leg. 2. l. ſi pluri b. §. 1. & l. legatorum petitio. §. 1. ad Treb. l. quotiens. & l. nonnunq̃. Et poteſt ratio huius eſſe: 1 quia cum ante hanc decre. ille integraliter ſibi fructus appropriaret: & tũc dimidiam perdit: in hoc quoq; grauatus, videtur ab onerib. releuatus. arg. ff. de iureiu. l. cũ qui. C. de cupreſ. ex lu. daph. l. 2. lib. 11. Si enim ad alia decr. cõditor. illum pro parte conſtringere voluiſſet, hoc vtiq; expreſſiſſet. arg. extra de deci. ad audientiã. C. de cadu. tol. l. vnica. §. ſin autẽ ad deficientis. Qualiter ergo ſcđm hoc rñdebis iurib. in contrariũ allegatis? Dicas, q̃ decr. pſenti. §. porrò. & iura ſimilia non obſtant. loquuntur. n. vbi quis in totũ ſibi fructus applicabat ex aliqua cauſa, vt intelligantur deductis oneribus: cũ non reperiatur alius ad ſupportanda onera adſtrictus pro aliqua parte emolumenti, quam percipiat: hic autem ſecus. arg. ad hoc ff. de vſufru. leg. l. vlt. Alia iura non obſtãt, de quib. colligitur habentẽ emolumentum ſentire debere & onus: qa hoc verũ, niſi ex diſpoſitione iuris vel hominis alius ad ſupportãdũ onera ſit adſtrictus, ſicut eſt hic, vt patet per iura allegata, & arg. ad hoc ff. man. l. ſi hereditatem. §. 1. C. de inoffi. teſt. l. qm̃ in prioribus. Quid ergo in §. pręcedenti, vbi nec habẽs annalia, nec beneficiatus expreſsè adſtricti reperiuntur ad ſupportanda onera: dicẽſne q̃ habens annalia pro taxatione decimæ vel pro reſiduo, quã vel quod habere eligit, teneatur onera ſubire? Vr̃ q̃ ſic, per iura allegata pro iſta parte in quæſtione præcedenti. Sed fortè contrarium verũ eſt: nã cum ipſe prius ĩtegros fructus reciperet anteq̃ hęc decr. eſſet condita, quo caſu ad onera tenebatur per §. porrò. & probatur per §. q. ſequitur, ſublata ſibi p hãc decr. ĩtegritate fructuũ, ſubducta videntr̃ ab eo onera. arg. ff. de vulg. & pup. ſubſti. l. & cõtratabulas. de leg. 3. l. vlt. §. fi. quia ſi ipſe vbi dimidiam fructuum facit ſuã, non tenetur ad onera. arg. huius textus & aliorum iurium. ſ. proxi. al leg. eadem ratione non tenetur vbi taxationem decimę vel reſiduum eligit: vt prædicto §. cum illa. vel illud minor vel minus eſſe poſſint iſta dimidia. & licet ibi maior vel maius poſſit eſſe, adhuc vr̃ idem dicendum: cum. n. taxationem decimæ poſſit eligere: certũ eſt, vt vr̃? q̃ decima debetur abſque omni onere, & apud eligẽtes illã abſq; onere remanebit. Et ſi dicas, quare vbi reſiduum eligit, pro illo ad onera non tenetur ſaltẽ pro rata, cum ſi omnes integros fructus perciperet, ad omnia teneretur, maximè ſi ſupponatur reſiduũ decimæ plus valere, quàm iſta dimidia? Poteſt dici q̃ ideo, quia ex beneficio huius canonis poteſt illud eligere quod ab omni diminutione debet eſſe extraneum. in corpore auth. conſtit. quæ de dig. §. illud. coll. 6. & quia ius habet cõſtitui vniforme: vnde ſi pro decima electa non tenetur. ergo nec pro reſiduo, vt vr̃ arg. C. de temp. in integ. reſti. l. ſuper vacuam. aliàs ſi contra diceres, poſſet contingere priuilegium, conſuetudinem, vel ſtatutum eſſe deriſoria, & omni carere effectu: quia tanta poſſent eſſe 1 onera quæ præponderarent fructibus pro taxatione decimæ vel pro reſiduo ad tempus tantummodo percipiendis: quæ quidem onera, totum ſtatum perpetuum beneficij, & per conſequens ipſum beneficium concernunt, ſecundùm præmiſſa ſi bene attendas effectus dicti §. porrò. per hoc c. videtur hodie ſublatus: & vtinam ſuper hoc maior declaratio foret facta.

e *Quod ſi aliter.*] quinta pars.

f ¶ *De prædictis.*] ſ. habenti percipere annalia vel bñficiato.

g ¶ *Præfata medietate*] ſ. fructuum. ſ. & obuentionum bñficij.

h ¶ *Noluerit.*] cõtra diſpoſitionem & diſtributionem equalem. §. præcedente.

i ¶ *Volente.*] pęna ergo conſequens locum habet, cum vnus non vult, & alter vult: vbi ergo vterque nollet dimidia fore contentus, pœna non vendicat ſibi locum, puta ſi ſuper maiori vel minori parte conuenirent. argu. ad hoc ff. de nou. ope. nun. l. 1. §. & poſt.

k ¶ *Ad volentem.*] per hoc patet effectum conſuetudinis, priuilegij vel conſtituti totaliter quo ad fructus annales tolli ex non obſeruantia ſeu tranſgreſſione diſpoſitionis huius decre. quaſi non debeant illorum gaudere beneficio, qui contemnendam legem cenſuerunt. argu. C. de iure deli. l. vlt. §. ſi verò poſtquam. & aliàs priuilegium vel ſtatutum tollitur p abuſum vel non vſum. extra de conſti. cum acceſſiſſent. de præb. pro illorum. ff. de nundi. l. 1. no. extra de deci. ſuggeſtum. Sed hic quæro, vtrum pœna hic appoſita locum habeat contra illum, qui diſpoſitionem factam in §. præcedente non ſeruat, vt quia habens annalia percipere, non vult contentari taxatione decimæ, nec reſiduo? Videtur q̃ ſic, quaſi vtrobique ſit eadem ratio. Sed contrarium dicas, cum quia hæc pœna ſtatuitur mero caſu contra nolentem eſſe contentum dimidia, vt patet per hunc textum: ergo ad caſum alium non extendam. arg. de elect. ſtatutum. lib. 6. ff. de pœn. lege interpretatione. 2 tum quia in caſu §. præcedentis contra non ſeruantẽ eius diſpoſitionem, eſt certa pœna ibidem inducta: igitur iſta non erit cumulanda, cum illa per ſe ſufficiat. arg. ad hoc extra de iudi. at ſi clerici. 81. diſt. c. presbyter aut diaconus. & quia ſemel afflicto, &c. 7. q. 1. cum percuſſio. C. de epiſc. audien. l. tam dementis. & quia contenti debemus eſſe pœnis legibus comprehenſis. ff. de verb. obl. l. ſi ita ſtipulatus.

l ¶ *Vniuerſos.*] & ſic vides emolumentum abdicatum & non obtemperanti applicari obedienti, & hoc inducit malum inobedientiæ & virtus obtemperantiæ. arg. extra de poſtul. præl. ad hoc. ff. de re mili. l. 3. §. in bello.

m ¶ *Congruè.* ¶ quaſi dicat debitè, iuxta morem & qualitatem & facultates beneficij arg. ad hoc ff. de ali. leg. l. cum alimenta. extra

1 Iſta ratio eſt bona: qa principis cõſtitutio interpretãda eſt, vt min' lædat ius aliorum. cap. nunc verò. 9. q. 3. opti. gl. in ca. audiat. de reſti. ſpoliato. & text. i l. 2. §. ſi quis à principe. ff. ne quid in loc. public. Font.

† Et ſic vr̃ q̃ portio accreſcat perſonæ, cũ tamen Legiſtę dicant portionem non perſonæ, ſed portioni accedere. l. ſi totã. ff. de acqui. hæred. l. hæc ſcriptura. §. fin. ff. de condi. & demonſt. Fonta.

1 Sunt eñ aliquando conſiderãda quę contingere poſſunt. l. ſeruo. ff. đ adi. lega. §. libertas. inſti. de ſing. reb. p fideicõ. re. Font.

2 Addo §. pęne. de pęnit. diſ. 1. tacit l. cum quidam. ff. de libe. & poſthu. l. ſi. C. de interdi. ma. gl. c. 1. de temp. ord. li. 6. licet allegẽt in cõtrariũ, & malè, vt patet ex fine ipſius gl. & vide quæ ibi dixi. Fonta.

extra de æta.& quali.c.ex ratione.de appella. peruenit.de ele. cum ex eo.§.porrò.lib.6.

a ¶[*Onera.*]de quibus dixi in parte præcedenti.

b ¶[*Conſueta.*]intellige conſueta iuxta morem dudum rationabiliter obſeruatum.vel ab initio inſtitutum. extra de cenſi.

faciens deſeruiri, ac eius ſupportans † onera [a] conſueta: [b] Et [c] ſi quicquam aliquis prædictorum [d] vltra [e] pręmiſſa perceperit, [f] illudq́; [g] his ad quos [h] pertinebit infrà [i] menſem non reſtituerit [k] cum [l] effectu: eo ipſo ſi epiſcopus vel ſuperior [m] pręlatus fuerit, à † pontificalibus [n] & ingreſſu [o] eccleſiæ ſit ſuſpenſus: Si aũt capitulũ, [p] vniuerſitas, vel collegium interdicto [q] ſe nouerint (donec [r] prędicta cũ ĩtegritate reſtituerĩt) ſubiacere. [s] Si verò aliqua [t] ſingularis perſona eccleſiaſtica vel mundana id fecerit: [u] excõmunicationis [x] incurrat ſentẽtiam ipſo facto, à qua ſine reſtitutione [y] præmiſſa præterquã in mortis articulo [z] minimè abſoluatur: [a] Non obſtantibus [b]

c.1.& c.peruenit.cũ ibi no.18.q.2. Eleutheri⁹. vel intellige, conſueta, ſ.de iure, vel intellige, ſ. de iure imponi, licet aliàs non fuerint præſtita, puta procuratione ratione viſitationis vel delegatorum, ſeu nuntiorum ſedis apoſtolicæ occaſione debita. extra de cenſi.cum inſtantia.de præſcrip. cum ex officij. ad inſolita ergo vel rõne inſtitutionis vel temporis iure, iſte non tenebitur, ſicut nec alius beneficiatus.extra de cenſi.prohibemus.& c.præterea.

† No. quòd portio accreſcens trãſit cum ſuo onere.l.vnica.ſupra alleg. ibi Bal. tractat materiam iuris accreſcẽdi. & Ludo.Roma. ſubtiliter in l.1.C. quando nõ pe. par.pe. accreſ. Fõt.

† Aliàs.ita à põtificali honore, & ingreſſu eccleſiæ nouerit ſe ſuſpenſum.

c ¶[*Et ſi quicquam.*]ſexta pars.

d ¶[*Prędictorum.*]ſ.habentis annalia percipere vel bñficiati.

e ¶[*Vltra præmiſſa.*]id eſt, vltra taxationem decimæ vel reſidui in beneficijs pro decima taxatis, vt in §.& hoc.

f ¶[*Perceperit.*]ſcire debet quod ſuum non eſt ad alium pertinere.C.vnde vi.l.cum quærebatur.

g ¶[*Illudque.*]ſ.præceptum vltra præmiſſa, vel eo non obſtante æſtimationem.arg.ff.de condic.fur.l. in re furtiua. extra de tranſact.veniens.

h ¶[*Ad quos pertinebit.*] iuxta diſpoſitionem dicti §. nos. & §. & hoc.

i ¶[*Infra menſem.*]intellige vt in calendario computandum. extra de ſup.negl.præl.licet. & ſi qui dies de illo lapſi erãt ſupplebuntur de ſequenti, vt not. Gar.in ſimili.de elect.cupientes.& c.quàm ſit.lib.6.

k ¶[*Non reſtituerit.*] ſ.quantum in eo eſt. ſi enim per ipſum non ſteterit quominus reſtitueri t, tunc pro reſtituente habendus eſt.arg.ff.de condi.& demon.l.iure ciuili.de re iud.l.in iure.C.de inſti.& ſubſti.l.1.extra de eo qui mit. in poſſ. c. 2. de reg.iur.cum non ſtat.& c.imputari.lib.6.

Volũtas ſola non ſufficit, vbi factũ requiritur.

l ¶[*Cum effectu.*]quaſi realiter, vt innuat ꝙ non ſufficeret obligatio verbalis facta de reſtituendo: quia vbi opus eſt facto, ſola voluntas nõ ſufficit. extra de eo qui mit. in poſ.c.1.& ibi no.vt lit.non conteſt.c.quoniam.§.in alijs.ad hoc ff.de re iud. l.4.§.ait prętor.quib.mod.pig.vel hypo.ſol.l.ſicuti.§.ſi voluntate.cum ſi. Et verba accipienda ſunt cum effectu. ff. ne quis eum qui in ius.l.ſi per alium.§.docere.quod quiſque iur.l.1.§. hæc autem verba. extra de cler. non reſid.c. relatum.& hoc ẽt bene denotat verbum, reſtituat, quod de ſui natura plenam habet ſignificationem.ff.de vſur.l.videamus.§.in Flauiana.de verb.ſign.l.reſtituere.

m ¶[*Superior prælatus.*] vt archiepiſcopus vel patriarcha. & ſic vides ꝙ in paritate delicti in pœnis mitius agitur cum epiſcopo vel ſuperiore: quàm cum alijs, & hoc propter dignitatẽ pontificalis officij.de offi.deleg.c.quia pontificali.lib.6.& qa in pœnis infligendis deferendum eſt, &c.extra de offic.deleg. paſtoralis.& ſuper hoc vide quod not.40. diſt. c.homo Chriſtianus.& clarius extra de iureiur.c.cum quidã. vbi not.Bern. ꝙ in pœnis pecuniarijs plus punitur maior quã minor: ſed vltimum cõfundi videtur per l.quædam.ff.de pęn. vbi militi artem ludicram exercenti, aut ſe vendi tanquam ſeruum patiẽti, pœna capitalis imponitur, quæ pagano talia facienti minimè imponeretur, vt ibi. Sed illud ſpeciale poteſt dici in odiũ militis tale quid perpetrantis, per quod ab exercitio militari, & ſic à defenſione reipublicę habet abdicari: ob quam ſe morti exponere & mortem non vitare tenebatur. ff. ex quib. cau. maio.l.pen.cum ibi no.& in corpore auth.de mand.princip.§. vlt.coll. 3. & ob quam pater filium, & filius patrem poteſt interficere ſine pœna.ff.de reli.l.minimè.

n ¶[*A pontificalib.*]id eſt, ab illis quib.poteſt dici pontifex: & ſic celebrare Miſſam cũ mitra & baculo non poterit. nam ſuſpenſus ab iſtis, prohibetur ab his quæ ſunt ſibi aliàs vt pontifici permiſſa: & dependentib. ab eis puta ab ordinum celebratione, frontis chriſmatione baſilicarum ſeu virginum conſecratione & ſimilib.non autem ab alijs, puta à Miſſę celebratione ſine ornamentis pontificalibus, baptizare, pœnitentias dare, & alia quæ competunt ratione ſacerdotalis officij.ſic ſentit Compoſt.de conſuetud.cum dilectus. & Ber. de offic.deleg.ſanè 2. aliquãdo tamen ſuſpenditur à ſacerdotali officio, vt d.c.ſanè.& tunc nec iſta poſſet facere, niſi in pœnæ impoſitione ſibi permitterẽtur.de corpore vitiat. ca.ſignificauit. Sed pone aliquem ſuſpenſum ab officio ſacerdotali: poterítne vti pontificali, & alibi quàm in Miſſa? Videretur ꝙ non: quia interdicto vno, omnia interdicta ſibi cẽſentur, quæ ſine illo explicare non poſſet. de reg.iur.c.cum quid ꝓhibetur. lib. 6. ſed ſine ſacerdotali officio impleri non poteſt pontificale.de exceſ.pręla.ex literis.circa finem.

o ¶[*Et ingreſſu eccleſię.*]à quib. videatur ꝓhibitus cui talis ingreſſus interdicitur, habes de ſent.excomm.cap.is cui.lib.6. & vide ſuper hoc quod not.p Inn.ꝙ Hoſt. de ſent. excom. ſacro.& per Guli.de offic.deleg.quia pontificali.lib.6.

p ¶[*Capitulum.*] hoc verbum & duo ſequentia nomina ſunt intellectualia anima carentia.& ideo excommunicari propriè non poſſunt.de ſent excom. Romana. §.in vniuerſitatem.lib. 6.illa enim ſententia de ſe animam ligat.extra de rebus eccle. non alie.c.ſi quis presbyterorum.In his autem quę facti ſunt, coguntur facere capitulum.vniuerſitas, collegium per compulſionem membrorum ſuorum.arg.C.de appari. præfec.prętorio.l.cornicularij.lib.12.de excu.mul.l.maximarum.lib.10.de hoc not.d.c. Romana. & Compoſt.de reſcrip.eam te.

Capitulum caret anima, & excõmunicari, non poteſt.

q ¶[*Interdicto.*] ſ. eccleſiaſtico: de cuius tranſgreſſione ſatis cauetur.de exceſ.præla.tanta.& per talem ſententiam interdicti, ligati dicuntur ſinguli de capitulo, vniuerſitate, vel collegio, vt alicubi audire diuina non poſſint, nec eccleſiaſtica recipere ſacramenta. de ſenten. excommu. ca. ſi ſententia §. cum verò.lib.6.

r ¶[*Donec prædicta.*]innuitur à contrario ſenſu, ꝙ ſtatim reſtitutione integraliter facta eſſet talis ſuſpenſionis & interdicti ſententia relaxata. 1 ad hoc arg.ff.de poſtu.l.puto.& 81. diſtin. c. ſi qui ſint.vbi de hoc.Sed contrarium dicas, ꝙ etiam poſt reſtitutionem eſt neceſſaria relaxatio ſententiæ, cum in dubium poſſit reuocari reſtitutionis integritas: ſic not. Inno. de æta.& quali.c.cum bonæ.

1 Vide hic Io. Cald. in tract. de eccle. interdi. vl.membro, col. fi. Font.

s ¶[*Subiacere.*]in hoc caſu & ſequenti hæc decret. eſt canon ſententiæ latæ.

t ¶[*Aliqua.*]intellige quæcunq; & qualiſcunq; ſit, cum indefinitè loquatur.de priui.quia circa.19. diſt.ſi Romanorum.ff. de leg.præſtan.l.1.§.gñaliter. & quia hic agitur de incurrenda ſententia excommunicationis, quæ in dubio tamquam in tutiori lata, præſumi debet in quemcunque, de cler. excomm. mi.illud.§.licet.

u ¶[*Id fecerit.*]id eſt, vltra præmiſſa aliquid perceperit.

x ¶[*Excommunicationis.*] ſ.maioris. illa enim in dubio inflicta videtur.de ſent.excom.ſi quem.

y ¶[*Sine reſtitutione.*]ergo cum illa abſolui poterit.argu.25. diſt.qualis.extra de præſumpt.nonne.

z ¶[*Mortis articulo.*] iſte caſus ſemper excipitur etiam vbi ſedi Apoſtolicę abſolutio reſeruatur. de ſenten.excomm.non dubium.

a ¶[*Minimè abſoluatur.*] intellige per ordinarium, qui talem abſolutionem poterit impendere reſtitutionem facienti, cum hoc Papa ſibi non reſeruauerit.de ſent. excom.nuper. Sed pone quòd ordinarius abſolutionem talem impendit reſtitutione non facta: proderítne talis abſolutio? Videtur quòd ſic, licet iniuſta.arg.de ſent.excom.venerabilibus.§.vbi autem. lib. 6. Sed in contrarium multum vrget iſte textus prohibens abſolutionem impendi, cum dicit, minimè. & nullo modo ſine reſtitutione, ergo factum contra legis prohibitionem non tenebit, licet non ſit adiectum quòd factum contra non teneat.C.de legi.non dubium.21.q.2.imperiali. ſic ſentit Gul. in ſententia lata.de offi.ord.Romana.§.fin. licet Ber.aliter in eis ſentiat. & ad hoc vide quod not. Hoſt. de priuileg. volentes.in verbo, non præſumat.lib.6.

b ¶[*Non obſtantibus.*] Septima pars. Hanc clauſulam fore referendam dico ad omnia præcedentia. arg. ff. de leg.1.talis ſcriptura.§.vlt.extra de appel.c.inquiſitioni. & c. ſecundo requiris.& iſta non obſtantia tollunt effectum talium, vt ſaltem in aliquo obſtare non poſſint huic decret. & diſpoſitis per eã arg.extra de reſcrip.cum aliquibus.vbi de hoc dixi lib.6.& ad hoc de elect.c.vbi maius.§.cæterùm.circa fi. de offic.ord.cap. quia plerique.eo.lib.

a ¶*Quibuſ-*

a ¶*Quibuſcunque.*] ideſt ſub quacunque forma verborum conceſſis.
b ¶*Iuramento.*] arg.ꝙ Papa ſup iuramento præſtito ex cauſa poſſet diſpenſare vel diſponere tamquam ille cuius auctoritas in illo intelligitur excepta.arg.ff.ad municip.l. Imperatores. extra de iureiur. cap. venientes. & ſuper hoc vide quod not. eo. tit.c.quanto.
c ¶*Confirmatione.*]Intellige etiam ex certa ſcientia:tum quia generaliter loquitur,tum ēt propter verbum, quacunq;,quod ſequitur.
d ¶*Quacunque firmitate.*] puta pœnæ adiectione, pignorum datione, fideiuſſorum vel obſidum obligatione; vel alia ſimili.
e ¶*Quæ omnia.*]ſ.priuilegia, indulgentias, conſuetudines, ſtatuta, iuramenta, confirmationes, & infirmitates quaſcunque.
f ¶*Quo ad hoc.*] ſ. in hac decre.ſtatuta. quantũ ergo ad alia in hoc c.non expreſſa, talia intelliguntur caſſata nec ſublata. arg.ff.ſolu.matri.l. ſi cum dotem.& l. ſi verò. §. ſi ſocero. in lib.feud.de reg.feu.c.1. & hoc facit pro ijs quæ no.ſupra in §.& hoc.
g ¶*Firmitatis.*] Not. Papam poſſe tollere ex cauſa talia, de quibus hic dicitur. & ſimile de elect. quia ſępè.cũ ſimilibus, huius ratio poteſt eſſe,quia in omni conſuetudine vel ſtatuto, & in iuramento ſemper intelligitur principis auctoritas,excepta. 10.col.de prohi.feu.alie.l.imperialem.§.vlt.& dixi ſ.in verbo,iuramento.
h ¶*Nulli ergo.*] ſuper hac clauſula dic vt dixi in decr. Execrabilis.in fine.Zenzelinus.

† Niſi enim hoc fuiſſet expreſſum per clauſulam generalem,non obſtantibus, non tollerẽtur iuramẽto firmata. habes gl. in c. cum non deceat, de elec. li. 6.& in verbo pacta. clem. dudum.de ſepul. vide quod ego vtrobiq; dixi.Font.

† Aliàs, ita: reuocam⁹, caſſamus,& irritamus, & nullius, &c.

† Aliàs, ita. Nulli ergo omnino hominũ liceat hãc paginã noſtræ conſtitutionis, reuocationis, caſſationis,irritationis & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario cõtraire. Si quis autem, &c. Datũ Auinione 8. Calen.Nouẽb. pontificat⁹ noſtri anno ſecundo.

quibuſcunq;[a] priuilegijs, vel indulgentijs,aut contrarijs cõſuetudinibus,& ſtatutis, iuramento,[b] † confirmatione[c] ſedis Apoſtolicæ,aut alia quacũque[d] firmitate vallatis, quæ omnia[e] quo[f] ad hoc auctoritate Apoſtolica reuocamus,† & nullius deinceps eſſe volumus firmitatis.[g] Nulli[h] † ergo, &c.noſtræ conſtitutionis, reuocationis, caſſationis irritationis,& voluntatis,&c.

TITVLVS II.

De maioritate & obedientia.

¶*Quia multi aſſumebant dominium,& ſe creari faciebant Poteſtates & capitaneos in comitatu Sabinæ,& alijs locis hic nominatis, qui ſunt de patrimonio Eccleſię Romanæ:inhibetur,ne tales decętero aſſumantur,neq; illis tamquam talibus obediatur, & ꝙ nullus huiuſmodi pręeminentiam ſibi audeat adſcribere ſine ſpeciali licentia ſedis Apoſtolicæ. Et ſi ſint aliquæ ciuitates quæ habeant ius eligendi tales capitaneos per ſedem Apoſtolicam confirmandos,vetat Papa ꝙ antè confirmationem debitam nulla eis tamquam talib.præſtetur obedientia.*

CAP. VNICVM.

ECcleſiæ Romanæ ſuorumq;[i] fidelium diſpẽdia[k] diſſimulare nõ poſſumus quin poſtquã nobis cognita[l] fuerint, aduerſus ea opportunis[m] remedijs occurramus. Attendentes[n] igitur grauia nocumenta, quæ nonnullis[o] ciuitatibus,[p] terris,caſtris, intra patrimonium[q] beati Petri in Tuſcia, comitatum[r] Sabinæ, & terram[s] Arnolphorũ conſtitutis eidem Eccleſiæ Romanæ ſubiectis,& perſonis ſingularibus eorundem,& diuerſorum tam nobilium,quam ēt aliorum vſurpato[t] regimine prouenerunt,[u] & volentes ſuper hoc in poſterum[x] eorum diſpẽdijs præcauere:Omnib.[y] & ſingulis comitatibus, ſeu vniuerſitatibus,& ſingulis perſonis ciuitatum, terrarum, caſtrorum, & locorum intra patrimonium,comitatum,& terram prædictos[z] conſtitutis, in quib.[a]videlicet nobis,ſeu quibuſuis officialibus noſtris ius[b] competit deputandi,vel inſtituendi,aut eligendi,ſeu ponẽdi poteſtates,[c] capitaneos, dominos,vel rectores, aut officiales quoslibet alios, ne ipſe[d] poteſtatem, capitaneum, dominum,rectorem,vel defenſo-

Diuiſio.

ECcleſię Romanę.]Diuide iſtam decr.in partes quatuor.In prima cõſtitutionis cauſa ſeu ratio præmittitur.In ſecunda facti prohibitioni ſubijciendi recitatio ſubiungitur:ibi,*Attendentes,&c.* In tertia conſtitutio prohibitoria ſuper creatione officialium B.Petri,vel creatorum habentium per ſedem Apoſtolicam cõfirmari,annectitur:ibi,*Omnibus & ſingulis,&c.*In quarta factum in contrarium irritum decernitur:ibi,iuxta fin.§.*Decernentes,&c.*

i ¶*Suorumque fidelium.*]collige hic dominum temporalem poſſe & debere ſe opponere pro conſeruando iure ſuorum ſubditorum.argu.ad hoc ff. de dolo.l. cum quis.extra de ordi. cog.c.2.de reſtitut.ſpol.c.1.de appel.dilectis.in tantùm ꝙ ipſe guerram mouere 1 poteſt contra dominum temporalem opprimentem iura ſui ſubditi,ſi requiſitus iuſtitiam de illo facere negligat,vel recuſet,23.q.2.c. dominus.ſic no.Inn.& Hoſtien.dicto c.dilectus.& Hoſt.de treuga & pa.c.1.& cõtrà ſubditi opponere ſe poſſunt,ſi eorum dominus alteri ſe ſubijcere velit,quòd eorum intereſt dominum ſuum alteri non ſubijci, ne cogant plures dominos habere.arg. 10. col.de prohib.feu. alien.l.imperialem.§.præterea ducatus. ſuper quo vide quod no.Hoſt.de maio.& obedien.dilecti.& Inn.de reſcrip. auditis.

1 Sed vt iuſtum ſit bellũ quid obſeruari debeat, vidẽ B. Thomã 2. 2.q.40.arti. 1.& Alfonſum Caſtrũ lib.2.c.14.đ iuſta hære. punitione.

Sententia certa ſuper incerto dari nequit.

k ¶*Diſpendia.*]ideſt damna.ſimile de reſcrip.diſpendia.vt lite pend.diſpendijs.lib.6.
l ¶*Cognita fuerint.*] ſuper ignoratis eñ vel ignotis non pñt opportuna remedia adhiberi,ne ante iuris, quàm perſonę vel facti ratio habeat.ff.de iure codicil.l.quidã referunt.Sicut nec ſuper incerto certa dari poteſt ſnĩa vel rñſum.11.q.3.graue. C.de tranſac.l.vt reſponſum.extra de ſpon. cap. de muliere.
m ¶*Opportunis*]vt iuxta facti quãtitatem & qualitatem,perſonæq; conditionem,loci & tpis, cãęq; diſtinctionẽ remediũ inducat.ff.de pœnis,l.aut facta.de pęnit.diſt. 1. aut facta extra de homic.ſicut dignũ.cũ ſimilib.nõ aũt more imperiti medici,q vno collyrio oĩum oculos vult ſanare.29.diſt.ca.neceſſe.
n ¶*Attendentes.*]ſecunda pars.& eſt ſimile de ſtatu reg.cap. attendentes.clem.5.
o ¶*Nonnullis.*]ideſt, aliquib. duobus verbis negatiuis affirmatiuo æquipollentibus. ff. de verb.ſigni.l.duobus.de quo plenius dixi in decreta. cum inter nonnullos.
p ¶*Ciuitatibus.*] hic videri poteſt, quod no. Gul.de reſcrip.ſtatutũ. in verbo,ciuitatibus.
q ¶*Patrimonium.*]talia loca dicunt eſſe in patrimonio S.Petri,ratione iuriſdõnis & ſuperioritatis, quas in eis Rom. Eccleſia habet.
r ¶*Comitatum.*] repete verbum,intra.
s ¶*Et terram.*] & hic repete verbum, intra.
t ¶*Vſurpato.*] hic ſonat vitium. quandoq; autem in bono ſumitur: ſup quo vide quod no.in decret.ſi fratrum. circa prin. in verbo,vſurpationis. & expone vſurpato, ideſt inuaſo, vel illicitè occupato.
u ¶*Prouenerunt.*]hoc dicit quia ex vno malè initiato regimine mala multa ſequuntur. in corpore auth.vt iud.ſine quoquo ſuffragio.§. cogitatio.& ibi no.col. 7. nam ad vnũ malum frequenter aliud ſequitur. ff.de rei ven. l. ex diuerſo. §. 1.Vix enim bono peraguntur exitu, quæ malo fuerunt inchoata principio. 1. q.1.capit. principatus.
x ¶*In poſterum.*]exempla enim præſentia,& præterita cauere nos præmonent in futurum.82.diſt.c.plurimos.in fi.
y ¶*Omnibus & ſingulis.*] tertia pars. hic ſume illa verba, quæ ſunt circa finem,auctoritate Apoſtolica diſtrictius inhibemus.& inhibitio talis facta comitatibus,vel vniuerſitatibus facta videtur ſingularibus perſonis comitatum, vel vniuerſitatem conſtituentibus, vt plenè dixi in decreta. ſi fratrum. in verbo,ciuitatibus.
z ¶*Prędictos.*] per hoc videtur quòd hæc conſtitutio ſit localis,cum ad certa loca & diſtrictus certos ſe limitet:ſed nihilominus ius conſtituit ad alia,vel alios.C.de legi.l.2.& arg.ff. de iuſtitia,& iure.l.omnes populi. Inſti. de iure natura. §. ius autem.
a ¶*In quib.videlicet.*] ex hoc dicas prohibitionem & decretum huius decre. ſe non extendere ad loca, in quibus ius talia faciendi Papæ, vel ſuis officialibus nen competit: quia in illis de nullo præiudicio Romanæ Eccleſiæ agitur, nec de illis Papa intromittere ſe intendit, niſi ratione peccati. extra de iud.nouit.
b ¶*Ius competit.*] principi ſoli competit, & nulli ſingulari de iure communi ſcripto dare iudices ordinarios; niſi aliud de conſuetudine competat,vt eſt videre hodie in multis Baronibus & dominis temporalibus habentibus iuriſdictionem omnimodam in ſuo patrimonio incorporatam. argu.C.de emanci.libe.l.1.de appa.iudi.l.viros.lib.12.extra de foro compe.cum contingat.de offi.ordi.Romana.lib.6.ſic ſentire videtur Ber.extra ne pręla.vices ſuas.c.2.
c ¶*Poteſtates.*] hoc verbum & ſequentia ſunt nomina pręſidentium iuriſdictioni. ff. de verbor. ſigni.l.poteſtatis. & patet in c.fundamenta.de elect.lib.6. & in Extrauag. ſi fratrum, & ibi dixi.
d ¶ *Ne ipſę.*] ſcilicet communitates, vel ſingulares perſonæ.

a ¶Nomine

rem,ſeu quemcumq; alium officialem, quocunq; nomine[a] cẽſeatur,in ciuitatibus,caſtris, terris,& locis prædictis,aut eorum aliquo eligere, aſſumere, vocare, vel[b] recipere, retinere,[c] aut iam electo, vel aſſumpto, vocato, ſeu recepto tamquam[d] poteſtati ſeu capitaneo,rectori, ſeu defenſori, vel officiali obedire quoquo modo[e] præſumant, neúe[f] taliter electus,aſſumptus,recept',ſeu vocatus,hmõdi poteſtariç, capitaneatus, dñij, vel rectoriæ ſeu defenſoriæ,aut quodcunq; aliud cuiuſuis nominis officiũ recipere,acceptare, aſſumere, vel gerere (niſi de noſtra & Apoſtolicç ſedis licentia[g] ſpãli) quomodolibet[h] audeat:ſed aſſumptũ omnino[i] dimittat. Vbi verò ad cõitates,ſeu vniuerſitates,& ſingulares pſonas ciuitatum,terrarum, caſtrorum, & locorum prædictorum, vel eorum aliquem[k] ius competit eligendi poteſtatem, capitaneum,dominũ, vel rectorem, ſeu officialem quemlibet aliũ: qui per nos ſeu quoſuis officiales noſtros debeat[l] aut cõſueuerit[m] cõfirmari, nec ante debitam[n] confirmationem obtentam,ipſæ,vel earum aliquç ſic electo tamquam[o] Poteſtati ſeu capitaneo, rectori, vel defenſori, ſeu officiali in quibuſuis obediant, neúe taliter electus quouſque confirmationem habuerit, (ut prçfertur) huiuſmodi Poteſtariæ,capitaneatus, dominij, uel rectoriæ, ſeu defenſoriç, aut cuiuſuis alterius nominis officio ſe immiſcere, uel illud gerere aut exercere quouis modo præſumat,[p] auctoritate Apoſtolica diſtrictius inhibemus:[q] Decernentes[r] extunc irri-

a ¶[*Nomine cenſeatur.*] ſimile in c. ſi fratrum. de variatione enim nominis in talib.non curàtur,ſicut nec alibi. 14.q.3.ca. pleriq;.extra de ſimo.in tàntùm.ff.ſi cert.pet.l.lecta.

b ¶[*Vel recipere.*] ſcilicet de nouo.

c ¶[*Retinere.*ſ.prius electum,vel receptum.

d ¶[*Tamquam poteſtati.*] non eſt ergo hic ꝓhibitum ei tamquã alij abſq; iuriſdictione obedire.quod dic vt no. in c.ſi fratrum.

e ¶[*Quoquo modo.*]quaſi dicat etiam leue mãdatum facienti,quia extra territorium ius dicenti impunè non paretur. ff.de iuriſdi. om. iudi.l.vlt.extra de conſti.c.vt animarum.li.6.

f ¶[*Neúe.*]repete verba,diſtrictus inhibem', quæ ſunt infra.

g ¶[*Licentia ſpeciali.*] ergo cum illa poſſet.

h ¶[*Quomodolibet.*] quaſi dicat nec per ſe, nec per alium nedum inter inuitos, imo nec inter volentes. ſimile huic de reſcrip.ſtatutũ. §.in nullo.lib.6.

i ¶[*Omnino dimittat.*] id eſt in totum nulla parte iuriſdictionis,vel officij ſibi retenta.

k ¶[*Ius competit.*]fortè ratione conſuetudinis,vel etiam ratione iuriſdictionis:quo cauetur ꝙ vniuerſitas per electionem ſibi iudicem conſtituat.C. de iuriſdi. om.iud. l.vlt.cum ſic electo lex dat ordinariam iuriſdictionem. argu. 63.diſt.c.ſi in plebibus.in corpore auth.de defen. ciui. §. nos igitur.coll.3.vt not.extra ne præl.vi.ſuas.cap.2.

Iudex electus ab vniuerſitate, an de iure communi debeat per ſuperiorem confirmari.

l ¶[*Debeat.*] vtputa ex pacto,vel tranſactione.Sed hic quæro vtrũ de iure cõi electus ab vniuerſitate in iudicem,habeat cõfirmari per ſuperiorem?Vr̃ ꝙ non.arg. ff. quando appel.ſit.l.1.§.ſolet.de decr.ab ordin.faci.l. 1. Item ex quo tali electioni lex dat iuriſdõnem ordinariam, vt dixi in gl. præcedenti, non vr̃ neceſſe adeundus ſuperior pro aliqua cõfirmatione. arg.ff. de condi.inſti.l.quæ ſub condõne.§.vlt.in corpore auth.de hçre.& fal.circa princ. coll.1. cum etiam ex iuris cõis beneficio vniuerſitati talis electio cõpetat:qđ ab oĩ diminutione, id eſt ſuperioris adiectione dẽt extraneũ eſſe.in corpore auth.cõſtitutio,q̃ de dignitatib.§.illud.coll.6:Prçterea qua rõne in creato ſyndico ab vniuerſitate non eſt opus cõfirmatione ſuperioris vel decreto,cũ ſic creato lex ptãtem tribuat.ff.ꝙ cuiuſque vni.no.l.1.§.quib.& l.nulli.idem videtur de electo in iudicẽ. ſic not.Inno.de ſyndico, extra de procu. conſulti. & de iura. calum.ca. Imperatorum. vbi de hoc per Hoſt.licet Accurſiuș in l.nulli.aliter ſentire videatur: ſed iura per quæ ad dicendũ contra mouetur,hoc non probant. in contrarium videtur ad inſtar tutoris qui actorem non conſtituit niſi cum decreto ſuperioris.ff.de tutel.l.ſolet.de admi.tu.l. decreto. inſti.de cura. §.vlt.ad idem,quia conſenſu maioris partis vniuerſitatis videtur auctoritate ſolemni ſuperioris fore cenſenduș confirmandus.C.de leg.ſi quid.& l.quoties.lib.10.Item quia videtur intereſſe ſuperioris ſcire & examinare cui tamquam iudici vniuerſitas,& ſinguli ex ea per conſequens ſunt ſubiecta: quare eius aſſenſus videretur expoſcendus.extra de offic.archi.ca.ad hoc.§.vlt.de exceſ.præla.dilecta.cum ibi not. per Hoſtiẽ.licet eadem decre.pro parte contraria præſtet efficax argumentũ. quid enim ſi ſchiſmaticum vel hæreticum ſibi iudicem conſtitueret?non videtur aliqualiter tolerandum.arg.extra de elec. c.venerabilem. Et iſtam opinionem declarare videtur Hoſt. extra de iudic.c.vlt.Sed ꝙ prius dictum eſt, fortioribus vinci videtur argumentis,potiſſimè ſuppoſita tali vniuerſitate, quæ ſuperiorem non recognoſcat, ſicut ſunt multæ in Italia, de quibus loquitur textus iſte.in illa enim infallibiliter videtur quòd aſſumptus per eam in iudicem confirmatione aliqua nõ egeat, cum non ſit ſuperior, qui eam dare poſſit; ſed in alia quæ ſuperiorem recognoſcat,magis procedit dubitatio, & de illa poteſt dici ꝙ ſine eius aſſenſu ſibi perpetuũ iudicem, vel ptãtem eligere non poſſit, etiam prætextu conſuetudinis. in corpore auth.de defen.ciui.§.vlt.coll.3.C.de ſuſcepto.& arca. l.neminem.lib.10.& multis alijs iurib.ſtatuentib.officia publica,potiſſimè iuriſdictionalia,quæ iure ſucceſſorio non transferunt,debere eſſe tpalia,nõ perpetua: quæ allegata reperies tu merus canoniſta legũ ignarus per Hoſ. dicto c.vlt.& ad hoc de elec. fundamenta.lib.6.Ratio huius fuit, ne tales perpetuò rempublicã occupatam retinentes, aſpera dñatione eã opprimerent. ff. de origi. iur.l.2.§.& cum placuiſſet.& ne conceſſionũ † dominatione ſubditos vexarent. 50.diſt. neminem. Tpalem autẽ iudicem ſibi fortè conſtituere poterit abſq; ſuperioris confirmatione: quia non reperitur de iure ſcripto fore neceſſaria hæc in defenſore ciuitatis. C.de iuriſdict.omn. iudic. l.vlt.& per iura ſuperius allegata. intellige tñ iuriſdictiones ſuperioris integre reſeruatam,& omni eius emolumento: alias fortè ſe poſſet opponere pro ſuo intereſſe, ne ius qđ habet in ſubditis perdat. ff.de aqua plu. ar. l.in concedendo.& l.iudicem.extra de teſti.veniens.& no. de præſcript. auditis.& plenius per Hoſt.de off.ord. cũ ab eccleſiarum.aliàs eſſet ĩ poteſtate ſubditorũ ſe ſubtrahere à ſuperioris dominij ditione. Non eſt autem abſonum plures iudices vniuerſitati præeſſe,vno ſub alio exiſtente.in corpore auth. de defen.ciui. §.nos igitur.coll.3.& arg.eorum quæ no.Inno.extra de præb. cũ nõn ignores.de reli.do.cum venerabilis.& per Guli.de re iud.abbate.in ſubſcriptione.ſed licet prçmiſſa probabiliter dicta videantur,tutius tamen eſt dicere, ꝙ ſuperioris confirmatio requiratur, per ea quæ ſunt pro hac parte allegata.& eſt expreſſum ĩn defenſore ciuitatis, qui electus ab vniuerſitate confirmari debet per ſuperiorem. in corpore auth. de defen. ciu.§.vlt.coll.3.C.eo.tit.l.defenſores.ita nec occurrit probabilis ratio,quare non ita requiratur in alio iudice, ſicut in defenſore.ſic ſentit Accurſius.ff. de iuriſdi.om.iudic.l.& quia.& dicam ĩ.in gl.nedum ergo.

† Aliàs, cõcuſſionum.

Iudices plures vniuerſitati præeſſe poſſunt.

m ¶[*Conſueuerit confirmari.*] in confirmatione igitur conſuetudo attenditur,vt hic.& arg.ext. de capel.mo.dilectus.de cõſue.cum dilectus.de ma.& obe.his quæ. de ver. ſig. abbate.ff. quod cuiuſque vniuer.nomine. l.nulli.de mune.& ho.l. vt gradatim.§.1.cum multis ſimilibus.

Conſuetudo in confirmatione attenditur.

n ¶[*Debitam confirmationem.*]debitam dicit,quia examinatio in confirmandis habet præcedere.extra de elect.venerabilem.de iureiu.Romani. §.itaq;.Cle.5.ita demum confirmabitur,ſi eſt idoneus,alijs rite concurrentibus.ff.de munc.& ho.l. vt gradatim.§.1.de decur.l.eos.extra de elc.cum nobis olim.

o ¶[*Tamquam poteſtati.*] tamquam alij ergo obediri poſſet, fraude ceſſante,vt dixi in c.ſi fratrum.

p ¶[*Prçſumat.*] nedum ergo electus ad dignitates eccleſiaſticas ante confirmationem non adminiſtrat. de elect.qualiter poſt obitum.& eo.tit.c.auaritiæ.lib.6. immo nec electus ad ſeculares,vt hic,& C.de diuer.offi.& appar. iudi. & proba. eo.l. probatorias.lib.12.in corpore auth.de defen.ciui.§.interim.& §.ſi eadem.coll.3.

q ¶[*Inhibemus.*] talis inhibitio quem ad obtemperandum adſtringit,non obtemperant, inobedientiæ notam peccatum inducentem adſcribit.extra de ma.& obed. c. ſi quis. & ca.illud.ff.de re mil.l.3.§.in bello.cum ibi not. & Hoſtien.de offi. ord.inter cætera.§.vlt.de treu.& pa.ca.1.dignum eſt enim detrimentum vetitos ſuſtinere, &c. extra de conſti.capitu. cognoſcentes.

r ¶[*Decernentes.*]quarta pars. Et tale decretum principis factum in contrarium reddit nullum,vt hic vides: nam qua ratione factum contra legis ſcriptæ inhibitionem nullum eſt.

C.de

Princeps eſt lex animata in terris.

C.de legi.l.non dubium.25.q.2.c.imperiali.eadem ratione factum contra inhibitionem principis, qui lex eſt animata in terris, in corpore auth.de conſul.§.vlt.coll.4. cum & dici conſueuerit, ꝙ mitius agitur cum lege, quàm cum legis miniſtro. ff.de arbitr.l.Celſus. & notari conſueuit. extra de cle. excom. min. cap. ſi celebrat.

a ¶*Irritum & inane.*] ſimile C.de ſacroſan.e. eccl.auth.caſſa.& irrita. & ſic ceſſatione aliqua, vel irritatione hominis non eſt opus niſi quatenus de facto proceſſerit, cum de ſe nullum irritari non poſſit. ff. de iniuſto teſta. l. nam & ſibi.de ædili. edic.l.bouem.§.vlt. & arg. extra de deſpon.impu. ca. ad diſſoluendum.

b ¶*Quicquid.*] & ita facta electio de tal.b. iuxta §. omnib.& ſingulis. vel obedientia eis præſtita, vel factum per eos, iuxta ver.non verò & conſequenter mandata quæcunque, proceſſus ſententiæ per tales facti & prolatę, nulli & nullæ ſunt, tamquam facta ab illis qui ius faciendi non habuerint poſt talem inhibitionem. ff. de off. proconſ.l. obſeruare.§.vlt. extra de conſuet. ad audientiam. de iurepat. quòd autem. & in decreta.ſancta Romana.in fi.vbi de hoc dixi.

tum [a] & inane quicquid [b] contra huiuſmodi inhibitionis tenorem contigerit attentari. [c] Nulli ergo, &c. noſtrę inhibitionis & conſtitutionis infringere. Datum Auinion. 4. nonas Auguſti, anno ſecundo.

TITVLVS III.

De præbendis & dignitatib.

¶*Tempore huius ca.obtinentes plures dignitates, perſonatus, vel beneficia curam animarum habentia ex diſpenſatione, virtute illius non poterunt retinere niſi vnum, & reliqua tenebuntur reſignare verbaliter, & realiter coram ordinario ſub teſtimonio publico intra menſem à tempore notitiæ huius cap. niſi fuiſſent Cardinales, aut regum filij. Illi autem qui plura talia ſine diſpenſatione obtinebant, poterunt vltimũ retinere, reliquis forma præſcripta, & ſub eodem tempore reſignatis. Qui verò deinceps tale habuerit beneficium, ſi cum illo ſecundum ſimile receperit, quamprimum illius poſſeſſionem habuerit, vel per eum ſtete-rit quominus habeat, primum quo eſt ipſo iure priuatus, modo prædicto reſignare tenetur: alias vtrumque perdit, & inhabilis fit ad ſacros ordines ſuſcipiendos, & ad quodcunq; beneficium habendum. Tandem qui dicantur ordinarij quantùm ad præmiſſa, & quę ſint beneficia curam animarum habentia hic manifeſtatur. hoc dicit hæc extrauagans, quæ eſt notabilis & multum practicabilis, & grauius obligat quàm capit. de multa. eod.titu.in antiq. vt patet ad oculum.*

c ¶*Attentari.*]ſimile de reſcrip.ſtatutum.lib.6.Zenzelinus.

E*Xecrabilis.*]¶Decretalis præſens diuiſibilis eſt in duas partes principales: In prima conſtitutionis ratio multiplex præmittitur: in ſecunda ipſa cõſtitutio modificatiua contra obtinentes iam plures dignitates, vel perſonatus, ſeu beneficia cum cura ſubſequitur infra in §. *Nos itaq;*. Et illa diuidi poteſt in quinque partes: In prima enim contra prædicta obtinentes cum diſpenſatione legitima, cum pęne adiectione & certa proteſtatione certum quid diſponitur. In ſecunda contra illa obtinẽtes abſque diſpenſatione canonica ſtatutum nouum editur: ibi, in §.*Porrò quia.* In tertia contra recipientes ſecundum beneficium ſecum primum non compatiens, ius nouum annectitur: ibi, in §.*Qui verò.* In quarta qui in hoc caſu intelligentur ordinarij, declaratur: ibi, in §.*Cæterùm ordinarios.* In quinta contra modificatiuam conſtitutionem interpretatio ſubinfertur: ibi, in §.*Quantùm autem.*

d ¶*Execrabilis.*]Exponi poteſt hoc verbum, id eſt abominabilis, ſeu deteſtabilis. vel euitabilis. ſimile verbũ & ſimilis expoſitio.C.de aquæduct.l. ad reparationem. lib. 11.ff.de ali.iu. mu.cau.fac.l.item.§.poteſt.C.de admi. tuto.l. lex quæ tutores. circa medium. Et meritò talis ambitio execrabilis dicitur, cũ circa ſpiritualia verſetur.C.de epiſ. & cle. ſi quemquam.nam & contra temporalia eſt vitanda. cum dicatur radix omnium malorum.1.ad Timoth.cap.6.de pœnit.diſt. 2.quia radix. 47. diſt.c.bonorum.& alibi appellatur mater omnium malorum, in corpore auth.vt nulli iudi.ver.agitur.coll.2. Et periculum animæ inducitur in aſſecutione pluralitatis beneficiorum ſine diſpenſatione legitima.extra de preb.quia intantum.& ibi not.per Hoſt.de excep.cum eccleſiaſticæ.licet Innoc.ibi notauerit non eſſe crimen plura beneficia ſimul habere. & de præb.cum iamdudum:ſed infallibiliter Hoſt. opinio eſt præſtantior, ſaltem in beneficijs ſe concurſu non compatientibus, de quibus præſens c.loquitur.ſic etiam no. idem Inno.de elec.dudum.2.Sed hoc qualiter, nonne hic obtinebantur plura talia beneficia ex diſpenſatione Papali? vtique, vt patet infra.nonne ergo tutus erat à periculo animæ ille cum quo diſpenſatum erat? Dicas ꝙ ſic, etiam ſi abſque omni cauſa rationabili diſpenſationem obtinuiſſet: nam prohibitio retentionis talium beneficiorum non à Deo, ſed à ſola voluntate conditoris canonis fuit inducta: quare ſola volũtate contraria tolli poteſt, iuxta illud: Eſt eius tollere, vel interpretari, cuius fuit condere.C.de leg.l.vlt.extra de ſen.excõ.inter alia. 11. q.3.§.ex his.ſic expreſſè ſentit Inn.& Hoſt.poſt eum.extra de ſtatu mon.cum ad monaſterium.in gl. niſi ex cauſa.& Gul.in Spe.in ti. de diſpen. ſecus ſi diſpenſatio fiat contra votum tacitum, vel expreſſum, vel contra legem Dei, vel contra ſtatutum generalis Eccleſiæ: nam in his facta ſine cauſa in foro animæ non ꝓdeſſet, ſic intellige qđ not. per Bern. extra de voto. c. non eſt. & clarius ꝑ Hoſt.& Inn. ext. de renun.ca.cũ inter P.

Diſpenſans in beneficiorum plurali tate, an ſit tutus à periculo animę.

e ¶*Religioſorum.*] cũ iſti ſint plus Deo adſtricti quàm cęteri: nam per profeſſionẽ contẽptis honoribus, abiectis diuitijs, ſpretisq; delitijs arbitrium propriũ ſubiugarunt alterius ditioni. extra de elec.quorundã.lib.6.in eis periculoſior eſt ambitio, cũ non ſint peiores experti, quàm qui in monaſterijs defecerũt, ſcđm Aug.47. diſ.c.quãtumlibet. & ſcriptum eſt: Poſt concupiſcentias tuas non eas. mens etiã potentiæ, id eſt humanę dignitatis auida, nec ab ſtinere nouit à vetitis, nec gaudere conceſſis, nec pietati adhibere cõſenſum, vt ea.diſt.ca. viſum.& extra de conceſ.preben.c.deteſtanda.lib.6.& alibi legitur: Quos amor dominationis inuaſit, iugum diſciplinæ fecit reſpuere. 96.diſt.c.bene quidem.

CAP. VNICVM.

E Xecrabilis [d] † quorundã tam religioſorum, [e] quàm ſecularium ambitio, [f] quæ ſemper [g] plus ambiens eò [h] magis fit inſatiabilis, [i] quò [k] ſibi amplius indulgetur, [l] & improbitas [m] importuna petentium à nobis, & prędeceſſorib. [n] noſtris Romanis Pontificibus, non tam [o] obtinuiſſe, quàm [p] extorſiſſe ple-

† Hæc extrauagãs reperitur inter communes ſub tit. de præb. cũ gl. Guil. de Monte Lauduno. Et de materia vide concilium Triden. ſeſſio. 7. de reformatio.ca.2. 4,& 5.& ſeſſio.24.de reformatiõe, c.17.

f ¶*Ambitio.*]expone, id eſt, aſpiratio, vel anhelatio ad dignitatem, vt bñficium, vt colligitur C.ſi cer.pet.l. quiſquis. extra de præb.cum iam dudum.alibi tñ ſumitur aliter.ff.de decre.ab ord. fac. l. ambitioſa. Et de hac ambitione ſcribit B.Bernardus: O, ambitio ambientium crux, id eſt, pęna, qũo omnes torquens omnibus places? hoc ex praua intentione. ſic recitat Hoſt.de præb. c. quia intantum. ipſa tñ niſi ad actum realem proceſſerit, ſola pęnitentia tollitur.arg. extra de ſimo.c. vlt.& no.Hoſt.de cler.non reſi.c.relatum.in verbo, amoueri.

Dignitatis auidus à vitijs non abſtinet.

Ambitio torquet omnes.

g ¶*Semper.*]hoc aduerbium denotat omnimodã tꝑis continuationem ff.de ann.leg. l.Caio.§.Imperatore. de cõdi.& demonſt.l.ſi quis ita.§.Titio.de conſecra.diſt.5.c. nunquam.

h ¶*Eò.*]ponitur pro tanto, vel pro ideo.

i ¶*Inſatiabilis*]ꝓpriè loquit̃ hui⁹ c.cõditor: nã nec ſatietas vnquã nec finis aderit cupiditati.47.diſ. ſicut hi.nã tot⁹ mũd⁹ nec obolus eſt auaro. 14.q.4. c. qđ dicã. vñ verſificator dicit:

Diues habere cupit quanto plus omnia ſumit. & de ipſo dr̃:

Eris ſeruus æris, ſi te ſpecies trahat æris.& no. c.ſicut hi.

k ¶*Quò.*]expone pro quantùm, vel pro quia.

l ¶*Indulgetur.*]h.d.qa cũ vni indulget̃ indigno, ad prolapſionis cõtagiũ ꝓuocat vniuerſos.33.q.4.c.eſt iniuſta.& ſi ea quę malè vſurpant omittimus, exceſſus viã alijs aperimus.35.q.9. c.loci.81.diſt.peruenit.facilitas eteni veniæ incentiuũ tribuit delinquendi.dicto c.eſt iniuſta. & extra de vita & hone. cler. c.vt clericorum.& hoc intellige de facto.de iure enim nõ tribuit.& ſic non obſtat 1.q.7.c.exigunt, vel aliter, vt ibi not.

m ¶*Improbitas importuna.*]i.infeſta, ſeu inqeta, per quã nõ concedẽda frequẽter concedunt̃.C.de pe. bo. ſubla.l.1.li.10. ext.de cõceſ.pb.deteſtãda.li.6. quare valere nõ debẽt vel ſaltẽ cõceſſa reuocari merent̃, vt dictis iurib. & ext.de purg.can. c.cũ in iuuentute.de reſcrip. qa ꝑ ambitioſã.lib.6.Per hoc qđ dicit, improbitas: apparet, ꝙ alia importunitas, puta quæ non ad noxã tendit, ſed ad remediũ vel iuris ꝓprij conſeruationẽ, vel pſecutionẽ non eſt inhibita, ſed pmiſa: quare exaudienda. de pęnit.diſt. 1.c.importuna.100.diſt.c.priſca.2.q.6.§.poſt appellationem.ff.de libel.dimiſ.l.1.ext.de appel.ab eo.lib.6.

n ¶*Prædeceſſorib.*]hic dic ſi placet ꝙ dixi in ꝓœmio cõſti.

o ¶*Tã obtinuiſſe.*]ſ.à liberaliter cõcedẽte.(Cle.5.i §.hec ſanè.

p ¶*Quàm extorſiſſe.*]ſ.ab inuito per talem importunit: tem

extra

extra de purg. cano.c.cum in iuuentute. extorſio enim liberalitatem neſcit,& violentiam ſapit.ff.de leg.3. l.fideicommiſſa.§.ſi rem. quare per eam conceſſa exorta potius quàm obtenta dicuntur.de electio.quorundam.lib.6.

1 De materia huius gloſſę vide latè Ioannẽ de Lignano in tracta.de pluralitate beneficiorum.

a ¶*Quod vnus.*]hoc contra ius commune 1 eſt,vt infra ſequitur, ꝙ vnus plura beneficia ſe ſimul non compatiẽtia obtineat, cum ſingula ſint ſingulis committenda perſonis.79.diſtin.c.ſingula. extra de præben.c.cum ſingula. lib. 6. cum ſibi quis vendicare non debeat ſtipendia plurimorum. de cler.non reſid. quia nonnulli. nam & hoc idem in honorib⁹, vel militijs ſecularibus reperitur. Duos.n.honores ſimul agere quis non poteſt.ff.ad munic.libertus.§.præſcriptio.nec duas militias habere. C.qui mi.poſ.vel nõ.l.4.§.in poſterum.li.12.nec in duobus collegijs ſimul eſſe.ff.de colleg.illi.l.1.§.vlt. no.de hoc de p̃b.c. p̃terea.

runq; noſcuntur, ꝙ [a] vnus interdum ẽt ad vnum beneficiũ [b] eccleſiaſticũ minus [c] idoneus, in [d] diuerſis eccleſijs nedũ [e] vicinis, ſed ẽt ab inuicem longè diſtantibus, imo [f] nonnunquã in diuerſorum [g] regnorũ partib.ſituatis, duas, aut tres, aut plures [h] dignitates, [i] perſonatus, officia, ſeu Prioratus, [k] aut diuerſa eccleſiaſtica beneficia curã animarũ [l] habentia [m] poſſit diſpenſatiuè [n] (cũ aliàs non liceret de iure [o] communi) recipere, [p] & ſimul licitè retinere: Vnde inter cætera [q] inconuenientia, ſubſcripta [r] ſequuntur: quòd [s] videlicet interdum vnus, qui vnicum quamuis [t] modicum

b ¶*Beneficium eccleſiaſticum.*] verbum iſtud comprehendit nedum canoniam,præbendam,dignitatem,perſonatum, officium, eccleſiam, vicariam: imo & præſtimoniam & penſionem ad vitam pro titulo aſſignatã. arg.1. q.3.c. ſi quis dator. & c.ex multis.& ſic videtur ſentire Inno. & Hoſt.de reſcript. poſtulaſti.& c.ad audientiam.In genere autem ſumptum hoc verbum,beneficium,nihil aliud eſt quàm beneuola actio gaudium tribuens capienti.in lib.feud. ex quib. cau.feud.amit.§. in primis.ad hoc autem adde quod no. Hoſt.de præb.c.ſuper inordinata.in verbo,reputati.

c ¶*Minus idoneus*] hoc ex multis cauſis poteſt contingere, no. Hoſt.de præben. c.ſuper.Sed hic quæro, nunquid ille qui ſcienter indignum promouet ad beneficium peccet? vtique, cum contra conſcientiam faciat, & ſic ei gehennam ædificet. 28.q.1.§.ex his.extra de reſti.ſpol.literas.Iterum: quia ex hoc mandatur puniri,quod non fieret niſi peccaſſet. de elect. nihil.de præben.graue.de æta.& qualita.ex ratione.& c.indecorum.23.diſt.c.tales.50.diſt.c.aliquantus.Item cum hoc faciat contra expreſſam prohibitionem canonis vel præceptum, vt in dictis iuribus, contrafaciens peccat mortaliter. 4.diſt.§.vlt. extra de maiorit.& obed.c.ſi quis.ſic ſentit.Hoſt.de offic.ord. inter cætera.§.vlt.de treu.& pa.c.1.Nec tales canones inhibitionem, vel præceptum continentes de conſuetudine tolli poſſunt,licet ſecus ſit in alijs.4.diſt.§.leges.not.Hoſt.in d.c.1. In foro contentioſo tenetur promouens de mala adminiſtratione talium promotorum,arg.ff.de magi.conue.l.3.ad municip.l.Lucius.§.Imperator.C.de magi. conue.l. in magiſtratus. extra de offi.archid.ea quæ. Sic ſentit Inno.& Hoſt. poſt eum dicto c.ex ratione.poteſt.n. hoc dici, ꝙ mali miniſtri electio eſt in culpa,vt dictis iurib.& arg.ff.nau. caup. ſtabu.l.1.§.vlt. nau.caup.ſtab.l.1.§.hac actione.ad leg.Aquil. ſi ſeruus.§.Proculus.Inſti.de obl.quæ ex quaſi male. §.item exercitor. & dicto c.ea quæ. Quid autem de illo qui ſe idoneum non ſentit, an recipiendo beneficium peccet? Dicas ꝙ ſic. extra de elect. innotuit.§.multa.28.diſt.priuſquam. 48. diſt. c.ſicut neophitus.& arg.ff.ad leg.Aquil.item iure.in prin.& §.1.l.& ſi ſeruus. §.ſi calicem. cum ſimilib. receptionis enim ſuæ tẽpore debuit ſuam inhabilitatem patefacere.& ſic vel non recipere, vel diſpenſationem obtinere.50.diſt.ex pœnitentib.24.diſt.c.1.extra de corp. vitia. expoſuiſti. quiſque enim cum onere in quo ſubſtitutus eſt,vires ſuas metiri dẽt:& ſi impar eſt, abſtineat, & ad id cum metu etiam cui ſe ſufficere æſtimat,accedat.1.q. 1. non eſt putanda.

Indignus beneficium recipiẽs peccat.

d ¶*In diuerſis eccleſiis.*] in quibus impoſſibilitas reſidendi, & ſic Deo ſeruiendi in eodem inſtanti temporis. arg.ff.de eo quod cer.lo.l. non vtiq;.§.ſi quis ita ſtipulatur. Inſti. de verb. oblig.§.loca.inducit prohibitionem pluralitatis talium beneficiorum, cum nec in eadem eccleſia in qua poteſt Deo continuè deſeruire,obtineri poſſint etiam prætextu conſuetudinis.extra de conſue.c.1.lib.6.

e ¶*Nedum vicinis.*]hoc caſu vicinæ eccleſiæ, vel longè diſtantes intelligerentur iuxta communem patriæ conſuetudinem & opinionem.arg.ff.de flu.l.1.§. flumen. de fun. inſtru.l. cum de lanionis.§.aſinam.de damno infec.l. inter quos. licet quandoque loca dicantur vicina intra duas dietas non diſtantia.de præb.c.præſenti.§.loca.lib.6.

Imo,multipliciter ſumitur.

f ¶*Imo.*]hæc dictio poteſt eſſe aduerbium affirmandi;& ponitur coniunctiuè pro, &, ſicut alibi. C. de nouo codi. faci.§. quibus.aliàs ponitur diſiunctiuè pro,vel. C. de ſacroſan.eccl. l.iubemus.§.œconomum. aliquando eſt aduerbium eligendi, & tunc ponitur correctiuè, vt potes videre in iurib. ff.de manu.teſta.l.Stichus.de hæred.inſti. l. ſi ita ſcriptum.de condi.& demon.l.cum ita legatum.de pœnit.diſt.1.c.qui dicit.1.q.1.§. opponitur. extra vt lit. non conteſta. accedẽs. cum ſimilibus.

g ¶*Diuerſorum regnorum.*]ex hoc potiſſimè inſurgere poſſẽt multa mala, de quibus infra dicitur: nam & contra promotionem vel prouiſionem,quæ fieret ad dignitatem vnius regni de incola alteri⁹ regni, admitteretur exceptio domini temporalis, ſi promouendum haberet ſuſpectum de proditione terræ ſuæ, vel conſiliorum & ſecretorum ſuorum. argu. ff. de pœnis.l.ſi quis aliquid.§.transfugæ.de re mili.l. omnes. §. exploratores. extra de re iud.petitio.ita ſentiunt Inno. & Hoſt.clarius poſt eum de accuſ. cap. ſuper his.nam alieni regni arcana ſcrutari non conuenit.C.de commer.& merca.l.mercatores.

h ¶*Aut plures.*]puta 4.5.& vltra.

i ¶*Dignitates.*]quid ſit dignitas,perſonatus,officium,in quo differunt ſecundùm ius ſcriptum, vide quod ſuper hoc not. Gul.de conſue.c.1.lib.6. Vel dic ꝙ iſta diſcernuntur ex inſtitutione,vel conſuetudine cuiuslibet eccleſiæ.nam dignitas in vna aliquando in alia eſt perſonatus,vel officium.& ſic Hoſt. de præb.de multa.

Dignitas ꝙ quid diſcernitur.

k ¶*Prioratus.*]ſuper iſtis prioratibus,ſi placet,vide quod dixi de offi.ord.c.præſenti.lib.6.

l ¶*Curam animarum.*]intellige qualitercunque ſiue in foro pœnitentiali,de qua cura loquitur decreta. omnis.de pœn.& dic vt ibi per Hoſt.ſuper hoc notatur, ſiue in contentioſo, de qua loquitur decre.dudum 2. §. tandem. de elect. de hoc per Hoſt.de præb.de multa.

m ¶*Habentia.*ſed quæ bñficia dicuntur habere curam,an illa ſola,quæ eam habent actu,vel ſolo ẽt habitu,puta illa quę deſierunt penitus parochianos hẽre? Car. Guli.Duran.& Ioan. Mon.dicunt de elect.licet canon.ꝙ ſola illa quę in actu, non autem habitu.Guli.autem contra ſentit ibidem. Sed aliorum opinio plus mihi placet,vt ibi dixi,& illam amplectitur Hoſt. de cler.non reſi.quia nonnulli. qui contra hãc materiam multa quærit ibidem,quæ hic mihi attribuere non curo.

n ¶*Diſpenſatiuè.*]diſpenſatio dr̃ eſſe iuris rigoroſi relaxatio. 1.q.7.c.exigunt.& no.50.diſt. vt conſtitueretur. & an ſit debita vbi ſubeſt cã,& quo iure poſſit peti,& an peccet non diſpenſans vbi cã ſubeſt, vide qđ no.in dictis c. vt conſtitueretur. & exigũt.& 50.diſt.dño ſancto.Sed per quẽ ſuper talib.beneficijs plurib.retinendis diſpẽſari poſſit? Dic breuiter ꝙ ob p̃rogatiuã meritorũ perſonæ ſolus Papa. ſic intelligitur decre. de multa.§.vlt.de præb.Sed ob cauſam vtilem,vel neceſſariam poteſt epiſcopus diſpenſare. argu. extra de conceſ.præb.cum noſtris.§.ad hoc.de ęta.& quali.c.tuam.ſic no.Hoſ. dicto c. de multa.licet Bern.aliter ibi ſentire videatur.de hoc aliàs ſcripſi de conſue.c.1.lib.6.vbi Guliel.hanc opinionem ſequitur: & Pet.de Samp.dicto.c.de multa.& Guliel. in Spec.tit.de leg.§. videndum.ver.ſed nunquid epiſcopus.& de hoc etiam no.70. diſt.c.ſanctorum.& 21.q.2.ſi quis iam tranſlatus.

Diſpenſatio quid eſt.

Diſpẽſatio ſuper beneficiorũ pluralitate à quo fieri poteſt.

o ¶ *Iure communi.*] de cler. non reſiden. quia nonnulli. de pręb.quia intantum.70.diſt.ſanctorum. cum ſimilibus.

p ¶*Recipere.*]ſume verbum,ſimul,quod ſequitur:aliàs enim receptio plurium talium beneficiorum permiſſa eſt ſaltem ſucceſſiuè,intantum quòd receptio ſecundi facit ipſo iure vacare primum.de præben.de multa.& hoc intellige quo ad ipſum recipientem,non autem quo ad illum à quo primum beneficium habuerit: nam per illum beneficiatus in primo beneficio inuitus ex cauſa retineri poteſt,vt no.Pet.de Samp.dicto c.de multa.& Ioannes 21. q. 2. ſi quis iam tranſlatus. vel poteſt primum beneficium tanquam ſpoliatum ab illo repeti,vt ibi no.Ber.

q ¶*Cętera.*]ſubaudi multa damna,vel pericula:& tunc punctuabis poſt verbum, cætera. Vel poteſt punctuari poſt verbum,inconuenientia.& dices inter cętera inconuenientia.

r ¶*Subſcripta.*]ideſt,infra poſita. ſ.mala, vel inconuenientia ſequentia,quæ ſunt xj.numero.

s ¶*Quod videlicet.*]Primum inconueniens.

t ¶*Quamuis modicum.*] multo minus ſufficeret ad magnũ: nam

Honores maiores aſſequi non poteſt, qui minorib. indignus eſt.

nam inſufficiēs & ſic indignus inferiori bñficio, indignior eſt ſuperiore.ff.de ſena.l.qui indignus. & cui minor honor interdictus eſt,omnes honores maiores interdicti cenſentur:ridiculum.n. eſt ꝙ minorib. prohibitus, ad maiores honores valeat aſpirare.ff.de interdict.& releg.l. relegatorũ.§.vlt.iuxta illud: Carens minorib. non fruatur maioribus.ff.de ſer. expor. l. cui pacto. 24. q. 1. miramur. 21. diſt.c.ſubmittatur.cum ſimilib. & hoc verum, niſi ex cauſa contrariũ inducatur.extra de tornea. ca. 1. dic ſuper hoc vt ibi not.

vix [a] officium implere ſufficeret, [b] plurimorum ſibi vendicet [c] ſtipendia, [d] quę multis literatis viris [e] vitæ [f] puritate, ac teſtimonio bonę [g] famæ pollentibus, [h] qui mendicant, [i] poſſent abundè [k] ſufficere æqua [l] diſtributione collata, habentibus ipſa paratur [m] vagandi [n] ma-

Vix, difficultatem inducit.

a ¶[*Vix.*]hæc dictio qñq; difficultatem inducit, non tamen impoſſibilitatem:quia quod vix fit,tamen fit. ff. de iudi. l. vix certis.C.de pęnis.l.incredibile.extra de cler.non reſi.conquerente.93.diſt.miratus.19.diſt.memoriam. de cogna. ſpi.c.per cathechiſmum:lib.6.& hoc niſi in abſolute prohibitis, vel de iure impoſſibilibus: tũc enim impoſſibilitatem denotat.ff.de aſſignan.libe.l.vlt. §.ſi.de leg.1. ſi ſeruus legatus. §. quicunq;. ad Velle.l.tutor.de verbo.ſigni.l.alienationis.de mune.& hono.l.reſcripto.

b ¶[*Sufficeret.*]C.de aſſeſ.l.nemo. de præpo. ſacro. ſcri. l. hac parte.de agen.in rebus.l.agentes.lib.12.16. q. 1. presbyteros. 79.diſt.ſingula.extra de cler.non reſi. quia nonnulli. ex quib. iuribus & ſimilibus fuit ſumptum quod hic dicitur.

c ¶[*Vendicet.*]id eſt,appropriet vel applicet.

d ¶[*Stipendia.*]plurimorũ,quod eſt ſ.id eſt, plurimis debita, vt in iurib.ſ.prox.allegatis,vt ſ.in gl. hoc contra ius cõmune.

Eccleſia viris literatis permaximè indiget.

e ¶[*Literatis viris.*]quib. Eccleſia Dei per maximè noſcitur indigere, vt circumcincta muro inexpugnabili pugnatorum & bellatorum,&c.ext. ne cleri. vel mona. ſuper ſpecula.§.vlt. de elect.cum in eo.lib.6.ipſorum.n.ſcientia eſt circa ſpiritualium adminiſtrationem potiſſimùm neceſſaria, & circa curã temporalium quamplurimùm opportuna.extra de renun.niſi cum pridem.§.pro defectu.de of.ordi.inter cætera.vñ non immeritò ſunt maiorib.beneficijs honorandi.de præb.de multa. §. vlt.& tamquàm illi qui eccleſiaſticis vtilitatib.deſudarunt, dignis ſunt prouiſionib.conſolandi.12.q.2.c.eccleſiaſticis.& ſecundùm labores ſuos ad meliores gradus & ad maiores dignitates producendi.C.de offic. præfe.præt. Afri.l.in nomine Domini.circa finem.de agen.in re.l.1.lib.6.

Caſtitas depurat à carnis lubrico.

f ¶[*Vitæ puritate.*]ideſt,munditia,& caſtitate quem depuratũ reddente à carnis lubrico,de qua vtpote Deo grata. 32. q.5. c.1.& quaſi per totum. & legi amica, & per legem laudanda. in corpore auth.de non alie.aut permu.reb.§.optimum itaq;. colla. 1. in l.ſcribitur ꝙ ſola eſt, quæ cum fiducia poteſt Deo animas hominũ præſentare.in corpore auth. de leno. §.ſancimus.coll.3. nec luxuriantibus, ſed pudicis priuilegium legis datur.in corpore auth.quib.mod.nat. effic. ſui.§.ſi quis autem defectus.coll.7.Vel poteſt exponi vitæ puritate,id eſt,candore & nitore, quem depurante ab omni peccati vitio deterſa eius macula,vt colligitur in corpore auth.de mona.in prin.coll.1. aliàs parum prodeſſet caſtitatem corporis ſeruare & alijs vitijs maculari,cum omnis virtus patiatur ab vno vitio detrimẽtum:& delinquens in vno factus eſt omnium reus. de pœnit. diſt.5.conſideret.extra de reg.iur.defleat. vñ promouendi vita nedùm honeſta quo ad caſtimonię obſeruationẽ, imo inculpabilis quo ad alia debet eſſe. in corpore auth. qũo opor. epiſ.§.ſancimus. coll. 1. 25. diſt.§. nunc autem.& patens eſſe debet alijs, vt ex eius viſione ſedula exemplum profectus ſumant. 2.q. 6. cum paſtoris. & talis vitæ puritas virtutes inducens,quem promotione dignum reddit.extra de elect.c.innotuit.§. multa. vndè alibi ſcribitur, ꝙ non omnes prælati pro prælatis habentur : nomen enim quem epiſcopum non facit, ſed vita.2.q.7.§.his ita.& per contrarium, ſecundùm beatum Gregorium ſequitur,ꝙ cuius vita deſpicitur, reſtat vt eius p̃dicatio contemnatur.3.q.7.§.porrò.

Virtus omnis ab vno vitio detrimentum patitur.

Epiſcopum facit non nomen, ſed vita.

g ¶[*Bonę famę*] hoc dicit ad denotandum quòd promouendus bonum teſtimonium habere debet, ab his etiam qui foris ſunt.in corpore auth.de mona. §. cogitandum.& §.ordinationem.qũo opor.epiſ.§.ſancimus. coll.1. & de armis. §.hanc igitur.coll.6. & in nullo debet eius opinio vacillare. 33. diſt. laici.cum æſtimatio,quæ idem eſt quod opinio, ſit illæſæ, id eſt,non diminutæ dignitatis ſtatus.ff.de vari. & extraord.cog. l.cognitionum.§. æſtimatio. quæ multum cooperari dicitur, cum per eam nonnulla ad illuminandam veritatem in lucem emergant.ff.de quæſt.l.de minore.§.tormenta.& præſumptionem magnam in bonum inducit.extra de elect. innotuit. §.multa. quare præferenda eſt eius reſeruatio quantiſcunque diuitijs.ff.ſi quis omiſ.cau. teſta.l. Iulianus. vnde crudelis dicitur qui eam negligit.12.q.1.nolo.

Aeſtimatio quid eſt.

h ¶[*Pollentibus.*]reſplendentibus,vel fulgentib. 12.q.1.nolo.nam tamquàm luminoſæ ardenteſq; lucernæ ſuper candelabrum in domo Domini poſitæ fulgere dicuntur iuſti per vitæ puritatem, iuxta dictum Apoſtoli: Fulgebunt iuſti, &c. extra de relig.cap. glorioſus. lib.6.& non loci vel generis nobilitate,ſed virtute animi gratiam ſibi comparare dicuntur. quadrageſima diſtinctione capitu. illud.

Eccleſię miniſterium vituperat, ſi per clericos mendicatur.

i ¶[*Qui mendicant.*] quod redundare dicitur in vituperium miniſterij eccleſiaſtici.93.diſt. c. diaconi. extra de renun.c.ad ſupplicationem. cuius mendicitatis vitatio cordi fuit huius c.conditori.vt patet per effectum.nec mirũ, quia cum clerici in ſortem & hæreditatem Dñi ſint vocati,& eius obſequio deputati,& diuinis obſequijs adſcripti,de eius patrimonio viuere debent,& Eccleſiæ ſtipendijs ſuſtentari. extra de præb.cum ſecundùm.nam Eccleſia cuius ſunt obſequio dedicati, ipſos Dños ſociauit.extra de pęnis,presbyteri.vnde turpe eſt illum, vel illos videri egentes, quos quis habuit in miniſtros vel cõiuges.in li.feu.de notis feu.§. 1. & arg.ff.ſolu.matr.l.alia.de re iudi.l.ſunt qui. Sed quos clericos appellabis mendicantes,an illos qui victũ habent, ſed reſpectu qualitatis perſonarum ſuarum pauperes ſunt?Vr̃ ꝙ illi ſoli mendicare videntur,qui victũ non habent,quaſi aliàs paupertas non proſit.arg. 16.q.1. c.vlt.extra de ſen.excom. ea noſcitur. de fur.c.ſi quis.& C.de mendi.vali.l.1.lib. 11. Sed dicas mendicationem conſiderandam iuxta perſonarũ qualitatem.Quid.n.ſi homo illuſtris genere,vel eminentis ſcientiæ,habeat victũ ſuum, ſed iuxta decentiã ſuam indumenta vel ſocietatẽ & alia neceſſaria non habet,& ſolo victu ſine dedecore ſtatus ſui contẽtus eſſe nõ poteſt? negari non debet quin iſte ſcd̃m ſe mendicare dicatur. arg.ff.ex quib.cau.ma.l.in eadem.de vſu.l.ſed & ſi quid.de admi.tut.l.cũ plures.§.cũ tutor.vbi pupil.edu.debe.l.ius alimentorũ.§.ante oculos de ali.leg.l.cum alimẽta. de iure dot.l.quęro.& l.cũ poſt.§.gener.de iudi.l.ſi longius.in fi.& l.ſed & ſi ſuſceperit.§.ſed & ſi proponas.extra de præb.de multa. §.vlt.de ſimo.c.& ſi quæſtiones.51.diſt.c.non cogantur. pro hoc facit quod no.Hoſt.expreſsè de ſent.exco.ꝙ de his. & Ber.de teſti. c.ſi quis teſtium.Inn.de conſti.cũ omnes.in gl.vlt.& quod dicam ẽt in gl.æquam intellige.ordo.n.naturæ eſt, ꝙ non omnes ſint æquales.in corpore auth.de mona.§.ordinatione.col. 1.quia non omnes per omnia,&c.C.de vete.iure enu.l.1.§.1. circa ſi.de offi.rect.prouin.l.potioris, nec vniuerſitas alia poterat ratione ſubſiſtere,niſi ordo magnæ differentiæ eam ſeruaret.89.diſt.c.ad hoc.potiſſimè cum talis mendicitas non ſit à iure determinata:vndè arbitrarie erit cõſideranda.arg.extra de off.de leg.de cauſis.ff.de leg. 1. l. ſi domus.§.in pecunia.de iure delibe. l. 1. arbitrium autem ſuum firmabit iudex ſecundùm perſonarum qualitatem. per iura prædicta. ff. de teſti.l.3.

Clerici mẽdicãtes qui appellandi ſunt.

k ¶[*Abundè ſufficere.*]Nota verbum,abundè ſufficere: quaſi dicat non ad ſuperfluitatem, ne mala quæ ſequuntur inſurgant,nam ſecundùm Hieronymum, aliena rapere conuincitur,qui vltra neceſſaria ſibi retinere probatur. 62. diſt. §. hoſpitalem.& 48.diſt.c.ſicut hi.& ſuper hoc vide quod no. Hoſ. de præb.de multa. & plenius proſequitur Guliel. de reſcript. ſtatutum.§.aſſeſſorem.in gl.proprium.

l ¶[*Æqua diſtributione.*]æqua intellige iuxta qualitatem,& conditionem perſonarum.quod proſequere vt no.tam per ordinariam quàm per extraordinariam gloſſ. de reſcript. cum à Deo.& 21.q.1.c. extra. de præben. de monachis.& ſignanter dicit textus,æqua:nam attenta perſonarum qualitate non debet tantum vni dari, quòd alij ſcrupuloſo corde moueantur. 16.q.1.de decimis.hoc tamen intellige iuxta no.per Inno.extra de conſti.cap.cum omnes.

m ¶[*Paratur.*]Secundum inconueniens.

Religioſus extra clauſtrum fingitur viuere non poſſe.

n ¶[*Vagandi materia.*] quæ periculoſa potiſſimè religioſis exiſtit. extra ne cleri. vel mona.cap. vt periculoſa. de pręben. cum ſingula. lib. 6. de offic.ord.quanto.16. q.1.ca.monachi. & c.quidam.C. de epiſco. & cleri. generaliter. cum ex debito teneantur eſſe in clauſtro, ſaltem adminiſtrationem non habentes:finganturque ſine illo viuere non poſſe, ſicut piſcis ſine aqua,eadem cauſa & quæſtione,c.placuit.Clericis ſecularibus eſt etiam inhibita.extra de præb.quia intantum. cum non debeant deeſſe horis canonicis in eccleſijs, in quibus ſunt beneficiati.91. diſtin. Eleutherius. & multis cap. ſequen.aliàs

puniuntur

Clericus priuilegiatus quia reſidet, ſi vagari icipiat, illud pdet.

puniuntur, vt ibi. Sed pone clericum beneficiatum reſidentem in beneficio habere aliquod priuilegium, quia reſidet: perdet ne illud ſi vagari incipiat? Dicas ꝙ ſic. C. de epiſc. & cleri. generaliter canonizata. 16. q. 1. generaliter. & videtur expreſſum. C. de domeſti. & protect. l. ſi quis domeſticorum. lib. 12. ibi not. & arg. ff. pro ſocio. l. actione. §. item qui ſocietatem. ff. de iudi. l. 2. §. item ſi. ex qui. cau. maio. l. miles. & l. ſicut. §. tandiu. C. de teſta. mili. l. ſancimus. qui. non ob. long. temp. pręſcrip. l. ſancimus. Quid autem ſi ſe excuſare nitatur dicens ſe habere licentiam vagandi à prælato, vel de conſuetudine, quam allegat ſuper hoc introductam, proderunt ne ſibi talia? Dicas ꝙ non, per ea quæ not. per Innoc. de cler. non reſi. ex tuæ. Item cum ſecularis clericus in pluribus locis domicilium poſſit habere. ff. ad municip. l. aſſumptio. §. iuris. extra de reſcrip. dilectus 2. de foro comp. ex parte B. vbi in dubio præſumitur habere domicilium? Dicas ꝙ in loco beneficij, ad cuius reſidentiam teneretur. Regularis autem prælatus in ſolo monaſterio ſuo domicilium reputatur habere, ſecundùm Inn. not. de priuil. ex ore. & quicunque in loco domicilij reperitur, præſumitur à locis alijs ex cauſa probabili foro abſens. ff. de fideicom. lib. l. ſi cum ſeruum. §. vlt. & per contrarium abſens à loco vbi reſidere tenetur, malitioſè eſſe abſens præſumitur, niſi aliud conſtet, vt no. Inno. de eo qui mit. in poſ. c. ſi aduerſarius. Et per hoc videtur ille vagabundus reputari, qui à loco in quo aſſiduus habet eſſe, aberrat, vt in dicta l. ſi quis domeſticorum. & C. de deſerto. & occul. l. 1. lib. 12.

Domiciliũ clerici ĩ dubio vbi pręſumitur.

Vagabund⁹ quis dicit.

a ¶[*Diuinus.*] Tertium inconueniens.

b ¶[*Minuitur.*] qui deberet potius augmentari. extra de conſti. ex parte. de reſcript. quia per ambitioſam. lib. 6. nam & diminutio diuini cultus facit reuocari licentiam de non reſidẽdo à prælato obtentam. de cleri. non reſiden. cum ad hoc. ſicut alia neceſſitas eccleſiæ. not. Inno. de cler. non reſiden. tuæ. & magnus fauor ei debetur, nam ipſum turbans capitali ſententia damnatur, ſecundùm legem. C. de ijs qui ad eccleſ. confug. denuntiamus. de epiſcop. & cleri. l. ſi quis in hoc genus.

c ¶[*Hoſpitalitas.*] Quartum inconueniens, de iſta hoſpitalitate vide quod legitur & not. 42. diſt. c. hoſpitalem.

d ¶[*Debita.*] intellige ſolita & conguens, iuxta quantitatem prouentuum beneficij. ſic not. Hoſt. de præben. de monachis. Per hoc autem quod dicit, debita, videtur innuere, ꝙ neceſſitatis, non tantùm voluntatis eſt hoſpitalitas: & in beneficiatis hoc certum eſt. 85. diſt. Florentinum. & 41. diſtin. §. 1. & quicquid habet eccleſia, &c. 16. q. 1. quoniam quicquid. not. Bern. dicto c. de monachis. Sed quid de alijs, puta laicis & clericis non beneficiatis, eſtné quo ad eos neceſſitatis? Bern. innuere videtur quòd ſic, intantùm ꝙ excommunicari poſſint, niſi hoſpites recipiant. 22. diſt. §. hinc etiam not. de empt. & vend. c. 1. Inno. tamen contrarium ibi not. Hoſt. autem videtur applaudere opinioni Ber. dicens, ꝙ non ſufficit ſoluere integram decimam, niſi de nouem partib. eis remanentibus eleemoſynam faciant. 16. q. 1. reuertimini. 86. diſt. c. non ſatis. Tu potes dicere, ꝙ illi in foro contẽtioſo non dicunt adſtricti ad hoſpitalitatem, cum per legem nullus benefacere ſit cogendus, cũ coactus nullum meritum conſequeretur. 23. q. 5. fidem. 45. diſt. c. qui ſyncera. & c. de Iudæis. nec bonus inuitus quis efficitur. 23. q. 6. c. vides. & ſic poteſt ſaluari opinio Inn. Sed in foro animæ ſecus dicas, cum miſericordiam exercere omnib. ſit præceptum. dicto c. non ſatis. & ex præcepto legis quis tenetur diligere proximum ad id, ad quod ſe ipſum, ideſt ad humanum genus. extra de maio. & obed. c. dilecti. Præmiſſa etiã dicas in hoſpitalitate charitatiua: ad aliam enim clerici non tenentur. extra de immu. eccle. c. 1. de epiſ. & cler. l. 1. niſi in conceſſione poſſeſſionis facta Eccleſiæ concedens albergam vel hoſpitium ſibi retinuiſſet: tunc enim ſecus. arg. extra de cenſi. c. 1. & c. quanto. 18. q. 2. c. ſeruitium. ff. de pac. in venditionibus. cum ſimi.

Hoſpitalitas an ſit neceſſitatis.

Laici an ſint ad hoſpitalitaté adſtricti.

e ¶[*Rectores.*] ſinguli in beneficijs reſidentes.

f ¶[*Detrahitur commodis.*] Quintum inconueniens. & talis detractio eſt vitanda, cum ad contrarium, ſ. ad procurandam eccleſiarum vtilitatem clerici ſint adſtricti. 12. q. 2. ſine. & extra de reb. eccl. non ali. dudum. lib. 6. & c. ſi quis. C. de ſacroſ. eccle. auth. hoc ius. 10. q. 2. hoc ius.

g ¶[*Et honori.*] Sextum inconueniens. & talis honor non eſt prætermittendus, imo quandoque lucro pecuniario præferendus. ff. ſi quis omiſſa cauſa teſta. l. Iulianus.

teria, diuinus [a] cultus minuitur, [b] hoſpitalitas [c] in ipſis beneficijs debita [d] non ſeruatur. Et dum non ſunt ſui in vnaquaque regione rectores, [e] eccleſiarum detrahitur [f] commodis & [g] honori, quæ [h] carentes defenſorum [i] auxilio in [k] iuribus ſuis, & libertatibus [l] multipliciter [m] collabuntur, [n] & ruinis [o] patent ædificia [p] nobilia, [q] quæ magnificentia [r] extruxerat [s] deceſſorum: [t] &

h ¶[*Quæ.*] ſcilicet Eccleſiæ.

i ¶[*Defenſorum.*] ſine quibus nihil in præiudicium Eccleſiæ attentari poteſt. extra ne ſe. vac. c. 1. de reb. eccle. non alie. dudum. lib. 6. & arg. C. ſi aduer. rem iudi. l. cum & minores. cum ſimilibus.

k ¶[*In iurib. ſuis.*] collabuntur, quod eſt infra, & eſt ſeptimum inconueniens, & per hoc quod dicit, iurib. comprehendere videtur bona quæcunq; ſint mobilia, vel immobilia: vel per ſe mouentia, corporalia, vel incorporalia. arg. C. de ſacroſ. eccl. l. iubemus. de quadrien. pręſcript. l. 2. de pręſcrip. 30. vel 40. an. ſi quis in rem. Inſtit. de reb. corp. & incorp. circa finem.

l ¶[*Libertatibus.*] Octauum inconueniens. & in quibus conſiſtant libertates Eccleſię, vide quod no. per Inno. de ſent. excommu. c. nouerit.

m ¶[*Multipliciter.*] hoc dicit, quia qñq; iura Eccleſię depereunt ex negligentia bñficiati, de qua ſcribitur ꝙ oĩa lædit. in corpore auth. de quęſto. §. hæc omnia. coll. 6. & eruditionis nouerca dicitur. 84. diſ. c. nihil. qñq; ex indebita occupatione ſeu inuaſione aliorũ. 12. q. 1. quicunq; militũ. 3. q. 1. redintegrãda.

Eccleſiæ iura per duo depereunt.

n ¶[*Collabuntur.*] i. in totũ vel in partẽ pereunt, ſeu damnificant. ſimile verbũ. C. de admi. tut. l. lex q̃ tutores. circa mediũ.

o ¶[*Et ruinis.*] Nonũ incõueniẽs. Et cũ ex talib. ruinis publicus deformetur aſpectus. ff. ne qd in loco pub. l. 2. §. ſi quis neminẽ. & l. vlt ext. de elec. c. fundamenta. §. dignæ, itaq; vitandę ſunt, vt ibi. & C. de edi. priua. l. 2. de ope. pu. l. intra. & ideo marmora vel columnæ domus etiam per dñm eius legari vel in terminos alienari non poſſunt. ff. de lega. 1. cætera. & dicta l. 2.

p ¶[*Ædificia.*] quæ forẽt potius reparãda, & in ſuo bono ſtatu non ſeruanda. de elec. gñali. lib. 6. & patent expreſſius C. de admi. tut. l. lex quę tutores. circa medium. & hoc citius q̃ noualia opera inchoãda. p hoc. n. plurimũ laudis acquirit, ſi ędificatio collapſa vetuſtate, vel deſidia derelicta, vel aliàs inchoata ĩperfecta, pficiant. C. de ope. pub. l. vlt. & arg. ff. e. l. opus. & l. vlt.

q ¶[*Nobilia.*] qualia poſſint dici illa ex quib. expugnari pñt inimici, vel ex quib. patens eſt tuta defenſio cõtra eos, vt ſunt turres mœnia & alia fortalitia, de quib. loquitur c. Piſanis. extra de reſti. ſpol. & C. de of. præfe. pręto. l. in nomine Dñi. Et pñt dici nobilia iuxta vſum loquendi cõem. ff. de flu. l. 1. §. 1. defun. inſtr. l. cum de lanionis. §. aſinam. quia ad conſeruationem nedùm rerum, & immo & humanorũ corporũ ſunt cõſtructa, quę dñtur nobiliſſima creaturarum. ff. de ędil. edi. l. iuſtiſſimè. Vel dicuntur nobilia propter ſui pretioſitatem & valorem, licet modicum annui redditus afferentia, de quibus loquitur lex in corpore auth. de non alie. §. ſi verò alicuius. coll. 2. C. de ſacroſan. eccl. auth. perpetua. ver. ꝙ ſi res pretioſa. Sed iuxta hoc põt quæri, vtrum priuato liceat facere talia ędificia, vel habere? Breuiter dicas ꝙ in lumine impediri non licet. C. de fun. limi. l. 2. li. 11. & dicta l. in nomine Domini. Sed an alibi poſſit? Dic quod ad æmulationem alicuius alterius, ſi materiam ſeductionis inducat, non licet. ff. de ope. pu. l. opus. aliàs autem licitum eſt. C. de edi. priua. l. per prouincias. & ibi no. in dicta l. 2. Quid autem præſumetur in dubio? Dic ꝙ præſumetur non ad inuidiam vel æmulationem facere. arg. dictæ l. per prouincias. iuxta l. meritò. ff. pro ſocio. cum ibi not. & arg. eorum quæ no. ff. de dam. infe. l. fluminum. §. vlt. Si autem non licet, vt dictum eſt, noua ædificia vel fortalitia talia facere vel habere: ſic nec prius facta nec habita talium eſt incaſtellare vel propugnaculare: & ſi contra factum eſt, condictione ex dictis iuribus vel officio iudicis agi poteſt per quemcunque cuius intereſt, vt ipſa in ſtatum priſtinum reducantur, vt not. Inno. c. Piſanis. & Hoſt. poſt eum.

Turres & mœnia dicuntur ædificia nobilia.

Turres habere an liceat in priuato.

r ¶[*Magnificentia.*] id eſt, magnanimitas, vt colligit̃ de ſupl. negl. præla. c. grandi. lib. 6. ſimile verbum in pſal. Quoniam eleuata eſt magnificentia tua, &c. & in corpore auth. hęc conſtitutio. in fi. de litigioſis, in fi. coll. 8. vel expone, magnitudo. C. de offi. præf. præt. l. in nomine Domini. alibi reperies diuerſa nomina, quæ attribuuntur alicui præſidenti, quaſi in fin. omnium conſtitu. in corpore auth.

Ex, non ſem per priuat.

ſ ¶[*Extruxerat.*] id eſt conſtruxerat: ſyllaba. n. ex, hic non priuat, ſicut nec in Euangelio. Et quędam mulier Martha nomine excepit eum, id eſt ſuſcepit. & extra vt lit. non conteſta. quoniam frequenter. §. quòd ſi ſuper. C. vbi in rem actio. l. 2.

t ¶[*Deceſſorum.*] quandoq; ponitur deceſſorum, quandoque

præ-

prædeceſſorum, quandoque anteceſſorum. C. de ope. pu. l. vlt. quod dic ſi placet, vt dixi in prooemio domini Ioannis Papæ xxij. ſuper conſtitutionibus Clementis.

a ¶[*Et quod.*] Decimum inconueniens.

(quod [a] amarius [b] eſt dolendum [c]) animarum cura negligitur [d], & vitiorum [e] ſentibus [f] fomentum [g] periculosè [h] præbetur [i]. Nos [k] itaque tot [l] malis tantiſque diſcriminibus [m] occurrere cupientes [n], omnes & ſingulas diſpenſationes [o] ſuper receptione [p], aut retentione [q] plurium [r] dignitatum [f], perſonatuum, officiorum, Prioratuum, aut beneficiorum, quibus cura animarum ſit annexa, ſub quacunque forma, [t] vel expreſſione verborum à nobis, vel prædictis prędeceſſoribus, cuicunque [u] perſonæ [x] conceſſas (Cardinalibus [y] tamen ſanctę Romanæ [z] Eccleſiæ, qui cir-

Anima eſt omnib. præferend.

b ¶[*Amarius.*] id eſt periculoſius, cum animæ & ipſarum cura ſint rebus omnibus præferendæ. C. de ſacroſanct. eccle. l. ſancimus.

c ¶[*Dolendum.*] cum ſanguis, id eſt conſcientię ſubditorum de præſidentium negligentium manibus requiratur. 43. diſtin. Epheſijs. extra de offi. ordi. irrefragabili. de regu. iur. quamuis. cum enim ratione officij ad animarum cuſtodiam teneantur, præſumitur contra eos ſi pereant. ff. de eden. l. ſi quis ex argentarijs. §. vlt. cum ibi no. & ad hoc ff. loca. ſi quis domum. §. Imperator. extra de offic. archidiaco. ea quæ.

d ¶[*Negligitur.*] talis negligentia contra negligentiam peccatum mortale inducit. 81. diſt. c. dictum. extra de offi. archi. ea quæ. vbi de hoc.

e ¶[*Et vitiorum.*] vndecimum inconueniens.

f ¶[*Sentibus.*] ſi habes ſentibus, potes exponere, id eſt incentiuis, vel inflammatiuis occaſionibus, iuxta illud vulgare quo dicitur: Opportunitas quem peccare facit, quæ opportunitas eſt vitanda. de elect. c. fundamenta. de ſta. reg. c. 1. lib. 6. 18. q. 2. c. definimus. de cohabi. cler. cap. 1. C. de epiſco. & cle. l. eum qui. ff. de vſu & habi. non aliter. cum ſimi. Si habes coetibus, expone, id eſt, coadunationibus, vel ſocietatibus. ſic ſumitur extra de iudic. cap. mulieres. lib. 6. & illis eſt via præcludenda, iuxta illud:

Si non vis calui, fugias conſortia calui.

28. q. 2. c. ſæpè malorum. ff. de ſer. cor. l. 1. §. perſuadere. de iureiu. l. item apud. §. appellare. & ſeq. & ſic ſecundùm hoc, verbum coetibus, in mala parte ſumitur: alibi ſumitur in bona. C. de profeſ. qui in vrb. l. 1. lib. 12. Si habes, ſenſibus, prout eſt communis litera, tunc planum eſt, & expones, ſenſibus, ſ. quinque corporalibus per quos tamquam per feneſtras mors ad animam intrat, ſecundùm beatum Ambroſium.

Mors p ſenſus ad aiam intrat.

g ¶[*Fomentum.*] ideſt, nutrimentum.

h ¶[*Periculosè.*] vtputa animæ præiudiciale, ſimile de poen. diſt. 1. periculosè.

i ¶[*Præbetur.*] hoc poteſt referri ad illos ex quorum perſonis prædicta inconuenientia procedunt, vt eis tale fomentū præbeatur in ſuarum periculum animarum, vt dixi in glo. ſi habes. vel parochianorū ipſorum ex curæ negligentia. arg. extra de ſen. excom. alma. lib. 6. vel poteſt referri ad illorum ſuperiorem, ſi in illis prædicta inconuenientia toleraret, quia error cui non reſiſtitur, &c. & negligere cum poſſit perturbare peruerſos, &c. nec caret ſcrupulo ſocietatis occultæ. &c. 83. diſt. error. & in extrauag. dicti domini Ioan. ſi fratrum. §. qui igitur. & ſi ea quæ malè vſurpantur, omittimus, &c. 43. diſtinc. peruenit. 35. q. 9. loci. ideo vicarius Chriſti huius cap. conditor volens quoad ſubditos & quo ad ſupradicta inconuenientia penitus euitare, ſtatuit vt ſequitur.

k ¶[*Nos itaque.*] ſecunda pars.

l ¶[*Tot malis.*] prouenientibus ex vndecim inconuenientibus, vt in parte præcedenti.

m ¶[*Diſcriminibus.*] de quibus dixi ſupra proxi.

n ¶[*Cupientes.*] ſimile de elec. cupientes. de conceſ. præben. c. deteſtanda. lib. 6.

o ¶[*Diſpenſationes.*] hic poſſet repeti quod dixi in parte præcedenti, in verbo, diſpenſatiuè.

p ¶[*Receptione.*] dic vt dixi ſupra circa principium capituli, in ver. recipere. & expone, receptione, ſ. ſimul facienda.

q ¶[*Aut retentione.*] intellige etiam de collatis ſucceſſiuè talibus beneficijs. de quibus ſequitur, vt ſit ſenſus ad diſpenſationes obtentas ſuper receptione talium inſimul faciēda, vel retentione ipſorum etiam ſucceſſiuè obtentorum moderationem infra poſitam ſuſcipiant,

r ¶[*Plurium.*] quotcunque ſint numero, vt patet ſuprà circa princip.

ſ ¶[*Dignitatum.*] ſuper hoc verbo, & ſequentibus dic vt dixi in parte præcedenti.

t ¶[*Forma.*] de conceſ. præb. deteſtanda. de iureiur. c. contingit. §. fi. lib. 6.

u ¶[*Cuicunque.*] Cum nedum infinitè, imo & vniuerſaliter loquatur ad cuiuſcunque qualitatis perſonas extendatur. ff. de hære. inſti. l. hoc articulo. de leg. præſtan. l. 1. §. generaliter. extra de maiorita. & obedien. c. ſolitę. circa fi. de priuileg. quia circa 19. diſtin. ſi Romanorum. & quia certæ perſonæ ab iſta vniuerſalitate excipiūtur vt ſequitur: vnde per hoc in cæteris effectus vniuerſalitatis confirmatur. ff. de fun. inſtru. l. quæſitum. §. idem reſpondit domo inſtructa. in corpore authen. de non alie. aut permu. eccleſ. §. vt autem. coll. 2. cum no. in eis.

x ¶[*Perſonæ.*] per hoc verbum videtur quòd hæc decreta. & eius moderatio extendantur & comprehendant diſpenſationes perſonis non locis conceſſas: nam ſi idem de omnibus voluiſſet, hoc vtique expreſſiſſet, quod cum nō fecerit; pro omiſſo debet haberi. extra de deci. ad audientiam. ff. de libe. & poſthu. l. commodiſſimè. ſol. matri. l. ſi cum dotem. C. de cadu. tol. l. 1. §. ſin autem ad deficientis. Sed in contrarium videtur: quia in omnibus videtur eadem ratio, ergo idem ius, ſcilicet vitatio multorum inconuenientium, quibus præſens cap. occurrere intendit, vt hic dicitur. arg. extra de tranſla. epiſ. c. inter. de confir. vti. cum dilecta. ff. de fon. l. 1. §. hoc interdictum. C. de conſti. pecu. l. vlt. Nam & ſtatutum in vno, licet de ſe odioſo, ſtatutum cenſetur in alio. vbi eſt penitus rationis indentitas. ff. de adul. l. ſi poſtulaueris. §. ratio. de eden. l. quædam. §. nummularios. Et no. Garſias de elect. cupientes. in prin. in glo. ſed poſito. & colligit ex decre. cupientes. iuncta ad illam decre. ſi poſtq̄. §. vlt. eo. tit. & ex decre. licet canon. eod. tit. & iuncta ad decre. vnicā. de offi. vic. Clem. v. & arg. in corpore auth. vt ij q obl. ſe habe. perhi. res mi. §. 1. coll. 6. vbi ſtatutum licet poenale in curatore extenditur ad tutorem pp identitatis rōnem. & de hoc plenè aliàs dixi de reſcri. abbates. Cle. v. reſpondendo ad decre. ſtatutum. de elect. lib. 6. quæ prædictis prima facie videtur obſtare. Quid ergo dices? Reſpondeo ꝙ diſpenſationes locis vel dignitatibus conceſſas non tollit hæc decre. tum quia hoc non exprimit, & agitur de iure perſonarum per diſpenſationem quæſito tollendo, quare remanet arg. 26. q. 2. c. 1. & in multis capitulis eiuſdem qōnis. & in lib. feud. de feud. cog. c. 1. in fi. tum quia in illis ceſſat perſonalis ambitio, vagatio & importunitas, quæ dederunt cauſam ob inconueniētia inde ſequentia editioni huius decre. vt patet in prin. ergo ceſſare dēt eius effectus. 72. diſt. §. verùm. C. de tranſa. l. interpoſitas. tum quia citius perſonis quàm locis vel dignitatibus conceſſæ diſpenſationes alibi ſubmouentur. de reſcri. quia per ambitioſam. de priuile. c. ne alicui. lib. 6. & arg. ff. de cenſi. l. ætatē. §. rebus. de aqua quoti. & æſti. l. 1. §. præmittitur.

Statutū poenale quādo que extēditur ex rationis identitate.

y ¶[*Cardinalibus.*] ſic dictis, quia ſedi Apoſtolicæ, quæ axis eſt, & cardo aliarum eccleſiarum. 22. diſ. ſacroſancta. ſeruiunt, vt ſequitur: & ſic cognomen ſumitur ab eo, cui deſeruit. arg. C. de excu. mu. l. hydraulæ. lib. 10. de aquęductu. l. decernimus. §. vniuerſos. de fabricen. quaſi per totum. lib. 11. ff. de verb. ſig. l. ferri. §. fin. in corpore authen. de defen. ciui. circa prin. col. 3. de armis. circa prin. C. de epiſ. & cle. l. decernimus. 21. diſt. cleros 16. q. 1. ſi cupis.

Cardinales quare ſic dicuntur.

z ¶[*Romanæ Eccleſiæ.*] cui ſoli competit Cardinales habere, & non alteri, niſi hoc haberet ex priuilegio. not. Compoſtel. de conſtitu. cum acceſſiſſent. Quid ergo erit de dominis Cardinalibus moderni temporis per dominum noſtrum Papam hodie præſidentem & ſuum anteceſſorem creatis, dicerenturne de iure Cardinales Romanæ Eccleſiæ? Videtur ꝙ non, cū pproprie Romana Eccleſia ſit in vrbe Romana. argum. ff. de verbo. ſigni. l. bona ciuitatis. & l. eum qui. vnde à propria verbi ſignificatione recedi non debet in dubio, nec ad abuſiuam reſpectus haberi. ff. de leg. 3. l. non aliter, in princip. & §. 1. circa fin. de verborum ſignifica. l. nepos. Item quia in vrbe ipſa locum ſedis Apoſtolicæ Dominus dicitur elegiſſe. extra qui fil. ſint legi. cap. venerabilem. §. rationibus. & ipſam vrbem Apoſtoli Petrus & Paulus vno die pro merito, loco vno pro gloria, ſub vno perſecutore pro pari virtute compaſſi glorioſo cruore martyrij Chriſto Domino conſecrarunt. 2. quæſt. 3. cap. beati. extra de electio. fundamenta. & ad illam venit Dominus iterum crucifigi, vt dicto §. rationibus. ſcilicet in perſonam Petri. 3. q. 1. noli. in fi. Sed his & alijs omiſſis quæ poſſent ad hoc allegari, dicas contrarium: certum eſt enim quòd

Cardinales per Papam creati vbicūque, an dicātur Cardinales Romanæ Eccleſiæ.

Eccleſia fuit fundata non in loco, ſed in perſona.

Deus non in loco, ſed in perſona ſancti Petri ſuam Eccleſiam fundauit, dicens: Tu es Petrus, &c. vt in Euangelio Matthę. & recitatur. 21. diſt. §. 1. &c. vt no. in dicto c. fundamenta. & poteſtas clauium Petro data in eius perſona, ſuis eſt ſuc ceſſoribus attributa. 40. diſt. c. non nos, extra de transla. epiſc. quanto. & c. inter. de re iud. ad Apoſtolicæ. §. nos itaque. lib. 6. conſtat etiam perſonā non ſolùm ſedem, vel cathedram facere. 4. diſt. c. multi. No. etiam de iure epiſcopum eſſe in eccleſia quo ad gubernationem & protectionem, & eccleſiam eſſe in illo quo ad obedientiam. 7. q. 1. c. ſcire. vbi eſt ergo ſummus epiſcopus, qualis eſt Papa, ibi eſt Romana Eccleſia, ibi eſt ſedes Apoſtolica: nam cum de iure communi in eccleſia vacante ſit electio facienda. 23. diſt. in nomine Domini. extra de elect. quod ſicut. & Papa vbicunque moriente, ſit ibidem vel ſaltem in ciuitate proxima noui paſtoris electio facienda. extra de elect. vbi maius. §. porrò. & cap. ne Romani. Clem. v. ergo ſequitur, quòd ibi Eccleſia Romana & ſedes Apoſtolica vacet, & ſic neceſſariò habet dici, quòd ibi ſit, quia non poteſt vacare propriè, niſi vbi eſt, ſicut nō poteſt quis mori vbi non eſt. not. Guli. de electio. commiſſa. libro 6. ad præmiſſa facit ſatis expreſſè extra de præbend. capitulo præſenti, libro ſexto, vbi not. Gulielm. quòd vbi eſt Papa, ibi eſt Romana curia. Ex his igitur reſultat clarè, quòd creati Cardinales per Papam vbicunque, dici debent Romanæ Eccleſiæ Cardinales. & diligenter aduertenti facilis eſt reſponſio ad allegata in contrarium. licet enim Deus diſpoſuerit in vrbe Romana Apoſtolos martyrium pati, & ipſam eorum ſanguine conſecrari: hoc fuit ideo, vt in ea quæ caput erat ſuperſtitionis, caput quieſceret ſanctitatis, & vbi gentilium principes habitabant, illic Eccleſiæ principes morarentur, vt dicto c. beati. in fi. quare non ſequitur, quòd ibi ſolùm, & non alibi, ſcilicet vbi Papa eſt ſic eccleſia Dei & ſedes Apoſtolica, licet etiam reſpectu habito ad locum peculiarem in vrbe Romana dicatur Eccleſia Romana. quod verū eſt de illa, quæ membrum eſt vniuerſalis Eccleſiæ, ipſa autem vniuerſalis Eccleſia in plura membra hodie eſt diſperſa. 7. q. 1. Nouatianus. in perſona Petri fundata cenſetur fuiſſe vbicunque fuit Petrus, & adhuc eſſe vbi eſt hodie ſucceſſor eius, vt dixi, & patet expreſſè per hunc textum. Sed ideo generaliter dicitur Romana, à ciuitate, in qua Petrus fundamentum Eccleſiæ mortem ſubijt temporalem.

Vbi Papa, ibi Romana curia.

ca [a] nos vniuerſali [b] Eccleſiæ ſeruiēdo [c] ſingularum [d] eccleſiarum commodita tibus ſe impendunt [e], ac regum [f] filijs [g],

a ¶*Circa nos.*]ad inſtar ſenatorum lateri principis aſſiſtentium, de quibus & eadem ratione de dominis Cardinalibus poteſt dici, ꝙ cenſentur pars corporis principis, vnde ſicut in illis, ita in iſtis crimen lęſę committi dicitur maieſtatis. C. ad leg. Iul. maieſt. l. quiſquis. extra de pœnit. c. felicis. lib. 6.

b ¶*Vniuerſali.*] quæ propriè dicitur collectio fidelium. de conſe. diſt. 1. c. Eccleſia. & dicitur vna, quia vna fides. extra de ſum. trinit. firmiter. §. vna. in plura tamen membra ſingularia per orbem terrarum diffuſa. 7. q. 1. Nouatianus. 16. q. 7. capitu. decimas.

Papa & imperator vocant ſe ſeruos.

c ¶*Seruiendo.*]Not. Cardinales dici ſeruitores Eccleſiæ: nec mirum, cum & Papa ſeruire ei dicatur, quare ſe ſeruum appellat: & Imperator ſeruum vltimum Eccleſiæ ſe vocat. C. de offi. præfect. præ. l. quas gratias. §. 1. cupiens Dei & eccleſiæ ſeruitium adimplere. ead. l. §. hoc etiam. ordo enim ſeruiendi eſt in humana creatura, vt inferior ſuperiori deſeruiat. aliter enim vniuerſitas nulla poterit ratione ſubſiſtere, niſi ex diuerſitate graduum ordo diuerſitatem in ea ſeruaret. 89. diſt. cap. ad hoc.

d ¶*Singularum eccleſiarum.*] quæ membra dicuntur vniuerſalis Eccleſiæ. 7. q. 1. Nouatianus.

e ¶*Se impendunt.*] ideſt exhibent, & promptos & obſequia les offerunt. ſimi. huic extra de cle. non reſi. cum dilectus.

f ¶*Regum.*]intellige catholicorum: infidelium enim filijs non eſt veriſimile Papam voluiſſe aliquid prærogatiuæ circa pluralitatem beneficiorum ſeruare, cum de iure communi illorum ipſi capaces non ſint, ſaltem vſque ad ſecundam generationem. de hæret. quicunque. §. hæretici. lib. 6 per lineam tamen maſculinam deſcendentes. eo. tit. c. ſtatutum. felicis. & hoc verum eſſe probabiliter poteſt dici de diſpenſationibus per eos obtentis poſt incurſam hæreſim per parentes, quia negari non poteſt, quin tales diſpenſationes ſint noui iuris eccleſiaſtici acquiſitiuæ, à quo tales excluduntur, vt dicto §. hæretici. Sed ſi ponas diſpenſationes obtinuiſſe ante hæreſim parentum, eritne idem? Credo quòd non: imo habebit locū quod hic dicitur, quia eius quæſitum filijs, per talem hæreſim parentum tolli non debet. arg. ff. de ſena. l. filiam. de pœnis. l. crimen. C. eo. tit. l. ſanci mus. extra de ijs ꝗ fi. à ma. par. c. quæſiuit. & arg. dicti c. quicunque. §. ad hoc. & §. vlt. vbi poſt hæreſim parentum prohibetur filijs beneficiorum acquiſitio, nō tollitur ante facta, & emancipatio facta de liberis poſt hæreſim parentum nulla dicitur, ergo à contrario ſenſu ante bene tenet, & ſuo vigore potitur, ita & hic: qa non portabit iniquitatem patris filius. 1. q. 4. c. 1. & 2. & arg. C. de hære. auth. idem eſt. potiſſimè, quia tales diſpenſationes non per uenerunt ad filios ex perſonis parentum, ſed aliunde. arg. ad hoc ff. de interdi. & releg. l. 2. de decu. l. 2. §. nullum. de iure pa. l. 3. in fi. de bo. poſ. contra tab. l. 3. §. emancipatus. Sed iuxta hoc quæro: pone aliqua nobilis, vel alia mulier fuit vxor regis, illoque mortuo retinuit dignitatem reginæ. ff. ad muni cip. l. filij. §. vidua. extra de foro competen. c. ex parte. ſed poſt ſuſcepit filium ex aliquo nouo marito: nunquid ad illum extendetur quod hic dicitur? Dic quòd non: tum quia non eſt filius regis, qđ iſte textus expoſcit: tum quia & ſi à marito, nō tamē à rege illum ſuſcepiſſet, ad illud quod hic dicitur, minime traheretur: nam contrahendo cum viro inferiori quàm rege, illa deſijt habere dignitatem reginæ. C. de inco. & muni. l. vlt. lib. 10. & dicto §. vidua. & ff. de ſena. l. fœminæ. C. de nup. l. cum te. & dicto c. ex parte. & ſic nec ex rege, nec ex regina ille natus eſt, qđ hic requiritur: & qa in ipſo deficit claritas generis regalis, & potiſſimè ob verbum dūtaxat, quod de ſe omnium aliorum quàm regum filios excludit. argu. ff. de triti. vi. & oleo leg. l. cum certus. de contrahen. emp. l. ſi debitor. §. veriſimile.

Filij hæreticorum an pdant ſuam diſpenſatio nem pp hęreſim parentum.

Regina vidua reginæ nomen perdit ſi nubat inferiori.

g ¶*Filijs.*]quid autem eſſet de filiabus: pone autem ꝙ tempore huius conſtitutionis aliqua filia regis diſpenſatiue teneret duas abbatias, vel alias dignitates Monialium: nunquid exceptio, quæ hic fit de filijs cenſebitur facta de filiabus? Videtur ꝙ non: certum eſt enim, ꝙ filia nō eſt filius, & textus filios excepit, & illos dūtaxat videtur excipere, cum dicit, dūtaxat. Sed contrariū teneas: qa hæc cum ſit ſublatiua iuris ex diſpenſatione legitima quæſiti, rigoroſa eſt, & quo ad hoc odioſa, quare reſtringēda: de reg. iu. odia. lib. 6. ff. de lib. & poſthu. l. cū quidā. quare per conſequens exceptio quæ ad eam fit, eſt fauorabilis: & hoc denotant verba hic poſita, ꝓrogatiua gratiæ, &c. quare extēdenda, vt dictis iuribus & arg. de præb. c. ſi pluribus. lib. 6. vt ſic & ad filias referatur, cū in eis generis claritas inducēs prærogatiuam gratiæ, vt hic dicitur, ſicut in maſculis reperitur. ff. de ſena. l. fœminæ. & l. filiā. nec debet in eis accuſari natura: quia ipſas maſculos nō generauit. C. de lib. præte. l. maximū vitiū. de legi hære. l. lege 12. tabularū & quia in fauorabilibus appellatione filiorum filiæ continentur. ff. de teſta. tute. l. ſi quis ita dixerit. de leg. 2. ſi ita ſit ſcriptū. Et verbū, duntaxat, hic poſitū excludit hic filios aliorū quàm regū, vt dixi ſ. in glo. ꝓcedenti. nō autē regū filias, cū pro filijs ſint habendæ quo ad hoc, vt prædixi, & probatur. ff. de verb. ſig. l. filij. & arg. de mu. & hono. l. vacatio. de iure immu. l. 4. Sed pone ꝙ talis filius, vel filia cōcepti fuerint tpe quo pater rex erat: ſed tpe quo naſcuntur, deſijt eſſe rex: puta quia depoſitus, vel iuri regni renuntiauit, nunqđ ad talē filiā vel filiū exceptio ꝗ fit hic extendetur? Dic breuiter ꝙ ſic: quia concepti ꝓ iā natis habentur, cū de eorū cōmodo tractat. ff. de ſta. homi. l. q in vtero eſt. & l. q in vtero ſunt. vnde ſuperueniens patris calamitas, ſeu caſus non tollit eis dignitatem quæſitā. ff. de ſena. l. filiā. & eſt expreſſum eod. tit. emancipatū. §. ſi quis conceptus. & ibi caſus: & de decur. l. 2. §. in filijs. ver. ſi pater. & §. proinde. vnde nulla relinquitur quæſtio, cum ſit caſus legis. in corpore authent. de non eli. ſecun. nube. §. 1. C. de fur. l. ancillæ. & in eis not. Sed qđ eſſet econtra: pone aliquē conceptū ex inferiori quā m ſit rex: puta ex comite. vel alio: tēpore quo naſcitur, pater factus eſt rex: nūquid quo ad efficaciā exceptionis quæ hic fit, reputabitur ille filius regis? Videtur ꝙ nō. arg. eorū quæ not. C. de nup. l. imperialis. §. & his illud. & arg. C. de ſuis & legi. li. l. ex libera. vbi cōceptus ex libera & ſeruo nō hēt priuilegiū filij decurionis, licet pater factus liber poſſit creari decurio. Sed contrarium dicas: quia expreſſum eſt. ff. de ſena. l. ſenatoris filium. & de decu. l. 2. §. in filijs. vt ſic natiuitatis liberorum tempore ſuperueniens patris dignitas eis profit, vt ibi, & C. de nat. lib. l. nuper. & de nup. ſi liberam. Non obſtat dicta lex, libera, quia ibi ab initio iure ciuili nullum fuit matrimonium inter liberam & ſeruum: quare conceptus ex eis fuit natus ſpurius, vt ibi: nec libertas vel honor patri obueniens illū legitimum reddit, & ſic ſpurius nō gaudet priuilegio filij decurionis, vt ibi dicitur: cum illegitimus originali nobilitate patris nō gaudeat. ff. de ſta. ho. l. cū legiti-

Regum filiæ an potiātur priuilegio filiorū.

Filius cuius pr̄ rex erat tpe conceptionis non aūt tpe natiuitatis, vel econtra, an potiatur priuilegio filij regis.

legitimè. Item pone ꝙ natus eſt quis & conceptus ex non rege, qui tamen rex fuit, & eſſe adhuc ſperatur, vt quia depoſitus eſt ad tempus, ante aduentum temporis illius mortuus eſt: nũquid iam natus reputabitur filius regis eſſe? Videtur ꝙ ſic. arg. ff. de decu. l. 2. §. ſi ad tempus. Et idem videtur dicendum, ſi quis ſit cõceptus ex nõ rege, & antequàm ſit natus, ſuus pater rex effi-

qui propter ſublimitatem ª eorum, ac gene-

tur, & demum ipſo nondum nato pater eſſe deſijt rex, vt quia depoſitus, vel alio modo, natus poſtea filius regis videaẽ cenſendus, vt l. ea. §. præterea. Sed quid dices, an hic appellatione filiorum continebuntur nepotes ſaltem nati ex filijs? Videẽ ꝙ non. cum etiam in fauorabilibus appellatione filiorum nõ contineantur. ff. de teſta. tute. l. ꝙ ſi nepotes. inſti. qui dari tut. poſ. §. vlt. Sed contrarium poteſt dici. arg. ff. de ver. ſig. l. liberorum. §. ſed & Papinianus. & l. filij appellatione. & l. iuſta. nã de propria ſignificatione verbi filiorum, nepotes ex eis nati continentur: quia per eos vt per filios in æuum memoria generis retinetur, vt dicto §. ſed & Papinianus. cuius generis claritas hic exceptionem inducit: licet aliquando de vſu & de conſuetudine loquendi aliter nepotes, aliter filij appellent: vt in primis iuribus. & ſic no. dicto §. vlt. quare in dubio hic filiorum appellatio comprehendit nepotes iuxta propriam verbi ſignificationem, ad quam & non ad aliam in dubijs reſpectus habetur. ff. de leg. 3. l. non aliter. de verb. ſig. l. nepos. Et an quod hic dicitur de filijs ſit intelligendum de legitimè natis, an etiam de alijs? 1 videtur de omnibus, cum oẽs ſint filij: & hic indiſtinctè loquitur. Sed contrarium videretur, cum illegitimi de ſe non ſunt capaces talium beneficiorum. de fil. presby. c. 1. & fi. nec dñr fulgere claritate generis patrum, vt ſ. dixi. vñ non eſt veriſimile, ꝙ hic Papa talibus diſpenſationẽ reſeruare voluerit. Sed ſuppoſito ꝙ diſpenſationes ſufficientes obtinuiſſent, omnis illegitimatio fuit ſublata. extra qui filij ſint legi. p venerabilem. quare per hunc textũ indiſtinctè loquentem eis reſeruare videreẽ, potiſſimè cũ hic agatur de ſublatione iuris per diſpenſationẽ quaſiti, vt ſ. tetigi circa princ. huius gloſſæ.

Nepotes et regum continentur appellatione filiorum.

1 An illi veniant appellatione filiorũ, vide quę dixi in c. ſtatutum. de hære. lib. 6. Addo hic ſingu. Hipp. 131. incip. tu ſcis. Fon.

a ¶ *Sublimitatem eorum.*] hoc ad Cardinales referas ꝑ hoc quod ſequitur de generis qualitate: †quod ad filios regũ propriè eſt referendum, licet ad eos hæc ſublimitas referri poſſit, per hunc tex. & arg. de præb. de multa. §. vlti. Iſta aũt ſublimitas in dñis Cardinalibus attendenda eſt principaliter quo ad mores & merita vitæ. 52. diſt. c. miramur. nam non qui maior in honore fuerit, ille eſt iuſtior: ſed qui fuit iuſtior, ille maior, ſecundùm Io. Chryſoſt. 40. diſt. c. multi. in fi. & alibi legitur, ꝙ non in ſublimitate graduum, ſed in amplitudine charitatis acquiritur regnum Dei. extra de temp. ordi. c. ad aures. Sublimitas hic ſumitur quo ad eos pro ſtatus pręeminentia, vel excellentia: & vt alibi in corpore auth. de filijs ante dot. inſtr. natis. in fi. coll. 3. quib. mo. na. effi. ſui. in fi. coll. 7. cum ſimi. & dicto c. de multa. c. vlt. Sed tamen (vt dixi) ſublimandi merita & mores non inordinati affectus ſunt intuendi. ext. de præb. grauę. Quid præſumet in dubio de ſublimato, an ob ſua merita, vel ex alia cã ſit ſublimatus? Dic præſumendum fore, ꝙ ob ſua merita. ext. de præſump. cum in iuuentute. & dicto c. miramur. & 40. diſt. c. 1. & no. Ber. extra de reſcrip. c. pñti. quod hodie eſt ſublatum. Ad hoc præſtat efficax arg. lex dicens, quòd quanto quis melioribus præeſt, tanto maior & honeſtior eſt, i. eſſe præſumitur, in corpore auth. de defen. ciui. §. nos igitur. coll. 3. licet gl. dicat ibidem, ꝙ non de honeſtate animi, ſed ſeculi loquitur. & alibi loquitur: quanto quiſque eſt celſior, tanto & alijs potentior. 16. q. 1. c. ſunt nonnulli. & quia ſacrilegij inſtar obtinet, dubitare an ille dignus ſit, quem princeps elegerit. C. de cri. ſacri. l. 2. 17. q. 4. §. qui autem. ver. ſi quis. aliàs eſt ibi. c. & arg. C. de aduo. diuerſ. iudicum. l. reſtituendæ. in fi. Sed gratia huius quæro quale ſit iſtius ſublimitatis Cardinalatus priuilegium? Ad hoc dicas, ꝙ eſt multiplex priuilegium: quia hoſtiliter cardinalem inſequens 37. pœnas patitur & incurrit, quas ſaltem omnes non incurrit inſequens proprium ſuum epm, vt colligitur extra de pœnis, felicis. lib. 6. & eo. tit. c. ſi qs ſuadente. Cle. Papa v. Secundùm, quia cum domini Cardinales ſunt legati, conferre poſſunt beneficia, ẽt ad Papam deuoluta. de præb. venerabilis. de off. leg. c. officij. lib. 6. Tertium, ꝗa legati excõicatos pro iniectione manuum vndecunque venientes abſoluunt. extra de offi. leg. c. excõicatos. Quartum, ꝙ legati de latere mare tranſeuntes, vti poſſunt inſignijs Apoſtolicæ dignitatis, puta palefredo, vel equo albo, veſtimentis rubeis, fræno & calcaribus deauratis, & ſimilibus. de priuileg. antiqua. vbi de hoc per Hoſt. Quintum, quia dici poſſunt patricij, quorum nomina in diademate principis ſcribi conſueuerunt, ſecundùm Guli. notantem in dicto c. officij. Sed me cum ipſo tenere hoc caſu non audeo, quia patricios Imperator ſibi in patres eligebat. inſti. qui. mo. ius pa. pot. ſol. §. filius. C. de conſul. l. vlt. lib. 12. Papa autem Cardinales non aſſumit in patres, ſed tantùm in filios. extra de teſti. c. licet dilectus. de præb. dilecto. niſi faciat eos epos, quia tunc in fratres eos aſſumit. extra de cri. fal. ꝗ graui. Sextum, quia pars corporis Papæ dici pñt ad inſtar ſenatorum. 6. q. 1. §. verũ. C. ad l. Iul. ma. l. quiſquis. ſecundùm Guli. notãtem in dicto c. officij. vnde alibi no. Inn. ꝙ collegium Cardinalium hẽt ſenatum. arg. 96. diſt. Conſtantinus. vt no. ipſe extra de re iud. cum te. & de hoc 16. q. 1. eccleſia. Illud autem aliter perſuaderi poteſt: nã cũ promiſcuè loquẽdo de Cardinalibus, omnes fratres appellet: ipſi tamquam fratres corporis ſui pars fore ſunt cenſendi. arg. C. de agri. & cenſi. l. cum ſcimus. §. vlt. lib. 11. & ſicut in perſona ſenatorum committi dicitur crimen læſæ maieſtatis, quia pars corporis principis cenſentur, vt dicta l. quiſquis. ita & committi dicitur in perſonis dominorum Cardinalium, vt dicto c. excommunicatis. vbi de hoc. Septimum, ꝙ ex præmiſſis inſurgit: nam ſi ipſi cenſeantur veri patricij ſtatim cũ ſunt creati, ſunt liberati à patria poteſtate, dicto §. filius. & dicta l. vlt. de cõſul. ſed hoc nullo iure cauetur, ꝙ ſunt patricij. ſi cenſeantur ſenatores, nõ ſunt liberati ex hoc dicto. §. filius. cũ ex illis dignitatibus ſolũ quis liberetur à patria poteſtate ex quibus liberatur à curiali conditione, in corpore authẽ. conſti. quæ de di. §. generaliter. coll. 6. Sed à curiali liberatur ꝑpter 12. dignitates. C. de decu. vlt. lib. 10. de quarum numero nõ eſt ſenatoria. Quid ergo ſuper hoc dices? Dic ꝙ ſi ſint creati Cardinales epi, nulla eſt dubitatio: quia ſaltẽ ex epali adepta dignitate liberi facti ſunt à patria poteſtate. in corpore authen. cõſti. quæ de digni. §. illud. coll. 6. C. de epi. & cle. authẽ. ſed dignitas. aliàs incipit, ſed hodie, extra qui. fi. ſint legi. per venerabilẽ. Sed ſi tantũ ſint creati Cardinales, quid dices? videtur ꝙ nõ ſint liberati. nã cũ ius patriæ poteſtatis cõſiſtit in multis, puta in 8. quæ nominantur inſtit. de patria poteſta. §. ius autem. non debet dici ſublatum in patris præiudiciũ, niſi vbi in iure ſtatutum reperitur, cum non ſit lex aliqua iſtud dicens. arg. in corpore authen. de non eli. ſecun. nubentes. §. optimum vtique. coll. 1. vbi dicitur, non fraudetur pater iure filij, nec enim lex eſt aliquid tale dicens. ad idem C. de colla. l. illam. de repu. l. diſſentientis. extra de ſup. negli. præla. Roma. lib. 6. ne ſe. vacan. c. illa. & per hoc ſcribitur erubeſcendũ fore loqui ſine lege. in corpore authent. de trien. & ſemiſ. §. conſideremus. coll. 3. & quia aliorum honores alijs damnorum occaſionem fieri non oportet. C. de ſta. & ima. l. & virtutum. & de ſilentia. iubemus. lib. 12. nec vlli eſt cum alterius iniuria conſulendum. 22. q. 2. c. primum eſt. C. de. offic. præfect. vrb. l. præfectus. Sed his non obſtantibus contrarium non improbabiliter poteſt dici: certum eſt enim quòd multiplex eſt dignitas ſecularis, vel officium, quæ vel quòd aliquem liberat à curiali conditione, vt colligitur dicta l. vlt. C. de conſul. lib. 10. & illa eadem, quæ eſt in numero duodeno, vt prædixi, hodie filium liberat à patria poteſtate vt dicto §. generaliter. in quo numero com putantur aduocati fiſci, quæſtores, principatus agentium in rebus. & ſimiles multæ, de quibus minus videtur quòd liberent, cum ex earum virtute nullus effici dicatur pars corporis principis, & tamen liberant: ergo multo fortius dignitas Cardinalatus, ſumpto arg. à minori. de quo not. de elect. cum in cunctis vnde licet non ſit hoc expreſſo iure cautum, tamen de ſimilibus ad ſimilia proceditur. ff. de legi. l. non poſſunt. cum plura ſint negotia quàm vocabula. ff. de praeſcr. verb. l. natura. & ſtatutum in vno, ſtatutum cenſetur in alio, vbi eſt penitus eadẽ, vel maior ratio. not. ff. de iud. l. cum prætor. nec videtur damnum ex hoc pater vel iniuriã pati: cum enim naturaliter augmentum in honorem filij deſideret. extra de teſti c. ſuper eo. cum eadem perſonam fingatur eſſe cum eo. C. de impub. & alijs ſubſti. l. vlt. & eadem caro. 35. quæſtio. 3. in hac auctoritate. & excellentia & nobilitas filij patrem nobiliorem reddat, & laudem magnam patri afferat, & magnæ lætitiæ præbeat occaſionem, vt legitur in dicto §. generaliter. & gloria patris eſt filius ſapiens, Prouerb. 17. & 25. cap. 95. diſtinc. cap. eſto ſubiectus. in fin. tales honores, laudem, lætitiam, & gloriam debet omni pecuniario com modo, quod ex patria poteſtate poteſt contingere, præferre. ff. ſi quis omiſ. cau. teſtamẽ. l. Iulianus. Octauum priuilegium, quòd Cardinali aſſerenti ſe legatum creditur abſque literis. 97. diſtinctio. capitu. nobiliſſimus. licet aliqui hoc reuocent in dubium. Nonum, quòd aſſertioni Cardinalis abſque actis creditur ſuper his, quæ coram eo acta ſunt, ſaltem de conſuetudine curiæ. extra de appella. conſtitutus. vbi hoc nota. per Hoſt. in verbo, aſſertioni. & pro tali conſuetudine poteſt eſſe

†claritate.

Sublimari præſumitur quis ob ſua merita.

Cardinales nouem hñt priuilegia.

Erubeſcimus ſine lege loqui.

Pater & filius finguntur eadem perſona.

ratio, quaſi credatur principem, qui ipſum ob ſingularem induſtriam explorata eius fide & grauitate ad tantæ dignitatis magnitudinem adhibuit, non eſſe aliàs aliter proceſſurum ſeu iudicaturum eſſe pro ſapientia, ac luce dignitatis ſuæ, quàm ipſe foret iudicaturus. arg. ff. de offic. præfect. præto. l. vnica. circa finem.

ris [a] claritatem ſunt potioris prærogatiua [b] gratiæ attollendi, †duntaxat [c] exceptis) deliberatione [d] ſuper hoc cum fratribus [e] noſtris habita diligenti, de [f] ipſorum conſilio, & ex certa ſcientia [g] noſtra, in forma ſubſcripta duximus taliter moderandas [h], quòd per moderamen noſtrum effrænatam [i] circa eaſdem [k] perſonas talium beneficiorum multitudinem refrænemus, ipſique impetrantes fructu diſpenſationum huiuſmodi totaliter [l] non fruſtrentur †. ¶ Statuimus [m] itaque, & de fratrum ipſorum conſilio ordinamus, quòd obtinentes nunc [n] ex diſpenſatione [o] legitima pluralitatem huiuſmodi dignitatum, perſonatuum, officiorũ, aut prioratuum, ſeu beneficiorũ, quæ aliàs abſque diſpenſatione [p] obtinere nequibant, vnum tantùm ex dignitatibus, perſonatibus, officijs, prioratibus, eccleſijs, vel beneficijs, huiuſmodi, quibus cura imminet animarum, cum dignitate, perſonatu vel officio, prioratu, eccleſia, vel beneficio ſine cura, quæ habere ma-

Nobilitatis rõ in multis eſt habẽda.

† Aliàs, extollendi.

a ¶ *Generis claritatẽ.*] Not. habendam rationem nobilitatis generis, & hoc etiam in pœnis infligendis. de quo dic vt legitur, & nota 24. q. 1. quid circa pacem. extra de iureiu. cũ quidam. ff. de pœnis. l. quædam. de incen. rui. nau. l. Pedius. C. de paga. ſacri. & tem. l. vlt. cũ ſimilibus multis. Quantum in honoris exhibitione, & ſalutatione, & ſedis inter iudices aſſignatione. de quo dic vt legitur. C. de offic. diuer. iu. l. 2. & 3. vbi ſena. vel cla. l. 3. §. ſedendi. de offi. ciui. iu. l. 2. de hoc etiam not. 3. q. 9. c. neceſſe. Quantùm in beneficiorum obtinenda multiplicalione, vt hic, & de præb. c. de multa. §. vlt. Quantùm in facienda de ipſis præ alijs cæteris partibus electione. in corpore. authent. de defen. ciui. §. interim. coll. 3. extra de appel. conſtitutis cum notatis in ipſis. Quantùm etiam in beneficiorum æquali facienda diſtributione. ſuper quo vide quod dixi ſ. eo. c. in ver. mendicant. Necnon in aliorum bonorum vbere adminiſtratione, ac etiam conſumptione. ff. de dona. l. filius. §. nõnumquam. de admin. tu. l. cum plures. §. tutor. de iudi. l. ſi longius. in fin. de iure do. l. quæro. & in multis quæ diligens indagator per ſe poterit reperire.

† Aliàs, fraudentur.

b ¶ *Prærogatiua gratiæ.*] ſimile de offi. deleg. hac conſtitutione. de offic. lega. c. officij. lib. 6.

c ¶ *Duntaxat exceptis.*] eadem verba reperies de priuileg. c. ne aliqui. de offi. deleg. hac conſtitutione. lib. 6. vnde hæc verba tollunt dubium, ſi quod fieret, an inferior Cardinale, puta patriarcha, primas, archiepiſcopus, abbas, vel filius inferioris rege, puta ducis, vel comitis diſpenſatione obtenta poſſit gaudere contra hanc decret. & dic quòd non per hunc textum, & per ea quæ notaui ſ. in verbo, cuicunque,

1 Qualiter intelligatur principem ſolutũ eſſe legibus, vide per B. Tho. 1. 2. q. 96. ar. 5. ad. de Burchardum lib. 15. decretorũ c. 42.

d ¶ *Deliberatione.*] Not. principem qui omni lege ſolutus 1 eſt. ff. de leg. princeps. extra de conceſ præb. propoſuit. deliberatione velle vti in agibilibus. ſi. de offic. leg. c. deliberatione. libro 6. C. de leg. l. humanum. ne filius pro patre. auth. habita. ff. de his quæ in teſta. delen. l. proximè. & de iu. patr. l. diui fratres. Eius igitur exemplo quicunque alius idem facere debet. arg. 79. diſt. legitur. 2. q. 1. Deus omnipotens. extra de re iu. in cauſis. Dubium enim non eſt omnia omnino quæ conſilio recto geruntur, iure meritóque, effectu & firmitate niti. C. de re pu. l. 3. & veritas ſæpius examinata citius ſplendeſcit in lucẽ, & fructus diuinus eſt iuſtitiam ſæpius recenſeri. 25. q. 2. c. graue. vnde alibi ſtatuitur, quòd, non cum præcipitatione nec ſubitaneè, ſed cum deliberatione ſunt ſententiæ proferendæ. C. de ſenten. ex breui. reci. l. 2. extra de re iud. paſtoralis. cle. 5. §. verùm. vbi etiam de hoc dixi.

Cardinales an ſint à Papa filij, vel fratres nuncupandi.

e ¶ *Cum fratribus.*] collige hic, ꝙ cum Papa de Cardinalibus loquitur, indefinitè, vel promiſcuè appellat eos omnes fratres, vt hic & in locis multis alijs reperitur. Et poteſt ratio reddi, quia licet ſoli epiſcopi Cardinales regulariter, & peculiariter fratres, cæteri verò filij appellentur. de crimi. falſi. cap. quàm graui. de teſtib. licet dilectè. de præben. dilectus. ne igitur epiſcopi notabili fraterno nomine nuncupandi, vt ibi, negligi videantur: ideo & alij propter alios fratres appellantur. argum. ff. de iniur. item apud. §. hoc edictum. 23. diſtinct. c. quamquàm. extra de hæret. cap. ſi aduerſus. Et domini Cardinales non epiſcopi, qui fraterni nominis appellatione nõ ſunt nuncupandi, vt dicto cap. quàm graui. niſi propter illos qui epiſcopi ſunt, fratres appellari merentur, ſicut nepotes ex filijs, qui verè filij non ſunt, nec ſic appellari conſueuerunt. ff. de teſta. tut. l. quòd ſi nepotes. inſti. qui teſt. da. tu. poſ. §. vlti. tñ propter filios, & ipſi filij appellantur. Et ſic ex perſonis epiſcoporum conſequuntur quod ex ſua ſingulariter non poſſunt, vt aliàs contingit. ff. de ædili. edi. l. cum autem. §. fin. de bono. poſ. contratabulas. l. non putauit §. ſi exheredatus. quæ res pig. ob. poſ. l. Ariſto. extra de priuil. licet. §. 1. de conceſ. præb. c. auctoritate. lib. 6. cum multis ſimilibus.

f ¶ *De ipſorum conſilio.*] ſcilicet Cardinalium, quorum conſilio Papa vtitur: quia vult. vt hic vides, non autem ad hoc de neceſſitate tenetur, 2 vt no. extra de re iudi. ad Apoſtolicæ. lib. 6. vocatus enim eſt in plenitudine poteſtatis. 2. quæſtio. 7. cap. de cætero. extra de vſu pal. ad honorẽ. nec poteſt ei dici, domine cur ita facis? de pœnit. diſt. 2. §. ex perſona. Et ſuper hoc, ꝗa aliqua quandoque habent fieri ſimpliciter conſilio alterius, aliquando cum cõſilio, aliquando de conſilio, aliquando nõ poſſunt fieri ſine conſilio, & aliquando habẽt fieri cum alterius aſſenſu, & quid iuris in omnibus iſtis ſit, vide quod not. Compoſt. extra de conſtitutio. capitu. penult. & Guli. ne ſede vacan. capitu. 1. libro 6. & ibi dixi.

2 De hoc articulo vide pleniſſimè Philippum Francum & alios doctores in c. ſup eo. de hære. lib. 6. Hoſt. & Io. And. in c. requiſiſti. de teſta. & Panor. in c. quæſiuit. de his quæ fiunt à prel. ſine cõſen. cap.

g ¶ *Scientia.*] factum ex certa ſcientia Papæ robur obtinet firmitatis: etiam ſi de ſe nullum erat. extra de tranſact. cap. 2. de accuſa. capitu. ad petitionem. 3. quæſtio. 7. capit. hoc quippe. & argum. C. de teſta. l. omnium. de appari. iudi. l. probatorias. libro 12.

h ¶ *Moderandas.*] Diminutionem non augmentum denotat iſtud verbum. ext. de ver. ſig. c. tranſmiſſæ.

i ¶ *Effrænatam.*] id eſt immoderatam, & indecentem. ſimi. ff. de teſti. l. 1. in fi. extra eodem titu. cap. ſignificauerunt. & cap. cum cauſam.

k ¶ *Eaſdem perſonas.*] ſ. quaſcunque, præterquàm hic exceptas, vt ſ. patet.

Principis indulgẽtia aliquid afferre debet.

l ¶ *Totaliter non fruſtrentur.*] ſic enim eſt interpretanda indulgentia principis, vt aliquam gratiam afferat impetranti. C. de legi. l. 2. ff. de iure immu. l. 1. in fi. extra de verb. ſig. c. in his. nec aliter eſt interpretanda. ext. de ver. ſig. olim. ne aliàs deluſoria videatur. ff. ne quid in lo. pu. l. vlt. de iudi. l. ſi prætor. ext. de ver. ſig. abbate. §. vlti. & c. cum olim. de priuileg.

m ¶ *Statuimus.*] hoc verbum rem perfectam ſignificat, & cũ effectu, non verbotenus accipiendum eſt. extra de ver. ſig. c. in his. & tale ſtatutum principis, ex quo animo legem condendi factum eſt, omnino ſeruandum eſt. C. de legi. l. leges. 100. diſt. contra morem. 19. diſt. memoriam.

Conſtitutio an liget à tẽpore editionis.

n ¶ *Nunc.*] ſ. tempore publicationis huius decret. ante enim non ligauit. in corpore auth. vt factæ nouæ conſtit. coll. 5. extra de conſti. c. cognoſcentes. de præb. cum ſingula. §. contra. lib. 6. & ĩ. ſequitur, durum enim eſſet ſentire, ꝙ ſtatim à tempore editionis ligaret fortè penitus ignorantes contra iura, ff. de decr. ab ordi. faci. l. vlt. 32. q. 4. dicit Sara. 82. diſt. propoſuiſti. quid enim peccare diceretur antiquitas, ſi huius decre. inſcia, &c. C. de teſta. l. iubemus. conſenſum enim non ignorantiam volumus obligari. C. de tab. generali. lib. 10.

Diſpẽſatio legitima ꝗ dicitur eſſe.

o ¶ *Ex diſpenſatione legitima.*] ſed quam diſpenſationem reputabis legitimam? Reſpondeo illam, in qua nihil tacetur, vel nihil exprimitur, quo expreſſo, vel non tacito princeps veriſimiliter duci poteſt ad diſpenſationem denegandam. de electio. dudum. §. pen. de præb. c. ſi dignitatem. Cle. v. ſic enim dici conſueuit in impetrationibus beneficiorum. de reſcript. ſi proponente. de præben. ſi motu. 3 & c. non poteſt. lib. 6. Sicut enim in illis tamquàm ambitioſa fit ſtricta interpretatio. de reſcri. ſi gratioſè. & de præb. quamuis. lib. 6. ſic fit in diſpenſationibus, vtpote à iure communi exorbitantibus. extra de fil. presby. c. 1. & 2. lib. 6. & arg. ff. de nata reſti. l. 1. de excu. tut. l. qui teſtamento. ſtrictè forma mandati in illis, & forma diſpenſationis in iſtis ſeruata, ceſſante argumento in vtriſque ſumpto à minori, vel maiori, ſuper quo vide quæ not. ꝑ Hoſt. de reſcri. poſtulaſti. 4 & c. in noſtra. & per Innoc. de conceſ. præb. dilectus. & quod aliàs ſuper hoc dixi dicto c. ſi dignitatem. & quod no. de capel. mo. ex parte.

3 Vide quod ibi notaui. Font.

4 Et Cynũ in l. quod fauore. C. đ leg. Fon.

p ¶ *Abſque diſpenſatione.*] illa autem facta per illum qui poteſt & legitimè, vt dixi in no. præcedenti, redditur licitum qđ aliàs erat illicitum. arg. de elec. c. dudum. §. nos igitur. de conceſ. præb. cum noſtris. §. nos verò. de tranſac. c. 1.

a ¶ *Malue-*

a ¶*Maluerit.*] reſeruat ergo optionem circa vnum cum cura, & circa aliud ſine cura, ſicut alibi reſeruatur optio retinendi vnum de prius obtentis, de præben. cum ſingula. lib. 6. & eo.tit.c.referente.c. præterea. & c.tuæ.ff.de colleg.illi.§.vlt.& per hoc refrænatur hæc effrænata multitudo ſuper retentione pluriũ: per hoc etiã in totum non fruſtrantur effectu diſpenſationis ipſam obtinentes: cum aliàs de iure communi vna dignitas, vel perſonatus ſe non compatiatur cum alia, vel alio etiam ſine cura. de præbend. de multa. §. hoc idem. de elect. dudum.§.penult.

† Not. hic probari gl. in cap. 2. de reb. eccl. nõ alien. lib. 6. dicentẽ conſtitutionem notam, quã uis non publicatam ligare ſubditos. allego et cap. ibi, id ſolùm ſufficit. de poſt. prel. l. fin. ff. de decre. ab ordi. Font.

lucerit[a], prætextu diſpenſationis ſufficientis circa id eiſdem indultæ, poſſint licitè[b] retinere: Quę tamen[c] teneãtur[d] eligere[e] intra[f] menſem[g] numerandum à tpe notitiæ[h] †conſtitutionis iſtius: cæteris beneficijs[i] cũ cura, vel ſine cura, quę ipſius diſpenſationis prætextu tenebant, & quæ aliter nõ poterant[k] de iure[l] abſque diſpẽſatione[m] licitè retinere, quæ[n] nos † extunc[o] vacare[p] decernimus, coram[q] ordinario[r] ſub teſtimonio[s] publico intra idem tempus[t] verbaliter[u],

b ¶*Licitè.*] id eſt de noſtra licentia per hanc decre. conceſſa. vel.i. non obſtante alia iuris communis prohibitione.

c ¶*Quæ tamen.*] ſcilicet vnum cum cura, & aliud ſine cura, vt ſupra.

d ¶*Teneantur.*] hoc verbum neceſſitatem videtur imponere eligendi.

e ¶*Eligere.*] ſimile de præbend. cum ſingula. §. circa. lib. 6.

Intra, limitatiuum tẽporis.

f ¶*Intra.*] limitatiuum eſt temporis iſtud verbum, & vltra illud non eſt locus tali electioni. arg. ff. de fideicom. lib. l. Thais ancilla. § intra. de leg. 2. l. ſtatuliberum. §. Stichum. de condi. & demon. l. ſi in diem. Super quo vide, ſi placet quod not. pro & contra de conceſ. præb. c. cum ei. Cle. Papa v. in gl. per hoc patet.

g ¶*Menſem.*] ſed quot dies facient menſem? Dic quòd tot, quot continebit menſis, in quo fiet notificatio præſentis conſtitutionis, vt ſequitur: niſi enim ſic dicas, non numeraretur menſis à tempore talis notificationis: quod tex. requirit. & ſi de illo menſe erant aliq dies lapſi, ſupplebuntur de ſequenti. arg. ff. de verb. ſigni. l. cum biſſextus. de diuer. & temp. præſcri. l. 1. de re iud. l. niſi lex. ſic not. Gar. de elect. cap. quàm ſit. & de reſcrip. ſi propter tua. lib. 6.

h ¶*Notitię.*] ſcilicet verè, vel interpretatiuè, quæ accidit lapſis duobus menſibus à tempore publicationis præſentis cõſtitutionis. in corpore authent. vt factæ no. conſtit. coll. 6. extunc enim ius interpretatur, & fingit quem habere notam conſtitutionem principis, nec ex tunc eſt probabilis ignorantia. arg. 16. diſt. quod dicitis. extra de poſtula. præla. c. 1. ff. de inſti. act. l. ſed & ſi. §. proſcribere. cum ſi. A quo autem tempore ligent ſtatuta, vel conſtitutiones aliorum, dic ſecundùm quod not. Hoſt. in ſumma, de conſti. §. quando.

i ¶*Cæteris beneficijs.*] ſcilicet non electis.

k ¶*Non poterant.*] vt ſunt perſonatus plures, vel dignitates, etiam ſine cura, vt ſuprà dixi.

l ¶*De iure.*] per hoc videtur innui aliqua beneficia, etiam plura numero de iure communi poſſe teneri. ad idem de reſcr. capitu. gratia. 1 lib. 6. eodem titulo capitu. gratiæ. Cle. 5. ſic ſentit Inno. de præb. cum iamdudum. hodie autem aliter ſentire videtur ibidem. de cõceſ. præb. literas. de his plenè per Gulie. in Spec. titulo de leg. §. videndum reſtat. ver. illud autem. per Guli. dicto capitu. gratia.

1 Vide quod ibi notaui ſuper gl. de iure. & in c. cũ ſingula. dę præbẽ. 3. eo. li. 6. Fon.

m ¶*Abſque diſpenſatione.*] per hoc excludit beneficia curata etiam, vel dignitates ſeu perſonatus, cum non ſint dimittenda ſi ſunt talia vel tales, quæ de iure communi plures, vel plura poſſunt teneri, vt quia annexa, vel annexæ, dependentia, vel dependentes ab alijs. de præben. capitu. ſuper eodem de æta. & quali. eam te.

n ¶*Quæ.*] ſcilicet beneficia curata, vel alia de iure ſine diſpenſatione non ſe compatientia.

Tunc, extremum tẽpus notat.

o ¶*Extunc.*] ſcilicet lapſo menſe à tempore notitiæ huius conſtitutionis. non ergo ante finguntur, vel cenſentur vacare: verbum enim, tunc, extremum tempus ſignificat. ff. de condi. & demon. l. 4. §. 1. & eſt ſimile de præben. cum ſingula. §. 1. & §. circa.

2 Cũ Papa dr immutare naturam rerum, intelligit in his quæ ſunt iuris poſitiui, vt notatum eſt in c. quãto. extra de transla. epiſ. in gl. in verbo: veri dei vicẽ. in hac editione.

p ¶*Vacare decernimus.*] Nota ex poteſtate principis Eccleſiæ induci fictionem vacationis beneficij, vbi aliàs non eſſet: naturam enim rei immutare 2 poteſt in aliam, & fingere eſſe quod aliàs verè non eſt. C. de rei vxo. actio. l. 1. & arg. de conceſ. præben. capitu. cum ei. Cle. 5. nota de transla. epi. capitu. quanto. Quibus autem auctoritatibus, iuribus, & rationibus probatur Papam habere auctoritatem ſummam & excellentem, & poteſtatem in omnibus, & per omnia, & præ omnibus: vide quod diffusè nota Hoſti. extra qui fi. ſint legiti. per venerabilem. §. rationibus.

q ¶ *Coram.*] tunc coram aliquo fieri dicitur, cum fit eo præſente & intelligente, licet aliàs nolente: vnde coram demente, vel infante, vel dormiente fieri non poſſet. ff. de verborum ſig. l. coram.

r ¶*Ordinario.*] id eſt epiſcopo, vel ſede vacante capitulo, vt in §. cæterùm. ſed quem aliàs quàm in caſu huius capituli appellabis ordinariũ quo ad talem dimiſſionem? Videtur quòd epiſcopum, cum præordinator dicatur in cunctis. 25. diſt. perlectis. & q. 1 omnes eccleſiæ cũ ſuis iuribus in eius poteſtate conſiſtunt, & regendæ ſunt parochiæ ſub eius tuitione. 10. q. 1. decretum. & capitu. regenda. extra de relig. do. capitu. de xenodochijs. cum ſimilibus. Sed cum non quæras de diœceſano, nec de loci ordinario, ſed ſimpliciter de ordinario, illum dicam ordinariũ quo ad hoc, qui aliàs iure ſuo poteſt conferre. arg. extra de offic. ord. capitu. cum ab eccleſiarum. de iud. capitu. decernimus. & de offi. ord. etſi ab Apoſtolicæ. Cle. 5. & hoc denotat tex. ſequens cum dicit, ſine noua collatione ab eo qui facere poterat facienda, vt ſic dimiſſio beneficiorum talium fiat coram illis, à quibus procedere poterat collatio. nota de renun. capitu. admonet. Si autem quæreretur de diœceſano, vel ordinario loci nullo alio ſubiuncto, videretur de epiſcopo fore intelligendum. arg. de vi. & honeſt. cle. capitu. diœceſani. de æta. & quali. capitu. cum eccleſiæ. de ſequeſtr. poſſ. ad compeſcendas. Clem. 5. in quibus de hoc dixi.

† Vide quæ dixi in cle. j. de conceſ. præben. de iſtis dictionibus ex nunc & ex tunc. Font.

s ¶*Sub teſtimonio publico.*] non dicit ſub inſtrumento publico, vel literis ſigillo authentico ſigillatis, ſicut alibi fit de elect. vt circa. de offi. or. ſi canonici. libro 6. 2. q. 1. legatum. C. de epi. & cle. ſi qua per calumniam. quare videretur ſatisfactũ fore præſenti conſtitutioni, ſi aliqua beneficia dimittuntur coram ordinario ſub teſtimonio fide dignorum teſtium, per quos facta dimiſſio reuocata in dubium probari poſſit. arg. ff. de teſta. l. hæredes palam. de ritu. nup. l. palam. in prin. & §. quæ vt in adulterio. attenta mẽte potiſſimè huius decr. vt plura beneficia ſe aliàs non compatientia non retineantur niſi hic reſeruata: quæ mens penitus eſt ſeruanda. ff. de excu. tut. l. ſcire §. aliud. de elect. ſi poſtquam. §. 1. lib. 6. vnde cum non arctet dimittentem ad dimittendum ſub publico teſtimonio ſcripturæ, relinquam diſpoſitioni iuris communis. arg. in lib. feud. de cogni. feud. capitu. 1. quo iure cauetur regulariter parem eſſe fidem teſtium, & ſcripturæ. C. de fi. inſtr. l. in exercendis. de pac. l. pactum licet fallat in caſibus ibi not. & plenius per Hoſt. de cenſi. Romana. lib. 6. hoc maximè dico, quia præſens conſtitutio contra non dimittentem ſub teſtimonio publico eſt pœnalis, vt ſequitur, quare ob odiũ pœnæ vitandum. arg. de elect. ſtatutum. de reg. iur. c. odia. lib. 6. intelligam teſtimonium publicum nedùm inſtrumentorum, ſed & teſtium: arg. ad hoc extra de præben. c. ſi beneficia. lib. 6. vbi habens beneficium dimittere, liberatur dimittendo ſub qualicunque teſtimonio, cum ibi ad certam ſpeciem teſtimonij non arctetur: aliàs videretur arctari quis ad impoſſibile, vbi fortè ſcripturę teſtimonium habere non poſſet, quod ſentire foret abſurdum: tutius 3 tamen reputo quòd ſub teſtimonio ſcripturæ fiat talis dimiſſio, cũ prõptior ſit probatio per ſcripturam q̃ p teſtes. ff. de pigno. l. cõiter. cum ſcripturæ fides nõ variet, vel labilitatẽ memoriæ patiatur, ſed teſtium ſic frequẽter. ff. de Carb. edic. l. 3. §. duæ cauſæ. de acq. poſ. l. peregrè. §. 1.

Teſtium & ſcripturę fides par eſt.

3 Imo eſt verius, ponderando verbum, publico. Font.

Probatio p ſcripturam eſt prõptior quàm per teſtes.

t ¶*Idem tempus.*] ſcilicet menſis, vt ſ. Igitur infrà eundem menſem intra quem de altero de duobus habet electio fieri, debent alia dimitti per hunc textum; aliàs pœna ſequens locum habet: ſi enim aliter diceres, non haberet fieri talis dimiſſio intra idem tempus, ſed diuerſum. arg. de condi. & demon. l. ſi in diem de fideicom. liber. l. Thais ancilla. §. intra.

Beneficium ſi debeat dimitti verbaliter, qualiter à muto dimittitur.

u ¶*Verbaliter.*] id eſt verbis expreſſis, quaſi non ſufficiat hoc in mente gerere, niſi verbis oretenus exprimatur. ff. de verb. obl. l. quicquid aſtringendæ. de condi. indebi. l. ꝙ quis ſciẽs. C. de cõdi. ob cauſam. l. ſi repetendi. Et hoc ſane intelligas in illo qui loqui poteſt: in alio autẽ, puta muto facto, maximè ſine culpa iſta verbalis dimiſſio cadere nõ põt: vnde videt̃ ſufficere ꝙ nutu vel ſigno, vel in ſcriptura, ſi ſit literatus, ſe velle dimittere oſtendat. arg. ff. de leg. 3. nutu. de procu. l. mutus. de iure do. l. mutus. C. qui teſta. face. poſ. diſcretis. extra de ſpon. c. tuæ. & c. cũ apud. non enim talis videtur ad impoſſibile per hanc conſtitutionem adſtrictus. 22. q. 2. faciat homo. 4. diſtin. erit autẽ lex. ff. de reg. iur. l. impoſſibiliũ. q̃d autem de illo

qui loqui poteſt, ſufficerétne quòd nutu, vel ſigno ſine verbis dimitteret? Videtur quòd non. arg. dicti c. tuæ, cum ibi no. per Ber. & 43. diſt. c. ſi rector. per Ioan. & per hunc tex. qui expoſcere videtur etiam verbalem & realem dimiſſionem. Sed nõ improbabiliter videretur poſſe dici contrarium. argu. eorum quæ not. Hoſt. dicto c. tuæ. etiam in Summa. de ſpon. in rubricella, de matrimonio. §. qualiter cõtrahatur. vbi tenet ꝙ matrimonium ꝑ potentem loqui nutu, vel ſigno contrahi poteſt: non .n. quis videtur eſſe deterioris conditionis ex hoc ꝙ loqui põt, quin ſigno, nutu, vel literis exprimere ſuum conſenſum poſſit. arg. ff. de condi. & demon. l. falſa. C. de adop. per adoptionẽ. & de digni. l. maior. de agen. in rebus. l. hac ſaluberrima. libro 12. maximè, quia verba ad aliud inducta non ſunt niſi ad declarandum conſenſum. 22. q. 2. c. is autem. qualitercunque ergo conſtet de conſenſu dimittentis, ſufficere videtur. arg. ff. de leg. 3. l. Pamphilo. §. propoſitum. & ad hoc facit quod not. C. de teſta. l. iubemus. §. vlti. Et nunc reſpondebis ad hunc textum, cum dicit verbaliter: ſubaudiens, vel alio modo æquipollenti, puta ſignis, nutu, vel literis, vt mens ſeruetur, quę verbis eſt præferenda, vt dixi ſuprà in gl. non dicit. nam verba ad extraneum ſenſum trahuntur vt mens ſeruetur. C. de libe. præte. l. 3. legis enim verba ciuiliter intelligenda ſunt, arg. ff. de ſerui. l. ſi cui. cum nec ius calumniari, nec eius verba captari; ſed qua mente dicantur conuenit animaduerti. ff. ad exhiben. l. ad exhibendam, cautè tamen egerit qui loqui poterit, ſi verbali dimiſſione vſus fuerit intra tempus huius conſtitutionis, vt opinionum periculum vitetur, vt ſatisfiat ſuperficiei huius tex. cum in his quæ de facto poſſunt deduci in dubium, tutius ſit ſequendum. ff. de ven. in poſ. mit. l. 1. §. ſed ſi incertum. extra de ſpon. iuuenis. de cler. excom. min. c. illud. de pœn. diſt. 7. c. 2. cum ſimilibus.

Matrimonium ꝑ potentem loq̃ an ſine verbis poſſit contrahi ꝑ nutus ſolũ & ſigna.

Tutius in dubio declarant iura ſequendum.

& realiter [a] cum [b] effectu dimiſſis, abſque [c] eo quòd ad illa numquam ſine noua [d] collatione, ab eo qui facere [e] poterit facienda, redire [f]; aut eorũ adminiſtrationi ſe immiſcere [g] præſumant: Alioquin [h] tã [i] his, quàm alijs omnibus beneficijs [k], quæ virtute huiuſmodi noſtri moderaminis retinere poterant (vt præfertur [l]) ſint ipſo [m] iure priuati, & prorſus inhabiles [n] ad [o] ſimilia beneficia [p] obtinenda. Per hoc

a ¶*Realiter.*] quaſi dicat eorum poſſeſſionem dimittendo: parum enim prodeſſet verbaliter illa dimitti, ſi de facto adhuc detinerentur. arg. ff. de pig. act. non eſt mirum. de act. emp. & vendi. l. 2. §. vacua. extra de re iud. cum aliquibus. & argum, efficax ad hoc in corpore authen. de inceſt. nup. §. ad hoc quidem. coll. 3. ex cuius §. mẽte videtur ſumptum quod hic dicit.

b ¶*Cum effectu.*] puta nullo in eis cuſtode pro ſe dimiſſo, & abſtinendo penitus à perceptione obuẽtionum talium beneficiorum. verba enim cum effectu intelligenda ſunt. ff. ne quis eum qui in ius voca. l. ſi per alium. §. docere, quod quiſque iu. l. 1. §. hæc autem verba. extra de cle. non reſi. c. relatum.

c ¶*Abſque.*] hæc præpoſitio, abſque, priuationem denotat, ſicut & prępoſitio ſine. ff. de exer. act. l. 1. §. plures. & de inſt. act. l. ſed & ſi. §. conditio.

Abſque, & ſine priuãt.

d ¶*Sine noua collatione.*] ergo cum illa poterit, ſumpto argu. à contrario ſenſu in iure fortiſſimo reputato. 1 ff. de teſta. qui teſtamento. §. mulier. de offic. eius cui. l. 1. §. huius rei. de teſti. l. ex eo. extra de his quæ fi. à præla. cum Apoſtolica. §. vlt. & hoc verum, niſi ex illo ſequeretur abſurditas: tunc enim tale argumentum ceſſat. C. de epiſco. & cleric. conuenticulam. cum ſimilibus. ceſſat etiam vbi iura alia contradicerent. no. de fo. compe. c. ſignificaſti. 2 Sed huic obſtare videtur extra de electio. commiſſa. §. porrò. lib. 6. vbi beneficium amiſſum in illa vacatione prima, quæ occurrit conferri non poteſt dimittenti. Sed patens eſt ſolutio: quia ibi ex culpa ſua habens illud amiſit: qui abſque iuſta cauſa ceſſauit intra annum ad ſacerdotium promoueri: hic autem obtinens plura beneficia, abſque culpa ſua licet non ſine cauſa, aliqua dimittere habuit ex diſpoſitione huius conſtitutionis. argum. ad hanc ſolutionem extra de æta. & quali. c. 1. de elect. cum in cunctis. §. hoc ſanè. cum no. in eis.

1 Quia ipſũ eſt mens legis, glo. in l. qui teſtõ. §. mulier. ff. de teſta.

2 Ego addo c. à nobis 2. de ſen. exc. ibi Pano. & Fel. l. fi. §. filius. C. de bo. quę lib. l. pen. C. qui teſt. fac. poſſunt: quas l. allegat Bart. c. nullus. de foro compe. quẽ vide latè loquẽtem de arg. à cõtrario ſenſu. Fon.

e ¶*Facere poterit.*] iſtud dicit ideo: quia aliàs pro non facta habetur collatio, quæ fieret per illum, qui non poſſet eam facere. 1. q. 7. Daibertum. extra de iurepa. c. ꝙ autem. ff. de offic. proconſul. l. obſeruare. §. vlt.

f ¶*Redire.*] non eſt mirum ſi ad ea non pateat regreſſus: q̃ cum decernantur vacare per lapſum menſis, vt ſ̃. dicitur, ſine inſtitutione canonica non poſſent licitè detineri. ext. de inſti. ex frequentibus. de reg. iu. c. 1. lib. 6. & arg. ff. de decu. l. Herennius. imo aliter ea recipiens, intruſus non intitulatus diceretur. de præb. eum qui. lib. 6. extra de elec. quiſquis. & quaſi fur & latro. cum per oſtium ingreſſum ad ea non haberet. arg. de elect. dudum 2. & 7. q. 1. c. non furem.

g ¶*Immiſcere præſumant.*] ſcilicet iure primæuo, cum nullum competeret, vt dixi in glo. præcedenti. Quid autem ſi ad dimiſſa beneficia iuxta hanc coõſtitutionem aliqui redijſſent, vel eorum adminiſtrationi ſe immiſcuiſſent nõ iure ſuo, ſed ex alia cauſa probabili: vtputà ne ipſorum prouẽtus perditioni, ſeu conſumptioni expoſiti perirent, vel ne ab inimicis occuparentur, ſed vt ſalui reſeruarentur ſucceſſoribus: haberétne locum contra tales pœna ſequens? Videretꝰ ꝙ ſic, ob iſtius textus indefinitatem, quaſi in culpa cenſeantur immiſcendo ſe rei ad ſe non pertinenti. ff. de reg. iur. culpa. vt ſic color omnis adminiſtrationis eis interdictus videatur. arg. de elect. auaritiæ. libro 6. & in extrauagan. ſi fratrum. domini Ioannis. Sed contrarium credo ad inſtar tutoris, qui ante factum inuentarium adminiſtrare non poteſt: & tamen vt occurrat periculo bonorum conſumendorum pupilli, adminiſtrationi illorum ſe poteſt ingerere ſine pœna. ff. de adminiſt. tuto. l. tutor qui repertorium. & arg. etiam ad hoc ff. de neg. geſt. l. nam & ſeruus. §. ſi vino. & de fur. l. falſus. §. alienum. circa fin. ex illa enim cauſa ſe adminiſtrationi ingerens, magis videtur implere officium, ad quod homo homini tenetur. ff. de ſer. expor. l. ſeruus. extra de teſta. cap. cum in officijs. 22. quæſtio. 4. cap. 2. qoàm rei alienæ ſe immiſcere: vt not. dicta l. culpa. niſi enim ſic intelligas, qood in fauorem beneficiorum videretur introductum, in eorum læſionem & damnum retorqueretur: contra legem, ſancimus. C. ad Trebel. de ſecund. nup. l. generaliter. extra de regu. iur. cap. quod ob gratiam. lib. 6. & officium charitatiuum de ſe meritorium videretur interdictum, & eſſe pœnæ inductiuum, contra communem legem. argum. ad hoc ſunt. ff. de iur. do. l. cum in fundo. & deterioris conditionis diceretur talis ſe immiſcens ex hoc, quia ſemel beneficium illorum rector verus extitit ex diſpenſatione, quàm alius, qui nullum ius in eis habuiſſet: & hanc credo fuiſſe mentem conditoris huius capituli: vnde eius verba indefinita ciuiliter & ſine calumnia ſunt intelligenda. ff. de lega. 2. l. debitor. §. vlti. & dixi ſ̃. in gl. 1. verbis.

Tutor quãdoque ante inuẽtarium poteſt adminiſtrare.

h ¶*Alioquin.*] ad omnia ſupradicta referas: & expone, id eſt, ſi infra menſem, vt ſ̃. non elegerint: vel ſi nunc electa non dimiſerint: vel ad dimiſſa ſine noua collatione redierint: vel eorum adminiſtrationi ſe immiſcuerint.

i ¶*Tam his.*] ſ. non dimiſſis: ſi ad illa redire, vel adminiſtrationi eorum ſe immiſcere præſumpſerint.

k ¶*Beneficijs.*] ſ. vno curato, vt ſuprà.

l ¶*Vt præfertur.*] ſ̃. in verbo, ſtatuimus.

m ¶*Ipſo iure.*] & ſic eſt canon latæ ſententiæ. ſimile de elect. auaritiæ. & capitu. quàm ſit. cum ſimilibus multis. Sed hic fortiter obſtare videtur de præbend. cum ſingula. §. ſtatuentes. & §. circa eos. vbi non eligentes infra menſem, vel non electa dimittentes, non ipſo iure, ſed per ſententiam priuantur illis. Sed ibi in alio illi incurrunt maiores pœnas quàm iſti: cum ibi ex hoc fiant ineligibiles, & ſic inhabiles & nedum ad ſimilia obtinenda beneficia, imo ad maiora; hic autem ſolùm ad ſimilia: quare ibi exaggeratur pœna in vno, mitigatur in alio: hic autem non ita. Item hic fauorabilibus eſt actum cum eis quàm ibi: quia ex moderatione huius conſtitutionis permittitur duorum beneficiorum retentio de iure communi ſe aliàs non compatientium: quare eius non debent perfrui beneficio, quam contemnendam cenſuerunt pro nouo beneficio verus eligentes grauamen. argu. ad hoc C. de iur. deliber. l. vlti. §. ſi verò poſtquam. & §. ſin autem. ibi autem non permittebatur niſi ſolius non vnius retentio: quare ibi minor pœna quàm hic.

Oppoſitio contra textum.

n ¶ *Inhabiles.*] iſta inhabilitas ambitionis vitio inducitur, vt de electio. dudum. 2. de præbend. cum ſingula. libro ſexto, & ſic collige hic illud quod dici conſueuit, qui totum vult, totum perdit. ſimile de præbend. de multa. & dicto cap. cum ſingula. de deſpon. impub. cap. acceſſit. de reſcript. ex tenore. de tranſla. epiſco. quanto. & arg. C. qui mili. non poſſunt. l. 3. lib. 12.

o ¶*Ad ſimilia.*] ſ. iam non obtentis, vel non dimiſſis.

p ¶*Beneficia.*] ſ. cum cura diſpenſationem in ſui retentione expoſcentia. Nunquid igitur hæc inhabilitas illos reddidiſſe intelligetur inhabiles ad ſimplicia ruralia beneficia obtinenda? Dicas quòd non, tum ob odium pœnæ de ſui natura reſtringendæ. ff. de pœnis, l. interpretatione. de pœn. diſt. 1. pęnę.

Tum

Tum quia inhabilitatus ob pœnam ad maius aſſequendum, non cenſetur inhabilitatus ad minus.ff.de interdic. & releg.l. relegatorum.§. ſolet. Tum etiã quia in illis ſimplicibus hæc inhabilitas à iure non inducitur per hanc decre.ergo per hominẽ induci non debet.ff.de reli.l.at ſi quis.§. & gñaliter.de ſepul. vio.l.3.§.nõ perpetuę.33.q.3.§.in hoc. contenti enim debemus eſſe pœnis legib' comprehenſis.ff.de verbo.obli.l. ſi ita ſtipulatio.tum etiam quia ſi huius canonis conditor voluiſſet inducere inhabilitatem in ſimplibus,hoc vtique expreſſiſſet,quod cum non fecerit, pro omiſſo debet haberi. de deci. ad audientiam.C.de cad.tol. l. vnica. §. ſinautem ad deficientis. Tum etiam quia in certis beneficijs inducta non extenditur ad alia.de electio. ſtatutum.li.6. Tum inſuper quia inhabilis de ſui natura ad maiora beneficia conſequenda, non ſic inhabilis cenſetur ad ſimplicia: idem ergo cenſeri debet de reddito inhabili ex aduentu per hanc conſtitutionem.arg.extra de fil.presby.cap. 1. & vlt. Quod autem dicit,ſimilia,ſubaudias & meritò,vel maiora.de electio.dudum. & per ea quæ dixi ſ.in parte prima, in verbo, quamuis modicum.

†Not.tex. p ſtatuto faciente mentionem de beneficijs, q iure obtinentur: nã in tali veniunt beneficia diſpenſatiuè retenta: per text. hic.Font.

autem [a] ijs [b], qui dignitates, perſonatus,officia, vel alia beneficia curam animarum habentia ex diſpenſatione, quæ ius [c] †. tribuat iuxta noſtram moderationem pręſcriptam [d], obtinent,& alia ſimilia beneficia noſtrorum, vel aliàs eorundem prædeceſſorum aucto ritate literarum expectant: cum quibus [e] eſt vt illa cum vacauerint, recipere, & vnà cum obtentis retinere licitè valeant, diſpenſatum, noluimus derogari [f], quin ea cum [g] vacabunt infra dicti [h] tẽporis ſpatium poſſint eligere, & dimiſſis [i] alijs recipere in forma præſcripta [k], ac licitè [l] retinere: pęnas [m] ſimiles incurſuri [n], ſi huius noſtræ contraire [o] præſumpſerint ſanctioni [p]. ¶Porrò [q] quia quorundam oculos [r] ſic auaræ cupiditatis vitium [ſ] excæcauit [t], quòd plurima talia [u] beneficia ſimul abſque diſpenſatione canonica retinere præſumunt: Nos de illis pręſenti decreto [x] ſtatuimus, vt omnia & ſingula beneficia ſic [y] detenta, illo [z] tantùm retento quod vltimo [a] receperunt, dummodo in [b] eo ex collatione [c] canonica competat [d] ius eiſdem, intra tempus (vt præſcribitur) limi-

a ¶*Per hoc autem.* ſcilicet quod hic ſtatuitur, vt non curatum beneficium ad aliud incuratum ſe aliàs non compatientia, quia valeat eligere infra menſem, & electa retinere, & cætera omnia dimittere, & quòd alias pœnas hic poſitas patiatur.

b ¶*Iis.*]Datiui caſus eſt pluralis numeri.

c ¶*Quæ ius tribuat.*]vt quia eſt legitima, ſufficiens, & quæ dicatur legitima ſ.notaui in verbo,legitima.

d ¶*Præſcriptam.*]dic vt ſ.no. verbo pręcedenti in glo.ſcilicet cum cura.

e ¶*Cum quibus eſt.*] ſume verbum diſpenſatum, quod eſt infra.

f ¶*Derogari.*]non immeritò, quia qua ratione de pluribus iam obtentis vnum cum cura, & aliud ſine cura poſſunt eligi, eadem ratione de obtinendis, prætextu diſpenſationis, quæ ius tribuat.

g ¶*Cum vacabunt.*]Iſtud dicit, quia non vacantia effectualiter quiſque eligere non poteſt.de conceſ.præb. c. q in viuorum.7.q.1.non futuræ.&c. eum qui.ff. de vul.& pup. ſubſti.l. moribus.§.interdum licet impetrans cum clauſula acceptandi incertum, puta primum uacaturum, vel ex cauſa ſecundũ poſſet acceptare quo ad hoc,vt manus ordinarij ligari dicantur.de conceſ.præben. quia cunctis.§. pen. & cap. ne captandæ. & c.executor. de quibus contra hoc poſſet opponi, ſed non obſtat per iam dicta.

h ¶*Dicti temporis.*]ſcilicet menſis,vt ſ.in verbo, ſtatuimus.

i ¶*Dimiſſis.*] ab his ſcilicet prætextu moderaminis huius conſtitutionis obtentis.

k ¶*Præſcripta.*]ſuprà,in verbo,ſtatuimus.

l ¶*Licitè retinere.*] ex huius capituli permiſſione etiam hic adde quod dixi ſ.in verbo ,diſpenſatione.

m ¶*Pœnas ſimiles.*]ſcilicet illas quas patiuntur illi, qui tempore huius decret.plura talia beneficia obtinebãt, & formam huius decret.non ſeruauerunt.

n ¶*Incurſuri.*]ſcilicet priuationis ipſo iure non dimiſſorũ, prætextu moderaminis huius decret. obtentorum. & inhabilitatis ſimilium obtinendorum.

o ¶*Contraire.*]ſcilicet non eligendo intra menſem,vel non dimittendo beneficia non electa, vel ad dimiſſa ſine noua collatione & electione redeundo, vel eorum adminiſtrationi ſe immiſcendo, vt ſuprà. Sed à quo tempore computabis iſtũ menſem? ipſum enim non potes computare à tempore notitiæ huius conſtitutionis, cum expectantibus poſt eius publicationem hic reſeruetur ius. Dicas igitur ipſum computandum hoc caſu à tempore notitię vacationis verę, vel interpretatiuæ beneficij recipiendi, iuxta capitu.cum ei. de conceſ.præb.Cle.5.non ante, per ea quæ dixi ſuprà in gloſ. ſcilicet tempore publicationis. ſicut nec habenti conferre currit tempus, niſi à tempore ſcientiæ. de conceſ. præbend. quia diuerſitatem. vtrum autem in illo præſumatur ſcientia, vel ignorantia.vide quod nota.Hoſt.eodem titulo capitu. ex parte Aſtenſis.ſuper verbo,recurrerunt.

p ¶*Sanctioni.*]ſanctio propriè eſt principis conſtitutio pœna adiecta.3.diſt. in ſumma. qualis eſt iſta, vt patet ſuprà.

Sanctio qd eſt.

q ¶*Porrò.*]Tertia pars.

r ¶*Oculos.*]ſcilicet interioris intellectus, de illis, loquitur, non de corporalibus, vt alibi de elect.quorundam. libro 6. Oculi enim tales debent eſſe depurati ab omni conſcientiæ prauitate.1.q.1. multi. de hoc in dicto cap. quorundam.oculi verò corporales debent eſſe pudici ab omni immundo aſpectu.31.q.5. qui viderit.aliquando verò certæ perſonæ adminiſtrandę rei præpoſitæ dicuntur oculi, qui peruigiles & prouidi debent eſſe in agibilibus.93.diſt. diaconi.6.q.2. capitu. oues. extra de offic.archidiac.ad hoc. §. 1. 29.diſtinctio.capitu.pœnis.

Oculi ſunt duplices.

ſ ¶*Vitium.*]ergo vitandum, cum ſit animarum deuoratiuũ. de vſu.capitu.vſurarum.lib.6.

t ¶*Excæcauit.*]Nota auarum dici cæcum, quia non habet oculos interioris intentionis ad Deum. 47.diſt.ſicut. de elec. auaritiæ.& capitu.quoruudam.libro 6.

Auarus quilibet cæcus eſt.

u ¶*Talia beneficia.*]quæ in parte pcedenti vocant legitima, vel ſufficientia. & hæc verba ſynonyma reputantur quo ad hoc:quia idem in effectu ſignificant.ſi enim eſt canouica,per conſequens legitima.3.diſt.capitu.canon.iuncta l.3. ff. de legi.Item ex conſequenti ſufficiens: quia cum talis diſpenſatio lex priuata dicatur.3 diſt.capitu.priuilegia.nihil imperfectum,nihil inſufficiens continere debet.C. qui mili. poſ. vel non.l.ſi quis ſeruum.lib.12.

x ¶*Decreto.*] quid ſit propriè decretum, vide quod nota 3. q.1.in ſumma.

y ¶*Sic detenta.*]ſcilicet ſine diſpenſatione.

z ¶*Illo tantùm.*]in hoc ſtrictius agitur cum iſtis cũ diſpenſationem non habeant, quàm cum alijs habentibus, vt patet in parte præcedenti:& ratio ibi ex textu colligitur.

a ¶*Vltimò receperunt.*]ſed quare magis permittitur illius retentio quàm aliorum? Poteſt dicere ideo: quia etſi alia fuiſſent legitimè quæſita per effectualem ſuſceptionem vltimi: prima omnia vacaſſent ſicut vacaret primum vnicũ.de præb. de multa.& eodem titulo cum ſingula.libro 6. niſi ex diſpenſationis virtute aliud contingeret, vel niſi ex cã in primis vel primo detineretur beneficiatus,vt no.21.q.1.ſi quis iam tranſlatus.& per Pet.de S im.dicto capitu.de multa.

1 Vide q ibi not.Doct.in 1.col.& quę ego notaui in c. ſi gratioſè.de reſcri.li.6.Fõ.

b ¶*In eo.*]ſcilicet vltimo recepto.

c ¶*Ex collatione canonica.*]Sed qualis collatio poterit hic dici canonica: cum detentio plurium beneficiorum iniuſta quem à promotione repellat. de electio. dudum 2? Dicas quòd illa quæ facta fuit à Papa, non obſtante prædicta iniuſta detentione, vel ab alio potente illam impromouibilitatem tollere,argumen. de præbend. cap. non poteſt. §. penul.lib.6. 1

d ¶*Competat ius.*] Nota per ſolam collationem canonicam etiam ſine traditione tribui ius in beneficio, vt hic, & de præbend.ſi tibi abſenti.& capitu.quorundam.in fine. libro 6. & capitu. accedens. Sicut & in vltimis voluntatibus rei legatæ dominium ſine traditione tranſit in legatarium, & rei donatæ in eccleſiam. ff. de lega. 1. l. ſi tibi homo. §. cum ſeruus.de lega.2.cum pater. §. ſurdo. quemadmodum ſeruit. amit.l. ſi partem.§. primo,de furtis.l.à Titio. C. de ſacroſanctis eccle. l. vltima. Vnde pro beneficio collato & eius iuribus agi poteſt per beneficiatum actione in rem, etiam poſſeſſione nondum apprehenſa per dicta iura. ſic etiam nota. Compoſtel. de conſtitutio. cum M. in rebus profanis regulariter ſecus eſt. C. de rei vendicatione l. ſeruum. de pactis. l. traditionibus. 2 ff. furtis. l. cum qui. cum ſimilibus.

2 Hinc eſt quòd poſterior emptor cui primo res eſt tradita, præfert primo emptori, cui res tradita nõ eſt.l.quotiens. C. de rei vendi.de qua l. vide Hippo. in l. qui duob.ff. de fal. & ad iſtam gl. faciunt no. in c. ſi tibi abſenti de pręben.lib.6.& Inn. in c.inter cætera. de præbẽ.& vide quę notaui ad finẽ c. de cõceſ. præb. lib.6. Font.

bus. Sicut autem inter iſta eſt differentia in acquiſitione iuris, ſic etiam eſt differentia inter iſta in acquiſitione poſſeſſionis; ſuper quo vide quod plenè not. per Innoc. de reſti. ſpol. c. in literis. ſuper verbo, prius.

a ¶ *Limitatum.*] ſ. menſis, vt in parte præcedenti.

b ¶ *Verbo.*] hoc eſt qđ ſupra dixerat, verbaliter. & dic vt ibi dixi.

c ¶ *Et facto.*] s̃. dixerat realiter in parte præcedenti: ſed idem eſt in effectu.

d ¶ *Sine fraude.*] quaſi dicat non retinendo illa per aliquam perſonam ſubmiſſam. & hoc deſignat quod in parte præcedenti dictum fuerat, cum effectu.

e ¶ *Coram ordinario.*] ſuper hoc verbo & ſequenti dic vt s̃. proxi. §. dixi.

f ¶ *Quod ſi non fecerint.*] id eſt ſi beneficia omnia obtenta ſine diſpenſatione excepto vltimo ritè collato, verbo & facto ſine fraude non dimiſerint.

tatum [a], verbo [b] & facto [c], ac ſine [d] fraude coram [e] ordinario ſub teſtimonio ſimiliter publico dimittere teneantur. Quod [f] ſi non fecerint, etiam illo [g] ſint ipſo [h] iure priuati, in quo ius eis aliàs competebat, & inhabiles penitus ad quæcunque [i] obtinenda eccleſiaſtica beneficia cenſeantur. ¶ Qui verò [k] deinceps [l] receperint [m] dignitatem, vel perſonatum, ſeu officium, aut aliud beneficium animarum curam habens [n] annexam, ſi antea ſimile [o] beneficium obtinebant, illud (quo ipſo [p] iure poſtquàm ſecundi poſſeſſionem [q] habuerint [r], vel per eos omni dolo & fraude ceſſantibus [ſ] quo minus habeant ſteterit, priuati noſcuntur) abſque [t] moræ diſpendio in ordinariorum [u] manibus dimittere [x] debeant pari [y] modo: Alioquin [z] extunc [a] ſint ipſo [b] iure ſecundo priuati, & nedùm ad [c] ſacros ſuſcipiendos ordines, quinetiam ad habendum quodcunque [d] beneficium eccleſiaſticum inhabiles reputentur. ¶ Quæ omnia & ſingula beneficia vacatura [e] (vt [f] præmit-

g ¶ *Etiam illo.*] ſ. vltimo recepto, in quo eis ius quæſitum fuerat ex canonica collatione, vt ſequitur.

h ¶ *Ipſo iure.*] dic vt dixi in verbo ſimili. s̃. proxi. §.

i ¶ *Ad quæcunque.*] magis generaliter, ſeu vniuerſaliter in hoc §. incurritur inhabilitas iſta, quam ſuprà. §. proxi. vnde dicit quæcunque, nedùm ſimilia non dimiſſis, de quibus non eſt dubium per §. præcedentem, imo etiam diſſimilia, puta, inferiora etiam ſimplicia, cum dicat quæcunque. arg. ff. de hæredi. inſtit. l. hoc articulo, extra de maio. & obed. c. ſtatuimus. illa quæ aliàs diſpenſatione præcedẽte legitimè poterant retineri, & ad quæ dimittenda quis nullatenus arctabatur, vt quem maior præcedit culpa, maiori plectatur vindicta, 50. diſtinc. c. quia tua. & c. in quo maior eſt culpa & extra de hæret. excommunicamus. §. credentes. & de cle. exc. mi. latores. & ff. ad legem Aquil. l. item Mela. §. ſi plures, ad leg. Cor. de Sica. l. vlt. cum ſimilibus.

k ¶ *Qui verò.*] Quarta pars.

l ¶ *Deinceps.*] poſt huius decre. editionem.

m ¶ *Receperint.*] iuſtè, vel iniuſtè: puta per violentiam, vel intruſionem. de præb. eum qui. lib. 6.

n ¶ *Habens annexam.*] ſuper hoc verbo & alijs, quæ præcedunt, dicas vt dixi s̃. circa prin. decret.

o ¶ *Simile.*] puta dignitatem, perſonatum, vel officium, etiã ſine cura, vel quodcunque aliud cum cura: quia quo ad habẽdam pluralitatem idem iudicium eſt de illis, licet non curatis & alijs curam habentibus. extra de præben. de multa. §. hoc idem. de elect. dudum 2. §. ſed cum in iure. non autem quo ad omnia alia, vt colligitur de æta. & quali. c. 1. iuncta decre. licet canon. de elect. lib. 6. & colligi etiam poteſt extra ne cler. vel mo. c. ſuper ſpecula. iuncta decr. ſtatutum. eo. titu. lib. 6.

Beneficium de facto tantũ obtinẽs, ab epõ expelli poteſt.

p ¶ *Ipſo iure.*] quaſi dicat non expectata ſententia hominis, cum ſit ſententia iuris. Et vbi conſtat quem ipſo iure priuatum, vel aliàs ius non habere in beneficio quod detinet, de facto expelli ab illo per iudicem poteſt, nec poteſt dicere ſe ſpoliatum, & ſic reſtituendum: quia iudex epiſcopus magis exequi ſui beneficij debitum dicitur, quàm violentiam inferre. ſic no. Inno. & Hoſt. poſt eum. de reſti. ſpol. c. accepta. & de fi. presbyt. conſtitutus.

q ¶ *Poſſeſſionem.*] ſ. pacificam, & ſuper hoc ſi placet, videas quod dixi & notaui de elec. commiſſa. lib. 6.

r ¶ *Habuerint.*] ſubaudi & fructus ex eo percipere potuerint: aliàs primum quis dimittere non tenetur, de præbend. cap. ſi tibi conceſſo. lib. 6. 1

1 Vide quod ibi notaui ad tex. Fon.

ſ ¶ *Ceſſantibus.*] nam dolum, vel fraudem adhibentes, in cõſequenda poſſeſſione haberi debent quo ad hoc pro poſſidentibus. ff. ne quid in lo. pub. l. 2. §. hoc interdictum. & de reg. iu. l. qui poteſt facere. ſicut per contrarium dolo deſinentes poſſidere, pro poſſeſſoribus ſunt habendi. ff. de rei ven. l. ſi autem. §. 1. de reg. iu. l. parem. & eodem titulo, capitu. pro poſſeſſore. libro 6.

t ¶ *Abſque moræ diſpendio.*] quaſi dicat non expectata ſententia priuatoria facti: vel litis conteſtatione: omiſſa facti allegatione, vt alibi. & ſimili modo exponi & dici conſueuit. de reſcript. capitu. ab excommunicato. de præben. ſi beneficia. libro 6.

u ¶ *Ordinariorum.*] qui ſint illi, cauetur j̃. proxi. §.

x ¶ *Dimittere.*] hæc dimiſſio ad factum ſolùm refertur, cum iure in illo competenti ſint priuati, vt s̃. dicitur, ſicut aliàs contingit de elect. noſti. & ibi no. cum ſimi.

y ¶ *Pari modo.*] ſcilicet verbo & facto, & ſine fraude cum effectu, & ſub teſtimonio publico, vt s̃. proxim. §. & præcedenti: quod dic vt ibi dixi.

z ¶ *Alioquin.*] id eſt ſi primum adepta poſſeſſione ſecundi, vel per eos ſteterit in ordinariorum manibus ſine mora non dimiſerint verbo & facto ſine fraude.

a ¶ *Extunc.*] non ergo ante, vt dixi s̃.

b ¶ *Ipſo iure ſecundo priuati.*] per hoc patet, ꝙ hæc decret. eſt canon latæ ſententiæ nedùm in priuando quem primo beneficio tali per ſuſceptionem ſecundi ſimilis, imo & etiam priuando illum ſecundo; vbi illud non dimiſerit prout hic ſtatuitur. olim autem videbatur ſententia neceſſaria quo ad priuationem ſecundi. de præb. de multa. ver. ſed ſi fortè. vbi dicit, etiam alio ſpolietur. non dicit ſpoliatus ſit. & eo. tit. cum ſingula. lib. 6. cum dicit, repellatur. non dicit repulſus ſit, vel aliàs in ſimili dici conſueuit & notari. de foro compe. ſi diligenti. de exceſ. præla. grauem. 11. q. 1. inolita. C. de iur. om. iud. l. in criminali. vnde vi. l. ſi quis in tantam. in quibus & ſimilibus ſententia priuatoria eſt neceſſaria: quia ipſo iure, vel eo ipſo non inuenitur inflicta. Et ita ſecundùm hoc decre. de multa dicetur per iſtam in hoc correcta: 2 vel trahetur ad iſtam vt verbum, ſpolietur, ibi poſitum exponatur, id eſt, ſit ſpoliatus, vel ſpolietur de facto, quatenus de facto tenet: cum ipſo iure ius ſibi cõpetens in illo amiſerit, vt hic dicitur: certum eſt enim quòd hæc decret. exaggerat pœnam, & inducit alias duas nouas, quæ ſtatim ſequuntur, quæ ipſo facto incurruntur, & quę in dicta decret. non erant.

2 Circa iſtud punctũ vide ibi Panor. Font.

c ¶ *Ad ſacros.*] de non ſacris nihil ſtatuitur hic, quare non videntur prohibiti ſuſcipi. arg. ff. de interdi. & releg. l. relegatorum. §. vlt. extra de biga. c. 2. cum ibi no. per Hoſt. de cle. pu. in duello. c. Henricus. 50. diſt. quicunque. & c. placuit.

d ¶ *Quodcunque.*] de hoc dic vt dixi s̃. proxi. §. in gl. vlt.

e ¶ *Vacatura.*] ſcilicet ipſo iure ex diſpoſitione huius conſtitutionis.

f ¶ *Vt pręmittitur.*] ſcilicet præcedente diſpenſatione electis duobus vno cum cura, alio ſine cura, vel illis non electis, vel cæteris non dimiſſis, vel dimiſſis, ſi ad alia quis ſine noua collatione redierit, vt s̃. in §. nos itaque. vel nulla præcedente diſpenſatione retentis pluribus illiſque non dimiſſis, retento vltimo ritè collato. iuxta §. porrò. vel ſecundo ſimili ſuſcepto, & primo non dimiſſo, iuxta iſtum §. in his enim inducitur vacatio per hanc conſtitutionem. in omnibus. in §. nos. in vltimo receptis. in §. porrò. & in iſto. & hunc intellectum innuit §. ſequens cum dicit, vt præmittitur perditis. niſi enim ſic intelligas, videretur hic innui, quòd omnia beneficia in futurum vacatura per ſuſceptionem ſimilium eſſent hic collationi Papæ reſeruata: & ſuper eis ſublata poteſtas ordinarijs, vel legatis ſedis Apoſtolicæ Cardinalibus conferendi. quod eſt expreſsè contra decret. de multa. §. his quoque. & contra decret. cum ſingula. §. ſtatuentes etiam. de præben. & haberet dici neceſſario, quòd illa iura cum ſuis ſimilibus ſint correcta. & non eſt veriſimile conditorem huius canonis hoc ſenſiſſe. argu. de elect. c. eccleſia 2. §. denique. C. de inoffic. teſt. l. ſi quando. nam iurium correctio vitanda eſt. de elect. cum expediat. lib. 6. in corpore authen. de admi. offi. in fi. coll. 3. nec voluiſſe intantum reſtringere poteſtatem ordinariorum in beneficijs conferendis, in magnum fortè periculum diutinæ vacationis. arg. extra de priuil. paſtoralis. de præben. ſtatutum. lib. 6. videtur ergo intelligendum hic reſeruationem factã eſſe de beneficijs, quæ per hanc conſtitutionem vacare cenſent, & q̃

Iurium correctio vitanda eſt.

aliàs non vacarent: vt ſic in hoc intelligatur inquantum minus derogare dicetur alijs iuribus communibus.arg. de reſer.c.cau ſam quæ.de conſue. cum dilectus. ff. de legi.l. ſed & poſteriores.iuxta id quod alibi ſtatuitur: quotiens enim ſermo duas ſignificationes exprimit: ea potiſſimè recipiatur, q̄ rei agendæ aptior eſt, id eſt iuri communi non contraria. ff. de reg.iur.l. quotiens idē ſermo. & alibi legitur; quotiens ſine captione nihil inueſtigari poteſt, eligendum eſt qđ minus habet iniquitatis, vt eo.tit.l. quotiens nihil.& opinor hanc mentem fuiſſe conditoris huius capituli.

a ¶*Vel dimiſſa.*]intellige prætextu diſpenſationis ſublatæ, vt ſtatuitur s̄.in §.nos itaque. quid ergo ſi nulla ſint dimiſſa, iuxta illum §.ſed habens diſpenſationem ſuper pluribus, omnia de facto retinuit.contra hanc decret. quæ & qualia tamquàm dimiſſa dices hic reſeruata? Videt̄ quòd nulla,ſed dic quòd ſaltem cenſebuntur reſeruata tamquàm pro dimiſſis habenda, vel tamquàm vacatura, vt dixi in glo.præcedenti. Non ſic autem de obtentis pluribus ſine diſpenſatione, iuxta §. porrò.illa enim tamquàm vacatura per lapſum menſis non poſſunt dici reſeruata,cum tempore huius conſtitutionis editæ vacarent: ſed nec tamquam dimiſſa vbi dimiſſa non fuerant:niſi diceres ipſa pro dimiſſis fore habenda. Sed ſi ponas ipſa dimiſſa, cenſebuntúrne ipſa reſeruata? Videtur quòd nō: ſicut nec dimiſſa prætextu adeptorum ſecundorum ſimiliū:cum hic videatur Papa reſeruaſſe ſolùm illa,quæ, p hanc conſtitutionem ipſo iure dicuntur vacare: vt dixi in glo.præcedenti vel quæ ſunt dimittenda ex diſpoſitione huius conſtitutionis,non autem alterius.

b ¶*Noſtræ & ſedis Apoſtolicæ.*] differentiam collige inter iſta.de reſcrip.cap.ſi gratioſè.lib.6.ff.loca.l.4.ſed in caſu præſenti quo ad effectum reſeruationis nulla videtur differentia: quia licet hæc reſeruata per conditorem huius conſtitutionis non conferentur: remanerent conferenda per ſucceſſorem,cum nedùm ſibi reſeruauerit,ſed & ſedi ipſi, quæ non moritur,vt dicto c.ſi gratioſe.& arg.in corpore authen. quomodo opor.epi.§.licentiam.coll.1.12.q.1.cap. liberti.

Papa multa beneficia ſibi reſeruat, cum multis prouidere habeat.

c ¶*Reſeruamus.*]ſed ſuppoſita plenitudine poteſtatis iuxta quam Papæ dici non poteſt,domine cur ita facis? de pœnit. diſt.3.§. ex perſona. ſi quæras à me quæ potuit eſſe cauſa rationabilis, quòd ipſe talia beneficia ad ſe reuocauerit conferenda,poſſum reſpondere quòd cum ſollicitudo oneroſa Pōtificalis officij Papæ impoſita, vt in extrauaganti eiuſdem domini Papæ, quæ incipit: Ad onus.multis indigeat miniſtris:cum meſſis quidem multa,operarij verò pauci. 21. diſt. c.in nouo.vocandis per eum in partem ſollicitudinis.2. q.6. c.qui ſe.extra de vſu pal.c.ad honorem. quos remunerare tenetur;necnon illos qui ſuis anteceſſoribus ſeruierunt. 12. q. 2. c. hoc huiuſmodi. & c. charitatem.& c.eccleſiaſticis. & ad eius ſedem confluāt vndecunque clerici indigentes, quibus paterna prouiſione ſubuenire tenetur,maxime ne in cleri opprobrium mendicare cogantur.93.diſt.c.diaconi.extra de renun. c. ad ſupplicationem.habeatque multis mundi magnatibus, illis potiſſimè qui Dei Eccleſiam in multis dotauerunt, vel illorum anteceſſores: & qui Eccleſiæ Dei fuerunt deuoti filij & defenſores,ſe fauorabilem exhibere.de reſcrip. ſedes Apoſtolica. in beneficijs conferendis ad eorum inſtantiam,vt ad ſubſidium Eccleſiæ pro tempore citius inducantur:& ne aliàs ab eo retrahantur.arg.C.de bo.quæ libe.l. 2.ff. de ope. pub.l.2. iuſtum fuit & æquum adinuenire modū per quem Papa poſſit de multis beneficijs prouidere, vt per eum iuſta fiat diſtributio de eiſdem, vt in prin.huius capituli, potiſſimè cum in eo donandi immenſitas menſura dicatur, in corpore authen.de non alie.aut permu. re. eccle.§. ſi minus. coll.2. & iſta poteſt dici ratio quare beneficia vacantia per aliū quam per eum regulariter conferri non poſſunt.de præb. licet eccleſiarum.lib.6.& ibi de hoc dixi.

d ¶*Inhibentes.*]poſt talem inhibitionem vel reſeruationem ligatæ ſunt manus ordinarij,vt tunc conferre non poſſit.arg. de reſcrip.tibi qui gratiā.de conceſ.præb.c.executor.& c.ſi capitulo.lib.6.cum ſimilibus.

e ¶*Romanum Pontificem.*]ſubaudi; vel alium ab eo ſuper hoc poteſtatem habentem, de præben. licet.lib.6. tunc enim per alium faciens, hoc ipſe facere cenſetur. de reg.iur. c. qui per alium.lib. 6.omnia enim noſtra facimus, &c. C. de vete. iur.enu.l.1.§.ſed neque extra de præbend. capitu. ſi Apoſtolicæ.lib.6.

titur) vel dimiſſa[a] noſtræ[b], & ſedis Apoſtolicæ diſpoſitioni de ipſorum fratrum conſilio reſeruamus[c]. Inhibentes[d] nè quis præter Romanum Pontificem[e] quacunque[f] ſit ſuper hoc auctoritate munitus, de huiuſmodi[g] beneficijs diſponere[h], vel circa illa per viam permutationis[i], vel aliàs[k] innouare quoquo modo præſumat. Nos enim ſi ſecus actum,ſeu attentatum fuerit,irritum[l] decernimus & inane. ¶ Cæterùm[m] ordinarios intelligimus ī caſibus[n] ſupradictis epiſcopos[o], in quorum ciuitatibus[p], vel diœceſibus conſiſtunt beneficia, ſeu aliquod eorum, quæ debent ſecundùm[q] præmiſſa dimitti; aut ipſi qui ea debent dimittere commorantur[r]; vel eccleſijs cathedra-

f ¶*Quacunque.*]etiam legationis Cardinalis, cum ſic indeterminatè & vniuerſaliter loquatur, & nihil excipiat. arg.de ma.& obe.c. ſolitæ.circa fi.de hære.inſti.l.hoc articulo. & extra de præb.c.licet. lib. 6.vbi ſunt verba ſimilia, & magis ſpecificata quàm hic,licet aliàs ex virtute legationis ſuæ poſſet conferre beneficia,etiam ad collationem ſedis Apoſtolicæ deuoluta.de præb.c.vnerabilis.

g ¶*Huiuſmodi beneficijs.*]ſcilicet diſpoſitioni ſedis Apoſtolicæ reſeruatis.

Præſentato ius ex præſentatione non quærit.

h ¶*Diſponere.*]puta illa conferendo, vel ad ipſa aliquem eligendo,vel de eis prouidendo.An autem per hoc videatur laico patrono interdicta poteſtas præſentandi ad talia beneficia? Sentire videtur Gul.quòd non, de præb.c.licet. cum de iure præſentandi non fiat mentio. Item quia qui præſentat aliquem ad beneficium,nihil diſponit de ipſo, cum per præſentationem aliquod ius in eo non quæratur. de re iud. cum Bertholdus. & ibi not. in 3.gloſ. ſed textus huius indefinitas & vniuerſalitas contrariū innuit, potiſſimè cum ſtatim ſubiungat,vel aliàs innouare quoquomodo præſumat. nulli autem venire debet in dubium, quin per præſentationem aliquid in beneficio innouari dicatur,cum alteri quàm præſentato de iure conferri non poſſit, ſaltem durante præſentatione, & agi poteſt vt præſentatio admittatur. dicto c. cum Bertholdus,cum ibi not.maximè ſi ſit facta à clerico,cum illa vim electionis habeat. not. Inno. de iure pa.cū autem.nec ille variare poſſit, vt ibi, & eo.tit.c. paſtoralis. & ſi præmiſſa vera ſint,videtur,hic patrono,etiam laico, ſublata præſentandi poteſtas,quod fieri bene poteſt per Papam, cū de ſola gratia iuſpatronatus in laico toleretur 16. q.5. ſi quis epiſcoporum.extra de iurepa.quoniam & quo ad illud ſit de foro Eccleſiæ. extra de iud. quanto. de hoc etiam notari conſueuit extra de iurepa.c.cum dilectus.

i ¶*Permutationis.*]igitur permutatio de talibus etiam vacaturis hic eſt inhibita tanquàm per reſeruationem, inhibitionem,decreti interpoſitionē affectis.arg.extra de conceſ. præben.ſi capitulo.& c ſi ſoli.lib.6.

k ¶*Vel aliàs.*]puta tranſlationis de aliquo beneficio ad alia faciendæ:vel fortè illa alteri vniendo,vel alia diuidendo, vel alia ſubmittendo, vel cenſum eis imponendo, vel ſimilia faciendo,cnm hic generaliter dicatur innouare quoquo modo.Vel poteſt dici aliàs innouare, puta ad illa aliquem præſentando,vt dixi s̄.proxi.

l ¶*Irritum.*]hæc clauſula ligat penitus etiam ignorantes.de pręben.ſi poſtquam.& c.dudum.de reſcrip.c.tibi. lib.6.

m ¶*Cæterùm.*]Quinta pars.

n ¶*In caſibus ſupraſcriptis.*]In §.nos itaque.& §. porrò.& §.qui verò.& per hæc verba innuit & denotat,quòd aliàs ſint, vel eſſe poſſint alij ordinarij quàm epiſcopi, vt s̄. notaui in §. nos.itaque.in verbo coram ordinario.

o ¶*Epiſcopos.*]intellige etiam talium beneficiorum collationem non habentes, cum generaliter loquatur. & hoc innuit textus ſequens de capitulis eccleſiarum cathedralium mentionem faciens, ad quæ certum eſt de iure communi beneficiorum collationes non ſpectare.extra ne ſede va.cap.illa.cum ſimilibus.

p ¶*Ciuitatibus, vel diœceſibus.*]disiunctiuè ponuntur hæc duo, quaſi vnum non ſit reliquum. de reſcrip. capitu. Rodulphus.

q ¶*Secundùm pręmiſſa.*]ſcilicet in §.nos itaque. & in §. porrò.& §.qui verò.

Epiſcopus eſt triplex ſ. originis,domicilij, & beneficij.

r ¶*Commorantur.*]epiſcopus igitur beneficij, & epiſcopus domicilij hic ordinarij quo ad hoc ſunt cenſendi. ſimile extra de temp. ord.c. cum nullus.li.6.Si quæras quare hic conditor canonis non reputauit ſuperiorem ordinarium epiſcopum originis ſicut ibi? Poteſt dici, quòd ex cauſa ibi de illo & alijs fit mentio, vt liberius & facilius poſſit quis ad ordines

libus [a] vacantibus [b] capitula eorundem [c] †: & hi [d] de beneficijs tam dimiſſis, quàm (vt præmittitur [e]) perditis [f], nos [g], vel Apoſtolicam ſedem [h] certificare ſtudeant quamprimùm [i] commodè poterunt indilatè [k], vt de illis ſalubriter diſponere valeamus [l].

¶ Quantùm [m] autem ad modificationem attinet ante factam [n]: illa duntaxat & non alia beneficia eccleſiaſtica [o] quocunque nomine [p] nuncupentur, curam animarum habere cenſemus, quæ parochias [q] habent, in quibus eſt animarum cura, non per vicarios [r] perpetuos, ſed per rectores, aut miniſtros beneficiorum ipſorum, vel illorum temporales [ſ] vicarios exercenda: necnon & illa, quorum miniſtris ratione beneficiorum huiuſmodi competit viſitare [t], inquirere [u], procu-

nes promoueri ab alieno epiſcopo, cum à pluribus poſſit licentiam obtinere, & hoc denotatur ibi cum dicitur, hoc caſu: hic autem non curauit conditor de originario epiſcopo facere mentionem, cum facilius coram ordinario domicilij (cum ibi commoretur beneficiatus) poſſit beneficia dimittere, vel ſaltem coram ordinario beneficij, cũ ſub illo in dubio præſumatur beneficiatus domicilium habere, vt notat Inno. de priui. ex ore. quàm coram ordinario originis, qui beneficia dimittenda in ſua diœceſi fortè nõ habet, nec perſonã habentem illa dimittere ſaltem quo ad forum, vt not. ff. ad municipa. l. aſſumptio. §. 1. Sed cũ in loco originis dicatur quis habere domicilium regulariter & quo ad honores, & quoad munera. ff. ad municipa. l. ordine. §. vlt. de mune. & hono. l. & qui originem. non videt probabilis ratio, quare non ſic talia poſſent dimitti beneficia coram ordinario originis ſicut coram ordinario domicilij vel beneficij, cum ille ſicut iſte Papam certificare poſſit de beneficijs dimiſſis coram eo. Sed cum textus ordinarios tantùm reputat epiſcopos beneficij, vel domicilij, vel capitula eccleſiarum cathedralium eorundem, & nihil de ordinario originis dicat, non audeo dicere, quòd coram illo dimittendo quis beneficia ſatisfaceret huic conſtitutioni: vnde ex quo ſic ſcripta eſt, ſeruanda eſt. 6. q. 3. ſcriptum eſt 19. diſt. in memoriã. ff. qui & à qui. l. proſpexit. & in dubio verbis conſtitutionis hẽt ſtari. ff. de exerci. act. l. 1. §. ſi is qui ver. in re igitur. ad muni. l. conſtitutionibus. vt pœnę hic impoſitæ euitentur. Ratio autẽ quare ſic ſcripta eſt, poteſt reddi: quia epi illi, & maximè epiſcopus beneficij plenius Papã certificare poterunt de dimiſſione beneficiorum potiſſimè reali, quã epiſcopi originis. arg. extra de præſump. c. quoſdam. & c. quanto. C. de reſcin. ven. l. quiſquis.

†Aliàs earũdem, ſ. eccleſiarum.

a ¶*Cathedralibus.*] id eſt epiſcopalibus, ob honorem cathedræ ſic dictis. arg. de offi. ordi. conquerente. de don. paſtoralis.

b ¶*Uacantibus.*] intelligo qualitercunque ſiue morte, ſiue renuntiatione, depoſitione, tranſlatione, vel aliàs quoquo modo, cum indiſtinctè loquatur. arg. 7 q. 1. §. ecce quibus. ff. de bono. poſ. contra tabu. l. 1. §. vlti. pro ſocio. l. actione. §. publicatione. Et quia vtrobique eſt eadem ratio: hoc igitur caſu capitulum cathedralis eccleſiæ vices ſuſtinet epiſcopi quo ad beneficiorum dimiſſionem recipiendam, licet ipſa, vel alia de ſe non conferant. ne ſede vac. illa.

Vacatio multipliciter contingit.

c ¶*Eorundem.*] ſcilicet epiſcoporum beneficij, & domicilij, vt ſupra.

d ¶*Et hi.*] ſ. epiſcopi: vel eis deficientibus, capitulum.

e ¶*Vt præmittitur.*] ſ. in tribus proximis §.

f ¶*Perditis.*] ſed de quibus perditis hoc intelliges? dicéſne loqui de perditis illis, quæ retineri poterant: quia alia non dimittuntur iuxta præcedentes §. vt eorum collatio ſpectet ad Papam? Dicas ꝙ ſic: mens enim fuit conditoris huius canonis ſuæ collationi reſeruare omnia beneficia, quę ipſo iure per hanc conſtitutionem vacare cenſentur, vt ſ. dixi.

g ¶*Nos.*] ſcilicet viuentes.

h ¶*Vel Apoſtolicam ſedem.*] ſ. nobis ad æternæ ſalutis gaudium euocatis. Vel potes dicere ſedem Apoſtolicam, etiam nobis viuentibus; cum vbi ſit Papa, ibi ſedes Apoſtolica, vt notaui ſ. in §. nos itaque. in ver. Romanæ Eccleſiæ.

i ¶*Quamprimùm commodè.*] ſcilicet arbitrariè, iuxtà regionum longinquos, vel propinquos viarum diſcurſus. arg. de electio. c. cupientes. & c. quàm ſit. lib. 6. de app. cum ſit Romana. C. eo. tit. l. cum poſt. & eſt ſimile huic de cle. ægro. c. vnico. §. ſi autem epiſcopus. lib. 6.

k ¶*Indilatè.*] i. abſque torpore, mora, vel negligentia.

l ¶*Valeamus.*] non dicit, de perditis aliquid ꝙ de illis valeat diſponere tamquam per hanc conſtitutionem reſeruatis: quare facit pro hoc quod dixi in verbo, perditis. ſed cũ quantùm ad certificationem Papæ faciendam, hic æquiparari videantur dimiſſa, & perdita. videtur ꝙ ſicut illa ſunt hic reſeruata, ita & perdita. Sed ad hoc poteſt dici, ꝙ licet de hoc ſit Papa certificandus, vt valeat de illis diſponere: non ex hoc ſequitur, ꝙ de omnibus vt de reſeruatis diſponat vel diſponere velit, aliàs hæc reſeruatio iuris communis ſublatiua, poteſtati ordinariorum derogatiua, & ſic odioſa ampliaretur, & extenderetur ad caſus non expreſſos, quod de iure tolerabile non videtur. per hoc autem quod dicit, ſalubriter diſponere valeamus: videtur innui, ꝙ Papa ſit certificandus de talibus beneficijs, & eorum qualitatibus: quia illarum expreſſio aperire & parare poteſt viam ſalubri diſpoſitioni Papæ.

m ¶*Quantùm autem.*] Sexta pars.

n ¶*Ante factam.*] ſ. §. nos itaque. ſ. ꝙ qs vnã dignitatem, perſonatum, officium, prioratum, eccleſiã, vel aliud beneficium cum cura poſſit cum aliquo, vel alio ſimili ſine cura licitè retinere.

o ¶*Eccleſiaſtica.*] qualia ſunt illa propriè, q̃ clerico tantùm conceduntur in perpetuum, i. ad vitam, quæ reſidentiam expoſcunt: quam exigit omne beneficium, niſi de contrario conſtet: vt no. per Inn. de cle. non reſi. clericos. & de talibus dicitur, ꝙ ſine canonica inſtitutione detineri non poſſunt. de inſti. ex frequentibus. de reg. iur. c. 1. lib. 6. ad differentiam illorum quæ conferuntur etiam laico tamquàm benemerito. 16. q. 1. c. poſſeſſiones. & q. 6. c. illud. C. de ſacroſan. eccle. l. iubemus. 12. q. 2. quicunque ſuffragio, vel cauſa pietatis. 12. q. 1. quia tua. 22. diſt. c. ſi qui verò.

p ¶*Nomine.*] de nomine enim curandum non eſt, ex quo conſtat de corpore. arg. extra de procu. petitio. ff. de hære. inſti. l. quotiens. cum ſimilib.

q ¶*Parochias.*] ſed quæ beneficia habere dices parochias? Dic vt no. per Gar. & Guido. de elec. licet canon. lib. 6.

r ¶*Vicarios perpetuos.*] beneficia igitur in quibus inſtituuntur vicarij perpetui, non dicuntur quo ad hanc modificatiõnem habere curam, quin cum alio curato poſſint retineri, vt hic, & de præb. ſuper eo. lib. 6. de ſe tamen curata ſunt quo ad vicarios ipſos, vt no. Ber. de offi. vica. ex parte. Sed an rector principalis nihilominus dicatur curam habere? Dicas ꝙ ſic: quia cum ſpiritualem iuriſdictionem ſuper vicarium & alios habeat, vt dicto c. ſuper eo. curam habere dicetur. de elect. dudum. & infrà ſtatim ſequitur. ſic ſentit Hoſt. de præben. expoſuiſti. de fi. presby. conſtitutus. in verbo, perpetuus. & in c. ad hoc. ſuper verbo, præfuerunt. Non enim eſt inconueniens, ꝙ in eadem eccleſia ſint plures curam inſolidum habentes vno ſuper alio exiſtenti. no. Inn. de præb. cum non ignores. ad hoc facit in arg. efficax iſte textus: quia cum tantùm quo ad modificationem præfatam tales eccleſiæ habentes vicarios, non dicantur habere curam habere: aliàs quo ad modificationem iſtam nihil ſpecialitatis induceretur per hanc decre. argum. ad hoc de præb. lib. 6. præſenti. §. loca. de rerum permu. c. 1. Item quia ſtatutũm in certo caſu ſingulariter, in alio effectũ ſuum non extendit. arg. ff. de lega. 3. l. hæres meus. §. 1. de aur. & arg. lega. l. 1. §. item ſi duę.

Curã in ſolidum poſſunt plures in eadem eccleſia habere.

ſ ¶*Temporales vicarios.*] ideo ſic dictos: quia ad tempus, nõ in perpetuum duratura eſt eorum vicaria: puta ceſſante cauſa, vel lapſo tempore, ob quam & vſque ad quod talis vicaria conceſſa eſt. extra de appel. peruenit. & de æta. & quali. cap. ex ratione. de elect. cum ex eo. §. porrò. lib. 6. & talibus committenda eſt cura per ordinarium, vt in dictis iuribus, & de officio archidiaco. cum ſatis. Si quæras quare illa beneficia, quæ reguntur per vicarios temporales non dicuntur incurata, ſicut illa quæ reguntur per perpetuos? Reſpondeo, quia rector principalis per temporalem vicarium deſeruiendo, per ſeipſum deſeruire & curam exercere cenſetur: cum ille iure ſuo hoc non faciat. argum. extra de reſtitutio. ſpolia. cum veniſſet. ff. de acquiren. poſſeſ. l. quod meo. ſecus autem eſt in perpetuo, qui nomine & iure ſuo curam exercet, & pro illo iure agere & defendere ſe poteſt. de iudic. cum deputati. de probat. ex literis. cum beneficium proprium dicatur habere. de reſcrip. poſtulaſti.

Vicarius tẽporalis curam ſuo nomine non exercet: qđ tamen facit perpetuus.

t ¶*Viſitare.*] iſta quæ ſequuntur reddunt beneficium curatum, vt hic, & de elect. dudum. & ad quid teneatur ille qui viſitat faciendũ viſitationis tempore: Dic vt legitur. & not. de offic. ordi. inter cætera. 10. q. 1. decernimus. & cap. epiſcopum. & cap. placuit.

u ¶*Inquirere.*] de inquiſitione, quæ ſit parte inſtante, vel ex mero officio, qualiter & quibus præcedentibus habeat fieri,

Inquiſitio an poſſit fieri infamia non præcedente.

yide

vide quod legitur de accuſ. qualiter. tam per ordinariam & extraordi.gloſ.& per Inno.de ſimo.licet Heli. Vbi nos.quòd inquiſitio quæ fit ex mero officio iudicis,fieri poteſt etiam publica infamia non præcedente. & per hoc tolerari poſſe videntur inquiſitiones, quæ fiunt per iudices moderni temporis tam eccleſiaſticos, quàm temporales.& ꝓ hoc facit extra vt eccleſ.benefi.c. vt noſtrũ.

Procuratio an poſſit tolli præſcriptione.

a ¶*Procurationes recipere.*] quæ recipiendæ ſunt iuxta formam, c. cum Apoſtolus. de cenſibus, & contra talem procurationem q̃ debetur ratione viſitationis de iure communi non currit præſcriptio ex parte illius, qui ad eam tenetur, licet alius in eo poſſit eam præſcribere:ſecus autem ſi debetur procuratio conſuetudinis ratione:tunc enim per habentem etiam illam præſtare, præſcribi poteſt.extra de præſcrip. cum ex officij. cum not. ibidem.In quibus autem,& de quibus rebus procuratio ſit præſtanda,vide quod not.Inno.de cenſi. Romana.

rationes [a] accipere, ſuſpendere [b], excommunicare [c], ſeu ab excommunicationis,& ſuſpenſionis ſententijs abſoluere [d] de conſuetudine [e], vel de iure [f]: iuribus [g] alijs de animarum cura loquentibus in ſuo robore quo [h] ad cætera permanſuris [i]. Nulli [k] ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrarum moderationis, ſtatutorum, conſtitutionum, reſeruationis, inhibitionis, & voluntatum infringere [l], vel ei [m] auſu [n] temerario contraire. Si quis autem hoc attentare [o] præſumpſerit, indignationem [p] omnipotentis Dei, ac beatorum Petri [q] & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum [r]. Datum [ſ] Auinioni xiij. Calend. Decembris, anno ſecundo.

Suſpenſus, ab officio, an intelligatur ſuſpenſus à beneficio.

b ¶*Suſpendere.*] ſuſpenſio eſt multiplex. de quo vide quod not.per Compoſt. de conſue. cum dilectus. per Inno. de exceſ.præla.tanta.per Ber.de cle.excom.latores. Sed iuxta hoc quæro,ſi quis eſt ſuſpenſus ab officio,an intelligatur ſuſpenſus à beneficio? De hoc dic per Io.And.extra de pœnis.c. fi.in gloſ.quæ incipit,nota nouam ſpeciem,circa fi. cuius opinionem approbo q̃n dicitur in fi.illius gloſ. videntur iſtæ tres opiniones iungẽdæ & ſequendæ, &c.Dic breuiter, quòd aut ſuſpenſio inducitur ab homine propter crimẽ, quod conſtat fore commiſſum,& tunc extenditur ad beneficiũ,niſi ex cauſa illud ſibi retineatur,vt not.dicto c.latores.& de cle.pug. in duello,Henricus. & ad hoc facit de purg.canon.c. 2.& c. inter ſollicitudines. cum ibi not. per Hoſt. ſecus ſi inducitur à canone, quia ſuſpenſus ab officio, ſuſpenſus non videtur à beneficio, niſi à iure exprimatur. ſic not. Hoſt. & Gul. poſt eum,de re iudi.c.cum æterni.& Io.33.diſt. c. præter hoc.licet in ſuſpenſo ab homine ibi notet idem,ſed malè.

c ¶*Excommunicare.*]excommunicationis diuerſi ſunt modi ſecundùm leges & ſecundùm canones: dicitur enim quis excommunicari ſecundùm leges à perceptione corporis Dominici,in corpore authen.de ſan.epiſcopi.§. omnibus autem epiſcopis.coll.9. & ibi not. de iſta excommunicatione poteſt intelligi c. extra de vſu. quia in omnibus. quandoque à gremio ſanctæ matris Eccleſiæ.C.de ſa.ſan.ec.l.placet. & ibi no. quandoque ab ingreſſu eccleſiæ. in corpore authent. de interdi.collegi.hære.circa fi.coll 8. C. de ſum. tri.l.2. quandoque à communione fidelium. ſicut eſt banniri. in 10. col. in tit.hic finitur lex.circa prin. De alijs ſpeciebus & modis excommunicationis ſecundùm canoniſtas, & ipſarum effectibus,dic vt not.per Hoſt. in ſum.de ſent.excom. §. quot ſunt ſpecięs.& §.quis ſit effectus.

d ¶*Abſoluere.*]talis abſolutio competit ratione iuriſdictionis,non officij, vnde eam ſimpliciter impendens tempore interdicti, non eſſet irregularis: ſecus ſi aliàs eam impenderet officiando, vt not.Innocen. & Hoſtien. de exceſſib. prælato.tanta.

1 Pro quo facit glo. in d.c.cum cõtingat. quã Io. And.referente Maria.Sozi.ibi nõ legit alibi, & examinat ibi Maria. an dñs poſſit corrigere familiã & pater filiũ. & addit ibi Bar. Sozi. quòd iudex dẽt filium à patre ſibi traditum punire ſecundũ voluntatem patris. l. 3. C. de pa.pote. nõ pęna mortis. l.milites. 2. §.fi. ff.de rę mil. Cępolla in cautela ſua 1. allega. l. qui cũ vno. §.filium.eo. tit. Font.

e ¶*De conſuetudine.*]collige hic talia de quibus pręmittitur poſſe quæri per conſuetudinem. de elect. dudum. §. ſed cum iure. cum ſimi. & hoc indubitabile videtur de illis qui talia habent facere ratione ſuorum beneficiorum. Sed nunquid alicui priuato clerico ꝑ conſuetudinem quęri poſſet, vt aliũ poſſet excommunicare? videtur quòd non. arg. de offic. archid.cum ſatis.& iſtam opinionem ſequitur Hoſtien. de foro comp.cum contingat. Inno. autem contrarium 1 tenet. de reſti.ſpol.cum olim inter.& Hoſt.ibidem in hanc ſententiam declinare videtur.

f ¶*De iure.*] ad quos de iure communi excommunicare & abſoluere ſpectat,vide quod legitur 2.q.j.nemo.extra de offi. ordina. cum eccleſiarum prælatis. & plenius in ſumma per Hoſtienſem de ſentent. excommunic. §. quis poſſit excommunicare.

g ¶*Iuribus alijs.*]de quibus dixi ſuprà in gloſſa. beneficia igitur.vel dic,alijs,vt in decreta.licet canon. de elect. libro 6. & de præbend.de multa. & eodem titu. cum ſingula. libro 6. de æta.& qualit.capitu.ex ratione.cum ſimilibus.

h ¶*Quo ad cætera.*]ſcilicet præterquàm ad modificationem hic poſitam.

i ¶*Permanſuris.*]ſic nota,quòd detractione facta ſuper certo articulo iuri antiquo per nouum, in cæteris remanet non correctum,quia quod non mutatur, &c. C. de teſta. l. ſancimus.de app. ꝑcipimus.

k ¶*Nulli ergo.*] hic poſſet pars ſeptima aſſignari.

l ¶*Infringere.*] cum enim principis conſtitutio quemcunque arctet etiam inuitum,omnis homo ad eius obſeruantiam tenetur. C. de legi. l.3.& l.leges ſacratiſſimæ.25.quæſt.1.capitu. generali. extra de conſti. capitu. 1. etiam ſi aliàs videretur dura vel iniqua.19.diſtin. in memoriam.ff.qui & à quibus.l.proſpexit.

m ¶*Vel ei.*]ſcilicet paginæ.

Legis verba licet offendere ſeruata mente.

n ¶*Auſu temerario.*] hoc dicit, quia ex cã rõnabili & ſecundũ iura alia confirmata, non eſt prohibitum contra verba huius conſtitutionis ire,vt mens ſeruetur conditoris: permiſſum eſt enim verba legis offendere ſeruata mente. ff. qui petant tu.l.credendum.de excu.tut.l.ſcire.§.aliud. extra de verborum ſigni.capitu.intelligentia. ſic not. ff.de legi.l. contra. & dixi de reg.iur.capitu. inſpicimus. libro 6. & ideo permiſſum eſt doctori interpretari verba legis.C. de prof.qui in vrbe Conſtant.l.vnica.libro 12. not. extra de poſtula.prælato. capitu.1.C.de legi.l.1.

o ¶*Attentare præſumpſerit.*] ſcilicet infringere, vel auſu temerario contra iſtam conſtitutionem venire.

p ¶*Indignationem.*] humano more loquimur. ſimile extra de reb.eccle.non alie.ſi quis presbyterorum. 24.q. 1. odi, & proieci.extra de exceſ.præla.clerici.in corpore authen.vt non luxuri.contra natu.§.1. coll.6. propriè enim loquendo Deus numquam indignari poteſt, cum ſit incommutabilis. de hoc etiam per Hoſt.dicto capitu.ſi quis.

q ¶*Petri & Pauli.*]de iſtis Apoſtolis ſingulariter dicit,quia alios Apoſtolos quadam prærogatiua præcellunt. 2. q. 7. capitu. beati. & qui vrbem Romanam parili conſortio glorioſo cruore martyrij conſecrarunt. de electio. fundamenta. libro 6.

2 De materia huius gloſſæ vide notata per doctores in c.j.de ſepulturis. lib. 6.

r ¶*Incurſurum.*]ſed qualiter 2 hæc intelliges, & verba ſimilia in literis gratioſis Papæ apponi conſueta, quòd infringens conſtitutionem, vel mandatum temerariè, talem indignationem incurrat.Poteſt dici non improbabiliter, quòd ſi talis infringat,vel non ſeruet Papę conſtitutionem, credens ipſam conſtitutionem facere non potuiſſe, hæreticus eſt cenſendus.25.quæſtio.1.violatores.& multis capitu. ſequen.19. diſtinctio. capitu. nulli fas.quare hoc caſu non immeritò talis per hoc errans in poteſtate clauium, Petro & in eius perſona ſuis ſucceſſoribus datarum,Matth. 16.capitu. 24. quæſtio.1.quodcunque.extra de re iudi.capitu. ad Apoſtolicæ.§. nos itaque. indignationem Dei & Apoſtolorum incurrere dicitur,cum ſit ibi extra fidem: Sed ſi aliàs credat Papam conſtitutionem facere potuiſſe,ſed aliter eam ſeruare contemnit, vel eam infringit,non eſt per hoc cenſendus hęreticus, ſed grauiter peccat,ſic quòd pœnam depoſitionis meretur.4. diſtinctio.§.vlt.ſic ſentit Ioan.dicto capitu. nulli fas. & clarius Gar.extra de elect.capitu.generali. libro 6.nam & ſecundùm legem ciuilem tranſgrediens principis conſtitutionem pœna ſacrilegij tenetur.C.de ero.mil.anno.l.lege repetita.libro 12. & hoc caſu etiam cum talis peccare dicatur,& quantum in ſe eſt, principi obtemperare nolit contra verbum Domini. 1. Petri.capitu.2.extra de maiori. & obedien.capitu. ſolitæ.indignationem Dei & Apoſtolorum non immeritò incurrere dicitur.

Loci appoſitio an ſit de ſubſtantia contractus.

ſ ¶*Datum Auinioni.*]Arg.in inſtrumentis contractuum, vel procurationum fore apponendum locum contractus.ſic ſentit Accur.C.de tabu.l.generali. libro 10. & Ioan. And. extra de re iud.capitu.abbate.§.pen.& Hoſt.plenius proſequens extra de fi.inſtr.capitu.inter dilectos.§.1.in verbo, facilius, pro quorum opinione facit in corpore authen.quib. mod. natu. effi.legi.§.quantum.coll.6.Sed ſi tanti viri intelligere voluerunt, quòd loci appoſitio ſit de ſubſtantiali eſſentia inſtrumenti,hoc non reputo penitus expeditum.Zenzelinus.

Sedes Apoſtolica.] ¶In quatuor partes eſt diuiſibilis præſens conſtitutio. In prima enim harenga, ſeu præfatio præmittitur. In ſecunda facti recitatio ſubiungitur: ibi, *Sanè pridem.* In tertia expectantibus beneficia ex virtute literarum Apoſtolicarum declaratio annectitur: ibi, *Verũ quia. &c.* In quarta ad literas iuſtitiæ eadem declaratio extenditur: ibi, *Idem etiam, &c.*

TITVLVS IIII.

De conceſſione præbendæ, & Eccleſię non vacantis.

¶Executores gratiarum, & iudices cauſarum à ſede Apoſtolica deputati, in diœceſibus iam diuiſis procedere poſſunt ſicut ante diuiſionem poterant. Et cōgruè ponitur ſub hoc titulo, cum loquatur de executoribus, de quibus frequens mentio habetur in titu. de conceſ. præben. lib. 6. patet in c. executor. c. ſi capitulo. & c. ſi ſoli. Et potuiſſet ſituari ſub titu. de reſcript. vel de offic. delega. vel de paroch.

CAP. I.

Sedes [a] † Apoſtolica in ſuis actibus [b] veritatem [c] proſequens [d], lucē [e] amans, libenter euitat [f] nodoſæ [g] ambiguitatis inuolucrū [h], illamque ſibi ſemper in ſuis ordinationibus reſeruare cautelam [i] intendit [k], vt de illis [l] ita proueniat commodum, quòd alijs non immineat detrimentum [m]. ¶ Sanè [n] pridem ad diuini cultus augmentum [o], & ad ſalutem [p] populi, quem in nonnullis [q] ciuitatibus, ac diœceſibus ſic multiplicauit [r] Altiſſimus, quòd in earum [ſ] ſingulis ſingulorum [t] vultus [u] nequibat, vt eum decet, [x] vnicus [y] paſtor inſpicere, aut alias [z] partes boni paſtoris [a] implere, ſalubriter intendentes, in ipſis diœceſibus (quarum nonnullas in duas, & aliquas in plures diœceſes duximus [b] diuidendas) certas ciuitates [c] & eccleſias ereximus

a ¶*Sedes.*] quæ cenſetur eſſe vbi Papa eſt, vt dixi plenè in decre. Execrabilis. & in capitu. Ad onus.

Chri actio noſtra eſt inſtructio.

b ¶*In ſuis actibus.*] Actus ſedis Apoſtolicæ conformandi ſunt iuxtà poſſibilitatem actibus diuinis: omnis enim Chriſti actio noſtra eſt inſtructio. 2. q. 1. Deus omnipotens. 81. diſt. c. legitur. potiſſimè per virtutem humanitatis & clementię; per quàm ſola Dei ſeruatur imitatio, & quæ ſola Deo nos æquat. in corpore authen. vt iud. ſine quoquo ſuffra. §. itaque. collatio. 2. C. de nupt. l. imperialis. de dona. inter vir. & vxo. l. vlti. iuxta illud: Imitatores Dei eſtote ſicut filij chariſſimi. & ad hoc facit 40. diſt. cap. non nos. & multis cap. ſeq.

†Hæc extrauagans hr inter cōes ſub titu. de offic. deleg. cum gloſſa Guilielmi de Monte Lauduno.

†Veritas qd eſt, & vide B. Thomam par. 1. q. 16. ar. 1.

c ¶*Veritatem.*] quid eſt † veritas? Reſpondeo, ipſe Deus, qui de ſeipſo dicit: Ego ſu m via, veritas, & vita. Ioan. 14. c. & legitur. 11. quæſt. 3. cap. exiſtimant. & c. Imperatores. & c. abijt. de pœnit. diſt. 2. c. ſi enim inquit. §. qui dicit. 8. diſt. ſi conſuetudinem. Sed veritas inquantum eſt creatura humana, poteſt dici indubitata rei certitudo, maximè per viſum. Inſti. de gra. cogna. §. hactenus. & in corpore authen. de fide inſtrum. circa princ. colla. 6. vnde veritati omnis opinio habet ſuccumbere. 8. diſt. c. veritate. ff. quando actio de pecu. eſt annalis. l. 1. §. vlti. aliàs eſt ibi lex, quæſitum. & ad leg. Aquil. l. inde Neratius. §. vltimo.

Veritas opinioni præfertur.

d ¶*Proſequens.*] intantum quòd ſententiam per ſe latam cō mutat in melius ex cauſa veritate comperta. 35. quæſtio. 9. c. ſententiam. extra de re iudi. c. cum olim. de pur. vulg. c. ſignificantibus. ff. quando actio de pecu. eſt annalis. l. quæſitum. aliàs eſt ibi §. ſub. l. 1.

e ¶*Lucem amans.*] Nota principem, qui lex eſt animata in terris, in corpore authen. de conſuli. §. vlt. colla. 4. lucis & claritatis amicum fore: nam nihil proprius eſt legum quàm claritas. in corpore authen. de teſt. imperfe. §. nos igitur. coll. 8. & ſimplicitas magis quàm difficultas placet legi. Inſti. de fideicom. hære. §. ſed quia. Nec mirum, quia qui in tenebris ambulat, neſcit quo vadat. iuxta verbum Domini, Matth. 15. 38. diſt. cap. quæ ipſis. de æta. & quali. c. cum ſit. & ideo alibi legitur. Qui malè agit, odit lucem. arg. Inſti. de ob. quæ ex delict. naſ. §. furtum. nam tenebræ aptæ ſunt ad malum. ff. de ven. inſpi. l. 1. §. mulier.

Claritas eſt propria legibus.

Tenebræ multis officiunt.

f ¶*Euitat.*] nec mirum cum ad eam & ad eius onus ſpectet iuris dubia declarare. extra qui fil. ſint legi. c. per venerabilem. §. rationibus. cum eius ſit interpretari cuius fuit & condere. C. de legi. l. vlti. 11. quæſt. 1. §. ex his omnibus. extra de ſentē. excom. inter alia.

g ¶*Nodoſæ.*] id eſt perplexæ, & inuolutæ ad inſtar nodi inextricabilis. ſimile extra de ver. ſig. cum olim. Inſt. de fideicō. hære. §. ſed quia.

h ¶*Inuolucrum.*] id eſt, inuolutionem, & perplexitatem.

i ¶*Cautelam.*] eius cautela magna debet nobis eſſe inſtructio. 81. diſt. legitur.

k ¶*Intendit.*] ſ. in dubio.

l ¶*De illis.*] ſ. ordinationibus.

m ¶*Detrimentum.*] hoc dicit, quia non debet vni cum alterius iniuria ſubueniri. 22. q. 2. cap. primum. 14. quæſt. 5. denique. C. de emanci. lib. l. nec auus. vnde in dubio Papa per ſuā ordinationem non intendit iuri alterius derogare. ff. ne quid in lo. pub. fi. l. 2. §. meritò. & §. ſi quis à principe. 99. diſtinctio. nullus. & cap. ecce. de offic. deleg. ex parte 2. & c. ſuper eo. de reſtitu. ſpolia. audita. cum ſimilibus. Ratio huius eſt, quia omnibus ſubditis æqualis defenſio iuris eſt per l. debita. ff. de pœnis. l. capitalium. § ad ſtatuas. & per conſequens per principem, cum ipſe obtinere velit quod ſuæ leges volunt, in corpore authē. de iudic. §. omnis autem. colla. 6. ne aliàs inde videantur naſci iniuriæ, vnde iura naſcuntur. C. vnde vi. l. meminerint. extra de accuſa. qualiter 1.

Princeps & leges cunctos defendere debēt.

n ¶*Sanè pridem.*] Secunda pars. & ſume verbum, ſalubriter intendentes. quod eſt infra.

o ¶*Augmentum.*] deſiderium eſt enim, & eſſe debet cuiuſlibet fidelis, & potiſſimè vicarij Chriſti augmentare cultum diuinū, vt hic, & extra de conſtitu. ex parte. de reſcript. quia per ambitioſam. lib. 6.

Nihil fit ſine Deo.

p ¶*Salutem populi.*] ſcilicet Chriſtiani indigentis permaximè pabulo verbi Dei. Matth. 4. cap. 44. diſtinc. ſit rector. extra de offic. ordin. cap. inter cætera.

q ¶*Nonnullis.*] id eſt aliquibus: duobus enim verbis negatiuis magis affirmari quàm negari videtur. ff. de verb. ſig. l. duobus. ſimile de reſcrip. quia nonnulli. de hoc plenius in decret. cum inter nonnullos.

r ¶*Multiplicauit Altiſſimus.*] Deus ergo multiplicare ſuū populum dicitur, cum ſine ipſo fiat nihil. Ioan. 1. C. de veteri iure enucl. l. 1. 23. q. 4. c. Nabuchodonoſor. in verbo, non ergo. aliàs eſt ibi §.

ſ ¶*Earum.*] ſ. ciuitatum, vel diœceſum.

t ¶*Singulorum.*] ſ. de populo.

Vultus dupliciter ſumitur.

u ¶*Vultus.*] hoc verbum ſumi poteſt largè pro actu extrinſeco: & tunc expones, vultus, id eſt actus exteriores, ſeu intrinſecos, ex quibus de extrinſecis præſumitur bonum, vel malum. 41. diſt. §. vlt. 32. q. 5. qui viderint. de præſump. ex ſtudijs. Inſ. i. de rerum diui. §. ceruos. in corpore auth. de mona. §. cogitandum. coll. 1. vnde verſus:

Intima per mores cognoſcim us exteriores.

Poteſt etiā accipi ſtrictè pro aſpectu faciei, & expone tūc, vultus, id eſt facies, quas epiſcopus confeſſionis tempore in confitentes ſibi debet inſpicere, vt diſcernat quanto rubore, ſeu tremore, vel erubeſcentia quis peccata confiteatur, vt ſecundùm hoc pœnitentiam moderetur. arg. ad hoc ff. de quæſtio. de minore. §. tormenta. cautela eſt tamen adhibenda, ne ex aſpectu concupiſcentia inhoneſta poſſit ſubſequi, puta ex aſpectu faciei muliebris: ſuper quo vide quod plenè no. Hoſt. in ſum. de pœnis. §. qualiter ſacerdos.

x ¶*Vt eum decet.*] hoc dicitur, quia epiſcopus curam habere dicitur omnium & ſingulorum de diœceſi. 10. quæſtio. 1. regenda. 25. diſtinct. perlectis. & ipſorum animæ de eius manibus requiruntur. extra de offic. ordina. irrefragabili. de regulis iur. q uamuis.

y ¶*Vnicus paſtor inſpicere.*] quare ob multitudinem meſſis credentium dignum fuit, vt mitterentur alij operarij ad tantā meſſem recolligendam. 22. diſt. in nouo.

z ¶*Aut alias.*] puta ſcilicet prædicationibus, ſacramentorū collationibus, & ſimile de offi ordi. inter cætera.

a ¶*Partes boni paſtoris.*] quales debeant eius eſſe, vide quod not. 44. diſtinctio. ſit rector. & 45. diſt. diſciplina.

b ¶*Duximus diuidendas.*] diuiſio, & vnio epiſcopatuum ad ſolum Papam noſcitur pertinere. 16. quæſtione 1. præcipimus. & capitu. ſicut. extra de exceſſio. prælatorum, ſicut vnire.

Epiſcopat. Papa ſolus diuidit.

c ¶*Ciuitates.*] Nota ciuitatem dici antequā ibi ſit ſedes epiſcopalis:

palis:non ergo talis ſedes conſtituit ciuitatem.ad idem 3.q.2. audiuimus.80.diſt. cap. 1.extra de priuile. c. 1. vbi de hoc per Pet.de Samp.Quid autem dicatur ciuitas, videre potes quod ſuper hoc recitat Guliel.de reſcrip.ſtatutum.in verbo, ciuitatibus.lib.6.

thent.de tabel.§.& non fingant.colla 4.

r ¶*Prouidè conſiderantes.*]prouida ſecundùm ius ſicit conſideratio conditoris huius capituli per ea quæ no. ſ. in verbo. detrimentum.

ſ ¶*Prædictam.*]ſ.factam de vna diœceſi in duas, vel in plures.

cathedrales[a], quarum ſingulis proprias, diſtinctas, & limitatas [b] diœceſes [c] iuſſimus aſſignari. Verùm [d] quia plures ante [e] ordinationem, ſeu diuiſionem noſtram huiuſmodi tam à nobis, quàm à prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus Apoſtolicas obtinuerunt literas [f] ſuper beneficijs eccleſiaſticis in [g] ipſis tunc [h] integris diœceſibus vacaturis [i], quarum [k] nonnullæ [l] reſtant adhuc [m] executioni [n] mandandæ: Nos amouere volentes [o] cuiuſuis dubitationis ſcrupulum [p], qui circa executionem graitarum ſuper huiuſmodi beneficijs conceſſarum poſſet [q] forſan incidere, & prouidè [r] conſiderantes attentius, quòd per ordinationem, ſeu diuiſionem noſtram prædictam [ſ] ius [t] ad rem expectantibus dicta beneficia antea competens ex ratione [u] mutari [x] non debet, quin adeò efficax in diuiſis diœceſibus maneat [y] ſicut prius [z] erat: auctoritate præſentium declaramus [a], quòd omnes & ſingulæ gratiæ [b] ſuper beneficijs vacaturis [c] ante diuiſionem huiuſmodi [d] in ipſis quondam integris [e] diœceſibus à nobis, vel prædictis prędeceſſoribus perſonis quibuſcunque [f] conceſ-

a ¶*Cathedrales.*]id eſt, Epiſcopales.

b ¶*Limitatas.*] taliũ diœceſum limites præſcribi non poſſunt. 16. q.3.cap.licet in regulis.

c ¶*Diœceſes.*]à quo loco dięceſis incipiat cõputari, an à fine ciuitatis, quæ murorum ambitu clauditur,an à fine ſuburbiorum ciuitatis, vide quod not. Vincen.de reſcript.Rodulphus.& Guliel.in c.ſtatutum.ſuper ver.in ciuitatibus.lib.6.

d ¶*Verũ.*]Tertia pars.

e ¶*Ante ordinationem.*] de obtinentibus enim literas poſt talem ordinationẽ & diuiſionem non eſſet dubitatio, cum literæ de vna diœceſi mentionem facientes,ad aliam ſuum effectum non extenderent.

t ¶*Ius ad rem.*] i. ad petendum beneficium competens, & illud eſt condictio ex canone, vel officium iudicis, vt no.Inn.de conſti. cum M.in gl.pe. & de præb. inter cetera.in gl. ſ.collatio.Et iſtud ius petẽdi competit ex mandato Papæ facto de prouidendo, aliter de beneficio vacaturo, vt dixi ſ.in glo. tales literæ. Et eſt ius in re, quod ex collatione quæſitũ eſt, vt ibi dixi.

Ius ad rem & ius in re differunt.

u ¶*Ex ratione.*] ſ.iuris,ſecundùm quã princeps licet ſolutus 1 legibus ꝓfitetur ſe velle viuere.C.de legi.l.digna vox.nec vult à iuris tramite deuiare. extra de prob.licet.de excep.cum inter.de accuſ.licet. §.ne autem alias.imo vult obtinere qđ ſuæ leges volunt.in corpore auth.de iudi.§.oĩs aũt.& talis voluntas in eo appellatur poteſtas ordinata:ex voluntate autem illa, ſolutaque poteſtate, qua cunctis præeminet, talis mutatio de qua ſequitur fieri potuiſſet. de reſcript. quia per ambitioſam. lib.6. & arg.de pœniten. diſtinct. 3. §. in perſona. tunc enim ſufficeret ſibi pro ratione voluntas. Inſt.de iure nat.§.ſed & qđ principi.ff.de conſtitu. prin. l. 1. quæ in dubio ſancta & iuſta præſumitur.40. diſtin. cap. non nos.& ibi not.

1 Vide B. Thomam.1.2.q.96. art. 5.

Poteſtas ordinata & ſoluta in principe reperiuntur.

f ¶*Literas.*]tales literæ vtpote ambitioſæ,ſunt reſtringendæ non relaxendæ.extra de præb.cum olim.& eod.tit.c. quamuis. lib.6.& de talibus literis conſueuit per aliquos dici, quòd in beneficialibus ſunt loco tit.vt not.Compo.de reſcrip.c. ſuper literis.circa fin.Sed in contrarium videtur, quòd gratia, quæ ſine literis fieri poteſt,ſemper literas præuenit, vt not. Inno. de reſcript. conſtitutus. nam ſola verbalis collatio facta conſentienti dat ius in beneficio.de præb. ſi tibi abſenti. de conceſ.præb.c.vlti.lib.6.& argu. C. de dona.l ſancimus. §. exceptis.& not.Inno.de reſcri c literis.vndè poteſt dicere quòd litera Apoſtolica eſt loco tituli quo ad probationem iuris quæſiti per collationem præcedentem, non autem eſt pro titulo quo ad iuris acquiſitionem,cum ſine ea ſit iam quæſitũ. Aliqui tamen dicunt,ꝙ litera eſt pro titulo in collatione facienda,non autẽ in iam facta,vel eſt titulus remotus nõ immediatus.ſic videtur ſentire Guli.de lit. conteſt. c. exceptionis. in glo. 1.ad principale. lib.6. Sed aliter & fortè verius poteſt dici,quòd etiam in facienda non ſit titulus, quia ſicut in iam facta verbalis collatio eſt titulus iure quæſitus abſque alia traditione. arg. extra de accuſ. accedens.& nota. Compoſt. de conſt.cum M.& Inno. de præb. cum inter. ita & in facienda mandatum verbale factum de conferendo, eſt titulus, cuius vigore competit imploratio officij mandatarij pro facienda collatione,qua facta aſſequitur quis ius in re,ante verò ius ad rem,licet non in re.de præb.c.quadam.de conceſ. præb.c. vlt. lib.6.Sed litera Apoſtolica erit probatio illius tituli,ſicut alia ſcriptura quæ ſit de titulo,non eſt titulus,cum frequenter ſolo conſenſu perficiatur.ff.de actio.& obliga.l.ex conſenſu.inſtit.de obl.quæ ex conſ.cum ſimilibus.ſed eius probatio.ff.de pign.l.contrahitur.Et ad iſta potes videre quod Gulil.pro & contra plenè proſequitur in proœmio lib. 6.& quod aliàs dixi ad iſtam materiam de reſcri.c.literas.clem. 5.

Literæ Apoſtolicæ an ſint impetrantibus pro titulo.

g ¶*In ipſis.*]ſ ciuitatibus.

h ¶*Tunc.*]ſ.tempore diuiſionis per nos factæ.

i ¶*Vacaturis.*]in quibus ſolus Papa, non alius ius conferre poteſt.de conceſ.præben.propoſuit.

Papa ſolus ius in vacaturis confert.

k ¶*Quarum.*]ſ.literarum.

l ¶*Nonnullæ.*]i. aliquæ ſeu multæ.

m ¶*Adhuc.*]ſ.poſt factam prædictam diuiſionem.

n ¶*Executioni.*]quæ non dẽt retardari prætextu obiecti criminis,ſ.quo ad miſſionem in poſſeſſionem,niſi contra publicè diffamatum.de accuſ.accedens.vñ literæ executorię cõſueuerunt de curia emanare.An aũt per eas ius, & quale quæratur,vide quod no.per Ber.& Inn.de reſcrip. conſtitutus.

o ¶*Volentes.*]dic vt dixi ſuprà in verbo,ciuitat.

p ¶*Scrupulum.*]i.ſollicitudinem,ſeu curioſitatem. ſimile de ſimonia,per tuas 2.

q ¶*Poſſet forſan incidere.*]hoc dicit, quia nihil ſic indubitatum eſt inter homines, quin poſſet, licet aliàs ſit deciſum, quandam ſollicitam dubitationem ſuſcipere. in corpore au-

x ¶*Mutari non debet.*]facit ff.de iti. actuq; pri. l. nec enim. C.de admi.tut.l.ſancimus.extra de reg.iur.cap.factum legitimè.lib.6.

y ¶*Maneat.*]ſcilicet ius ad rem competens. Simile poteſt induci de legato, vel fideicommiſſo relicto, quod efficax remanet ſicut prius.licet diuiſio interueniat.ff.de leg. 2.l.Titia. § Lucia. de pignoris obligatione, quæ firma remanet, licet res obligata diuidatur.C.cõia vtri.iudi.l.ſi factis.& de ſeruitute quæ ſolida debetur,licet fundus ſeruiens ad plures deuenerit.ff.ſi ſerui.ven.l.loci corpus.§. ſi fundus.& ff. fam. erciſc. l. hæredes.§. an ea.& §.contra ſi promiſſor. & de iuriſdictione, ſeu viſitatione, quæ in totũ debetur ſicut prius poſt talẽ diuiſionẽ,vt in extrauag.domini. Ioan.Papæ xxij.quæ incipit, ad Apoſtolatus.

Diuiſio nõ tollit legatum nec pignoris obligationem, &c.

z ¶*Prius erat.*]ratio huius eſt,quia ex diuiſione ſecuta conditio obligationis ex gratioſis literis ortum habens, mutari de iure non poteſt.arg.ff.de verb.oblig.l.2.§.1.de prætor. ſtipul.l.prætoriæ.§. incertam.fam. erciſc.l. hæredes. §. contra ſi promiſſor.cũ ſimilibus.

a ¶*Declaramus.*]nõ videtur ergo hæc cõſtitutio iuris noui editiua,ſed antiqui declaratiua, cuius iuris antiqui mẽs colligitur ex iuribus in glo.proxi.all egatis.

b ¶*Gratiæ.*]cum dicat, omnes & ſingulæ, intelligendũ eſt quod hic dicitur,nedũm de conceſſis in forma ſpeciali, imo in forma communi,puta pauperum: quia licet in illis ſecũdũ alios literæ tales dicantur de iuſtitia, nihilominus gratioſæ dicuntur,cum omni lege humana Papa 2 ſit ſolutus.9.q. 3. cuncta per mundum. ff. de legi. l. princeps. vel alio reſpectu ſunt gratioſæ in hoc,ꝙ magis vni quàm alij conceduntur.extra de præb.relatum.cũ ibi not.arg.ff.ad ſanatuſconſul. Sylla. l.3.§.ſicut omnes.de reli.l. vlt.extra de iu. patr.cum autem.cũ ſimilibus.& hunc intellectum denotat verbum, quibuſcunque.quod eſt infrà.

2 Præſul Romanus eſt oi lege ſolutus. & vide B.Thomam 1.2.q.96.arti.5. ad 3.argum.

c ¶*Vacaturis.*] de conceſſis igitur ad iam vacantia beneficia hic non loquitur, cum in illis facta gratia ſtatim poſſit ſuum effectũ conſequi,nec ex diuiſione ſubſequenti poſſit in illis alicuius probabilis dubitationis ſcrupulũ ſuboriri, contra quod pñs conſtitutio prouiſionem inducit declaratoriã.

d ¶*Huiuſmodi.*]ſcilicet diœceſum.

e ¶*Integris.*]ideſt,non diuiſis.

f ¶*Quibuſcunque.*]iſtius verbi vniuerſalitas expreſsè deſignat-

ſæ[a] tam in ipſis[b] nunc[c] diuiſis, quàm in alijs[d] diœceſibus deciſis ab illis[e], eiſdem modo[f] & forma poſſint ſuo[g] ordine † per[h] executores inde datos, & alios ad quos id pertinebit[i], ad debitam[k] executionem adduci, quibus[l] ante diuiſiones ſæpefatas poterant,[m] & debebant. Idem[n] etiam declaramus[o] quo ad literas Apoſtolicas iuſtitiam[p] continentes; vt videlicet iudices dati per[q] illas in cauſis quarumlibet[r] perſonarum, quæ nunc[ſ] de huiuſmodi diœceſibus diuiſis[t] exiſtunt[u], poſſint iuxta earum tenorē[x] prouidè[y] procedere, ac ſi dictæ diœceſes de quibus mentio in literis eiſdem habetur, integræ[z] remanſiſſent[a]. Nulli, &c.

¶Nullus impediat capitula, archidiaconos, & alias perſonas in iuribus, quæ ſibi competebant in eccleſiis integris, quin illa iura percipiant poſt diuiſionem ipſarum ſicut ante ſoliti erant percipere: quoniam in beneficijs diuiſis habet quis eadem iura, quę habebat in integris. Et hoc cap. ſub hoc titulo fuit poſitum, quoniam declarat pręcedens, vt clarè patet. concor. cap. quia monaſterium. de relig. domi. in antiquis.

CAP. II.

AD apoſtolatus noſtri peruenit auditū, quòd aliquarum eccleſiarum[b] per nos ab alijs eccleſijs[c] ex certis[d] cauſis, quæ ad hoc[e] noſtrum animum induxerunt, auctoritate[f] Apoſtolica diuiſarū, pręlati & ſubditi capitulis, archidiaconis, & alijs[g] perſonis eccleſiarum[h], à quibus ſupradictę[i] eccleſiæ ſunt diuiſę, multipliciter iniuriari[k] præſumunt

gnat, q́ etiam de gratijs in forma cōi conceſſis quod hic dicitur intelligatur arg. ff. de hære. inſti. hoc articulo. extra de maio. & obe. c. ſolitæ. iuxta finem. quia in eis fauorabilior eſt cauſa non mutandi ius ad rem competens ex talibus diuiſionibus, quàm in cæteris, vt not. Compoſt. de reſcript. c. capitulum. in glo. quia quæſtiones. §. item quæritur an executor. verſic. ſed poſt dictum.

a ¶*Conceſſæ.*] ſed de quibus cōceſſis intelliges quod hic dicitur, an de conceſſis ꝓprio motu Papæ, vel ad preces, vel ſupplicationem? Dic q́ de omnibus, cum dicat textus, omnes & ſingulæ: & dicat, quibuſcūque: non diſtinguēdo inſtātibus aliquibus, vel nō. arg. de leg. præſtan. l. 1. §. generaliter. 19. diſt. ſi Romanorū. extra de priuil. quia circa. & quia in omnibus eadē eſt ratio: ergo idē ius. ff. de fonte. l. 1. §. hoc interdictum. extra de confir. vti. cum dilectam. cum ſimilibus. & q̃a diuerſitatis rō reddi non poteſt, idem ius eſſe in omnibus inductū videtur, ff. de iniu. teſta. l. poſthumi. §. 1. de verb. obli. l. à Titio. C. de libe. præteri. l. r.

† No. ordinē diligenter ſeruandum, & fortè non ſolū in præſentatione, vt gl. hic, ſed ēt in alijs qualitatibꝰ, vt no. c. tibi qui. de reſcri. lib. 6. & vltra iura vulgaria, q́ de ordine dicunt, addo tibi text. & gl. in tit. de defen. ciu. §. quæ igitur. colū. 3. vide Clau. Cātiū culam in loco ab ordine. Imo. Nico. Euer.

b ¶*In ipſis.*] ſcilicet diœceſibus.

c ¶*Nūc diuiſis.*] ſcilicet in duas. vel in plures, vt ſuprà prius integris & antiquis.

d ¶*Alijs diœceſibus.*] ſcilicet nouiter creatis, & erectis.

e ¶*Ab illis.*] ſcilicet antiquis, & ante diuiſionem integris.

f ¶*Modo & forma.*] vt ſecundum mandatum de prouidēdo executores prouideant, & per mandatum de compellendo compellant, iuxta capitulum, ſi capitulo. & c. ſi ſoli. & c. quia cunctis. de conceſ. præben. lib. 6. cum ſua materia.

g ¶*Suo ordine.*] quaſi dicat iuxta proprietatē p̄ſentationis, circū ſcriptis dolo & negligentia notabili. de reſcrip. tibi qui. & c. duobus. lib. 6.

Executor ad gratias, qualiter p̄cedere pōt.

h ¶*Per executores.*] executor ad gratias ꝓcedere poteſt cauſa nō cognita, vt not. Inno. de præſump. dudū. de conceſ. pręb. propoſui. & Compoſt. de reſcrip. capitulum. & Guliel. eo. tit. c. ſtatutū. lib. 6. etiam aliquo non citato. not. per Inno. de tranſla. epiſ. c. vlti. Sed an executor datus ad prouidēdum, debeat admittere oppoſitores, vel excipientes: vide quod not. per Inno. de deſpon. impub. c. ad diſſoluendum.

i ¶*Id pertinebit.*] ſed qui ſunt illi? Rn̄deo ſubexecutores dati per principales executores, vel ordinarij habentes prouiſionem, vel collationem facere ad inſtantiam executorū datorum ad compellendū. extra c. ſi ſoli. de conceſ. præb. lib. 6.

k ¶*Debitā executionē.*] quaſi dicat, ſeruata forma reſcripti prouidendo de beneficio quod cadit in gratia, non de alio. de præben. cui de non ſacerdotali. lib. 6. & arg. ad hoc C. quorum appel. non recipi. l. ab executione.

l ¶*Quibus.*] ſcilicet modo, & forma.

m ¶*Poterant.*] ſcilicet ex mandato ſibi facto de prouidendo, vel compellendo, vel alio.

n ¶*Idem etiam.*] Quarta pars. & expone idem, ſcilicet quod dictū eſt ſuprà proxi. de literis gratiæ.

o ¶*Declaramus.*] hic dic vt dixi in parte præcedenti in verbo ſimili, declaramus.

p ¶*Iuſtitiā continentes.*] vt ſunt illæ, per quas mādatur de iure partium debitè cognoſci, & negotiū debito fine decidi.

q ¶*Per illas.*] intellige tales, quæ iuriſdictionis fuerint attributiuæ: in alijs enim ſecus. puta ſi eſſent ab excommunicato obtentæ in alio articulo, quàm appellationis, vel abſolutionis. de reſcri. ipſo iure. lib. 6.

r ¶*Quarumlibet perſonarum.*] nō ergo refert per quācunque p̄ſonam, aliàs tamen habilem, & contra quęcunque literæ fuerint impetratæ, ob textus vniuerſalitatem. arg. de maio. & obe. c. ſolitæ. 19. diſt. c. ſi Romanorum. ff. de hære. inſti. l. hoc articulo. & de leg. præſtan. l. 1. §. generaliter. Sanè tamen intelligas ſi literæ ſint ita impetratæ, q́ ex ſui forma quaſcunque perſonas poſſint apprehendere: aliàs ſecus. de reſcrip. ſedes Apoſtolica.

ſ ¶*Nunc.*] ſcilicet tempore editionis huius decret.

t ¶*Diuiſis.*] ſcilicet ab illis diœceſibus, de q̄bus in literis fit mētio.

u ¶*Exiſtunt.*] ſcilicet ratione domicilij, vel ratione rei ibidē poſſeſſæ: ſuper quo vide ſi placet qđ aliàs plenè not. de reſcript. c. ſtatutum. lib. 6. licet aliqui ibidē contra notent.

Mādati formam iudex ſeruare tenetur.

x ¶*Tenorem.*] hoc dicit, quia forma mandati & tenor eſt exacta diligentia obſeruandꝰ. de reſcript. cum delicta. de reſti. ſpo. Piſanis. ff. man. l. diligenter. aliàs proceſſus non valeret iudicialis; ſed partialis, id eſt, per partes habitus & factus, puta ipſarū confeſſiones fortè valerēt. per cap. Piſanis. vbi ſic not. Pet. de Samp.

Diſcretioni mater cæterarum virtutum.

y ¶*Prouidè.*] puta diſceretione præuia, quæ mater cæterarū virtutū dicitur. de offi. cuſt. c. 1. de re iud. paſtoralis. §. verum. Clem. 5. 1. q. 5. præſentium. nam & contra multa iudices dati iuriſdictionē ſortiuntur, etiam in literis non expreſſa, maximè contra illa ſine quibus cauſa commiſſa ad effectum perduci non poſſit. de offic. deleg. c. 1. & c. præterea. vt lit. non conteſta. quoniā frequenter. §. vlt. ff. de iuriſdi. om. iudi. l. 2. & arg. ff. de proc. l. ad rem. & l. ad legatum.

Iudex multa in literis nō expreſſa poteſt.

z ¶*Integræ.*] id eſt. non diuiſæ, vel aliæ ab illis non deciſæ.

a ¶*Remanſiſſent.*] & ſic per conſequens cōputabantur olim duæ dietæ, iuxta ca. nōnulli. de reſcrip. hodie vna. iuxta cap. ſtatutū. eo. tit. lib. 6. à fine diœceſis, perinde ac ſi non fuiſſet diuiſa reſpectu nō habito ad diœceſim nouam, id eſt, de alia deciſam, de quia conueniendus exiſtit. Ratio huius poteſt eſſe, quia impetranti reſcriptū nihil poteſt imputari, nec ex ſuperuenienti tali deciſione vel diuiſione diœceſum, ius illi q̄ſitū ex reſcripto ad conueniēdum aduerſariū tolli debet. arg. extra de reſti. ſpo. audita. de elect. c. conſtitutionē. §. inſuper. Clem. 5. ff. ne quid in lo. pub. l. 2. §. meritò. & §. ſi quis à principe. & in c. dilecto. de verb. ſign. c. ex parte. & c. ſuper eo. de offic. de lega. & firmat Compoſt. in c. cauſam. de reſcrip. & in §. s̄. proxi. præcedenti. Zenzelinus.

Diuiſio textualis.

AD *Apoſtolatus.*] ¶Diuide iſtā decre. in quatuor partes. in prima facti præmittitur recitatio. In ſecūda ſuper diuiſione epiſcopatuū ſubiungitur Papalis intentio: ibi, *Quia igitur.* In tertia annectitur ipſa conſtitutio: ibi, *Nos præſentis, &c.* In quarta ſubinfertur trāſgreſſus cōminatio: ibi, *Si enim aliqui.*

b ¶*Aliquarū eccleſiarum.*] ſcilicet nouiter in cathedrales erectarum.

c ¶*Eccleſiis.*] ſcilicet antiquis cathedralibus.

d ¶*Ex certis cauſis.*] ſcilicet ad diuini cultus augmentū, & ſalutem populi Chriſtiani.

e ¶*Ad hoc.*] id eſt, ad diuiſionem de ipſis faciendam.

Epiſcopatꝰ diuidere nullus pōt præter Papam.

f ¶*Auctoritate Apoſtolica diuiſarū.*] vt in decreta. ſedes Apoſtolica. & bene dicit, Apoſtolica. ad nullū enim inferiorē ſpectat epiſcopatuū diuiſio. 16. q. 1. cap. præcipimus. & §. ſicut. not. extra de exceſ. præ. c. ſicut vnire. de offi. lega. capitu. quòd tranſlationem.

Perſona dicitur aliquis perſonatum habens.

g ¶*Alijs perſonis.*] id eſt p̄ſonatū, vel aliud ius beneficiale obtinentibus. extra de reſcrip. ex parte S. perſonæ de offic. ord. ad hoc ſi perſona.

h ¶*Eccleſiarum.*] ſcilicet cathedralium antiquarum.

i ¶*Supradictæ eccleſiæ.*] ſ. erectæ nouiter in cathedrales.

k ¶*Iniuriari.*] nō ſumitur hic iniurari ſpecialiter ꝓ cōtumeliam facere: ſed generaliter pro eo qđ nō iure fit. ff. de iniur. l. 1. ad legem Aquiliam. l. ſed ſi quacunque. §. iniuriam.

a ¶Non

a ¶*Non permittentes.*]& maleficientes alijs,quod ab eis ſibi fieri nollent. 1.diſt.in prin.extra de maio.& obe. c. dilecti. ne quiſquam impediri debeat vti iure ſuo.ff.de iti.actuque priui. l.ſi deuia.ſi à paren.quis manu.fuer. l. non vſque. aliàs eccleſiaſticus ordo confundi dicitur, ſua vnicuique ſi iuriſdictio non ſeruetur. 11.q.1. peruenit.

b ¶*Iuribus ſuis.*]puta viſitationibus ſuis, & procurationibus, & ſimilibus,vt patet j. Suis autem ideo dicit. quia licet iura beneficiorũ nõ ſunt pro priè beneficiatorum: pro ipſis tamen nomine ſuo & agere & defendere pñt, ſi fuerint ſeculares. extra de iudi.c.cum deputati.& de proba.ex literis. no.Compoſt. de reſcri. c.edoceri.

c ¶*Quia igitur.*] Secũda pars.

d ¶*Intentionis noſtræ.*] Nota ad intentionem facientis ſicut & mandantis fore recurrendum. extra de offic. deleg.ſuper eo.de præb.c. cum cauſam. & c. cum olim.de arbi. c. expoſita.ff.de leg.1.l. ſi ſeruus plurium.§. vlt. de condi.& demon.l.in conditionibus.de excuſ.tut.l. ſcire.§. illud. q pet. tut. l.credendum. cum ſim.

e ¶*Epiſcopatuum.*]ſcilicet nouiter creatorũ, & erectorum.

f ¶*Eccleſiarum.*]ſ.antiquarum.

g ¶*Factæ ſunt.*] ſ.epiſcopatuum nouorum.

Princeps alterius iuri derogare non intendit.

h ¶*Aliquatenus derogare.*]collige hic vulgatũ notabile, quia princeps per factum ſuum iuri alterius derogare non intendit,niſi inquantum exprimit.extra de offic.deleg.c. ſuper eo.de vſu.pal.ex tuarum.de priuil.paſtoralis. ff. ne quid in lo.pub.l.2.§.meritò.& §.ſi quis à principe. C. de emancip. lib.l.nec auus.ne aliàs naſcantur iniuriæ, vnde iura naſci debent.extra de accuſ.qualiter.C.vnde vi.l.meminerint.

non [a] permittentes eos vti iuriſdictionibus & iuribus [b] ſuis, ſicut ante diuiſionem huiuſmodi vtebantur. Quia [c] igitur intentionis [d] noſtræ non extitit,nec exiſtit, per diuiſionem epiſcopatuum [e] eccleſiarum [f], à quibus diuiſiones factæ [g] ſunt,capitulis, archidiaconis, vel alijs perſonis velle aliquatenus [h] derogare, niſi quatenus in diuiſionum huiuſmodi literis Apoſtolicis continetur [i] expreſsè: Nos [k] præſentis auctoritate ſtatuti [l] vniuerſis prælatis, capitulis, & alijs quibuſcunque perſonis eccleſiaſticis eccleſiarum [m] deciſarum, & in cathedrales eccleſias per nos auctoritate Apoſtolica erectarum, præcipimus [n] & mandamus, ne [o] capitula,archidiaconos,& alios perſonatus,vel dignitates, officia,ſeu beneficia in prędictis primarijs [p] eccleſijs obtinentes,quominus viſitationes exerceant, procurationes [q] recipiant,iuriſdictiones & iura archidiaconalia [r] & alia bona obtineant in prædictis [ſ] deciſis diœceſibus, ſicut ante diuiſionem huiuſmodi obtinebant [t], niſi quantum in diuiſionũ huiuſmodi literis Apoſtolicis caueatur expreſsè,impediant quoquo modo [u],quouſque per ſedem Apoſtolicam aliud fuerit ordinatum. [x] Si enim [y] aliqui contra præceptum agere [z], vel facere [a] præſumpſerint, nos præſumptores tales digna [b] curabimus animaduerſione punire. Nulli, &c. noſtrorum præcepti,& mandati infringere,&c. Datum Auinione quinto Calend. Octobris,anno quinto.

i ¶*Continetur expreſsè.*]Vbi ergo hoc exprimeretur,ſeruandum eſſet.19.diſt.in memoriam. ff. qui & à quib. l. proſpexit. quia licet inferiores prælati iura vnius eccleſiæ in aliam ſine certa ſolemnitate transferre non poſſint, extra de reb. eccle. non alie.c.1.Papa tamen gaudens plenitudine poteſtatis.2.q. 6.cap.decreto.extra de vſu pal.c.ad honorem.9.q.vlt. c. cuncta per mundum.& c.per principalem. hoc facere poteſt, nec eſt qui audeat dicere, Domine cur ita facis? de pœniten. diſt. 3. §. perſona. cum in ijs quæ de iure ſunt poſitiuo poſſit pro libito ſuper his diſpenſare. extra de conceſſio. præbend. cap. propoſuit.

Papę nullus audeat dicere,Dñe cur ita facis.

k ¶*Nos præſentis.*]Tertia pars.

l ¶*Statuti.*]hoc ſtatutum cum vniuerſis ſit directum,ius cõe continet: nam & vim ſententiæ, & rem perfectam noſcitur obtinere.extra de ver.ſig.c.in his.

m ¶*Eccleſiarum.*]ſ.nouarum.

n ¶*Præcipimus.*] tale præceptum ſeruandum eſt, aliàs non ſeruans puniri debet,quia quod præcipitur,&c.14.q.1. quod præcipitur.extra de verb. ſig.in his.qui enim poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit.

o ¶*Ne capitula.*]ſume verba,impediant quoquo modo:quæ ſunt infra.

p ¶*Primarijs eccleſiis.*]i.primæuis & antiquis,à quibus aliæ ſunt diuiſæ.

q ¶*Procurationes recipiant.*] ſuper hoc vide quod notaui in c.execrabilis.

r ¶*Archidiaconalia.*] quæ ſunt iura archidiacono de iure communi competentia, vide quod no.25.diſt.c.perlectis. extra de reſti.ſpo.literas.& melius per Inn.& Hoſt.de offi. arch. c.ad hoc.& c.cum ſatis.

ſ ¶*Prędictis deciſis.*]ſ.nouiter ab alijs antiquis.

t ¶*Obtinebant.*]per diuiſionem igitur talem factam iuriſdictio alijs cõpetens,vel eius exercitium non tollitur.Sic in l. cauet ꝙ diuiſis adminiſtrationibꝰ,& mutatis ab antiquo ſchemate, adminiſtrab nt officiales primæui ſicut prius.in corpore authẽ. de admi. offi. in ſac.ap. circa fi.2.col.& §. illud tamen ſancimus. colla. 3.ex cuius legis mente fuit ſumptũ quod hic ſtatuitur:ſicut non tollitur ius competens ex literis ad beneficia, vel ad lites primitus impetratis ex tali diuiſione, vt in decre. ſedes Apoſtolica.& dic vt ibi dixi.

Ordo literæ.

u ¶*Quoquo modo.*]ſcilicet facto, vel verbo, per ſe,vel per alium, publicè,vel occultè.

x ¶*Ordinatum.*] tunc enim ordinatio ſua eſſet in omnibus obſeruandá, vt ſupra dixi.

y ¶*Si enim.*] Quarta pars.

z ¶*Agere.*] verbo, vel re ipſa.

a ¶*Facere.*] re ipſa,vel facto.ff.de ver.ſig.l.Labeo.

b ¶*Digna.*]ſcilicet arbitrariè, iuxta culpæ qualitatem & proteruitatem excedentium imponenda. extra de pœniten. ſi quis ſuadente. Clem.5.eodem titulo, l. aut facta. cum ſimilibus. Zenzelinus.

TITVLVS V.

Ne ſede vacante aliquid innouetur.

¶*Vacante ſede imperiali,cum iuriſdictio ad Papam deuoluatur, ſub pœna excommunicationis hic prohibetur, quòd nullus tunc nomen vicarij,Imperatoris, vel alterius cuiuſcunque officij,retineat,aſſumat,nulluſque ei obediat vel auxilium præbeat: aliàs excommunicatio in perſonas,& interdictum in terras(niſi intra duos menſes reſipuerint) profertur. Tandem modus huius proceſſus publicandi exprimitur. hoc dicit.*

CAP. VNIC.

SI [c] fratrum [d] & coepiſcoporum [e] noſtrorum, & aliorũ [f] quorumlibet iura

c ¶*Si fratrum.*] ¶Hæc decret. congruè poteſt diuidi in quinque partes. In prima conſtitutionis occaſio ſeu ratio præmittitur. In ſecunda facti recitatio de vſurpantibus iura vacantis imperij ſubiungitur:ibi,*Sanè in noſtrarũ,&c.*In tertia: cõtra ipſos eiſque adhærentes, ſeu fauentes monitio ſub pœna, & in contemnentes lata ſententia annectitur:ibi,*Quia igitur, &c.* In quarta omnis eiſdem vſurpantibus facta ſuper hoc obligatio diſſoluitur:ibi,*Et vt quibuslibet &c.*In quinta, de literis,ſeu proceſſu contra tales factis facienda publicatio pollicetur:ibi,*Cæterùm vt huiuſmodi.*

Diuiſio textualis.

d ¶*Fratrum.*]epiſcopos,& ſuperiores prælatos Papa fratres, cæteros verò omnes eccleſiaſticos, vel ſeculares appellat filios: aliàs literæ ſuæ falſæ præſumuntur. extra de crim. fal. c. quàm graui.

e ¶*Coepiſcoporum.*]vocat ergo hic Papa epiſcopos ſuos coepiſcopos:ſicut & Imperator appellat milites ſuos commilitones.ff.de mili.teſta.l.1.dicuntur autem coepiſcopi quaſi ſimul epiſcopi:vnde cæteri epiſcopi quo ad ea, quæ ſunt de efficacia conſecrationis, vel ordinationis tanta gaudent poteſtate,quanta gaudent Papa,licet quo ad alia epiſcopi ſibi pares non poſſint dici, cum dicantur vocati in partem ſollicitudinis: ipſe verò ſolus in plenitudinem poteſtatis. 2. quæſtione ſexta.decreta.& capitulo ſequen.extra de vſu pal. capitu.ad honorem.

Epĩ tantum pñt quantũ Papa quo ad ea quæ ſunt de conſecrationis efficacia.

f ¶*Aliorum quorumlibet.*]nedum Chriſtianorum,imo etiã Iudæorum, 1 cum & illis iura ſua illæſa ſeruari mandentur. C.de Iudæ.l.Iudæi.& l.nemo exterus.& l.nullus.& l. die ſabbato.extra eodem tit.cap.Iudæi ſiue Sarraceni.Et quid de iuribus

1 Ad hanc gl. vide Oldra. conſi-

lio 264. & Pet. de Ancha. c. quanto. de vſu. & Brunelum doc. Aurel. in c. 1. de homi. in 4. parte concluſi. §. Iudeus factus Sarracenus an puniat. ponit idem Oldr. conſ. 51. Cuius rōues ſequirur Lud. Ro. ſin. 608. licet ibi dicat rationes Oldra. non valere: & qua pœna puniť Iudę? cognoſcens Chriſtianā, vide Oldra. conſi. 333. ibi, Pādono Iudæo fuerunt excecta virilia. & de pœna infligēda Iudęis no. Feli. in c. poſtulaſti. de Iudæis. Fonta.

ribus aliorum, puta Paganorum, vel Sarracenorum, vel aliorum quibus bellum per Eccleſiam eſt indictum, vel per epiſcopos eccleſiæ: nunquid illa ſeruanda ſunt illæſa? Videretur quòd ſic, cum ſic indefinitè, & vniuerſaliter loquatur, Quorumlibet, quod verbum de ſui natura tam bonos quàm malos cōprehendit. arg. ff. de hære. inſti. hoc articulo. extra de maio. & obe. c. ſolitæ. in fi. Sed contrarium eſt dicendum, cum bona talium occupanti concedantur ex cauſa. ff. de acq. re. do. l. naturalē. §. vlt. Inſt. de rer. diui. §. item ea. 23. q. 4. dicat aliquis. ſicut & bona hæreticorum confiſcari iubentur, C. de hæret. Auth. Gazaros. extra eo. tit. c. vergentis. & portantiū arma inimicis fidei. ſimile extra de Iudę. ita quorundā. & committentium crimen læſæ maieſtatis, C. ad leg. Iulia. maieſt. l. quiſquis. extra de pœnis, felicis. lib. 6. 5. q. 1. §. verum. verſi. ſiquis ex militibus. Vel breuius potes dicere, ꝙ quibuslibet iura ſua illæſa dicantur ſeruanda, niſi ex culpa ꝓpria priuationem talium iuriū incurrerint, vel incurrere debeant. Et expones illud, aliorum quorumlibet, ſcilicet merentium, & de ſe habilium ad iura aliqua acquirenda: & ſic verbum vniuerſale limitabitur, & reſtringetur, ſicut & alibi. C. de ſacroſan. eccle. l. 1. & 1. diſt. c. omnes leges. extra de priuil. c. vt priuilegia. §. illud. de ſent. excom. ſi verò.

illibata [a] ſeruari, & ab omni fore diſpendio [b] diminutionis [c] extranea cupimus, & ad illud libenter noſtræ ſollicitudinis ſtudium [d] adhibemus: multo fortius [e] equidem pro noſtris, & Romanæ eccleſiæ ſponſæ [f] noſtræ iuribus & honoribus conſeruandis [g], ex iniuncto [h] nobis officij debito, Apoſtolicę prouiſionis partes tenemur [i] impendere, ne temporibus noſtris vſurpationis [k] iniuriam ſubeant, aut detrimētum cuiuſuis derogationis incurrant [l]. ¶ Sanè [m] in noſtram & fratrum [n] noſtrorum deductum eſt (fama diuulgante) notitiam [o], quòd licet de iure ſit liquidum [p], & ab olim fuerit inconcuſsè [q] ſeruatum, quòd vacante imperio, ſicut & nūc per obitum quondam Henrici Romanorum Imperatoris vacaſſe dignoſcitur, cum in illo [r] ad ſecularem iudicem nequeat haberi recurſus [ſ], ad ſummum Pontificem, cui in [t] perſona beati Petri terreni [u] ſimul & cœleſtis [x] imperij iura Deus ipſe commiſit [y], imperij prædicti [z] iuriſdictio, regimen, & diſpoſitio deuoluuntur [a], & ea [b] ipſe [c] (durante ipſius vacatione imperij) per ſe, vel alium, ſeu alios exercuiſſe [d] noſcitur in imperio memorato: nonnulli tamen in Italiæ partibus poteſtatis, & dignitatis [e] faſtigium [f] illicitè [g] ambientes [h], in noſtrum & Romanæ ſanctæ matris [i] Eccleſiæ (quantum [k] in eis eſt) præiudicium euidens, ac diminutionem honoris [l] & iuris, vicariatus, ſeu

a ¶ *Illibata.*] id eſt intacta, vel illeſa.

b ¶ *Diſpendio.*] id eſt, damno. ſimile de reſcrip. diſpendia. lib. 6. de iudi. cap. diſpendioſam. clem. 5. Authen. de colla. §. ſuper hoc cenſemus. coll. 9.

c ¶ *Diminutionis extranea.*] quaſi dicat diminutionem ne ſcientia. ſimile in corpore authen. conſtitutio, quæ de dignitatibus. §. illud. coll. 6. ex quo §. ſumptum fuit hoc verbum.

d ¶ *Studium adhibemus.*] expediendo conſilia, & ad tollenda ſubditorum diſpendia pernoctantes in corpore auth. vt iud. ſine quoquo ſuffra. in prin. coll. 2. & adde quod dixi in c. ad onus. in verbo, cupienti.

1 Vide oīno B. Tho. 2. 2. q. 26. ar. 4.

e ¶ *Multo fortius.*] hoc dicit, quia quiſque ſe ipſum 1 & ſua plus diligere tenetur quàm aliena, vnde dici conſueuit:

Alpibus ille perit, qui ſe plus diligit vllum.

nam prima charitas incipit à ſe ipſo. C. de ſerui. & aqua. l. præſes. & ibi not. quare etiam legitur quòd eam non habens in ſe, in alio præſumitur non habere. 23. q. 5. c. ſi non licet. ff. de bo. eorum qui mortem ſibi conſci. l. vlt. §. ſic autem. de ædil. edi. l. cum autem. §. excipitur.

f ¶ *Sponſæ noſtræ.*] ſcilicet ſpirituali, cui matrimonij ſpiritualis vinculo alligatus Papa dicitur vt quicunque alius epiſcopus. 21. q. 2. c. ſicut in vna. 7. q. 1. ſicut alterius. extra de teſta. c. requiſiſti.

g ¶ *Conſeruandis.*] ſuper hoc alibi ſcribitur. iuſtitiam noſtrā & Eccleſiæ ſponſæ noſtræ nolumus negligere, qui alios in ſua iuſtitia confouemus. extra de immu. eccle. cap. quoniam. lib. 6. de ſup. negli. præl. licet.

h ¶ *Ex iniuncto.*] ſimile extra de hæret. cum ex iniuncto.

i ¶ *Tenemur impendere.*] ad hoc c 27. diſt. c. eccleſiæ. extra de confir. vti. c. cum dilecta.

Vſurpatio in malam & bonam partem ſumit.

k ¶ *Vſurpationis iniuriam.*] hic vſurpatio in mala parte ſumitur, puta pro illicita inuaſione, vel occupatione, vt alibi 23. diſt. c. illud 16. q. 3. licet. C. de fun. re. priua. vſus aquæ. lib. 11. aliquando ſumitur in bona parte: vſurpatum, id eſt, in vſum, vel conſuetudinem inductum. ff. ſolu. mat. l. ſi conſtante. §. quotiens. in fi. de vſucap. l. 2. de iniu. l. iniuriarum. §. vlt.

l ¶ *Incurrant.*] ſimile dicit lex in tutore, qui pati non debet iura pupilli ſui tolli, vel perire. C. de admi. tut. lex quæ. §. nec verò domum.

m ¶ *Sanè.*] Secunda pars.

n ¶ *Fratrum noſtrorum.*] ſcilicet Cardinalium, & ſuper hoc vide quod not. in decre. Execrabilis.

o ¶ *Notitiam.*] hoc n. ſcire dicimur quod ab alijs audiuimus. 22. q. 5. c. hoc videtur. & ad hoc extra de ſen, excom. cum deſideres. §. ſecundæ. ff. de peti. hæred. l. item veniunt. §. petitam. & §. à quo. de admi. tu. l. quidam. §. ex quo.

p ¶ *Sit liquidum.*] vt extra de re iudi. paſtoralis. §. vlt. Clem. 5. de foro comp. c. licet. vbi de hoc per Inno. & Hoſtien. & arg. extra de homi. pro humani. lib. 6.

q ¶ *Inconcuſsè ſeruatum.*] quaſi dicat abſq; alia interpretatione: & ſic per talem obſeruantiam potuit conſuetudo ius tribuens introduci. extra de ver. ſig. abbate. C. de edi. priua. l. an in totum. de emanci. lib. l. 1. de appar. iud. l. viros. lib. 12. extra de appel. bonæ memoriæ.

r ¶ *Cum in illo.*] ſcilicet vacanti imperio.

ſ ¶ *Recurſus.*] ſimile de foro compe. licet. cū in temporalibus nullus citra Papam ſit Imperatore quo ad iura imperij ſuperior. arg. 26. diſt. duo ſunt. 7. q. 1. in apibus.

t ¶ *In perſona beati Petri.*] ad hoc extra de re iud. ad Apoſtolicæ. §. nos itaque. lib. 6. 40. diſt. §. non nos.

u ¶ *Terreni.*] id eſt, laicorum, ſecundùm Lauren.

x ¶ *Cæleſtis.*] id eſt, clericorum ſecundùm eum. Vel poteſt exponi propriè terreni, id eſt, temporalis quo ad forum contentioſum, cæleſtis, id eſt, ſpiritualis quo ad forū animę: iuxta illud, Quodcunque ligaueris, &c. 24. q. 1. quodcunque. & q. 2. c. legitur.

Imperium commiſſum eſt à Chriſto et ſuper infideles.

Papa habet vtrūque gladium.

y ¶ *Commiſit.*] Matt. 16. 22. diſt. omnes. vbi reperies iſta verba; Qualiter autem Deus videatur in perſonam Petri ſuis ſucceſſoribus iura vtriuſque imperij commiſiſſe, & modum per quem hoc probatur, vide prout not. per Innocen. & Hoſtien. de foro competen. capitu. licet. Sed an iſtam commiſſionem Chriſtus feciſſe videatur nedum ſuper catholicos & fideles: an etiam ſuper non catholicos & infideles? Dic quòd ſic. & ſuper hoc vide quod not. Hoſtien. extra de vot. & vo. redemp. capitu. quòd ſuper his. in glo. magis. Item facit tex. in arg. quòd Papa habeat vtrumque gladium. & ſup hoc vide quod not. per Bern. & Hoſtien. extra qui filij ſint legi. cauſam quæ. & per Ioā. 10. diſt. plenius per Hoſt. in ſumma qui fil. ſint legi. §. & à quo.

z ¶ *Prædicti.*] ſcilicet vacantis.

a ¶ *Deuoluuntur.*] ſic iuriſdictio prælaturę epiſcopalis vacantis deuoluitur ad capitulum, extra de hæret. ad abolendam. de maior. & obedient. his quæ. & capitu. cum olim. eod. titulo cap. 1. libro 6.

b ¶ *Et ea.*] ſcilicet iuriſdictionem, regimen, & diſpoſitionem.

c ¶ *Ipſe.*] ſcilicet ſummus Pontifex.

d ¶ *Exercuiſſe.*] ſcilicet inconcuſsè, vt ſuprà.

e ¶ *Et dignitatis.*] ſcilicet imperialis, quæ non immeritò dignitas dicitur, cum etiam regalis poteſtas dignitas appelletur. extra de offi. deleg. c. hac conſtitutione. lib. 6.

f ¶ *Faſtigium.*] id eſt, altitudinem, ſeu præeminētiam. ſimile 48. diſt. c. ſicut Neophytus.

g ¶ *Illicitè.*] volentes fortè magis præeſſe quàm prodeſſe.

h ¶ *Ambientes.*] & ſic per conſequens caſum appetentes dicto capit. ſicut Neophytus.

i ¶ *Matris Eccleſiæ.*] 11. diſt. non licet. & capitu. præceptis. cum ſimilibus.

k ¶ *Quantum in eis eſt.*] hoc dicit, quia verè per factum eorum potiſſimè cum ſit vſurpatiuum Romanæ Eccleſiæ non præiudicatur. arg. C. de fun. rei priua. l. vſus aquę. libro. 11. 93. diſt. capitu. illud.

l ¶ *Honoris.*] ad cuius conſeruationem ſicut & iuris attendendum eſt per prelatum. vt in §. ſeq. & dic vt dixi in decr. ad conditorem. §. rurſus.

a ¶ Alte-

alterius [a] cuiuſcunque nomē officij, quod ipſo Imperatore viuente ex ipſius cōmiſſione [b] gerebant in certis terris, territorijs, [c] ſiuè locis poſt deceſſum ipſius [d] abſque [e] noſtra, vel Apoſtolicæ ſedis [f] petita, vel obtenta [g] licentia retinere [h] ſibi, & nonnulli etiam de nouo [i] aſſumere, quod non geſſerant [k], aut geſtum antea [l] poſteáque dimiſſum [m] reſumere [n] temerarijs [o] auſibus præſumpſerunt, quo, [p] vel quibus [q] adhuc non verentur abuti [r], & ſub eius, vel eorum colore [ſ] multa facere [t] & feciſſe [u] noſcuntur, quæ in noſtram, & Eccleſię prædictæ iniuriam [x] apertè redundant, non abhorrentes per id [y] varijs inuolui [z] criminibus, nec diuinæ maieſtatis formidantes offenſam [a]. ¶Quia [b] igitur error, cui non reſiſtitur, approbari [c] videtur, & latum [d] pandit [e] delinquentibus ſinum [f], qui eorum peruerſis conatibus non reſiſtit [g]: Nos volentes noſtris & Eccleſiæ ſponſæ noſtrę iuribus & honoribus ī hac parte proſpicere [h], & malis

a ¶*Alterius cuiuſcunque.*] puta œconomatus, vicedominatus, & aduocationis, caſteldionatus, vel ſimilis: arg. extra de iure patro. præterita. de elect. auaritiæ. lib. 6.

b ¶*Commiſſione.*] poteſt ergo Imperator viuens certum officium committere in aliqua terra imperio ſubdita, vt hic. ad idem in corpore authent. vt nulli iudi. §. & hoc verò iubemus. coll. 9. de admin. offic. in ſacris appella. coll. 3. cum ſimilibus. Sed nunquid per talem poſſunt per eum conſtitui iudices ordinarij? Dicas quòd ſic. in corpore auth. de defen. ciui. §. nos igitur. coll. 3. Item cum per legem ſcriptam iuriſdictio ordinario tribuatur. ff. de iuriſd. om. iud. l. & quia. ſic & per principem, qui eſt lex animata in terris. ī corpore authen. de conſu. circa fi. coll. 4. & ita not. extra ne pręla. vic. ſu. c. 1. Sed hic quæro, an talis commiſſa iuriſdictio per principem reuocetur per eius mortem? Videtur ꝙ ſic ad inſtar iuriſdictionis delegatę, quę morte mandatoris re integra expirat. extra de offi. deleg. gratum. & c. relatum. Sed contrarium verum eſt, vt probatur in corpore authen. vt nulli iudi. §. & hoc verò iubemus. ver. ſi verò & præcepta. coll. 9. & hoc ſic ſentit expreſsè Hoſtien. de offi. deleg. quoniam abbas.

Iuriſdictio ordinaria tribuitur ꝑ legem mortuā, & per legem viuā.

c ¶*Territorijs.*] à terrendo dictis. quod dic vt legitur ff. de verb. ſignifi. l. pupillus. §. territorium. De iſto territorio habes 16. q. 7. omnes baſilicę. extra de elect. vbi maius. §. pręterea. lib. 6. C. de epiſc. & cler. l. nulli. §. ꝙ ſi in vico. de na. lib. ſi quis. de omni agro deſer. l quicunque. §. illud. lib. 11. ff. de iuriſd. omn. iudi. l. vlt. de interdi. & releg. l. relegatorum. §. ſolet præterea. 63. diſt. ego Ludouicus.

Territoriū à terrendo dicitur.

d ¶*Ipſius.*] ſcilicet Imperatoris.

e ¶*Abſque noſtra.*] ſcilicet dum fuerimus in humanis.

f ¶*Vel Apoſtolicæ ſedis.*] ſcilicet poſt mortem noſtram. Et quod dicit, Apoſtolicæ ſedis, expone, ideſt, ſucceſſorum noſtrorum ſedi Apoſtolicæ præſidentium, à quibus petita & obtenta licentia, à ſede ipſa obtenta cenſetur, cum vbi Papa, ibi ſedes di catur, vt dixi in c. Ad onus. in verbo, ſedem Apoſtolicam. & in c. Execrabilis. in verbo, Romanæ Eccleſiæ. & iſto reſpectu cum dicit textus, vel: poteſt exponi vel, pro; ideſt.

Sedes Apoſtolica eſt, vbi eſt Papa

g ¶*Vel obtenta.*] Sed qualiter intelliges diſiunctiuam, vel, ſufficerétne talem licentiam petere, niſi obtineretur? Videtur ꝙ ſic, ob naturam diſiunctiuę, ad cuius verificationem ſufficit alteram partem fore veram. ff. de cond. & dem. l. cum pupillus. §. diſiúnctiuo. de cond. inſti. ſi hæredi. de verb. obli. l. ſi ita quis. extra de reſcrip. inter cæteras. 1 Sed contrarium credo, ꝙ non ſufficeret eam petere niſi & obtineret. arg. extra de elect. ſi religioſus. & c. quàm ſit. ne cle. vel mon. c. vt periculoſa. Nam cum diminutio iuris & honoris Eccleſiæ Romanæ hic verſetur, aſſenſus & voluntas eius ſponſi requiruntur. argu. ff. de aqua plu. arcen. l. in concedendo. & l. in diem. C. de omni agro deſer. l. quicunque. in ſi. lib. 11. aliàs ſequeretur abſurditas, ꝙ quicunque vellet iura vacantis imperij vſurpare, licentiam peteret, & eam obtinere non expectaret: & ſic iſta conſtitutio deluſoria abſque fructu remaneret. contra iura. ff. ne quid in loco publ. l. vlt. de iud. l. ſi prætor. C. de bo. quæ lib. l. vlt. §. vbi autem. & impoſita magis verbis, quàm rebus videretur, quod non eſt ſentiendum. C. communia. de leg. l. 2. extra de elect. commiſſa. §. porrò. Et ſic expones, vel, pro et, aut pro ideſt, vt prædixi. nec eſt hoc nouum, vt mens rei agendæ ſeruetur. ff. de verb. ſig. l. ſæpe. C. de verb. ſig. l. vlt. cum alterum tantùm, id eſt licentiam petere per ſe non ſufficeret, vt iam dixi 2: & ideo vtrunque etiam diſiunctim poſitorum exigitur vt concurrat. not. extra de reſcrip. ex parte 1. Vel potes aliter dicere, vt ad textū, cū dicit, petita, ſubaudias, & petenti conceſſa: & qđ ſequitur. ſcilicet, vel obtenta mera liberalite abſque aliqua facta petitione. arg. de præb. c. ſi motu. & c. ſi pluribus. lib. 6. & eod. tit. ſi Romanus. Clem. 5. & hanc fortè conſiderationem habuit canonis huius conditor ſic diſiunctim loquendo.

Diſiunctiua ꝑ parte vera, eſt tota vera.

1 Item vbi agitur de pęna infligenda, appellatione ſimplicium nō venit miſtum. c. ſtatutum. de elect. li. 6. l. 2. ff. de verb. oblig. glo. in ꝓœmio Inſtitu. de act. Fōt.

Vel, pro &, quandoque ſumitur.

2 Vide hic glo. in verbo. & figura. in fi. cle. ſæpe.

h ¶*Retinere ſibi.*] quod prius ex commiſſione gerebant, vt ſupra.

i ¶*De nouo.*] ſcilicet per mortem Imperatoris.

k ¶*Non geſſerant.*] ſcilicet eo viuente.

l ¶*Antea.*] ſcilicet in vita Imperatoris.

m ¶*Dimiſſum.*] ſcilicet adhuc Imperatore viuente.

n ¶*Reſumere.*] ſcilicet eo mortuo.

o ¶*Temerarijs.*] quia à iure improbatis. arg. 2. q. 7. ſi qui ſunt. extra ne cle. vel mon. cap. 2. lib. 6.

p ¶*Quo.*] ſcilicet nomine.

q ¶*Vel quibus.*] ſcilicet nominibus.

r ¶*Abuti.*] hoc dicit, quia in vſurpatis propriè nō eſt vſus. arg. 33. q. 5. c. quod Deo. extra de teſta. c. quia ingredientibus. C. de fun. rei priua. l. vſus aquæ. lib. 6.

ſ ¶*Colore.*] id eſt prętextu. ſimile de elect. auaritiæ. lib. 6. C. de ſacroſan. eccl. l. qui ſub prætextu.

t ¶*Facere.*] de præſenti, vt differat à verbo ſequēti. & quia infinitiuus modus quę de pręſenti ſunt, denotat, niſi ſubiungatur verbum futuri temporis. ff. de verb. obli. l. ſi ſtipulatus fuerim. §. 1. & l. ſi à colono. & l. cum ſtipulatus ſim.

Infinitiuꝰ q̄ ſunt pręſentia ſignat.

u ¶*Feciſſe.*] ſcilicet in præteritum.

x ¶*Iniuriam.*] illatam iniuriam Eccleſiæ Papa non poſſet remittere de iure communi. 63. diſt. c. Salonitane. 23. q. 4. ſi is qui. ſed ſuę perſonę illatam bene poſſet remittere, & rancorē relaxare ex corde tenetur: non tamen ſatisfactionem debitam, niſi velit. de pœnit. diſt. 5. c. vlt. 90. diſt. ſi quis contriſtatus. not. de hoc extra de malef. c. 1. de pœnit. Romana. lib. 6.

Iniuriā Eccleſię factā Papa remittere nequit.

y ¶*Per id.*] ſcilicet quòd qualecūque officium vel officij nomen ſuper imperio vacanti ſine licentia ſedis Apoſtolicę retinere, aſſumere, vel reſumere pręſumpſerint.

z ¶*Inuolui criminibus.*] ſed quæ & qualia ſunt crimina, quibus ſe inuoluere dicuntur? Ex prę miſſis poteſt dici, ꝙ tales qui falſo nomine ſibi magiſtratus aſſumunt, pœna criminis falſi reſtringuntur. ff. ad leg. Cor. de fal. l. qui nomine. & l. falſi. & l. eos. §. qui ſe. C. eod. tit. l. maiorem. Item pœna criminis læſæ maieſtatis. ff. ad leg. Iul. maie. l. 3. §. vlti. Item proſcriptionis titulo ſubiacentes, bonorum omnium amiſſione multantur. C. de diuer. offi. & appa. iud. probatorias. lib. 12. Item crimine inuaſionis, iuxta l. cum quærebatur. C. vnde vi. Item alijs fortè quę ſollicitudini ſtudioſi relinquo.

Magiſtratꝰ & officia ſibi falſo nomine aſſumentes varijs pęnis reſtringuntur

a ¶*Offenſam.*] quam incurrit immiſcendo ſe rei ad ſe non pertinenti, ſcientes. vel ſaltem ſcire debentes quod ſuum non eſt, ad alium pertinere. C. vnde vi. l. cum querebatur. non contenti poſſeſſione ſua res alienas inuadendo. 93. diſt. diaconi.

b ¶*Quia igitur.*] Tertia pars.

c ¶*Approbari videtur.*] 83. diſt. c. error. tenetur ergo quis reſiſtere errori proximi. Sed an hoc quo ad omnes 3 ſit præcepti, vide quod legitur & notatur extra de hęret. c. qui alios. & c. cum ex iniuncto. §. pen. de ſent. excom. quantę. 2. q. 1. ſi peccauit. Et poteſt dici ꝙ à peccato committendo quilibet proximum ex debito corrigere tenetur: & idem de commiſſo ſi ſit iterabile. extra de cog. ſpi. tua. In alio peccato quo ad illos, qui ſupra alios habent iuriſdictionem, vel correctionem à iure permiſſam, eſt pręcepti: in cęteris autem non, vt colligitur ex notatis in dictis iuribus.

3 Peccātes corrigere, an ſit pręcepti quo ad omnes. vide beatū Thomam 2. 2. q. 33. art. 2.

d ¶*Latum.*] id eſt largum, vel amplum.

e ¶*Pandit.*] id eſt patefacit, vel aperit.

f ¶*Sinum.*] id eſt locum, vel inceſſum. ſimile ff. de proba. l. qui teſtamentum.

g ¶*Non reſiſtit.*] ideo enim lex prodita eſt, vt appetitus noxius ſub iuris regula limitetur: in procœmio decre. in §. denique. Et dic, non reſiſtit per prohibitionem, vnde lex dicitur prohibitio non faciendorum. ff. de leg. lex eſt. & per pœnarū impoſitionem. ff. de iuſti. & iu. l. 1. Eſt enim lex delictorūcorrectio. ff. de leg. l. 2. & à Deo propter vindictam noxiorum poteſtas gladij eſt permiſſa. 23. q. 4. c. quęſitum. quę cum timetur, & mali coërcentur, & boni inter malos quieti viuunt, vt eod. cap. quæſitum. & c. non fruſtra.

Gladij poteſtas eſt vtilis.

h ¶*Proſpicere.*] preſidentis enim Eccleſię regimini incumbit officio, vt non ſolùm de animarum ſalute: verumetiam de extrinſeca vtilitate & cautela ſciat eſſe ſolicitus. 39. diſtin. Petrus. 86. diſt. c. fratrem.

a ¶*Ac ſcandalis.*] ad hoc extra de præſcrip. nihil. & in proœmio lib. 6. §. 1. in corpore authen. de quæſto. in prin. coll. 6.
b ¶*Huiuſmodi.*] ſcilicet vicariatus ſeu alterius cuiuſcunque officij.
c ¶*Celeriter.*] ad hoc extra de accuſ. c. prælatorum.
d ¶*Obuiare.*] futura enim præcauenda ſunt prout poſſunt. ff. loca. ſi quis demum. §. 1. extra de elect. c. licet. de ſer. non ord. c. 1. vbi de hoc 23. diſt. in nomine Domini. nã & exẽpla p̃ſentia nos cauere præmonẽt in futurum. 82. diſtin. cap. plurimos. in fi. Vel dic quòd de præſenti quid faciendum eſt, ne malum inſurgat quod in futuro poſſet inſurgere: aliàs autem humanæ naturæ non eſt, an futurũ bonum, vel malum contingat. ſcriptum eſt enim: Nõ eſt veſtrũ noſcere tempora vel momenta, &c. cum nec per humanam cuſtodiam cõſequi poſſit, ne damnum, vel malum euenire poſſit. ff. locati. l. ſed damno. quia ſolius Dei eſt præſcire futura. 26. q. 5. quòd autem.

Futura non ſunt in cognitione humana.

e ¶*Periculis animarum.*] iſtis ſpecialiter occurrendum. eſt. argum. extra de ſepul. c. animarum. lib. 6. qui nimis emungit, ſanguinem elicit. 4. diſtin. denique. extra de renun. niſi cũ pridem. §. propter malitiã. cum ipſę ſint rebus quibuſcunque pręferendę. C. de ſacroſan. eccle. l. ſancimus. in fine.

Sanguinem elicit qui nimis emungit.

ac[a] ſcandalis, quæ ex retentione, aſſumptione, ſeu reſumptione huiuſmodi[b] orta ſunt hactenus, & quæ periculosè poſſunt in antea ſuboriri celeriter[c] obuiare[d], necnon periculis[e] animarum huiuſmodi retinentium, aſſumentium, ſeu reſumentium nomina[f], & eis abutentium (vt præfertur) ſalubriter[g] occurrere cupientes, præſentium auctoritate monemus[h] ſub excommunicationis[i] pęna omnes, & ſingulos cuiuſcunque ſtatus, pręeminentiæ, dignitatis, aut cõditionis exiſtant[k], etiam ſi Patriarchali, vel quauis alia[l] ſuperiori, ſiue epiſcopali[m], vel regia, ſeu alia[n] quacunque p̃fulgeant dignitate, qui poſt vacationem[o] imperij abſque noſtra[p], vel ſedis pręd ictę licentia huiuſmodi vicarij, ſeu cuiuſuis alterius officij nomen vbilibet[q] retinuerunt, aſſumpſerunt, ſeu reſumpſerunt, & retinent & quia aſſument, uel reſumẽt fortaſſis in poſterum, & ſub talis donationis pallio[r] abuſi ſunt, & abutuntur, vel etiam abutentur poteſtate, vel iuriſdictione quacunque[s], ſeu eius exercitio[t] publicè vel occultè, quatenus decetero[u] etiã à denominatione huiuſmodi[x], ſeu cuiuſcunque[y] aſſumptione, reſumptione ac retentione prædictis, necnon vſu, poteſtate, & exercitio ſupradictis prorſus[z] abſtineant, & omnino deſinant. Inhibentes[a] inſuper ſub pęna[b] prędicta omnibus, & ſingulis patriarchis, prælatis, & etiam alijs ſuperioribus, ac regibus, ciuitatibus[c], comitatibus, vniuerſitatibus, capitaneis, poteſtatibus, rectoribus, comitibus, vicecomitibus, baronibus, & alijs omnibus cuiuſcunque ſint dignitatis, conditionis, aut ſtatus[d], ne prędictum huiuſmodi nomen, ſeu aliud quodlibet in eodem imperio[e] retinentes (vt pręfertur[f]) aut aſſumentes, vel eorum aliqui ſub denominatione[g], vel titulo huiuſmodi nominum, ſeu procuratores, cõmiſſarios, iudices, aut vices eorum gerentes quocunque colore quęſito[h] recipiant, vel ad mittãt: nec vt vicarijs, ſeu vicario, aut officialib. imperij pareant[i], vel intẽdãt, aut pareri vel intendi faciant[k], vel pmittãt[l], nec in his[m] eis, vel ei quomodolibet præſtent auxilium, con liter & in totum à prędictis abſtineant.

f ¶*Nomina.*] ſcilicet vicariatus, vel alterius cuiuſcũq; officij.
g ¶*Salubriter.*] hoc dicit, quia nimia increpatio nec correctionem recipit, nec ſalutem, & leuiter caſtigatus de facili reuerentiam exhibet caſtiganti. 45. diſt. cum beatus. ff. ad legem Aquil. l. nam nimia. iuxta illud.

Correctio ſit moderata.

Qui nimis emungit, ſolet extorquere cruorem.
Immoderata facit correctio deteriorem.
Sed moderata ſatis correctio ignit amorem.

h ¶*Monemus.*] hoc ideo, quia vindictam habet monitio præcedere. 12. q. 2. indignè. extra de ſent. excom. ſacro.
i ¶*Sub excommunicationis pęna.*] comminationis, non ſententię ſunt hęc verba in hoc caſu.
k ¶*Exiſtant.*] ſimile extra de elect. c. generali. & c. fundamenta. §. vt autem. de immu. eccl. c. clericis. §. nos igitur. li. 6. cũ ſim.
l ¶*Alia ſuperiori.*] quę hęc ſit dignitas ſuperior patriarchali non occurrit, niſi dicas de dignitate Cardinalatus, & ſecundùm hoc eſt iſte textus, & ſequens in argumentum, ꝙ dignitas Cardinalatus eſt maior Pontificali, licet per aliquos dici conſueuerit, ꝙ epiſcopalis dignitas ſit maior quàm dignitas Cardinalatus.

Cardinalatus an ſit maior pontificatu.

m ¶*Sine epiſcopali.*] aliàs pontificalis, præmittit dignitates eccleſiaſticas temporalibus: de quibus ſequitur, vt denotet ipſas digniores eſſe temporalibus. arg. de tranſla. epiſ. inter corporalia. & de maio. & obed. c. ſolitæ. 16. diſt. duo ſunt. nam ex ordine tex. ſumi argumentatio conſueuit. in corpore authen. de hære. & fal. §. inordinatũ. coll. 9. C. de nouo Cod. fac. §. pen. ver. ſeruus quidam, &c. cum multis ſimilibus.

Dignitates eccleſiaſticæ ſunt tpalib. digniores.

n ¶*Alia quacunque.*] quæ multiplex poteſt eſſe, vt patet de elect. fundamenta. §. vt autem. de immu. eccle. c. clericis. §. nos igitur. lib. 6.
o ¶*Vacationem imperij.*] de retinentibus ergo, vel aſſumentibus, vel reſumentibus nomen alicuius officij ſuper imperio non vacanti, non habet locum hæc conſtitutio, cum tunc ſit Imperator qui tales poteſt cohibere: nec tunc Eccleſia Romana in iure ſuo lædi dicatur, cum tunc regimen imperij ad eam non ſpectet, pro cuius conſeruatione fuit edita principaliter præſens conſtitutio, vt patet in hoc §. & etiam pręcedenti.
p ¶*Noſtra vel ſedis.*] eadem videtur eſſe licentia Papę & ſedis Apoſtolicæ, vt ſupra dixi, ꝙ vbi ipſe, ibi ſit & ſedes, vt dixi ĩ c. ad on*. & plenius in c. execrabilis. licet per aliam factã adiectionem, ſcilicet beneplaciti, vel voluntatis inducat differentiam inter iſta, vt colligitur. ff. loca. l. locatio pręcarij. extra de reſcrip. c. ſi gratioſè. lib. 6.
q ¶*Vbilibet.*] idest, vbicunque: hoc enim ad uerbiũ eſt loci deſignatiuum, vt dixi in c. ad onus. in verbo, vbilibet.

Vbilibet, locũ deſignat.

r ¶*Pallio.*] idest velamine ſeu colore, vt in parte præcedenti.
ſ ¶*Quacunquè.*] denotat hoc verbũ abuſum.
t ¶*Exercitio.*] meri vel miſti imperij, vel ſimplicis iuriſdictionis. arg. ff. de iuriſdict. omn. iud. l. imperium.
u ¶*Decętero.*] reſpicit futurum tempus, non pręteritum. ſuper quo vide quod notanter dicit Hoſt. extra de ſpon. duo. cap. vlt.
x ¶*Huiuſmodi.*] ſcilicet officij.
y ¶*Cuiuſcunque aſſumptione.*] ſuper hoc verbo eſt ſequenda expoſitio, quã feci ſupra ꝓx. §.
z ¶*Prorſus.*] hoc verbum, & ſequens omnino denotant quòd totaliter & in totum à prędictis abſtineant.

a ¶*Inhibentes.*] poſt tales inhibitiones dignum eſt detrimentum vetitos ſuſtinere. extra de conſti. c. 2. Et ſuper tali inhibitione vide quòd not. 30. diſt. c. nulli fas. extra de elect. cap. generali. lib. 6.
b ¶*Pęna prædicta.*] ſcilicet excommunicationis.
c ¶*Ciuitatibus.*] talis inhibitio facta ciuitatibus, & alijs de quibus ſequitur, facta cenſetur ipſis ciuibus. vel communitatem aut vniuerſitatem conſtituentibus. arg. ff. de leg. 1. l. ſi hæres. §. vicis. & l. ciuitatibus. de vſufruct. leg. l. legatum ciuitati iuncta. l. 2. de re. dub. nam ciuitas, communitas, vniuerſitas. de(cum ſit quid inanimatũ) alicuius inhibitionis, vel cẽſuræ eccleſiaſticę capaces non ſunt. arg. de ſen. excõ. c. ſi ſnia. §. cũ verò. li. 6. & not. de exceſ. pl. c. tanta. & arg. ff. de cond. & dem. l. municipib. vnde ea q̃ in facto cõſiſtunt, p eas expediri nequnt: quare per ipſarum membra habent expediri. arg. ad hoc C. de appa. præf. præt. l. cornicularij. lib. 12. de excu. mune l. maximarum. lib. 10. de aduo. diuer. iudi. l. reſtituendę. ſic ſentit Inno. de ſent. excom. c. Romana. circa finem.
d ¶*Aut ſtatus.*] ſimile de cenſi. c. felicis. §. 1. lib. 6.
e ¶*Imperio.*] ſcilicet vacanti, vt ſupra.
f ¶*Vt pręfertur.*] ſcilicet ſine licentia ſedis Apoſtolicę.
g ¶*Denominatione.*] id eſt appellatione tãtũ, & nũcupatione.
h ¶*Quęſito.*] ſimile de elect. c. auaritię. lib. 6.
i ¶*Pareant.*] id eſt obediant.
k ¶*Faciãt.*] quia tunc perinde videtur ac ſi per ſe facerent. arg. ff. de vi & vi armi. l. 1. §. deieciſſe. de admi. tut. l. ita autem. §. geſſiſſe. de reg. iur. cap. qui per alium.
l ¶*Permittant.*] Videtur ergo ꝙ cõitas, vel vniuerſitas ſe ſup hoc debeat opponere: & hoc põt dici verũ cõtra illos, quos cohibere põt. & ſup hoc vide qđ not. ff. de reg. iur. l. culpa caret.
m ¶*Nec in his.*] ſcilicet cuiuſque nominis, officij aſſumptione, retentione, reſumptione, vel aliàs iuriſdictione imperij vacantis exercitio, vt ſupra.

a ¶ *Vel*

ſilium, vel fauorem [a]: Alioquī in oēs & ſingulos patriarchas, prælatos & ſuperiores,& inferiores reges, & cęteros denominationem prædictam (vt premiſſum eſt) retinentes, aſſumentes, ſeu reſumentes, ac illius [b] prætextu exercentes [c] quæcunque officia, poteſtates [d], ſeu iuriſdictiones, & recipientes eos vt vicarios [e], vel officiales imperij, aut commiſſarios eorum [f], vt taliū [g], & in parentes ſeu obediētes eis, vt [h] talibus, aut prestantes in hoc [i] ſibi conſilium, auxilium vel fauorem, niſi intra duorum mēſium ſpatium à die [k] datæ præſentium numerandum penitus reſipuerint [l], vel ſe licentia ſedis Apoſtolicæ ſuper hoc oſtenderint cōmunitos [m], excommunicationis [n] in ſingulares [o] perſonas,& in terras & loca [p] ipſorum & quaſlibet communitates [q], vniuerſitates, ciuitates, aut villas interdicti ſententias de fratrum noſtrorum conſilio publicè [r] promulgamus: Contra [s] eos nihilominus ſpiritualiter, & temporaliter grauius proceſſuri [t], prout inobedientia eorum exegerit [u], qualitas facti [x] ſuaſerit,& viderim[y] expedire. ¶Et [z] vt quibuſlibet parendi [a] talibus [b] tollatur [c] occaſio: omnes & ſinguli, qui humōi vicariatus [d] nomen retinentibus, aſſumentibus, ſeu reſumentibus

a ¶*Vel fauorem.*] qualiter in talibus, vel ſimilibus fauor preſtari dicatur, vide quod not. Guliel.de hæret. quicunque. libro 6.

b ¶*Illius.*] ſcilicet denominationis.

c ¶*Exercentes.*] per ſolam denominationem prædictam non incurrit pena ſeqūes 1, cum ſola denominatione non ita ſit Eccleſiæ Romanæ preiudicialis, ſicut cum ad tale exercitium peruenitur: nec per exercitium etiam incurritur, niſi prætextu talis denominationis fiat, vt patet per hūc tex. vnde ſi ſuo iure proprio, puta ex titulo ab Imperatore viuēte obtento quis exerceret aliquod exercitium, non incurreret pœnam ſequentem 2, cum ratione vacantis imperij nihil exerceat, quod iſte textus expoſcit: & pœna non eſt in dubio exaggeranda. arg. de pęnit. diſt 1.c. pœnæ.ff.de pęnis, l. interpretatione.

1 Videtur contra mentē iſtius cōſtitutionis: neq; debet aliquis ſibi vſurpare nomen dignitatis, quam nec habere nec exercere poteſt iuribus alleg. in gl. in verbo, inuolui. Font.

2 Iſtud videtur contra text. in §. ſanè.& §. quia igitur. vbi dicitur quòd totalis diſpoſitio omnium iuriū imperij, per mortem Imperatoris deuoluitur ad Papam, & officia p viuentē Imperatorē cōmiſſa non poſſunt eo mortuo geri ſine licentia ſedis Apoſtolicæ, tamen gloſ. in ver. commiſſione. allegat bona iura in contrariū. Fon.

d ¶*Poteſtates.*] hoc verbum in perſona magiſtratus imperium denotat. ff. de verb. ſigni. l. poteſtatis. de iuriſd. omn. iud. l. imperium. vnde in quibuſdam regionibus, vt in Italia. iuriſdictioni præſidentes Poteſtates appellantur. ſimile reperies de elect. fundamenta. §. vt autem. lib. 6.

e ¶*Vt vicarios.*] per hoc verbum dicas, ꝙ recipientes tales non vt officiales imperij vacantis, ſed vt alios, non incurrerēt pœnā quæ ſequitur per hunc textū, & per ea quæ ſ. proxi. dixi.

f ¶*Eorum.*] ſcilicet exercentium iura vacantis imperij.

g ¶*Vt talium.*] igitur commiſſarij ipſorum non vt talium, ſed vt aliorum, puta iure ſuo vtentium pęnæ infra poſitę non ſubijciuntur: ceſſante tamen in his præcedentibus fraude, quia fraus patrocinari cuiquam non debet. arg. ff. de rei vendi. l in fundo. extra de priuile. quanto.& c. ex parte. cū ſimilib.

h ¶*Vt talibus.*] ſecus ergo vt alijs.

i ¶*In hoc.*] ſcilicet exercitio iuris imperij vacantis.

k ¶*A die datę.*] currunt ergo hi duo menſes à tempore talis datę, quia fortè eadem die fuit præſentis conſtitutionis facta publicatio, vt ſic iuri communi conueniat quod hic dicitur, quo cauetur conſtitutionem principis à tempore publicationis poſt duos menſes quem ligare, in corpore authen. vt factæ nouæ conſtitutiones. coll. 5. ſi enim aliter diceres, tunc ſequeretur, quòd ante quis ligaretur ex plenitudine poteſtatis principis. alleg. de iud. c. 1. Clemen. 5. Vel quòd fortè iſta ignorantia feratur contra iura. C. de tabul. l. generali. lib. 10. extra de conſtitu. cap. cognoſcentes.

l ¶*Reſipuerint.*] referendum eſt iſtud verbum tam ad ipſos exercentes, quàm ad eos vt tales recipientes, quàm commiſſarios eorum vt talium, quàm etiam in carentes eiſdem vt talibus, vel præſtantes in hoc ſibi auxili 1, &c. & dic, reſipuerint, ideſt, abſtinuerint, ſeu deſtiterint.

m ¶*Communitos.*] illi ergo communiti à pœna ſequenti ſunt liberi, ne aliàs principali auctoritate circumſcripti videantur, quod eſſe non debet. C. de his qui veni. æta. impetrauerunt. l. 1. & ne aliàs inde naſcantur iniuriæ, vnde iura naſcuntur. C. vnde vi. l. meminerint. extra de accuſ. qualiter. Sed pone ꝙ de tali excommunicatione non fuiſſet hic facta mentio, & eſſent aliqui hic prohibita facientes, ſedis tamen Appoſtolicæ licentia communiti; incurrerētné iſtam pœnam quæ ſequitur? Credo quòd non, quia aut abuiſſent talem licentiam ante hanc conſtitutionem, & tunc per eam tuti ſunt, cum de illis hic nō eſſet facta mentio. arg. extra de capel. mon. ex parte. & quia talis licentia durare videtur donec ſit reuocata. arg. 25. q. 2. c. 1. 2. & 3. C. de præſcript. l. falſo. Si verò poſt, idem: quia huius cap. conditor ſibi vel ſucceſſoribus ſuis manus non ligauit per hanc conſtitutionem, quin talem poſſet licentiam concedere. arg. extra de electio. innotuit. de præbend. dudum. lib. 6. ff. de leg. 3. l. ſi quis, in princip.

n ¶*Excommunicationis.*] ſcilicet maioris: illa enim in dubio inflicta videtur. de ſenten. excom. cap. ſi quem.

o ¶*Singulares perſonas.*] in ſingulos igitur fertur ſententia excommunicationis, quæ de ſui natura animas percutit. extra de reb. eccl. non alie. ſi quis pręsbyterorum. Et ideo in locum, vel vniuerſitatem non fertur, cum anima careant. de ſent. excom. Romanus. §. cum verò. lib. 6.

Excōicatio non fertur in locum.

p ¶*Loca ipſorum.*] Nota igitur ob alicuius delictum terram, vel loca ſuæ iuriſdictioni ſubdita interdicto eccleſiaſtico ſubijci poſſe. ſimile de offi. deleg. ſanè quia. de ſpon. c. nō eſt. & ſic vnus pro alio punitur. ſuper quo vide quod plenè not. 1. q. 4. in ſumma. & plenius p Gar. de vſur. c. vſurarū lib. 6. Intellige tamen hic terras, vel loca ipſorum reputari, non ratione plenę proprietatis tātùm, ſed ſuperioritatis iuriſdictionalis. arg. extra de vi. & honeſt. cler. ex literis. de Iudę. c. cedit. §. cū autem. Clem. 5. & clarius ad hoc de poſtul. prel. c. 1. cum ibi not. in glo. quę incipit, bona fuit interpretatio.

Punīt vnus pro alio.

q ¶*Communitates.*] ſuper hoc verbo, & ſequēti dic vt dixi ſ. in verbo, ciuitatibus.

r ¶*Publicè.*] ad tollendam omnis ignorantiæ excuſationem. arg. ff. de inſti. act. l. ſed & ſi quis. §. proſcribere. extra qui mat. accuſ. poſ. c. vlt. de Iudæ. quorundā & c. in nonnullis. cum ſimilibus. & ex quo talia fiunt, non eſt neceſſarium ea ſingulorum auribus inculcari. 16. diſt. c. quod dicitis. extra de poſtula. c. 1. Vel dic publicè, ad tollendum omnis ſuſpicionis ſcrupulum. arg. ff. de ritu nup. l. vlt. de admi. tut. l. non exiſtimo. extra de cland. deſpon. cum inhibitio. vt eccle. bene. c. 1. & ſuper hoc vide quod not. 32. q. 4. cap. nemo.

ſ ¶*Contra eos.*] ſ. tā ſingulos, de quib. pmiſit, q̄ vniuerſitates

t ¶*Proceſſuri.*] hoc dicit ad denotandum, ꝙ prælatus vtroq; gladio poteſt Eccleſiæ ſuæ iura tueri. extra de ſen. excom. dilecto. lib. 6.

Eccleſiam gladio prælatus vtroq; tuetur.

u ¶*Exegerit.*] nam creſcente contumacia, creſcere debet & pęna. extra vt lite non conteſt. quoniam frequenter. §. vlt. ipſaque cumulari facit pœnam. ff. de pęnis. relegati.

x ¶*Qualitas facti.*] quę de ſe maiorem non minorem pœnā infligit. facit ff. de pœnis, l. aut facta. §. qualitate. de pœnit. diſt. 1. aut facta. §. qualitate.

y ¶*Viderimus expedire.*] ſcilicet arbitrariè, cum idem exceſſus magis ſit in vno quàm in alio puniendus, attentis multis quę recitantur extra de homi. ſicut dignū. ff. de incen. rui. nau. l. Pedius. §. 2. de pœnis, l. reſpiciendum. §. delinquit.

z ¶*Et vt quibuslibet.*] Quarta pars.

a ¶*Parendi.*] id eſt, obediendi.

b ¶*Talibus.*] ſcilicet iura imperij vacantis exercentibus ſine licentia ſedis Apoſtolicę.

c ¶*Tollatur occaſio.*] Nota tollendam occaſionem in malū.

d ¶*Vicariatus nomen.*] Quid igitur ſi quis ſit aſtrictus per iuramentum fidelitatis retinendi, aſſumēdi, vel reſumendi aliud nomen officij quàm vicariatū, nunquid videtur abſolutus hic à tali iuramento? Videt̄ ꝙ non, cum de hoc mentio hic non fiat, nec aliud nomen officij repetatur, nec ēt attenta mente cōditoris volētis cōſeruationi iuris Romanę eccleſię prouidere, & tollere occaſionē parendi talibus. Credo contrariū, cum textus dicat, talibus, & ſ. expreſſum fuerat, qualecunq; nomē officij exercētibus: aliàs niſi ſic dicas, videretur hic talis parēdi occaſio imperfectè ſublata, ſi quis remaneret ligatus tali iuramēto aliud nomen allegantibus q̄ vicariatus, inde principis cōſtitutio videretur quid imperfectū continere: contra legē ſi quis ſeruū. C. qui mi. nō poſ. li. 12. & eſſet in poteſtate volentis exercere officiū imperio vacante, mutato nomine vicariatus illud ſub alio nomine retinere: & ſic hęc cōſtitutio deluſoria redderet, cōtra iura. ff. ne qd in loco pub. fiat. l. vi. de iud. ſi ptor. C. de bo. q̄ lib. l. vlt. §. vbi aūt. Nō obſtat expreſſio hic facta de iſto vicariatu: qa aliud quodcunq; nomē officij ſuperius expreſſum, hic debet intelligi repetitum. arg. ff. de verb. ob. l. Titia. §. idem reſpondeo. de leg. 1. l. talis ſcriptura. §. vlt. vel expreſſo hoc nomi-

Lex nō dēt eſſe deluſoria,

iuramento [a] fidelitatis tenentur aſtricti, à iuramento huiuſmodi, quantum [b] ad hoc, de poteſtatis plenitudine abſoluẽtes [c], auctoritate Apoſtolica firmiter inhibemus eiſdem [d], ne talibus [e], vt vicarijs [f], vel officialibus imperij aliquatenus pareant, vel intendant. Et inſuper omnes pactiones, obligationes, confœderationes [g], & colligationes à quibuſcunque ſuper [h] hoc quomodolibet [i] initas, iuramento, vel quacunque [k] firmitate vallatas omnino diſſoluimus, virib. vacuamus, irritamus, & quatenus de facto proceſſerint, reuocam' [l]: Ac huiuſmodi [m], & quęlibet alia iuramenta quibuſlibet [n] ſuper [o] his præſtita, per quę poſſet in prędictis [p] noſtris, & Eccleſiæ noſtræ prædictæ iuribus derogari, pręſertim cùm iuramentum vinculum iniquitatis eſſe non [q] debeat, relaxamus. ¶ Cæterùm [r], vt huiuſmodi proceſſus verius ad communẽ omnium [ſ] notitiã deducatur, chartas [t], ſeu membranas proceſſum continentes eũdem [u], in eccleſia [x] Auinionenſi appendi, vel affigi oſtijs, ſeu ſuperliminarib. [y] faciemus, quę [z] proceſſum ipſum ſuo quaſi ſonoro [a] præconio [b], & patenti [c] iudicio publicabunt [d]: Ita quòd omnes & ſinguli, quos proceſſus ipſe contingit, & contingere [e] poteſt, nullã [f] poſteà poſſint excuſationem prætendere, quòd ad eos talis proceſſus non peruenerit: vel quod ignorauerint eundem: cum non [g] ſit veriſimile remanere quo ad ipſos incognitũ, vel occultum, quod tã patẽter omnibus publicatur [h]. Datum Auinione in domo Epiſcopali ij. Calend. Aprilis, anno primo.

TITVLVS VI.

De voto & voti redemptione.

¶ *Votum per ſuſceptionem ſacri ordinis ſolemnizatum, licet impediat matrimonium ſequens, non tamen præcedens, etiam ſi nondum eſſet per carnis copulam conſumatum. Et durante matrimonio, etiam nondum conſumato, nullus pręſumat accipere aliquem de ſacris ordinibus: quod ſi fecerit diſſoluto etiam matrimonio, nec in illo miniſtrare, nec ad ſuperiores aſcendere poterit, niſi aliquam de religionibus approbatis ingrediatur, & eius regulam expreſsè, vel tacitè profiteatur. Eſt autem talis coniugatus ſic ordinatus per diæceſanum monendus, vt religionem ingrediatur, ſi matrimonium nondum eſt conſumatum: quod ſi renuerit, & vxor inſtiterit, compellitur per excommunicationem ad matrimonij conſumationem. hoc dicit. Et eſt caſus notabilis: & qui ſatis efferri non poſſet.*

C. VNICVM.

ANtiquæ cõcertationi [i] finẽ cupiẽtes ĩpo

Procuratoris nomen multa comprehendit.

nomine vicariatus, omnia alia in quibus eſt eadem penitus ratio, pro expreſſis & comprehenſis haberi debent. Sicut & nomen procuratoris comprehendit ſub ſe omnia nomina, per quæ quis alienæ adminiſtrationi ſe poterit ingerere. 1. q. 3. Saluator. ſicut & nomen curatoris comprehendit tutorẽ et in pœnalibus, in caſu vbi eſt eadem ratio. in corpore authen. vt hi qui obli. ſe ha. perhibent res mino. §. 1. & ibi not. coll. 6. & hunc intellectum innuit textus cum dicit, vicarijs, vel officialibus.

a ¶ *Iuramento fidelitatis.*] ad quæ capitula adſtrict' reputetur quis ex tali iuramento, legitur in lib. Feudorum. in tit. de forma fidelitatis. & 22. q. 5. c. de forma. & illa capitula plenè reperies proſecuta per Hoſt. in ſumma de feud. §. quid ſit fidelitas.

b ¶ *Quantum ad hoc.*] ſcilicet ꝙ ad non parendum talibus: non ergo quo ad alia tali iuramẽto quis videtur abſolutus, vt dixi aliàs in ſimili verbo, in c. ſuſcepti. §. vlt.

c ¶ *Abſoluentes.*] poteſt igitur ex cauſa Papa quem à iuramento abſoluere. 15. q. 6. c. nos ſanctorum. & c. auctoritatẽ. extra de iureiur. c. quanto. in lib. Feud. hic finĩt lex. circa prin. ſuper quo vide quod not. dicto c. quanto. & c. auctoritatẽ. per Inno. & Hoſt. & de dolo & contuma. cap. veritatis.

d ¶ *Eiſdem.*] ſcilicet iuramẽto fidelitatis aſtrictis.

e ¶ *Talibus.*] expone vt ſupra.

f ¶ *Vt vicarijs.*] & hoc dicas vt ſuperius dixi in parte præcedenti.

g ¶ *Confęderationes.*] in mala parte ſumitur hic iſtud verbũ.

h ¶ *Super hoc.*] ſcilicet, talibus parẽdo, vt officlalib. imperij.

i ¶ *Quomodolibet.*] puta verbo, nutu, vel ſigno, in ſcriptis, per nuntium, vel epiſtolã, vel pactum, vel ſtipulationem, vel aliàs qualitercunque, cum dicat, quomodolibet. ſimile de reſcript. ſtatutum. §. in nullo. lib. 6.

k ¶ *Quacunque firmitate.*] puta. pœnali, fideiuſſoria, pignoratitia, vel ſubſidiali.

l ¶ *Reuocamus.*] ſimile huic extra de elect. vbi maius. §. cæterùm. de conceſ. præb. deteſtanda. lib. 6. cum ſimilibus.

m ¶ *Huiuſmodi.*] ſcilicet ſacramenta fidelitatis.

n ¶ *Quibuslibet.*] ſcilicet vaſallis talium, vel alijs quibuſcunque.

o ¶ *Super his.*] ſcilicet officijs imperij vacantis: vel ſuper his, ſcilicet parendo officialibus talibus.

p ¶ *In prędictis.*] ſcilicet officijs.

q ¶ *Non debeat.*] 23. q. 4. inter cætera. extra de iureiur. quãto. & eod. tit. c. contingit. §. quia non. lib. 6.

r ¶ *Cęterùm.*] Quinta pars.

ſ ¶ *Omnium.*] qui confluere ad Eccleſiam de qua ſequitur, conſueuerunt. arg. ad hoc extra de elect. cauſam. Clem. 5.

t ¶ *Chartas ſeu membranas.*] quaſi dicat de pellibus animalium, & ipſorum membris. ſimile ff. de bo. poſ. ſecundùm tab. l. 1. & l. chartæ.

u ¶ *Eundem.*] id eſt expreſſum contra vtentes officio aliquo imperij vacantis, & contra parentes eiſdem, vt talibus.

x ¶ *Eccleſia Auinionenſi.*] non exprimit de qua intelligitur, cum ibi multæ ſint eccleſię. Dicas ꝙ de cathædrali: cum nulla alia vocetur Auinionẽſis, ſed omnes alię aliquo nomine peculiari nuncupentur, & facit ad hoc in corpore authen. de eccleſ. tit. §. ſi quis vniuerſorum. in fin. ff. de condi. & demonſt. l. quæ conditio. §. 1.

y ¶ *Superliminarib.*] ſcilicet officiorum.

z ¶ *Quę.*] ſcilicet chartę, vel membranę.

a ¶ *Sonoro.*] id eſt ſonitum in auribus reddenti.

b ¶ *Pręconio.*] quia ſicut vox præconis audientibus innoteſcit. in corpore authent. de liti. §. omnem. coll. 8. ſic iſte proceſſus patens in membranis, omnibus innoteſcit.

c ¶ *Patenti.*] aliàs patulo. id eſt patenter, publicè.

d ¶ *Publicabunt.*] iuris præſumptione, per ea quæ dixi ſ. in parte tertia in verbo, publicè. Vel dic, publicabunt, id eſt, publicare poterũt iuris pręſumptione, vt extunc non ſit tolerabilis ignorantia. argum. ff. de iuris & fac. igno. l. regula. §. ſed facti. exta de præſump. quanto. & c. quędam. ff. de verbo. ſignifi. l. latæ culpæ.

e ¶ *Contingere poteſt.*] qui iſti ſint, colligitur ex pręcedentibus §.

f ¶ *Nullam.*] ſcilicet probabilem.

Pręſumptio an admittat ꝓbationem in contrarium.

g ¶ *Non ſit veriſimile.*] ſcilicet iuris pręſumptione, contra quã & ſi admitti poſſit probatio. 72. diſt. c. propoſuiſti. extra, qui matri. accu. poſ. cum in tua. ff. quod met. cau. l. nõ eſt. de proba. quę teſtamẽtum. vbi tamen iuris ꝓſumptio tranſit in violentam, vt quia eſt iuris vel de iure, nõ eſt ita: quia tunc magis dicitur fictio, arg. C. de probat. l. ſiue poſſidetis. cum ibi not. & talis poteſt dici iſta de qua hic dicitur: cum iſtorum proceſſuum publicatio facta fuerit per modum conſtitutionis ius inducentis contra quoſcunque hic prohibita facientes, & ius commune publicatum arctet quemcunque poſt duos menſes: vt dixi ſuprà in gloſſa, currunt ergo. & argumento de conceſſione præbendæ cum ei. circa finem. Clemens Quintus.

h ¶ *Publicatur.*] ſimile. ff. de inſtit. act. l. ſed & ſi pupillus. §. proſcribere. & alijs iuribus alleg. ſ. in gloſ. ſcilicet iuris pręſumptione. Zenzelinus.

Diuiſio.

ANtiquæ concertationi.] Primò digniſſima præmittitur declaratio. Secundò poſt matrimonium contractum prohibetur ſacri ordinis ſuſceptio: ibi, *Auctoritate Apoſtolica*. Tertiò, cõtrafacientes ſequitur punitio: ibi, *Quod ſi ſecus, & cætera.*

i ¶ *Concertationi.*] ſimile de appell. cap. concertationi. lib. 6. hæc autem concertatio non modica, imo magna erat inter doctores & notatores antiquos: dicebant enim aliqui matrimonium contractum per verba de præſenti per ſuſceptionem ſacri ordinis diſſolui: ſicut & per ingreſſum religionis ante carnalem copulam. Alij verò contra ſentiebant, vt plenè diſcuſſum, & pro vtraque parte allegatũ reperies ĩ sũma Hoſt. de cõiu. §. fratrũ. ver. ſed q d ſi marit'. Vltima

verò

verò opinio vera eſſe hodie declaratur per iſtam conſtitutionem:& iſtammet opinionem prius amplexabar tamquam veram:vt notaui extra de vot.& vot. redemp.lib.6.

a ¶*Imponere.*] Talem finem imponere ſpectat ad Papam, cum ad eius ſedem ſit ſuper difficultate & ambiguitate iurium recurrendum. extra qui fi.ſint legi.c.per venerabilem.§.rationibus. & arg. C. de legi. l.1.& vlt.

b ¶*Animarum periculis.*] quibus obuiandum eſt.de ſepul.c.animarum.ne cler.vel mona. c.vt periculoſa. lib. 6.cum ſimilibus.

c ¶*Prouenientibus.*] tam in ſuſcipiente ſacrum ordinem,cum ex virtute contracti matrimonij teneretur ad reddendum debitum.coniugi. extra de ſpon. veniens.cum multis ſimilibus.ex virtute verò ſuſcepti ſacri ordinis tenebatur ad continentiam obſeruandam, quam tacitè vouiſſe videtur illum ſuſcipiendo.23.diſt.diaconi.not.extra de cle.coniug.c.cum olim.quàm etiam in muliere,fortè ad carnis lubricum prona ob iuuentutis feruorem.extra de eo qui cogno. conſang.vxo.c.Iordanæ.& cum alio matrimonium contrahere non potente, ſi ille ſuus verus remanebat maritus, prout verè remanet,vt infrà dicitur.

nere [a], ac animarum [b] periculis inde prouenientibus [c] ſalubriter ꝓuidere, de fratrū nrōrū cōſilio pſenti declaramus [d] edicto, quòd licet votum ſolemnizatum [e] per ſacri [f] ſuſceptionem ordinis, quantùm ad impediendum matrimonium contrahendum [g], ac ad dirimēdum,ſi [h] poſt contractum fuerit, ſecundùm ſtatuta [i] canonum ſit efficax [k] reputandum: ad diſſoluendum tamē prius [l] contractum [m], etiam ſi per carnis copulam, non fuerit conſummatum [n] cum nec iure [o] diuino, nec per ſacros reperiamus canones hoc ſtatutū [p], inualidū eſt cenſendū [q]: Auctoritate Apoſtolica [r] diſtrictius inhibētes,ne qſpiā durāte [s] matrimonio nōdū ēt cōſūmato [t], ali

d ¶*Declaramus.*] non videtur ergo hæc decre. in hoc quod ſequitur,iuris noui editiua: ſed antiqui potius declaratiua.ſuper quo vide quod dixi in decreta.cum inter nonnullos.ſuper verbo,deinceps.

e ¶*Solemnizatum.*] quod votum ſolemne 1, quod ſimplex dicatur, vide quod not.extra qui cle. vel vo.c.rurſus.

f ¶*Sacri ſuſceptionem ordinis.*] ſuſceptio igitur ſacri ordinis votum reddit ſolemne, vt hic, & 84. diſt.c.cum in præterito. 28.diſt. diaconi. Sacer autem ordo eſt hodie etiam ſubdiaconalis, licet olim eſſet ſecus 2. extra de æta.& qual.c.à multis. 40.diſt.nullus.32.diſt.c.erubeſcant.

1 Vide B. Thomā & ibidem Caietanū 22. q.87.art.7.

2 Imo etiā olim ſubdiaconatus ordo ſacer erat, licet nō reputaretſacer, vt ait gl.i c.à.multis.extra de ætate & qualit.verbo,ſolos.adde notata in c.2. extra de bigamis. i verbo, ſacros. in hac editione.

g ¶*Contrahendum.*] de contrahendo impediendo non erat tantum dubium, cum & multa minora illud impediant, quæ tamen non diriment iam contractum. extra de cogna. ſpiri.c. contracto.& eo.tit cap.per catechiſmum lib 6.

h ¶*Si poſt.*] ſcilicet ſuſceptionem ſacri ordinis.

i ¶*Statuta canonum.*] 31.diſt.c.quoniam & c.aliter.84.diſt. cum in preterito. & c. quorundam.extra de cle. coniug. cum olim.de voto.& voti redemp.c.1.lib. 6. cum multis ſimilibus.

k ¶*Efficax reputandum.*] admiranda res videtur eſſe iſta: cum enim ſacramentum matrimonij à Deo ipſo fuerit inſtitutum in ſtatu innocentiæ ante peccatum: ſed poſt in ſubſidium fragilitatis humanæ.22.q.2.in ſumma.& §. his ita. quomodo voti ſolemnitas ex ſola conſtitutione Eccleſiæ inducta. extra de voto,c.1.li.6.poteſt ſacramētū à Deo inſtitutū tollere, vel aliquatenus impedire? nō videt.21.diſt.c.inferior.extra de ma.& ob.c.cū i ferior.ff.ad Treb.l.ille à quo.§. tēpeſtiuū.ff.de arb.l.nā magiſtratus. & quod Dn̄s ꝓhibet, dicens: quos Deus coniunxit, homo non ſeparet: omnino fieri non licet: 28.q.1. c.iam nunc.& per multa iura & rationes,quæ ad idem poſſunt allegari. quod ſi placet, proſequi poteris: vt plenè dixi extra de reg. iur.c.poſſe ſſor.lib.6. Ad hoc breuiter poteſt dici,quòd iſtud fit per conſtitutionem Eccleſiæ conditam per vicarium Chriſti: & ſic non per purum hominem ex poteſtate clauium, quodcunque ſolueris, quodcunque ligaueris, &c. vt in Euangelio, Matth.16.c.& 24. q. 1. quodcunque. ex quibus magna attributa eſt eidem poteſtas, etiam circa ſacramēta,ſuper quo vide quod not.per Inno.extra de regular. porrectum.vnde talis diſſolutio, vel impedimentum matrimonij non inducitur à puro homine, ſed à Deo ipſo, ſuo. vicario auctoritatem faciendi talia committente: omnia enim noſtra facimus, &c. C.de vete. iur.enu.l.1.§. ſed neque. ver.omnia enim. extra de præb.c.ſi Apoſtolicæ.lib.6.

l ¶*Prius.*] ſcilicet quàm ſacer ordo foret ſuſceptus.

m ¶*Contractum.*] intellige per legitimum viri, & mulieris conſenſum. extra de ſponſ. tua. & debet intelligi legitimum quo ad ætatem, & liberi arbitrij motum.eod.titu.c.Gemma. de deſponſ.impub. de illis. tantus enim poſſet eſſe defectus ætatis, vel liberi conſenſus, quòd non eſſet matrimonium, & ideo tunc fruſtra de ipſius diſſolutione diſputaretur.

n ¶*Conſummatum.*]hoc inducebat dubiū m:ſicut enim matrimonium non conſummatum per carnis copulam,per religionis ingreſſum diſſoluitur, extra de conuer. coniug. c. verum.in corpore authen.de ſan.epiſ.§.ſi verò aſtante.coll.9.ſic videbatur diſſolui per ſuſceptionem ſacri ordinis: ſed contrarium verum eſt, vt ſequitur. & quæ ſit ratio, infra ſubiicietur.

o ¶*Iure diuino.*] illo iure talis diſſolutio nō eſt inducta, imo potius videtur prohibita: quia quos Deus coniunxit, & cętera.

p ¶*Statutum.*] quare cēſetur prohibitum. de tranſla. epiſco. inter corporalia.§.ſed neque. de verb. ſign.c. exiui. §. porrò. Clem. 5. Et per hoc colligere potes bonum modum formę argumentandi & dicendi: non eſt ita,quia iure cautum nō reperitur,vt hic. ad idē in corpore authē.de nō eligen.ſecūdo nubē.§.optimū itàque. ibi. nec quælibet eſt lex aliquid tale dicens.col.1.C.de repu.l.diſſentientis. de colla.l. illam.extra ne ſede va.c.illa de ſup.neg. prela. c.Romana lib.6. & alibi dicitur, erubeſcimus cum ſine lege loquimur.in corpore authent.de trien. & ſemiſ.§. conſideremus.coll.4.

Argumentum valet,ſi dicitur,non eſt ita: quia iure cautū nō reperit.

q ¶*Eſt cenſendum.*] ſed quę poteſt eſſe ratio eius? contrariū enim videbatur per multa iura & argumenta & rationes recitatas, vt ſ.dixi in ſum.Hoſtien.de conuer.coniug.§. & vtrum. quas recitare hic cauſa breuitatis omitto. Reſpondeo hoc eſſe: tum quia non reperitur in iure cauta talis diſſolutio,vt hic: quare cenſetur prohibita, vt dixi in glo.pręcedenti: Tum qa diſſolutio matrimonij inter viuentes pœna eſt. not. de diuor. c.porrò.quare non debet inſligi,niſi reperiretur de iure inſligenda.ff.de reli.l.at ſi quis.§.generaliter.de ſepul. viol.l.3.§.nō perpetuæ.contenti enim eſſe debemus pœnis legibus comprehenſis,ff.de verb.obli.l.ſi ita ſtipulatio. & pœna non eſt inſligenda niſi per iudicem.33.q.2.§.de hoc.iudex aliàs non eſſet, niſi iuſtitiam redderet. extra de verb.ſignifi. forus.§. in omni. ad hoc facit quod not. de iure pat.c.vlt.Tum etiam per multa alia iura,rationes & argumenta, quæ pro parte iſta dicto.§. & vtrum.reperies allegata. Sed omittere volo,& reſponſum dare ad aliqua argumenta facta in dicto §.quæ pro parte contraria multa prima facie videntur argumentātia.primo, cum dicitur: ſic ſolemnizatur votum,& facilius per ordines ſacri ſuſceptionem, ſicut per religionis profeſſionem: nam maius bonum ſequitur ex profeſſione per quam inducitur bonum obedientiæ,quę illæſa ſeruata, eſt iuſta & meritoria,vt in decr. quorundā.§.pen.liberi arbitrij & voluntatis priuatio.de elect. quorundam.& c.ſi religioſus.de teſta.c.ſi. de ſepul.c.vlt. lib.6. Item proprietatis temporalium abdicatio. 12.q.1.non dicatis. extra de ſta.mo.cum ad monaſterium.§. vlt.& multa alia quę colliguntur, & not. 16.q.1.c.de monachis, quæ tamen ex ſuſceptione ſacri ordinis minimè inducuntur: quare poteſt dici,ꝙ alia ratio in illa pactum reformat,iuxta l. interpoſitas.C. de tranſac.& diſſimilis ratio diſſimilia debet inducere.& quod in vno dicitur,de reliquo prohibitum videtur. ff. de iudi.l.cū prętor.25.diſt.qualis.extra de præſump.nōne.Poteſt etiam dici ad id quod ſecundò pro parte alia fortiter videtur induci: cura animarum quem à religione reuocat,& religio quem reuocat à matrimonio:ergo & cura ad quam cum ſacro ordine quis aſſumitur,debet quem à matrimonio reuocare:nam reuocatio per religionem à matrimonio inducitur ex cauſis, quæ deficiunt in ſacri ordinis ſuſceptione,vt prædixi.nec ſequitur ꝙ ſi cura animarum quem ex cauſa reuocat à religione,ꝙ hęc eum reuocat à matrimonio. quia in cura animarum eſt ideo, propter publicam vtilitatem, quę præfertur priuatę:quæ publica vtilitas non ſic inſurgit ex ſola ordinis ſuſceptione. Poteſt etiam dici, ꝙ dictus modus argumentandi per argumentum à minori,vel maiori ceſſat in pœnalibus identitatis rationem in ſe nō habētib.cū & ceſſat ī ambitioſis de ſe nō pēnalib. arg.extra de pb.c.cui de nō ſacerdotali.li.6.& no.hoc de reſcr. poſtulaſti.in gl.pe.circa fi.Ad alia q̄ inducunt in dicto §.ꝓ parte cōtraria, ſubtilis pſcrutator reſpōſū de facili inuēire poterit.

Matrimoniū nondū conſumatū q[illegible] diſſolui non pōt per ſacri ordinis ſuſceptionem.

Profeſſio multa bona inducit.

r ¶*Auctoritate Apoſtolica.*] Secunda pars.

ſ ¶*Durāte.*]hoc dicit:qa eo ſoluto liber remanēs à lege cōiugis poſſet ſacrum ordinē ſuſcipere, ſicut & matrimoniū cū alia cōtrahere.31.q.1.ꝙ ſi dormierit.extra de ſecū.nup.c.pen.& ſi.

t ¶*Conſummato.*] matrimonium conſummari dicitur per carnis commiſtionem, vt hic, & extra de diuert. quanto.

quem [a] de ſacris ordinibus p̃ſumat ſuſcipere, niſi prout ſacris canonibus nouerit [b] cõuenire. Quod [c] ſi ſecus à quoquam forſitan attentatum fuerit, ordinamus, quòd nec [d] matrimonio ſoluto in ſic ſuſcepto [e] ordine miniſtrare, nec [f] ad ſuperiores ordines prouehi, nec [g] ad aliquod beneficium, vel officium [h] eccleſiaſticum valeat promoueri: Niſi aliquã de religionibus approbatis [i] (quarum profeſſio ad caſtitatis [k] cuſtodiam, & abdicationem [l] temporaliũ, & ſui ſuperioris obedientiam [m] ſuos profeſſores aſtringat) ipſum canonicè [n] contigerit ingredi, ac eius [o] regulam expreſsè, vel [p] tacitè profiteri: quo [q] caſu diœceſanus [r] ſuper præmiſſis, & ſingulis [ſ] præmiſſorũ cum [t] eo diſpẽſare valeat, niſi ſit aliud canonicum quod [u] obſiſtat. Ad ingreſsũ [x] huiuſmodi ſic [y] ordinatum, ſi matrimonium conſũmatũ [z] nõ fuerit, p̱ diœceſanũ inſtãter moneri p̃cipim' [a] & ĩduci: qđ ſi forſan renuerit [b]

ratificari autem dicitur per conſenſum mutuum de præſenti: initiari verò per ſponſalia. not. extra de transla. epiſcopo. cap. licet.

a ¶ *Aliquem de ſacris.*] qui ſunt tres, presbyteratus, diaconatus & hodie 1 ſubdiaconatus, vt dixi ſ. in glo. ſuſceptio.

1 Subdiaconatus ſuper fuit ſacer ordo, vt notatum eſt paulò ante, in gloſſa ĩ verbo: ſacri ſuſceptionem ordinis.

b ¶ *Nouerit conuenire.*] puta de licentia coniugis, ingredientis, vel etiam in ſeculo remanentis, potiſſimè abſque ſuſpicione incontinentiæ, & votum caſtitatis emittẽtis. 32. diſt. ſeriatim. 77. diſt. c. epiſcopus benedictionem. extra de conuer. coniug. c. coniugatus. vbi ſi coniunx in ſeculo remanens eſſet ſuſpecta de incontinentia, vir non poſſet religionem ingredi, niſi & ipſa ſimiliter conuerteretur: vt ibi not. Ratio diuerſitatis reddi conſueuit: quia vbi vir in ſeculo remanet ad ſacros ordines promotus de licentia vxoris votum continentiæ emitentis, eidem tenetur in neceſſarijs prouidere. 31. diſtin. c. omnino. & ſic ſibi materia incontinentię prætextu defectus neceſſariorum incurrendæ aufertur. arg. ad hoc ff. de ritu nup. l. palàm. §. non eſt hoc ignoſcendum. & eam in ſe peccantem in vinculis detinere, & ad ieiunia, non tamen mortifera cogere. 33. q. 2. placuit. & q. 5. c. hæc imago. & not. extra de iureiu. in c. quemadmodum. in glo. vlt. quæ omnia ceſſant facienda per virum ingreſſum religionem, carentem proprio & libero arbitrio.

c ¶ *Quod ſi ſecus.*] Tertia pars, ſcilicet, quòd matrimonio durante: etiam non conſummato, quis ſacrum ordinẽ ſuſcepit.

d ¶ *Nec matrimonio ſoluto.*] quaſi dicat, nedùm eo conſtante: & dic ſoluto, puta per mortem vel ingreſſum religionis ante carnalem copulam: vel aliàs qualitercunque, cum indiſtinctè loquatur. arg. 19. diſt. ſi Romanorum. extra de priuil. quia circa. ff. de leg. præſtan. l. 1. §. & generaliter. cum ſimi. Quid ergo dices ſi matrimonium contractũ de ſe ab initio foret nullum, puta ob gradum prohibitum conſanguinitatis, vel aliam cauſam, & per ſententiam declaretur nullum fuiſſe: habebitne locum quod hic dicitur? Videtur quòd non: cum nullum vinculum reperiatur virum alligaſſe quominus liber remaneret ad ſuſceptionem ordinum: vel cuius prætextu cogi potuerit ad fidem coniugi conſeruandam. Sed in contrarium poteſt dici: quia aut vir cum contraxit, ſciebat impedimentum: & ſic quantum in ſe fuit, mulierem decepit, & fidem matrimonij violauit: & legitimum erat quo ad mulierem ob ſuã bonam fidem. extra qui fil. ſint legi. c. ex tenore. & tunc ex ſua perfidia non debet commodum reportare. arg. extra de eo qui dux. in matrimo. quam pollu. per adul. c. 1. C. de inceſt. nupt. l. qui contra. & non debet illo caſu melioris conditionis (quia ſtultus fuit) exiſtere. ff. quod vi aut clam. l. Seruius. extra de præb. c. cum qui. lib. 6. Aut ignorabat: & tunc antequàm aliquid faceret per quod à cõcubitu coniugis ſegregaret: debuit hoc caſu, & etiam vbi ſciuit iudicium Eccleſiæ ſuper diſſoluendo matrimonio expectare. extra de diuor. porrò. nã aliter. quantum in ſe fuit, fidem promiſſam violaſſe videtur: quæ violatio & ſcandelum ex ea potens inſurgere, inter cætera dare cauſam potuit pœnis, quæ tali promoto per hanc conſtitutionem imponuntur: & ſic ſecundùm hoc verbum ſoluto, referri poterit ad diſſolutionem iuris, vel facti. Sed ſi ſupponas ipſum & mulierem impedimetum ab initio ſciuiſſe, tunc fortè ſecus eſſet: cum ſuſcipiendo ſacrum ordinem non videatur coniugi fidem aliquam violaſſe: cum ei ſcienti ad nullam fidem ſeruandam teneretur. arg. extra de eo qui duxit in matrimonium quam polluit per adulterium. c. 1. de conuer. coniug. c. 1. cum ibi not. per Pet. de Samp. & C. de inceſt. nup. l. qui contra. non enim videtur debuiſſe præſtare impedimentum ſuſceptioni ſacri ordinis matrimonium quo ad vtrunque coniugum de ſe nullum: arg. de elect. auditis. de iure patro. c. illud. de reg. iur. c. non præſtat. lib. 6. ff. de opt. lega. l. 2. & 3. quando dies lega. ced. l. quod pupillæ.

e ¶ *In ſic ſuſcepto.*] ſcilicet matrimonio durante.

f ¶ *Nec ad ſuperiores.*] & ſic ſuſceptio vnius ordinis in ſtatu indebito facta, in alijs pœnam induci facit.

g ¶ *Nec ad aliquod.*] intelligebam etiam modicum ſine cura: tum quia indiſtinctè, & vniuerſaliter loquitur: tum quia appellatione beneficij maius & minus beneficiũ continetur: extra de verb. ſign. tua.

h ¶ *Officium eccleſiaſticum.*] & ita nec ad acolythatus officiũ, vel alterius minoris ordinis eſt talis promouibilis, nec ad aliud officium regiminis eccleſiaſtici, puta officialatus, vel alterius. ar. 1. q. 1. c. ſi quis epiſcopus. & q. 3. ſaluator. extra de ſimo. c. conſulere. cum ibi not. ſimile huic de pœnis. c. felicis. §. nulli pręterea. libr. 6. de hæret. excomunicamus. §. credentes. C. eo. tit. authen. credentes.

i ¶ *Approbatis.*] Ingredi ergo aliam non prodeſſet: cum aliæ ſint prohibitę, & penitus reuocatæ. extra de relig. do. c. 1. lib. 6. & in extrauagan. ſancta Romana. nec ingredientem obligant. not. Hoſt. extra de reg. is qui. ſimile extra de voto. cap. 1. lib. 6. de relig. domi. cap. ne nimia. & dicto cap. ſancta Romana.

Religio nõ approbata ĩgredientem nõ obligat.

k ¶ *Caſtitatis cuſtodiam.*] non videtur ergo prodeſſe hoc caſu ingredi religionem iuxta quam permittitur concubitus vxoralis, vt eſt reperire in tertio ordine ſancti Franciſci: vel in ordine vulgariter nuncupato ſanctæ Mariæ in partibus Italicis, vt audiui: licet enim largo modo dicatur caſtè viuere cum vxore: ſtrictè tamen quo ad obſeruationem continentiæ in promotis in eccleſia occidentali ſecus eſt, vt dixi ſupra.

l ¶ *Abdicationem temporalium.*] cum indiſtinctè loquitur textus, intelligã in ſpeciali, vel in cõmuni: & ſic talis habebit ingredi aliquam de approbatis. aliam igitur ingredi non prodeſt, puta canonicorum regularium ſancti Auguſtini, vel monachorum Ciſtercieñ. vel Cluniaceñ. ordinis, vel Hoſpitalariorum, vel ſimilium, quibus licitum eſt habere aliqua ſaltem in communi. arg. ad hoc extra de reg. c. conſtitutionem. lib. 6. aliàs fruſtra dixiſſet textus quarum profeſſores, & cetera.

m ¶ *Obedientiam.*] ad iſtud, & ad duo præcedentia regularẽ dicas aſtrictum, extra de ſta. mo. cum ad monaſterium. §. abbas. & §. vlt.

n ¶ *Canonicè.*] iuxta decreta. is qui. & c. non ſolùm. de regu. lib. 6. vel canonicè, id eſt non habens in ſe aliquod impedimentum, quominus religioni poſſit aſtringi.

o ¶ *Eius.*] ſcilicet religionis.

p ¶ *Vel tacitè.*] puta per lapſum anni, vel alio modo, vt colligitur de regula. is qui. lib. 6.

q ¶ *Quo caſu.*] ſcilicet cum ingreſſus fuerit vnam de dictis religionibus, & in ea profeſſus fuerit.

r ¶ *Diœceſanus.*] id eſt epiſcopus diœceſis, in qua eſt talem religionem ingreſſus, qui per hanc decr. cum talibus etiam exemptis poterit diſpenſare. huius enim capituli conditor bene ſciebat iſtas religiones, vel aliquas de ipſis fore exemptas.

ſ ¶ *Singulis præmiſſorum.*] ſcilicet vt poſſit in iã ſuſcepto ordine miniſtrare, & ad altiores prouehi, & ad beneficiũ & officiũ eccleſiaſticum promoueri.

t ¶ *Cum eo.*] ſcilicet taliter ingreſſo.

u ¶ *Quod obſiſtat.*] puta irregularitas, vel delictum. de æta. & qual. c. vlt. de renun. niſi cum pridem. de accuſ. inquiſitionis. cum ſimilibus.

x ¶ *Ad ingreſſum.*] ſcilicet faciendum.

y ¶ *Sic ordinatum.*] ſcilicet ad aliquem de ſacris ordinibus in promoto ergo ad minorem ordinem, vel aliquem de minoribus, nõ eſt neceſſaria inductio, quæ facienda præcipitur: ratio huius poteſt eſſe: quia talis ordo in ſe non habet votum caſtitatis annexum: quare non poteſt effectum matrimonij impedire. extra de cle. coniug. c. 1. & eo. tit. lib. 6.

z ¶ *Conſummatum nõ fuerit.*] illo enim cõſummato ingreſſus etiam religionem eam dimittere eſt cogendus. de conuer. coniug. c. 1.

a ¶ *Præcipimus.*] neceſſitatis eſt ergo talis monitio per epiſcopum facienda. alias prætermiſſa in eo peccatum induceret. de off. archid. ea quæ. cum ibi not. & per Hoſtien. de offic. ordi. inter cætera. §. vlt. de treu. & pa. c. 1. & aliàs dixi de æta. & quali. c. 1. Clemens v.

b ¶ *Renuerit adimplere.*] ſupponit. expreſsè quòd poſſit

poſſit renuere, vt in ſeruo dicitur, qui licet iuſſus per dominū poteſt nolle hæreditatem adire. C. de hære. inſtit. l. cum propōnas. quia voluntarium ſeruitorem Deus ſibi quęrit, non coactum. 15. q. 1. c. non eſt. & per hoc dicitur reprobata opinio Hoſt. notata dicto. §. & vtrum. dicentis talem fore cogendum ad ingreſſum religionis, cum ad hoc cogatur quandoque propter delictum. 33. diſt. c. fraternitatis. ad idem in corpore authē. vt nulli iud. §. adulterā. col. 9.

a ¶*Inſtiterit.*] nō ergo aliter matrimoniū cogitur cōſummare cū eſſet promot⁹: ſed poſſent aliàs vir & vxor cōtinētiam vouere. 32. q. 5. qui Deo pari. Poſt cōſummatū aūt matrimoniū ingreſſum religionem poſſet epiſcopus ex ſuo officio reuocare ex cauſa. extra de conuer. coniu. c. 1. & not. 33. q. 6. mulier.

b ¶*Per cenſurā eccleſiaſticam.*] ſuſpenſionis, excōicationis, vel interdicti. de verb. ſig. quærenti. Alibi reperitur quem per ſeueritatē canonicam, alibi per eccleſiaſticam animaduerſionem fore coercendum, & puniendū, q̄d proſequere, vt not. Hoſt. de pœ. c. in qui buſdam.

c ¶*Conſummare.*] ſcilicet per carnalem cōcubitum, vt ſ. dixi. viciſſim enim quo ad hoc ſibi ſunt coniuges debitores. 32. q. 2. §. his ita. nec vir dicitur habere poteſtatem ſui corporis, ſed mulier: nec contra. Sed licet iſte cogatur muliere inſtante matrimonium conſumare: nunquid ipſe poterit ab illa debitum exigere? Dicas q̄ non, cum adhuc quo ad ſe voto cōtinentiæ ſit ligatus. no. de conuer. coniu. c. quidā. & c. accedens. 27. q. 2. c. Agathoſa. in glo. ſed nunquid. & not. Guil. extra de vo. cap. 1. lib. 6. & ibi dixi. Zenzelinus.

Vir non habet poteſtatem ſui corporis & ecōuerſo.

adimplere, ipſum ſi ſponſa eius inſtiterit [a], per [b] cenſurā eccleſiaſticam compellendū decernimus contractum matrimoniū conſummare [c]. Nulli, &c. noſtrarum declarationis, inhibitionis, ordinationis, præcepti, & conſtitutionis infringere. Datum Auinione calend. Decembris, anno vij.

TITVLVS VII.

De religioſis domibus.

¶Secta & religio fratricellorū, ſiue Beguinorum, qui ſe dicebant de tertio ordine beati Franciſci caſſatur, quoniam inter cęteros errores eccleſiaſtica ſacramenta deſpiciebant: Et ſub pęna excommunicationis omnibus iniungitur, vt nulli de cętero talem ritum aſſumant, & ne epiſcopi ipſum concedere præſumant. Vide capitulum finale, eodem titulo in antiquis & cap. 1. eodem titul. libro 6.

Diuiſio textualis.

Sancta Romana.] Hæc decret. diuiſibilis eſt in partes quatuor. In prima, cauſa ſeu ratio cōſtitutionis præmmittitur. In ſecunda, facti damnationi ſubijciendi recitatio ſubiungitur: ibi, *Nōnulli tamen, &c.* In tertia eiuſdē facti ſub certis pœnis damnatio annectitur: ibi, *Cum itaque, &c.* In quarta prælatis eidem facto conſenſum prębentibus pœna infligitur: ibi, *Epiſcopos quoque, &c.*

Eccleſia Romana dicitur ſancta, & ſacroſancta.

d ¶*Sancta Romana.*] Eccleſia Romana quandoque appellat̄ ſancta, vt hic, & 12. diſt. præceptis. 15. diſt. c. ſancta. 19. diſt. c. in memoriam. quandoque ſacroſancta: vt in procem. lib. 6. & hoc ideo, quia ſacro cruore Apoſtolorum Petri & Pauli conſecrata. de elect. fundamenta. de reli. & vene. ſanctorum. c. 1. lib. 6. 21. diſtin. c. quamuis.

e ¶*Vniuerſalis Eccleſia.*] hic dicas vt dixi in c. ſuſcepti, in verbo, eccleſijs. & in c. execrabilis. in verbo, vniuerſalis Eccleſię.

f ¶*Auctore.*] id eſt, cauſam originalem dante. ſimile ff. de exceptio. do. l. apud Celſum. §. auctoritas. & §. auctoris. de diuer. & temp. præſcrip. l. in vſucaptione. §. acceſſio. cum ſimilibus.

g ¶*Domino.*] ſcilicet Ieſu Chriſto. & propriè dicit auctore: quia nihil boni ſine eius gratia. 23. q. 4. nunc ergo alias. §. verſus. in c. Nabuchodonoſor. cum ſine ipſo factum eſt nihil. Ioā. c. 1. C. de vete. iur. enu. l. 1.

h ¶*Immeriti.*] hoc ex humilitate dicit, vt alibi extra de magiſtris c. inter ſollecitudines. circa princ. Cle. 5. de re iudi. ad Apoſtolicæ. § nos itaq;. lib. 6. vel vocat ſe immeritum conditor cānonis præſentis propter ea quæ dixi in c. ſuſcepit. in prin. ſup verbo, cura ſollicitat. Quo aūt ad omnes vniuerſos Chriſticolas nedùm benemeritus, imo & ſanctus habendus eſt, quem apex tantæ dignitatis attollit, vt 40. diſt. c. non nos.

i ¶*Religioſa.*] vel religione fidei. de quibus loquitur lex, C. de epiſco. audi. l. nemo. Vel religioſa, quo ad habitum & profeſſionem, vt infra colligitur.

k ¶*Fauore.*] nam ſumma eſt ratio, quæ pro religione facit. ff. de reli. l. ſunt perſonę.

l ¶*Proſequitur.*] exemplum poteſt multiplex de hoc dari per iura C. de ſacroſan. eccle. l. ſancimus. & l. vlt. extra de fil. presbit. cap. 1. de apoſta. cap. ex literarum. 66. diſtinct. c. 1. cum multis ſimilibus, quæ diſquirere magis laborioſum reputo, quā ſubtile.

CAP. VNICVM.

Sancta [d] † Romana, atque vniuerſalis [e] Eccleſia, cui auctore [f] Domino [g] licet immeriti [h] præſidemus, ſicut religioſa, [i] & pia vota benigno fauore [k] proſequitur [l], ſic ſuperſtitioſos [m] conatus inſolentium [n] hominum † deteſtatur [o]; videlicet ne ſub ouina [p] pelle gregem Dominicū [q] truculentia [r] lupi [ſ] rapacis inuadat [t], ſub pietatis [u] imagine [x] virus [y] hæreticę prauitatis obrepat [z], & ſub prætextu cōuerſationis angelicæ [a] incautis mentibus ſpiritus [b] malignus illudat [c]: cuius rei gratia ſacris canonibus [d] eſt interdictum, ne aliquis nouum ordinem, aut religionem inueniat [e], vel habitum nouæ religionis aſſumat: ſed quicunq; ad religionem venire voluerit, ingrediatur vnam de religionibus approbatis [f]. Nonnulli [g] tñ profanę [h] multitudinis [i] viri, q̄ vulgariter [k] Fratri-

m ¶*Superſtitioſos.*] Hoc verbū expone vt in decre. quorundam.

n ¶*Inſolentium.*] exponi poteſt. i. inſolita adinuenientium. Alibi aliter ſumitur de reſcr. quia per ambitioſam. lib. 6.

o ¶*Deteſtatur.*] ſimile de conceſ. pręben. cap. deteſtanda. lib. 6.

p ¶*Ouina pelle.*] id eſt, ſimplici, non aſtuta.

q ¶*Gregem Dominicum.*] id eſt, populum Chriſtianum.

r ¶*Truculentia.*] id eſt, aſtutia, vel malitia.

ſ ¶*Lupi rapacis.*] exponi poteſt, id eſt, diaboli, qui inimicus hominis alibi appellatur. extra de elect. c. licet de vitanda. Vel poteſt exponi, lupi rapacis, id eſt hęretici. ſicut aliàs. 25. q. 1. c. ſunt quidam. in fi. Multis etiam alijs modis ſumit̄ lupus: vt not. Guli. de hęret. c. vt officiū. in verbo, lupum. lib. 6.

†De Beguinorū ſecta & erroribꝰ vide Guidonē Carmelitā in ſumma de hæreſibus, tit. de hæreſib. Beguinorum, & Nicolaū Eymericū i Directorio inquiſitorū par. 2. q. 15.

†Qui, vt dicit hic tex. & gl. epiſtolæ Iuſtini. C. de ſum. trini. ſub ſpecie agni. & ſub crede mihi de quo per glo. in l. qui ſub conditione. ff. de condi. in ſtitu. l. non erit. §. diu⁹. ff. d iure iu. & prætextu boni & ęqui multis nocent, contra l. dudū. C. de cōtrahen. & commit. ſtipul. ideo nō eſt eis parcendum. l. qui ſub prętextu. C. de ſacroſan. eccleſ. l. quidā ignauiæ. C. de decur. li. 10. cle. 1. de reli. do. Fō.

t ¶*Inuadat.*] ſimile extra de elect. ne pro defectu. vnde ſumitur quod hic dicitur. Et alibi ſcribitur, q̄ aliqui ſub agni ſpecie gerunt lupum. de hęreticis. cap. vt officium lib. 6.

u ¶*Sub pietatis.*] ſe extrinſecus exhibentis, interius autem minimè ſubſiſtentis.

x ¶*Imagine.*] id eſt ſimulatione, ſeu velamine.

y ¶*Virus.*] inficiens animam, ſicut exterius ſumptum occidit corpus: quod atrocius reputatur, quàm gladio hominem occidere. C. de maleſi. & mathema. l. 1. ff. ad leg. Cor. de ſica. l. eiuſdem.

z ¶*Obrepat.*] id eſt latenter ſubintret: Sępe enim vitia ſe eſſe virtutes mentiuntur. 41. diſt. c. ſępe vitia.

a ¶*Angelicæ.*] accedit ad hoc quod alibi legitur, angelus ſatanę frequenter in lucis angelum ſe trāsformat. 26. q. 5. nec mirum. extra de regula. licet. §. ſi verò.

b ¶*Spiritus malignus.*] ſcilicet diabolus.

c ¶*Illudat.*] ſub velamine enim latens prodit ſe dum ea cōfingit, per quę perſonas fallere nititur. & ſuper hoc vide quod legitur. 25. q. 5. nec mirum.

d ¶*Canonibus.*] extra de reli. do. c. ne nimia. & eod. tit. cap. religionum. lib. 6.

e ¶*Inueniat.*] ſicut nec nouum collegium debet quis per ſe inſtituere. ff. de collegi. illici. l. 3.

f ¶*Approbatis.*] per ingreſſum aliarū non videretur quis ligatus: ſic ſentire videtur Hoſtienſis extra de regula. is qui monaſterium. & dixi extra de voto. cap. quod votum. lib. 6.

g ¶*Nonnulli tamen.*] Secunda pars.

h ¶*Profanæ.*] id eſt, abominandę. alibi ſumitur aliter iſtud verbum. ff. de re. diui. l. ſacra. §. propriè.

i ¶*Multitudinis.*] iſto caſu multitudini non parcitur: quia videtur deſeri bonum vitę. arg. de voto. c. magnę. §. igitur. de reg. iur. cap. qui ſcandalizauerit. & dic vt ibi not. de temp. ord. ſanè. 50. diſt. vt conſtitueretur.

k ¶*Vulgariter.*] habetur igitur reſpectus ad communem vulgi denominationem. ff. de flumi. l. 1. §. 1. de fund. inſtru. l. cū de lanionis. §. aſinam. de pœnis. l. capitalium. §. ſolet. vbi de hoc.

celli, ſeu fratres de paupere vita, Bizochi, ſiue Beguini, vel alijs nominibus nuncupantur in [a] partibus Italiæ, necnon in inſula [b] Sicilicenſi, comitatu prouinciæ Narboneñ. & Tholoſaneñ. ciuitatibus, & diœceſibus, & ꝓuincijs alijsq́; diuerſis ciſmarinis [c], & vltramarinis partibus, contra dictos canones habitum nouæ religionis aſſumere [d], congregationes, & conuenticulas [e] facere, & ſuperiores ſibi ipſis eligere [f], quos miniſtros, ſeu cuſtodes, vel Guardianos, aut nominibus [g] alijs appellant: plurimos ad eorum ſectam recipere [h], & loca de nouo conſtruere [i], ſeu cõſtructa [k] recipere [l], in quibus habitant [m] in communi, publicè [n] mendicare (quaſi [o] eorum ſecta foret vna de religionibus [p] per ſedem Apoſtolicam approbatis) temeritate [q] damnabili præſumpſerunt [r], & præſumunt etiam inceſſanter [ſ]. Et vt ipſorum error, [t] veritas [u], & impietas religio reputetur [x], plurimi eorum [y] regulã, ſeu ordinem fratrum Minorum, quem ſanctus Franciſcus inſtituit [z], ſe profiteri ad literam [a] conſeruare confingunt [b]: quãquam in obedientia Generalis, vel ꝓuincialiũ miniſtrorũ ipſius ordinis nõ morẽtur [c]: ꝑtẽdẽtes [d] ſe à ſan. mem. Cęleſtino Papa V. ꝑdeceſſore noſtro huius ſtatus, ſeu vitæ priuilegiũ habuiſſe: quod tamen etſi oſtenderent, non valeret: cum bonæ memorię Bonifaci⁹ Papa viij. Prædeceſſor noſter ex certis cauſis rationabilibus omnia ab ipſo Cęleſtino prædeceſſore noſtro conceſſa, quæ per ipſum Bonifacium non contingeret approbari, viribus penitus vacuauerit [e], dictumq́; vitę priuilegiũ non inueniatur ꝑ eundẽ Bonifaciũ approbatũ [f]. Quidam autẽ eorũ dictũ habitũ [g], & viuendi ritũ [h] à quibuſdã epiſcopis, ſeu eorum ſuperiorib. vel alijs eccleſiarũ pręlatis habuiſſe ꝓfitẽtur, quos [i] nec [k]

a ¶*In partibus Italię.*] id eſt locis in Italia conſtitutis. arg. ff. de iud. l. inſulæ. de verb. ſigni. l. notionem. §. continentes.

b ¶*Inſula Sicilienſi.*] quæ de proprio patrimonio beati Petri exiſtit. 10. q. 3. relatum. 94. diſt. c. valde neceſſarium.

c ¶*Ciſmarinis.*] id eſt citra mare conſtitutis: aliàs eſt citramarinis.

d ¶*Aſſumere.*] & malè: cum hoc fieret contra canones prohibitionem expreſſam continentes, quod inducit pœnam depoſitionis. 4. diſt. §. vlt.

Cõuenticulas facere an liceat.

e ¶ *Conuenticulas facere.*] ipſas ad malum fieri per iura prohibitum eſt: C. de epiſc. & cle. conuenticulam. ff. de collegi. illi. l. 1. & arg. 11. q. 1. coniurationum. & c. conſpirationem, 89. diſt. ſi quis propter. Ad bonum autem fieri congregationes ꝑmittitur. arg. dictæ l. 1. §. ſi religionis. ſicut & confœderationis, & cõſpirationis in bonum ſunt permiſſæ. in corpore authent. vt cum de appel. cog. §. ſi quis de parentibus. cum ibi no. C. de pœnis l. quæ ſentẽtiã. de profeſ. & medi. l. magiſtros. lib. 10. & ibi not. & arg. eorum quæ not. per Ber. de vi. & ho. cle. c. cum decorem. & per Inno. & Hoſtien. de ſchiſ. c. 1. de exceſ. præl. dilecta. ꝑ Hoſt. de iud. exhibita. & per eum in ſum. de iureiur. §. vlt. & plenè per Gul. de ver. ſig. c. conſtitutionem. lib. 6.

f ¶*Eligere.*] talium ſuperiorum electio in hoc caſu eſt inhibita, cum congregationes factæ ſupponantur in malum: aliàs quælibet congregatio licitam exercens profeſſionem, vel negotiationem, aliquem ſuperiorem ſibi eligere poteſt. C. de iur. om. iudi. l. periniquum. 16. q. vlt. c. congregatio. extra de elect. nullus. de hoc plenius dixi in c. Eccleſiæ Romanæ.

g ¶*Aut nominibus alijs appellant.*] puta præpoſitos, priores, magiſtros, & ſic de alijs.

h ¶*Recipere.*] & in hoc malè, cum etiam in religione approbata Mendicantium prohibeatur talis receptio, ſaltem ad profeſſionem faciendam: niſi cum certo moderamine, & cum certa determinatione. extra de regula. non ſolùm. lib. 6.

i ¶*Conſtruere.*] hoc regulariter prohibitum eſt, ſaltem de locis diuino cultui dedicandis ſine licentia epiſcopi. in corpore authent. vt nullus fabricet orato. do. coll. 5. 18. q. 2. c. quàm ſit. & c. quibuſdam. licet vnicuique fideli ſit permiſſum ſimpliciter oratorium habere. de conſec. diſt. 1. c. vnicuique.

k ¶*Conſtructa.*] ſcilicet per alios.

l ¶*Recipere.*] iſtud religioſis mendicantis ordinis, licet aliàs approbati expreſsè inhibitum eſt. extra de exceſ. præla. c. cum ex eod. lib. 6.

m ¶*Habitant in communi.*] habitare in communi religioſis approbatę profeſſionis nedum permittitur, imo & iniũgitur, vt mutuę conuerſationis & honeſtatis ſibi teſtes exiſtant: niſi ex cauſa de ſuperiorum licentia aliud inducatur, in corpore authent. de mona. §. cogitandum coll. 1. extra de exceſ. præla. cum ex eo. de verb. ſigni. c. priuilegium. lib. 6.

n ¶*Publicè mendicare.*] taliter enim licitè mendicantibus quæſtus publicus tribuere victum ſolet. extra de relig. do. cap. 1. §. confirmatos. lib. 6. C. de mendican. vali. l. vni. lib. 11.

Quaſi, qualiter accipitur.

o ¶*Quaſi.*] pro tamquam expone: non eſt hic expreſſiuũ veritatis, ſicut eſt alibi in Euange. Ioan. 1. Vidimus gloriam eius quaſi vnigeniti, &c. & alibi. ff. de ſena. l. emancipatum. cum ſimilibus.

p ¶*Religionibus.*] ſcilicet ordinis mendicantis.

q ¶*Temeritate damnabili.*] ſic dicta, quia à iure damnata & improbata: vel damnabili, id eſt animas talium damnante propter inobedientiæ notam, per quam mortale peccatum incurrunt. extra de maior. & obed. c. ſi quis. & c. illud. 4. diſt. §. vlti.

r ¶*Præſumpſerunt.*] ſcilicet dudum, vel vſquequaque.

ſ ¶*Inceſſanter.*] huic malo occurrendum fuit ne tales nedũ ſui, ſed etiam plurimorum poſſint eſſe perditio. extra de iudi. cum non ab homine. nam ſæpe malorum conſortium corrũpit etiam alios de ſe bonos. 28. q. 1. c. ſæpe malorum. iuxta illud: Vna ouis morbida inficit totum gregem. ff. de act. emp. & ven. l. Iulianus. 40. diſt. c. ſed aliud. extra de ſta. reg. ea quæ. Vnde verſus.

Corrumpit iuſtos homines comitiua malorũ.

Morbida ſola pecus, inficit omne pecus.

t ¶*Error.*] errare eſt aliud pro alio putare. 22. q. 2. c. in quibus rebus. ff. de lib. & poſthu. l. ſi poſthumus. §. vlt. approbare falſum erroris eſſe proprium dicitur. 38. diſt. quamuis.

u ¶*Veritas.*] de iſta dicitur ꝙ erroribus geſtorum minime vitiatur. ff. de offi. præſi. illicitas. §. veritas. rei manifeſtatę cedere habet error. 8. diſt. c. veritas. ff. quando act. de pec. eſt anna. l. q́ſitũ. aliàs eſt ibi. §. ſub. l. 1. vnde extra de purg. vul. c. ſignificantibus. Quid autem ſit veritas, not. in decr. ſedes Apoſtolica.

x ¶*Reputetur.*] ſæpe enim vitia ſe eſſe virtutes mentiuntur. 42. diſtinctio. cap. ſæpe. vt ſuprà dixi.

y ¶*Eorum.*] ſcilicet nouæ religionis habitum aſſumentium, vt ſupra.

z ¶*Inſtituit.*] vt in decre. quorundam.

a ¶*Ad literam.*] quaſi dicat abſque aliqua trangreſſione illius regulæ.

b ¶*Confingunt.*] id eſt ſimul fingunt ſub cuiuſdam vmbræ palliatione. cum veritas in eis regulę non ſubſiſtat. arg. extra de conſue. c. quanto. Vel expone confingunt, id eſt ſimulant exterius: cuius contrarium latet intrinſecus: quæ fictio & ſimulatio prohibita eſt. ff. de iuſti. & iur. l. 1. C. plus valere quod agitur: licet aliquoties in bonum ſimulatio ſit permiſſa. quod dic vt not. Ber. extra de his quæ vi metuſvè cau. ſi. c. 1.

c ¶*Non morentur.*] hoc eſt contra veram regulam ordinis Minorum, vt probatur in c. quorundam. vnde tales ſub nullius veri pręlati obedientia exiſtentes tamquam acephali pro religioſis habendi non ſunt. arg. 93. diſt. cap. nulla ratione.

Accephali ſunt q nulli prælato ſub ſunt.

d ¶*Prętendentes.*] falsò tamen, vt ſequitur.

e ¶*Vacuauerit.*] & ſic extunc tali priuilegio & etiam reperto conceſſo vtendum non fuit, tamquam ſublato: aliàs pęna falſi incurreretur. C. de no. Codi. confirman. §. hunc igitur. origine enim rei ſublata non eſt imago ad effectum aliquem relinquẽda. C. de lati. liber. tol. l. 1. circa princ & arg. ad hoc ff. ad leg. Corn. de fal. l. vlti. ad inſtar eius quod dicitur: falſus procurator eſt, qui verus prius fuit, ſed poſt extitit reuocatus. C. de fur. l. falſus. extra de reſcript. ex parte decani. legis tamen licet abrogatę notitia eſt neceſſaria, vt cauſa editionis eiuſdẽ ſciatur. 6. diſt. Moyſes. 7. diſt. c. fuerunt. extra de iudi. nouit.

Legis etiam abrogatæ notitia eſt neceſſaria.

f ¶*Approbatum.*] omni igitur tempore habet dici viribus vacuatum, ex quo non reperitur approbatum: ſicut aliàs dicitur, quod generaliter prohibitum, expreſsè poſtea nõ conceſſum, omni tempore intelligitur denegatum. extra de ver. ſign. c. exiui de paradiſo. §. cum dictus. Clem. 5. de tranſla. epiſc. inter corporalia. §. ſed neque. ff. de poſtu. l. 1. §. ait prætor. quod cuiuſq; vniuer. nomine. l. nulli.

g ¶*Habitum.*] ſcilicet nouæ religionis Fratricellorum, vel Beguinorum, vt ſupra.

h ¶*Ritum.*] id eſt, modum. ſimile verbũ C. de Iudæ. l. Iudęos.

i ¶*Quos.*] ſcilicet habitum, & viuendi ritum.

k ¶*Nec eis.*] ſcilicet fratricellis, vel alijs (vt ſ.) nominibus

appel-

appellatis, vñ pro nõ cõceſſo debet haberi cõceſſum ab illis q ius concedendi non habuerunt.ff.de offi.procon. l.obſeruare. §.vlt.extra de iurepat.c.ꝙ autem.1.q.7.Daibertũ.cum ſimilib.

Epiſcopi ſunt ad canonum obſeruantiam diſtricti.

eis concedere licuit contra formam concilij [a] generalis. Nonnulli etiam ex ipſis aſſerentes [b] ſe eſſe de tertio ordine [c] beati Franciſci pœnitentium vocato, prædictum ſtatum & ritum eorum ſub velamine talis [d] nominis ſatagũt palliare: cum tamen in regula ipſius tertij ordinis talis viuendi ritus nullatenus ſit [e] cõceſſus. Et quia in errorum baratrum [f] faciliter ruunt, qui cõceptus proprios patrum definitionibus anteponunt [g]: ipſorum quamplurimi (ſicut fide digna relatione percepimus) à veritate catholicæ fidei deuiantes [h] eccleſiaſtica ſacramenta [i] deſpiciunt, ac errores alios ſtudent multipliciter ſeminare [k]. ¶Cum [l] itaq; talium damnanda [m] temeritas in eiuſdem fidei [n] detrimentum, fideliũ ſcandalum [o], pręfati Minorum, & aliorum ordinum [p] opprobrium [q], & etiã ſuarum, & aliarum animarum perniciem redundare noſcatur [r], ſectam, ritum, & ſtatũ [ſ] huiuſmodi non obſtantibus præmiſſis [t] eorum excuſationibus, quas friuolas reputamus [u], & quicquid per [x] eos communiter, vel diuiſim ſub religionis conuentus, collegij, ſeu congregationis [y] nomine, vel colore attentatum [z] extitit, vel exiſtit, de [a] fratrum ipſorum conſilio auctoritate Apoſtolica nullius fuiſſe, & eſſe decernimus firmitatis [b]: & quatenus de facto proceſſerunt, de conſilio & auctoritate pręmiſſis reuocamus [c] omnino, ac perpetuæ prohibitioni ſubijcimus [d], & ab Eccleſia Dei penitus abolemus [e]. Eiſdem perſonis, & alijs quibuſcunque ſub pęna excommunicationis, quam eas (ſi ſecus fecerint) incurrere volumus [f] ipſo facto, iniungentes [g] expreſsè, ne ſtatum, ſiue ſectam [h], & ritum huiuſmodi ab ipſis aſſumptum [i] ſectentur vlterius, vel ipſum de nouo aſſumere quoquo modo præſumant. ¶ Epiſcopos [k] quoque, & eorum ſuperiores, & etiam alios prælatos quoſcunque, qui prædictis perſonis, vel alijs ritum viuendi, & habitum ſupradictos [l] præter ſpecialem Apoſtolicæ ſedis auctoritatem [m] deinceps [n] conceſſerint, prædictæ excommunicationis pœnæ ip-

a ¶*Concilij generalis.*] extra de reli.do.c. ne nimia. Non licet igitur epiſcopis contra inhibitionem generalis canonis facere, cũ ſint aſtricti ad obſeruantiam canonũ. extra de æta. & quali. cap.cum Eccleſiæ.Cle.5.vbi de hoc dixi.

b ¶*Aſſerentes.*] falſò tamen.

c ¶*De tertio ordine.*] de quo habes in decre. cum ex eo. de ſent. excom.Cle.5.

d ¶*Talis nominis.*] ſcilicet tertij ordinis ſancti Franciſci: tale tamen velamen eis non prodeſt, vt ſequitur: & dixi in verbo, confingunt.

e ¶*Nullatenus ſit cõceſſus.*] ergo intelligendus eſt prohibitus: vt dixi ſ.in glo. omni igitur.

f ¶*Barathrum.*] id eſt inferni profundum.

g ¶*Anteponunt.*] inniti ſuæ volentes prudentiæ, imo potius fatuitati, contra dictum ſapientis, extra de conſti.c.ne innitaris. Vnde de talibus ſcribitur, ꝙ qui non ad propheticas voces, non ad Apoſtolicas literas, nõ ad Euangelicas auctoritates, ſed ad ſemetipſos recurrunt, magiſtri erroris exiſtunt: quia veritatis diſcipuli nõ fuerunt.24. q. vlt.c. quid autem iniquius.de hoc plenius dixi in c.inter nonullos.

Erroris magiſtri qui dicuntur.

h ¶*Deuiantes.*] ab ipſa deuiantes hæretici ſunt cenſendi.C. de hæret.l.2.25.q.2.cap.prima ſalus.cum ſimilibus multis.

i ¶*Sacramenta.*] de & ſuper quibus firmiter credendum eſt quod ſancta Romana prædicat Eccleſia: aliàs macula hæreſis incurritur.extra de hæret.ad abolendam.

k ¶*Seminare.*] quibus reſiſtendum eſt muro ineſpugnabili bellatorum.extra ne cle.vel mona.ſuper ſpecula.§.vlt.10.colla.de ſtatutis,& conſuetudinibus cõtra lib.eccle.§.ſtatuimus.

l ¶*Cum itaque.*] Tertia pars.

m ¶*Damnanda.*] id eſt damnatione digna.

n ¶*Fidei detrimentum.*] cuius eſt potius proſperitas procuranda.extra de hæret.ad noſtram Cle.5.

o ¶*Scandalum.*] qđ vitandum eſt.extra de præſcri. nihil.de noui ope.nuutia.cum ex iniuncto.

p ¶*Ordinum.*] ſcilicet approbatorum.

q ¶*Opprobrium.*] nã opprobrium facit religioni qui religioſus non exiſtens habitum illũ religioni conuenientem portat: ſimile C.de epiſ.aud.l.minimè.& contra talẽ lex imponit pœnam corporalis ſupplicij,& nihilominus exilij, in corpore authen. de ſan.epiſ.§.pe.col.9.

r ¶*Noſcatur.*] ſuper hoc dicas vt dixi in parte præcedenti in glo.huic malo occurrendum.

ſ ¶*Statum huiuſmodi.*] non dicit religionem: ſic etiam dici non meretur: cum per ſedem Apoſtolicam non fuerit approbata.ſimile huic de reli.do.c.cum de quibuſdam.Cle.5.

t ¶*Pręmiſſis.*] ſcilicet proxi.§.in ver.& vt ipſorum.& in ver. quædam autem.& in ver.nonulli.

u ¶*Reputamus.*] & meritò, cum aliquas ex ipſis nullum facti adminiculũ habere, nec ex eis iuris fulcimentũ venire noſcãt.

x ¶*Per eos.*] ſcilicet talem ſectam, ritũ, vel ſtatum tenentes.

y ¶*Congregationis.*] ac ſi foret à iure reprobatum.

z ¶*Attentatum.*] de facto.

a ¶*De fratrũ.*] ſup iſta clauſula dic vt dixi in c.Execrabilis.

b ¶*Firmitatis.*] nec mirum: reprobato enim auctore ratione ſectæ omnia eius dicta & facta pro reprobis ſunt habenda. extra de hæret.c.fraternitatis.& in extrauag.domini Ioã.quæ incipit, dierum. quod dic vt not. per Ber. & latius per Inn.& Hoſtien.dicto cap.fratrenitatis.

c ¶*Reuocamus.*] bene dicit, reuocam⁹, quatenus de facto proceſſerunt, cũ de iure fuerint nulla: & ideo propriè reuocari & reſcĩdi nõ pñt.ff.de iniuſt. rup. & irri. teſta. l.nam & ſi ſub conditione. de ædil. edic. l. bouem.§. vlt.extra de deſpon.impu.c.ad diſſoluendum. Reuocantur igitur quatenus de facto proceſſerunt, ne fortè in opinione cõmuni, aut vulgi labijs nomen valoris alicius habere poſſint dici, & aliàs. extra de re iud. paſtoralis. §. vlt.Cle.5.

d ¶*Subijcimus.*] concor. ad hoc extra de reli. do. c. religionum.li. 6.& eo. tit.c. cum quibuſdam. Cle. 5. Et ex quo talis ſecta per ſedem Apoſtolicam eſt prohibita & interdicta, ab omnib⁹ habenda eſt pro inhibita & interdicta, quod.n.ipſa repellit, repulſum fore cognoſcere debent oẽs. 94.diſt.c.miratus.ſicut per contrarium quod ipſa tenet & ſequit̃, ab omnibus eſt tenendũ. 24.q.1.c.rogam⁹. C.de ſum.tri.l.1.cum ſimilibus multis.

e ¶*Abolemus.*] ſimile de relig.do.cum de quibuſdam: Clem. 5.

f ¶*Volumus ipſo facto.*] per hæc verba fertur excommunicationis ſententia.extra de appel.præterea. de teſti.cog.cum ſuper.aliàs per ſola verba præcedentia ſub pœna; non ſententia, ſed cõminatio inducitur.C.commi. vel epiſto.l. interlocutio. extra de iurepa.relatum.de ſimo.cap. ſicut.de ſagit.cap.1.

g ¶*Iniungentes.*] talis iniũctio non obtemperanti peccatum mortale inducit, vt aliàs ſæpe dixi, de maio.& obe.c.ſi quis.& c.illud.& ſup hoc vide quod not. Hoſt. de offic. ordin. inter cætera.§.vlti.de treu.& pac.c.1.

h ¶*Sectam.*] ſimile de hæret.c.ad noſtrum.§.cum autẽ.Cle.5.

i ¶*Aſſumptum.*] ſcilicet iam in præſenti, vel in præterito.

k ¶*Epiſcopos quoque.*] Quarta pars.

l ¶*Supradictos.*] contra concedentes alios habitus, vel ritum viuendi, pœna ſequens non videtur ſibi locum vendicare per hoc verbum: quia ſi de alijs conditor canonis idem voluiſſet, hoc vtique expreſſiſſet. extra de deci.ad audientiã.C.de cadu. tol.l. vnica.§. ſin autem ad deficientis.& quia pœna ad caſum tantùm ex preſſum reſtringenda eſt. arg. extra de elect. ſtatutum.lib.6.de pœnit.diſt. 1.pœnæ.ff.de.pœn.l.interpretatione. Sed in contrarium facit, quia in alijs nouis habitibus, vel viuẽdi ritibus eadem videtur ratio, quaſi & in illis idem ſtatutum, licet pœnaliter videatur: vt dixi in decr.Execrabilis.& in cap. abbates.de reſcrip. Clem.5.ſed quod prius dixi tutius reputo.

m ¶*Auctoritatem.*] cum illa ergo talem ritum & habitum concedentes pœnam, quæ ſequitur, non incurrunt: quia tunc magis ipſa ſedes quam ipſi facere videntur: omnia ẽnim noſtra facimus, &c. C.de vete. iur. enuc. l. 1.§. ſed neque ex multitudine. extra de præben. c.ſi Apoſtolicæ.lib.6.& quia quod lege permittente fit, pœnam non meretur. C.ad leg.Iul.de adul.l.Gracchus.ne principis auctoritate quis circumſcriptus videatur.C.de his qui veni.ætat.impe.l.1.

n ¶*Deinceps.*] ad futura igitur non ad præterita trahitur ſequens pœna.arg.C.de legi.l.leges.extra de conſti.c.2.& vlt.

a ¶*Ipſo*

a ¶*Ipſo iure.*] quaſi dicat non expectata hominis ſententia. ſimile extra de ſenten.excom.c.eos.de reſcrip.ipſo iure.lib.6. in corpore authent.de rap.muli.quæ rapto.nub.§.vlt. coll.9.

Epiſcopi sẽtentiam ex cõicationis incurrere poſſunt.

b ¶*Subiacere.*] eſt ergo in hoc pręſens conſtitutio canon latę ſententiæ. Et ſic vides quòd epiſcopi excommunicationis ſententiam canonis incurrunt: ſententiã autem depoſitionis ab officio non incurrunt, niſi expreſsè cautum reperiatur. de elect. ſi compromiſſarius. §. huius. de ſent.excom. quia periculoſum.lib.6.

c ¶*Adulterinas.*] quales (vt hic colligitur) ſunt quæ ſine patre legitimo ſpirituali propagatæ reperiuntur, vt ſequitur.

d ¶*Pater cęleſtis.*] qui plantare eas videtur, cũ per ſummum Pontificem vicariũ ſuum plantatur. extra de tranſla. epiſc.inter corporalia. & c.quanto.& hoc procedit ex poteſtate clauium, quodcunque ligaueris, &c. Matth. 16. 24.q.1.quodcunque extra de re iudic.ad Apoſtolicę.§.nos itaque.

e ¶*Temeritatis.*] in malum ſonat: vt aliàs. extra ne cle. vel mo. c. vt periculoſa.lib.6.

f ¶*In agro Dominico.*] ſimile extra de ſta. reg. cap. ne in agro. Clem.5.

...ſo[a] iure decernimus ſubiacere[b]. Dignum eſt enim vt adulterinas[c] plantationes, quas non Pater[d] cęleſtis, ſed humanę temeritatis[e] audacia plantat, Apoſtolici culminis cenſura diuellat: nec patiatur in agro[f] Dominico peruerſæ cõgregationis[g] vepres[h] excreſcere, cui[i] proprium eſt (diuina opitulante gratia[k]) virtutes ſerere, ac vitia radicitus extirpare. Nulli[l] ergo, &c. Datum Auinioni. iij. calend. Ianuarij, anno ſecundo.

TITVLVS VIII.

De Iudęis & Sarracenis.

¶ *Vt Petrus filius regis Caſtellę pio ductus propoſito facilius Agarenos infideles à regno Granatę expelleret, lata fuit excõmunicationis ſententia in omnes prohibita portantes ipſis infidelibus, & Sarracenis prędicti regni Granatę.concor.c.ita quorundam.&c. ad liberandam.eo. tit.in antiq.*

CAP. VNICVM.

COpioſus in miſericordia Dominus[m], qui de ſua abundantia[n] pietatis corda fidelium ad ſuæ maieſtatis obſequia[o] deuotionis ardore ſuccendit[p], præcordijs[q] dilecti filij nobilis viri Petri Infantis[r] nati[ſ] clarę memorię Sanctij regis Caſtellæ adeo[t] copioſè gratiam[u] cęleſtis inſpirationis infudit, quòd ſibi delectabile[x] reputat propriam exponere in ipſorum[y] proſecutione perſonam[z]: Pio quidem nobilis ipſe ductus propoſito[a] tamquàm ſtrenuus[b] athleta[c] Domini[d], negotiũ impugnationis perfidorũ Agarenorum[e], à quibus regnum Granatæ in Dei contumeliã[f] detinetur[g] tutorio[h] nomi-

g ¶*Congregationis.*] hic dicere potes vt dixi in parte 2.ĩ verb. conuenticulas.

h ¶*Vepres.*] ſpecies eſt ſpinæ: vt dixi in c.ne in agro.ſ.prox. allega.

i ¶*Cui.*] ſcilicet Apoſtolico culmini.

k ¶*Gratia.*] 24.q.1.c.à recta.& c.rogamus.

l ¶*Nulli ergo.*] ſuper hac clauſula dic vt not.in cap. Execrabilis. Zenzelinus.

Diuiſio textualis.

COpioſus.] ¶In tres partes ciuiſibilis eſt præſens cõſtitutio. In prima cum quodam pręludio facti pręmittitur recitatio. In ſecunda comminatoria ſubiũgitur conſtitutio: ibi, *Cum igitur, &c.* In tertia tranſgreſſorum eiuſdem annectitur punitio: ibi, *Nos enim omnes, &c.*

m ¶*In miſericordia Dominus.*] & nedùm eſt copioſus in miſericordia, imo ſemper potens in ea.de pœnit.diſt.7.nullus expectet.omnia enim poteſt quæ poſſe eſt aliquid poſſe.de pęni. diſt.2.c.principium.ver.charitas.Quare miſericordiæ eius nec menſuras ponere poſſumus, nec tempora definire: apud quem nullas patitur metas veniæ conuerſio.de pęn.diſt.1.c.ſerpens. ver. his autem. aliàs eſt ſub c. multiplex. per miſericordiam enim non vult peccatoris perditionem, ſed conuerſionem & ſalutem: delinquentes qui corriguntur ſuſcipiens, in corpore authen. vt non lux.contra naturã. in pri. coll.6.26.q.6. c. cognouimus.& qotidianis hominum peccatis ſemper ignoſcere dignatur, & pœnitentiam noſtram ſuſcipere. C.de nup.l.imperialis.

Miſericordia Dei nõ poteſt menſurari.

n ¶*Abundantia pietatis.*] per quã pro peccatoribus Chriſt' aduocatus apud patrem exiſtens, propitiatio eſt pro peccatis. de pœnit.diſt.2.cap.ſi enim inquit.ver.qui dicit.

o ¶*Obſequia.*] id eſt, digna ſeruitia. ſuper quo videre potes quod notaui in c.cum ad ſacroſanctæ.in verbo pietatem.

p ¶*Succendit.*] id eſt illuminat, vel accendit: nec enim per impenſa obſequia quis ad Chriſtum peruenire poteſt, niſi ſibi datùm fuerit à Patre.23.q.4.c.de Tyrijs.vndè ad pœnitentiam cor peccatoris dicitur illuſtrare.de pœnit.diſt.5.c.falſas.

q ¶*Pręcordijs.*], ideſt intrinſecis cordis affectibus.

r ¶*Infantis.*] Infantem eum vocat, licet maiorem ætate, aliàs tutor eſſe non poſſet, qualis eſſe ĩ. ſupponitur.C.de legi.tut.l. nemo. inſti. de fidu.tut. in fi.C.de legi. hęre.l. vlt.§.fi. Et applaudit conſuetudini & vſui loquendi cõmuni Hiſpaniæ: iuxta quam filij regum, qui reges non ſunt, Infantes appellantur. arg.ad hoc.ff.de flumi.l.1.§. flumen.de fund.inſtr.l.cum delanionis.§.aſinam.ſicut quandoque in vulgo aliqui iuuenes appellantur, qui tamen iuuenes non ſunt.ff.de pœnis.l.capitalium. §. ſolent. propriè enim infans eſt minor ſeptem annis.C. de iure deli.l.ſi infanti.

ſ ¶*Nati.*] id eſt, filij.

t ¶*Adeo.*] id eſt, intãtũ.

u ¶*Gratiam.*[hoc dicit: quia nihil boni eſt dare abſq; gratia Dei: 23.q.4. Nabuchodonoſor.26.q.5.nec mirum.

x ¶ *Delectabile reputat.*] quiſque enim delectari debet in obſequijs maieſtatis diuinæ: nam voluntarium militem ſibi eligit Chriſtus: voluntarium verò ſeruum ſibi auctionatur diabolus.15.q.1. c.non eſt.aſpernatur.n. Chriſtus coacta ſeruitia, & hilarem ſeruitorem diligit Deus, non timore pœnæ, ſed amore iuſtitię ſeruientem, ſecundùm Apoſtolum 23.q.6.§.ex his.

Militẽ volũtariũ Chriſtus eligit.

y ¶*Ipſorum.*] ſcilicet obſequiorum maieſtatis diuinæ.

z ¶*Perſonam.*] maiorem oblationem Deo facere non poterat.maiorem enim charitatẽ nemo habet, quàm vt animam ſuam ponat pro amicis ſuis: vt ſcriptura teſtatur ſacra. & ad inſtar Eſaiæ prophetæ, qui Domino interroganti.quem ex duobus ad prędicandũ mitteret, reſpõdit: ecce ego, mitte me.Eſaię 6.c.7.q.1. in ſcripturis, & ad inſtar ſancti Martini dicentis, Domine, ſi adhuc populo tuo ſum neceſſarius, ego non recuſo laborem.

Charitas maxima eſt aĩam pro ſuis ponere.

a ¶*Propoſito.*] ad quod Deus reſpectum habet.1.q.6. ſi ſacerdotibus.in fi.14.q.5.ſi quid inueniſti.

b ¶*Strenuus.*] animi magnanimitate.de ſup.neg.pręl.grandi. lib.6.

c ¶*Athleta.*] id eſt pugil, ſeu pugnator ſine mercede.ff. de his qui not. infa.l.athletas. C. de athle. & ibi not.in rubrica. libro 10.

d ¶*Domini negotium.*] Not. Chriſti negotium reputari impugnationem infidelium: ipſi enim quia cum Chriſto non ſunt per fidem. contra ipſum eſſe cenſentur, iuxta illud: Qui non eſt mecum, contra me eſt.C.de Iudę.l.cęlicolarũ.vndè & hęreticus eſt, qui non eſt Eccleſię mẽbrum, in corpore authẽ. de priuile.do.§.1. coll. 8. cum ipſe pro fide Chriſtiana vt non deficere repertus ſit exoraſſe, Lucę 22.c.21.diſt.§.1.

e ¶*Agarenorum.*] ſpecies eſt quorundam infidelium, de quorum ſpeciebus multas reperies enumeratas 24.quęſt. vlt. cap. vltimo.

f ¶*Contumeliam.*] talis contumelia, quę in religionem diuinam committitur, in omnium fertur iniuriam.C. de hęret.l. Manichęos.

g ¶*Detinetur.*] hoc contingit ob noſtrorum multitudinem peccatorum: propter quam Pagani & infideles cęteri nocendi facultatem diuinitus, id eſt permiſſione Dei aſſequũtur.7. q.1.cap.ſciſcitatus.56.diſt.c.ſi gens Anglorum.

Prĩcipes eccleſiam defendere tenentur.

h ¶*Tutorio nomine.*] ſupponere videtur textus iſte ſatis aperte quòd tutor regis tutorio nomine impugnare poſſit infideles ad expenſas regis pupilli: certum eſt enim quòd ad onus principum temporalium ſpectet defenſio Eccleſię: & eorum poteſtate eſt Eccleſia munienda: voluntas enim Dei eſt concitare temporalem poteſtatem aduerſus hęreticos & alios infedeles: aliàs enim de ſuo imperio Deo rationem reddere ſunt aſtricti.23.q.5. cap. princeps. & q.8.quando.extra de ſup. neglig. pręla. grandi. lib. 6. Conſtat etiam quòd vna poteſtas per aliam eſt iuuanda.26.diſt.c. cum ad verum. & poteſtas ſecularis cogi poteſt per eccleſiaſticam ad ſibi auxilium prębendum. extra de male. c.2. de offic.ordi.c. 1. & c. quoniam.22.q.5.c. adminiſtratores. Cum igitur ipſe rex ad hoc faciendum ſit aſtrictus, tutori hoc adimplenti de bonis

regis

regis pupilli nihil poterit imputari. arg.ff.de admi. tuto.l. ſine hærede.§.Lucius. de tute. & ra. diſtrahen. l.1.§.1.C. de admi. tuto.l.ſumptus.

Imperator dicitur fili⁹ Eccleſię.

a ¶*Filij noſtri.*] regem ergo appellat Papa filium, non fratrem. extra de crimi. falſi.quam graui. Nihil enim honorificẽtius, quàm vt rex, vel Imperator Eccleſiæ filius eſſe dicatur.23.q.8. conuenior.circa fi.& dixi in c.prodiens.

ne chariſſimi in chriſto filij[a] noſtri Alfonſi Caſtellæ regis illuſtris, qui ſub teneritudine puerilis[b] ætatis adhuc dignoſcitur conſtitutus, aſſumpſit ſub[c] ſpe cœleſtis[d] auxilij feruenter[e], & viriliter[f] proſequẽdum. ¶Cū[g] igitur omnia cupiamus obſtacula[h] remouere, per quæ dicti negotij proſecutio poſſet quomodolibet impediri, vniuerſis & ſingulis cuiuſcunque conditionis, præeminentię[i], vel ſtatus exiſtant, diſtrictius inhibemus, ne arma[k], æquos, ferrū, ligamina[l], victualia,[m] & alia quæcunque[n] prohibita per Romanos Pontifices prædeceſſores[o] noſtros[p] ad terras Aegypti deferri, ad Sarracenos dicti regni Granatę intra triennium[q] incipiendum à calend. Aprilis proximè ſecuturi, quomodolibet[r] deferre prę ſumant. Nos[s] enim omnes, & ſingulos, qui ad dictum regnum arma, equos, ferrum, ligamina, & victualia ſupradicta, & quęcunque[t] prohibita, contra tenorem huius noſtrę[u] prohibitionis deferre pręſumpſerint, illis pęnis & ſententijs, quas deferentes huiuſmodi prohibita in Alexādriam, vel ad Aegypti partes incurrunt, decernimus ſubiacere. Et[x] nihilominus omnes & ſingulos, qui Sarracenis Granatæ præſtabunt (dicti negotij proſecutione durante[y]) auxilium, cōſilium, vel[z] fauorē: aut proſecutionē dicti[a] negotij directè[b], vel indirecte[c], ſecretè vel publicè impedire, vel turbare fortè pſumpſerint, excōicationis[d]

b ¶*Puerilis ætatis.*] Not. puerilem ætatem teneram dici: vndè in ea conſtitutus licet aliàs de ſe diſcretus, ad tractanda ſapientium hominum iura inhabilis reputatur. C. de teſta. mili.l. vlti. & arg. ff.de decur. l. ſpurij §. minores.de mun.& ho. l.ad rem publicam. extra de elect.c.ex.co.li.6.

c ¶*Sub ſpe.*] quam cōfidenter habere poterat ex pio ſuo mentis propoſito iuxta verbum ꝓpheticum: Reuela Domino viā tuam, & ſpera in eo, & ipſe faciet.

d ¶*Cęleſtis auxilij.*] ſimile C. de epiſ. & cle.l. Deo nobis. in corpore Authen. de quæſto. in princ.coll.6. Nam cum domini Dei beneuolentia militarium rerum incipit ordinatio; ipſis enim prouidentia Dei diſpoſitis Barbarorum quidem incontinentia refrænatur, rei verò publicæ res augentur. in corpore authent. vt neque miles neq; fęde. in prin.coll.8. & dum orationes Chriſto fiunt, vincit populus ſuus: ſi relaxantur, vincitur. Exod. 17. c. & 36. diſtinct.c. ſi quis vult.

e ¶*Feruenter.*] quo ad animi feruorem.

f ¶*Viriliter.*] quo ad corporis vigorem, & ſtrenuitatem.

g ¶*Cum igitur.*] Secunda pars.

h ¶*Obſtacula remouere.*] iuxta hoc ſcribitur in lege; ꝙ decurſio & varietas humanæ naturæ paulatim egens curatione, non aliter ad bene ſe habendum reuocatur, licet prima eius gubernentur principia, niſi etiam quod particulariter ei reſiſtit ſummoueatur. in corpore authent.de reſti.& ea quę parit. in princ.coll.4.

i ¶*Pręeminentiæ.*] intelligo etiam regalis: tum ob iſtius textus indefinitatem: tum quia ad onus regis ſpectat defenſio fidei, & impugnatio infidelium, vt dixi s̃.in gloſ. ſupponere. tū etiam arg.c. ſi fratrum.§. quia igitur. vndè præ cæteris debet abſtinere ab ijs, à quibus tenetur alios cohibere. arg.ff.ſi ſer.vẽdicetur.l.altius.extra de na.ex lib.ven.c.1.

Armorum quędā ſunt offenſionis quædam defenſionis.

k ¶*Arma.*] appellatione armorum comprehenduntur nedū arma offenſionis cuiuſcunque generis, imo & defenſionis: vt ſcuta, bloqueria, loricæ, platæ, diſploides, & ſimilia.ff.de vi & vi arm.l.3.§.armis.inſt.de interdic.§.qui autem.de publi.iudi. §.item lex Cornelia.ff.de ver.ſig.l.armorum. de fur.l.pignore. §.furem.& quia omne obſtaculum eſt tollendum quod poſſet impugnationem infidelium aliquatenus impedire: vt hic vides. de hoc dixi de ſtatu mo. in c. ne in argo. §. præfatæ quoque.cle.5.

l ¶*Ligamina.*] galearum ſcilicet, vel de quibus galeę, vel alia nauigia fieri poſſunt. de Iudę. ita quorundam.& cap. ad liberandam.

m ¶*Victualia.*] quid ipſorum appellatione continetur, vide quod legitur ff. de verbo.ſignifi.l.verbo victus. & l. quos nos §.iniuriæ.

n ¶*Quæcunque prohibita.*] quæ ſunt illa, colligitur C. quæ res ven.poſſ.vel non.l.barbaricum.quæ res expor.non debent. l.1.extra de Iudæ.ita quorundam. & cap.ad liberandam.

o ¶*Prędeceſſores noſtros.*] vt Alexandrum tertium, dicto cap. ita quorundam. & Innocentium tertium dicto. cap. ad liberandam.

Chriſtus vbi fuit nat⁹, nutritus, & paſſus.

p ¶*Terras Aegypti.*] in quibus Chriſtus natus fuit, ſcilicet in Bethleem. nutritus in Nazareth, paſſus & ſepultus in Hieruſalem. not. extra de ſepul.cap. 1. quæ peccatis noſtris præpedientibus ab infidelibus detinentur.

q ¶*Intra triennium.*] res miranda videtur, ꝙ conditor huius c.terminum certum pręfixit, intra quem ſua duraret prohibitio facta de non portandis rebus prohibitis ad regnum Granatæ: cum infideles ibidem habitent, vt hic ſupponitur, cum lex humana ciuilis inhibeat ſub pœna capitis, & ſub pœna proſcriptionis omnium bonorum, res inhibitas ad Barbaros deferri. C. quę res exportari non debent. l. 1. & iura alia canonica ſuprà glo.proxi. alleg.ſimpliciter inhibeant res interdictas ad Sarracenos portari: Quæ igitur poteſt huius fuiſſe ratio? Ad hoc poteſt dici, quòd cum proſecutio iſtius negotij eſſet futura temporalis, per Petrum Infantem, vt pote facienda per eum tutorio nomine regis Caſtellæ, talem prohibitionem facere voluit temporalem, pœnalem, & ſententię excommunicationis inductiuam: vt ipſe Petrus interim feruentius induceretur ad dicti negotij proſecutionem: ne fortè aliàs ipſe deſidem illum redderet: vndè cum ad ipſius Petri futuri temporalis proſecutoris ſupplicationem pręſens conſtitutio pœnalis fortè facta fuit, Papa eam facere perpetuam non curauit: potiſſimè cum ſciret iura alia communia multarum pœnarum inflictiua fore dudum condita generaliter contra portantes res prohibitas Sarracenis, quę per iſtam decretalem in nihilum immutantur. Sed ad illas per iſtam additur cum ſuis pœnis contra illos, qui iſto durante triennio res prohibitas detuliſſent, nec ex virtute huius conſtitutionis quis pœnas aliquas incurreret deferendo poſt triennium tales res prohibitas: ſed remanent alia iura pœnalia contra tales. Nec poteſt arg. à contrario ſenſu colligi ex hac decretali, per quod diceretur deferentes res prohibitas abſque prohibitione huius decre. non incurrere pœnas à prędeceſſoribus promulgatas: ceſſat enim argumentum à contrario ſenſu vbi iura alia obuiarent. not. de for.compet. ſignificaſti. & C. de epiſc. & cler.l.conuenticulam. Vel dicas quòd cum à prędeceſſoribus aliquibus fuerunt pœnę & ſententię promulgatę contra deferentes res prohibitas ad partes Aegypti, quę non ligarent de ſe portantes ad alias partes: magnum fuit, ꝙ Papa voluit eas extendi contra deferentes ad regnum Granatę: non fuit ergo mirum, ſi certum tempus voluit ſuper hoc limitare.

Argumentum à contrario ceſſat aliquando.

r ¶*Quomodolibet.*] quaſi dicat nec per ſe, nec per alium: nec per terram, nec per aquam, vel aliàs quoquo modo.

ſ ¶*Nos.*] Tertia pars.

t ¶*Quæcunque prohibita.*] dic vt ſuper hoc in parte pręcedenti dixi.

u ¶*Noſtræ prohibitionis.*] ſcilicet intra triennium, vt ſuprà: à contrario ergo ſenſu deferentes non contra talem prohibitionem, non viderentur incurrere pœnam: ſed dic vt ſuprà dixi ſuper verbo intra triennium.

x ¶*Et nihilominus.*] id eſt vltra pœnas, & ſententias à prędeceſſoribus promulgatas.

y ¶*Proſecutione durante.*] ergo illa finita præſtantes auxilium & ſimilia, non incurrerent ſententiam huius canonis: nihilominus tamen incurrerent ſententiam aliorum iurium, vt ſuprà dixi.

z ¶*Vel fauorem.*] ſuper hoc verbo, & duobus præcedentibus dic vt dixi c.dierum §.nos.

a ¶*Dicti negotij.*] ſcilicet, impugnationis perfidorum regni Granatæ.

b ¶*Directè.*] puta opponendo ſe contra impugnare volentes dictos perfidos.

c ¶*Indirectè.*] vt perſuadendo, vel monendo, vt à tali impugnatione deſiſteretur.

d ¶*Excommunicationis.*] ſcilicet maioris.de ſent. excomm. c.ſi quem.quæ in hoc caſu fortè citra Papam tolli non poſſet: ſi ſup-

ſi ſupponas ꝙ eam ſibi retinuerit tollendam ſententiæ promulgator, prout in talibus prædeceſſores facere conſueuerunt.

a ¶ *Ipſo facto.*] & ſic eſt canon latæ ſententiæ. Zenzelinus.

ſententiam incurrere volumus ipſo [a] facto. Nulli ergo noſtrę inhibitionis, conſtitutionis, & voluntatis, &c. Datum Auinion. quinto Calend. Martij, anno primo.

TITVLVS IX.

De torneamentis.

¶ Conſtitutio Clementis in quibuſdam regnis torneamenta inhibens ſub pęnis excommunicationis & interdicti, hic reuocatur, & illi qui huius occaſione ſentētias incurrerant abſoluunt.

CAP. VNICVM.

Via in futurorum euentibus [b] ſic humani fallitur [c] incertitudo iudicij, vt quod coniectura [d] probabili exnunc interdum attenta [e] conſideratio vtile pollicetur [f], reperiri [g] damnoſum quandocunque † contigat: nonnumquam quod conſultè [h] ſtatuitur, ex ſanioris inſpectione iudicij conſultius [i] reuocatur. ¶ Sanè [k] felicis recordationis Clemens Papa quintus prędeceſſor noſter attentè conſiderans generale paſſagium [l] in concilio Viennenſi pro terræ ſanctæ ſubſidio ſalubriter ordinatum, per torneamenta [m],

† Quādoq;

Diuiſio. textualis.

Via in futurorum. Primò harenga, ſeu præfatio præmittit. Secūdò factus proceſſus per Clementem Papam v. ſubiungitur: ibi *Sanè felicis, &c.* Tertiò reuocationis eiuſdem proceſſus cauſa & ratio annectitur: ibi. *Verùm quoniam, &c.* Quartò ipſa reuocatio ſubinfertur: ibi, *Nos ad dilecti, &c.*

b ¶ *Euentibus.*] quide ſe incerti ſunt. inſtitut. de verb. oblg. §. omnis. ff. de condit. & demon. l. 1. §. dies.

Futura ſolus Deus cognoſcit.

c ¶ *Humani falitur.*] cum de futuris diuinare certitudinaliter non poſſit, vt extra vt eccleſ. benefi. c. 1. ff. ad l. Aquil. l. ſi putator. ſimile ff. manda. ſi fideiuſſor. §. ſi cum debitori. nec beatus Paulus, licet ſpiritu Dei repletus, ſecreta diuini futuri iudicij agnoſcere potuit. 12. q. 2. c. cum beatus. ſolius enim Dei eſt præſcire futura. ff. de iudi. l. ſed & ſi reſtituatur. §. vlt. 25. q. 5. §. quòd autem.

d ¶ *Coniectura.*] id eſt, præſumptione.

e ¶ *Attenta.*] id eſt, deliberata.

Pollicitationis deſcriptio.

f ¶ *Pollicetur,*] id eſt, aſſerit per cōiecturā. Pollicitatio enim eſt ſolius aſſerentis promiſſio abſque alterius præcedente cōſenſu. & in hoc differt à pacto. ff. de pollici. l. pactum.

g ¶ *Reperiri damnoſum.*] ſumitur ex corpores authēt. hæc conſtitutio innouat conſtitutionem. in prinicp. coll. 8. & in decret. quia nonnunquam. reperies ſimile, vbi de hoc dixi.

Cōſilium mutare ſapientis eſt.

h ¶ *Conſulte.*] id eſt, conſilio, & deliberatione præcedente.

i ¶ *Conſultius.*] ſapientis enim eſt mutare conſilium in melius. in corpore authent. vt fratrum filij. in princip. coll. 9. de nup. §. nos autem. coll. 4. ff. de col. bo. l. nonnumquam. 22. diſt. cap. ſi aliquid. & c. magnæ. cum ſimilibus.

k ¶ *Sanè.*] ſecunda pars.

Torneamēta an ſint ꝑmiſſa.

l ¶ *Paſſagium.*] vltramarinum contra Sarracenos inimicos fidei faciendum.

m ¶ *Torneamenta.*] quæ dicuntnr torneamenta, colligitur extra de torne. 1. c. 1. quæ licet cauſa experimentorum de iure ciuili uideantur premiſſa. ff. de aleato. l. ſolent. §. ſenatus. ad l. Aquil. qua actione. §. ſi quis in colluctatione. de poſtu. l. 1. §. ꝙ ſi depugnauerit. de iure tamē canonico ſunt inhibita ob mortem hominum, quę frequenter exinde peruenit: vt dicto c. 1. non enim merentur dici ludi, ex quibus crimina oriuntur. in procemio. ff. §. illud verò. vnde ludus noxius eſt in culpa. ff. ad leg. Aquil. l. nam ludus. Sed gratia huius hic quæro 1, vtrū de iure canonico, vel ciuili ſcripto duella ſint aliquo caſu hodie permiſſa? Videtur quòd non. C. de gladiato. l. vnica. vt armorum vſus. l. vnica. & arg. C. de act. & obli. l. negantes. In hac opinione videtur reſidere Accurſius dicto §. ſi quis in colluctatione. & dicta l. 1. de gladiato. expreſſius hoc not. ff. de leg. 2. l. cum filius, §. vlti. Sed in contrarium videtur lex expreſſa Friderici Imperatoris: vt in coll. 10. de pa. te. §. ſi quis hominem. & §. ſi quis aliquando. & §. & ſi miles. vbi in certis ſaltem caſibus videtur pugna per duellum permiſſa: nec videtur contrarium poſſe dici, cum illa lex Friderici lex generalis exiſtat, cū ad omnes ſit directa, quod eſt ſignum legis generalis. C. de leg. l. 3. nam quod per epiſtolam & per ſubſcriptionem Imperator ſtatuit, vel edicto pręcepit, legem eſſe coſtat. ff. de conſtit. princip. l. 1. iſtud etiam videtur expreſsè denotari in rub. quæ ſequitur poſt illā, de pace tenenda: cum in ea dicitur, hic finitur lex, deinde incipiunt regni conſuetudines. per qđ innuitur mandatum factum in titulo præcedenti de pace tenenda ſub certis pœnis legem eſſe communem. ſic ſentit gloſſator feudorum pro & contra. & ſuper hoc multa allegans in titulo, de pace iuramento firmanda. §. iniuria. qui etiam conſentire videtur, quòd ſaltem in certis caſibus pugna per duellum ſit hodie permiſſa, vt not. ipſe in titu. de alien. feud. paterni §. non eſt. Et ſecundùm hoc non obſtabit lex prędicta de gladiato. nec lex vnica, vt vſus armorum. quia loquuntur de alijs gladiatoribus quàm in duello pugnantibus, vel aliam vim armorum committentibus, vt not. Gof. in libello ſuo iuris canonici, in titu. de purga. Vel dices, quòd leges illæ vt priores tollantur in hoc per l. Friderici tamquam poſteriorem. Vel dices quòd illę prohibitionem ponunt in genere: & lex Friderici duellum permittit in ſpecie: & ita neutra alteram corrigit. Sed ſuppoſito ꝙ ſecundùm legem ſcriptam in certis caſibus admittatur hodie duellum: quęro an lex ciuilis ſaltem ratione peccati ſuccumbat canoni ipſum prohibenti. 2. q. 5. monomachiam. extra de purg. vulg. cap. 2. nedum in foro eccleſię, imo & in foro temporali. in duello enim certum eſt interuenire peccatum, cum in ipſo quis intendit ad mortem proximi, & Deus tentari videatur. 23. q. vlt. c. ſed nulla. extra de purg. vulg. c. vlt. cum ſimilibus. Ad hoc breuiter reſpondeo, & dico quòd lex hoc permittens neceſſariò habet canoni ſuccumbere ratione peccati. & hoc perſuaderi poteſt tam per legem diuinam, quàm humanam: per diuinam: quia dicit Apoſtolus: Omne quod non eſt ex fide, ideſt ex bona & ſyncera conſcientia, peccatum eſt. Et beatus Ambroſius ſuper dicto Apoſtoli ait: Peccatum eſt quod aliter fit quàm probatum eſt: & Auguſtinus ſuper eo dicto, Omne quod aliter fit quàm probatum eſt, peccatum eſt. & recitatur textualiter. 28. q. 1. §. ex his. cum igitur Deus peccatum inhibeat, ergo & omne id per quod ad illud peruenitur. ff. de ſpon. l. oratio. ff. de fideiuſ. l. cum lex. C. de nat. lib. l. lege Anaſtaſij. in fi. extra de conſtit. cap. nam concupiſcentiam. Item ſcriptum eſt in Euangelio, Non tentabis Dominum Deum tuum. & legitur 22. q. 2. cap. quæritur cur patriarcha. ſed per duellum Deus tentari videtur. dicto c. monomachiam. cum iuribus alijs allegatis. Item lex imperialis facta per Imperatorem profitentem ſe eſſe vltimum ſeruum Dei, & velle ſuum ſeruitium adimplere. C. de offic. præfec. prætorio. l. quas gratias. inducere non poterit quod Dominus ſuus, vel Deus inhibet. 28. q. 1. cap. iam nunc. Probo hoc idem per legem humanam tam canonicam quàm ciuilem: per canonicam, extra de pur. vulg. per totum. de cle. pu. in duel. per totum. & dicto cap. monomachiam. per quam legem canonicam. probatur ꝙ Dominus principem Eccleſiæ conſtituit ſup omnes principes ſeculares in ſpiritualibus rebus. 96. diſtin. cap. ſi Imperator. extra de maior. & obedi. cap. ſolitæ vnde in his principes ſeculi ſuas conſtitutiones debent canonicis ſubmittere, nō præferre. dicto cap. ſi Imperator. vndè neceſſario ratione peccati habet lex canoni ſuccumbere, vt no. Ber. Inno. & Hoſt. extra de pręſcrip. quoniam omne. & Guliel. in Spec. de diſputa. aduo. §. porrò. verb. ſed nunquid. & ponit exemplum extra de noui op. nunc. cap. 1. Plus adhuc dico ſecundùm hanc legem quòd iudex ſecularis cogi poteſt per eccleſiaſticum ad faciendum coram ſe ſeruari canones omiſſis legibus. arg. extra de pact. cap. quamuis. de excepti. cap. 2. de iureiur. cap. licet. de ſentent. excomm. cap. decernimus. lib. 6. Adhuc idem probo per legem ciuilem: nam per eam ſtatuitur. canones fore pro legibus omnes ſeruandos: in corpore authen. vt cle. apud proprios. epi. §. pen. coll. 6. de eccl. titu. in princ. coll. 9. intantum quòd epiſcopus transgreſſores canonis etiam ſecundùm legem ciuilem punire poteſt, in corpore authen. de ſen. epi. §. ne autem. coll. 9. prohibitum ergo duellū per canonem, prohibitum debet reputari per legem. Nec obſtat huic dicto lex Friderici, cum in eadem lege Fridericus ſe velle dixerit in indicenda pace tam diuinas quàm humaoas leges in ſuo vigore permanere: nedum ergo legem diuinam hoc prohibentem videtur ſeruari voluiſſe: imo & humanas pręcipientes canones fore pro legibus obſeuandos. Itē in lege ciuili ſtatutum eſt inferiorem legem ſuperioris tollere non poſſe. ff. ad Trebel. l. ille à quo. §. tempeſtiuum. de Arbit. l. nam magiſtratus. intantum quòd in lege inferioris auctoritas ſuperioris intelligitur excepta. ff. ad muni. l. Imperatores. de prohib.

1 Deteſtabilem duellorū vſum ex Chriſtiano orbe penitꝰ exterminauit conciliū Triden. ſeſſio. 25. de reformatione c. 19.

de prohib.feud.alie.l.imperialem.§.vlt. collat.10. nec ſeruum poſſe legem domini tollere.C.de pac.l.ſeruum. cum ſimilibus Imperator autem ſe ſeruum Dei profitetur: vt prædixi. Item cum imperium & ſacerdotium ſint à Deo inſtituta,in corpore authent.quomodo oporteat epiſcopos, in prin.coll.1.abſit dicere, quòd Imperatori conceſſo imperio videtur data poteſtas tollendi, vel perdendi legem Dei ipſum imperium inſtituentis.ff. de pact.l. contra iuris ciuilis.§.vlt.de don.l. filius. aliàs videretur Deus contra ſeipſum imperium conſtituiſſe:quod dicere eſt abſurdum. ſuper quo vide quod plenè not.in lib. feu.in tit. hic finitur lex.§.vlti. itẽ probatur, nam in facto vſurarum lex ipſas permittens ſuccumbit canoni ipſas prohibenti, vt not.in corpore auth. de eccleſ. titu. in prin. coll.9.C.de ſum.trinit. l.1.d. vſu. Auth.ad hoc. Sed hoc dici non poteſt niſi ratione peccati: cũ igitur ratione peccati & propter peccatum vſurarum lex ſuccumbit canoni,ergo eadem ratione in quocunque alio caſu ſubeſt peccatũ, vt eſt in duello, vt prædixi arg.in corpore authen. vt non luxu. contra nat. in princ. colla.6.ſcenicas non ſolùm.§.1.colla.5.quia ratio differentię reddi non poteſt: quare idem ius debet eſſe.ff. de iniu teſta.l. poſthumum. §.1 de verb. oblig.l à Titio. C.de lib. præt. l. 1. Item Imperator Valentinianus ſcripſiſſe legitur ſe velle fore ſubmiſſum Eccleſiæ,cum tamquam homo peccare reperiret. hoc patet 73.diſt.c.Valentinianus.extra de iudi.c. nouit.C.de ſum.trinit.epiſtola, inter claros.de offic.præfe. prætor. Afri.l. quas gratias. Ex his igitur concluditur, quòd ſuper duello per legem inducto peccatum inducenti, ipſa lex canoni habet ſuccumbere: aliàs dic quod ſuper hoc notaui in ſimili extra de reg.iur.c poſſeſſor.lib.6.

Lex ſuccũbit canoni, vbicunque peccatũ ſub eſt.

† Et ideo hic nominã tur,tñ idem dicendũ de alijs prouincijs,in quib. p iſta paſſagiũ impeditur, facit gl. in l.tale pactũ.§.fi.ff.de pact.l. ſcire oportet.§.fi. ff. de excuſ. tut.gl.in verbo, præſidẽtes, reputata ſing. cle. 1. de reſcri. Sed vltra Bar. ibi ego allego gl.in verbo,reus, c.2. de conſeſ.lib.6.gl. q̃ Aug.dicit practicatã fuiſſe.l.1.C. de rap.virg. tex.& Bald. in c. 1.§. ſi qs ruſticus. de pa.tenẽ. Fonta.

& haſtiludia,[a] ſiue[b] iuxtras nõ leuiter[c] impediri: tum quia frequenter ſic ipſum paſſagij negotium proſecuturos[d] exinaniunt[e], quòd ad eius executionem efficiuntur impotentes[f]: tum quia interdum quãplures à crucis[g] aſſumptione retrahunt[h], dum ab illis[i] abſtinere (alijs ea[k] exercẽtibus) erubeſcunt[l]: torneamenta ipſa,& haſtiludia, ſiue iuxtras in regnis Franciæ,Anglię,& Alemaniæ, & alijs nonnullis prouincijs, in quibus ea conſueuere frequentius[m] † exerceri ſpecialiter interdixit:[n] in facientium[o] ea[p], vel ad id[q] eis[r] p̃ſtantium[ſ] opem,conſilium, vel conſenſum, & illorum[t] etiam, in quorum locis[u], vel diſtrictibus fierent non prohibentium hoc cum[x] poſſent,& illorum procedentes ad[y] illa in domibus[z] ſuis recipientiũ, vel commercium quomodolibet[a] exercentium cum[b] eiſdem,in perſonas[c], excommunicationis, & in terras, interdicti ſententias promulgando[d], abſolutione ab excommunicatione[e] huiuſmodi,præterquam in mortis articulo,ſedi Apoſtolicæ reſeruata[f]. Verùm[g] quoniam (vt intelleximus) per ſententiam huiuſmodi periculum animabus ingeritur[h], & pro eo maximè negotio dicti paſſagij derogatur: quia nonnulli militari[i] cingulo abſtinent, & quia vacare[k] militiæ metu præſertim ipſius[l] ſententiæ non præſumunt, propter[m] quod idoneos[n],& voluntarios[o] ad terræ prædictæ ſubſidium in regnis eiſdem contingit pauciores ſolito reperiri: Nos[p] ad dilectum filium†nobis viri Philippi claræ memoriæ regẽtis[q]

a ¶*Haſtiludia.*] ſic dicta,quia ludi cauſa fiunt cum haſta.arg. ff.de alea.l.ſolent.

b ¶*Siue iuxtras.*] alludit vulgari denominationi regionis, maximè linguæ Oxitanæ.argu.ad hoc.ff.de pœnis.l. capitaliũ. §. ſolent.de flu.l.1.§.flumen. extra de priuileg c.religioſi.§.1. Clem.5.

c ¶*Non leuiter.*] quaſi dicat imo grauiter,vel fortiter.

d ¶*Proſecuturos.*] ipſe, vel gentes ſuas habentes paſſagium facere.

e ¶*Exinaniunt.*] id eſt exauriunt bonis & facultatibus.C. ne filius pro patre. Authen. habita. vbi ſimile verbum ſic exponi reperies. ad hoc extra de vſur.c.vſurarum.lib.6.

f ¶*Impotentes.*] ſcilicet impotentia facti fortè de diuitibus facti pauperes ob expenſas nimias factas pro torneamentis exercẽdis vltra quàm poſſent ſui facultates patrimonij tolerare.arg.ad hoc in corpore authen. vt omnes obe. iudi. prouinciarum.§.1.colla.5.ff.vbi pupillus.educ.debeat.l.ius alimentorum.2.reſpon.de iure do.l.quæro.& l. generalis.

g ¶*Crucis aſſumptione.*] quam volentes paſſagium facere, aſſumere conſueuerunt.

h ¶*Retrahunt.*] vt talis retractio non contingeret, multum videbatur cauſa probabilis ad inhibendum talia torneamenta. argum. ad hoc.ff. de ope. pu. l. qui liberalitate. circa fin.in corpore authen. vt li.decætero.§.hic ſi mulier. colla. 6. C.de bon.quæ libe.l.2.de dona.ante nupt.l.ſi conſtante.

i ¶*Ab illis.*] ſcilicet torneamentis.

k ¶*Ea.*] ſcilicet torneamenta.

l ¶*Erubeſcunt.*] reputantes fortè ſibi ad aliquem ruborem ſeu pudorem, ſi quod vident alios facientes ipſi non faciant, pompam ſeculi ſequi volentes, vt frequenter accidit in viris nobilibus. argum.ad hoc ff.de admi.tut.l.cum plures.§. cum tutor.de dona.cum filius.

m ¶*Frequentius exerceri.*] vnde in illis non ſine cauſa fuit facta interdictio ſpecialis.argu.C.de fer.l. prouinciarum.ff.de pœnis.l.aut facta.§ vlt.

n ¶*Interdixit.*] in quadam extrauaganti, quæ incipiebat: Paſſiones.

o ¶*In facientium.*] ſume verbum, perſonas, quod eſt infra.

p ¶*Ea.*] ſcilicet torneamenta.

q ¶*Ad id.*]ſcilicet faciendum torneamenta, vel alia ſuprà expreſſa.

r ¶*Eis.*]ſcilicet faciẽtibus.

ſ ¶*Præſtantium opẽ.*] ſuper hoc verbo, & ſequentibus vide quod dixi in c.dierum.in verbo auxilium.

t ¶*Illorum.*] ſcilicet perſonas, quod eſt infra.

u ¶*Locis.*]quo ad iuriſdictionem,& hoc denotat verbum ſequens.

x ¶*Cum poſſent.*] ad impoſſibile enim non obligabant. 22. quæſt. 2.cap.faciat homo. ff. de reg.iur.l. impoſſibilium.

y ¶*Ad illa.*] ſcilicet torneamenta, vel haſtiludia.

z ¶*In domibus ſuis.*] intelligi debet ſuis non ſolùm ratione dominij ſeu proprietatis, imo ratione domicilij, vel habitationis.arg.ff.de iniur.l.lex Cornelia.§. domum. de dam.infe.l.4.§.abeſſe.cum ſimil.

† Ita videſ reſtituenda hæc lectio, ad dilecti ſilij, ſcilicet inſtantiam.

a ¶*Quomodolibet exercentium.*] quaſi dicat nedum pro his quæ haberent exerceri occaſione torneamentorum, imo quacunque etiam alia, cũ dicat quomodolibet. ſimile de reſcrip. ſtatutum.§.in nullo.lib.6.

b ¶*Cum eiſdem.*] ſcilicet facientibus torneamenta.

c ¶*Perſonas excommunicationis.*] in perſonas ergo excommunicatio, in locum verò interdicti ſententia propriè fertur. & hic videas quod dixi in c. ſi fratrum. in verbo, ciuitatibus.

d ¶*Promulgando.*] in dicta extrauaganti paſſiones. in qua etiam omnes colligationes, pactiones, promiſſiones quacunque firmitate etiam iuramenti ſubnixas ſuper hoc irritauit.

e ¶*Ab excommunicatione huiuſmodi.*]ſublationem ergo interdicti ſibi non retinuit: quare ordinario eam permiſiſſe videtuo.arg.de ſenten.excom.nuper.

f ¶*Reſeruata.*] hoc vide quod dixi in cap. prodiens. in fine. in verbo,reſeruata.

g ¶*Verùm.*] Tertia pars.

h ¶*Ingeritur.*] quia fortè multi nolunt à talibus abſtinere: quare dicta ſententia ligabantur in ſuarum periculum animarum.

i ¶*Militari cingulo.*] olim enim & hodie militaturis de nouo cingitur enſis.ff.de milit. teſta.l. filusfamilias.& multa alia olim fiebant,quæ hodie non ſunt in vſu,quę notantur per Accurſium.ff.ex quib.cau.maio.l.penult.

k ¶*Vacare.*] id eſt,operam dare.

l ¶*Ipſius ſententię.*]ſcilicet excommunicationis in perſonas, & interdicti in terras.

m ¶*Propter quod.*]ſcilicet quòd multi vacare omittunt militiæ, & actibus militaribus.

n ¶*Idoneos.*] pauciores, quod eſt infra deficient eis armorũ ingenio, quod per exercitium incrementum recipere conſueuit.C.de re milit.contra rem publicam. lib. 12.ff. de lega.3.l. legatis ſeruis.§.ornatricibus.

o ¶*Voluntarios.*] quia tales non coacti quærendi ſunt: voluntarium enim militem eligit Chriſtus,voluntarium ſibi ſeruum auctionatur diabolus 15. quæſt.1. c.non eſt. &argu.in procem.inſt.§.ſumma itaque.

p ¶*Nos ad dilectum.*] Quarta pars.

q ¶*Regentis.*] non dicit, regis: quia tempore editionis huius conſtitutionis iſte Philippus rex nondum erat, ſed iuxta conſuetudinem

Regẽs quare ſic dicit.

Franciæ, & Nauarræ regis, & aliorum de domo[a] regia, necnon quamplurium magnatũ[b], & nobilium, tam in regno Frãcię, quàm aliunde conſiderãtium præmiſſa[c] diſcrimina repetitę[d] ſupplicationis inſtantiam, ſententias excommunicationis & interdicti prefatas prẽmiſſorũ ſupplicationibus ĩclinati, & ducti[e] conſiderationibus antedictis[f], & ex cauſis etiam rationabilibus[g] alijs in fauorem ſępefati negotij, de fratrum noſtrorum conſilio reuocamus: eos qui propter exercitium torneamentorum, ſeu haſtiludiorum ipſorum huiuſmodi[h] ſententias incurrerunt abſoluentes ab illis, & cũ eis qui ſic[i] ligati, vel in locis propterea[k] interdictis diuina celebrarunt officia[l], ſuper irregularitate[m] inde contracta auctoritate Apoſtolica diſpenſantes. Datum Lugduni. xvj. Calẽd. Octobris, anno primo.

TITVLVS X.

De crimine falſi.

¶Falſificantes monetam regis Frãcię, & aliorum locorum circumuicinorum aliquo de quatuor modis hic prolixè declaratis, ipſo facto excommunicationem incurrunt: à qua abſolui non poſſunt niſi à Papa, prę̃terquam in mortis articulo. De falſificantibus ſigillum ipſius regis Frãcię habes c. ad audientiam. eod. tit. in antiquis.

CAP. VNICVM.

PRodiens quaſi ex[n] adipe iniquitatis multorum ſceleratorum[o] funeſta[p] cupiditas,[q] eos[r] in perniciem[ſ] pręcipitare conatur, dum ſequi miſerabilem[t] eius[u] ingluuiem[x] ſatietatis neſcientem moderamina[y] non verentur: ipſi etenim turpium[z] lucrorũ ſe fecibus[a] immergentes, ambitioſis[b] nexibus inuoluuntur, Dei[c] timorem damnabili[d] cęcitate poſtponunt, & quaſi ambulantes in tenebris[e] non vitant excidia[f] perſonarum. Nuper[g] ſiquidem ad noſtri Apoſtolatus auditum multorum relatio fide digna[h] perduxit, quòd nonnulli[i] nullam habentes auctoritatem[k]

ſuetudinem regni regebat regnum pro Ioanne impubere nepote ſuo, filio regis Ludouici fratris ſui præmortui: quo Ioanne impubere mortuo ſucceſſit in regno, & Rex verus fuit.

a ¶*De domo regia.*] ſcilicet exiſtentium, vel domeſticorum. arg. extra de verb. oblig. c. ſicut nobis. lib. 6. vt & alibi legitur in Euangelio: cum dicitur, Ad virginem deſponſatam viro, cui nomen erat Ioſeph de domo Dauid, &c. Lucæ. 1.

b ¶*Magnatum.*] magnates dici cõſueuerũt magna temporali potẽtia ſuffulti. arg. not extra de ſup. negli. præl. c. grandi. lib. 6.

c ¶*Præmiſſa diſcrimina.*] animarum ex dictis ſententijs prouenientia. & quia derogatur negotio paſſagij ex hoc quia à cingulo militari abſtinentes metu ſententiarum ſe idoneos, vel voluntarios non exhibent ad ſubſidium terræ ſanctæ.

d ¶*Repetitę.*] id eſt iterum petitæ. ſimile C. de epiſ. & cle. l. repetita. de teſta. conſulta diualia. & de erog. milit. anno. l. lege repetita. lib. 12.

e ¶*Ducti.*] id eſt inducti.

f ¶*Antedictis.*] ſcilicet in proxima parte præcedenti.

g ¶*Rationabilibus aliis.*] quæ illæ potuerunt eſſe, arbitrarium poteſt dici: durũ enim videbatur ꝙ per cenſuram eccleſiaſticã interdiceretur liber vſus corporis proprij ad experiendas & exercẽdas vires eiuſdem, & iniquum videbatur ingenuis hominibus non eſſe liberum vſum, & adminiſtrationem rerum ſuarum. argu. ff. ſi a paren. quis manumiſ. fue. l. non vſque. C. de Iudæ. l. nemo. mandati. l. in re mandata. Aliæ rationes forſan ſuper hoc reddi poſſent, quas per teipſum tu ſtudioſe adinuenire curabis. — *Rerum propriarum adminiſtratio non eſt ingenuis auferenda.*

h ¶*Huiuſmodi ſententias.*] ſcilicet excomunicationis in perſonas, & interdicti in terras, vt ſ. Et ſic colliges ꝙ ſententia interdicti lata in terram, vel locum, adſtringit etiam perſonas. not. de exceſ. prela. tanta. extra de ſen. excom. c. ſi ſententia. — *Interdictũ in terram latum perſonas etiã adſtringit.*

i ¶*Sic ligati.*] ſcilicet ſententia excõmunicationis.

k ¶*Propterea.*] ſcilicet quia fiebant torneamenta, vel haſtiludia, vel cis faciendis opes, auxilium, vel aſſenſus præſtabantur, vt ſ. Circa illos ergo qui ex alia cauſa excommunicati exiſtentes, vel in locis ex cauſa alia interdictis celebraſſent diuina, nulla fit hic diſpenſatio.

l ¶*Officia.*] ſcilicet ſolemniter ſicut prius. 11. q. 3. ſi quis epiſcopus. An autem aliter celebrando incurratur irregularitas, vide qđ Inno. & Hoſt. not. extra de exceſ. præl. tanta.

m ¶*Irregularitate.*] ſuper qua dic vt not. per Hoſt. extra de cler. excom. cap. 2. & cap. ſi celebrat, Zenzelinus.

Diuiſio textualis. PRodiens.] Iſtam decretalem diuide in partes tres. In prima faciendæ conſtitutionis præmititur occaſio. In ſecunda per facti recitationem multiplicis falſitatis monetæ ſubiungitur ſpecificatio: ibi, *Nuper ſiquidem, &c.* In tertia contra falſarios promulgatur excommunicatio: ibi, *Nos igitur, &c.*

n ¶*Ex adipe.*] id eſt abundãtia, ſeu pinguedine, ſicut & Pſalmus, Sicut adipe, & pinguedine repleatur, &c.

o ¶*Sceleratorum.*] id eſt crimino ſorum, & debet eſſe ſcriptum cum ſcilicet, ſimile extra de verbor. ſignific. forus. §. vlt. C. de quæſtionibus. cum cognitionaliter. & de ferijs. l. prouinciarum iuxta verſum.

Vt ſis cœleſtis, non aſſimilare ſceleſtis.

id eſt ſcelera committentibus. item hic.

Regi cęleſti nunquam placuere ſceleſti. id eſt vitioſi.

p ¶*Funeſta.*] id eſt crudelis, & peruerſa.

q ¶*Cupiditas.*] dicitur radix omnium malorum. 1. ad Timoth. 6. de pœnit. diſtinct. 2. cap. quia radix. 46. diſtinct. c. bonorum. in corpore authen. vt iud. ſine quoquo ſuffra. §. ſi igitur colla. 2.

r ¶*Eos.*] ſceleratos.

ſ ¶*Perniciem.*] id eſt damnationem. 11. q. 3. cap. pręcipuè. 18. q. 2. cap. pernicioſam.

t ¶*Miſerabilem.*] id eſt ad miſeriam hominem deducentem. aliter autem quandoque ſumitur hoc verbum, & exponitur, id eſt miſeratione dignum. vnde dicitur, Pauper amabilis, & miſerabilis. arg. C. ſi quis impe. maledi. l. 1. not. extra de maledic. cap. 1. — *Miſerabilis dupliciter ſumitur.*

u ¶*Eius.*] ſcilicet cupiditatis.

x ¶*Ingluuiem.*] id eſt appetitum inſatiabilẽ. Ingluuies autem aliàs aſſumitur pro immoderata cibi, vel potus aſſumptione. 4. diſt. c. denique de conſec. diſtin. 5. c. nihil. de ędili. edic. l. qui damno. §. vlti.

y ¶*Moderamina.*] id eſt temperantiam, vel ſobrietatẽ in vita, quę corporaliter obſeruata ſalutem, & ſenſuum acumen & lumen operatur, & ægritudinem fugat: & per contrariũ nõ obſeruata morbum facit, moleſtias ingerit, ægritudinem generat, conſumit & computreſcere facit corpus humanum, & macerat ęgritudine diuturna: & tunc tandem morte crudeli conſumit. de conſecrat. diſtinct. 5. c. nihil enim. ſic & multo fortius eſt de intemperantia ſpirituali mentis. — *Sobrietas multa bona facit.*

z ¶*Turpium lucrorum.*] ad turpiter lucra quęſita quandoque perdenti competit repetitio, quandoque non, vt not. extra de deci. ex traſmiſſa. nihilominus tamen fiſco repetenti de iure communi ſunt applicanda. ff. de iure fiſc. l. Lucius. not. C. de cond. ob tur. cau. l. 2. ff. de pact. l. iuriſgentium. §. ſi ob maleficium.

a ¶*Fecibus.*] iuxta hoc legitur de regulari ſimplici inuento proprietario tempore mortis. qui debet in ſterquilinio ſepeliri. extra de ſta. mo. c. cum ad monaſterium. — *Religioſus proprietarius eſt in ſterquilinio ſepeliendus.*

b ¶*Ambitioſis.*] de ſe nunquam ſatiabilibus. 47. diſtinct. cap. ſicut hi.

c ¶*Dei.*] qui potius eſt habendus. extra de ſtat. regu. c. quòd Dei. cum ſimilibus.

d ¶*Damnabili cęcitate.*] ſcilicet, corporis, cordis animam damnante.

e ¶*In tenebris.*] ſcilicet cordis, vel oculorum mentalium: quare neſciunt quo vadant. ſcriptum eſt, Qui ambulat in tenebris, neſcit quo vadat. extra de præſump. cap literis.

f ¶*Excidia.*] id eſt mortes ſpirituales.

g ¶*Nuper ſiquidem.*] Secunda pars.

h ¶*Fide digna.*] tenetur ergo ad prouiſionem ſuper hoc faciendam: hoc cum videtur ſcire quod ab alijs audiuit. 22. q. 5. c. hoc videtur. ff. de pet. hære. l. item veniunt. §. petita. &. §. à quo.

i ¶*Nonnulli.*] quatuor modos ponit falſitatis, vel deteriorationis monetę, & hic eſt primus.

k ¶*Auctoritatem.*] ſed ad quem ſpectat iuris communis auctoritate monetam cudere, ſeu fabricare? Reſpondeo ad principẽ. arg. ff. de orig. iur. l. 2. §. cùm ęrariũ. C. de fal. mon. l. 1. & quia de iure regaliarum eſt monetam cudere. 10. col. quę ſint regalię. c. 1. Et per hoc patet expreſsè, quòd nulli priuato 1 competit de iure ſcripto monetam cudere poſſe, etiam legitimæ — *1 Monetam cudere nulli priuato competit.*

legitimæ materiæ,& legitimi pōderis exiſtentem.arg.iſtius tex tus, tum quia moneta habet publica forma percuſſa eſſe.ff.de contrahen.empt.l.1. qua forma priuatus ſine pœna falſi vti nō poteſt nomine ſuo. arg.ff. ad legem Corneliam de fal. l. falſi nominis.& l. qui nomine. tum quia per priuilegium impetratur, vt ſequitur: quare relinquitur quòd de iure communi non competat,aliàs enim fruſtra per priuilegium impetraretur. C. de theſau. l.1. lib.10. ff. de priuileg. credi.l. Imperatores. tum quia eam cudens, vt falſarius puniretur. ff. ad leg. Corn. de fal. l. quicunque. & l. lege Cornelia. C. de fal. mon.l.1. quod non contingeret: ſi iure permittente hoc faceret. C. ad leg. Iuliam de adul.l. Gracchus.23.q. 4.qui petat. tum etiam quia ea quæ iuris publici ſunt, priuato ſine conſenſu principis nō competunt. ff. ne quid in loco pub.fiat.l.2.§.ſi quis à principe. & §. idem ait.C.de fun.limi. l. cuicunque. lib. 11. quaſi nulli permiſſum videatur quod in ſignū prerogatiuę ſpecialis eſt principi reſeruatum.argu.C. de diuer.offi.& appari.iud.& probato.eorum.l.probatorias.lib.12. Sed ſi queras à me an princeps aut rex, vel alius habens ius cudendi monetam, poſſit bonam monetam deteriorare, ſeu mutare in damnum ſubditorum: & ſi fecerit, an in foro pœnitentiali ſatisfacere tenetur? Vide quod not. per Inno. & Hoſt. de iureiur.cap.quanto. & per Hoſtien. in ſumma, in titu. de cenſi.§. ex quibus. ver. quid ſit moneta.

iuris, vel conſuetudinem [a], ſeu priuilegium [b] faciendi, monetam falſam oſtendunt, & fabricant in regno Franciæ, & locis circumuicinis. Alij [c] verò monetam [d] falſam ſub vero ſigno chariſſimi in Chriſto filij [e] noſtri Caroli regis Francorum, & Nauarræ illuſtris [f] ſtudioſè [g] deprauant [h], & ex hoc cadit à ſuo recto [i] pondere. Quamplures [k] etiam in locis circumuicinis [l], quibus [m] de iure, aut conſuetudine, ſeu priuilegio ius competit fabricādi monetā ſignum [n] propriū monetæ regiæ, monetæ ſuæ, quam fabricant, imprimere, ſeu inſculpere moliuntur [o], eiuſdem quantitatis, & iucunditatis, literarum figuræ,quā [p] habet moneta regia, monetæ ſuæ, quam fabricant, quantū [q] poſſunt ſimilius, ſpeciē & formam inſculpunt, conſtituunt, & imponunt [r]: & quamuis moneta prędicta eorum ad vſurpatam [ſ] ſimilitudinem perducta deficiat à iuſto pondere argenti [t] & ſolito in regia moneta, & more, & conſuetudine obſeruato, ſimplices [u] tamen & populares perſonæ non habētes inter monetas tantæ ſimilitudinis peritiam [x] diſcernendi,falluntur [y] quotidie [z] ea occaſione [a] in vſu monetarum, recipientes monetas falſo aſſimiliatas prō veris. Sunt [b] & alij qui ſcienter [c] falſas monetas extra regnum prædictum emunt, & poſt intra regnum ipſum eas portant,vendunt, & expendunt [d]. ¶ Nos [e] igitur attendentes quòd ijdem [f] falſarij,& fabricatores [g]

a ¶ *Conſuetudinē.*] argum.per conſuetudinem quæri poſſe ius cudendi monetam 1. argum. ff de diuerſ. & tempo. præſcript.l.ſi quiſquam.de iniur.l.ſanè.C.de fun.limit.l.2.de paſc. pu.l.1. lib.11. & ff.quod vi aut clam.l. prohibere.§.planè. & not.C.de falſa moneta.l.2. ſicut & quæri poteſt ius iuriſdictionis ne vtendi. argum. extra de foro comp. cum contingat. de offic. ord. Romana.lib. 6. de appari. iud. l.viros. lib.12.cum multis ſimilibus iuribus canonicis,& ciuilibus:q̄ allegari poſſent ſuper acquiſitione iurium incorporalium per conſuetudinem:Dicas tamen q̄ moneta,quam cudere competit de conſuetudine,curſum publicum inter multos non habet, niſi ſolùm in loco, vel locis inquibus eſt conſuetudo ſuper hoc obſeruata:per ea quæ not. Inno.& Hoſtien.de offic.archid.dilecto. cum nec moneta, quæ cuditur per reges moderni temporis, curſum habeat extra eorum regna.arg.ff.de iuriſdict.om. iudic.l. vlti.C. de ſum.trin.l.1.ſic not.Hoſt.de iureiur.c.quanto. cum nec ſtatutum aliquod liget niſi tantùm ſubditos ſtatuentis.not. Innoc.de conſti. quæ in eccleſiarum. & Ioan.8. diſt.c.quæ contra mores.

1 Idē tenet Hēri. BoiK. c. quāto. de iureiu. in 2. diſt. allegās hanc extra. q̄ quę poteſt priceps facere, poteſt etiā cōſuetudo.ca. ſuper qbuſdā.§.præterea.deverb. ſignifi. vide Cynum.l.j. C. no.vecti. & an priuilegiū q̄ monetarij non contribuāt in tallijs & collectis, tranſeat ad eorum liberos, vide in deci. Delphi.q.402. vbi dicit de mercatoribus procurantibus ſe incorporari collegiomonetariorū, vt ſint immunes ab oneribus, q̄ miſera plebecula ſubit.nota tu. But. Fonta.

b ¶ *Priuilegium.*] conceſſum intellige à principe ſolo,conſiderato iure ſcripto: per ea quæ dixi ſupra in glo. ſed ad quem. ſi tamen ſupponas ad aliquem de conſuetudine ſpectare monetam cudere: talis etiam concedere poſſet priuilegium,de quo hic loquitur, ſaltem abſque præiudicio ſubditorum.argu.ff. de aqua quoti.& æſti.l. Lucio.de ſer.ruſt.præd.l. 2.§.aquæductus.extra de præſcript.auditis.cum ſimilibus.

c ¶ *Alij verò.*]Secundus modus falſitatis.

d ¶ *Monetam falſam.*] dicitur moneta falſa ob falſum nomen auctoris.ff.ad leg.Corne.de fal.l.falſi nominis.& l.nomine.& l.vlti.vel ob falſam materiam,vel immiſtionem falſę materię, vt eod.titu.l. qui nummos. & l.lege Cornelia.

e ¶ *Filij noſtri.*] regem igitur etiam ſuperiorem non recognoſcentem. extra qui fil. ſint legi. cap.per venerabilem. Papa filium appellat, non fratrem. extra de crim. fal.cap.quam graui.

f ¶ *Illuſtris.*] illuſtri,vel ſuperilluſtri decorati dignitate cauſas pecuniarias, vel cauſas iniuriarum criminales per procuratorem tenentur exequi & proſequi, non per ſe, ne vel vileſcat eorum dignitas, vel iudicialis auctoritas. in corpore authen. vt ab illuſtri.& qui ſuper hos ſunt col. 5. vbi quinque magnatum genera notata reperies.C.de iniur.l.vlt.

g ¶ *Studioſè.*] id eſt machinatione, & ſcientia pręcedente.

h ¶ *Deprauant.*] id eſt, de bona prauam, & minus valentem reddunt. arg. ff. de ſer. corrup.l.1.§.ſed perſuadere.extra de iureiur.c. quanto. puta monetā de ſe bonam.radendo. ff. ad leg.Corn. de fal.l. qui nummos.

i ¶ *Recto pondere.*] ab initio ordinato ponendo in ſingulis denarijs, quo qualitercunq; diminuto moneta dicitur legitimo pondere defraudari. multis & alijs modis dicitur moneta in ſuo valore deprauari:quod proſequi hic non curo, ſed remitto te ad notata per Inno. & plenius per Hoſt. de iureiur.c.quanto.

k ¶ *Quamplures.*] Eſt tertius modus.

l ¶ *Circumuicinis.*] ſcilicet regno Francię, vt ſupra.

m ¶ *Quibus de iure.*] hic & in ſequentibus videre potes quod dixi ſupra in gloſ. ſed ad quē.

n ¶ *Signum proprium.*] habet enim moneta aliquo ſigno publico fore percuſſa.ff.de contrahen. empt.l.1.& arg.ff. ad leg. Corne. de falſ. qui falſam. de teſtam.l.ad teſtamentum.§. ſignum.

o ¶ *Moliuntur.*] ex hoc in falſi vitium incidentes. argu.ff.ad leg.Cor.de fal.l.falſi nominis.& l. qui nomine.C.eod.tit. licet ex talibus.extra de teſti.tam literis.§.vlt.de ijs quę fi. à pręla.ſine conſenſu cap.c.quanto.§.1.extra de crimini.fal.c.licet.

p ¶ *Quam.*] ſcilicet figuram.

q ¶ *Poſſunt.*] hoc dicit, quia rarò,vel vix omnimoda ſimilitudo,vel identitas in talibus dari poteſt. argu.ff.de condi.indeb. l.ſi non ſortem.§.libertus.

r ¶ *Imponunt.*] vt in quantum plus poterit, falſitas pallietur.

ſ ¶ *Vſurpatam.*] dicit vſurpatam ob defectum conſenſus regis Francię, cuius moneta ſimilatur. arg.C.de fun. rei priua.l. vſus aquę.lib.11.93.diſt.cap.illud.

t ¶ *Pondere argenti.*] idem ſi auri,& multò fortius.

u ¶ *Simplices.*] id eſt ſimplicitate, vel ruſticitate gaudentes. arg.ff.de iuriſdi.omni.iudic.l.ſi id quod.§. doli.de eden.l. 1.§. vlti.de qua ruſticitate legitur quòd omnia palam habet. not. Inſtitu.de actio.§.item Seruiana.

x ¶ *Peritiam diſcernendi.*] ſunt etenim multi forenſium cauſarum, id eſt, eorum quę foris fiunt inexperti. ff. de proba.l. cum de indebito.§.ſin autem.

y ¶ *Falluntur.*] id eſt decipiuntur.

z ¶ *Quotidie.*] frequentiam denotat,non temporis ęſtimationem.arg.ff.de condi. & demon.l. ſi quis ita. de conſecra. diſt. 5.c.nunquam.

a ¶ *Ea occaſione.*] ſcilicet quia illorum monetę 2 ſunt monetę regię aſſimiliatę falſo: facit ad id quod ſupra proxi. dixi in glo.ex hoc.

2 Moneta tā aureā quā argenteam, pecuniā cōtinet.glo.in l. 2. C. de falſa mone. patet ex generalitate d. rub. ſub qua ponuntur leges loquentes tā de aurea q̄ deargentea pecunia: q̄ dictio ſemp ſtrictè intelligenda eſt. Ludo. Roma ſing.107 & de pœna falſorū monetariorū. Hipp.in l.1. falſā. ff. de fal. vbi pulchrè loquitur de illo qui venerat in ſuſpicionē falſatæ monetæ, penes quē inueniebantur ſtampæ Fonta.

b ¶ *Sunt & alij.*]Quartus modus.

c ¶ *Scienter.*] ſecus ergo ſi ignoranter probabiliter. tales enim non obligantur. arg.C. de tabu. l. generali.lib. 10. extra de conſti.cap.cognoſcentes.

d ¶ *Expendunt.*] tales crimine falſi teneri videntur ad inſtar illorum, qui falſis inſtrumentis ſcienter vtuntur.C. de fi. inſtrumentorum.l. 2. & 3. ad leg.Cornel. de fal.l. qui falſos. & ad inſtar illius qui falſo pondere vtitur. ff. de dolo. l. arbitrio. §. adeo. ad leg. Cornel. de fal. & hodie. §. ſi venditor.

e ¶ *Nos igitur.*] Tertia pars.

f ¶ *Idem falſarij.*] hoc ac duos primos modos congruè referri poteſt.

g ¶ *Fabricatores.*] hoc ad tertium modum refertur, licet etiam

etiam ad primos duos referri poſſit.

a ¶ *Emptores prædicti*.] hoc ad quartum modum referri habent.

b ¶ *Conſtituunt.*] vnde ſi damnum ſentiunt, ſibi imputent. arg. ff. de reg. i ur. l.quòd quis damnum.& l.culpa.

monetarum talium & emptores [a] prędicti per hoc ſe dignos maledictione conſtituunt [b], eos, qui (vt pręmittitur) pręmiſſa moliri [c], aut fabricare, aut emere, vel [d] portare ad [e] regnum prędictum ſcienter pſumpſerint, felicis recordatio tionis Clementis [f] Papæ V. prædeceſſoris noſtri veſtigijs inhęrentes [g], excommunicationis [h] ſententia innodamus: abſolutione prędictorum nobis & ſucceſſoribus [i] noſtris, pręterquam in mortis [k] † articulo, reſeruata [l]. Nulli, &c. noſtrę innouationis infringere, &c Datum Auinion. quinto nonas Iulij, anno ſexto.

† In mortis articulo nulla eſt caſuũ reſeruatio: atque ideo oẽs ſacerdotes quoſlibet pœnitẽtes à quibuſuis peccatis & cenſuris abſoluere poſſunt. ita conciliũ Triden. ſeſſio. 14.cap.7.de caſuum reſeruatione.

TITVLVS XI.

De priuilegijs.

¶ *Priuilegia ſi qua ſint, quibus aliqui nobiles Campanię, & Maritinæ dicebant ſe munitos circa bannitorum receptationem, hęc conſtitutio propter cauſas hic inſertas reuocat, & annullat.*

CAP. VNICVM.

AD noſtri Apoſtolatus peruenit auditum [m], quòd nonnulli nobiles, & cõmunitates intra [n] noſtras Cãpaniæ Maritinęque prouincias conſtituti, aſſerentes per priuilegia ſedis Apoſtolicæ ſibi fore conceſſum [o], quòd de ꝓuincijs ipſis per rectorem eorũ, qui eſt pro tempore, vel officiales curię rectoris eiuſdẽ banniti [p] in terris, ciuitatib. caſtris, & locis [q] eorum morari liberè [r] poſſint, nec [s] in illis idem rector bannitos ipſos capere [t] valeat: eoſdem bannitos in dictis terris, ciuitatibus, caſtris, & locis, non abſque [u] derogatione ſedis Apoſtolicæ manifeſta, recipiunt & receptant [x]. ¶ Nos [y] igitur qui beneuoli more patris [z] in prouinciarum ipſarum tranqllitatis & paciscõmodis [a] delectamur [b], ſup hoc (prout

c ¶ *Moliri.*] id eſt perpetrare, vel facere.

d ¶ *Vel portare.*] ſcilicet ſcienter, vt ſupra in q uarto modo.

e ¶ *Ad regnum prædictum.*] ſcilicet Francorum. igitur contra facientes, vel portantes hic prohibita ad alia regna, vel etiam ad loca vicina regno Franciæ, pœna quæ ſequitur nullatenus ſe extendit, cũ hic non exprimat. & ſuper hoc vide quod not. in ſimili, ĩ cap. dierum. in glo. per hæc verba. & in c. ſancta Romana. §. epiſcopos.

f ¶ *Clemẽtis Papę V.*] extrauagans fuit.

g ¶ *Inhęrentes.*] ſimile extra de iura. calum. inhærentes.

h ¶ *Excommunicationis.*] ſcilicet maioris, quæ in dubio inflicta videtur. de ſent. excom. c. ſi quem.

i ¶ *Succeſſoribus noſtris*] intellige, vel alijs noſtra, vel ipſorum auctoritate fungentibus. arg. de ſent. excom. c. ad eminentiam. & eod. tit. c. cum ex eo. Clemens Papa V.

k ¶ *Mortis articulo.*] in illo ſimplici ſacerdoti curato permiſſa eſt abſolutio, de ſent. axcom. non d ubium.

l ¶ *Reſeruata.*] cum hic & in alijs certis caſibus à ſententia canonis impendenda abſolutio ſedi Apoſtolicæ reſeruetur: datur intelligi quòd regulariter ab ipſa ordinarius poteſt abſoluere. arg. de ſent. excom. nuper. Guiliel. tamen contra ſentire videtur. de elect. ſtatutum. circa. fin. de regul. non ſolùm. li. 6. Sed quod prius dixi, credo verius, vt dixi de ſent. excom. grauis. in fi. & c. cum ex eod. Clem. 5. Zenzelinus.

Diuiſio textualis.

AD noſtri apoſtolatus.] Diuiſibilis eſt hæc conſtitutio in partes duas. In prima quorundam priuilegiorum conceſſionis factæ premittitur recitatio. In ſecunda ſubiungitur ipſorum reuocatio: ibi, *Nos igitur.*

m ¶ *Auditum.*] ſimile in cap. ad Apoſtolatus.

n ¶ *Intra noſtras.*] ſunt igitur iſtæ prouinciæ de patrimonio Eccleſiæ.

Priuilegiũ ex illicito facit licitũ.

o ¶ *Conceſſum.*] ſi hoc verum erat, vtentes tali indulgentia peccare non videbantur. argu. C. de ſen. paſſis. l. cum indulgentia. nam aliàs de ſe illicitum principis priuilegium licitum reddit. extra de priuil. c. vt priuilegia. ff. ad munic. l. 1. §. vlt. ne aliàs videatur quis principali auctoritate circumſcriptus. C. de his qui veni. æta. impetra. l. 1.

Exilij tres ſunt ſpecies

p ¶ *Banniti.*] Banniri poteſt quis ex cauſa ſua ciuitate, vel patria ſicut & exulare. ff. de interdi. & releg. l. relegatorum. Exulare autem dicitur quis altera de tribus ſpeciebus. Prima, cum à certis locis exulat, vt non moretur in eis, puta in ciuitate, vel patria ſua originali, vel alia. Secunda. cum ab omnibus, certis exceptis, puta vt ſibi tantùm in locis certis, & non alijs liceat habitare. Tertia verò, vt in certo habitare habeat hominum conuerſatione carenti, puta in aliqua inſula. ff. de interdi. & releg. l. exilium. & l. relegatorum. §. item Imperator. & §. ſolet. Et banniti, de quibus hic loquitur, non incongruè ſimiles dici poſſunt illis, qui primã ſpeciem exilij patiuntur. ad hoc adde quod not. 10. collo. titu. hic finitur. in verbo bannitum.

q ¶ *Et locis eorum.*] quæ ipſorum dicuntur ratione iuriſdictionis, quam fortè in eis habent. Et ſuper hoc ſi placet, vide quod not. extra de Iudæis. c. cedit. in verbo, ſuis. clem. 5.

r *Liberè.*] id eſt contradictione bannientis, vel alterius non obſtante. argu. de elect. c. vbi maius. §. ipſos inſuper. aliàs eſt verſus ſub § præterea. lib. 6.

ſ ¶ *Nec in illis.*] ſcilicet terris, ciuitatibus, caſtris, vel locis.

Capere in iure multipliciter ſumitur.

t ¶ *Capere.*] hoc verbum multipliciter in iure ſumitur: quandoq; pro detinere quẽ perſonaliter. de offic. ordi. cum epiſcopus. de re iudic. ad Apoſtolicæ. §. ſed licet. lib. 6. de homici. ſicut dignum. §. 1. & c. ſuſcepimus. de ſen. excom. nuper. & c. vt famæ. §. vlt. & eod. titul. ſi clericos. lib. 6. & in titu. de capti. & poſtlimi. reuer. C. & ff. 23. q. 5. c. Silicianus. quandoque verò pro apprehendere, vel occupare res aliquas: vnde dicitur, ea quæ ab hoſtib. capimus noſtra fiũt. Inſti. de rer. diuiſ. §. item ea. ff. de acqui. rer. domi. l. naturalem. §. vlti. ſic enim poteſt ſumi. ff. de orig. iur. l. 2. §. capta deinde Sardinia. quandoque autẽ pro non poſſe acquirere, vt cum dicitur quis non capax. C. de hæred. inſti. l. 1. ff. de iure fiſc. l. 2. §. item diui. & l. ita fidei. & l. cum tacitum. C. de delato. l. 1. lib. 10. quandoque pro poſſe acquirere rem iure ſingulari, ſeu priuilegiato. ff. de leg. 3. l. ſi deportati. §. ſi miles. de vulgari ſubſtitu. ſi qui ex bonis. quandoque pro effectualiter pro ſe, vel alio accipere. ff. de verb. ſig. l. aliud eſt capere. & l. cepiſſe. quandoque pro committere. extra de purg. cano. c. inter. aliquando pro adhibere, ſeu adinuenire: vnde dicitur, plerunque pietas paterni nominis pro liberis conſilium capit. ff. ad leg. Iul. de adul. l. nec in ea. circa fi. quandoque & in ſui pręterito cum dicitur cœpit, ſumitur pro inchoauit, vel incepit, 24. quęſt. vlt. cœpit. 11. quæſt. 3. cœpiſti. ff. de polli. l. 1. in princ. & §. cœpiſse.

u ¶ *Abſque derogatione.*] cum ſententia ſuorum officialium tales bannientium caritura ſit effectu, & quaſi deriſoria, contra iura. ff. ne quid in loco pu. fiat. l. vlti. de iud. l. ſi prętor. Vel dicit, derogatione, propter illa quę exprimuntur in parte ſequenti.

x ¶ *Receptant.*] talium receptatio de iure communi eſt inhibita. vnde receptantium tales maleficos genus peſſimum dicitur, cum ſine ipſis malefici diu latere non poſſint, quare eadem pœna qua illi puniri iubent, niſi ſint illorum quos receptant affines, vel cognati: quia tunc cum eis mitius agitur. ff. de recep. l. 1. & 2. C. de his qui latr. occul. l. 1. & 2. & de pace iuramen. fir. §. receptatoribus. col. 10.

y ¶ *Nos igitur.*] Secunda pars.

z ¶ *Patris.*] conſilium pro liberis capientis. ff. de adulte. l. nec in ea. §. ius occidendi.

Pax cõmoda ſpiritualia & temporalia producit.

a ¶ *Commodis.*] ex tranquillitate igitur & pace proueniunt commoda nedum ſpiritualia, vt charitatem & vnionem habere ad proximum. arg. 45. diſt. c. tria ſunt. & c. duæ ſunt. de conſecr. diſt. 2. c. pacem. vnde & Chriſtus in nouo teſtamento pacem ſuam reliquit: quare Eccleſia Dei pro pace orare non deſinit, imo & proueniunt temporalia, vt bonorum tranſitoriorum & temporalium, & inde perſonarum conſeruatio, quibus amiſſis & bellum & rixa proueniunt. in corpore authent. de armis. in prin. & §. ſinautem. extra de reſti. ſpol. Piſanis. de re iud. ad Apoſtolicę. lib. 6. nam quod belli calamitas introduxit, ſopire pacis lenitas conſueuit. C. de cadu. tol. l. 1. in principio.

Subditi quieſcunt principe vigilante.

b ¶ *Delectamur.*] ſpirituali delectatione: ſic ipſorum proſperitate dicitur proſperari in procem. lib. 6. quare frequenter pernoctat, vt ſubditi ſub omni quiete cõſiſtant. in corpore authen. vt iud. ſine quoquo ſuffra. circa princ. coll. 2. pacẽ deſideratã, & toti terrę neceſſariã per vniuerſas ſibi ſubditas partes habendã indu-

inducit. 10. col. de pace tenen. & eius violato. §. 1. inuiolatam perpetuò obſeruandam. ead. col. de pace iuramen. fir. in prin.

a ¶[*Spectat officium.*] hic videas quod dixi in decre. dierum. in glo ad hoc anhelare.

Bonum cōe eſt priuato pręferendū.

b ¶[*Communi bono.*] quod præferendum eſt priuato. C. de primipil. l. vtilitas. libr. 12. in corpore auth. de reſti. & ea quę pa. §. quā obrem. coll. 4. C. de cadu. tol. l. 1. §. vlti. & hoc verum niſi in bono publico ineſt priuatum. extra de poſtula. prælat. bonæ 1. cum ibi not.

ad noſtrum ſpectat[a] officium) pro communi[b] bono prouinciarum ipſarum de congruo volentes remedio[c] prouidere, priuilegia ſupradicta cuiuſcunque tenoris exiſtant, maximè cum[d] ipſorum prętextu maleficia remaneant in eiſdem prouincijs impunita[e], pandatur auſus[f] exceſſibus[g], cultus lædatur iuſtitiæ[h], dictique rectoris multipliciter impediatur[i] officium, ac prouinciarum[k] ipſarum ſtatus pacis fœdere[l] violato non abſque grandi reipublicæ detrimento ſubuerti poſſet ſcandalis[m], ſciſſuris[n], exnunc auctoritate Apoſtolica ex certa[o] ſcientia reuocamus, annullamus, & etiā irritamus, ac nullam habere decernimus roboris firmitatem[p]. Nulli[q], &c. noſtræ reuocationis, & annullationis, caſſationis, irritationis, & conſtitutionis infringere. Data Auinion. vij. idus Auguſti, anno vj.

TITVLVS XII.

De pœnis.

¶*Narratis facinioribus hominum Marchiæ, qui ſuos rectores & officiales occidere ſoliti erant, poſt enumerationem xvij. modorum offenſæ totidem pęnas exprimit, quas incurrent qui decætero talia præſument: & propter patrum iniquitatem filios à quibuſcunque honoribus & beneficijs tanquam indignos repellit. Concor. c. ad aures. & c. in quibuſdam. eod. tit. in. antiq. & c. felicis. eo. tit. lib. 6. iuncta clem. ſi quis ſuadente diabolo. etiam in eod. tit.*

CAP. VNICVM.

Dierum[r] creſcente malitia videmus mundum[ſ] in deteriora iugiter[t] plabr[u], ſic hominum mentes aſſueta[x] deprauante nequitia, malis paſſim[y] cumulum[z] ſuperaddi, vt & boni, qui[a] aliàs odirent virtutis amore delinquere,[b] interdum cum[c] peruerſis admiſti, concurrere cum illis in illicitis habeant[d], & in apertam malitiam proſilire. Eſt enim compeſcenda malorum audacia, vt ſaltem pœnæ formidine[e] retrahantur à noxijs, ſicque boni ſectando virtutem meliores effecti[f] non cogantur[g] cum illis perire.

c ¶[*Remedio.*] in re. n. noua nouum eſt conſilium, & remedium adhibēdum. ff. de ven. inſpic. l. 1. circa prin. potiſſimè per principem. in corpore auth. vt diuinæ iuſſiones. in prin. colla. 8. extra de reſtit. ſpol. frequens. lib. 6.

d ¶[*Cum ipſorum.*] enumerat quinq; mala ex talibus priuilegijs obuenientia.

e ¶[*Impunita.*] primū malum quod reipublicæ nō expedit. ff. de ſol. l. Stichum aut Pamphilum. in fin. ſecundi reſpon. ad leg. Aquil. l. ita vulneratus. §. exiſtimatio. extra de ſent. excō. vt famæ. nam pęnas ob maleficia ſolui magna ratio ſuadet. ff. de fideiuſ. l. ſi à reo. §. idem vulgo. vt cum ipſæ timentur pœnæ, boni quietè inter malos viuant. 23. q. 5. nō fruſtra. nec ſub prætextu conceſſi priuilegij flagitiorum creſcere debet auctoritas, nec publica vacillare vtilitas. C. de priuil. ſchola. l. hac lege. in fi. lib 12.

Pœnæ ſunt ob maleficia ſoluendæ.

f ¶[*Pandatur auſus.*] id eſt pateſiat, vel aperiatur, & eſt ſecundum malum.

g ¶[*Exceſſibus.*] ſcilicet committendis, cum ad ipſos tolli potius debeat occaſio, vt dixi in decret. ſi fratrum. §. penult.

h ¶[*Iuſtitiæ.*] Tertium malum. Iuſtitiam equidem colere ſummum eſt in rebus bonum. 12. q. 1. cum deuotiſſimam.

Iudex nō patiatur ſe cōtemni.

i ¶[*Impediatur officium.*] Quartum malum, quod non tolerabile eſt, cum pati non debeat ſe contemni, imo ſuo ingenio augere auctoritatem ſuæ dignitatis. ff. de offi. præſi. l. obſeruandum. & l. ſeq. coercendo turbantes, vel impedientes ſuam iuriſdictionem. extra de offic. deleg. c. 1. de ſent. excom. dilecto. de pœnis, Romana. lib. 6.

k ¶[*Ac prouinciarum.*] Quintum malum.

l ¶[*Fœdere violato.*] qđ eſſet potius obſeruādum. extra de iud. nouit. §. pen. 10. col. de pace tenē. §. 1. & de pace iura. fir. in prin.

m ¶[*Scandalis.*] quibus eſt potius obſiſtendū. extra de præſcr. nihil. in prooem. lib. 6. de noui oper. nun. c. cum ex iniuncto.

n ¶[*Sciſſuris.*] id eſt, diuiſionibus in animis illorum de populo, quæ multum periculoſę exiſtunt. ff. de pœn. l. ſi quis aliquid. §. fautores. C. de ſeditio. l. 1. & 2. vnde ſcriptum eſt, Omne regnum in ſeipſum diuiſum deſolabitur, & domus ſuper domū cadet. & arg. 10. col. de prohi. feu. aliena. l. imperialem. §. præterea ducatus. ff. de leg. 2. l. cum pater. §. dulciſſimis.

Regnum in ſeipſum diuiſum deſolabitur.

o ¶[*Ex certa ſcientia.*] per hoc apparet, ꝙ reuocationi, vel caſſationi quæ ſequitur, nulla opponi poteſt obreptio, cum factum ex certa ſcientia Papæ, licet aliàs de ſe nullum, efficiatur aliquod. extra de tranſa. c. 1. & c. veniens. de conſti. c. cum acceſſiſſent. & de accuſ. c. ad petitionem. de confir. vti. vel inut. c. venerabilis. vbi de hoc 1. q. 7. c. quippe.

p ¶[*Firmitatem.*] ſimilem reuocationem priuilegiorum reperies extra de exceſ. præl. cum ex eo. lib. 6. de pœn. c. cupientes in fin. clem. 5. cum ſimilibus multis, quæ per te ipſum ſtudeas inuenire. Hic tamen collige quòd priuilegium obtentum incipiens eſſe mali occaſio, reuocationem meretur, cum & ſi alteri enorme afferret prę̨iudicium, deſtitueretur effectu. de deci. ſuggeſtum. vbi de hoc.

q ¶[*Nulli ergo.*] ſuper hac clauſula dic vt plenè dixi in cap. Execrabilis. Zenzelinus.

Dierū.] Hęc cōſtitutio poteſt cōgruè diuidi in partes quinque. In prima præmittitur conſtitutionis edendæ cauſa, ſeu ratio. In ſecunda facti ſubiungitur recitatio: ibi, *Sanè vulgaris. &c.* In tertia annectitur impoſitiua pœnę multiplicis de facto cōſtitutio: ibi, *Nos igitur.* In quarta ad pœnas iā impoſitas aliarum pœnarum fit adiectio: ibi, *Illud nihilominus.* Et in quinta fit quędā proteſtatio: ibi, *Per hoc autem. & cætera.*

Hic potes videre tractatū D. Boerij de ſeditioſis ciuibus. Et ego addo, ꝙ iſti hic expreſſi, quia rebellauerunt contra iſtum vicerectorē poſitū à Papa, contra quē committitur crimen læſæ maieſtatis. cap. in primis. in fin. 2. q. 1. inciderūt in illud crimen. Bar. in l. hoſtes. ff. de cap. & poſtl. re. Cynus in l. non conuitij. q. 4. C. de iniurijs, neque iſti, quia facta fuerunt omnia in cōtemptū Papæ, poſſunt iniuriam remittere. argu. not. ibi p Cynū. Font.

r ¶[*Dierum creſcente malitia.*] Expone, ideſt hominum in diebus viuentium: dies enim ipſi de ſe mali dici nō poſſunt, tanquam malitiæ ignari: ſed ideo dicuntur mali propter malitias hominum, quæ in eis committuntur, ſerena blandimēta dierum & aëris ad morem terrenæ delectationis ſeruire cogentium, ſecundùm B. Gregoriū iuxta etiā verbum Domini: Redimentes tēpus, quoniā dies mali ſunt. not. extra de ſimo. dilectus 1.

ſ ¶[*Mundum.*] id eſt homines in mundo exiſtentes, vt dixi ſ. proxi. iuxta illud: Mundus gaudebit, vos aūt contriſtabimini.

t ¶[*Iugiter.*] id eſt aſſiduè, vel frequenter.

u ¶[*Prolabi.*] humana. n. natura quodāmodo labitur ad delicta. in corpore auth. de mona. §. ſi quis igitur. circa fi. coll. 5. & oīs ætas ab adoleſcentia prona eſt ad malum. 12. q. 1. oīs ætas.

x ¶[*Aſſueta.*] hoc dicit, quia aſſuetudo in malum periculoſa multum eſt, cum non ſit adeo veniale peccatum, quin per aſſiduitatem trāſeat in mortale, 1 ſecundū Auguſtinum. 25. diſt. §. nunc autem. de cōſec. diſt. 5. c. nullus. & arg. C. de epiſc. audi. l. nemo. vnde aſſueti hominis vita in malum, difficilis dicitur ad mutandum. in corpore auth. de mona. §. ſancimus. colla. 1. iuxta illud: De difficili continentiā ſeruat, qui ſe illicito concubitu maculare non metuit. 33. diſt. §. quid ergo de pellice.

1 Vide omnino beatū Thomā. 1. 2. q. 88. arti. 4. ex quo intelligas, qualiter peccatum veniale poſſit fieri mortale.

y ¶[*Paſſim.*] id eſt, indifferēter, vel indiſtinctè. ſimile C. de iur. & fac. igno. l. ne paſſim. ff. de quæſtio. l. 1. §. cum quis latrones.

z ¶[*Cumulum ſuperaddi.*] talis cumulus pœnæ cumulum facit ſuperaddi. ff. de pœn. l. relegati.

a ¶[*Qui aliàs.*] ſcilicet malis non immiſti.

b ¶[*Delinquere.*] de bonis dicitur.

Oderunt peccare boni virtutis amore. De malis verò dicitur:
Oderunt peccare mali formidine pęnæ.

ff. de iuſti. & iure, l. 1. cum ibi not.

c ¶[*Cum peruerſis admiſti.*] ex hoc Propheta clamat: Cum ſancto ſanctus eris, & cum peruerſo peruerteris. ad hoc 28. q. 1. c. ſæpè malorum. ff. de act. empt. & ven. l. Iulianus.

d ¶[*Habeant.*] opportunitatem ad malum promptam videntes, quæ frequenter hominem peccare facit. extra de eo qui cogn. conſang. vxoris ſuæ. c. veniens.

e ¶[*Pœnæ formidine.*] mali enim metu pœnæ frequenter fiūt boni. ff. de iuſt. & iur. l. 1. C. de emenda. propin. l. 1. extra de vi. & hon. cler. c. vt clericorum.

f ¶[*Effecti.*] creſcit enim homo de virtute in virtutē. de pœni. diſt. 2. c. cum ſanctam.

g ¶[*Non cogantur.*] indirectè, vel cauſatiuè ex commiſtionis

¶Sanè[a] vulgaris[b] famæ notorium[c] publicat,& longè lateq; ipſa iniurioſa tranſgreſſus euidentia manifeſtat[d], quòd nõnulli de Marchia Anchonitana prouincia nobis, & Romanæ Eccleſiæ ſubiecta[e],nedum olim temporibus diuerſorum prædeceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum greſſus[f] fidelitatis[g] egreſſi[h] declinauerunt ad infidelitatis reprobæ[i] deuium[k], ſed in diebus non longè[l] præteritis contra nos & Eccleſiam eandem, & dilectum filium Amelium præpoſitum Bellimõtis capellanum noſtrum prouinciæ memoratę rectorem ceruicem rebellionis erigere[m] præſumpſerunt, & in quoſdam officiales,& familiares ſuos[n] crudeliter ſæuientes[o], poſt graues illatas iniurias,& reprobroſas[p] contumelias irrogatas eiſdem, & poſt bona ipſorum violenta prædatione ſubtracta[q], eos cruentæ[r] mortis ſupplicijs in ore[ſ] gladij tradiderũt: inter[t] quos pars dicitur fuiſſe non[u] modica,cui mens ſanior inerat[x],& tantę temeritatis exceſſus nõ[y] leuiter diſplicebat, ſed habuerunt vel[z] inuiti furori confuſæ multitudinis cedere[a], dum illius[b] nequiuerunt conatibus obuiare[c]. ¶Nos[d] igitur, vt mali pœnarum impoſitionibus grauium territi[e] vereantur in antea in conſimilis erroris inuium relabi[f],ac boni perſiſtentes in ſua fidelitate conſtanter, non habeant propter illorum[g] claudicare perfidiã, remedijs quibus[h] poſſumus præcauere volentes, & animarum ſuarum ſaluti[i] dictæque prouinciæ pacifico[k] ſtatui paternis[l] affectibus proſpicere cupientes: de fratrum noſtrorum conſilio hac[m] in perpetuũ valitura conſtitutione ſancimus, vt quicunque de prouincia ipſa, vel aliunde in eam prouinciam moram[n] trahens clericus, vel laicus famæ ſuæ prodigus[o] (ipſius Eccleſiæ calcata[p] reuerentia) in hoc ſceleris genus irrepſerit[q], quòd rectorem, ſeu rectores, qui pro tempore regimini dictæ prouinciæ in ſpiritualibus[r] & temporalibus auctoritate Apoſtolica pręfuerint, vel ipſorum aliquem; aut eorum, vel alicuius ipſorum

malorum contagione.extra de ſta.reg.cap. ea quæ.ff.de actio. empt.l.Iulianus.

a ¶ *Sanè.*] Secunda pars.

b ¶*Vulgaris.*] ideſt, in vulgo exortę.ſimile ff.de fur.l.vulgare.

c ¶*Notorium publicat.*] ideſt, publicum reddit: ſic ꝙ nulla poteſt tergiuerſatione celari.de cohabi.cle. & mul.c.tua.

d ¶*Manifeſtat.*] & ſic eſt tale, de quo facto negotio nõ valeret prodeſſe.ff.de tribu.act.l.ꝙ in hæred.§. penul.C.de pœ.l.qui ſententiam.& per hoc quod dicit,longe, inducitur præſumptio ſcientiæ talis facti inde proximo exiſtentis. extra de præſumpt. quãto.& c.quibuſdam.

e ¶ *Subiecta.*] nedum in ſpiritualibus, imo & in temporalibus.

f ¶*Greſſus.*] ſcilicet directos. Vel expone, greſſus,ideſt,terminos.

g ¶ *Fidelitatis.*] ad quam ſeruandam erãt aſtricti.

h ¶*Egreſſi.*] ideſt, trãſgreſſi tranſgredientes terminos fidelitatis, quos poſuerãt ipſi, vel parentes eorum,contra dictum Prophetę,Prouer.22.24.q.3.c.tranſferũt. extra de ſepultu. c.1. vbi de hoc.

i ¶*Reprobæ.*] cum etiã hoſti fides ſeruanda ſit. ff.de leg.l. vlt.

k ¶ *Deuium.*] in malũ ſonat hoc verbum ſicut alibi. extra de præſumpt. c.tertio loco.

l ¶ *Non longè.*] quaſi dicat, ſed de proximo.

m ¶ *Erigere pręſumpſerunt.*] propter hoc dicuntur ad infidelitatis deuium declinaſſe. in lib.feud.qui.mod.feu.amit.c. ſi capitanei. quæ fuit prima cauſa beneficia amittendi.§. porrò. & arg.C.de inoffi.teſta.l. liberi.

n ¶*Suos.*] ſcilicet dicti rectoris.

o ¶*Sæuientes.*] id eſt ſeueri,& impij exiſtentes.ſimile ff.de ijs qui ſunt ſui vel alie.iur.l.1.ſol.mat.l.ſi cõſtante.§.qui maritus.

p ¶*Reprobroſas.*] id eſt, opprobrioſas,& vituperoſas.

q ¶*Subtracta.*] id eſt, furata: per quod denotatur ꝙ violentus deprædator furtum cõmittit: nullus enim improbrior fur eſt,quàm qui vi rapit.Inſti.vi bono.rapt.in prin.ff.eo.tit.l.1. 1

r ¶*Cruentæ.*] id eſt crudelis.

ſ ¶ *In ore gladij tradiderunt.*] id eſt, cum gladio eos interfecerunt.

t ¶*Inter quos.*] ſcilicet ipſos morti tradentes.

u ¶*Non modica.*] quaſi dicat, imo magna.

x ¶*Inerat.*] ſimulando eos interficere.

y ¶*Non leuiter.*] quaſi dicat, imo grauiter.

z ¶*Vel.*] pro ſaltem ponitur.

a ¶*Cedere.*] id eſt, locum dare non reſiſtendo.

b ¶*Illius.*] ſcilicet confuſæ multitudinis.

c ¶*Obuiare.*] frequenter enim tumultus populi de facili ſedari non poteſt.ff.ad leg.Corne.de ſica.l. qui cædem.

d ¶*Nos igitur.*] Tertia pars.

e ¶*Territi.*] ſimile ff.de pœn.l.capitalium.§.famoſos.C.ad legem Iul.repet.l.1.38.q.5. non fruſtra.

f ¶*Relabi.*] pœna enim ſemel tolerata quem emendatum facit,cum de ſe ſit ad emendationem hominum introducta.ff.de pœn.l. ſi pœnam.

g ¶*Illorum.*] malefactorum,quibus admiſti ſunt.

h ¶*Quibus poſſumus.*] h.d.quia malas voluntates hominum ad plenum cohibere non poſſumus.31.q.1. hac ratione: cum multæ viæ pateant hominibus ad malitiã. in corpore auth. de nupt.§. mitiores.vt hi qui ob.ſc. habere perhibent. §.1. col.6.

1 Adde ꝙ ex hoc ſolo meriti ſunt pœnã capitalẽ. l. pen. ff.ad leg. Iulia.de vi public. in hoc etiam cõmiſerunt crimen capitale, ꝙ dictos officiales ꝓpria auctoritate detinuerunt captiuos. l. 1. C. de carc. pri.Item iſti congregãdo ſe armatos commiſerũt crimẽ læſæ maieſta.l.3. circa mediũ ff. ad legem Iuliam.cuiꝰ pœna habetur C.illo titulo.l. quiſquis. Fonta.

Pœna eſt ad emendationem introducta.

Voluntates malæ cohiberi nõ poſſunt.

i ¶*Saluti.*] ad quorum ſalutem anhelat princeps Eccleſiæ, vt hic vides.

k ¶*Pacifico ſtatui.*] ad hoc anhelare debet quicunque præſidens, vt placatam † & quietam teneat prouinciam, quam regit,quod non difficile obtinebit ſi ſolicitè agat,vt malis hominibus ꝓuincia careat. ff.de offi. præſid.l.congruit. in corpore auth. de armis.circa princ.de quæſto. in prin.coll.6. extra de re iudi.ad Apoſtolicæ.lib.6.

† pacatam

l ¶ *Paternis affectibus.*] ſicut enim pater pro liberis conſiliũ capere cõſueuit.ff.ad leg. Iul.de adulte.nec in ea. §.1.ſic præſidens pro ſubditis, paternam eis prouidentiam exhibendo. in corpore authen. de mand. princ.§.quod ſi delinquentes. in fin. col.4.

m ¶*Hac in perpetuũ.*] ex his verbis patet, ꝙ iſta conſtitutio generale ius inducit: hoc eſt enim vnum de ſignis, per quæ diſcernitur cõſtitutio generalis. C.de legi.l.4.

n ¶*Moram trahens.*] per hæc verba videtur ꝙ pœnæ infra poſitæ non extẽdantur niſi ad de prouincia exiſtentes, vel ſaltem immorãtes: & ſic ſi vnus viator, vel aduena committeret ibidem contra hanc decret. pœnas infra poſitas non incurreret, Tum quia in illis hæc conſtitutio in multis pœnalis non loquitur: vnde durum videretur ad non expreſſos eam extendere. ff de ſepul. vio.l.3.§. non perpetua.de relig. at ſi quis.§. & generaliter. 32.q.2.§. in hoc.extra de elect.ſtatutum.lib. 6. Tum quia aliàs viderentur iſta verba,moram trahens,per modum limitationis poſita, nihil operari,& eſſe ſine effectu,contra iura,29.diſt.ſi Romanorum.extra de priuil.ſi Papa.lib.6.ff.de contrahen.empt.l. ſi debitor.§.veriſimile.de trit.vi.& oleo leg.l. cũ certus. Tum quia hic de pœnis infligendis agitur, in quibus non ſunt habenæ laxandæ.ff.de pœn.l.interpretatione. per ea quæ dixi in c.ſancta Romana.§. epiſcopos.

o ¶*Prodigus.*] ſimile extra de accuſ.c.prælatorum.

p ¶*Calcata reuerentia.*] quantum eſt in illis.ſimile huic C.de veſti.olo.& deau.l. temperent.lib.11. Et ſic colliges dehoneſtari Eccleſiam, vel dominũ temporalem in perſonis officialium ſuorum, cum Eccleſiam vel ſuum dominum repræſentent.arg.94.diſt.c.vlt.& 24.diſt.c.1.extra de offi.vic.c. Romana. C.vbi & apud quem in integ.reſt.poſt.l.3. C.de iudi.l.vlt. iuxta illud: Dominum crucifigunt, qui eũ in ſuis ſacerdotib. perſequuntur.3.q.1.c. nulli. & eccleſia pati dicitur in eis tanquam miniſtris ſuis.arg.ff.man.in princ. & de man.vin.l.pater. de do.cau.mor.l.ſi filiofamilias. & tamquã in illis qui ſuo effectui ſunt ſubiecti.ff.de iniur.l.1.§.omnem. Inſt.eo.ti.§.patitur.

Sacerdotũ ꝑſecutores, Domini ſũt crucifixores

q ¶ *Irrepſerit.*] ideſt proſilierit, vel proruperit. ſimile C. de epiſc.& cle.l.ſi qs in hoc genus.extra de pœnis.c. felicis.lib.6.

r ¶*In ſpiritualibus & temporalibus.*] non videtur ergo incurrere pœnas inferius annotatas, qui vicarium in ſpiritualib. tñ offendit, cum hic textus videatur expoſcere ꝙ ſit vicarius in vtriſq;.contrarium non improbabiliter poteſt dici,cũ offendens vicariũ vel iudicem aut theſaurarium, vel eius locũtenentem ad pecuniæ tñ receptionem inſtitutũ,ipſas incurrat,& tñ in neutro ex illis expoſcitur, ꝙ hæc duo concurrant: ſed ideo dicit de rectore in ſpiritualibus & temporalibus: quia frequentius accidit ꝙ ſimul ad hęc duo conſtituatur,quàm ad alterum tantùm: idem tamen ſi ad vtrumque.arg.ff.de leg.l.nam ad ea.

a ¶*Vica-*

vicarium [a], aut iudicem, vel iudices, vel ipſius prouinciæ theſaurarium aut locumtenẽtem eiuſdem [b] (quod abſit) occiderit [c], aut ad offendẽdum illum, vel [d] illos inſecutus [e] extiterit, ceperit [f], captiuauerit [g], detinuerit [h], percuſſerit [i], aut etiã vulnerauerit [k], aut ipſorum aliquid, vel aliàs in locum vbi moram traxerint inſultum [l] fecerit, aut ipſum, vel ipſos obſederit [m], ſiue de ſuo regimine, vel officio forſan expulerit [n], vel fugauerit [o], vel [p] ſocius fuerit facientis, aut illum, vel illos bonis [q] aliquibus ſpoliauerit [r], vel prouinciæ ſupradictæ alicuius ciuitatis, caſtri, vel loci de prouincia ipſa populum, communitatem, vel vniuerſitatem, aut aliquos ex eis, vel quoſuis alios de prouincia ipſa directè vel indirectè [ſ] contra nos & præfatam Eccleſiam, ſeu rectores, officiales, & locumtenentes prædictos, vel ipſorum [t] aliquem ad ſeditionem quomodolibet excitabit [u], ac rebellionem [x] ſeu conſpirationem [y] per ſe, vel per [z] alium, ſeu alios facere, vel procu-

a ¶*Vicarium.*] ſi ſit vnus, vicarios, ſi ſint plures. & idem dicas de iudice locumtenente.

b ¶*Eiuſdem.*] ſcilicet theſaurarij, vt ſic ad proxima fiat relatio. arg. ff. de iuriſd. omn. iud. l. ſi idem. Vnde per hoc videtur ꝙ offendens locumtenentem iudicis, vel vicarij, nõ incurrat pœnas ſequentes, cum de hoc nihil ſtatuatur: ſed hoc eſt ideo quia cum ſupponatur vicarium, vel iudicem eſſe per ipſum rectorem conſtitutum, & ſic fore per ipſum delegatum, ille nõ poteſt locumtenentem ſaltem generalem habere, cũ delegatus ab alio quàm à principe non poſſit ſaltem vniuerſaliter committere vices ſuas, licet vnã cauſam ſingulariter ſubdelegare poſſit. C. de iud. l. à iudice. extra de app. cum cãm. ff. qs & à quo app. l. 1. §. 1. theſaurarius, & ſupponitur eſſe ipſius rectoris, nec per ipſum cõſtitutus, ſed dicit theſaurarius ipſius prouinciæ ſicut & rector, quaſi per hoc innuat, ꝙ quilibet ex eis à principe ſit ad certum officium conſtitutus, vt ſic quilibet eorum ſuum vicarium, vel locumtenentem habere poſſit.

c ¶*Occiderit.*] intellige qualitercunque, doloſè tamen, cum non diſtinguat, & arg. C. de maleſi. & mathema. l. 1. Et enumerat decem & ſeptem modos offenſæ, vel culpæ, & ex vnoquoq; quis incurrit pœnas ĩ. ſequentes, & hic eſt primus.

d ¶*Vel illos.*] ſupra nominatos.

e ¶*Inſecutus.*] Secundus modus: ſola ergo inſecutio cauſa offendẽdi facta, facit quem incurrere pœnas infra poſitas, quaſi mala præſumpta voluntas ex facti qualitate pro fore facto habeatur. ff. ad leg. Corn. de ſic. l. 1. & l. diuus. C. eod. tit. l. ſi quis cum telo. de pœn. diſt. 1. ſi quis cum telo. ſimile huic C. ad leg. Iul. maie. l. quiſquis. de pœn. c. felicis. lib. 6.

f ¶*Ceperit.*] Tertius modus. & dic, ceperit, ſcilicet in perſona: ſecus enim ſi eius bona. arg. eorum quæ not. Innocen. de ſent. excom. monachi. ſumitur alibi verbum, capere. ff. de verb. ſig. l. aliud eſt capere. & l. cepiſſe.

Serui efficiantur captiuitate.

g ¶*Captiuauerit.*] Quartus modus. & multifariè poteſt intelligi iſtud verbum, puta ſi ipſos, vel alterum de ipſis in manibus hoſtium tradiderit: tunc enim traditus propriè captiuus dicitur, in tantum ꝙ ſeruus hoſtium efficitur, Inſti. de re. diui. §. item ea ff. de capt. & poſtl. reuer. l. poſtliminij. & l. hoſtes. & de tali captiuante poteſt infallibiliter intelligi textus iſte. Alio modo põt dici, captiuauerit, puta tãquam ſeruũ ſuũ aliquem de ipſis inuitum detinendo: nam non multum à ſpecie ſeruorum differunt, quibus non datur libertas egrediendi. ff. de lib. ho. exhib. l. 2. de cond. & demon. l. Titio. §. 2. Vel dic, captiuauerit, id eſt captum in cuſtodia publica, vel in vinculis qualitercunque induxerit. ff. ex qui. cau. maio. l. ſuccurritur. & arg. extra de ſent. excom. c. nuper.

Iniuria non fit volenti.

h ¶*Detinuerit.*] Quintus modus. & dic, detinuerit qualitercunque inuitum: volenti enim non fit iniuria. C. de tranſa. l. cũ donationis. ff. de iniu. l. 1. §. vſq; adeo. de reg. iu. l. nemo videtur fraudare. & intellige, detinuerit, ẽt abſq; alia corporis læſione, vt differat à verbis quæ ſequunt. & arg. de ſen. excõ. c. nuper.

i ¶*Percuſſerit.*] Sextus modus. & hoc verbum manus iniectionem denotat. arg. ff. de iniur. l. 1. §. iniuriã. & l. lex Cornelia. in prin. & §. 1. abſque vlla corporis contaminatione, vt differat à verbo ſequenti. & arg. de ſent. excom. contingit.

k ¶*Vulnerauerit.*] Septimus modus.

l ¶*Inſultum fecerit.*] Octauus modus & dic, fecerit, cũ multitudine ſecum coadunata ad hoc faciendum. arg. ad hoc ff. vi bon. rapt. l. 2. in princ. §. homines. & l. prætor. §. hoc edictum. & hoc ſi loquaris de inſultu, qui fieret in perſonam alicuius prędictorum: ſed ſi intelligas de inſultu, qui fieret contra locum, puta caſtrum, ciuitatem, vel villam, vbi tales moram traherent, tunc non videretur propriè inſultus fieri cum paucis. argu. ad hoc ff. quod met. cau. l. non eſt veriſimile. & dicto §. hoc edictũ. niſi ex facti qualitate aliter foret arbitrandum, puta ſi quis per ſe ſolum, vel paucis coadunatis inſultum faceret talem, qui totum locum & habitantes in eo terrere poſſet, puta ignem imponendo, vel flumen ad occupandum locum diuertendo. arg. ff. ex quib. cau. ma. l. metus. de inc. rui. nau. l. ne piſcatores. per hoc autem quod dicit, inſultum fecerit in ipſorum aliquem, vel locum, &c. dicas pęnas infra poſitas locũ non habere contra inſultum, vel rixam facientem in aliquos habitantes locũ, non tamen familiares prædictorũ: quia hoc non videtur fieri in aliquam dehoneſtationem Eccleſiæ, vel ſuorum officialiũ, & per ea quę dixi ſupra in glo. per hæc verba.

m ¶*Obſederit.*] Nonus modus. & expone, id eſt ipſum, vel ipſos ſub aliquo modo cuſtodiæ tenuerit, ſic ꝙ eis liber non pateat egreſſus, vt ſi in aliquo fortalitio, vel caſtro exiſtentes circundantes † exercitu, vel in multitudine armatorũ. arg. ff. ex quib. cau. ma. l. ſuccurritur. l. & in ea. & l. necnon. §. 1. & ſuper hoc videre potes quæ not. per Innoc & Hoſtien. de ſenten. excommun. nuper. Alius modus obſidiatus in iure reperitur, puta cum per hoſtes populo Romano, vel per ipſum hoſtibus præſtantur obſides pro pace ineunda, vel ſecundùm Ioannem pro inita conſeruanda. ff. ad leg. Iul. maie. l. 1. de quibus legitur quòd non poſſunt facere teſtamenta. ff. de teſta. l. obſides. & bona quæ interim acquirunt, fiſco applicantur. ff. de iure fiſci. l. diuus. Alius 1 autem eſt modus obſidiatus, in vulgari vocatus, obſtagium, cum quis pro ſe vel alio promittit vel iurat non exire certum locum, vel territorium, niſi ſoluto debito, vel attento promiſſo. dicta l. necnon. §. 1. extra de iureiuran. cap. ex reſcripto. de arbit. expoſita. 23. quæſt. vlti. cap. vt pridem.

Obſidiatus triplex eſt modus.

† circundauerit.

1 De iſto vide do. Montolonium in ver. obſes. in promptuario ſuo diuini & humani iuris. Fõt.

n ¶*Expulerit.*] Decimus modus, & expone, expulerit, per vim expulſiuam, in qua nulla eſt voluntas.

o ¶*Fugauerit.*] idest, ipſos, vel ipſum fugando ſeu proſequendo ad dimittenda officia compulerit. & eſt vndecimus modus.

p ¶*Vel ſocius fuerit.*] Duodecimus modus: & intellige, ſocius fuerit in ipſo maleficio. & hoc denotat verbum facientis, quod ſequitur, ſecus autem dicas ſi aliquis eſſet ſocius illius, qui talia faceret, cui in hoc aſſenſum non præberet. argum. de ſentent. excommunica. cap. ſi concubinæ. C. de teſti. l. qui liberi.

q ¶*Bonis aliquibus.*] videtur intelligendum de quantiſcunq; & qualibuſcunque bonis, cum indefinitè loquatur. argum. de priuil quia circa.

r ¶*Spoliauerit.*] priuando illos talium bonorum poſſeſſione: hoc enim denotat ſignificatio huius verbi, & eſt decimus tertius modus.

ſ ¶*Vel indirectè.*] quaſi dicat per ſe, vel per alium, expreſsè, vel tacitè, vel ſubdolè.

t ¶*Ipſorum aliquem.*] ex ſeditione igitur incitata contra alium quàm contra Papam, vel Eccleſiam Romanam, vel aliquẽ de prædictis, nõ incurreret pęnas ſequentes per hunc textum, & per ea quæ dixi ſupra in gloſ. per hæc verba. & in glo. octauus modus.

u ¶*Excitabit.*] Decimuſquartus modus: & talem ſeditionem excitanti in populo quandoque pęna capitalis ſecundùm legem imponitur, vel minor quandoque. ff. de pęnis. l. ſi quis aliquid. §. fautores. & l. capitalium. §. ſolent. C. de ſedi. l. 1. & 2. quandoque imponitur pęna legis Iuliæ maieſtatis. ff. ad leg. Iul. maieſta. l. 1.

Seditioſi qua pœna ſunt puniendi.

x ¶*Rebellionem.*] facere, vel procurare præſumpſerit, quod eſt infra. & intellige in dicta prouincia, vel caſtris eiuſdem, vt ſupra. Et hic poteſt denotari decimuſquintus modus.

y ¶*Conſpirationem.*] Decimuſſextus modus: & hic conſpiratio in malam partem ſumitur. & 11. q. 1. conſpirationibus. & extra de teſti. cogen. cap. vlti. aliquando ſumitur in bonam, vt dixi in cap. ſancta Romana. ſuper verbo, conuenticulas. & probatur C. de pen. l. qui ſententiam. de profeſ. & medi. l. magiſtros. & l. nota. lib. 10.

Cõſpiratio in bonam & in malã partẽ ſumitur.

z ¶*Per alium.*] in maleficijs enim non refert an per ſe, vel per alium quis faciat. ff. de vi & vi arm. l. 1. §. deieciſſe. de iniur. non ſolùm. §. ſi mandato. & §. Proculus. extra de reſti. ſpol. cum ad ſedem. de ſenten. excom. c. mulieres. de homic. c. is qui. lib. 6. cum ſimilibus.

a ¶*Vel ad ea.*] ad omnia ſupradicta videtur referendum quod hic dicitur.arg.ff.de leg.1.l.talis ſcriptura. extra de appel. cap. ſecundò requiris.

b ¶*Dederit.*] Decimuſſeptimus modus.

c ¶*Auxilium.*] qualiter videatur quis opem, vel auxilium, vel conſilium præſtare, colligitur Inſti.de obl. quæ ex deli.naſ.§. ope. ff. de furt.l. in furti. §. ope.& §.conſilium.& l. ſi pignore. §. qui ferramenta.

d ¶*Fauorem.*] ſed qualiter fauorem quis præſtare videat in talibus, vel ſimilibus, vide qđ no.Gul. de hæret.c.qui cunque.§.1.lib.6.

e ¶*Conditionis.*] id eſt qualitatis. ſimile ff. de vſufru.l. ſed & ſi quid. §.not. extra de cleri.nō reſid.quia nonnulli.

f ¶*Mundani.*] cū prædixerit cuiuſcunq; cōprehendere videtur comitem, vel etiam regē. & arg.ad hoc in c. ſi fratrum.§. quia igitur.

g ¶*Superiori.*] hic recitat quod dixi in cap. ſi fratrum. §. quia igitur.

h ¶*Perpetuò.*] enumeratis decem & ſeptem modis, enumerat decē & octo pœnas, quas omnes incurrit quis ex vnoquoque de prædictis modis.

rare præſumpſerit, vel ad ea[a] ſiue ipſorum aliquod dederit[b] auxilium[c], conſilium,vel fauorem[d], directè vel indirectè, publicè vel occultè, cuiuſcūque conditionis[e],ordinis,dignitatis, aut ſtatus eccleſiaſtici, vel mundani[f] fuerit, etiam ſi patriarchali, vel archiepiſcopali, ſeu epiſcopali, vel ſuperiori[g] præfulgeat dignitate,ꝑpetuò[h] ſit infamis:[i] vt nec ad teſtimoniū, vel alios actus legitimos[k] admittatur: Sit inteſtabilis[l], vt nec teſtandi liberam habeat factionē[m], vel ad alicuius bona ex teſtamento, vel ab inteſtato vocetur[n]. Nullus[o] ei ſuper quocunq; negotio reſpondere,ſed ipſe alijs reſpondere[p] teneatur: Nec[q] quæuis cauſæ ad audientiam perferantur illius: Nec[r] valeant eius ſententiæ[ſ], vel[t] proceſſus: Nullus[u] ei in quacunq; [x]cauſa,vel negotio patrocinium præſtare præſumat[y]: Nec[z] ipſe ad[a] patrocinandū alijs admittatur[b]: Inſtrumenta[c] confecta per eū, ſi fortè officium tabellionatus exerceat[d], nullam habeant firmitatem[e]: ſed potius cum auctore damnato damnentur[f]: Dignitatibus[g], officijs,& beneficijs eccleſiaſticis,vel mundanis[h],quæ obtinet[i], quæcunque ſint,& quocunq; nomine cenſeantur[k], ſit eoipſo[l] priuatus, ac[m] inhabilis & indignus ad ea[n];& quælibet[o] alia in poſterum obtinenda: Filij[p] eius ad nullos honores eccleſiaſticos, vel mundanos, ad nullas dignitates, vel beneficia eccleſiaſtica,aut officia publica quomodolibet[q] admittantur: Liber-

x ¶*Quacunque cauſa.*] criminali, vel ciuili.

y ¶*Præſumat.*] & ita ſubtrahitur ſibi communio patrocinij, ſicut, & interdicto, vel excommunicato communio Chriſtiani.extra de vſur. poſt miſerabilem.11.q.3. c. cum excommunicato.cum ſimilibus.

Citatio eſt de proceſſu.

z ¶*Nec ipſe.*] Septima pœna.

a ¶*Ad patrocinandum.*] id eſt, aduocationis officium præſtandum.arg. ff. de poſtulā. l. 1.§.poſtulare.

b ¶*Admittatur.*] ſubaudi etiam ſi ſponte, vel gratis patrocinari vellet, ſicut de alio infami dicitur. ff. de poſtul.l. 1. §. remouet. & arg. Inſti.de excuſa.tu. §. idem reſcripſerunt.

c ¶*Inſtrumenta.*] Octaua pœna.

d ¶*Exerceat.*] ſcilicet poſt tales offenſas, vel aliquam de ipſis commiſſam.

e ¶*Firmitatem.*] hoc intellige de confectis poſtquam talia commiſit: confecta autem ante bene valerent. ſic poteſt intelligi quod not. in corpore authen. de tabel.§.nūc tamē. coll. 4.& per Inno. de hære. cap.fraternitatis.& arg.ff.de offic. præto.l. Barbarius. ff. de iti. actuque priua.l.nec enim. C. de admini.tu.l. ſancimus.de reg. iur. factum legitimè. lib. 6. quia aliàs puniretur ille, ad cuius commodum facta fuerant inſtrumenta illius odio, contra legem, ſi quis in ſuo.C.de inoffi.teſta.

f ¶*Damnentur.*] ſimile extra de hære.c.fraternitatis.

g ¶*Dignitatibus.*] Nona pœna.

h ¶*Mundanis.*] Nota principem Eccleſiæ priuare poſſe ex cauſa nedum clericum imo & laicum,non tantùm à beneficio & officio eccleſiaſtico, imo etiam temporali & mundano. nec mirum: quia & libertate, quæ eſt de iure naturali.ff.de iuſt.& iu.l.manumiſſiones.inſt.de iure perſona.§.1.priuat cum quandoque.extra de Iudæ.c.ita quorundam.& c.ad liberandam.15. q.vlti.c.cum multæ. Et ſi quæras quomodo hoc fieri poteſt, cum iura naturalia ſint de ſe immutabilia.inſt. de iure natura. §.ſed & naturalia.nec ea quæ competunt de iure naturali, videntur poſſe tolli etiam per principem. extra de re iu.paſtoralis.§.cæterum.Clem.5.& arg.ff.de pœ.l.quidam ſunt.& not.C. de preci.impe.offe.l quotiens.& per not. extra de conſti.c.quæ in eccleſiarum.& de immu.eccle.c.quia plerique. Reſpondeo ꝙ ius naturale in ſe totale immutabile eſt, & ſemper æquū & iuſtū remanet: ſed in particulari ea quæ de iure naturali competunt: ex cauſa, puta ex delicto ſummoueri poſſunt.ſic notatur C.ſi contra ius vel vtili.pub.l.vlt.vnde & libertas,licet de iure ſit naturali, tolli poteſt etiam per pactum: puta ſi maior xx.annis ad pretium participandum patiatur ſe vendi tamquā ſeruum alicui credenti ipſum ſeruum. ff. de ſta.ho.l.& ſeruorum.§.ſerui.inſti. de iure perſo.§.ſerui. & in eis not.

Libertas à Papa poteſt auferri.

i ¶*Obtinet.*] ſcilicet de præſenti.

k ¶*Cenſeantur.*] non curatur ergo ſi ſint ſimplicia beneficia, curata, vel non curata.

l ¶*Eoipſo.*] & ſic non erit ſententia hominis priuatoria neceſſaria. Simile de elect.quàm ſit.de hæret.cum ſecundùm leges. in corpore authen.de rap.mu.§.fin.col. 9. cum ſimilibus.

m ¶*Ac inhabilis.*] Decima pœna.

n ¶*Ad ea.*] ſcilicet prius habita,quibus eo ipſo priuatus eſt.

o ¶*Quælibet alia.*] non dicit prioribus ſimilibus, quare de omnibus habet intelligi hæc inhabilitas. ſuper quo vide quod dixi in decret. Execrabilis.

p ¶*Filij.*] Vndecima pœna. Sed an iſta pœna extēdetur ad nepotes? Dicas ꝙ non: cum de odio agatur.arg.ff. de teſta.tu.l. ſi nepotes.de libe.& poſthu.l.2.& l.cum quidam aliàs dic vt dixi in decre.execrabilis.in verbo,filius.

Fili* an poſſit ob patris crimina plecti.vide quę ego notaui in c.non debet.de reg. iur. & de iſtis ſtatutis ꝙ pater & filius teneantur prò ſe inuicem. Hip. in l. infans. ff.de ſicarijs Fonta.

q ¶*Quomodolibet.*] ſcilicet quaſi dicat ſiue patris delicto cōſenſerit,ſiue non: ſi enim cōſenſiſſent,tunc ex proprio delicto paterentur hanc pœnam,vt ſuprà.Sed ſumma videtur iniquitas quòd

i ¶*Infamis.*] Prima pœna. Et dic infamis infamia iuris,cuius infamiæ pœna multos effectus pœnales inducit. repellit enim quē à teſtimonio, vt ſequitur. & in corpore auth.de teſti.& ff. eo.l.3.& l.ob carmen.extra de proba.licet. Itē à dignitate.C. de infa.lib.12. extra de exceſ.prælat. inter dilectos. de reg.iur. infamibus.lib.6. 1 Item à patrocinando.ff.de poſtu.l.1.§.remouetur. Item ab actibus legitimis,vt ſequitur.& extra de teſti.licet ex quadam.Nonnullos etiam alios effectus inducit iuris infamia, quos curioſus lector per ſe poterit inuenire.

1 Vide quæ ibi notaui, & ibi dicit Alber. ꝙ excommunicatus eſt priuatus actibus legitimis. c. pia. de exceptio. & ideo non promouetur ad doctoratū, cū illa ſit dignitas cū adminiſtratione.auth.habita.ne fil.p pat. §. illud. in procemio Digeſtorū. Font.

k ¶*Legitimos.*] non videtur intelligendum hic de omnibus actibus qui à lege ſunt inducti, quia ſic ab omni contractu & commercio & extremæ voluntatis confectione, & quocunq; officio etiam oneroſo repelleretur infamis: quod fortè verū non eſt. 2 argu.Inſt.de excep.§.vlti. C.de decu.l.ſi quis procurationem.lib.10.50.diſt.c.accedens.cum ibi not.ſed intelligi poteſt de actibus pro quadam prærogatiua honoris inductis.arg.ff.de decurioni.l.eos.

l ¶*Inteſtabilis.*] actiuè, & paſſiuè, vt ſequitur. Et eſt ſecunda pœna.

m ¶*Factionem.*] in hoc efficitur inteſtabilis actiuè.

n ¶*Vocetur.*] & in hoc efficitur inteſtabilis paſſiuè. ſimile C de hære.attendentes.extra de hæret.excōicamus.§.credentes.de pœn cap.felicis.lib.6. ſicut alibi eſt videre, ꝙ aliquis efficitur ineligibilis actiuè & paſſiuè. extra de conſec. cum dilectus.

2 Bene dicit.adde no. in c. tuā. de æta.& qual. c. infames. 3.q.7.Font.

o ¶*Nullus ei.*] Tertia pœna cui concordant iura, ſcilicet proxi.alleg.

p ¶*Alijs reſpondere.*] hoc ideo ne ex ſua malitia commodum conſequatur.extra de iudi.intelleximus.non enim immunitatem pœna præſtare debet.ff.de interd.& releg.l. relegatorum.§. vltim.

Pœna immunitatem non præſtat.

q ¶*Nec quæuis cauſa.*] quarta pœna.& ſic erit priuatus omni iuriſdictionis exercitio in cauſis. ſimile reperitur in iuribus ſupra proxi.alleg.in glo. & in hoc.

r ¶*Nec valeant.*] Quinta pœna.

ſ ¶*Sententiæ.*] ſi de facto eas tulerit.

t ¶*Vel proceſſus.*] indiſtinctè loquitur: quare debet intelligi de quibuſcunque proceſſibus tam iudicialibus, quam inquiſitorijs: & quæ dicantur eſſe de proceſſu, colligitur extra de proba.c.quoniam contra falſam. & ſic cum citatio ſit de proceſſu vt ibi,ſua citatio aliquem non arctabit. arg.extra de elec. c.bonæ 2.iuncto c. ad audientiam.de conſue.ff. de iuriſd.om. iud.l.vlt.iuncta.l.2.ſi quis in ius voc.non ierit. cum ibi not.& extra de accuſa.veniens.& per Inno. de dila.c.præterea.

u ¶*Nullus ei.*] Sexta pœna.

tatibus [a] & etiam immunitatibus realibus, [b] & perſonalibus, priuilegijs,& indulgentijs quibuſcunque ſub quacunque forma verborum ab [c] Apoſtolica ſede cõceſſis ex tunc [d] penitus careant: Vaſalli [e], & homines à iuramento fidelitatis & alia quauis obligatione,quibus tenentur eidem,ſint penitus abſoluti: [f] Feuda [g] quoque, iura, honores,ac officia,& alia quæcunq, bona immobilia, quæ in dicta prouincia Marchiæ, & alibi vbicunq; à prædicta Romana [h] obtinent Eccleſia, ſint eoipſo [i] penitus [k] confiſcata [l]: Alijs [m] verò feudis, iuribus,honoribus,officijs, & bonis immobilibus,quæ à quibuſcunq; alijs [n] tenent eccleſijs, ſint eo ipſo [o] priuati: quæ ſic ad eaſdẽ eccleſias liberè [p] reuertantur, quòd de illis earum rectores pro ſua voluntate [q] diſponãt [r]: mobilia [s] verò bona ipſius [t] cõcedimus fidelibus occupãda [u]: illud [x] nihilominus adijcientes noſtræ huiuſmodi ſanctioni [y], vt ſic [z] delinquens excommunicationis [a] ſententiæ, Vniuerſitas [b] verò, ſeu communitas, quæ deliquerit [c] in prædictis,eiuſque territorium, & diſtrictus interdicto [d] eccleſiaſtico ſubiaceant ipſo [e] facto: A qua quidem excommunicationis ſententia nullus ab alio, quã à Romano [f] Pontifice poſſit abſolutionis beneficium obtinere, niſi duntaxat in mortis articulo [g] † conſtitutus.

quòd filius innocẽs ex delicto patris puniatur: cum ſcriptum ſit lege diuina: non portabit iniquitatem patris filius, nec econtra.1.q.4.c.1.& 2. Item lege humana canonica & ciuili ſcriptum eſt peccata ſuos auctores,non alienos tenere debere. C.de pœ.l.ſancimus.extra de his quæ fiunt à ma.par.cap.c.quęſitum. Item expreſſum videtur, ꝙ crimen paternum, vel pœna paterna nullam maculã filio infligit.ff. de pœ.l. crimen. Ad hoc dicas, ꝙ atrocitas delicti aliquando pœnã facit infligi filijs ob delicta parentum,vt hic, & extra de pœn.c. felicis. C. ad leg. Iul. maieſt.l. quiſquis. Sed ꝑ hoc adhuc non reſpondetur contrarijs? Dicas ſic: ꝙ ideo filij puniuntur, qa in eis paterni criminis exempla metuuntur,vt dicta l.quiſquis.Sed iſta ratione conſiderata videtur ꝙ ex quocunque publico crimine pœna paterna deberet filium afficere: ſed hoc non eſt verum,vt in contrarijs. Potes 1 igit̃ meo iudicio probabilius reſpondere, quòd hoc contingit non vt principaliter puniatur filius propter crimen patris, cum ſit innocens: ſed cum pater terreatur ob affectum paternũ pœna in filij magis q̃ in ſua,vel quàm ipſe filius.ff.quòd met.cau.l.iſti quidem. ad plus puniendum patrem nedum in ſeipſo,ſed & in filio, in certis criminibus ſic ſtatuitur: licet occaſionaliter filius puniatur, vt & pater arceatur à talibus criminibus committendis, cogitans de pœna nedum ſibi, ſed & ſuis filijs infligenda: Sic eſt videre de ſententia interdicti, quæ ob culpam domini temporalis fertur in ſubditos,vt nedum in ſe,ſed in ſubditis ad quos tenetur affici, ſentiat ſe punitum, & vt citius à tali culpa committenda propter hoc arceatur.extra de offic. deleg. ſanè quia. de ſpon. non eſt. Reliqua dic vt not.1.q.3. in ſumma. & per Gar.extra de vſur.c.vſurarum.lib.6.

1 Vide Alfonſum Caſtrũ lib.2.de iuſta hæreticorum punitione,c.10. & 11.

a ¶*Libertatibus.*] Dudecima pœna.

b ¶*Realibus.*] id eſt rebus conceſſis.ff. de aqua quoti. & æſti. l.1.§.permittitur. de cenſi.l.ætatem.§. rebus. & tales libertates ſummouentur iſto caſu,licet aliàs duraturæ forent de ſui natura,etiam perſona extincta,vt in dictis iuribus,cum ſuis ſimilib.

c ¶*Ab Apoſtolica ſede.*] ſed pone ꝙ ab alia ſede tales libertates, vel priuilegia fuiſſent iſti conceſſæ, videbunturne hic ſublatæ? Videretur quòd non, vt in ſimili dixi ſupra in glo. per hæc verba.& in glo.octauus modus. niſi in quantum dicere tale fore priuatum omnibus honoribus, quos ab alijs eccleſijs obtinebat infra in verſu, alijs verò.

d ¶*Extunc.*] poſtquam ſcilicet aliquem de prædictis offenſæ modis commiſerit.

e ¶*Vaſalli.*] Decimatertia pœna.

f ¶*Abſoluti.*] concor.ad hoc c.ſi fratrum.§.pen. & dic vt ibi dixi.ad idem in lib.feu.tit. hic finitur lex.circa princ.15.q.6.c. nos ſanctorum.vbi de hoc.& extra de hære.c.vlt.Et hic videre potes quæ not.Inno.& Hoſt. de dolo & contu.c.veritatis.

g ¶*Feuda.*] Decimaquarta pœna.

h ¶*Romana obtinente Eccleſia.*] vel ab alijs, vt ſtatim ſequit̃.

i ¶*Eoipſo.*] ſcilicet ꝙ aliquid de præmiſſis cõmiſſum fuerit.

k ¶*Penitus.*] id eſt, in totum.

l ¶*Confiſcata.*] talis confiſcatio bonorum confiſcatorum dominium transfert in fiſcũ abſque aliqua traditione, vt & aliàs. ff.de publ.vecti.& commiſſis.l.commiſſa.C.de inceſtis nupt.l. cum ancillis.in corpore authen.eo.tit.§.1.coll.3.de rap.mulie. §.vlt.coll.9.extra de hæret.c.cum ſecundùm leges, cum ſimilibus.Quod autem de honoribus & officijs dicitur,ꝙ ſint confiſcata, intellige de talibus honoribus & officijs, qui vel quæ ſecundum fortè cõmunem vſum loquendi patriæ iura patrimonialia cenſentur: ſi autem de illis honoribus & officijs intelligas,dices ipſa confiſcata, id eſt, ad fiſcũ eccleſiæ deuoluta, vt de illis in perſonis aliorum diſponere poſſit.arg.tex.ſeq.

m ¶*Alijs.*] Decimaquinta pœna.

n ¶*Alijs.*] ſcilicet ab eccleſia Romana,quæ dicuntur vniuerſalis Eccleſiæ fore membra.7.q.1. Nouatianus.

o ¶*Eo priuati.*] abſque alia hominis ſententia priuatoria, vt dixi ſ.in glo.& ſic non erit.& concordat ad hoc de elect.c.vbi maius.§.ipſos inſuper.& c.fundamenta.§.ꝙ ſi ſecus.de pœn.c. felicis.lib.6.& eod.tit.c.in quibuſdam.

p ¶*Liberè.*] quaſi dicat, abſque aliqua contradictione illius.de electio. vbi maius. §. ipſos inſuper.

q ¶*Voluntate.*] quaſi dicat, illo etiã non vocato. arg. de præben. c. licet.

r ¶*Diſponant.*] ſed hoc qualiter intelliges,poteritne talis de poſſeſſione talium bonorũ deijci per viã executionis, vel occupationis bonorum abſque aliqua alia ſententia declaratoria, ꝙ crimen fuerit per illum cõmiſſum? Dicas quòd non.C.de iure fiſci.l. vltim. libr.10. extra de hęre.cap.cum ſecundùm leges. ſed tali ſententia declaratoria promulgata,nõ eſt ſententia hominis neceſſaria priuatoria,vt prædixi: quia tunc ſtatim ſuccedit, & locum habet ſententia iuris: & ſic intelliguntur iura dicentia quem incurrere ipſo facto bonorum confiſcationem.de homic.pro humani §.vlti.lib.6. & in iuribus allegatis in glo. talis confiſcatio. Et ſi quæras, quid ergo prodeſt quem ipſo iure fore priuatum prius bonorum ſuorum dominio? Reſpondeo propter fructus medio tempore perceptos, quos reſtituere compelletur.ff.de his quibus vt indig.l.eum qui.& ita not. in corpore authen. de inceſtis nupt.§.ſancimus.coll.3.

† Quia in mortis articulo nulla eſt caſuũ reſeruatio. vide conciliũ Trid. ſeſſio. 14. c. 7. de caſuum reſeruatione.

ſ ¶*Mobilia.*] ſubaudi,vel mouentia. quia de illis idem eſt iudicium.ff.de verb.ſig.l.mouentium.

t ¶*Ipſius.*] ſcilicet qui aliquid de præmiſſis commiſerit.

u ¶*Fidelibus occupanda.*] non ergo alijs.& ſic vide bona alicuius ob ſua demerita concedi per Eccleſiam alteri occupanda,cum & aliquãdo nedum bonorum, ſed & perſonæ talis occupatio concedatur.extra de Iudæ.c.ita quorundam. & ſtatim occupanti dominium bonorum occupatorum acquiritur, vt aliàs. Inſtit.de rerum diui.§. item ea quæ ab hoſtibus.ff. de acqui.rerum dom.l.naturalem.§.vlt.cum ſimilibus.

x ¶*Illud nihilominus.*] Quarta pars.

y ¶*Sanctioni.*] id eſt pœnali conſtitutioni, quæ propriè ſanctio appellatur.not.3.diſt.in ſumma.

z ¶*Sic delinquens.*] ſcilicet altero de modis ſupra expreſſis.

a ¶*Excommunicationis.*] ſcilicet maioris,quæ in dubio inflicta videtur de ſententia excom.c. ſi quem.& eſt 16.pœna.

b ¶*Vniuerſitas.*] hic dicas vt dixi in c.ſi fratrum. in verbo, ciuitatibus,& not.extra de exceſ.prælа.c.tanta.

Vniuerſitas delinquere poteſt.

c ¶*Quæ deliquerit.*] poteſt ergo vniuerſitas delinquere, vt hic,& de pœnis,ſi quis ſuadente.§.ciuitas.Clemens v.de pęnis. c.felicis.§.vlt.lib.6.ff.quod met.cau.l.metum.§.animaduertendum.licet nõ de facili.ff.de dolo.l.ſed & ſi ex dolo.§.1.in quibus de hoc: cũ de facili non conſentiant.ff. de lib.vniuer.l.1. & de hoc not.de ſimo.dilectus. per Ber.& Inno. & plenius per Hoſt.& de ſenten.excom.grauem.per Inno.& Hoſt.poſt eum.

d ¶*Interdicto eccleſiaſtico.*] 17.pœna. Et ſignanter dicit eccleſiaſtico, vt denotetur, quòd quandoque ſubijcitur quis alij interdicto,puta quando ſibi certum officium,vel miniſterium interdicitur.ff.de pœnis.l.more.§.ſolet.& l.vlt.C.de poſtu.l.1. ff.eod.titu. Imperator.quandoque interdicitur ſolus ingreſſus eccleſiæ.extra de ſent.excom.c.is qui. de priui.c.epiſcoporum. libr.6.quandoque verò interdicitur & ingreſſus alterius loci, territorij, vel diſtrictus.ff.de interdi.& releg.l. relegatorum.§. dubitatum.& §.ſequenti.

Interdicti varias habet ſpecies.

e ¶*Ipſo facto.*] & ſic eſt canon latæ ſententiæ, non ferendæ. ſimile de pœnis, felicis.lib.6.cum ſimilibus.

f ¶*Romano Pontifice.*] ſubaudi vel alio per ipſum deputato. de ſent.excom.ad eminentiam.

g ¶*Mortis articulo.*] iſte caſus ſemper intelligitur exceptus. de ſent.excom.non dubium.

Per[a] hoc autẽ non adimimus ſecularibus Poteſtatibus[b] facultatem vtendi legibus[c] contra talẽ, quas aduerſus ſic[d] delinquentem catholici principes ediderunt[e]. Dignum etenim eſt, vt quos timor Dei à malo non reuocat, pœnarum[f] moles in eos exaggerata compeſcat[g]. Nulli, &c. noſtræ functionis, & ſanctionis inſuper, &c. Datum Auin. viij. calend. Septembris, anno iij.

a ¶*Per hoc autem.*] Quinta pars. Et expone per hoc ſcilicet, quòd ſic, vt ſ̃, puniri volumus taliter delinquentes.

b ¶*Poteſtatibus.*] pro præſidentibus iuriſdictioni ſumitur iſtud verbum: vt in c. ſi fratrum. &c. Eccleſiæ Romanæ. ff. de verb. ſig. l. poteſtatis.

c ¶*Legibus.*] id eſt, pœnis per leges inductis.

d ¶*Sic delinquentem.*] ſcilicet vt ſ̃. præmittitur in §. nos igitur.

e ¶*Ediderunt.*] ſuper hoc tu curioſè lector conſidera ſingulos modos offenſæ ſupra expreſſos, & contra eorũ quemlibet pœnas in iure inductas iuxta facti varietatẽ reperies. & ꝑ hoc patet, ꝙ punitus per iudicem eccleſiaſticum, adhuc pro eodem delicto puniri poterit per iudicẽ ſecularẽ 1. ſic extra de pœn. c. felicis. §. per hoc quoque. 16. q. 1. c. placet. in fin. licet laicorum punitio primò ſpectet hoc caſu ad iudicem ſecularem. 17. q. 4. de presbyterorum. & not. 90. diſtin. c. placuit. in gl. vlti. 23. q. 5. c. ſunt quidam. Sed hoc principi eccleſiæ ſic diſponere fortè placuit ob horrorẽ criminis, & de honeſtationẽ factam Eccleſiæ in perſonis, vt ſ̃, dixi in glo. quantum eſt in illis. vel quia tales ſatis puniti non erant, illæ pœnæ potuerunt ſuperaddi, iuxta not. extra de iudi. cap. at ſi clerici. in glo. penult. de hoc etiam dixi dicto cap. felicis.

1 Iudex ſecularis punire poteſt iam punitũ per iudicem eccleſiaſticum. Et de hoc articulo vide plenè Antoniũ Gomezium Tomo 3. variar. reſolut. c. 1. nu. 40.

f ¶*Pœnarum moles.*] id eſt, multitudo, vel accumulatio.

g ¶*Compeſcat.*] ſimile extra de vita & hone. cleri. vt clericorum. C. de emenda. propin. l. 1. Zenzelinus.

TITVLVS XIII.

De ſententia excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti.

¶*Taxatio gratiarum ſedis Apoſtolicæ impetratarum tam cum clauſulis conſuetis, quàm non conſuetis, hic continetur. Et quot literas, quotq; dictiones linea complecti debeat, declaratur, ad paupertatem reſpectus habetur: Contra tranſgreſſores pœna ſuſpenſionis ab officio vſque ad ſex menſes, & quandoque priuationis imponitur, & vltra illam Abbreuiatoribus ſententiã excommunicationis Papa cõminatur.*

CAP. VNICVM.

Cum ad ſacroſanctæ[h] Romanæ Eccleſiæ ſinũ[i] velut[k] ad matris vbera refertã dulcedine[l], ac Romani Pontificis Chriſti vicarij ſucceſſoriſque[m] Petri clementiam tãquàm ad patris[n] plenam prouidentia pietatem[o], orbis[p] terrarum, & qui[q] habitant in eo gratiarum[r] ſpe[ſ] aſſiduè confluant vniuerſi, indignum credimus noſtris fore temporibus[t], vt quibus nos & Eccleſia ipſa exuberamus in gratijs, deficiamus in[u] donis, ne murmurandi inde præſtetur occaſio[x], vnde gratitudine[y] neceſſitas[z] aderat collaudandi: neúe[a] ſcriptura[b] reddat onuſtũ[c], quod liberalitas[d] ſe-

Diuiſio textualis.

Cum ad ſacroſanctæ.] Potes iſtam conſtitutionem diuidere in partes ſeptem. In prima per modum cuiuſdam harenguæ, ſeu præludij ratio conſtitutionis edendæ præmittitur. In ſecunda ipſa conſtitutio ſuper taxatione literarum Apoſtolicarum conſuetis clauſulis conceſſarum ſubiungitur: ibi, *Qua de re, &c.* In tertia clauſularum inſolitarum in literis appoſitarum certa taxatio cum moderamine tam pro ſcriptura quàm pro regiſtro, quã pro Abbreuiatoribus annectitur: ibi, *Si verò eiſdem, &c.* In quarta literarum in forma communi pauperum obtentarum taxatio ſubinfertur: ibi, *Hoc licet, &c.* In quinta quid de taxatione literarum iuſtitiæ faciendum ſit, ſtatuitur: ibi, *Circa taxationem, &c.* In ſexta ad ipſam conſtitutionẽ certum quid adijcitur: ibi, *Ad hæc prædictæ, &c.* In ſeptima tranſgreſſoribus conſtitutionis pœna infligitur: ibi, *Cæterùm vt prædicta.*

h ¶*Sacroſanctæ.*] hic dicas vt dixi in c. ſancta Romana.

i ¶*Sinum.*] id eſt, refugium, vel ſecretum. ſimile verbum ff. de proba. l. qui teſtamentum 2.

k ¶*Velut.*] pro tamquàm, ponitur.

l ¶*Dulcedine.*] ſimilitudinariè loquitur, ſicut enim infans ſuggendo vbera in ſinu matris repleta dulcedinem reperit. ſic quicunque ad matris ſpiritualis Eccleſiæ ſinum recurrit, dulcedinem ex confidentia reperire ſperat: vt eius vberibus nutriatur, & eius auctoritate defendatur, & à ſuis oppreſſionibus releuetur: quia non poteſt, nec debet mater filium ſuum obliuiſci. 2. q. 6. c. ad Romanam 2.

m ¶*Succeſſoriſque Petri.*] ſimile 40. diſt. ſi vos. extra de trãſlat. c. inter corporalia. & c. quanto. & de re iudi. ad Apoſtolicæ. §. nos autem. lib. 6.

n ¶*Patris.*] conſilium ſalutare pro liberis capientis. ff. de adulte. l. nec in ea. §. ius occidendi.

Vĩculo multiplici homines ſunt adinuicem alligati.

o ¶*Pietatem.*] multiplex eſt vinculum quo homines adinuicem alligantur: Primum eſt pietas inter patrem & filium ſpiritualem, vt hic. 2. q. 6. ad Romanam 2. extra de excep. pia. lib. 6. illud idem poteſt dici eſſe inter patrem & filium carnalem, procedens à parente in filium. C. de neg. geſt. l. 1. ff. de adul. l. nec in ea. circa fi. 5. q. 5. nõ oſculatur, vel procedens à filio in parentem. ff. de cura. fur. l. furioſæ. C. de pa. po. l. ſi filius. Secundum eſt inter eos amor, ſeu dilectio ſingularis. C. de cura. fur. l. vlt. ff. quod met. cau. l. iſti quidem. & d. c. non oſculatur. Tertium eſt inter hominẽ & hominis officiũ. ff. de ſeruis expor. l. ſeruus q. C. de neg. geſt. officio. extra de teſta. c. cum in officijs. Quartũ eſt obſequium inter libertũ & patronum. ff. & C. de obſe. in rub. & d. l. officio. C. qui pet. tut. l. patroni. Quintum eſt pietas inter ſanguine coniunctos. C. de ſuſpe. tu. l. pietatis. Sextum eſt reuerentia inter inferiorem & ſuperiorem. C. de of. rec. prouinciæ. l. potioris. de offi. diuer. iu. l. ſciãt principes. extra de oſt. deleg. c. 1. lib. 6. Septimum eſt illa eadem reuerentia vel honor inter iuniorem & ſeniorem. ff. de iur. immu. l. ſemper. 15. q. 1. c. contra ſtatuta. 93. diſt. c. à ſubdiacono. Octauum eſt obedientia inter ſubditum & prælatum. 2. q. 6. c. qui ſe. extra de ma. & obed. c. 2. & c. omnes. Nonum eſt fidelitas inter vaſallum & dominũ. in lib. feu. de forma fidelitatis, & per quos fiat inueſtitura, circa ſin. 22. q. 5. c. de forma. Decimum eſt diſciplina, ſeu correctio inter diſcipulum & magiſtrum. ff. ad l. Aquil. l. ſed & ſi quicunque. §. vi. extra de ſen. excomm. cum voluntate. §. fi. Vndecimum eſt beneficium inter homines. ff. commo. l. in commodato. §. ſicut. extra eo. tit. c. 1. Duodecimum verò eſt religio inter Deum, & hominem. ff. de iuſt. & iur. l. veluti. De his etiam notaui extra de reg. iur. c. non eſt ſine culpa. lib. 6.

p ¶*Orbis terrarum.*] id eſt viuentes, & in eo habitãtes: mundus enim de ſe quid inanimatum exiſtens, confluere non poteſt. & expones verbum, &, quod ſequitur pro, id eſt, ſimile in c. dierum. & ibi dixi.

q ¶*Qui habitant in eo.*] ſumitur ex pſal. Domini eſt terra.

r ¶*Gratiarum.*] ſcilicet conſequendarum.

ſ ¶*Spe.*] ſperant igitur vniuerſi à principe gratiã conſequi, vt hic. ſimile C. de offi. præfe. præto. in nomine Domini. §. penult.

t ¶*Temporibus.*] cum ipſe princeps potentibus ſe exhibere conſueuit liberalem. extra de reſcrip. ſedes Apoſtolica. & ſibi in donando immenſitas eſt. in corpore authen. de non alie. aut permu. reb. eccl. §. ſi minus. coll. 2.

u ¶*In donis.*] hanc enim ſi quodammodo nobilitas legem imponit, vt debere ſe quod ſponte tribuit exiſtimet. & niſi in beneficijs creuerit, ſcilicet ipſa multiplicando, nihil ſe præſtitiſſe putet. extra de don. c. 1.

x ¶*Occaſio.*] ad quam frequenter impinguntur, qui ſcrupuloſo corde ſine cauſa mouentur. 16. q. 7. c. decima.

y ¶*Gratitudine.*] exponi poteſt, id eſt gratiæ factione: gratia enim facta eam recipientem impellit ad laudum relationem: cum facientis eam debitor exiſtat ad antidora. ff. de fur. l. ſi pignore. §. 1. de peti. hære. l. ſed & ſi lege cõmiſſoria. §. conſuluit. & arg. ff. mand. l. ſi verò non remunerandi, §. idem Papinianus. Vel dic, gratitudine, id eſt, gratiarum redditione.

z ¶*Neceſſitas aderat.*] ex inſtinctu naturę ꝓuenit iſta neceſſitas, vt benefacienti benefacere quis cogatur, vt iuribus ſ̃. glo. prox. allegatis ex hoc dici conſueuit, ꝙ eſt beatius dare quam accipere. 16. q. 1. c. prædicator. extra de celeb. Miſ. cũ Marthæ.

a ¶*Neúe.*] expone, ve, pro vel.

b ¶*Scriptura.*] ſcilicet recipienda ad probationem gratiæ prius factæ.

c ¶*Onuſtum.*] id eſt oneroſum. ſimile de elect. vbi periculum maius. in prin. lib. 6.

d ¶*Liberalitas.*] ſcilicet conferentis.

a ¶*Qua*

cerat gratioſum. Qua [a] de re circa literarum [b] noſtrarū ſcripturas, regiſtri [c] quoq; noſtri, necnon Abbreuiatorum Romanæ curiæ notas, illam in taxādo volumus moderationē [d] apponi, qua [e] perſonæ, quibus gratiæ huiuſmodi conceduntur, ſe gratias ipſas ab Apoſtolica ſede liberaliter [f] ſentiant conſecutas, ac literarum ipſarum ſcriptoribus, regiſtri etiā noſtri notarumque Abbreuiatoribus antedictis, qui interdū in eis etiam multo labore [g] deſudant, de ſuo labore congruè ſatisfiat [h]. ¶ Ad tollendos igitur exceſſus [i], difficultates [k], circuitus [l], & anfractus, qui poſſent ex varijs literarum Apoſtolicarum taxationibus [m] prouenire: ſancimus [n], vt modus ſubſcriptus in huiuſmodi taxationibus obſeruetur: videlicet quòd litera [o] gratiæ cum clauſulis conſuetis [p] ſuper canonicatu, & præbenda & alio beneficio eccleſiaſtico, cū cura, vel ſine cura, vacante, vel vacaturo, etiam ſi dignitas, officium, vel perſonatus exiſtat, decem Turoñ. [q] groſſis & non [r] vltra taxetur: executio [ſ] verò eiuſdē [t] duodecim [u] Turonenſibus, & non vltra taxetur: & idē in [x] ſimilibus literis beneficialibus gratioſis, puta ſuper Prioratu aliquo, adminiſtratione, & [y] huiuſmodi, ac executorijs earūdem ſeruari debebit [z]. Si [a] verò eiſdem literis gratiæ, & executorijs earūdem (vt ſupra) aliquę clauſulæ non [b] cōmunes, vel inſolitæ apponantur [c], circa taxationem [d] clauſularum huiuſmodi cōgruè poterit ſic diſtingui, videlicet ꝙ non habeatur conſideratio in eiſdem [e] maioris, vel minoris gratiæ eius [f] quod conceditur, nec quòd ipſius [g] ſint maiores, vel pauciores fructus, redditus & prouentus, & ex hoc plus minuſúe taxetur [h]; ſed habeatur in taxando illa conſideratio ad [i] laborem, vt ſcilicet longior ſcriptura magis [k], & minus [l] breuior [m] æſtimetur [n]: hoc tamen circa huiuſmodi clauſulas apponēdas addito moderamine in taxando, vt ſi ſcriptura clauſulæ appoſitæ [o] non faciat [p] lineam, nec ipſa clauſula [q] literæ taxationem augmentet [r]. Si verò per [ſ] ſe, vel ſaltem alijs [t] addita clauſulis faciat lineam [u], in quarta parte Turoñ. groſ. taxetur [x].

& pro hoc facit quod not. ff. de pīg. act. l. eleganter. §. qui reprobos. & quod dixi extra de mag. cum ſit minus. in verbo. Turonenſium. Et ſi à me quæras quare decre. conditor. talem numerum Turonenſium præfixit pro iſta taxatione, non ampliorem, vel pauciorem? Reſpōdeo quia ſic ſibi placuit: vnde eſt pro ratione volūtas. ff. de conſti. prin. l. 1. & talem numerum pro labore ratus eſt ſufficere. arg. C. de tēp. in integ. reſt. l. ſuperuacuam. nā maiorē numerum, vel pauciorem ſtatuere potuiſſet: vnde hic certa ratio reddi non poteſt, ſicut nec in alijs iurib. poſitiuis. ff. de legi. l. nō omnium.

cit. vide Guido. Papę in deciſio. ſuis. q. 492. allegantē Bart. in l. Paulus. ff. de ſol. ego addo. Petr. de Anch. in cle. ſi. de deci. §. ex pdictis. verſi. in caſu. quē vide & Barto. Alexan. de Imol. col. 3. 4. l. cum qd. ff. ſi cer. pet. Doc. c. quanto. de iureiur. de pœna expēdentis falſam monetam. vide Bart. l. lege Cornelia. ff. de fal. Font.

a ¶ *Qua de re.*] Secunda pars.

b ¶ *Literarum noſtrarum ſcripturas.*] id eſt quæ fiunt de literis noſtris.

Regiſtrum facere vtile eſt.

c ¶ *Regiſtrum.*] in quo omnes literæ gratioſæ regiſtrantur, vt ad ipſum publicam fidem facturū recurſus habeatur, ſi principales literę deficiant, vel eſſe falſæ dicantur. arg. extra de præſcri. ad audientiam. C. de fid. inſtr. authen. ad hoc.

d ¶ *Moderationem.*] reſtrictionem denotat iſtud verbum, non laxationem. extra de ver. ſign. c. vlt.

e ¶ *Qua.*] id eſt, per quam.

f ¶ *Liberaliter.*] quaſi dicat nihilo dato pro illis: aliàs enim gratia ſi non gratis datur, vel accipitur, gratia non eſt. 1. q. 1. c. gratias.

Gratia gratis dari & accipi debet.

g ¶ *Labore deſudant.*] vnde remuneratione digni ſunt. in corpore authen. de iudi. §. ne autē. coll. 6. 12. q. 2. eccleſiaſticos. C. de offi. prefec. præto. l. in nomine domini. §. pe. de prin. agen. in re. l. agentes. lib. 12.

h ¶ *Satisfiat.*] Dignus eſt enim mercenarius mercede ſua. iuxta verbum Euangelij, & in corpore authē. de iudi. §. ne autem. nec fraudari denario diurno debent in vinea Domini operantes. extra de magi. c. ſuper ſpecula.

Mercenari' mercede dignus eſt.

i ¶ *Exceſſus.*] qui per ſcriptores metas rationis excedentes in exigendo ſalario pro ſcripturis frequenter committuntur. de reſcrip. ſtatutum. §. notarium. lib. 6. C. de iure fiſc. l. facultas. lib. 10.

k ¶ *Difficultates.*] quia fortè gratiam obtinentes de difficili cum illis ſuper petito ſalario conuenirent.

l ¶ *Circuitus.*] ſimile ff. de condi. indeb. l. dn̄s in teſtamento.

m ¶ *Taxationibus.*] quæ quādoq; maiores fieri conſueuerunt pro vnis literis quàm pro alijs, iuxta factæ gratiæ qualitatem.

Sanctio eſt pœnalis cōſtitutio.

n ¶ *Sancimus.*] id eſt ſub certa pęna ſtatuimus. Sanctio. n. propriè dicitur pœnalis conſtitutio. 3. diſt. in ſumma. cum ibi not.

o ¶ *Litera gratiæ.*] id eſt, quæ ſit de gratia: ipſa enim gratia ſit verbo: ſed litera ſit ad eius probationem: quod ſi placet proſequere vt dixi in c. ſedes Apoſtolica. §. verbum. in verbo, literas de reſcr. c. literas. Clem. 5.

p ¶ *Conſuetis.*] iuxta morem, & ſtylum curiæ Romanæ.

q ¶ *Turonenſibus groſſis.*] ſcilicet argenti, ſic vulgariter appellatis ad differentiam Turoneñ. paruorum.

r ¶ *Non vltra.*] non prohibet quin ad minorem numerum Turonenſium poſſit taxari: ſed quòd vltra non fiat: ſic aliàs eſt videre in ſimili. C. de dila. l. 1. & hoc ſi partes conueniant de minori. arg. ff. de noui oper. nun. l. 1. §. inde quæritur. ſed ſi non conueniant, ad minus debetur iſta taxatio curiæ.

ſ ¶ *Executio.*] id eſt litera executoria, quæ ſcilicet executoribus gratiæ dirigitur.

t ¶ *Eiuſdem.*] gratiæ.

u ¶ *Duodecim Turonen.*] Plus ergo litera executoria taxatur, quàm gratioſa, cum plus de litera ſit in illa quàm in iſta: cum gratioſa de verbo ad verbum inſeri conſueuerit in effectu in executoria: quare pro maiori labore ſcripturæ maior fuit taxatio facienda. Quid igitur ſi literæ tales fiant curia exiſtente in regione, in qua talis moneta curſum non habet? Vel quid ſi ipſa in vſu curſum habere deſijt ob voluntatem regis Francorum eam facientis: de qua moneta ſiet tunc taxatio? Dicas ꝙ de moneta currenti ſiet taxatio, iuxta valorem & numerum Turoneñ. groſſorum 1. arg. de cenſib. c. olim cum canonicis.

1 Bene di-

x ¶ *In ſimilibus.*] nā de ſimilibus idem eſt iudicium. 10. col. de pace iura. fir. §. vlti. extra de confir. vti. cum dilecti. cum ſimilibus.

y ¶ *Et huiuſmodi.*] puta obedientia, perſonatu, vel officio, & ſimilibus fortè conſuetis regularibus aſſignari.

z ¶ *Debebit.*] ſcilicet, vt literæ gratiæ x. executoriæ x. Turoneñ. & non vltra taxentur.

a ¶ *Si verò.*] Tertia pars.

b ¶ *Non communes.*] id eſt non conſuetæ cōmuniter apponi.

c ¶ *Apponantur.*] vel quia in ſupplicatione manu propria ſignata, vel in ſua gratia proprio motu facta, erant inſertæ clauſulæ tales.

d ¶ *Taxationem clauſularum.*] non dicit literarum: quia illa remanet taxata per textū præcedentem: & vltra taxationem illarum reſtat amplior facienda taxatio inſolitarum clauſularum: per hunc textum ſequentem.

e ¶ *In eiſdem.*] ſcilicet taxandis clauſulis.

f ¶ *Eius quod conceditur.*] id eſt, ſiue maius ſiue minus ſit hoc quod conceditur: cum per eius maioritatē, vel minoritatem ſcribens vel dictans clauſulam, plus minus non laboret.

g ¶ *Ipſius.*] ſcilicet quod conceditur.

h ¶ *Taxetur.*] cum maioritas, vel minoritas prouentuum maioritatem, vel minoritatem laboris non inducat.

i ¶ *Ad laborem.*] ſcilicet toleratum pro ſcriptura, vel dictamine clauſularum.

k ¶ *Magis.*] ideſt maioris laboris.

l ¶ *Minus.*] ideſt, minoris laboris.

m ¶ *Breuior.*] ſcilicet ſcriptura.

n ¶ *Aeſtimetur.*] cum naturaliter maior labor in prolixiori ſubeatur.

o ¶ *Appoſitæ.*] ſcilicet non communis, vel inſolitæ, vt ſuprà.

p ¶ *Non faciat lineam.*] ſcilicet completam.

q ¶ *Clauſula.*] ſcilicet non communis, ſed inſolita.

r ¶ *Augmentet.*] apparet ergo vltra taxationem literarum, ꝙ habeatur reſpectus de facienda taxatione, vel non facienda clauſularum, vt ſ. dixi.

ſ ¶ *Per ſe.*] ſcilicet ſolam.

t ¶ *Alijs.*] intelligendū videtur cōib. cum indefinitè loquatur.

u ¶ *Lineam.*] ſcilicet integram.

x ¶ *Taxetur.*] & illius chartæ taxatæ fortè ſit ſolutio de moneta minuta, non ꝙ quarta pars Turoñ. diuiſi ſoluat, quia fortè deſineret curſum publicum habere: mutata. n. forma publica in Turoñ. groſſo appoſita, iuxta legem primam. ff. de contrah. empt. & ven. ipſa ſubſtantia Turoñ. mutata cenſetur. ff. ad exhib. l. Iulianus. §. ſi quis. & ſic extunc reprobus reputatus nō liberaret ſoluentem. ff. de pign. act. l. eleganter. §. qui reprobos.

Forma pecuniæ mutata, cēſetur mutari ſtā

a ¶ *Pro qua*

& ſic pro qualibet [a] linea huiuſmodi additę clauſulæ in taxando quarta pars groſ. Turoneñ. addatur, & ſi [b] quid ſuperfuerit [c], & minus linea, illud ſuperfluum nec taxationem immutet [d]. Lineam [e] autem quæ centum, [f] & quinquaginta literas, ſeu xxv. continet dictiones, intelligi volumus in [g] hoc caſu, & vt taxatio huiuſmodi (dum [h] exempla ponuntur) quodāmodo procedat, inſerta illa [i] clauſula, verùm ne ſub eo prætextu, &c. quæ quatuor [k] continet lineas, vno Turoneñ. groſſo taxetur [l]. Illa etiā clauſula [m], præbendam verò ac dignitatem, quæ cum [n] acceptatione reſeruat [o], quæ quatuor & paulò [p] plus continet [q] lineas, vno Turoneñ. groſſo taxetur: & in ſimilibus [r] clauſulis additis ſecundùm linearum numerū idem [ſ] fiat. Eandem [t] taxationē cum moderamine [u] antedicto quo ad præfatas literas [x], in regiſtro noſtro ſeruari [y] volumus cum fuerint regiſtrādæ. Eandem etiam taxationē quo ad præfatarum literarum notas, ſ. gratiæ cum antedicto numero Abbreuiatores obſeruent [z]. De executorijs verò huiuſmodi gratiarum Abbreuiatores ipſi, etiam ſi clauſulæ nō communes, vel inſolitæ apponantur [a] eiſdem, duos [b] tātùm recipiant Turoneñ. ¶Hoc [c] licet ſic [d] in taxatione prædictarum [e] literarum obſeruari velimus, in forma tamen pauperū deferri volumus paupertati [f], & noſtram taxationem in [g] illa, videlicet octo Turoneñ. [h] groſ. inuiolabiliter [i] obſeruari: nam beatum fore virum, qui ſuper pauperem & egenum [k] intelligit [l], verbis propheticis [m] edocemur [n]. ¶Circa [o] taxationem autem literarum [p], quæ per audientiam tranſeūt, nihil ad præſens aliud duximus ordinandū, ſed rationabilis [q] modus obſeruetur in illis, qui ſolitus eſt hactenus obſeruari, maximè [r] ſecundùm taxationē literarum ipſarum, quæ in libro [ſ] Prouinciali inueniuntur eſſe conſcripta. In quarum

a ¶*Pro qualibet linea.*] quaſi velit dicere, ſi per lineæ talis partem additam alij illa reddatur completa. & per aliam partem ſui alia completa reddatur, quælibet de ſic completis pro quarta parte Turoneñ. taxabitur.

b ¶*Si quid.*] ideſt aliquid.

c ¶*Superfuerit.*] vltra lineas per illam additā completas.

d ¶*Immutet.*] quaſi dicat, illo ſuperfluo reputato modico pro ipſo nec plus nec minus. arg. de conſec. diſt. 2. c. re uera. ff. de in integ. reſt. l. ſcio.

e ¶*Lineam.*] ſcilicet per quā ſolam, vel alijs additam fit vltra taxationem literarum alia taxatio.

f ¶*Centum & quinquaginta literas.*] ſed hoc qualiter eſſe poteſt cū in alphabeto vel alibi non reperiantur tot diuerſæ literæ? Dicas fortè intelligēdum de literis alphabeti, quæ reiteratæ complere poterunt talem numerū.

g ¶*In hoc caſu.*] iſtud ſic fuit inductum ad vitandas multas fraudes, quæ per ſcriptores, vel dictatores cōmitti poſſent ſcribentes, vel dictantes in pergameno ſtricto, vt ſic clauſula per ſe lineam faceret, vel alijs addita illas cōpleret. Quid igitur erit ſi linea propter membranæ ſtricturam non continet iſtum literarum numerum, nec etiam dictionum, fiet ne aliqua taxatio de illa, vel nulla? Credo ipſam faciēdam de multis lineis coadunatis illum numerum apprehendentibus, & non vltra: aliàs labor ſcribentis, vel dictantis ſine mercede remaneret: quod eſſet contra mentem huius conſtitutionis, vt ſ. dixi. & gratiam obtinens de alieno labore rideret, quod eſſet contra omnem æquitatem, & præſtat ad hoc arg. extra de cenſi. c. procuratores.

Labor non debet eſſe ſine mercede

h ¶*Dum exempla ponuntur.*] per poſita enim exempla facti, cum pateant oculatis, veritas oculata fide magis quàm per aures animis hominum infigitur. inſti. de gra. cog. §. vlt.

i ¶*Illa clauſula.*] quæ q̄nq; in literis Apoſtolicis apponitur.

k ¶*Quatuor continet lineas.*] id eſt continere poteſt probabiliter & veriſimiliter iuxta communem ſcribendi modum: aliàs enim de tam gracili litera poſſet eſſe ſcripta, vel in tam amplo & extenſo pergameno, quòd ipſas quatuor lineas non contineret, niſi tu diceres habendum fore reſpectum ad literarum vel dictionum numerum ſ. proximè deſignatum: vndè facit iſte textus ad id quod ibi dixi.

l ¶*Taxetur.*] vt ſic quælibet linea de quatuor pro quarta parte Turonenſis taxationem recipiat, vt ſ. dicitur.

m ¶*Clauſula.*] quæ q̄nq; etiam in literis Apoſtolicis apponit̄.

n ¶*Cum acceptatione.*] id eſt cum poteſtate acceptandi.

o ¶*Reſeruat.*] ſ. beneficium conferendum illi, cui gratia fit.

p ¶*Paulò plus.*] de quo nulla taxatio fit, vt ſupra.

q ¶*Continet lineas.*] hoc dicere potes, vt ſ. proximè ſuper hoc dixi.

r ¶*Similibus clauſulis.*] alijs ab illis proximè expreſſatis gratia exempli.

ſ ¶*Idem fiat.*] vt pro qualibet linea fiat taxatio quartæ partis vnius Turoneñ. pro modico autem plus taxatio nō mutetur.

t ¶*Eandem taxationem.*] ſcilicet, quæ facta eſt tam de literis gratioſis, quàm executorijs. ſ. in §. qua de re.

u ¶*Moderamine antedicto.*] ſ. in verbo, hoc tamen.

x ¶*Literas.*] ſcilicet gratioſas, & executorias.

tiplici he[...] nes ſunt a[...] inuicem alligati.

y ¶*Seruari volumus.*] ſcilicet vt literæ gratiæ vltra decem, executoriæ verò vltra Turoneñ. xij. non taxentur.

z ¶*Obſeruent.*] ſcilicet vt literæ gratiæ vltra x. Turoneñ. non taxentur vltra eam taxationem clauſularum inſolitarum iuxta dictum moderamen.

a ¶*Apponantur eiſdem.*] in ſalario ergo percipiendo per Abbreuiatores de literis executorijs non diſtinguitur, an ipſæ clauſulas ſolitas contineant: ratio huius pōt eſſe: quia cū taxationem habeant de literis gratiæ, & vltra pro clauſula inſolita appoſita amplius, ſuper hoc in executorijs laborare non habent ſuper nouo dictamine abbreuiationis faciendæ.

b ¶*Duos tantùm.*] nō ergo plures.

c ¶*Hoc licet.*] Quarta pars.

d ¶*Sic.*] vt dictum eſt in §. pręcedenti. ſi verò.

e ¶*Prædictarum literarum.*] ſcilicet gratiæ.

f ¶*Paupertati.*] Not. rationē paupertatis haberi in taxatione ſalarij, ſicut & alibi in taxatione procuratoris: extra de cenſi. cum inſtantia. & c. procurationes. & in exactione mulctæ pecuniariæ. ff. de offic. præſ. l. illicitas. §. vlt. & in examinatione iudiciali facienda de eius cauſa, in corpore auth. de man. princ. §. ſit tibi. coll. 3. & in appellatione per eum in ſcriptis emittenda. ff. mādati. l. ſi procuratorē. §. ſi ignorantes. & in multis alijs quæ ſollicitus indagator per ſe poterit inuenire.

Paupertatis ratio in multis eſt habēda.

g ¶*In illa.*] ſcilicet forma.

h ¶*Octo Turonen.*] hic potes dicere quod dixi parte ſecunda ſuper taxatione decem, vel duodecim Turoneñ.

i ¶*Inuiolabiliter.*] quaſi dicat vltra aliquatenus taxatio nulla fiat.

k ¶*Et egenum.*] ſcilicet releuandum potiſſimè ne fame pereat, aliàs non releuans ipſum necare dicitur quo ad Deū. 86. diſt. c. paſce. ff. de li. agno. l. necare. 47. diſt. c. ſicut hi.

l ¶*Intelligit.*] id eſt, intendit & operam dat.

m ¶*Propheticis.*] ſcilicet prophetæ Dauid. Pſalm. 40.

n ¶*Edocemur.*] in Pſalmo, Beatus qui intelligit.

o ¶*Circa taxationem.*] Quinta pars.

p ¶*Literarum.*] ſcilicet de iuſtitia.

q ¶*Rationabilis.*] quaſi dicat non exceſſiuus & oneroſus, nec nimis etiam modicus, ſeu delicatus. iuxta illud: Nec oneroſus creditor, nec delicatus debitor audiendus eſt. ff. de pig. act. l. ſi ſeruos. in fi. Vel dic melius, rationabilē illum dici, qui ſolitus eſt obſeruari, vt ſequitur: vn̄ facit per hoc in arg. ꝙ in talib. ſimilib. taxationibus ſtandum ſit ei qđ ſolitū eſt ſeruari. ad hoc extra de off. ord. dilectus. de ſen. excō. venerabilib. §. deniq;. lib. 6. C. de vect. vniu. ff. de decr. ab or. fa. l. vlti. ad munic. l. de iure. cū ibi no. de admi. tu. l. ſine hærede. §. Lucius. de ele. l. ſi fundus. ſicut in alijs ſtylus & cōſuetudo curiarū locorū ſingulariū ſeruādi ſunt circa proceſſus. arg. optimū ad hoc. C. de ve. iur. enu. l. 1. §. ſed & ſi q̄ leges. extra de cōſt. ex literis. vbi de hoc p Hoſt. de crim. fal. c. q̄ graui. & per Inn. de off. leg. c. ꝙ translationem.

r ¶*Maximè.*] innuit p hoc ꝙ ſeruanda eſſet ſolita taxatio etiā in literis, quarū taxatio ſcripta nō reperitur in lib. Prouinciali.

ſ ¶*In libro Prouiniali.*] in quo libro contineri vidi verba quæ ſequuntur: Circa ſalarium ſcriptorum duximus prouidendum, quòd ſcriptores pro literis quas ſcripſerint vltra taxationem infraſcriptam nil exigant, vel etiam ſponte oblatū recipiant: & ſi quis contrafecerit; dans & recipiens excommunicationis ſententia ſunt adſtricti. Taxatio autē pro literis ſcribendis talis eſt. Pro literis ſimplicibus, ſcilicet ſuper terris & rebus alijs, &c. ſuper vſuris, ſuper iniectione manuum, ſuper reuocandis alienatis, ſuper monachatu ſex denarios vſualis monetæ: pro literis in quibus cōſueuit poni p̄terea, vel, ijdem

Salaria ſcriptorū ſunt in libro prouinciali cōprehenſa.

quoque,

quoque, vel alios, nouem denarios: pro literis ſuper defectu natalium, ix. denarios: pro ſimplici confirmatione, vel protectione, quæ bullanda eſt cum ſerico, xij. denarios: pro confirmatione & protectione in vna litera, xviij. denarios: pro litera ſuper abſolutione monachorum, xviij. denarios: pro litera, quoniam vt ait Apoſtolus, danda cathedralibus eccleſijs & alijs magiſtris collegis, quæ cum maiori diligẽtia eſt ſcribenda. ij. ſolidos: pro priuileg. x. ſolidos: Aliàs autem in quibus certa & generalis taxatio in ſcriptis redigi non poteſt, propter diuerſitatem ipſarum, diſtributores, qui pro tempore fuerũt, habita conſideratione ad alias taxatas prout eis melius videbitur, melius taxare ſtudebunt: & taxationem ipſarum tã impetratores quàm ſcriptores ſub pœna eiuſdem ſententiæ obſeruabunt: ſcriptores qui reſcribendas gratias, gratis non reſcripſerint antequàm alias incipiant ſcribere, eadem excommunicationis ſententia ſint ligati: ſcriptores qui literas curiæ non ſcripſerint antequã alias incipiãt ſcribere, p ſeptẽ dies à ſcripturæ officio ſint ſuſpẽſi. Verũ ſi literæ curiales, & reſcribendæ gratis ſcribendæ ſimul occurrant, negotium ſemper curiæ præferatur: petitionarij verò vltra x. ſolidos nihil exigant pro aliqua petitione formanda. Sed & infra quantitatem eandem, prout negotij exegerit qualitas, & labor expoſcerit, ſalario ſint contenti. ſi verò negotium multum fuerit intricatum: ad cuius expeditionem labor & peruigil diligentia requirantur, tunc vltra dictam quantitatem infra tantum xx. ſolidos taxetur ſalarium arbitrio notarij, quem impetrans duxerit eligendum. Facit autem iſte textus in arg. ꝙ ſcriptura antiquorum librorum facit fidem. & ſuper hoc vide quod not. tam per ordinarios, quàm per extraordinarios gloſſatores, extra de probat. cum cauſam.

taxationibus literarum [a] ex cauſis rationabilibus [b] ſuſtinemus, vt Turoñ. groſ. quamdiu, ſcilicet Romana curia extiterit citra montes, Romanino [c] ſuccedat. Cæterùm vbicũq; [d] de Turoñ. groſ. in taxationib. prælibatis fit mentio, intelligi volumus quamdiu curia [e] fuerit citra [f] montes. Si verò vltra montes, Romæ ſcilicet, vel in alijs locis, vel Italiæ partibus curia ipſa conſtiterit, in taxationibus antedictis Romaninus pro Turoneñ. ponatur [g]. ¶ Ad [h] hæc prædictæ noſtræ adijcimus [i] ſanctioni, vt ſi forſan (quod quandoque [k] cõtingit) eueniat, videlicet quòd nõ culpa [l], negligentia [m], vel defectu ſcriptoris, vel ex ignorantię [n] cæcitate, aut torpore deſidiæ [o], vel ex occupatione [p], diſtractione [q], aut alia quauis occaſione [r] Abbreuiatoris, qui notam ex qua litera groſſa [ſ] procedit [t], ineptè [u] formauerat, eadem groſſa literis gratis [x] fuerit [y] reſcribẽda: hoc ipſi ſcriptori [z], vel illi cuius [a] litera huiuſmodi [b] fuerit reſcribenda non noceat [c], ſed Abbreuiatori [d] debeat imputari, intantum vt eidem ſcriptori Abbreuiator ipſe ſatisfaciat [e] integrè, iuxtà taxationem [f] eiuſdem gloſſæ literæ reſcribendæ. ¶ Cæterùm [g] vt prædicta quę à nobis pro vtilitate publica [h] ſunt inſtituta ſalubriter, eo diligẽtiores ſui [i] obſeruatores inueniãt, quò trãſgreſſores ipſorũ maiori nouerint ſe pœna [k] pcelli: ſtatuimus, vt præfati omnes, & ſinguli, tam literarũ noſtrarũ, q̃ regiſtri noſtri ſcriptores, quã Abbreuiatores notarũ [l] ipſarũ (quibus

a ¶[*Literarum.*] ſcilicet quæ per audientiam tranſeunt, quæ propter lega. non conſueuerunt.

b ¶[*Rationabilibus.*] fortè ideo, quia Romaninus in tanta abundantia non reperitur in loco curiæ citra montes exiſtentis ſicut Turoñ. groſſus. Vel quia fortè non ſic publicũ curſum habet ſicut Turoñ. groſſus: & fortè difficilius eſſet literas obtinentibus Romaninum ſoluere propter ſui raritatem quàm Turoñ. groſſum, cum omne rarum dicatur carum, in authent. de conſul. §. quantumcunque. in fi.. coll. 4. 59. diſt. c. ſi officia. in fi. 14. diſt. cap. legimus. *Rarum eſt carum.*

c ¶[*Romanino.*] i. pro Romanino Turoneñ. groſſus ponatur.

d ¶[*Vbicunque.*] vt eſt videre in taxationibus literarum gratiæ & executoriarum. s̃. in §. qua de re. vel in taxatione clauſularum ſolitarum, vt s̃. in §. ſi verò. vel in taxatione regiſtri, vel Abbreuiatorum, vt in eodem. §. ver. eandem. vel in taxatione literarum in forma communi, vt s̃. §. proximo.

e ¶[*Curia fuerit.*] quæ vbi videatur eſſe, videas quod not. in cap. Execrabilis. in verbo, Romanæ Eccleſiæ. & in c. Adorius.

f ¶[*Citra montes.*] ſicut nunc de præſenti exiſtit.

g ¶[*Pro Turonenſi ponatur.*] fortè quia ibi Turoñ. non ſic publicum curſum habet ſicut Romanus, vel fortè ex alijs cauſis, quas dixi ſtatim in gloſ. fortè ideo.

h ¶[*Ad hæc.*] Sexta pars.

i ¶[*Adijcimus ſanctioni.*] ſimile de vita & honeſt. cler. c. quoniam. §. vlt. Clem. 5.

k ¶[*Quandoque contingit.*] vndè ad hoc ius aptandum fuit. in corpore authen. vt debi. ma. & credi. §. quia verò. coll. 7. ff. de leg. l. nam ad ea. de lib. lega. l. legaui.

l ¶[*Non culpa.*] vbi ergo culpa, vel aliquod de ſequentibus interueniret in perſonam ſcriptoris: expenſis eiuſdem, non Abbreuiatoris eſſet litera reſcribenda.

Negligentia nouerca eruditionis

m ¶[*Negligentia.*] nouerca eruditionis dicta. 83. diſt. c. nihil. vt pote cũcta lædẽte, in corpore auth. de q̃ſt. § hæc oĩa. coll. 6.

n ¶[*Ignorantiæ cæcitate.*] Nota ignorantem dici cæcum: vnde & ſcribitur: quoniam quidam ignorantiæ nubilo turpiter excæcati: nec mirum: quia ignorantia mater dicitur cunctorum errorum. 38. diſtin. c. ignorantia. & ſcripturarum ignorantia, Chriſti dicitur ignorantia: vt 100. diſ. c. qui iuxta. & qui ea q̃ Dei sũt, neſcit, à Domino neſciuntur: iuxta illud, ignorans ignorabitur. 100. diſt. c. qui ea. & hæc vera de illis qui habentã quo diſcerent, ſed dare operã noluerunt: in alijs enim ſecus. 36. diſ. §. verum. & arg. ff. de bo. poſ. l. in bonorum. quis ordo in bonorum poſſeſſione ſeruetur. l. vtile. & §. vl. de iur. & fac. igno. l. regula. §. ſed iure. C. de ingen. manu. l. ſi auia tua. *Ignorãs cęcus dicitur.*

o ¶[*Deſidiæ.*] id eſt pigritiæ non adhibita circumſpectione, vel diligentia.

p ¶[*Occupatione.*] ſcilicet nimia aliorum negotiorum, quæ frequẽter neutrum de agibilibus bene agi permittit. C. de aſſeſſo. l. nemo. 15. q. 1. presbyteros. de ſimili occupatione habes in corpore autht. de tabellio. §. & non fingant. coll. 4. extra de ſentent. excom. ſi aliquando.

q ¶[*Diſtractione.*] ſcilicet aliqua ad alios cogitatus: perdit enim memoriam bene agendorum mens alienis diſtracta cogitatibus. arg. 83. diſtin. capit. nihil. ff. de cap. & poſtlimi. reuer. l. nihil. nec ſufficit aliquid legere niſi adſit, & intelligere vt dixi in decre. quia quorundam. §. nos autem. Vel dic diſtractione animo abbreuiandi, ſicut dici conſueuit quem fore diſtractum ab actu conſueto, vel exercitio, puta lecturæ, vel alterius operis explicandi, quod ſicut per exercitium ſuſcipit incrementum. C. de re. mili. l. milites. lib. 12. ff. de leg. 3. legatis ſeruis. §. ornatricibus. ſic & per contrarium ſuſcipit detrimentum. arg. ff. de iure fiſ. l. non intelligitur. §. diui fratres. *Lectura p exercitium ſuſcipit incrementũ.*

r ¶[*Occaſione.*] fortè dolo, malitia, odio, vel corruptione.

ſ ¶[*Groſſa.*] id eſt, in groſſum, vel mundum redacta.

t ¶[*Procedit.*] ad inſtar publici inſtrumenti ex protocollo, nihil addito nilque remoto procedere habentis in corpore authen. de tabel. §. illud quoque. coll. 4.

u ¶[*Ineptè formauerat.*] iuxta ſtylum Cancellariæ, vel conſiderata qualitate negotij in groſſam redigendi.

x ¶[*Gratis.*] id eſt nihilo exacto ab habente literam Apoſtolicam obtinere.

y ¶[*Fuerit reſcribenda.*] ad arbitrium Vicecancellarij & Correctorum curiæ, qui ad hoc ſunt præpoſiti.

z ¶[*Scriptori.*] cui nihil imputari poteſt, ſi prout in nota reperit, illam ſcripſit.

a ¶[*Cuius.*] id eſt ad cuius commodum.

b ¶[*Huiuſmodi.*] ſcilicet ineptè formata.

c ¶[*Non noceat.*] quia nec ſcriptor expenſis proprijs, nec ille cuius eſt pro reſcribenda ipſa aliquid dare tenebitur, vt ſtatim innuitur.

d ¶[*Abbreuiatori.*] ex cuius culpa, vel facto apparet litera reſcribenda.

e ¶[*Satisfaciat.*] ſcilicet de ſuo.

f ¶[*Taxationem.*] de qua vidiſti s̃. in §. de qua re. & ſeq.

g ¶[*Cæterùm.*] Septima pars.

h ¶[*Publica.*] vtilitati ſingularium de ſe præferenda. in corpore authẽ. de reſt. & ea quæ parit. §. quamobrem. coll. 4. extra de poſtu. præla. bonæ 1. cum ſimilibus.

i ¶[*Sui.*] ſcilicet inſtitutorum.

k ¶[*Pœna percelli.*] id eſt puniri. pœna enim vnius metus eſt multorum. ff. de pœn. l. capitalium. §. famoſos. C. ad l. Iul. repe. l. 1. & in extrau. dierum.

l ¶[*Notarum ipſarum.*] ex quibus literæ gloſsãdæ procedũt: vt in §. præcedenti. & ſumè j̃. prædictas taxationes obſeruent.

a ¶*Abbreuiato-*

a ¶ *Abbreuiatoribus.*] ſolùm iſtis fit comminatiuum mandatum ſub pœna excommunicationis,& nõ alijs. Sed hoc fortè ideo: quia ab eis priuſquam à ſcriptoribus procedit taxatio & exactio: quam factam frequenter indebitè ſcriptores de facili ſequuntur, 1 quare ipſis, vtpote huius mali auctoribus, fit iſta comminatio.ar. 86.diſ.c.tanta.24.q.vl. c.qui aliorum.extra de cle.excom.c.latores.ff. de ſer.cor.l. in hoc iudiciũ. C. ad l.Iul. de vi publ. l.quoniam multa.cum ſimilibus.

1 Cap. ſtatutum.§.notariũ.de reſcr.lib.6.ibi vide glo. ſi quando dicit magi. vbi dicit Phi. contra Ancha. quòd delegat⁹ põt miniſtris cũ effectu prouidere de ſalarijs. Et de ſalarijs aduocatorum not. Alex. ĩ apoſtill. ad Bar. l. 1. §. aduocationis.ff. de varijs & extra or.cog. & vide do. meũ Stellã docto. Aurelianenſé reſolutiſſimũ in l.1.C. de ſuffr. Font.

b ¶ *Prædictas taxationes.*] factas s̃. in §. qua de re. & ſequenti.

c ¶ *Sub excommunicationis pęna.*] comminatio eſt,non ſentẽtia. C.comminationes vel epiſto.l.interlocutio. not.extra de ſimo. cap. ſicut.

d ¶ *Beneficiales.*] id eſt ad aſſequenda beneficia concedendas.

e ¶ *Notas ipſarum.*] quæ in vulgari appellari conſueuerunt minutæ.

Peccatum iteratũ plus punitur.

f ¶ *Earundem.*] ſcilicet literarum.

g ¶ *Exigendo.*] Exigere propriè eſt ab inuito extorquere. ff. de lega.3. l.fideicommiſſa. §. ſi rem. & quæ in frau.cre.l.pupillus.

h ¶ *Recipiendo.*] videtur intelligendum etiã à ſponte ſoluẽte,vt differat à verbo pręcedẽti. & arg. ad hoc extra de cenſi.c.exigit. de reſcr. ſtatutum.§. ſi quid autem. lib.6. conſiderata potiſſimè vtilitate publica ob quam præſens conſtitutio emanauit:vt s̃. & eſt expreſſum in libro Prouinciali,de quo s̃. eſt facta mẽtio ſupius in §.qua de re.& ſeq.

etiam Abbreuiatoribus[a] ſpecialiter vltra infra ſcriptas pęnas quatenus pręd ictas[b] taxationes obſeruent ſub excommunicationis pœna[c] mandamus,) qui contra præmiſſa fecerint, plus ſcilicet præfatas noſtras beneficiales[d] literas, vel notas[e] ipſarum vel earundem[f] in dicto regiſtro ſcripturas taxando, exigendo[g], vel recipiendo[h] pro ipſis,quàm ſuperius ſit taxatum: vſque ad ſemeſtre[i] tempus officio, in quo ſic[k] deliquerint, ſint eo ipſo[l] ſuſpenſi: Et ſi ſecundò[m] deliquerint in eodem, ipſo facto eodem[n] officio(quod quantum in ipſis fuerat maculare[o] conati ſunt) perpetuò ſe priuatos[p] agnoſcant. Nulli[q] ergo liceat, &c. Datum Auinioñ. iiij. Idus Decembris, Põtificatus noſtri anno primo.

TITVLVS XIIII.
De verborum ſignificatione.

¶ *Cum fratres Minores indumentis vilibus ſecundùm eorum regulam debeant indui, de qua vilitate ſit intelligendum, hoc relinquit iudicio ſuperiorum, præcipiens ſub pęna excommunicationis illis obediri, & reprehendens fratres, qui pro arbitrio ſuo habitus curtos, ſtrictos, & nouitatis plenos portabant, qui trãſgreßores regulæ non dicentur, ſi in hoc ſuperioribus obſequuntur. Superiores etiam arbitrari poterunt, an habenda ſint granaria, & cellaria pro neceſſarijs ad victum colligendis. Tandem fratres ipſos hortatur ad obedientiam, quam dicit paupertati & caſtitati eße præferendam. hoc dicit, & eſt valde notabi. Concor. cap. Exijt qui ſeminat. eod. titu. lib. 6. & clementina, Exiui de paradiſo. eod. tit.*

i ¶ *Semeſtre.*] id eſt,ſex menſium.de ſup.negli. præla. licet.

k *Sic.*] ſ.plus taxãdo, exigendo,recipiendo quàm debeant.

l ¶ *Eo ipſo.*] eſt ergo ſententia ſuſpenſionis iuris.ſimile de elect.quàm ſit. lib.6.in corpore authen.de rap.mul.§. pe.col. 9.cum ſimilibus.

m ¶ *Secundò.*] nota plus puniri peccatum iteratũ.C. ad leg. Iul.de vi publi.l.ſeruos.de ſer.fugi.l.quicunque. ff.de iurepa. l.1.de pęn.l.capitalium.§.ſolent.& l.aut damnum.§. quiſquis. extra vt lit.non conteſtata,quoniam frequenter.§. vlt.de teſti. co.c.2.de maledi.c.ſtatuimus.34.diſt.c.quorundam.26.diſtin. vna tantum. contumacia enim facit cumulari pœnam. ff. de pœnis.l.relegati.& remiſſionem veniæ crimina, niſi ſemel cõmiſſa, non habent.C.de epiſc.audi.nemo.deterior namq; dolus eius agnoſcitur qui iteratò committit, q̃ qui ſemel delinqt,in corpore auth.de liti.§.oẽm circa fi.col.8. vbi de hoc not.

n ¶ *Eodem officio.*] ſcilicet, Scriptoris, Abbreuiatoris, Regiſtratoris,& ſic de alijs.

Officiũ maculat.qui in eo delinqt.

o ¶ *Maculare.*] Nota officium aliàs de ſe licitum maculari, vel vituperari dici per delinquentem in eo.

p ¶ *Priuatos agnoſcant.*] in hac decret.ſententiam iure priuatoriam inducit.ſimile in c.dierum.& de pœnis.c.felicis.lib.6.

q ¶ *Nulli ergo.*] ſuper hac clauſula dic vt plenè dixi in c.Execrabilis. Zenzelinus.

Diuiſio textualis.

Q*Vorundam.*] ¶ Diuide hanc decr.in partes quinq; principales. In prima,cauſa & occaſio multiplex præmittitur. In ſecunda parte, quorundam fratrum Minorum à ſui cõmunitate ordinis diſcrepantium allegatio multifaria ſubiũgitur:ibi,in §.*Quapropter.* In tertia,conſtitutio ipſa in aliquibus declaratiua admittitur: ibi,in §.*Quocirca.* In quarta,eius conſtitutionis cum alijs declaratæ continuatio ſubinfertur: ibi,in §.*Eodem modo.&c.* In quinta,omnis formidinis ſuſpicio remouetur:ibi, propè fi. in §.*Nec formident.*

r ¶ *Scrupuloſitatis.*] i. credulitatis non ex cauſis probabilib. ortum habentis,ſic exponitur hoc verbum per Hoſt. extra de ſimo. per tuas 2.quare talis credulitas hic cæca appellatur.

CAP. I.

QVorundam exigit cęcæ ſcrupuloſitatis[r] ambiguum[ſ], ac ipſorum quodammodo indocta[t] ſcientia (ne dixerimus[u] quòd irreligioſa[x] horum ſit vana[y],& in hoc ſuperſtitioſa[z] religio[a]) vt dũ ſuis[b] mauult[c] temerè[d] ſub cõſcientiæ[e] velamento[f] conceptibus, quàm prælatorum ordinis ſui cum obedientiæ[g] merito[h] prouidè[i] inhærere ſententijs: nos poſt pr ędeceſſorum noſtrorum, & præſertim felicis recordationis Nicolai[k] iiij. ac pię memorię Clemẽtis V.[l] Romanorum Pontificum ſuper intellectu, & obſeruantia regulæ[m] ordinis fratrum Mino-

ſ ¶ *Ambiguum.*] id eſt dubium ſimile C.de vſufruct. l.ambiguitatẽ. de teſta. l. ambiguitates.de acq. poſ. l.nemo ambigit.

t ¶ *Indocta ſcientia.*] ſic fortè dicta,quia à ſe ipſis ipſam didicerint, non à voce magiſtri, contra conſilium Hieronymi 16.q.1.c.ſi clericatus. in fi. quæ non ſecundùm ſenſum proprium, ſed ſecundùm patrum traditionẽ addiſcenda & docenda,& ab eo & per eum qui eam à maioribus ſecũdùm veritatem ſibi creditam ſeruat,37.diſt.relatum.& arg.C. de exc. artificum. l.1.li. 10. ff. de dona.l.Aquilius. aliter enim ſcientia adulterina tradi, & adipiſci dicitur in procem. digeſt. §. hæc autem tria.

u ¶ *Ne dixerimus.*] quaſi dicat de illorum malis hic dixiſſe ſufficiat,vt p hoc plura dẽtur intelligi. arg. ff. ad Maced. l.1. in corpore authen.quib. mod. na. effi.leg.§.& quidã.coll. 6.cum not. in eis. Vel dicit ſe non dicere qđ tamen dicit, vt alibi de reſtitu. ſpol. literas. §. nos autem. C. de epiſ. & cler.l.ſi quis nõ dicã.

x ¶ *Irreligioſa.*] id eſt, non religioſa,vt ſic prima ſyllaba priuatiuè,vel negatiuè exponatur.argum.ff.de re mil.l. miles. §. irreuerens. de iurepa.l.1.

y ¶ *Vana.*] id eſt,extrinſecus oſtentatiua, vel in veritate non ſubſiſtens.arg.extra de conſue.c.quanto.

z ¶ *Superſtitioſa.*] exponi poteſt,id eſt,in obſeruãtijs extrinſecis inutilis,& ſuperuacua.

a ¶ *Religio.*] quaſi religatio,ſeu vinculatio. Religio vnde dicitur.

b ¶ *Suis.*] conceptibus,quod eſt infra.

c ¶ *Mauult.*] id eſt, plus vult, vel prælegit: & ſumè verbum inhærere,quod eſt infra.

d ¶ *Temerè.*] bene dicit, temerè: quia nullus ſuæ prudentiæ vel conceptui inniti debet,iuxta verbum ſapientis:extra de cõſti.cap.ne innitaris. nec in agendis ſuo ſenſu, vel leuitate duci. 11.q.3.ſummopere extra de conſtit.c.1.

e ¶ *Conſcientię.*] in hoc non bene, nec rectè informatæ. arg. extra de temp.ord.ad aures.de ſimo.c.per tuas.

f ¶ *Velamento.*] expone,i.velamine,vel palliatione ſeu ſimulatione:alibi ſumitur aliter iſtud verbũ.C.de poſtu. l.velamẽto.

g ¶ *Obedientiæ.*] ſic not.regularem teneri ad præſtandũ obedientiam prælato ſuo.extra de tẽp.ord.c.ad aures. vbi de hoc.

h ¶ *Meritò.*] quod non eſt modicum,imo magnũ, quia Deo gratum, cum melior ſit obedientia quàm victima. extra de maior.& obed.illud.& arg.ad hoc.ff. de re mili.l.2. §. in bello. cum ibi not.

i ¶ *Prouidè.*] reputatur ergo prudentia vel prouiſio,ſuæ conſcientiæ proprio conceptu dimiſſo, ſuperioris ordinationem ordinabiliter ſequi:vt hic,& arg.24. q. vlt. c.quid autem mitius.56.diſt.relatum.

k ¶ *Nicolai iiij.*] qui condidit decret. Exiit qui ſeminat. de verb.ſignifi.lib.6.

l ¶ *Clementis v.*] qui condidit decret. Exiui de paradiſo. in eod. tit. in compilatione ſuarum conſtitutionum.

m ¶ *Regulæ.*] dictæ quaſi regulantis quem in modo viuendi Regula vnde dicitur.

tam

rum, declarationes[a] ſalubriter[b] editas, ſolidas[c] quidem & claras, & lucidas[d], multaque maturitate[e] digeſtas, noſtras Domino fauente indubias[f] ipſorum prædeceſſorum declarationibus declarationes adiungamus[g]: ſicque dies[h] † diei eructet verbum, & nox nocti ſcientiam manifeſtet, ne perperam paucorum[i] dicti ordinis fratrum (quòd abſit) inſcitia, recta ipſarum declarationum verba[k] conuertens[l] in deuium, illaque[m] ſuis[n] eis[o] profectò contraria[p] accommodans[q] ſenſibus ingrata[r] Deo, ſuperioribus[ſ] contumax, præfato[t] ordini detrahens, odioſa[u] confratribus, vnionem[x] ſcindens, ſi[y] valeat reddatur, ac graue in populos ſcandalum[z] allatura; quin potius (vt noſtra vehementer flagitat[a] intentio) antedictis profugatis[b] incommodis[c], hæc ſancta Minorum fratrum religio, ad quam iamdudum (cum minor[d] nos gradus haberet[e]) dilectionis & deuotionis feruor incanduit[f]: nunc verò poſt ſuſceptum à nobis Apoſtolicæ ſeruitutis[g] iugum[h], ad illius[i] religionis gubernationem, protectionem, defenſionemque interius[k] exteriuſque[l] propitiam paſtoralis[m] curæ ſollicitudo nos angit[n], paternæ[o] cogit prouidentiæ debitum[p], ac internæ charitatis zelus accendit, quieta[q] pace gaudeat, ſancto proficiat

tam ſpiritualiter quàm temporaliter, vel ad rectum quem ducentis.3.diſt.c.canon.verb:regula.

a ¶*Declarationes.*] ex hoc collige Papam declarationem ſuper regula religionis poſſe facere:cum enim omnis regula ritè dictata ab ipſo ſaltem per approbationem proceſſerit. extra de relig.do. cap. ne nimio. & eod. tit. cap. religionum. libr. 6. & arg. 11. diſt. c.quis neſciat. ad illum poteſt & debet ſpectare declaratio, vel interpretatio, ad quem pertinuit editio.C.de leg.l.vlt.& de vete.iur.enucle. l.1, §. ne autem. in fin. extra de ſentent. excommun.inter alia. 1. q. 1. §.ex his.nec mirum,cũ etiam ſuper articulis fidei poſſit declarationem facere. 24. quæſt. 1.quotiens. & cap.hęc eſt fides. & patet in decre. cum inter nonnullos.vbi de hoc dixi.

† Pſal. 18.

Papa pôt ſuper fidei articulis declarationẽ facere.

b ¶*Salubriter.*] id eſt ad ſalutem animarum.

c ¶ *Solidas.*] id eſt firmas, quæ inconcuſſæ ſeruandæ ſunt donec per illum qui poteſt in totum,vel in partẽ fuerint reuocatæ.arg.40.diſt.c.conſequens.& cap.noſtro.25.q.2.c.1.& 2.in corpore auth.de admi.offi.§.vlt.coll.3. cum ſimilibus.

Cõſtitutio principis qualiter ſcribenda eſt.

d ¶ *Lucidas.*] quia conſtitutio principis debet eſſe clara, nõ obſcura. 4. diſt. c.erit autem lex.& non per ſignorum captiones, nec per compendioſa enigmata, ſed per literarũ conſequentiam eſt ſcribenda,& exemplificanda.arg. C. de vete.iur. enu. l.1. §. quod autem. in contrafacientem pœna falſi locũ habet, vt eod. tit. l. 2.§. eandem autem pęnam. aliàs eſt verſus ſub §.hoc autem.

e ¶*Maturitate.*]cum qua, & non cum leuitate,vel præcipitatione facienda eſt conſtitutio principis. C. de legi. l. humanũ. & in prœmio.lib.6.ſicut & ſententia proferenda.arg.C.de ſent.ex breuiculo recitan.l. 2. 11.q.3.c.ſummopere.extra de re iud. paſtoralis.§. verum.Clem.5.

f ¶*Indubias.*] id eſt indubitatas.

g ¶*Adiungamus.*] aliàs adiungentes, hoc non incongruum nec inſolitum exiſtit: cum & omiſſum per anteceſſorem,per ſucceſſorem ſuppleri & induci frequentiſſimè ſit repertum. arg.ff.de teſti.l.quæſitum.extra de reſcrip.c.literis.

h ¶*Dies diei.*] verba ſunt pſalmographi prophetæ Dauid.

i ¶*Paucorum.*] ſed quomodo dicit paucos, cum multi eſſent fratres,id quod ſequitur facientes? Reſpondeo quòd pauci dicuntur reſpectu multo maioris numeri aliorum. 45. diſt. cap.diſciplina. vbi 23. millia hominum pauci dicuntur reſpectiuè. ff. de verb. ſigni. l.maiore. extra de cle. excommu. mi. c.latores.& ibi not.

k ¶*Verba.*] ſuper quibus, ex quo recta ſunt & clara,nulla debet fieri in obſcurum ædificatio.ff.de legat.3. l. ille. §. cum in verbis. & arg. ff. de verb,obli.l.continuus. §.cum ita.

l ¶*Conuertens in deuium.*] id eſt peruerſum intellectũ: fortè amplectentes declarationem verborum ipſorum mente circumuenta, contra iura.ff.de leg. l.conrra legem.extra de reg. iur.in c.certum eſt lib.6. cum potius eſſet contrarium faciendum: ſcilicet verba offendere vt mens ſeruetur.C.de lib.pręt. l.3.ff.qui petant tu.l.ſcire.§.ad aliud.de iurepa.l.adigere.§.quãuis.not.extra de verb.ſig.c.intelligentia.& dicta l.contra legẽ.

m ¶*Illaque.*] declerationum verba.

n ¶*Suis.*] ſume verba,accõmodans ſenſibus quæ ſequuntur.

o ¶*Eis.*] expone,ſcilicet ſenſibus: vel eis,ſcilicet verba declarationum conuertentibus in deuium.

p ¶*Contraria.*] maximè attenta verborum mente.

q ¶*Accõmodans.*] id eſt applicans, vel inducens.

r ¶*Ingrata Deo.*] ſume verbum,reddatur, quod eſt j.& enumerat ſex cõmoda, q̃ ex tali ſcientia proueniunt:& hoc eſt primũ.& p hoc qđ dicit,ingrata Deo,eſt penitus excludẽda.argu. in corpore authen.vt non luxu.contra naturã.in prin. coll.6.

ſ ¶*Superioribus contumax.*] Secundum incommodum, & ex hoc etiam eſt tollenda.arg.6.q.3.cap.ſinautem nobis.& ca. ſeq. extra de maio.& obe.cap.2.arg.ff.de re mili.l.3. §.bello.& l.miles.§.irreuerens.

t ¶*Præfato ordini detrahens.*] Tertium incõmodum, & per hoc ſuam turpitudinem oſtendens,cum turpis ſit pars ſuo vniuerſo non congruens 8. diſtin.cap.quæ contra. & aliter viuere volens quàm ſe habeant mores eorum inter quos viuit,ſuſpicioſus aut intẽperans eſt. 41.diſt. c.quiſquis.12. diſt.illa. & arg.extra de ſta.reg.recolentes.

u ¶ *Odioſa confratribus.*] Quartũ incõmodũ,& nõ odioſa, ſed potius debuiſſet per mutuam conuerſationẽ affectuoſior & charior reddi.arg.C. de caſtrẽ. pec.l.cum allegas. lib. 12. ff.eod.tit. l.ſi fortè. 63.diſt. ca. vota ciuiũ. & §. principibus. extra de elect. innotuit. §. multa.

x ¶*Vnionem ſcindens.*] Quintum, ex quo ſolo deteſtabilis eſt habenda,cũ ſolũ in cõgregatos in vnũ ſpiritus ſanctus veniat,24.q.1.§.ſi autem.& cõgregatis in vnum aliquibus, Deus in medio eorum eſſe dicitur, Matth. 18.1.quæſtio.1. cum ſcriptura.18. quæſtio.1. c.alienus.talem vnionem ſcindens, diaboli opera ſubminiſtrat tollens inter homines mutuam charitatẽ,ſine qua(ẽt concurrentibus oĩbus alijs bonis operibus)non eſt ſalus,teſte Apoſtolo.de pœnit. diſtin.2.c.euidenter.& diſt.3.cap.ſi quis autem.& propheta clamante: Bonum & iucundum eſt habitare fratres in vnum.

Solus non eſt ſine charitate.

y ¶*Si valeat.*]id eſt creſcat,ſéu valere vel creſcere permittatur:nõ.n,dẽt intelligi,nec exponi hoc verbũ,valeat,i.de ſe teneat,cũ certũ ſit eã nõ tenere: vtpote multa mala inducentẽ.

z ¶*Scandalum.*] Sextum incommodũ,& ob hoc intollerabilis eſt dicenda:illa.n. quæ ſine peccato mortali omitti poſſunt vel committi, ſunt ob vitandum ſcandalum 1 omittenda, & etiam committenda. 1.ad Corinth.8.extra de no. ope.nun. c.cum ex iniuncto.12. diſt.c.illa. quia nihil cum ſcandalo, & c.de præſcrip.nihil 10.q.3.cauendum.11.q.3.nolite.

1 Scandalũ eſt vitandũ. & vide omnino B.Th. 2.2.q.43.arti.7.& 8.

a ¶*Flagitat.*] id eſt deſiderat,vel affectat.

b ¶*Profugatis*] id eſt procul fugatis,ſiue pulſis.

c ¶*Incommodis.*] quæ ſunt ſex,vt prædixi.

d ¶*Minor,*] ſcilicet quàm ſit Papalis, in quo hodie ſumus.

e ¶*Haberet.*] impropriè videtur loqui textus:non enim gradus vel ſtatus(cum ſit quid inanimatum)dicitur habere perſonam: ſed perſona dicitur habere ſtatum, vel gradum, vel eſſe in illo.arg.40.diſt c.multi.& ff.de decu. l.eos.

f ¶*Incanduit.*] id eſt incitauit,vel inflammauit.

g ¶*Seruitutis.*]à ſeruiendo dictæ,& per iſtam ſimilitudinem appellat Imperator ſe ſeruũ.C.de offi.præfec. p̃to.l.quas gratias.circa fi.1.columnæ.& notarius ſeruus publicus dicitur. ff. de adop.l.non aliter.inſti.eo.tit.§.cum autem & C. eo.tit.l.2.

h ¶*Iugum.*] ſimile 11.diſt.c.in memoriam.

i ¶*Illius religionis.*] ſcilicet fratrum Minorum.

k ¶*Interius.*]quo ad animam,& ſpiritualia.

l ¶*Exteriuſque.*] quo ad corpus, & temporalia.

m ¶*Paſtoralis curæ.* ſimile extra de re iud.paſtoralis.Cle. 5.cũ ſimilibus multis.

n ¶*Angit.*] aliàs adigit,id eſt,adſtringit.

o ¶*Paternæ.*] p ſimilitudinẽ loquitur:ſicut.n.pij.& boni patris eſt cõſilium ſalutare pro liberis capere.ff. de adult.l.nec in ea.§.1.ita dẽt eſſe præſidentis pro ſubditis deuotis,in corpore authen.de man.princ.§.quòd ſi delinquentes. in fine coll.3.

p ¶*Debitum.*] hoc dicit quia ſicut ad patrẽ carnalem ſpectat correctio filij in oĩ licita diſciplina.38.diſt.c.legant.extra de ſimo.licet Hely.C.de emẽd. ꝓpinquo.l.1. ſic & patris ſpũalis ẽ ſubditũ ob errorẽ corripere & ĩcrepare.45.diſt.c.j.23 q.4.fortè.ne ſanguis ſubditorũ, &c. extra de off. ord. c. irrefragabili.

Pater filiũ corrigere debet.

q ¶*Quieta pace.*] ad quam procurandã inter ſubditos quicunque præſidens anhelare debet.in corpore authent.vt differentes iudices. in princip.coll.9.de offic.præſid. l.congruit.5. q.2.c.ſi primates,23.q:5.non fruſtra.

a ¶*Otio.*

otio [a], in numero [b] ac merito [c] quàm plurimum augeatur, blandeque [d] in redeuntium [e] filiorum ſuæ ſcilicet profeſſionis ruat oſcula [f], mactet [g] vitulum, eorumque [h] liberis [i] & ſedula corruat in amplexus, profecto cum ipſius religionis odor [k] trahat, charitas attrahat [l], ſcientia lucidet [m], oratio mereatur, quæ [n] in conualle lacrymarum huius ſcilicet mundi miſeria [o], vel cordis contritione, & humiliatione [p] puriſſima [q] aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit [r], vt non ſolum in virtutem de virtute proficiat [ſ] ſed in eiſdem virtutibus permanens [t], quaſi quibuſdam harum ad profectionem tendentibus [u] gradibus de die in diem facta [x] ſe melior aſcendat in altius, terrena deſpiciat [y], ac cœleſtia complectatur [z]: ſicq; tādem diuino numine collocata in [a] patria, tanto [b] Deum ſecūdum huius ſanctæ aſcenſionis gratiam cognoſcat apertius [c], quanto nunc in huius [d] peregrinationis anguſtijs illos [e] conſcenderit [f] altiores: nam ſecundum Dauid prophetam eximium, dum ſanctam Eccleſiam Deus ſuſcipiet, in [g] eius gradibus dignoſcetur [h]. Quapropter [i] tantis incommodis tantiſque eiuſdem ordinis excitati periculis [k], ac ad [l] illa ſalubribus, & opportunis per eiuſdem ſedis prouidentiam circunſpectā adhibendis ſummouenda remedijs [m], noſtræ ſollicitudinis ſtudium conuertentes, ad Dei laudem, beati Franciſci præconium, eiuſque præfati ordinis pacem, conſolationemque fidelium [n], necnon minus cautis, minuſque habentibus in obediendi, vel euagandi occaſionis ſubducēdam materiam [o] ad trepidandum, vbi timor non [p] aderat, ſcrupuloſam [q] caliginem [r] detergendam, eoſque ſuauiter [ſ] deducendos vt filios [t] ad ipſius religionis gremium velut matris: [u] Diligenti [x] ſuper his perſcrutatione, & matura deliberatione [y] præhabitis, de fratrū noſtrorum conſilio infraſcri-

a ¶*Otio.*] ſtatus ergo religionis dicitur eſſe in otio, ſcilicet quo ad meditationem ſollicitudinis temporalis: vt hic, & extra de regula. licet. §. ſi verò.

b ¶*In numero.*] ſcilicet perſonarum.

c ¶*Meritò.*] ſcilicet vitæ, & virtutum. C. de ſta. & ima. l. & virtutum.

d ¶*Blandeque.*] quaſi dicat non ſubdole, ſed cum animi ſynceritate, ſicut fecit Iudas oſculo filium hominis tradens.

e ¶*Redeuntium.*] ſcilicet ad vnitatem, & obedientiam ſuæ religionis, de quibus redeuntibus gaudere debēt præſidentes ad inſtar Chriſti plus gaudentis ſuper vno peccatore pœnitentiam agente, quàm ſupra xcix. iuſtis, qui non indigent pœnitentia, vt ſcribitur in Euangelio, & legitur 23. q. 4. §. ex his. & arg. C. đ here. l. Manicheos. ff. de remi. l. non omnes. §. vlt.

Oſculū varijs ex cauſis præſtat.

f ¶*Oſcula.*] oſculum quandoque præſtatur ad decipiēdum, vt fuit in Iuda proditore oſculo Chriſtum tradente: & tale oſculum omnino eſt prohibitū: imo iuſtiora reputantur vulnera amici, quàm voluntaria oſcula inimici, Prouer. 27. c. 5. q. 5. nō omnis. &c. non oſculatur. quum corpore cum oſculato eſſe videatur, mente tamen & animo contrarius eſt: quare multò nequior fore cenſetur, quàm foret euidens inimicus. 93. diſt. c. ſi inimicus. & C. de don. l. data. cum ibi not. quandoque autem præſtatur ad reuerendum & obediendum: & iſtud aliquando eſt permiſſum: vt eſt videre in oſculo quod præſtatur ſummo Pontifici in pede. 1 C. de domeſ. & protect. l. 1. lib. 12 cum ibi not. quandoque verò præbetur ad deſignandum conſenſū in malum, puta adulterium, vel fornicationem: & hoc iure dānatur. ff. de adul. l. quod ait lex. quandoque ad ipſum deſignandum in bonum, puta coniugalem affectum, vel pacis inductiuum, vel iniuriæ remiſſiuum: & tunc eſt permiſſum. C. de do. inter vi. & vxo. l. ſi à ſponſa. extra de ſpon. duo. c. 1. 63. diſt. cū Hadrianus. inſt. de iniu. §. vlt. quandoque etiam præbetur nedum ad inducendum conſenſum præſumptum: ſed vt omnia finita eſſe pacis oſculo denotentur. de conſec. diſt. 1. cap. ſi epiſcopus. & diſt. 2. cap. pacem. iuxta verbum prophetæ, Iuſtitia & pax oſculatæ ſunt.

1 Barb. tamen 2. lectura ,pœ. Clem. ver. ſalutem. ad fi. dicit doctorem ꝑpter excellentiam recipiēdum à Pōtifice ad oſculum qđ ſibi factum dicit Ang. in l. 1. C. de ſent. paſ. ſi verum dicat, inquit Bar. Deus ſcit. & de effectu oſculi vide glo. 1. quam Feli. dicit centū manibꝰ notandā c. ſup abbatia. de offi. dele. & oſculum datum à ſponſa facit vt ſponſalitia largitas, matrimonio non ſecuto ſolum pro dimidia reuocet Do. meus §. eſt & aliud. inſti. de do. l. ſi à ſponſo. C. de don. ante nup. & de oſculo vide glo. 3. l. 1. ff. de extraor. crim. ca. nec aliqua. 27. q. 1. Font.

g ¶*Mactet vitulum.*] ſcilicet Minorum religio in ſignū gaudij & letitiæ de illorum regreſſu ad inſtar patris, qui de reuerſu filij aberrantis gaudens vitulum ſaginatum occidi fecit.

h ¶*Eorumque.*] ſcilicet redeuntium.

i ¶*Liberis.*] quaſi dicat, ſpontanea & prona.

k ¶*Odor trahat.*] id eſt, inducat & ſollicitet.

l ¶*Charitas attrahat.*] id eſt, non ſe reuocet, & inclinet.

m ¶*Lucidet.*] id eſt, manifeſtet.

n ¶*Quæ.*] ſcilicet charitas.

o ¶*Miſeria.*] nota mundi miſeriam conuallem lacrymarum dici: vt in antiphona beatæ virginis, Salue regina.

p ¶*Humiliatione.*] iuxta verbum prophetæ: Cor contritum & humiliatum, & cætera.

q ¶*Puriſſima.*] quaſi dicat non ficta. ab oī fictione & hypocriſi depurata. ar. 28. q. 2. ex his. de pęni. diſ. 2. c. 1. vbi charitas.

r ¶*Diſpoſuit.*] quaſi per gradus.

ſ ¶*Proficiat.*] circa quod dicit propheta, & ambulabunt de virtute in virtutem. vnaquæque enim virtus quaſi quibuſdam gradibus augetur. de pęni. diſt. 2. dum ſanctum. & cap. charitas in quibuſdam.

t ¶*Permanens.*] per inchoationem boni operis.

u ¶*Tendentibus gradibus.*] cum inchoata ad perfectum protrahitur.

x ¶*Facta ſe melior.*] cum in eiuſdem bonæ operationis profectione & conſummatione ſolidatur. de pęni. diſ. 2. cū ſāctā.

y ¶*Deſpiciat.*] per ſollicitudinis temporalium depoſitionē.

z ¶*Complectatur.*] ſcilicet per contemplationem.

a ¶*In patria.*] ſcilicet cæleſti. omnipotēs enim Deus producto fructu falcem mittit, & meſſem ſuam deſecat: quia cum vnumquemque ad opera perfecta perduxerit, temporalē vitam per emiſſam mortis ſententiam incidit, vt granum ſuū ad cęleſtia regna perducat. dicto c. cū ſāctā.

b ¶*Tanto.*] id eſt intantum apertius. quod eſt infra.

c ¶*Apertius.*] in virtutum quippe noſtrarū gradibus Deus aſcēdere dicitur: quia in tanto nobis ſublimior oſtenditur, quanto noſter animus à rebus infirmis ſeparatur. dicto c. cum ſanctam. in fin.

d ¶*Huius peregrinationis.*] ſcilicet vitæ temporalis.

e ¶*Illos.*] ſcilicet gradus.

f ¶*Conſcenderit.*] ſ. per contemplationem, & bonorum operum perfectionem.

g ¶*In eius.*] ſcilicet Eccleſiæ.

h ¶*Dignoſcetur.*] ſcilicet Dominus, vel 2 eius gloria: quia eius gloria per illius incremēta declaratur. quanto enim ſanctam Eccleſiam aſcendendo proficit, tantum Deus omnibus hominibus ex eius virtute innoteſcit: vt dicto cap. cum ſanctam. in prin. legitur.

2 Vide B. Thom. par. 1. q. 18. artic. 5.

i ¶*Quapropter.*] Secunda pars.

k ¶*Periculis.*] quæ colliguntur ex parte præcedenti.

l ¶*Ad illa.*] ſcilicet incommoda, & pericula ſummouenda. quod eſt infra.

m ¶*Remedijs.*] quia quæ medicamenta morbis exibent, hæc iura negotijs. in corpore authent. hæc conſtitutio innouat. coll. 8. & nouis morbis, & c. extra de iuramen. calum. cæterū.

n ¶*Fidelium.*] inter quos per prædicta incommoda ſcandalum generabatur, vt in parte præcedenti.

o ¶*Materiam.*] Nota tollendum fore omnem modū & occaſionem mali. ad hoc extra ne cleri. vel mo. cap. vt periculoſa. lib. 6. & per contrarium opportunitas ad bonum ſubminiſtranda eſt. de elec. cū ex eo. lib. 6. iuxta illud, Da ſapienti occaſionem, & ſapientior erit. 23. q. 5. c. vides. de hoc latius dixi in c. Execrabilis. in gloſ. ſi habes.

Pſal. 13.

p ¶*Non aderat.*] vt in pſalmo. & argu. extra de ſimo. p tuas 2. not. de offic. deleg. paſtoralis. §. quia verò.

q ¶*Scrupuloſam.*] ſimile de ſimo. per tuas 2.

r ¶*Caliginem.*] id eſt mentis obfuſcationem. ſimile de hære. c. nolentes. clem. 5.

ſ ¶*Suauiter.*] ſ. dixerat, blandè, in parte præcedenti. & hoc dicit: quia leuiter caſtigatus, de facili reuerentiam exhibet caſtiganti: aſperitatis nimiæ autem, &c. 45. diſt. cum beatus. ff. ad l. Aquil. l. non nimia.

t ¶*Vt filios.*] dic vt dixi in parte præcedenti in verbo, paternæ.

u ¶*Matris.*] cōſuetæ filio miſereri. arg. ff. de adul. l. nec in ea. §. vlt. ff. quod falſo tuto. auth. falſus. §. Iulianus. de re mili. l. milites. §. deſertorum. in corpore authen. vt ſine prohi. ma. §. 1. coll. 7. extra de præſump. afferte. cum ſimilibus.

x ¶*Diligenti.*] ſimile. C. ne filius pro patre. authen. habita.

y ¶*Matura deliberatione.*] hoc dicit, qa ſapientis eſt delibe-

rate agere, in corpore auth.de appel.§. ſancimus. coll.4 11.q. 3. c.ſummopere. nam quæ conſilio rectè geruntur, iure meritoque & effectu firmitate nituntur.C.de repu.l.3.

Vota tria ſunt de religionis ſubſtantia.

a ¶*Obedientiam.*] ſubaudi caſtitatem, & proprij carentiam: hæc em̄ dicuntur religionis eſſe ſubſtantialia.extra de ſta.mo. cū ad monaſteriū.§.vl.

b ¶*Habeant.*] non intelligas quòd habeant abſque omni iure vtendi: cum ſimplex vſus abſque omni iure non recipiatur: nec de ſe ſit poſſibilis: vt in decre. ad conditorem. & cap. cum inter nonnullos.

Religioſi an velle & nolle habeant.

c ¶*Voluerint.*] illas ergo habere meræ voluntatis eſt.ar.ff.de iud. l.non quicquid.C.quo modo & quando iud. l.1.in his ergo fratrib. Minoribus velle liberum relinquitur, ſicut & velle cibo & potu reſici.& hoc ideo, quia ſine iſtis vita humana ſuſtentari non poteſt. ff.de ali.leg.l legatis.de verb.ſignifi. l. verbo victus 1.q.3.ſi quis obijcit. ſicut & quo ad alia velle habere dicuntur. 11.q.4 c.monachum. extra de regula.licet.& ibi ratio de hoc redditur.& 19. q.2. cap.duæ ſunt. aliàs enim regulariter velle, vel nolle habere non dicitur. de elect. ſi religioſus. de teſt.c.2. de ſepul. c.vlt. lib.6. 16.quæſt.1. non dicatis.

Clerici in veſtimentis decoré quęrere non debent.

d ¶*Vilibus.*] hoc per regulam cauſa inducendæ humilitatis inſtitutum fuit: nam & clerici ſeculares in veſtibus ac calceamentis decorem quærere non debent.41.diſt.c.clericus. extra de vita & hone.cle.c.clerici.20.q.4.in ſum.& c. 1.ſicut nec in cātando leuitatem vocū.92.diſt.c.cantantes.& c.in ſancta. ornatus enim extrinſecus frequenter quem ad voluptatem, & elationem inducit: iuxta id, incompoſitio corporis imcompoſitionem indicat mentis.41.diſt.cap.vlt.

ptas declarationes, commiſſiones, ordinationes, & præcepta, quæ inferius inſeruntur, duximus adiungenda.

¶In primis cum dicatur in regula: quòd illi qui promiſerūt obedientiam [a], habeant [b] vnam tunicam cum caputio, & aliam ſine caputio, qui habere voluerint [c]: Item ꝙ fratres omnes veſtimentis vilibus [d] induantur: & ſuper prædictorum [e] verborum ſenſu à præfatis prædeceſſoribus noſtris Nicolao & Clemente declarationes (vt præmittitur) limpidæ [f] emanarunt: dictuſque Clemēs huius vilitatis iudicium [g] miniſtris, cuſtodibus, ſeu gardianis ordinis prædicti duxerit committendum [h], eorum ſuper [i] hoc conſcientias onerādo [k]: nec [l] ob hoc in quibuſdam [m] ex fratribus antedicti ordinis volentibus plus [n] ſapere, quàm oportet ſapere, nouarum adinuentiones ambiguitatum ceſſauere quamplurimæ, vel non omnino non vetuſtarum explicatio quæſtionum [o], tam videlicet ſuper longitudine & latitudine, quàm groſſitie, & ſubtilitate, forma & figura veſtimentorum [p] ipſorum: quinimo adeo huiuſmodi adinuentiones & quæſtiones propria excreuere licentia [q], vt ex eiſdē Fratribus aliqui habitus propterea [r] curtos, ſtrictos [ſ], inuſitatos, & ſqualidos [t] nouitate [u] plenos, ac diſſidij non ignaros, cum à communitate ordinis diſcreparent [x], aſſumerent, nec eos [y] ad miniſtrorum, cuſtodum, Gardianorum eorundē mandatum requiſiti deponerent [z], nec alios prout eiuſdē ordinis communitas deferebat habitus, iuxta eorundem miniſtrorum, cuſtodum, & Gardianorum arbitrium ducerent reſumendos [a], dicentes in [b] hoc eorundē prælatorum ſuorum nō [c] parendum forè arbitrio: cum & ſuum [d] ſic [e] deſpectum [f] regularem [g] & cruciformem [h] aſſererent: cæterorum [i] verò ſuperfluum [k] habitum irregularemque [l] cenſerent: Nec huic eorum opinioni [m] præfati Clementis declarationem ſæpius repetitam [n] obeſſe: Nam licet miniſtris, cuſtodibus, & Gardianis præfatis veſtium vilitatis detur in illa [o] iudicium [p], tamen inibi [q] conſequenter adiungitur: ita tamen quòd vilitatem in veſtibus ſeruent [r]: præſer-

c ¶*Prædictorum verborum.*] in veſtimentis vilibus.

f ¶*Limpidæ.*] id eſt, claræ, non obſcuræ, ſed dilucidæ.

Iudicium eſt æquiuocum.

g ¶*Iudicium.*] id eſt determinationem, & declarationem: vel propriè poteſt ſumi. quia ſuper hoc iſti qui ſequuntur per decre.Cle.5.videntur iudices conſtituti, aliter autem alibi ſumitur hoc verbum, iudicium. ſuper quo vide quod not. inſti. q. bus non eſt permiſ.fa.teſt.§.præterea.

h ¶*Committendum.*] vt in decre. Exiui. §. præterea cum in regula.

i ¶*Super hoc.*] quæ veſtimenta vilia, vel non reputentur.

k ¶*Onerando.*] periculoſum eſt iſtud onus ſi cōtra fiat: cum ex hoc peccatum mortale incurratur.28.q.1.§.ex his. extra de reſt.ſpo.literas.§.porrò.ſimile habes alibi, vbi habentis aliquid facere conſcientia oneratur. extra de hær.c.ſtatutum.§.vlt lib. 6.de ſepul.dudum.§.verum.de relig.do. cap.2.§. vt autem. de iure pa.cap.1.§.præcipimus.cle.5.extra de iureiur.c.mulieri.

l ¶*Nec ob hoc.*] ſcilicet ꝙ Papa Clemens veſtimentorum vilitatem illorum duxit iudicio committendam.

m ¶*In quibuſdam.*] hoc dicit, quia illi reſpectu aliorum pauci erant (vt dixi in parte præcedenti) in verbo, paucorum.

n ¶*Plus ſapere.*] hoc eſt cōtra doctrinā Apoſtoli ad Romanos 12.c.de pœn.diſ.3.c.adhuc inſtant.extra de renū.c.1.li.6.

o ¶*Queſtionum.*] ad quas decidendas fuit opus declarationibus. quæ infra ſubijciuntur.

p ¶*Veſtimentorum.*] id eſt qualis longitudinis, latitudinis, groſſitiei, ſubtilitatis, formæ, & figuræ deberent eſſe veſtimenta: quinimo ad expoſitionem huius verbi vide quod not. Gul. de reſcript.tibi.lib.6.

q ¶*Licentia.*] ſcilicet fratrum.

r ¶*Propterea.*] ſcilicet quòd dicebant ſe debere indui vilibus veſtimentis.

ſ ¶*Strictos.*] & ſic vilitatem veſtimētorum credebant referendam etiam ad curioſitatem, ſtricturam, ſqualiditatem ipſorum.

t ¶*Squalidos.*] exponi poteſt hoc verbum, id eſt viles vel triſtitiā indicantes.arg.ff. de in iur. l.veſtem. & l. item apud. §. hæc autem ferè. vbi ſimile verbum reperies.

u ¶*Nouitate plenos.*] in hoc iſti fratres malè attēdebant quod ſcribitur, in rebus nouis conſtituendis euidens debet eſſe vtilitas, vt diſcedatur ab eo qđ diu æquum viſum eſt: & ideo reprehenſione digni fuerunt. 11. diſt. cap. quis neſciat. not. extra de conſuetudi. cum conſuetudinis.

x ¶*Diſcreparent.*] in hoc contra mores aliorū geſta ſunt pro morum illorum diuerſitate vitanda tamquam turpia reputata.8.diſt. c. quod contra mores. & adde quod dixi in parte præcedēti, in verbo, detrahens.

y ¶*Nec eos.*] ſcilicet habitus.

z ¶*Deponerent.*] ſuā inobedientiam oſtendentes.arg.de tempor. ordi.capit.ad aures. de offi.ordi. quanto.

a ¶*Reſumendos.*] quod tamen facere tenebantur. arg. extra de vita & honeſta.cleri.c.Deus qui.

b ¶*In hoc.*] ſcilicet deponendo habitus quos portabant, & in reſumendo communes habitus aliorum.

c ¶*Non parendum fore.*] & hoc malè dicebant, cum præcepto ſuperioris de ſe iuſto, vel ſaltem de quo eſt dubium, [1] ſit obtempetandum. 23. quæſtio. 1. cap.qui culpatur. not. de tempor.ord. cum ad aures. & de hoc ff.de reg. iur. l.factum à iudice. & extra de reg. iur. c. quod quis mandato. lib.6. & ibi etiam de hoc dixi.

1 Circa hoc dictum conſule theologos.& Vide B. Thomā 2.2.q. 104. art.5.

d ¶*Et ſuum.*] ſcilicet habitum.

e ¶*Sic.*] ſcilicet curtum & ſtrictum.

f ¶*Deſpectum.*] per hoc fortè dicentes ipſum magis humilem reputandum.

g ¶*Regularem.*] id eſt, regulæ (ſecundum eos) conuenientē.

h ¶*Cruciformem.*] id eſt cruci conformem, quæ conſiſtit ex ſtipite in longum porrecto, & brachio in tranſuerſum extenſo: ſic dicebant de habitu ſuo: cuius longitudinem ſtipiti crucis, & ipſius habitus manicas extenſas, brachio in tranſuerſo ſtipitis extenſo fortè comparabant.

i ¶*Cæterorum.*] ſecundùm cōmunitatem ordinis faciendā.

k ¶*Superfluum.*] propter longitudinem.

l ¶*Irregularemque.*] id eſt, non ſic regulæ conuenientem ſicut ſuum.

m ¶*Opinioni.*] ſupple ꝙ ſuum habitum deponere, & aliorū habitum ſuorum ſuperiorum arbitrio habere tenerentur.

n ¶*Repetitam.*] ſupra in parte præcedenti, & in iſto, & dicto cap. Exiui.de paradiſo.§.preterea.

o ¶*In illa.*] ſcilicet declaratione Clementis.

p ¶*Iudicium.*] expone vt ſ.in ſimili verbo iudicium.

q ¶*Inibi.*] ſcilicet in ipſa declaratione Clementis.

r ¶*Seruent.*] per quod videbatur eis, ꝙ in præmiſſis ſuperiorum

d ¶*In ſpeciali.*] & in ſingulari, vt quilibet poſſit dicere hoc meum, hoc tuum, aut hoc alterius. ſic enim in ſpeciali quid haberi dicitur. 8.diſtinc.quo iure.12.quæſtio.1.dilectiſſimis.Inſtit.de rer.diui.§.ſingulorum. ff. eodem titu.l.1. §.hoc autem.

e ¶*Non habuiſſe.*] etiam quo ad proprietatem intellige.

f ¶*In communi* 1.] quaſi ad ipſos vt ad vniuerſos, non vt ad ſingulos ſpectantia. ff.de rer.diui.l.in tantum.§.vniuerſitatis.de in ius voc.l.ſed ſi hac lege.§. qui manumittitur. aliàs eſt ſub l.patronum.12.quæſtio.2.epiſcopus.§.qui manumittitur. 12.quæſtio.1.capit.res Eccleſiæ.& capit.expedit.vt per hoc videatur notari differentia inter commune & proprium & ſingulare,quaſi per hoc innui videatur, quòd commune non ſit proprium: & hoc verum de illo quod commune eſt pluribus vt vniuerſis,vt in dictis iuribus:ſed commune pluribus vt ſingulis,ſingulorum dici poteſt.arg.ff.de pecu.leg.l.dominus ſeruum.§.dominus.de ritu nupt.l.illud.de ſerui.ruſtic.prædio.l. per fundum.de condi.inſti.l.2.cum ſimilibus. licet fortè non propriè.arg.ff.de verb.ſign.l.pupillus.§. vlt. de auro & argen. lega.l.Quintus. §.argento.& l.ſcribit.

1 Ad hanc gloſſam vide Iaſonem in l. ſerui electiõe. §. Labeo.ff.de leg.1.

g ¶*Hæreticum.*] quaſi intelligatur ſcriptura aliter quàm ſpiritus ſanctus flagitat à quo ſcripta eſt.24.quæſtio.vltim.capit. hæreſis.

h ¶*Sentientibus.*] quia quot capita, tot ſententiæ. de conſecrat.diſtinct. 4. ſicut in ſacramentis.ff. de arbit.l.item ſi vnus. §.principaliter.& variæ ſunt hominum voluntates.ff. ad Trebel.quia poterat.& diuerſitatem corporum, & c.ff. de li.vniuerſitatis.l.1.extra de conceſ.præben.quia diuerſitatem.

i ¶*Concertationi.*] ſimile de appel.capit. concertationi. libr. 6. & in capit. antiquæ concertationi. domini Papæ Ioan.xxij.

k ¶*Cupientes.*] tanquam illi ad quem non ad alium ſpectat ſuper dubijs fidei electionem, vel conſtitutionem facere.24. quæſt.1.quotiens.& cap. hæc eſt fides. & cap. quoniam vetus. & argum.extra qui fil.ſint legi.cap.per venerabilem.§.rationibus.C. de ſum. tri.l.1.

l ¶*Pertinacem.*] ſume verbum quod eſt infrà. deinceps erroneam, &c. vſque ad §. rurſus.

m ¶*Scripturæ ſacræ.*] de qua dubitari,vel diſceptari non poteſt,an verum vel rectum exiſtat quicquid in ea ſcriptum conſtiterit.9.diſtinct.cap.quis neſciat. licet de ipſa poſſit ad maiorem intelligentiam diſputari.96.diſtinct. cap. ſatis euidenter. not.dicto cap. quis neſciat.

n ¶*Ipſos.*] ſcilicet Chriſtũ & Apoſtolos.

o ¶*Nonnulla.*] expone, affirmando, id eſt aliqua, vt dixi ſuprà in gloſ.hæ duæ.

p ¶*Habuiſſe.*] non ad ſimplicem vſum facti tantùm, prout aliqui aſſerunt, ſed etiam quo ad ius & proprietatem, vt dicitur in gloſſ. ſeq.

q ¶*Aſſerit.* 2]ſcripturæ ſacræ aſſertio iſta reperitur in Euãgelio Matthæi 2.c.vbi Magi obtulerunt Chriſto aurum,thus, & myrrham.per quod denotatur oblatorum dominium fuiſſe quæſitum, cum rei oblatæ dominiũ quæratur Eccleſiæ cui offertur:ergo & Chriſto,qui eſt ipſa Eccleſia.arg.de conſecr. diſt.1.c.omnis Chriſtianus.16.q.1.ſtatuimus. iuncta ad hoc l. vlt.C.de ſacroſ.eccle. vbi rei legatæ vel donatæ Eccleſiæ dominium transfertur vbi interuenit traditio,ſicut in oblatione facta Chriſto contingit.Nõ obſtat his ff.de pollicita. l. ſi quis rem.vbi ſimplex votum dominium non transfert,licet perſona vouentis obligetur: quia ibi conſenſus ſolũ vnius, ſcilicet vouẽtis ab initio interuenit,vt ibi not.ſecus aũt in oblatione, quæ de ſui natura ſupponit conſenſum,& offerentis, & oblatione recipientis.arg.2.q 2. duo ſunt genera.circa ſi.Itẽ reperitur Matth.8.c.Petrũ Apoſtolum domũ habuiſſe.Itẽ Matth. 14.& 16.c.Apoſtolos panes habuiſſe.Item Matth.17.legitur Chriſtum habuiſſe veſtimenta dealbata,& Petro pręcepiſſe,vt didrachma,vel ſtaterẽ pro Chriſto daret recipiẽtibus tributũ. Ad idem 23.q.vlt.tributum. per qđ probatur Chriſtum didrachmatis dominium habuiſſe; cum enim præceperit illud dare tributum recipientibus: ergo voluit ꝙ dominium eius illorũ fieret,& eis dominiũ quæreretur:quia dare eſt accipiẽtis facere.ff.de verb.obli.l.vbi aũt non apparet.§.vlt.de contrah.emp. & ven.l.ſi ita.§.1. Inſti.de act.§.ſic itaque.ff.de reg.iur.l. nõ videntur data. ſupponitur ergo neceſſariò illud dominiũ fuiſſe penes Chriſtum,aliàs illud transferri non potuiſſet. ff. de acqui.rer.dom.l.traditio. extra de don.inter vir.& vxo.c.nuper. 1.q.7.c.Daibertum.ff.de reg.iur.l. nemo plus iuris. & l. nemo plus cõmodi.Item Matth.27. Chriſtum habuiſſe veſtimenta, & illa ſorte fuiſſe diuiſa. In Euangelio Matth. legitur.9.c. ꝙ Matthæus domũ habebat, in qua cũ Chriſto multi diſcumbebant,cũ quibus Chriſtus & ſui diſcipuli comedebant & bibebant.Itẽ in Euangelio Lucæ 9 c. ſcribitur Dñm dixiſſe Apoſtolis,vt darent pauperibus manducare: ex quo ſupponit ꝙ ipſi habebãt vnde darent,& hoc manifeſtius ibi declarat ex ipſorum Apoſtolorum rñſione cum dixerunt, habentes quinque panes & duos piſces.eũtes emamus denarijs ducẽtis panes, & dabimus eis manducare: ex quo euidẽter datur intelligi ipſos Apoſtolos denarios habuiſſe,etiam quo ad proprietatem, vel dominium:ſi enim ipſi ſe empturos offerebant panes cum denarijs:ergo illos pro pretio panũ dare volebant,quorũ dominiũ tenebant in vẽditores transferre.Licet enim venditor dominiũ rei venditæ trãſferre in emptorẽ non teneatur.ff. de cõtrahen.empt.l.ſi ita.§.1. emptor tñ dominiũ pretij pecuniarij transferre in venditorẽ tenetur.ff.de act.emp. & ven.l. ex empto. quare concludit ꝙ illius Apoſtoli dominium habuerũt, aliàs ipſum minimè transferre poſſent. Legitur ẽt Mar.8.c. ipſos ſeptẽ panes,& paucos piſces habuiſſe.Itẽ legitur Matt. 17. Chriſtũ veſtimenta dealbata habuiſſe. & 27.c.ipſum veſtimẽta habuiſſe.Scribitur ẽt Lucæ.9. c. Chriſtũ dixiſſe Apoſtolis, date pauperibus manducare, & illi dixerunt, Non ſunt nobis plus quàm quinq; panes,& duo piſces, niſi fortè nos emamus in omnem hanc turbam eſcam:ex quo concluditur, vt ſuprà dixi.In Euangelio etiã Ioannis legitur 12.& 13.c.loculos habebat Iudas:& ea quæ mittebãtur,portabat.Itẽ primę ad Corinthios 16.legitur: Vnuſquiſque aũt noſtrum apud ſe reponat, recondens ex collectis quod ei bene placuerit.in quibus denotatur Apoſtolos aliqua habuiſſe.Item Actuũ 4.c.dicitur ꝙ erant illis omnia communia.Item actuum 20. legitur Paulum dixiſſe:argentum, aurum, aut veſtem nullius occupaui: ipſi ſcitis,qm̃ ad ea quę mihi opus erant,& his qui mecũ ſunt, miniſtrarunt manus iſtæ. Ex quibus euidenter elicitur Apoſtolos in ſpeciali, vel in cõi aliqua habuiſſe. Adhuc euidenter ſic

2 Vide Zabarellam in clemẽt. Exiui. §. proinde. de verb. ſign.

ter ſic dicendum fore concluditur per auctoritatem Auguſtini dicentis. Habebat Dominus loculos, à fidelibus oblata conſeruans 1, & ſuorum neceſſitatibus & alijs indigentibus tribuebat: tunc primum Eccleſiæ pecuniæ forma eſt inſtituta, vt intelligeremus quod pręcepit non eſſe cogitandum de craſtino, nõ ad hoc fuiſſe præceptum, vt nihil pecuniæ ſeruaretur à ſanctis: ſed vt Deo per iſta non ſeruiatur, & per inopiæ timorem iuſtitia deſeratur. ſic legitur 12.q.1.c.habebat Dominus. Cuius quidẽ auctoritatis & aliarum ſupra inductarum mens & verba nullo modo referri poſſunt ad ſimplicẽ vſum facti ſeparatum, & ſegregatum ab omni proprietate vel dominio, & ab omni iure vtendi, prout aliqui ſuo ſenſu ducti & ſuæ innitentes prudentiæ, vel potius temeritati erroneæ ſatagũt affirmare, vt colligitur ex rationibus inconuincibilibus in decret. Ad conditorem. inſertis, & ibi latius dixi. Et hoc luce clarius denotatur in auctoritate Auguſtini prędicta, cum dicit, habebat Dominus: intelligam, habebat, ſcilicet cum effectu. hoc enim denotat verbum, habere, de ſua propria ſignificatione. ff. de verb. ſig. l. nomen filiarum. §. habere. ſicut & verbum, peruenire. verbum, capere. vt eod. tit. l. aliud eſt capere. & ſi aliter verbum, habere, in iure ſumi reperiatur, hoc eſt de impropria ſui ſignificatione, vt colligitur ff. de verb. ſign. ſtipulatio iſta in prin. & §. habere. ſicut de verbo, capere, dici conſueuit. ff. de re iud. l. nõ videtur quiſquã. & de verbo, peruenire, vt no. dicta l. aliud. In dubio autem ad propriam verbi ſignificationem, non autẽ ad impropriam vel abuſiuam ſanus referendus eſt intellectus ff. de leg. 3. l. non aliter. §. 1. de verb. ſig. l. nepos Proculo. quod non fieret, ſi habere, ad ſimplicem vſum facti referretur, vt in decret. Ad conditorem, colligitur, & ibi notaui. Et cum dicit, loculos, debet, vel poteſt exponi, ideſt burſas plenas. ſic exponitur iſtud verbum. ff. de pecu. leg. dominus Sticho. §. teſtamẽto. vel exponitur, loculos, ideſt bona, vel diuitias. ita ſumitur extra de depo. c. 1. Oblata. hoc verbum in auctoritate poſitũ denotat rerum oblatarum dominiũ in Chriſtum fuiſſe trãslatum, vt ſupra probaui. Conſeruans. iſtud verbum ibidem ſubiunctum expreſsè confundere videtur opinionem aſſerentiũ Chriſtum & Apoſtolos habuiſſe aliqua tantùm quo ad ſimplicem vſum facti. conſeruatio enim de ſe ſupponit conſeruati exiſtentiam abſque vſu conſumptibili facti, vt colligitur. ff. de mi. l. & ſi ſine. §. quæſitum. C. de admini. tut. l. lex quæ §. vlt. & C. quan. decre. opus non eſt. l. vlt. extra de elect. quia ſæpe. de offi. ord. c. pręſenti. lib. 6. 12. q. 2. hæc huius placiti. cum ſimilibus. Ipſa igitur conſeruatione durante, nullatenus poteſt dici Chriſtum oblata habuiſſe abſque aliquo iure vtendi dominio vel proprietate. Nam & dato quòd illa habuerit, vt ſuo tempore indigentibus largiretur: interim tamẽ abſque omni vſu conſumptibili vt propria habebat, aliàs ſequeretur quòd ſuũ habere, chimerinum, ideſt in rerum natura non exiſtens, diceretur & iniuſtum: quod dicere nefas eſt, vt infra in §. rurſus. & ibi dicam. Sequeretur etiam quòd illa pauperibus erogaſſet de non ſuo, & ſic per conſequens de alieno eleemoſynam largiretur: quod tamen ipſiuſmet Dei prohibitio, & iuris communis diſpoſitio minimè patiuntur. 14. q. 5. c. eleemoſyna. cũ multis cap. ſeq. & præ. 1. q. 1. ca. non eſt putanda. extra de deci. ex tranſmiſſa. Species enim iniuſti lucri eſt ex alieno largiri, & beneficio ſibi acquirere debitorem. vnde ex his furti tenetur, qui ideo rem amouet, vt eam alij donet. ff. de furt. l. ſi pignore. §. 1. Iſtum ſenſum adhuc denotant verba auctoritatis præmiſſæ Auguſtini, cum in ea dicitur non fuiſſe præceptum ne pecunia ſeruaretur à ſanctis. Per quod patet ex iam dictis, ſanctos Dei abſque vſu ſimplici facti poſſe pecuniam habere, recta tamen intentione, vt eadem auctoritate ſubiungitur, & infra latius dicetur.

1 Vide Zabarel. clem. Exiui. §. pro inde. ver. ad illud. Font.

tradicat [a] expreſsè, ipſamque ſcripturam ſacram, per quam vtique fidei orthodoxæ [b] probantur [c] articuli, quo [d] ad pręmiſſa fermentum [e] apertè ſupponat cõtinere mẽdacij [f], ac per [g] conſequens quantum [h] in ea eſt, ei' [i] in totũ [k] fidẽ [l] euacuans [m], fidẽ catholicã [n] reddat [o], eius [p] ꝓbationẽ [q] adimẽs dubiã [r] & incertã, deĩceps [s] erroneã fore cenſendam & hęre

a ¶[*Contradicat expreſsè.*] cum ſcriptura ſacra aſſerat eos aliqua habuiſſe: illi autem aſſerant eos non habuiſſe, & certum eſt, quòd habere & non habere, tamquam affirmatio & negatio ſibi expreſsè contradicunt. in corpore authent de manda. princip. §. ſed neque. collat. 3. ff. de inſtit. actio. l. ſed etiam ſi pupillus. §. ſi inſtitoria. extra de iureiur. & ſi Chriſtus. & ad poſitionem vnius ſequitur remotio alterius. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. l. 1. Inſti. eodem titul. in princip. de tute. 1. reſpon. de pœnit. diſtin. 2. cap. ſi enim inquit. 30. q. 1. cap. cum renuntiatur. cum ſimilibus.

b ¶[*Orthodoxæ.*] ideſt, catholicæ. ſimile C. de hære. l. quicunque. & l. cognouimus. cum multis ſimilibus.

c ¶[*Probantur articuli.*] vt in ſymbolo: Credo in vnum Deum: ibi, Et reſurrexit tertia die ſecundùm ſcripturas. 15. diſt. c. canones. 27. q. 1. cap. 1. cum multis cap. ſeq.

d ¶[*Quo ad præmiſſa.*] ſcilicet quòd Chriſtus & Apoſtoli habuerunt aliqua in ſpeciali, vel communi.

e ¶[*Fermentum.*] in malum, vel in vitiũ ſonat hoc verbũ, iuxta illud Apoſtoli. In fermento veteri, &c. & iuxta illud Modicũ fermenti totã maſſam corrumpit. 9. diſtin. ca. ſi ad ſcripturas. 3. q. 9. cap. pura.

f ¶[*Mendacĳ.*] quod dicere nefas eſt. 23. q. 5. quid ergo. 9. diſt. cap. quis neſciat.

g ¶[*Per conſequens.*] ſed vnde ſequitur iſtud conſequens? Dicas quòd cum ſcriptura ſacra aſſerat Chriſtum & Apoſtolos aliqua habuiſſe: aſſertio contrarium aſtruens, ex ſe dicit ſcripturam ſacram mentiri: & ſic per mendacium quod illa impingit, fidem eius tollit arg. extra de verbor. ſignifi. forus. §. vltim. & ſic fidei (ſi negaretur) probationem reddit dubiam, cum fides niſi per ſcripturam ſacram 2 probari penes homines non poſſit. arg. de pœnit. diſtin. 4. cap. in domo. & de conſecr. diſt. 4. cap. ne iuſti.

2 Vide oĩo Turrecrematã ĩ ſumma đ Eccleſia li. 4. par. 2. cap. 9.

h ¶[*Quantum in ea eſt.*] ſcilicet aſſertione: & propriè dicit, quantum in ea eſt: nam veræ ſcripturæ ſacræ teſtimonia euacuari non poſſunt. 9. diſt. c. palam. & c. præceptis.

i ¶[*Eius.*] ſcilicet ſcripturæ ſacrę.

k ¶[*In totum.*] hoc dicit, quia per mendacium quod in ſcriptura reperitur, eius fides euacuari dicitur. 16. diſt. c. canones. 9. diſt. c. ſi ad ſcripturas. & arg. 3. q. 9. c. pura. de conſec. diſt. 3. c. non liceat. C. de vet. iur. enucl. l. 2. §. eandem. ff. quemad. teſt. ape. l. 2. §. fin. Super quo vide quod not. per Inno. extra de hære. fraternitatis. & de offi. deleg. cum in iure. & per Accurſi. C. de tranſac. l. ſi ex falſis. & per Hoſt. extra de fide inſt. ex literis.

l ¶[*Fidem.*] ideſt, auctoritatem, vel probationem: multis ẽm modis ſumitur fides vt not. extra de ſum. tri. in rubrica.

m ¶[*Euacuans.*] id eſt, tollens, vel ſubmouens.

n ¶[*Fidem catholicam.*] quæ dicitur articulorum collectio. 24. q. 1. c. hæc eſt fides. & in ſymbolo Athanaſij, Quicunque vult. ſic. not. extra de ſum. trin. in rubrica.

o ¶[*Reddat.*] ſume verba illa, dubiã & incertã, quę ſunt infra.

p ¶[*Eius.*] ſcilicet fidei catholicæ.

q ¶[*Probationem adimens.*] Ex hoc collige illud effici dubiũ & incertum, cuius probatio adimitur. Ad hoc facit ff. de colla. bono. l. 1. §. ſed cum poſſint. de Carbo. edi. l. 3. §. duæ autem. C. de prob. l. ſi de poſſeſſione. de lati. lib. tol. l. 1. §. illa autem nouiſſimis. ff. quòd metus cauſa. l. iſti quidem. §. 1.

r ¶[*Dubiam.*] quę ſimpliciter confitenda, firmiter verò credenda eſt extra de ſum. trin. firmiter. 24. diſt. c. quando epiſcopus. & in ſymbolo Athanaſij: Quicunque vult. vnde in illa dubitans, infidelis cenſetur. extra de hære. c. dubius. quare in illa nullus titubare debet. 24. q. 1. c. ante.

Fides eſt firmiter credẽda.

ſ ¶[*Deinceps.*] iſtud verbum denotare videtur quòd ante hãc decret. talis aſſertio non eſſet cenſenda erronea, vel heretica. arg. ad hoc de ſumma trin. cap. fidei. §. porrò. vbi ſimile verbũ etiam in ſimili materia ponitur: ſicut & verbum, de cætero, refertur ad futurum, non ad preteritum, vt in proœmio 6. libr. & in proœmio conſtitutionum Clementinarum. & extra de ſponſ. duorum. cap. tuas. de hære. cum Chriſtus: cum & regulariter conſtitutio nouiter edita futura, non præterita cõplectatur, niſi aliud caueatur. in cap. extra de conſtit. quoniam. C. de legi. l. leges & conſtitutiones. 31. diſtinct. cap. ante triennium. In contrarium facit verbum, declaramus, quod ſtatim ſequitur: quod videtur iuris antiqui declaratiuum, non noui editiuum. arg. ff. de acqui. re. do. l. ſicuti. §. ſed ſi quæratur. alibi reperitur, de elect. ſtatutum. de iureiuran. Romani. §. verum. de re iudi. paſtoralis. §. vltim. de preben. cap. ſi Romanus. Clem. 5. cum conſtitutio iuris naturalis, id eſt, diuini, etiam ad preterita trahatur. extra de vſu. cum tu. not. per Inno. & Compoſt. extra de conſtit. cap. 2. & per Hoſtien. eod. tit. cap. vlt. maximè cum talis aſſertio dicatur expreſsè ſacrę ſcripturæ contradicere, & quantum in ea eſt, fidem catholicam dubiam & incertam reddere, vt hic: ſed ſic ſentire videtur durum, cum aſſertio talis, quòd Chriſtus & Apoſtoli nihil habuerunt in ſpeciali, vel in cõmuni videretur ante expreſsè cõprobari per decre. Nicolai iij. Exijt. §. porrò. de verb. ſig. lib. 6. quæ facta per vicarium Chriſti potentem declarare articulos fidei cauſam probabilem ſic aſſerendi dare potuit excuſantẽ. arg. 2. q. 3. ca. Paulum. extra de ſent. excom. c. ſacro. de electio.

Conſtitutio nouiter edita reſpicit futura.

ticam [a] de fratrum [b] noſtrorũ conſilio hoc perpetuo declaramus [c] edicto [d].

¶Rurſus [e] in poſterum [f] pertinaciter [g] affirmare, quòd redemptori noſtro prædicto [h] eiuſque Apoſtolis ijs [i], quæ ipſos [k] habuiſſe ſcriptura ſacra teſtatur [l], nequaquam ius ipſis [m] vtendi competierit [n], nec illa vendendi, ſeu donandi ius [o] habuerint: aut ex ipſis alia acquirendi, quæ tamen [p] ipſos de præmiſsis [q] feciſſe ſcriptura ſacra teſtatur [r], ſeu ipſos [ſ] potuiſſe [t] facere ſupponit [u] expreſsè [x]: cum talis aſſertio ipſorum [y] vſum, & geſta [z] euidenter includat, in præmiſſis [a] non iuſta [b]: quod [c] vtique de vſu, geſtis, ſeu factis redemptoris noſtri Dei filij ſentire [d] nefas [e] eſt, ſacræ ſcripturæ [f] contrarium, & doctrinæ catholicæ inimicum [g]: aſſertio-

ſtatuimus. in fi. lib. 6. vt aliàs cauſa probabilis erroris litigantem excuſat. ff. de leg. 2. l. qui ſolidum. §. ēt. ad ſenatuſconſul. Macedon. l. Iulianus. Et opinio doctoris magni inducit cãm probabilem erroris. arg. C. de vete. iur. enu. l. 1. §. his ita. 19. diſtin. cap. ſic omnis. 20. diſtin. cap. de libellis. 37. diſtin. §. vlt. extra de reſti. ſpol. cap. literas. §. nos autē. no. per Petrum de Samp. de appel. vt debitus. ad hoc præſtat efficax argumentum 23. q. 2. ca. in quibus rebus. Quid enim peccauit antiquitas huius cõſtitutionis inſcia priſtinam ſecuta obſeruationem? nihil, vt videtur C. de teſt. l. iubemus. Pro hac opinione facit quod nota. Alanus extra de hæret. cum Chriſtus. & recitat Guli. 15. diſt. canones. Et ſecundùm hoc dices quòd verbum, declaramus, expreſsè denotat ante hanc decret. etiam tenendum fuiſſe quòd Chriſtus & Apoſtoli aliqua habuerunt, non autem quòd aliter tenere hęreticum cenſeretur. & licet in veritate ſacræ ſcripturę contradiceret, tamē alia interpretatio ſumenda videri poterat per decret. Exijt. ab hæreſi quem excuſans ante hanc decret. aliàs fruſtra eſſet hic appoſitum iſtud verbum, deinceps, contra iura. 19. diſt. ſi Romanorum. extra de priuil. ſi Papa. lib. 6. de conceſ. pręb. c. cum ei. §. ſecus. Clem. 5 ff. de leg. 1. ſi quando. de vſu. ſi ſtipulatus. an autem hodie excuſaret, dicetur §. prox.

a ¶*Hæreticam*] ideſt à fide ſeparatam. not. Hoſt. in ſumma. de hæret. §. 1. & ſic per conſequens damnandam & fugiēdam. extra de ſum. tri. damnamus. C. de hære. l. damnata. extra eod. tit. cap. fraternitatis. 24. quæſt. vlt. clericus. & c. præcedenti & ſequenti. 10. colla. de ſtatu. & conſue. contra liberta. Eccleſiæ. §. ſtatuimus. cum ſimilibus.

b ¶*De fratrum.*] quid hæc clauſula operetur, vide quod not. de re iud. ad Apoſtolicæ. & dixi in decret. Execrabilis.

c ¶*Declaramus.*] collige hic principem Eccleſiæ, Chriſtique vicarium poſſe etiam ſuper fide catholica declarationem facere, vt dixi s̄. in glo. tanquam. poteſt 1 etiam articulum fidei facere ſi ſumatur articulus non propriè, ſed largè pro illo quod credere oporteat, cum prius ex præcepto Eccleſiæ neceſſario non oporteret. patet exemplum in hac decr. & de ſum. tri. cap. fidei §. porrò. cle. 5. & per aliquos inducitur in exemplum, licet non videatur mihi proprium extra de hære. cum Chriſtus. vbi Papa interdici mandat, ne quis de cætero audeat dicere Chriſtum non eſſe aliquid ſecundum quod homo: cuius contrarium ante dicere licebat, cum non eſſet prohibitum ſecundùm aliquorum opinionem, quæ per dictum capitulum confunditur. ſic Alanum notaſſe ibidem recitat Guido 15 diſt. cap. 1. Per iam dicta verò non credas Papam poſſe facere nouum articulum, per quem noua fides inducatur, aut veritati fidei detrahatur aliquid, vel accreſcat quo ad ſubſtantiam. 25. q. 1. c. ſunt quidam. & cap. ſeq. & c. ſi eam deſtruerem. & c. quæ ad perpetuam.

1 Articulus nouus fidei an per Papã poſſit fieri? & vide beatũ Thomam 2. 2. q. 2. art. 10.

d ¶*Edicto.*] per hoc verbum patet hanc decret. continere hodie ius commune generale, cum ſit vnum de ſingulis legis generalis. C. de leg. l. 3.

e ¶*Rurſus.*] Secunda pars.

f ¶*In poſterum.*] hic potes recitare quæ dixi in parte præcedenti, in verbo, deinceps.

g ¶*Pertinaciter.*] in malum ſonat hoc verbum, vt patet ex his quæ notaui in parte præcedenti in verbo, pertinaciter. & colligitur. C. de hær. l. 2. cum ibi no.

h ¶*Prædicto.*] ſcilicet Ieſu Chriſto.

i ¶*Iis.*] ablatiui pluralis numeri eſt iſtud pronomen, & exponæ, ijs, ſcilicet bonis.

k ¶*Ipſos.*] ſcilicet Chriſtum redemptorem, & Apoſtolos.

l ¶*Teſtatur.*] hic dicas vt notaui in parte præcedenti, in gloſſa, ſcripturæ.

m ¶*Ipſis.*] ſcilicet quæ habuiſſe eos ſcriptura teſtatur.

n ¶*Competierit.*] dicebant enim aliqui Chriſtum & Apoſtolos in ijs quæ habuerunt, habuiſſe ſimplicem tantummodo vſum facti abſque dominio, proprietate, vſufructu; & abſque iure vtendi, moti potiſſimè ex verbis decret. Exijt. §. porrò. de verb. ſignifi. lib. 6. quæ fuit Nicolai iij. qui tamen vſus vel facti, prout illi intelligunt, reperitur nuſquam abſque aliquo iure ſaltem perſonali, quod competit ad vtendum, licet poſſet reperiri abſque iure, ſcilicet tali quòd ſit ſeruitus. & ſic ſanamente debet intellegi decre. Exijt. vt expreſsè colligitur ex decre. Ad conditorem. & ex ijs quæ ibi dixi.

o ¶*Ius habuerint.*] hoc aſſerere temerarium & fatuum erat, & ante conſtitutionem vt colligi poteſt per ſane intelligentem ex auctoritatibus ſacræ ſcripturæ in iuribus allegatis s̄. in glo. ſcripturæ.

p ¶*Quæ tamen.*] ſcilicet habuiſſe ius vendēdi, donandi, & alia acquirendi.

q ¶*De præmiſsis.*] ſcilicet quæ Chriſtus, & Apoſtoli habuiſſe reperiuntur.

r ¶*Teſtatur.*] ſed vbi, vide quod notaui in dicta glo. ſcripturæ.

ſ ¶*Ipſos.*] ſcilicet Chriſtum, & Apoſtolos.

t ¶*Potuiſſe facere.*] ſcilicet tanquam verè ſuis.

u ¶*Supponit.*] ſcilicet ſcriptura ſacra.

x ¶*Expreſsè.*] hic ſume literam, quæ eſt infra. aſſertionem ipſam, &c. vſque in finem decre. & verbum, cum, quod ſequitur, eſt ratio declarationis, quę infra ſubiungitur.

y ¶*Ipſorum.*] Chriſti, & Apoſtolorum.

z ¶*Geſta.*] Id eſt facta: nam licet quædam ſubtilis differentia notari videatur inter facta, & geſta, nihil tamen inter ipſa intereſt. ff. de verb. ſig. l. licet. & l. Labeo. §. geſtum. propriè aũt geſtum ſine verbis dicitur, vt ibi: licet per interpretationem largius ſumatur. ff. de mino. l. ait prætor. & ſic poteſt hic ſumi.

Geſta & facta non differunt.

a ¶*In præmiſſis.*] ſcilicet quę ſcriptura ſacra teſtatur Chriſtum & Apoſtolos habuiſſe.

b ¶*Non iuſta.*] ſed vnde poteſt dici prouenire, vel ſequi iſta euidens incluſio? Reſpondeo, quia cum nullus rectus, vel iuſtus vſus ſeu poſſeſſio poſſit eſſe, niſi aut iure diuino, vel humano vires ſumat. 23. q. 7. quicunque. neceſſariò concluditur omnē cuiuſcunque rei vſum iniurioſum & iniuſtum eſſe, qui haberi dicitur abſque aliquo iure. ff. ad leg. Aquil. l. ſed & ſi quemcunque. §. iniuriam. & de iniu. l. 1. Sicut in ſimili dicitur, omne quod non eſt ex fide, ideſt, conſcientia, peccatum eſt. de pœnit. diſt. 2. §. illud. 28. q. 1. §. ex his. extra de præſcrip. c. quoniam omne. & quicquid à lege diſcrepat, legi contrarium cenſetur. C. de Iudæ. l. cælicolarum. A lege autem, & ſic à iure expreſsè diſcrepat vſum in aliqua re habere ſine aliquo iure, cũ ſine iure vſus non ipſius vtentis, ſed alienus cenſeatur. 14. q. 4. cap. quid dicam. ſcire enim quiſque debet quod ſuum non eſt ad alium pertinere. C. vnde vi. l. cum quærebatur. & arg. ff. de manumiſ. l. 4. 13. q. 1. §. quibus ver. item præcepit. Suum autem dici nō poteſt niſi aliquo iure mediante. ff. de verb. ſig. l. alienare. & l. verbis. 8. diſt. c. quo iure. vnde talis vſus ſine aliquo iure dici non meretur vſus, ſed abuſus. arg. ff. de vſu & habi. l. plenum. vel vſurpatio: quæ de ſe præſcriptionem impediũt. C. de aquædu. l. diligenter. de fundo rei priua. l. vſus aquę. lib. 11. 93. diſt. c. illud. 16. q. 3. c. ſicut. extra de teſta. c. quia ingredientibus. vbi de hoc. vnde verſus,

Vſus cuiuſque rei abſque iure eſt abuſus.

Tempus longæuum te non excuſat in ęuum:
Cum malè ſis vſus, quia non pręſcribit abuſus.

c ¶*Quod.*] ſcilicet includere vſum, & geſta iniuſta.

d ¶*Sentire.*] id eſt credere.

e ¶*Nefas eſt.*] ſimile 24. q. 5. quid ergo.

f ¶*Sacræ ſcripturæ.*] qua clamatur voce prophetica: Non eſt inuenta in ipſo iniquitas, nec in ore eius dolus: & iuſtitia de cœlo proſpexit.

g ¶*Inimicum.*] & ſic per conſequens erroneum: cum enim Chriſtus ſit ſapientia, veritas, iuſtitia, charitas, fortitudo. 11. q. 3. c. æſtimant. adſcribere Chriſto vſum talem iniuſtum & iuſtitiæ contrarium, ipſum negare dicitur, vt ibi: & cum iniuſtè re aliqua vti ſit peccatum. 93. diſt. diaconi. & 14. q. 3. c. quid dicam. impingere Chriſto talem vſum, eſt ſibi peccatum impingere, cõtra verbum prophetę Eſa. 53. c. & Petri Apoſtoli, i. Petri 2. c. Qui peccatum non fecit, &c. & quia impotens eſt ad peccandum. Nam ſecundùm Auguſtinum poſſe peccare non eſt aliquid poſſe, imo aliquid poſſe. vnde ille ſolus vocatur omnipotens qui hoc non poteſt: quia omnia poteſt quæ poſſe eſt aliquod poſſe. de pœnit. diſt. 2. cap. principium. circa fin. Nam & ſi in quocunque iuſtitia & iniquitas, peccatum & bona

Peccatum eſt iiuſte re aliqua vti.

nem [a] ipſam pertinacem [b] de fratrum noſtrorum conſilio deinceps [c] erroneam fore cenſendam meritò, ac hæreticam declaramus [d]. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrarum declarationum infringere, vel auſu ei temerario contraire. Si quis autem, &c. Datum Auinioñ. ſecundo idus Nouembris, anno ſeptimo.

bona opera minimè ſe compatiuntur, multo minus in Chriſto.de pœnit.diſt.2. c. ſi enim inquit. Sed quid ſi cenſeatur ꝙ talem vſum iniuſtum Apoſtoli habuerūt, reputabiturne hoc nefas, vel fidei inimicum? Dacas ꝙ ſic: nam vſus rerū cōceſſus fuit per Chriſtū Apoſtolis,vt patet ex auctoritatibus inductis ſupra in gl. ſcripturæ. vnde non videtur conceſſiſſe ipſum iniuſtum: ſi enim ipſum in iuſtum vel illicitum reputaret, ipſum vtique prohibuiſſet. 28.q.1.c. ſic enim.vltra medium, aliàs diceretur auctor & commiſſor illiciti,quod hæreticum eſt ſentire.

a ¶*Aſſertionem ipſam.*]de qua in hoc §.ſupra dictum eſt.

b ¶*Pertinacem.*]dic vt dixi ſupra in verbo, pertinaciter.

c ¶*Deinceps.*]hic recitare potes quæ notaui in parte præcedenti in verbo ſimili,deinceps.

d ¶*Declaramus.*] mirabile cōtinere videtur præſens cōſtitutio in duobus: Primo in hoc, ꝙ dicit, pertinaciter aſſerere Chriſtū & Apoſtolos non habuiſſe aliqua in ſpeciali, vel cōi, hęreticū & erroneū fore cenſendum,cum decretalis, Exijt. 1 §. porrò expreſsè contrariū innuat,dicendo ꝙ abdicatio proprietatis omnium rerum tam in ſpeciali, quàm in cōi propter Deum,ſit meritoria & ſancta,quod & Chriſtus viā perfectionis oſtēdens verbo docuit, & exemplo etiam firmauit: quod Apoſtoli in quantū fuerunt profeſſores paupertatis Eccleſię, & volentes perfectè viuere per doctrinę,ac vitæ ipſorū alueos deriuauerunt: qualis enim & quæ pertinax aſſertio poteſt dici,ſi aſſeratur quod cōditor canonicis Chriſti vicarius aſſerit? certe nulla,vt videtur.arg.16.diſt.c.ſancta.19.diſt.ſi romanorū.93.diſt.ca.miratus. Secundò per eādē viam in hoc,quod in præſenti §.rurſus. dicitur ꝙ pertinaciter affirmare Chriſto, & Apoſtolis nō competijſſe ius vtendi,& c.nam dictus.§.porrò. dicere videtur expreſsè ipſos habuiſſe ſimplicē vſum facti abſque proprietate,dominio,vſufructu,& abſque iure vtendi,cū prępoſitio,abſque,ſicut præpoſitio,ſine,priuationem inducat. arg.ff.de exercito.act.l.1.§.ſi plures.de admin.tu.l.Titium.de inſti.act.l.ſed & ſi.§.conditio.de acqui.hær.ſi quis mihi bona. §.ſi coram.cū not.in his. Ad hoc poteſt ſaluo meliori iudicio non improbabiliter dici,ꝙ abdicationem proprietatis vt meritoriam,& ſanctam Chriſtus verbo docuit,& exemplo firmauit: & Apoſtoli ēt volentes perfectè viuere,per vitę & per doctrinæ alueos deriuauerunt,ſcilicet principaliter quo ad animi inordinatam affectionem,& in temporalibus auidam mentis implicationem: recta enim interior abdicationis talis intentio quo ad effectum eſt formaliter & principaliter perfectio: ꝙ abiectio exterior diuitiarū quo ad effectū non eſt eſſētialiter perfectio, ſed perfectionis eſt via & inſtrumentum, vt dicit abbas Moyſes in collationibus patrū, & Auguſtinus in li.de moribus Eccleſiæ.c.29. loquēs de beato Iob dicit,Amiſit ille omnes diuitias factus repente pauperrimus: tā incōcuſſum animū tenuit & infixū Deo, vt ſatis monſtraret nō illas ſibi fuiſſe magnas, ſed ſe illis: ſibi autem Dñm: Quo animo ſi eſſent noſtri temporis homines, non magnopere ab iſtorum poſſeſſiōe prohiberemur,vt perfecti eſſe poſſemus, iuxta hoc eſt verbum prophetæ,Diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere: diuites enim cū iuſtitia & bonis operibus non abijcimus. 30.diſt. c. item hæc ſcriptio. & iuxta auctoritatem Auguſtini ſupra inductā,habebat Dñs loculos,dicentis, quòd Chriſtus præcepit non eſſe cogitandum de craſtino, non ad hoc fuiſſe præceptum,ne pecunia ſeruaretur à ſanctis,ſed ne Deo propter iſta ſeruiatur,& propter inopiæ timorem iuſtitia deſeratur,niſi ſanctis,qui de ſe perfecti ſunt, pecunię conſeruatio non eſt prohibita, cum ſine impedimento perfectionis poſſint ſaltem in cōi aliqua poſſideri.12.q. 1. expedit. Cōprobatur eſſe hoc idem per multiplices auctoritates ſcripturæ ſacræ ad hoc ſupra inductas.hunc etiam intellectum denotat dictus §.porrò. opponens de hoc quod legitur, ꝙ Dñs loculos habuit: & reſpondet ꝙ hoc habuit condeſcendens infirmis: mente enim ſana debet intelligi ꝙ Dominus loculos habuit proprios in ſpeciali, vel in communi:aliter enim inepta & impropria fuiſſet facta ibidem oppoſitio de loculis per Chriſtum habitis,niſi intelligerentur iuxta naturā conformē, vel identitatē illius dicti,ad quod ſit oppoſitio, ſcilicet abdicationis proprietatis. Sicut dici per iuriſtas in ſimili cōſueuit,ꝙ exceptio habēt eſſe de eodē de quo eſt regula, aliàs inepta eſſet exceptio,vt ſi diceretur.Omnis homo currit præter aſinum, non eſt bona exceptio,quia aſinus nō eſt de illo & eodē ſubiecto,ſc.humano,de quo locuta fuerat regula, ſeu propoſitio. & hoc colligitur.ff. de fun.inſtr.l.quæſitū.§.idē reſpondit domo inſtructa.in corpore auth.de nō alie. aut permu.reb.eccle. §. vt aūt.coll.2.Ad id aūt quod opponitur contra §.iſtum rurſus. de dicto §.porrò.ꝙ Chriſtus & Apoſtoli habuerunt vſum abſq; iure vtendi: dico fore intelligendū abſque iure vtendi,ſc.ſeruitutis: non autem abſque iure vtēdi perſonæ cohærenti competenti ad vtendū, aliàs ſupponeretur vſus in Chriſto & Apoſtolis fuiſſe iniuſtus: quod dicere eſt abſurdū,vt hic, & clarius ſuperius probaui.& patet per decre. Ad conditorem.& hoc ēt ſane intelligi denotatur per illā decret.ēt dicentem,Fratres Minores poſſe vti rebus ordini Minorum conceſſis, ſupponentem per hoc aliquod ius eis competere conceſſum ad vtendū: niſi enim ſic dicta decretalis intelligatur, de ſe eſſet impoſsibilis in hoc quod dicit de vſu facti, ſi diceretur eſſe abſque omni iure, cum talis vſus de ſe ſit impoſſibilis,vt in decre.Ad conditorē.& ibidem,& ſupra clarè probaui.intelligere autem illam ſuper impoſſibili eſſet expreſsè contra capitulum,erit autē lex.4.diſt.vbi lex habet eſſe clara & poſſibilis.Et præmiſsis deliberata mente penſatis conſundi dicitur opinio nonnullorum plura volētium ſapere ꝙ̄ expediat, diſtinguentium triplicem modum habendi. Primū quo ad ſimplicē vſum facti: ſi enim intelligant vſum abſque omni iure vtendi, prout ſupponere & ſentire vident,cū talis vſus nulla lege diuina, vel humana reperiatur inductus, erubeſcere debent loquentes ſuper hoc ſine lege.in corpore authent.de trien & ſemiſ.§.conſideremus.coll.3. cum in eis dici poſſit, nullus eſt talis vſus: quia lege aliqua non cauetur. in corpore authen.de non eligen. ſecundò nuben. §. optimū itaque.coll.1.C.de repu.l. diſſentientis. de colla.l.illam.extra de temp.ordi.c.dilectus.ne ſede vac.cap.illa.de ſup.neg.præl. Romana.lib.6.55.diſt.ſi euangelica.cum ſimilibus. potiſſimè cum talis vſus de ſe ſit impoſſibilis,& iniuſtus,qui in Chriſtum & Apoſtolos cadere non potuit,vt prædixi.Secundum modū habendi aſſerunt iſti eſſe quantùm ad ius adminiſtrationis & diſpenſationis. & ſecundùm iſtum modum dicunt Chriſtū & Apoſtolos aliquando loculos habuiſſe,minus bene dicere videntur: licet enim Chriſtus & Apoſtoli reperiantur pauperibus aliqua diſpenſaſſe: de Chriſto autem dici non poteſt, eū iure prælationis,vel adminiſtratiōis humano miniſterio aſſecutus aliquid habuiſſe,Ioan.6.cap.cum ipſe à nemine ſit electus,vt ipſemet teſtatur,cum dicit,Ioan.15.Non vos elegiſtis me: ſed ego elegi vos. Apoſtoli etiam antequam adminiſtratores, vel prædicatores conſtituerentur, & poſt,reperti ſunt aliqua habuiſſe, vt in auctoritatibus ſupra inductis plenè patet. Quamuis autem Chriſtus non ſit electus & Pontifex factus ab homine: tamen à Deo iureiurando factus eſt Pontifex, vt dicit Apoſtolus ad Hebræos 7.cap. Vnde ſecundùm Auguſtinum per Ioannem, Chriſtus ad hoc loculos habuit, vt ſuis & ſuorum pauperum neceſſitatibus prouideret. & in hoc exemplum (prælatis inquit Auguſtinus) Domini accipite,cum omnis Chriſti actio noſtra ſit inſtructio. 2. q. 1. Deus omnipotens.81.diſt.c.legitur.extra de ſepul.c.1. vnde ſi Chriſtus & Apoſtoli iure prælationis loculos habuerunt, vt illi ēt fatentur: cum ſtatus prælationis videatur poſſe dici maior quàm ſtatus religioſorum profitentium paupertatem,cum de ſtatu religionis tranſeant ad ſtatum prælationis pontificalis. extra de elect.nullus.lib.6.& eod.tit.cū rationi.Clem.5. quod Eccleſia non permitteret, ſi ſtatus prælationis minoris eſſet perfectionis quàm religionis, cum de minori ad maius, non econtra,ſit tranſitus.93.diſt.cap. legimus.C.quemadmo.ciui. mune.indi.l.maioribus.lib.10.de nume.act.& char. lib. 12.ff. de mune.& hon. l. vt gradatim. videtur quòd habere loculos non ſit imperfectionis etiam in prælatis, & longè minus in religioſis.Tertium modum habendi aſſerunt quo ad proprietatem & dominium, & hoc dupliciter: Primò de iure diuino: & ſecundùm hunc modum dicunt oblata eſſe Eccleſiæ & decimas eſſe in dominio Chriſti,& in corpore eius,quod eſt Eccleſia: dicunt etiam ſecundùm hunc modum Chriſtum loculos habuiſſe,& hoc de iure diuino dicūt Apoſtolis, & eorū vitam ſequentibus competijſſe & competere tempore neceſſitatis emere,& vendere.In hoc autem ſic dicendo, ſi ſecundū iura loquantur,errare videntur: nam de iure diuino, quo oīa dicuntur cōmunia, licet proprium haberi poſſit: ipſe tamen modus habendi non eſt de iure diuino,ſed humano. 8. diſt.c. quo iure.& ibi no.per Hug.& Guli.poſt eū: & patet 23.q.7. c.1.& quia rerū dominia de iure gentiū ſunt diſtincta.ff.de iuſti.& iu.

1 Pro conciliatione horum contrariorū vide omnino B. Antoninū part. 4. tit.12.c.4.§.23.&Turrecrematā in ſumma de Eccleſia libr.2.c.112. in ſolutione ad decimū argumentū.

Proprietatis abdicatio eſt duplex, ſcilicet interior & exterior.

Exceptio eſt de eo,de quo regula.

Chriſtus ad quid loculos habuit.

ſti.& iu.l.ex hoc iure.vnde nõ videtur ex hoc poſſe dici, quòd illo iure diuino Dominus in particulari loculos habuerit, cũ ipſe modus particularis habendi, puta per oblationem, emptionem, & ſimiles modos non ſit de iure diuino, vt prædixi. Et per eandem viam non poteſt dici, ꝙ de iure diuino Apoſtolis competierit emere & vendere, cum talia & ſimilia ſint de iure diuino incognita, vt prædixi. Secundariò dicũt eſſe dominium & proprietatem, ſcilicet de iure poſitiuo imperatorũ quod per iniquitatem ſecũdùm eos extitit introductum, ſcilicet vt homines dicant hoc meum proprium, & in iudicio de illo contendunt, allegantes ad hoc 8. diſtin. cap. quo iure. 12.q.1, dilectiſſimis. & ſecundùm hunc modum bene dicunt Chriſtum & Apoſtolos non habuiſſe proprietatem rerum, vel dominium in ſpeciali, vel communi, dicentes de tali modo habendi fore intelligendam decretalem, Exijt.§.porrò.de quo præſens decr.nullam facit mentionem : quare per prædictam modorum habendi diſtinctionem iſta ſic generaliter loquens erit trahenda & exponenda ſecundùm illam, vt illa per hanc non corrigatur, nec iſta illi obuiet. Vtinam autem in his dicendis ſaniorem mentis & conſiderationis intuitum habuiſſent : cum enim certo certius ſit Chriſtum & Apoſtolos aliqua habuiſſe, vt per auctoritates ſacræ ſcripturæ inconuincibiles eſt probatum, & illa non habuerint quo ad ſimplicem vſum facti abſque aliquo iure, vt in decret. Ad conditorem. & ibidem, vt ſupra plenè probaui : nec illa etiam ſolùm iure prælationis vel diſpenſationis habuerunt, vt ſuperius eſt probatum, nec illa poſſint dici per aliquos modos habendi habuiſſe iure diuino, vt ſtatim proximè plenè dixi, neceſſariò relinquitur, quòd illa habuerint per aliquem modum habendi de iure poſitiuo inductum, vt clarè patere poteſt ex præmiſsis veraciter intuenti. Et talem modum habendi iure poſitiuo Chriſtus deſignaſſe videtur iubendo reddi Cæſari quæ ſunt Cæſaris, Matth.c.22.23.q.8.§.econtra.& c.ſeq.extra de cleri. coniug.ex parte. cui & ipſe pro ſe tributum ſolui voluit. 11. q.1.magnum.24.q.vltim. in tributum. Non videntur etiam rectè ſapere in hoc quòd dicunt, iura imperatorum, quibus dicitur aliquid proprium fore, per iniquitatem introducta, adhęrentes cortici literæ dicti capituli, dilectiſsimis. non ſenſum, non mentem, non virtutem eius amplectentes, contra iura expreſsè contrarium ſtatuentia.ff.de excu.tu.l.ſcire.§.aliud.de re mili.l.milites.extra de verb ſign.cap.intelligentia. & c.propterea.de elect.ſi poſtquam.§.1.lib.6. de iureiur. cap. Romani.§.verum.clem.5.1.q.1.cap.Marcion.C. de lib.præte.l.ſi qs filium.de dona.l.vlt.ſi mi.ſe ab hære.abſti.l.1. cum ſimilibus. cum enim lex imperialis ſit pręceptrix faciendorum, prohibitrix non faciendorum.ff.de legib. l. 3. & per quam docemur declinare inhibita, & ſectari permiſſa. C. eodem titu. l. leges ſacratiſſimæ. Et deſcribi magiſtraliter & verificè conſueuit, quòd lex eſt ſanctio ſancta, iubens honeſta, prohibens contraria.ff.de legi.l.1.& eodem tit. l. 2. cui etiam omnes homines obedire debent propter multa : maximè autem quia eſt adinuentio & donum Dei, vt dicta l.2. quæ etiam eſt delictorum ſponte vel ignorantia commiſſorum correctio.dicta l.1.vnde ſcribitur, quòd Deus imperium propterea de cœlo conſtituit, vt difficilibus imponat quæ apud eum ſunt bona, & legem aptet ſecundùm naturæ varietatem. in corpore authen. de fide inſtrum.§.quia igitur. collat. 6. quare lex dicitur prodita ſecundúm formam cælitus datam. C. de murilegulis. l.ſi quis ex corpore.lib.11. ex diuino quodam nutu.C.de præſcr. long.temp. l. vltim. & alibi legitur quòd venerandæ Romanæ leges diuinitus ſunt per ora principum promulgatæ. 16. q.3. cap. nemo. & ipſa iura humana per imperatores & reges ſæculi Deus humano generi diſtribuit. 8. diſtin. quo iure. & quia cor regis in manu Dei eſt.C.de ſumma trini.l.inter claras.ipſa etiam veritas, quæ eſt Deus, per cor regis multa fieri iuſſit.11.quæſt.3.Imperatores. diſponens omnem creaturam principibus legem condentibus fore ſubiectam.1. Petri 2.extra de maior.& obed.cap.ſolitæ.de cenſi.omnis anima. deſipere videntur ſentientes, quòd lex fuerit per iniquitatem inducta.cum enim auctorem habuerit omnis iniquitatis inſcium & extorrem, ſcilicet Deum, non alia debet dici quàm eius auctor fuerit, iuxtà illud : Qualis es tu, talia ſunt opera tua. & arg.28.q.1.cap.ſunt enim.vltra medium.extra de præſum. cap.ex ſtudijs. nam lex & diuinas & humanas res bene diſponit, & omnem iniquitatem expellit. C. de vete.iure enu.l.1. circa princip. Non obſtat dictum cap. dilectiſsimis. innuens prima facie quòd per iniquitatem aliquis dicat hoc meũ, alius hoc ſuum : quia exponitur & exponi debet, per iniquitatem, ideſt propterea quia fuit iniquitas, ideſt peccatum, lex inducit hoc meum eſſe, hoc alterius, non quòd ipſa lex fuerit de ſe iniqua hoc adinueniẽs ex cã rationabili : vt quiſque ſuo contentus non inuaderet alienum.93. diſt.diaconi.C.de ſuffr. l.1.vnde vi.l.cum quærebatur. Et ſi in lege aliquid ſingulare contra 1 rationem ſit ſtatutum, hoc non eſt ſine cauſa probabili introductum.ff.de legi.l.ius ſingulare.Videtur etiam ex prædictis ab incauta aſſertione ſeu affirmatione & de iure nõ probabili reputata excuſari non poſſe illos qui ſecundùm pręmiſſam modorum habendi diſtinctionem nituntur nodum præſentis conſtitutionis euadere : ex quo enim per decret.Ad conditorem.reprobatus eſt & confuſus ſimplex vſus facti abſque aliquo iure vtendi ſubſiſtens in perſona Chriſti & Apoſtolorum.& in cap.Ad conditorem.ſtatutum eſt, quòd decre. Exijt §.porrò.de tali vſu facti debet intelligi, qui competat ratione alicuius iuris ſaltem perſonalis : aſſerere extunc contrarium qualiter quem ab imperitia poterit excuſare non videtur, cum (vt ſupra dixi) peccatum ariolandi ſit non obedire, & ſcelus idolatriæ non acquieſcere.81.diſtin. ſi qui ſunt. 8.q.1. ſciendum 11.q.3.cap. qui reſiſtit.Credere autem Dominum Deum noſtrum Papam conditorem dictæ decret.& iſtius, ſic non potuiſſe ſtatuere prout ſtatuit, hæreticum cenſeretur.99. diſt.cap.nulli fas.& ibi not.& per Gar. extra de elect.c.generali.lib.6.cum hodie etiam per iſtam decret.ſit declaratum, pertinaciter aſſerere Chriſtum & Apoſtolos nõ habuiſſe aliquid in ſpeciali, vel in communi, fore hæreticum : adinuenire mẽbra diſtinguendi ſuper modis habendi iure non ſuffultis, vt ſuperius probaui, & iuxta illos ſcienter aliter aſſerere, quomodo aliquis à iuris ignorantia poterit excuſari non videtur.arg. extra de cler.excom. ſi celebrat. 24. q. vltim. cap. hæretico.& per ea quæ dixi ſupra in verbo, pertinaciter. In his 2 autem correctionem ſanctæ matris Eccleſiæ ſponſique Chriſti vicarij ſuſcipere ſum paratus, ſi in præmiſsis, vel in aliquo præmiſſorum contingeret me errare.Zenzelinus.

Iura aliqd propriũ fore dicentia, nõ ſunt per iniquitatẽ introducta.

Regis cor in manu Dei eſt.

1 Expone ſano modo, cõtra rationẽ, ſcilicet ciuilẽ : vel cõtra rationẽ, ideſt, cõtra curſum iuris communis.

2 Pia gloſſatoris proteſtatio.

¶*Reprobatur opinio illorum detractorum, qui pręſumunt impugnare conſtitutiones Ioannis xxij. Ad conditorem canonum. & , Cum inter nonnullos. ſupra immediatè pręcedentes. Et pręmiſsis reſponſionibus ad omnes eorum obiectiones, tandem declarantur tanquam hęretici, & Romanę Eccleſię rebelles, ab omnibus euitandi ſi deinceps ſciẽter verbo, vel ſcripto aliquid defendere, vel approbare contra illas pręſumpſerint. Hinc habetur ſub parte ſecunda, & tertia de clauium materia prolixa, & vtilis diſputatio.*

CAP. V.

QVia quorundam mẽtes ſic pater [a] mẽdacii dicitur excęcaſſe [b], qđ noſtris [c] cõſtitutionibus, quarum vna incipit, Ad cõditorem canonum. alia verò, Cum inter nonnullos. vtique tam cum fratribus [d] noſtris ſanctæ Romanę

QVia quorundam.] Hæc decretalis diuiſibilis eſt in partes vndecim. In prima cum ratione condendi contra temeritatem detrahentium decretalibus, Ad conditorem.& Cum inter nonnullos. præmittitur pollicita prouiſio.In parte ſecunda modorum detractionis ſubiungitur recitatio : ibi, *Ad impugnandas autem, &c.* In tertia dictorum modorum detractionis annectitur reprobatio : & ibi, *Quod autem quod in ratione, &c.* In quarta ad auctoritates per detractores inductas datur reſponſio : ibi, *Quòd autem ſubſequenter, &c.* In quinta auctoritatis Nicolai tertij per illos inductę ſpãliter fit excluſio:ibi, *Adhuc licet declaratio, &c.* In ſexta quibuſdam verbis auctoritatis Nicolai datur reſponſio, & certa interpretatio : ibi, *Quod autem dicitur, &c.* In ſeptima cuiuſdam conſtitutionis per dictos detractores inductę ſubinfertur repugnatio : ibi, *Rurſus impugnatores, &c.* In octaua aſſertionis alterius ipſorum detractorum fit improbatio : ibi, *Rurſus aſſeruiſſe, &c.* In nona cuidam concluſioni per detractores factæ reſponſiua fit impugnatio : ibi, *Ex præmiſsis autem, &c.* In decima modorum detractionis noua fit improbatio : ibi, *Præterea dicant nobis, &c.* In vndecima & vltima, Papalis intentio : ibi, *Nos itaque, & cætera.*

Textualis diuiſio in vndecĩ partes.

a ¶*Pater mendacij.*]ſcilicet diabolus, cuius mendacij multiplex eſt ſpecies.22.q.2.c.primum eſt.

b ¶*Excæcaſſe.*]ipſorum corda obnubilando, vt viam veritatis non agnoſcant.

c ¶*Noſtris.*]ideſt per nos editis, ſiue factis.

d ¶*Fratribus noſtris.*]loquẽdo de Cardinalb' in gñre, oẽs fratres appellat, vt hic, & extra de ele.ĩ Geneſi.ĩ fi.& c.eccleſia 2. in fi.Sed in ſpecie eos ſemp vocat filios, qñ nõ ſũt epi.de ſup. neg.pl.dilecto.đ ele.corã.đ teſt.Raynald'.ſic ẽt no.Hoſ.extra đ

Iudæis,

Eccleſię Cardinalibus [a] quàm cum multis archiepiſcopis & epiſcopis, alijſque eccleſiarum prælatis, necnon & compluribus ſacræ Theologiæ magiſtris, ac vtriuſque iuris profeſſoribus deliberatione præhabita [b] diligenti digeſtis [c], ac de pręmiſſorum fratrum noſtrorum conſilio promulgatis: non abſque multa temeritate [d] plectibili niſi [e] ſunt detrahere, & nituntur [f] veritatem quam [g] continent, per falſas [h] inſanias [i] obfuſcare [k]: Nos tam pernicioſis auſibus, ne eorum doctrina peſtifera [l] ſimplicium [m] animos labefacere [n], ac in ſui erroris deuium [o] deducere valeat; de eorundem fratrum cõſilio decernimus ſuper hoc ſalubriter (vt ſequitur) prouidere.

¶Ad [p] impugnandas autem conſtitutiones prædictas [q] ſub ſcripta ratione [r], tam verbo quàm ſcripto vſi ſunt publicè [ſ], ſicut fertur: Illud, inquiunt, quod per clauem [t] ſcientiæ in fide [u] ac moribus [x] ſemel diffinierunt Romani Põtifices adeo immutabile [y] perſeuerat, quòd illud [z] ſucceſſori reuocare non [a] licet in dubium, nec contrarium affirmare: licet de ijs quæ per clauem [b] poteſtatis ordinauerint, aſſerant ſecus eſſe [c]. In confirmatione autem regulæ ordinis fratrum Minorum, Honorij tertij, Gregorij noni, Innocentij quarti, Alexandri quarti, Nicolai quarti prædeceſſorum noſtrorum ſummorum Pontificum hæc [d] verba aſſerunt contineri: Hæc [e] eſt regula Euangelica Chriſti, & Apoſtolorum imitatrix, quæ nihil in hoc mundo habet [f] proprium, vel commune, ſed in rebus quibus vtuntur [g], habẽt ſimplicem vſum facti [h]: his addere præſumentes [i] præfatos [k] ſummos Pontifices, & multa concilia generalia per clauem ſcientiæ diffiniſſe, paupertatem Chriſti, & Apoſtolorum conſtitiſſe perfectè in expropriatione [l] cuiuslibet temporalis dominij, ciuilis [m] & mundani, & ſuſtentationẽ eorum [n] in ſolo & nudo vſu facti [o] etiam conſtitiſſe: ex quibus nituntur [p] concludere, non [q] licuiſſe, nec licere [r] ipſorum ſucceſſoribus cõtra [ſ] præmiſſa aliquid immutare. Ideoque [t] cum conſtitutio noſtra in ratione prædicta, contra diffinitiones prædictorum prædeceſſorum noſtrorum (ſicut aſſerunt) diffinierit Chriſtum, & Apoſtolos in ijs quæ habuerunt, habuiſſe non tantum ſimplicem vſum facti, ſed [u] ius faciendi de ipſis: eoſque ipſos feciſſe ſcriptura ſacra teſtatur: pertinacẽ aſſertionem dicentium ipſos ius huiuſmodi minimè habuiſſe, cũ

Iudæis, ita quorundam. Quæ autem ſit ratio quare loquendo de ipſis in genere omnes fratres appellat, vide in c. Execrabilis. ſuper verbo, cum fratribus noſtris.

a ¶[*Cardinalibus*.] quare ſic dicantur, vide quod notaui in cap. Execrabilis. in verbo, Cardinalibus.

b ¶[*Præhabita diligenti*.] ſimile C. ne filius pro patre. Authen. habita. & plenius dixi in c. Ad conditorem. §. nos. itaque.

c ¶[*Digeſtis*.] id eſt diuidẽda, & diſſoluenda dubia factis. in proœmio Inſt. §. igitur poſt libros.

d ¶[*Temeritate plectibili*.] id eſt punibili, cũ non obediens decreto principis mori præcipiatur. 3. Regum 2. ca. extra de maio. & obed. cap. ſi quis.

e ¶[*Niſi ſunt*.] id eſt conati ſunt in præteritũ.

f ¶[*Nituntur*.] ſcilicet de præſenti.

g ¶[*Quam continent*.] ſcilicet dictæ noſtræ cõſtitutiones.

h ¶[*Falſas*.] id eſt non veras. falſitas enim nihil aliud eſt quàm immutatio veritatis. ĩ corpore authen. de fide inſtru. circa princ. coll. 6. ad leg. Cornel. de fal. quid. falſum.

i ¶[*Inſanias*.] id eſt nõ ſanas opiniones, imo à veritate alienas, vt patet infra.

k ¶[*Obfuſcare*.] id eſt obſcurare, ſeu obnubilare quãtum in eis eſt.

l ¶[*Peſtifera*.] id eſt peſtis ſpiritualis animę inductiua.

m ¶[*Simplicium*.] id eſt doli, vel fraudis carentium. ſimile in ca. prodiens. ff. de prob. l. cum de indebito. §. ſin autẽ. de quibus dici conſueuit, q; propter ſui innocentiam omni verbo credunt. 22. q. 4. c. innocens. Gratia cuius ſcire debes, quòd quædam eſt in homine ſimplicitas, id eſt animi puritas, quæ eſt dolo & machinationi contraria, & talis ſimplicitas etiam iure approbatur. 6. q. 1. c. ex merito plebis. 16. q. 1. ſi cupis. & amica legis dicitur. Inſti. de fideicom. hære. §. ſed quia. & nemini debet eſſe damnoſa. ff. de dolo. l. 1. Eſt alia ſimplicitas, quæ dicitur eſſe aduerſa diſcretioni: & talis, cum potius dicatur fatuitas, non approbatur. 39. diſtin. cap. Petrus. 46. diſtin. cap. de Petro. 74. diſtin. cap. epiſcoporum. ff. de poſtu. l. 1. §. vlt. cum l. ſeq. de cura. furio. l. 2. Inſti. de cura. §. ſed & curator. in fine.

Simplicitas eſt duplex.

n ¶[*Labefacere*.] id eſt làbi, vel ruere facere.

o ¶[*Deuium*.] in mala parte ſumitur, vt aliàs. C. de vete. iur. enuc. l. tanta. §. ergo prima. ver. alię. extra de præſumpt. cap. tertio loco.

p ¶[*Ad impugnandas*.] Secunda pars.

q ¶[*Prædictas*.] ſcilicet Ad conditorem. & Cum inter nonnullos.

r ¶[*Ratione*.] id eſt inductione, ſeu allegatione.

ſ ¶[*Publicè*.] ex hoc magis peccabant propter maioris mali exempli perniciem. arg. ff. vi bon. rap. l. 2. §. ſi in re. depoſita. Inſti. de oblig. quæ ex delic. naſ. §. pœna. 11. q. 3. præcipuè. extra de exceſ. pręla. c. quàm ſit graue. not. 32. q. 4. c. nemo.

t ¶[*Clauem ſcientię*.] hanc clauem ſcientiæ 1 iſti ex capite proprio ſiue phantaſia adinuenire ſunt moliti, cum à nulla lege diuina, vel humana originem ſumpſiſſe reperiatur, ſaltem quantùm ad hoc, ad quod ipſam inducunt, vt infra in §. præterea dicant nobis.

1 De materia hui⁹ gloſſæ teneas quod docet beatus Th. li. 4. ſen. diſ. 19. q. 2. art. 1. quæſtiuncula 3. adde Sotum eod. lib. diſt. 20. q. 1. art. 1.

u ¶[*In fide*.] ſcilicet catholica.

x *Moribus*.] ſcilicet reformandis.

y ¶[*Immutabile*.] hoc fortè dicunt ad inſtar iuris naturalis, quod de ſe immutabile eſt. Inſt. de legi. agn. tut. §. vlt. de iure natur. §. ſed naturalia quidem iura. 5. diſt. §. primo.

z ¶[*Illud*.] ſcilicet in fide ac morib⁹ definitũ.

a ¶[*Non licet*.] ſed qua fronte hoc dicere auſi ſunt, non video, cũ & Dominus per ſe ordinata in veteri teſtamento, aliquando reperiatur mutaſſe in nouo. 22. q. 4. incommutabilis. 23. q. 8. occidit. extra de diuor. gaudemus & de conſe. diſt. 3. peruenit. & difinita p̃ Romanos Pontifices ipſi ijdem & eorum ſucceſſores mutaſſe reperti ſunt 2. extra de conſang. cap. non debet. & dixi in cap. quia in futurorum. & c. quia non nunquam.

2 Vide Turrecrematã in ſumma de Eccleſia lib. 3. c. 55.

b ¶[*Clauẽ poteſtatis*.] hoc impugnatur, vt patebit infra.

c ¶[*Secus eſſe*.] quia definitum per illa immutari poteſt, & eius contrarium affirmari.

d ¶[*Hęc verba*.] ſcilicet proximè ſequentia, quæ tamen probant id ad quod inducuntur, vt infra in §. quod autem ſubſequitur.

e ¶[*Hæc eſt regula*.] verba ſunt prędictorũ ſummorum Pontificum cõfirmatoria (ſecundùm iſtos) regulæ ordinis Minorum.

f ¶[*Habet proprium*.] id eſt ſecundúm quã nihil licet fratribus habere proprium vel commune. de ipſa enim regula (cum de ſe ſit inanimata) certum eſt quòd nihil habere poteſt.

g ¶[*Vtuntur*.] ſcilicet fratres dicti ordinis.

h ¶[*Simplicem vſum facti*.] ex his moti fuerunt iſti ad detrahendum prædictis conſtitutionibus, non ſanè intelligentes iſtum ſimplicem vſum facti, vt patet infra. & in decreta. Ad conditorem. & c. Cum inter nonnullos.

i ¶[*Præſumentes*.] & malè, vt patebit infra.

k ¶[*Prefatos*.] ſupra proximè.

l ¶[*Expropriatione*.] priuatiuè ponitur ſyllaba, ex, vnde expone, expropriatione, id eſt carentia, vel abdicatione.

m ¶[*Ciuilis & mundani*.] de dominio cõpetenti, de iure diuino contrarium ſentiebant, vt dixi in c. cum inter nonnullos.

n ¶[*Eorum*.] ſcilicet Chriſti & Apoſtolorum.

o ¶[*Vſu facti*.] abſque aliquo iure ſecundùm iſtos: quod tamen verum non eſt.

p ¶[*Nituntur concludere*.] falsò tamen, vt infra patet in §. ex præmiſſis. & ſeq.

q ¶[*Non licuiſſe*.] ſcilicet dudum, vel in præteritum.

r ¶[*Non licere*.] ſcilicet de præſenti.

ſ ¶[*Contra præmiſſa*.] ſcilicet ſic definita, ſecundùm iſtos.

t ¶[*Ideoque*.] ſcilicet quia contra præmiſſa non licet ſucceſſoribus aliqua immutare.

u ¶[*Sed ius faciendi*.] id eſt ipſis rebus vtendi & donandi, & ex his aliqua acquirendi, vt in decret. cum inter. §. rurſus. & verba quæ ſequuntur expone vt ibi dixi.

actus illorum fuiſſe concludāt non iuſtos, quod de Chriſto nefas eſt dicere, hereticam declarando, concludere ſatagūt, licet [a] falsò, nobis non licuiſſe declarare, vel ſtatuere ſupradicta [b]. Item quia conſtitutio, Ad conditorem canonum. cōtra diffinitiones prædictas fratres Minores aſſerit non poſſe habere in re aliqua ſimplicem vſum facti: nituntur ſimiliter concludere contra ipſam [c]. Quòd [d] autem quod in ratione prædicta præmittitur: videlicet [e] quòd illa quæ per clauem ſcientiæ in fide ac moribus à ſummis Pontificibus ſemel ſunt diffinita, eorum ſucceſſoribus reuocare non licet in dubium, nec contrarium affirmare, licet ſecus ſit (ſicut dicunt) in ijs quę per clauē poteſtatis per ſūmos Pōtifices ordinanī, prorſus ſit cōtrariū [f] veritati, patet ex ſequētibus euidenter: primò quidē ſecundū [g] illos, qui [h] tenent clauē [i] ſprrit ualē nequaquam [k] eſſe ſcientiā, ſed ligandi atque ſoluendi poteſtatē [l]: patet aſſertores prædictos ponendo eſſe [m] ſcientiam, errauiſſe [n]: pro quibus [o] facit clauis diffinitio [p], quæ à doctoribus [q] datur: Clauis eſt ſpecialis poteſtas [r] ligandi atq; ſoluendi [ſ], qua iudex ecclīaſtic⁹ dignos [t] recipere, & indignos [u] excludere [x] debet à regno. Item qa claues [y] de quibus agimus, in collatione ſacerdotalis ordinis conferuntur [z]: conſtat autem quòd ordinato in ſacerdotē ſcientia cōmuniter [a] nō cōfertur [b]: quare ſecūdùm [c] il-

a ¶[*Licet falſo.*] iſtorum falſa concluſio clarius patebit per ea quę dicentur infra §. proximo.

b ¶[*Supradicta.*] ſcilicet quòd Chriſto, & Apoſtolis non ſolùm ſimplex vſus facti in habitis competierit, ſed & ius de ipſis aliqua faciendi.

c ¶[*Contra ipſam.*] ſcilicet quòd nobis per eā non licuerit aliquid declarare, vel ſtatuere prout in ea continetur.

d ¶[*Quod autem quod in ratione.*] Tertia pars.

e ¶[*Videlicet.*] verba quæ ſequūtur expone: & ſuper his dic vt dixi in parte præcedenti.

f ¶[*Contrarium veritati.*] quare dicas illud non fore tenendum, imo penitus reprobandum, cum omnis aſſertio veritati, quæ Deus eſt, contraria vetuſtas erroris exiſtat. 8. diſt. ca. conſuetudo. & ideo veritati neceſſariò cedere habet. ea. diſtin. cap. veritate. & cap. præcedenti. & ſequenti. & arg. ff. ad leg. Aquil. l. inde Neratius. §. vlt. quando actio de pecu. eſt anna. l. quæſitum. aliàs. eſt §. vlti. ſub lege prima. extra de purga. vulg. cap. ſignificantibus. & ſcriptum eſt quòd veracium, id eſt, veritatem aſſerentium ſumus tantummodo amatores. in corpore authent. vt in priua. dom. ſacra myſteria non fiant. vltra medium. collat. 5. & alibi dicitur, Nos enim qui veritatem colimus, ea tantummodo volumus in noſtris legibus quæ ipſa re obtinent. C. de dedititia lib. tol. l. vnica.

Veraces sūt amandi.

g ¶[*Secundùm illos.*] ſcilicet doctores & magiſtros.

h ¶[*Qui tenent.*] ſcilicet quod ſequitur affirmando. ſimile verbum. & ſimilis huius verbi expoſitio fieri conſueuit extra de foro comp. c. ſi diligenti.

Clauis ſpiritualis quę eſt.

i ¶[*Clauem ſpiritualem.*] quæ ad inſtar clauis materialis eſt inducta: ſicut enim clauis materialis dicitur inſtrumentum ſeu miniſterium, quo clauſum oſtium aperitur: ſic illa poteſtas, quæ attributa eſt diſpenſatoribus ſacramentorum, clauis dicitur, nam oſtium cœli licet de ſe apertum exiſtat, Apocalypſis 4. cap. vbi dicitur. & ecce oſtium apertum in cœlo, quod eſt Chriſtus: clauſum tamen dicitur propter impedimentum peccati originalis vel actualis impedientis humanam creaturam cœlum, & Dei gloriam ingredi: & quia per talem poteſtatem in virtute paſſionis Chriſti illud impedimentum tollitur, ex hoc porta cœli aperiri & reſerari dicitur. de conſe. diſt. 4. c. propriè exemplum. de bapt. maiores. §. caute tamen. Sicut aliàs contingit quòd per ſublationem impedimenti via præparari & aperiri dicitur ad aliquid, vt eſt videre in pacto facto vltimo de petendo, per quod tollitur impedimentum exceptionis ortæ ex pacto de nō petendo præcedenti: & ex hoc aperitur via efficax ad agendum. ff. de pact. l. ſi vnus. §. pactus. & ſublato impedimento exhæredationis per querelam inofficioſi teſtamenti aperitur & paratur etiam via efficax ad agendum. ff. de inoffic. teſtam. l. qui de inofficioſo. Et ſublato impedimento pręteritionis per petitam bonorum poſſeſſionem contra tabulas, aperitur via augmenti, vel diminutionis legatorum ab impubere relictorum. ff. de vulga. & pupil. ſubſti. l. & contra tabulas. de leg. 3. l. vlt. §. fin. multa ſimilia alia exempla ſuper hoc dari poſſent.

Cęlū de ſe apertū qñque clauditur.

Cęli apertio legalib. exēplis declaratur.

k ¶[*Nequaquam eſſe ſcientiam.*] clauis enim talis ſpiritualis ſuſcipitur per ſuſceptionē ordinis ſacerdotalis, vt infra ſequitur, abſque alia anguſtia ſeu labore. Scientia autem cum à natura non inſit, ab euentu eſt, & cū diligentia acquiritur. in corpore auth. de quæſto. §. hæc omnia. coll. 6. 16. q. 1. ſic viue. C. de excuſ. artifi. l. 1. lib. 10. ff. de ædil. edic. l. pręcipiuntur ædiles cum ſcientia requirat ſtudium, & exercitium ſtudij expoſcat vſum librorum extra de verb. ſign. cap. Exijt. §. porrò. circa ſi. lib. 6 & de hoc per Guli. de elect. ſi poſtquam. lib. 6.

Scientia ab euentu eſt.

l ¶[*Poteſtatem.*] in tali poteſtate conſiſtit tota vis clauium per Chriſtum Petro conceſſarum. Matth. 16. cap. 24. quæſt. 1. quodcunque.

m ¶[*Eſſe ſcientiam.*] cum non ſit.

n ¶[*Errauiße.*] aliud pro alio putando: hic enim eſt propriè error. 22. q. 1. cap. in his. 38. cap. quamuis. C. de caſtren. pecu. militum l. errat. lib. 11.

Errat qui aliud pro alio putat.

o ¶[*Pro quibus.*] ſcilicet tenentibus clauem eſſe ſcientiam.

p ¶[*Diffinitio.*] ideſt 1, magiſtralis, ſeu doctoralis deſcriptio.

1 Hanc declarat Turrecre. 1. lib. ſuę ſummę. c. 93. cōclu. 8. Fonta.

q ¶[*Doctoribus.*] vnde doctor dicatur, & quæ in doctore requirantur & quibus doctor factus etiam de iure gaudeat priuilegijs, & quot, & quibus nominibus nuncupetur, vide ſi placet quod ſuper hoc plenè notaui extra de magiſtris. cum ſit nimis. clemen. 5.

r ¶[*Poteſtas.*] quare talis poteſtas clauis dicitur, dixi ſtatim in gloſ. quæ ad inſtar.

ſ ¶[*Atque ſoluendi.*] ſcilicet ſupra terram, nō autem mortuos ſub terra. ad hoc vide quod legitur & not. 24. q. 2. legitur. extra de ſent. ex com. à nobis 2.

Mortui an poſſint abſolui.

t ¶[*Dignos recipere.*] per pœnitētiam ad ſoluēdum: venia enim nō datur niſi correcto. 24. q. 2. legitur 50. diſt. c. abſit. & c. ſi quis poſtea. C. de ſumma trini. l. vlt §. fin. de hære. l. Manichæos. à contrario ſenſu.

u ¶[*Indignos.*] per contumaciam, vel rebellionem. extra de maio. & obed. c. ſi quis. & c. cum in eccleſijs.

x ¶[*Excludere debet à regno.*] ſcilicet cœleſti. Sed qualiter per poteſtatem ligandi dicantur indigni excludi à regno cæleſti? Reſpondeo, quia ligati per excōmunicationis ſnīam iuſtè, vt quia per inobedientiam reſiſtunt: per hoc Dei ordinationi reſiſtere dicuntur. 11. q. 3. c. qui reſiſtit. cum iudici eccleſiaſtico quilibet obedire ex præcepto Apoſtoli teneatur. extra de maio. & obed. omnes principes. 10. diſt. c. certum eſt. & ca. ſuſcipitis. vnde per inobedientiam quis mori pręcipitur. extra de maio. & obe. c. ſi quis venerit. ideſt per excōicationis ſnīam velut mortuus à cōmunione fidelium ſeparari. extra qui filij ſint legi. per venerabilem §. pen. quæ quidem excommunicatio quem ab ipſo corpore, quod eſt Chriſti Eccleſia, reſcindit 3. q. 4. Engeltrudam. & excōmunicatus iuſtè à Deo dicitur ſeparatus. 24. q. vlt. c. certū eſt. quia excōmunicatio dicitur æterna mortis ſeparatio. 11. q. 3. nemo. cum Deus ſit vita animæ. de pœnit. diſt. 1. c facilius. ver. item ſi antequā. & vita vitæ, ideſt, animę, quæ eſt vita corporis. de pœnit. diſtin. 2. charitas. ver. item proinde. non immeritò igitur quis per poteſtatem ligatus excludi à regno cæleſti dicitur.

Excommunicati ſunt excluſi à regno cæleſti.

y ¶[*Claues.*] ſcilicet ligatoria, vel abſolutoria.

z ¶[*Conferuntur.*] de pœnit. diſtin. 1. c. multiplex. & c. quem pœnitet. 21. diſtin. in nouo. cum ſimilibus. nec inferiori competere poſſunt in foro pœnitentiali. extra de pœni. omnis. qđ proſequere vt not. Hoſti. de offic. archid. cum ſatis. & plenius in ſumma de pœnit. cui confitendum. nam & ſi neceſſitatis tēpore quis proximo 2 confiteri poſſit. de pœnit. diſt. 6. c. 1. dicto c. quem pœnitet. in ver. tanta. ipſe tamen abſoluere vel ligare non poteſt ſibi confitentem: quia claues non habet, vt ibi. & no. ita de offi. ord. cap. paſtoralis.

2 Vide B. Thomā in quęſtionib. additis ad 3. part. q. 8. art. 2.

a ¶[*Communiter.*] id eſt regulariter. & hoc dicit, quia aliquando ex infuſione ſimul cum ſacerdotio conferri ſcientia poteſt inſpiratione Dei, ſicut & reperti ſunt aliqui, licet penitus laici in epiſcopos & archiepiſcopos aſſumpti, vt beati Nicolaus, Ambroſius, & Seuerus. 56. diſt. §. his omnibus.

Scientia cū ſacerdotio multis diuinitus infuſa fuit.

b ¶[*Nō confertur.*] iſtud oculata fide patet ad ſenſum in multis ad ſacerdotium promotis qui abſque ſcientia ſunt reperti: & ideo etiam à pontificali officio inde meruerunt deponi. extra de æta. & quali. c. vlt. Et hoc idem tenere videtur ſanctus Thomas de Aquino 4. ſententiarum. diſ. 18. adde etiam quod dixi ſupra in glo. clauis enim, &c.

c ¶[*Secundùm illos.*] ſcilicet qui dicunt clauem ſpiritualem nequaquam eſſe ſcientiam.

a ¶*Videtur.*

a ¶*Videtur.*] Et eſt ſecundùm eos. & ſic tale videre eſt topicum, non elenchum. ſimile de ſpon.c.præterea. qui mat.accu. poſ.c.videtur.de tranſla.epiſ.inter corporalia.§. 1.de fer.c.capellanus.ff.de jis quæ in teſta.delen.l.proximè.iuxta finem.

b ¶*Dici clauis.*] quare hic dicas vt ſuprà in glo. quæ ad inſtar.& glo.clauis.

los videtur [a], quòd ſcientia non eſt clauis, ſed potentia tãtùm ligandi, atque ſoluendi debeat dici clauis [b]. Adhuc ſecundùm [c] illos qui ponunt [d] vnam clauem [e] ſpiritualem [f] eſſe ſcientiam, & ſecundùm illos, qui auctoritatem diſcernẽdi [g] inter [h] lepram, & lepram eſſe aſſerunt clauem, & aliam poteſtatem ligandi atque ſoluendi [i]: noſcuntur euidẽter [k] erraſſe. Supponunt enim per claues [l] huiuſmodi circa ea quæ fidei ſunt, & alia [m] poſſe per conſtitutionem aliquam diffiniri: claues autem quæ in ſacerdotali conferuntur [n] ordine ad [o] talia minimè ſe extendunt: aliàs [p] ſequeretur, quòd circa [q] pręmiſſa poſſent conſtitutionem ſacerdotes [r] ſimplices facere: quod [ſ] falsũ eſt euidenter. Si autem intendant claues iſtas extendere ad generalem [t] poteſtatem attributam beato Petro, ſuiſq; ſucceſſoribus in [u] perſonam eiuſdem in commiſſione officij paſtoralis [x], per quam [y] vtique

videtur euidenter ipſis omnia [z] conceſſiſſe, ſine quibus paſtoris vniuerſalis [a] conuenienter cura nequit, ſeu officium expediri: adhuc claret ipſos etiam erraſſe: dicunt enim alium [b] effectum habere illa quæ per clauem ſcientiæ, & alium illa quæ per clauem potentiæ ſtatuuntur [c], ſupponentes alia [d] per clauem ſciẽtiæ, & alia [e] per clauem potẽtiæ ſtatui, ſeu etiam diffiniri: quod euidẽter eſt falſum: per clauem enim ſcientiæ, ſiue per auctoritatem diſcernendi, ſeu cognoſcendi inter lepram, & lepram (ſi ipſam [f] dixerimus eſſe clauem †) nil [g] aliud per ipſum illi cui datur tribuitur, niſi [h] auctoritas cognoſcendi. Ei autem cui datur auctoritas de re aliqua [i] cognoſcendi, de illa diffiniendi nõ intelligitur eſſe data. Quare [k] reſtat, quòd ad conuenienter ſtatuendum, ſeu aliquod diffiniendum, vtraque clauis, ſcilicet cognoſcendi, & diffiniendi neceſſariò requiratur [l]: vel quòd

c ¶*Secundùm illos.*] ſcilicet magiſtros, vel doctores.

d ¶*Ponunt.*] ideſt ſupponunt, vel ponunt in opinione ſua.

Claudere peccatũ ſera dicit vnica cęlum.

e ¶*Vnam clauem.*] quaſi velint dicere, q̃d non ſunt plures: quaſi vna ſola ſufficiat, cum vna tãtùm ſit ſera claudens regnum, ſcilicet peccatum, ad quam amouendam ſeu aperiẽdam clauis Eccleſię eſt inducta, nec ſunt plures neceſſariæ.

f ¶*Spiritualem.*] hic potes dicere quod dixi ſuprà in gloſſa quæ ad inſtar.

g ¶*Diſcernendi.*] ideſt diſcretionem faciendi.

Lepra & lepra quid repræſentant.

h ¶*Inter lepram & lepram.*] id eſt inter peccatum, & peccatum: non enim omnia peccata eandem expoſcũt pœnitentiam. 29. diſt. cap. neceſſe. 45. diſtin. cap. 2. 50. diſtin. vt conſtitueretur. vnde in pœnitentia eligendus eſt confeſſor ſciens ſoluere & ligare. de pœni. diſtin. 1. quem pœnitet. & diſt. 6. c. 1. Alibi tamẽ hæc verba, lepram, & lepram ſumuntur pro iudcicio eccleſiaſtico, ciuili & criminali, extra qui filij ſint legi. per venerabilem. §. rationibus. circa finem.

i ¶*Soluendi.*] hic dicere potes quæ dixi ſuprà in verbo ſimili, ſoluendi.

k ¶*Euidenter.*] ide ſt patenter, vel manifeſtè. ſimile ff. de except. rei iudica. l. euidenter.

l ¶*Claues huiuſmodi.*] quas ſcientiæ fore dicunt,

m ¶*Et alia.*] ſcilicet circa mores, vt in parte præcedenti.

n ¶*Conferuntur ordine.*] hoc ſtatim ſuprà proximè per iura comprobaui.

o ¶*Ad talia.*] ſcilicet quæ ſunt fidei per conſtitutione aliquam definienda.

p ¶*Aliàs.*] ſcilicet ſi ad talia ſe extenderent.

q ¶*Circa præmiſſa.*] ſcilicet quæ ſunt fidei.

Cõſtitutio ſuper fide à ſolo Papa fieri poteſt.

r ¶*Sacerdotes ſimplices.*] non habentes auctoritatem præeminentem.

ſ ¶*Quod falſum eſt.*] cum ad ſolum Petrum & eius ſucceſſores ſpectet conſtitutionem ſuper fide, & declarationem aliquam facere. 24. quæſtio. 1. cap. quotiens ratio. & cap. hæc eſt fides. & in cap. Exijt. §. vltim. de verborum ſign. lib. 6. & de ſum. tri. cap. fidei. §. nos igitur. Clem. 5. vtpote ad quos maiora Eccleſiæ negotia ſuperna diſpoſitione iuſſa ſunt referri. 24. q. 1. rogamus. 17. diſt. c. nec licuit. & c. huic ſedi extra de appel. vt debitus. in fi. de bapt. maiores.

t ¶*Generalem poteſtatem.*] ſcilicet, Quodcunque ligaueris ſuper terram, &c. Matt. 16. cap. 24. quæſtio. 1. quodcunque & q. 2. legitur.

u ¶*In perſonam eiuſdem.*] 40. diſt. c. non nos. extra de re iudi. ad Apoſtolicæ. §. nos itaque. & dic vt ibi not. per Innoc. in glo. vlt. & de foro. comp. licet. in glo. fin.

x ¶*Officij paſtoralis.*] dicendo, Si diligis me, paſce oues meas. extra de elect. c. ſignificaſti.

y ¶*Per quam.*] ſcilicet officij commiſsionem.

z ¶*Omnia conceſſiſſe.*] probatur hoc argumento iurium. ff. de offi. eius cui mandata eſt iuriſd. l. 1. §. vlt. de iuriſd. omn. iu. l. 2. de procur. l. ad rem. & l. ad legatum. extra de offi. deleg. c. præterea. nam aliàs talis cura commiſſa nulla videretur. ff. de offic. eius l. vltim. extra de offic. delegat. ex literis.

a ¶*Vniuerſalis.*] ſic dicta, quia vniuerſaliter ſuper omnes tam fideles quàm infideles habet poteſtatem. ſuper quo vide id quod nota. Hoſtien. ſuper hoc extra de voto & voti redemp. cap. quod ſuper his.

b ¶*Alium effectum.*] quia reuocabilẽ & mutabilem.

c ¶*Statuuntur.*] cum ſtatuta per clauem ſciẽtiæ dicant eſſe immutabilia & irreuocabilia, licet in ſtatutis per clauẽ poteſtatis dicant ſecus eſſe, vt parte p̃cedenti.

d ¶*Alia per clauem ſcietię.*] ſcilicet immutabilia, & irreuocæbilia, ſecundùm illos.

e ¶*Alia per clauẽ potentiæ.*] poſſibilia mutari & reuocari.

f ¶*Si ipſam dixerimus eſſe clauem.*] conditionaliter hoc ponit, non ſimpliciter, nec aſſertiuè propter opinionem aliam contrariam, vt in princip. huius §. dixi. in glo. clauis enim.

† Certè Io. de Turrecr. libr. 1. c. 39. 9. conclu. dicit illã ſciẽtiam diſcernẽdi eẽ clauẽ. & ponit ibi ĩ ordine ſacerdotali aliã clauẽ potentiæ. fatetur tamẽ ĩ cõclu. ſeq. iſtas duas claues ordinis non differre eſſentialiter, ſed ſolùm p cõparationem ad actus diuerſos. & poſtea in c. 96. eo. lib. ponit iſtas duas claues ĩ ſpirituali iuriſdictione. & ĩ 8. conclu. aſſerit eas nõ differre. Font.

g ¶*Nil aliud.*] nam cum talis clauis in ſuſceptione ſacerdotalis ordinis conferatur, vt ſ̃. circa prin. huius §. & ibi probaui: abſit dicere, ꝙ in ſimplicem ſacerdotem translata videatur poteſtas ſtatuẽdi vel definiendi de fide[1], quæ ſoli ſedi Apoſtolicæ reſeruatur in p̃rogatiuã priuilegij ſingularis, vt dixi infrà proxim. in glo. cum ad ſolum. nam in generali commiſſione non tranſeunt ea quæ quis non eſſet in ſpecie veriſimiliter permiſſurus. extra de offic. legat. cap. quòd translationem. de offic. vica. cap. cum in generali. lib. 6. ff. de pecu. l. qui peculij. de pigno. l. obligatione. & arg. extra de procur. cap. non poteſt. Clem. 5. cum nec ſimplex ſacerdos poſſit manum apponere ad ea quæ ſunt etiam ſimplici epiſcopo reſeruata 1. extra de de conſue. cap. quanto. de conſec. eccle. cap. aqua.

1 Idem Io. de Turrecrema. libr. 1. ſummæ de eccleſia, c. 116. concluſione 5.

h ¶*Niſi auctoritas cognoſcendi.*] ſubaudi, & ſalutare remedium in foro pœnitentiæ adhibendi, vt ſ̃. eod. §. dictum eſt.

i ¶*De re aliqua cognoſcendi.*] & ſic ſimplex eſt cognitio cauſæ data. datus ergo ſimpliciter ad cognoſcendum, non cenſetur datus ad definiendum, vt hic. & C. ad leg. Cor. de fal. l. vbi de iud. authen. ad hæc. extra de offi. deleg. ſuper quęſtionum. §. nos autem. & §. verùm. & §. porrò. nõ enim ſimplex cognitor habet definitionem, vt not. ff. de procu. l. qui procuratorem. cũ nec ſemper habeat iuriſdictionem. ff. de re iudic. l. ait prætor. licet ſuper articulo, de quo iudex habet cognitionem, videatur regulariter habere iuriſdictionem. ff. de verbo. ſign. l. notionem. extra de offic. deleg. ex literis. not. dicto §. nos autem. ſecus autem (quoniam hic dicitur de cognitione) eſt in illo cui vices iudicis ſunt commiſſæ, etiam cum clauſula, donec committens eas duxerit reuocandas: quia talis poteſtatem habet definiendi. extra de offic. deleg. cap. ſi delegatus. lib. 6. & antea hoc idem not. Hoſt. eod. tit. c. ſi pro debilitate. licet Inno. contrarium ibi notaret, & malè.

k ¶*Quare.*] ſcilicet quia potens ſimpliciter cognoſcere, non poteſt definire.

Donare nequit habens adminſtrationem etiã liberam.

l ¶*Neceſſariò requiratur.*] cũ eñ cognoſcere & definire ſint diuerſa, habens vnũ, ſ. cognoſcere, non ex hoc ſequitur ꝙ habeat aliud, ad inſtar habentis ẽt liberam & plenam adminiſtrationem, qui per hoc donare non poteſt, niſi expreſſa ſibi data ſuper hoc poteſtate. ff. de pact. l. contra iuris. & l. vlt. de dona. l. filius. & arg. ff. de iureiu. l. iuſiurandum. §. vlt. cũ l. ſeq. ad inſtar ẽt illius cui ſimpliciter cauſarum cognitio eſt commiſſa, qui per hoc etiam inquiſitionem de criminibus, & amotionem à beneficijs non conſequitur. extra de offic. vica. ca. licet. lib. 6.

soli [a] claui potentiæ [b] ſtatuere competat & etiam diffinire [c]: ſed ſicut lumen materiale clauigerum in vſum clauis materialis dirigit [d], & quaſi quantum [e] ad hoc obtineat [f] ſcientia vicem [g] lucis. Et hoc Saluator noſter in promiſſione clauium facta beato Petro [h] ſenſiſſe videtur expreſsè, cum poſt [i] illam immediatè ſubiunxerit [k]: Et quodcũque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cælis: & quod cunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum [l] & in cœlis: nulla de ſcientia habita [m] mentione. Quod autem [n] ſubſequenter proponitur in ratione prædicta: videlicet, quòd in confirmatione, & declaratione regulæ fratrum Minorum, nonnullorum [o] prædeceſſorum noſtrorum, videlicet Honorij tertij, Gregorij noni, Innocentij quarti, Alexandri quarti, Nicolai quarti verba huiuſmodi continentur: Hæc eſt regula Euangelica, & cætera [p] ſupra poſita, vſque ibi, in nudo vſu facti etiam conſtitiſſe patet: prorſus obuiat [q] veritati. Honorius quidem præfatam regulam abſque declaratione aliqua confirmauit: in cuius cõfirmatione de verbis [r] prædictis mentio aliqua [ſ] nõ habetur, vt liquere poteſt cuilibet confirmationem huiuſmodi intuenti [t], niſi quatenus de vita Euangelica habetur mentio in [u] ipſa regula cõfirmata: ibi cũ dicit: Hæc eſt regula fratrum Minorum, videlicet, Domini noſtri Ieſu Chriſti ſanctum Euangelium obſeruare, viuendo in obediẽtia [x], ſine proprio, & in caſtitate. Ex quibus verbis concludi non poteſt, quòd per ipſum prædeceſſorem noſtrũ ea, quę ipſi in verbis prædictis aſſerunt [y], fuerint diffinita [z]: imo [a] poteſt concludi potius, quòd vita Euangelica, quam Chriſtus, & Apoſtoli tenuerunt, habere in cõmuni aliqua non [b] excludat, cum ſine proprio viuere, nõ exigat quòd ſic viuentes nihil habeant [c] in cõmuni. In declarationibus quoque Gregorij, Innocentij, & Alexandri prædictorum, qui eandem regulã abſque confirmatione alia declarant, ſimiliter nulla prorſus fit mẽtio de [d] prædictis: imo per eas euidenter oſtenditur eorum quę [e] habere licet ipſis fratribus, vſũ [f] iuris ad ipſum ordinem pertinere. Gregorius [g] quidem in ſua declaratione quantum ad hoc inter ſeruit quę ſequũtur: Dicimus quòd nec in ſpeciali nec in cõmuni debẽt habere [h] proprietatem: ſed vt enſilium, librorum, & rerum mobilium, quas licet [i] habere, ordo vſum habeat, & fratres ſecundùm ꝙ Generalis Miniſter, & Prouinciales ordinandum duxerint, his vtantur. Innocentius [k] aũt & Alexãder præfati in ſuis declarationibus ſic duxerũt: Dicimus inſuper, quod cum ipſa regula contineatur expreſsè, ꝙ Fratres nihil ſibi approprient neque domũ, neq; locũ, neq;

a ¶*Soli claui.*] ſcilicet, ſi dicatur vna tantùm eſſe.
b ¶*Potentiæ.*] ſcilicet cognoſcendi.
c ¶*Et etiam diffinire.*] ſcilicet cognoſcendi, aliàs etiam diffinitio non cõpeteret ex ſola poteſtate cognoſcendi, vt ſupra.
d ¶*Dirigit.*] lumen præbendo in tenebris. 15. q. 8. c. ſciſcitãtibus. vt videat & liberi⁹ diſcernat ſeram claudere, vel etiam aperire.
e ¶*Quantũ ad hoc.*] ſ. quo ad vſum clauium.
f ¶*Obtineat ſcientia.*] ſ. in habẽte claui⁹ vti.
g ¶*Vicẽ lucis.*] vt per ſcientiã habeat vim & claritatẽ in mente quo ad vſum clauiũ, & illã ponat in opere. 39. diſt. Petrus. Habens eñ vti clauibus, dẽt eſſe ſciens ſoluere & ligare. de pœni. diſt. 6. c. 1. aliàs ſuſcipiens eas peccat, per ea quæ dixi in c. Execrabilis. circa prin. in verbo, minus idoneis.

Clauib⁹ habens vti, dẽt eſſe ſciens.

h ¶*Beato Petro.*] cum dixit, Et tibi dabo claues regni cælorum.
i ¶*Poſt illam.*] ſcilicet promiſſionem clauiũ.
k ¶*Subiunxerit.*] Math. 16. 24. q. 1. qđcunq; & q. 2. legit. extra de re iudi. ad Apoſtolicæ. §. nos itaque. lib. 6.
l ¶*Solutũ & in cœlis.*] ſed hoc intellige claue non errante: aliàs eñ ſi ligando vel ſoluẽdo erraret, ligatus vel ſolutus quis nõ dicitur quo ad Deum. Frequenter enim fit, vt qui per Eccleſiã militãtem foris mittitur: intus ſit ſcilicet in eccleſia triunphãti. & ille foris eſt, ſcilicet extra Eccleſiã triũphantem: qui intus, ſcilicet in Eccleſia militãti retineri videtur. 24. quæſtio. 3. cap. ſi quis non recto. extra de ſent. excommun. à nobis 2. talis autem error vt in pluribus vitatur in vſu clauium per ſciẽtiã ſoluendi & ligandi.

Excõicatus quo ad Eccleſiã militãtem, ſępe eſt abſolut⁹ quo ad triũphantem.

m ¶*Habita mẽtione.*] quam veriſimile eſt ipſum feciſſe, ſi ſcientiam talem reputaret cum enim ſe daturum claues promiſiſſet, non videretur promiſſum perfectè adimpleuiſſe, niſi id quod clauem reputaret, tradidiſſet argu. ff. de leg. 3. l. librorum. de auro & arg. leg. l. quamuis. de conſtit. pecu. l. promiſſor. §. conſtituto. de actio. emp. l. 2. §. vacua. de vſu. l. videamus. §. in Flauiana. conſtat enim quòd facta Chriſti perfecta fuerint: ipſe enim opus imperfectionis nõ nouit, vt ſcriptura ſacra teſtat. & arg. ad hoc in corpore authen. conſtitutio, quæ de dig. §. illud. collatio. 6.

Chriſti facta fuerunt perfecta.

n ¶*Quod autem ſubſequenter.*] Quarta pars.
o ¶*Nonnullorum.*] id eſt, aliquorum, duplici negatiua per affirmatiuam expoſita & ſuper hoc vide quod dixi in cap. cum inter nonnullos.
p ¶*Et cætera.*] hæc clauſula comprehenſiua eſt multorum verborum vt hic vides. Simile ff. de lib. & poſthu. l. Gallus. extra de libel. obla. dilecti. de appel. ſignificantibus. de re iudi. ad Apoſtolicæ. § licet. ver. deierauit. Vnde facit in argu. pro more tabellionum, qui habent in aliquibus regionibus, quòd recipientes notam in protocollo de aliquo facto vel contractu, vtuntur frequenter iſta clauſula, & poſt redigendo inſtrumentum in mundum, apponunt multa verba, quæ non appoſuerunt in nota vel in protocollo, & illa ſubintellecta fore dicuntur ſub tali clauſula, & cæteras. de iure tamen ſcripto nihil plus vel minus in mundo quàm in protocollo debet reperiri, vt omnis falſitas & ſuſpicio euitetur. in corpore authen. de tabel. §. illud quoque. & ſeq. collat. 4.
q ¶*Obuiat veritati.*] & per conſequens falſum eſt, vt dixi ſ. in parte 1. in ver. falſas.
r ¶*De verbis ꝑdictis.*] ſupra proximè & plenius ſupra parte 2. contentis.
ſ ¶*Mentio aliqua non habetur.*] vnde falsò Honorij verba ſuper hęc allegant: quare in periculum criminis falſi ſe fortè inuoluunt. ff. ad leg. Cor. de fal. l. vlt. C. de Iuſt. Cod. confir. §. hac igitur.
t ¶*Intuenti.*] & ſic oculata fide veritas huius eluceſcit. Inſtit. de gra. cognati. §. vlt.
u ¶*In ipſa regula confirmata.*] Vnde Honorius per talem recitationem aliquid non definitum, propoſitum, factum, aliquidúe etiã definiuiſſe dici non poteſt. arg. C. de proba. l. rationes. communia vtriuſque iudicij. l. ſcriptura. cum ſimilibus. ex quib⁹ probatur verba enarratiua fidem nõ facere. ad hoc autẽ clarius facit extra de preben. cap. ſi dignitatem. Clem. v.

Verba enarratiua fidẽ nõ faciunt.

x ¶*In obedientia.*] hæc tria quæ ſequuntur ſũt de ſubſtantia religionis. de ſtatu monac. cũ ad monaſterium. §. vlt.
y ¶*Aſſerunt.*] ſcilicet Chriſtum & Apoſtolos nihil commune vel propriũ habuiſſe.
z ¶*Diffinita.*] nam per modum recitationis nõ diffinitionis per Papam Honoriũ fuerunt expreſſa: vnde verba ſua ad vnum effectu inducta, non ſunt ad alium extendenda, etiam in fauorabilibus. ff. de conditio. & demon. l. cum tale. §. vlt. de adi. le. l. inutiliter. & de liber. leg. l. Aurelius. §. teſtamento. de manumiſ. teſt. l. Titia. §. Lucius. extra de præben. cap. ſi dignitatem. Cle. 5. vbi de hoc dixi.
a ¶*Imo.*] ſuper hoc verbo videre potes quod dixi in c. Execrabilis. circa princ. ſuper verbo, imo.
b ¶*Non excludat.*] ſcilicet per hoc quod ibi dicitur Chriſtũ & Apoſtolos ſine proprio vixiſſe.
c ¶*Nihil habeant in cõi.*] cũ ꝓpriè loquendo habere in communi aliquid non ſit propriũ habere: de quo ſatis plenè dixi in c. Ad conditorem. & c. cum inter nonnullos.
d ¶*De prædictis.*] ſc. verbis, quæ detrahentes prædictis conſtitutionibus in eorum declarationibus aſſerunt contineri.
e ¶*Quæ habere licet.*] hic vide qđ dixi in c. Ad conditorem.
f ¶*Vſum iuris.*] non ergo tantũ ſimplicẽ vſum facti, vt dicto c. Ad conditorem. & cap. cum inter nonnullos.
g ¶*Gregorius.*] ponit verba declaratoria Gregorij.
h ¶*Debent habere proprietatẽ.*] hæc verba & ſequẽtia iſtos monere potuerũt ad detrahẽdũ dictis cõſtitutionib⁹, malè tñ.
i ¶*Quas licet habere.*] hæc verba ſanè intellecta retorquentur contra tales: quia ſupponunt, ꝙ aliquod ius competat habendi in talibus rebus: vt in cap. Ad conditorem.
k ¶*Innocentius.*] ponit verba declaratoria Innocentij Papę,

&

aliquam rem, ꝙ nec in cōi, nec in ſpeciali debent proprietatem habere, ſed locorū, & domorum, & vtenſilium, & librorum, & eorū quæ licet habere; ordo vſum habeat: & Fratres ſcd̄m quòd Generalis & Prouinciales Miniſtri ordinādum duxerint, his vtātur. Cum em̄ dicatur ī declarationibus [a] ſupradictis, quòd ordo vſum rerum habeat præmiſſarum, ad vſum iuris neceſſe [b] eſt hoc referri: facta quidem quæ ſingulorum [c] ſunt, perſonam verā exigunt, & requirunt [d]: ordo [e] autem vera perſona non eſt [f], ſed repræſentata [g] & imaginaria [h] potius eſt cenſenda: quare [i] quę ſunt facti, ſibi verè cōuenire [k] nequeunt, licet ei [l] poſſint congruere, quæ [m] ſunt iuris. Adhuc [n] licet declaratio Nicolai quarti prædicti cōtineat quę ſequūtur: Hi ſunt [o] illi ſanctæ regulæ [p] profeſſores, qui Euangelico fundātur eloquio [q], vitæ Chriſti roborātur [r] exemplo [ſ], fundatorumque [t] militantis Eccleſiæ Apoſtolorum [u] eius [x] ſermonibus, & actibus firmātur. Et poſt in eadem declaratione ſubiunxit [y], dicens quòd abdicatio proprietatis omnium rerū tā in ſpeciali quàm in communi propter Deum, meritoria eſt & ſancta, quam & Chriſtus vitā perfectionis oſtendens verbo docuit, & exēplo firmauit, quāque primi fundatores militantis Eccleſiæ prout ab ipſo fonte hauſerant, in volentes perfectè viuere per doctrinæ ac vitę ipſorum alueos direxerunt: Ex verbis tamē prędictis [z] nequaquam poteſt colligi, quòd præfati prædeceſſoris noſtri Nicolai intētio [a] fuerit dicere, quòd dicta [b] regula quo ad omnia quæ continentur in ea, Euangelico [c] fundetur eloquio, ac vitæ Chriſti roboretur [d] exemplo: nec quòd Apoſtolorum vita & actibus ſit firmata. Conſtat enim multa [e] contineri in dicta regula quæ nec Chriſtus verbo docuit, nec [f] exemplo firmauit: vtpote quod præcepit conditor [g] regulæ Fratribus vniuerſis, vt nullo modo denarium [h], vel pecuniam recipiant per ſe vel per interpoſitam perſonā, necnon & de multis alijs contentis in dicta regula: quæ vtique nec Chriſtus nec Apoſtoli verbo docuerunt, nec firmauerunt [i] exemplo. Nec obſtat quòd Chriſtus portare pecuniam Apoſtolis, & diſcipulis dum ipſos ad prædicandum mitteret, interdixit [k]: quod tamen [l] antequam eos mitteret ipſis fuiſſe legim⁹ interdictum. Quodq; poſt reditum pecuniam portauerūt, in pleriſque locis Euangelica veritas, & Apoſtolica dicta [m] teſtantur. Præterea [n], Auguſtinus dicit [o] expreſsè, ꝙ [p] illud non [q] fuit præceptum, ſed poteſtas recipiendi neceſſaria ab ijs, quibus prędicabant Euangelium: quam [r] ſeruare [ſ] Apoſtolis licuit, vel etiam non ſer-

& Alexandri: ſuper quibus dicas quod ſupra proxim. dixi.

a ¶*Declarationibus ſupradictis.*] ſ. Gregorij, Inn. & Alexan.

b ¶*Neceſſe eſt hoc referri.*] cum aliàs ſupponeretur iniuſtus, quod dicere nefas eſt, vt in c. Ad conditorem. & c. cum inter nonnullos. & ibi plenè eixi.

c ¶*Singulorum ſunt.*] i. p ſingulos explicāda.

d ¶*Et requirunt.*] eſſe enim dēt perſona habens factum explicare, nec ante iuris rō quàm perſona quærenda eſt. ff. de iure cod. l. quidā referunt.

e ¶*Ordo autem.*] ſc. Minorum in genere.

f ¶*Non eſt.*] cum ſit nomē intellectuale carens anima: ſed poteſt dici fungi vice perſonæ ſicut hæreditas, municipium, ſocietas, collegium, vniuerſitas. ff. de fideiuſ. l. mortuo. inſti. de ſtipu. ſeruorum. in princ. C. depoſiti. l. cum hærediras.

g ¶*Sed repræſentata.*] ſcilicet iuris diſpoſitione: ſicut hæreditas iacens perſonam defuncti repręſentat. ff. de nouat. l. nouatio. in ſi. de acqui. rerum do. l. hæreditas enim. inſtit. de hæred. inſt. l. ſeru⁹ alienus.

Hæreditas iacēs defunctum repræſentat.

h ¶*Imaginaria.*] ideſt in imagine intellectus concepta: ſicut aliàs aliquid intellectu percipitur magis quàm facto, vel verbo dicitur. ff. de ſol. l. ratum. de cōdi. ob cauſam. l. qui ſe. de iure dotium, l. ſi licet. §. quotiens. de dona. inter vrum & vxor. l. 3. §. vlt.

Hæreditas explicare ñ poteſt ea ꝙ facti ſunt.

i ¶*Quare.*] ſcilicet qa facta per ſingulos explicanda perſonam veram exigunt: & ordo vera perſona non eſt.

k ¶*Cōuenire nequnt.*] probatur hoc per iura. hæreditas enim quę de ſe quid vniuerſum eſt. ff. de re. iu. l. hæreditas. de verb. ſignifi. l. nihil. ea quæ facti ſunt explicare non poteſt. nec illa ſibi conuenire poſſunt. ff. de acquir. rerum do. hæreditas in multis. ſi quis teſtamento liber eſſe iuſſus. l. 1. §. Scæuola. Et populo vt vniuerſo audito diuinorum, quæ facti eſt, cōuenire non poteſt. ext. de ſent. excom. cap. ſi ſcientia. §. cum verò. ſic nec ordini vt vniuerſo: vnde vniuerſitas, vel collegium, quæ facti ſunt per ſe explicare non poteſt: ſed per mēbra ſua illa explicat, & explicare cogitur. ff. de cond. & demō. l. municipibus. & argum. C. de appa. præf. præto. l. cornicularij. libro. 12. de excuſ. mune. l. maximarum. lib. 10. de aduo. diuer. iuei. l. reſtituendæ. ſic etiam ſentit Inno. de ſenten. excom. Romana. circa fi. & Compoſt. de reſcr. c. eam te. in glo. 1. §. ſed quid ſi canonici. & Accurſius. ff. de iur. cal. l. 2. §. hoc etiam. in ver. plurima per te. & ad hoc adde quod dixi in cap. fratrum. ſuper verbo, ciuitatibus.

l ¶*Ei.*] ſcilicet ordini, vt vniuerſo.

m ¶*Quæ ſunt iuris.*] vt eligere, ſtatuta facere, aliquem in fratrem recipere, & ſimilia. arg. 16. q. vltim. congregatio. extra de elect. nullus. & cap. in Geneſi. & poteſtas acquirendi ea quorum ordo capax eſt. arg. ff. de ſtip. ſer. l. vſfructus, quibus mo. vſuſf. amit. l. ſeruo hereditario.

n ¶*Adhuc licet.*] Quinta pars, & ponit verba declarationis Nicolai tertij, aliàs iiij. contenta in decreta. Exijt. §. porrò. de verborum ſignificat. libro 6.

o ¶*Hi ſunt.*] ſcilicet fratres Minores.

p ¶*Regulę.*] ſcilicet beati Franciſci.

q ¶*Eloquio.*] i. verbo. ff. de dona. l. Aquilius.

r ¶*Roborantur.*] id eſt ſolidantur, vel firmantur.

ſ ¶*Exemplo.*] cuius q dē Chriſti omnis actio noſtra eſt inſtructio. 2. q. 1. Deus omnipotens. extra de ſepul. c. 1.

t ¶*Fundatorumque.*] repete, roborantur exemplo.

u ¶*Apoſtolorum.*] dicuntur igitur Apoſtoli militātis Eccleſiæ fundatores. ſimile de elect. fundamenta. lib. 6.

x ¶*Eius.*] ſcilicet Chriſti, vel militantis Eccleſiæ.

y ¶*Subiunxit dicens.*] hic videre potes quod ſuper ver. his ſequentibus dixi in c. cum inter nonnullos. in verbo, declaramus.

z ¶*Prædictis.*] ſcilicet Nicolai quarti.

a ¶*Intentio.*] ad quā ſemper recurrendū eſt: & ſuperficici literæ eſt præferenda. extra. de p̄ben. cum olim. ff. de cōdi. & demon. l. in conditionibus. de leg. 1. ſi ſeruus plurium. §. fi.

b ¶*Dicta regula.*] ſc. ſancti Franciſci.

c ¶*Euangelico fundetur eloquio.*] id eſt, fundamentum ſuſcipiat ex verbo Euangelico.

d ¶*Roboretur exemplo.*] ſcilicet quo ad omnia in ea cōtenta, vt s̄.

e ¶*Multa.*] de quibus infra ſubijcitur.

f ¶*Nec exemplo.*] ſcilicet facti.

g ¶*Conditor regulæ.*] beatus Franciſcus.

h ¶*Denarium, vel pecuniam.*] de denario, vel pecunia recipiendis ſpecialis per regulā facta fuit interdictio. dicto c. Exijt. §. cæterū in eadem. quia ipſorū receptio naturaliter, vt in pluribus, frequenter quem ad illicitum impellit.

i ¶*Nec firmauerunt exemplo.*] cum & Chriſtus & Apoſtoli habuiſſe loculos, & pecuniam ſint reperti: quod proſequere vt dixi in c. cum inter nonnullos.

k ¶*Interdixit.*] Matthæi 10. cap.

l ¶*Quod tamen.*] ſcilicet pecuniam portare.

m ¶*Dicta teſtantur.*] ſed vbi? Vide quod not. plenè in c. cum inter nonnullos. in glo. ſcripturæ ſacræ.

n ¶*Præterea Auguſtinus.*] expoſitor verborum Chriſti interdicentis Apoſtolis, cum ad prædicandum mitterentur, pecuniam portare.

o ¶*Dicit expreſsè.*] dicto c. Matth. 10. & Tho. ibidē poſt eū.

p ¶*Quod illud.*] ſcilicet pecuniam non portare.

q ¶*Non fuit præceptum.*] id eſt, in vim præcepti iniunctum: quia tunc contrafacere, eſſet peccatum. 4. diſt. §. vlt. ſecus in ijs quæ ſunt de conſilio perfectionis, vt ibi, & 14. q. 1. §. quia ergo, not. extra de æta. & quali. ad aures.

r ¶*Quam.*] ſcilicet poteſtatem recipiendi neceſſaria ab ijs quibus Euangelium prædicabant.

ſ ¶*Seruare Apoſtolis licuit.*] non erat enim magnum ab illis vitæ neceſſaria & temporalia recipere, quibus ſpiritualia miniſtrabant 1. ad Cor. 9. extra de præſcrip. cum ex officij. de offic.

Tēporalia recipiat qui ſpiritualia miniſtrat.

uare. Sed [a] hoc Romanus Pontifex prædeceſſor noſter Nicolaus quo ad principalia tria vota, ſcilicet in obedientia [b] viuere, & ſine proprio, & in caſtitate, ac alia ſi qua Euangelico reperiantur expreſſa, in dicta regula videtur intellexiſſe [c] dicere in declaratione prędicta: quod [d] vtique declarationibus [e] noſtris in nullo obuiat ſupradictis: adhuc non apparet ipſum [f] dixiſſe [g] ſuſtentationem Chriſti & Apoſtolorum eius in ſolo & nudo [h] ſimplici conſiſtere vſu facti: cum quo [i] ad Chriſtum & Apoſtolos nullam præfatus prędeceſſor noſter Nicolaus in ſua declaratione fecerit [k] mētionem: imo ſenſiſſe ſatis videtur expreſsè, quòd ius [l] aliud à proprietate habuiſſe potuerunt: cum de [m] ſola abdicatione proprietatis non iuris [n] alterius in præfata declaratione, quantùm [o] ad ipſos attinet, mentio habetur. Adhud idem Nicolaus prædeceſſor noſter videtur sēſiſſe, quòd Chriſtus & Apoſtoli etiam [p] quo ad proprietattem habuerunt aliquid in communi: cū enim in ſua declaratione prædicta verba de abdicatione proprietatis dixiſſet [q], reſpondens obiectioni tacitę, quæ ſibi de loculis, quos Chriſtus habuiſſe in Euangelio [r] legitur, poterat fieri, ſtatim quæ ſequuntur ſubiunxit: Nec his quiſquā putet obſiſtere quod interdum dicitur Chriſtum loculos [ſ] habuiſſe: nam ſic ipſe Chriſtus, cuius perfecta ſunt [t] opera, in ſuis actibus viam perfectionis exercuit, quòd interdum infirmorum [u] imperfectioni condeſcendens, & viam perfectionis extolleret, & imperfectorum infirmas ſemitas non damnaret: ſic & infirmorum perſonam Chriſtum aſſerit in loculis ſuſcepiſſe: Aliàs impertinens [x] de loculis fuiſſet obiectio, niſi intellexiſſet Chriſtum etiam quo ad proprietatem loculos habuiſſe. Præterea ſi diceretur Chriſtū in loculis habuiſſe tantummodo ſimplicem vſum [y] facti, fruſtra [z] diceretur, quòd in perſona infirmorum ipſos Chriſtus habuit loculos: cum ſecūdùm eum [a] perfectis [b] etiam conueniat habere ſimplicem vſum facti. Et [c] ſi quæratur propter [d] quos infirmos iſtos loculos habuerit? Auguſtinus [e], cuius dictum inſertum eſt [f] in decretis, reſpondet dicens: habebat Dominus loculos à fidelibus oblata conſeruās, & ſuorum neceſſitatibus, & alijs indigētibus tribuebat: vnde [g] conſtat ipsū [h] de ſuis [i] diſcipulis hoc ſenſiſſe. Nec hoc, ſcilicet in cōmuni & quo ad proprietatem aliqua habere, derogat, iuxtà dictùm Gregorij noni prædicti, altiſſimę [k] paupertati, qui in quadam ſua decretali [l] dicit expreſsè fratres Prædicatores [m], & Minores in altiſſima paupertate Chriſto pauperi famulari: & tamen conſtat ipſos Prædicatores habere in cōmuni etiam quo ad proprietatem aliqua [n], quod [o] eorum [p] regulæ & ſtatui non [q] repugnat. Hoc etiam [r] Ale-

offic.ord.cap.ſi epiſcopus.lib.6.13.q.1.§.his ita.

a ¶*Sed hoc.*]ſcilicet quòd regula eorum Euangelico fundetur eloquio, & fide Chriſti & Apoſtolorum roboretur exemplo, quòd ſine proprio ſpeciali vel communi habeant eſſe fratres: vt fuerat Chriſtus & Apoſtoli. Hic autem ſume literam, videtur intellexiſſe dicere, quæ eſt infra.

b ¶*Obedientia.*] quæ dicitur melior quàm victima. extra de maiori. & obe.cap.illud.& quę ſit ratio, exprimitur ſupra c. quorundā.§.pen.

c ¶*Intellexiſſe dicere.*] ſubaudi non autem ꝓhibuiſſe vſum etiam cū iure vtendi.& hoc latiꝰ infra patebit.

d ¶*Quod vtique.*] ſic ipſum intellexiſſe.

e ¶ *Declarationibus noſtris.*] ſcilicet factis in conſtitutionibus, Ad conditorem, & cum inter nonnullos. cum in eis non dicatur quin carere proprio, & ſub obedientia, & in caſtitate viuere debeant, & quin quo ad Euangelica in regula expreſſa, ipſa regula Euangelica dicatur.

f ¶*Ipſum.*]ſcilicet Nicolaum quartum.

g ¶*Dixiſſe.*]ſcilicet in ſua declaratione.

h ¶*Nudo.*] id eſt, depurato, & denudato ab oī ꝓprietate & dn̄io, & ab omni iure vtendi.

i ¶*Quo ad Xp̄m, &c.*] licet quo ad fratres de tali vſu expreſſerit.

k ¶*Fecerit mentionē.*] hic videre potes quod dixi s̄.eod.§.proxi.circa prin.in gl. vnde falſo.

l ¶*Ius aliud.*] ſaltem perſonale vel perſonæ cohærens.

m ¶*De ſola abdicatione proprietatis.*]de ipſa ſola mentionē faciēdo ꝑ modū abdicationis aliud ius abdicaſſe ī dubio nō videt̄ ſenſiſſe.ar. ff.d̄ fun.iſt.l. q̄ſitū.§.idē reſpondit domo. & l. cum de lanionis. §. cū fundi.in lib.feu.de feu. cog.l.1.in fine.

n ¶*Non iuris alterius.*]ſcilicet vtendi.

o ¶*Quantùm ad ipſos.*]ſcilicet Chriſtum, & Apoſtolos.

p ¶*Etiam quo ad proprietatem.*] quaſi dicat nedum quo ad ius vtendi.

q ¶*Dixiſſet.*]dicto c.Exijt.§. porrò.

r ¶*In Euangelio legitur.*] 10.12.& 13.cap.& 12.q.1.cap.habebat Dominus.

ſ ¶*Loculos.*] hoc verbum expone vt dixi in c. cum inter nō nullos.in glo.ſcripturæ ſacræ.

t ¶*Perfecta ſunt opera.*] ipſe enim opus imperfectionis non nouit.

u ¶*Infirmorum.*]ratione imperfectionis.

x ¶*Impertinens.*]hic nihil curo dicere: quia ſatis dixi etiam ante publicationem huius conſtitutionis in cap.cum inter nō nullos.in glo quæ incipit, mirabile.ibi videas.

y ¶*Vſum facti.*]abſque alio iure proprietatis.

z ¶*Fruſtra diceretur.*] &ſic quo ad hoc ſua declaratio fuiſſet inanis, fruſtratoria, & vacuá; quod non eſt cenſendum; quia in conſtitutione verba appoſita non debent eſſe ſuperflua.C.de nouo cod.compo.circa medium.19.diſt. ſi Romanorum. nec fruſtratoria.ff.de legat.1.l. ſi quando. imo debent aliquid operari.ff.de vſur.ſi ſtipulatus. extr. de maio. & obed. ſolitæ.de priui.cap.ſi Papa.lib.6.de conceſ.præbend.cap. cum ei quem.Clemen.5.

a ¶*Secundùm eum.*] ſcilicet Chriſtum: vel dic eum ſcilicet Nicolaum iiij.

b ¶*Perfectis etiam.*] quaſi dicat nedum ratione imperfectiōis infirmis.

c ¶*Et ſi quæratur.*] fortè per volētem diligenter cuncta rimari & perfectè intelligere id quod legitur.ar.in corpore authen.de quęſto. §.penult.coll.6. & in c. quia nonnumquam. §. nos autem.

d ¶*Propter quos.*] id eſt, quorum contemplatione & intuitu.

e ¶*Auguſtinus.*] Eccleſię doctor egregius, & confeſſor eximius. extra de reliquijs. cap. glorioſus.lib.6.

f ¶*Inſertum eſt in decretis.*] 12.quæſtio.1. cap.habebat Dominus. hanc auctoritatem Auguſtini expone, & ſuper ea dic vt plenè not. in cap. cum inter nonnullos.in glo.ſcripturę ſacræ.vltra mediū eiuſdem gloſſæ.

g ¶*Vnde.*] ſcilicet qa Dominus loculos habebat oblata conſeruās & ſuorum, &c.

h ¶*Ipſum.*] ſcilicet Chriſtum.

i ¶*De ſuis diſcipulis.*] illi appellatione ſuorum, de quibus præmiſerat non immeritò cōprehenduntur: vt pote per eum ſine fraude & fictione recepti, & ſui familiares, & domeſtici commenſales. argu. extra de verbo. ſignifi. cap.ſicut.de priuil. cap. licet.de ſenten. excom. quicunque, lib.6.ratione enim ſeruitij dicebantur ſui. C. in qui. cauſ.col.cenſi. l. 2. lib. 12. & ibi not. Alibi autem alio reſpectu ſui dicuntur, contra quos quis teſtimonium ferre non cogitur.C.ad Turpi.l.ſi fœmina.& ibi not.per Gar.dicto cap.quicunque. & ad hoc facit extra de teſti.cap.de cætero.

Suorum appellatione quę continentur.

k ¶*Altiſſimæ paupertati.*] cum nec videātur derogare perfectioni; quia ſine ius impedimento poſſuut in communi aliqua poſſideri. 12.q.1.c.expedit.

l ¶*Decretali.*]extrauaganti.

m ¶*Prædicatores.*] Nota prædicatores præmitti: quia primò proceſſit eorum inſtitutio. ſimile extra de exceſ. præl.c.1. de reli.do.c.1.de deci.c.1.in ſupraſcriptione.lib.6.

n ¶*Aliqua.*] puta horrea, cellaria pro grano, & vino recolligendis.

o ¶*Quod.*]ſcilicet habere aliqua in communi.

p ¶*Eorum.*] ſcilicet Prædicatorum.

q ¶*Non repugnat.*] cum ipſorum regula habere eis talia nō interdicat.

r ¶*Hoc etiam.*] ſcilicet quòd habere aliqua in communi etiā quo ad proprietatem non derogat paupertati.

xander [a] prædeceſſor noſter præfatus in condemnatione libelli [b] contra ſtatum prædicatorum & Minorũ editi, videt̃ ſenſiſſe, in [c] qua aliquando de dictis [d] fratribus quæ ſequuntur ſubiũxit: cũ inſuper reſpõdet, quòd ijdẽ fratres [e] omnia propter [f] Deum dereliquerint, exilia [g] vitæ ſubſidia mendicantes, Chriſtumque imitentur pauperem [h], perfectionem [i] Euangelicam amplexando, propter [k] quod euidenter apparet eos [l], non ſolùm in ſtatu ſaluandorum [m] exiſtere, ſed [n] etiam perfectorum, & per ſuæ religionis obſeruantiam [o], quę quidem ipſius perfectionis Euangelicæ tenet [p] formam, in æternæ retributionis præmio præcellentem [q] gloriam promereri: vbi [r] quidem expreſsè dicit, Prædicatores Chriſtum pauperem imitari [s], ipſoſque perfectionem Euangelicã amplexari [t], & in ſtatu exiſtere perfectorum: quodque ipſorũ religionis obſeruantia perfectionis Euangelicæ tenet formã: & tamen conſtat ipſos [u] habere poſſe etiã [x] quo ad proprietatem aliqua [y] iuxta eorum regulam in cõmuni. Nec obſtat [z] quòd dicunt Innocentiũ (aliàs Cæleſtinum) v. prædeceſſorẽ noſtrum dixiſſe, altam paupertatem eſſe habere pauca [a] propria propter Deum: altiorem quæ nulla [b] habet propria, tamen habet in [c] communi: altiſſimam, quæ nihil habet in hoc mundo, nec in proprio, nec in communi: dicimus quidem quòd hoc dixerit, non vt Papa [d], ſed vt frater [e] Petrus de Tarantaſia in quadam poſtilla ſua: quare [f] dicta præmiſſorum ſummorum Pontificũ [g] ſunt ei [h] meritò pręferenda [i]. Dicunt etiam, quòd Apoſtolus de tali altiſſima [k] loquitur paupertate dicens [l], & altiſſima paupertas eorum abundauit in diuitias ſimplicitatis eorum: quod euidenter eſt falſum [m]: quia ibi loquitur de paupertate Macedonum, qui [n] etiam [o] in ſpeciali bona temporalia obtinebant [p], de [q] quibus Apoſtolus [r] aſſerit, quòd ſupra [s] vires ſuas miſerant eleemoſynas ſanctis. ¶Quod [t] autem dicitur in declaratione Nicolai prædeceſſoris noſtri contineri [u], quòd fratres Minores in rebus quæ eis obueniunt, habent tantùm ſimplicem vſum facti: dicimus, quòd ſi ipſe intellexerit ſimplicem vſum facti denudatum omni [x] iure, ita quòd fratres ipſi, ſeu ordo nullum ius [y] habeant vtẽdi, hoc eſt expreſsè contra declarationem Gregorij, Innocẽtij, Alexandri ſummorum Pontificum prædictorum, quibus

a ¶*Alexander.*] ſcilicet quartus cuius confirmationem dicti detractores pro ſe inducebant, vt ſ. in parte 2.

b ¶*Libelli.*] ideſt facta de libello ſubuerſiuo, vel detractorio quantum in ſe erat ordinum Prædicatorum & Minorum. Et quæ ſit pœna contra proponentem libellum diffamatorium alterius, vide qđ legitur C. de famo. libel. l. 1. ff. de iniu. l. lex Cor. §. ſiqs librũ. & 5. q. 1. c. quidã.

c ¶*In qua.*] ſcilicet cõdemnatione.

d ¶*De dictis fratribus*] ſcilicet Prædicatoribus & Minoribus.

e ¶*Iidem fratres.*] ſcilicet Minores & Prædicatores.

f ¶*Propter Deum dereliquerint.*] ſic fecerunt Apoſtoli, vt in Euangelio legitur, Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te, &c.

g ¶*Exilia.*] ideſt tenuia, & pauperrima: ſicut vulgariter dici conſueuit, ꝙ frequẽter aliqua eccleſia, vel dignitas habet prouent⁹ pauperes, & exiles. meritò aũt ſic dicunt̃ exilia: quia eiſdem fratribus per quæſtum publicum tribuere victum ſolet incerta mendicitas. extra de relig. domi. c. 1. §. confirmatos. C. de mendican. vali. l. 1. lib. 10.

h ¶*Pauperem.*] id eſt, ĩ paupertate viuere volentem.

i ¶*Perfectionem Euangelicam.*] iuxta quã ſaltem de conſilio omnia abdicanda ſunt, vt in Euangelio legitur, Si vis pfectus eſſe, vende omnia quæ habes, & da pauperibus. 14. q. 1. §. 1. not. extra de æta. & quali. ad aures.

k ¶*Propter quod.*] ſcilicet quòd Chriſtum dicuntur imitari, & perfectionem Euangelicam amplexari.

l ¶*Eos.*] ſcilicet Fratres Prędicatores.

m ¶*In ſtatu ſaluandorum.*] per hoc quòd reliquerunt omnia propter Deum.

n ¶*Sed etiam perfectorum.*] in hoc ſcilicet quòd Chriſtum imitantes perfectionem Euangelicam amplexantur.

o ¶*Obſeruantiam.*] de ſe multum meritoriam exiſtentem, vt in c. quorundam. §. penult.

p ¶*Tenet formam.*] in reliquendo omnia propter Deum.

q ¶*Præcellentem gloriam.*] ſc. vitæ æternæ: iuxta verbũ Euãgelij, Centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit.

r ¶*Vbi quidem.*] ſcilicet in dicti libelli condemnatione.

ſ ¶*Imitari.*] Volendo in paupertate viuere.

t ¶*Amplexari.*] in relinquendo omnia propter Deum.

u ¶*Ipſos.*] ſcilicet Prædicatores.

x ¶*Etiam quo ad proprietatẽ.*] quaſi dicat, nedũ quoad vſũ.

y ¶*Aliqua.*] expone hic vt ſupra.

z ¶*Nec obſtat.*] ſcilicet prædictis, quòd habere aliqua in cõmuni non obuiat altiſſimæ paupertati.

a ¶*Pauca propria.*] fortè ad vitæ ſuſtentationem. arg. 47. diſ. cap. ſicut hi.

b ¶*Nulla habet propria.*] ſcilicet in ſingulari.

c ¶*In communi.*] ideo in illis magiſtraliter dici potuit eſſe altiorem paupertatẽ quàm in proprijs: quia illa verè dici non poſſunt propria. arg. ff. de ver. ſig. l. pupillus. §. vl. 47. diſt. c. ſicut hi. & quia in illis non cõpetit ſic plena diſpoſitio ſicut in proprijs. ff. cõi. diui. l. Sabinus. iuncta l. in re mandata. C. mandati. & in illis naturali vitio euenit negligi quod cõiter poſſidetur.

Poſſeſſa cõmuniter negligũtur frequenter.

C. quando & quibus quarta pars. l. 2. lib. 10. Et per eandem viã loquendi magiſtraliter vel argumentaliter potuit moueri Innocentius iſte ad dicendum, ꝙ altiſſima ſit paupertas nihil habere velle etiam in cõi propter abdicationem omnimodã ſollicitudinis temporalium: quæ vix ſine peccato ſaltẽ veniali exerceri poteſt. 26. diſt. æqualis.

d ¶*Non vt Papa.*] tãquã Papa eñ multa potuiſſet declarãdo nedũ fidei articulũ: imo & nouũ 1 articulũ inducẽdo, qđ intellige vt diximus in ca. cum inter nonnullos. in verbo, declaramus.

1 Vide oĩo B.Thomam 2.2.q.2.art.10.

e ¶*Sed vt frater Petrus.*] & ſic vt priuatus, vel vt magiſter non potens conſtitutionẽ gñalem inducere: cũ hoc facere ſolũ ſpectet ad principẽ. C. de leg. l. 1. Sic aliàs eſt reperire ꝙ quis Papa exiſtens, aliqua profert non tanquã Papa, ſed vt magiſter: & tñ eius dictis tã quã magiſtri nõ ſtatur. extra de reſti. ſpol c. literas. §. nos aũt. cũ ibi no. Nec interlocutorię eius ſine cauſæ cognitione prolatæ in certo negotio ſtatur in alio, cum nõ vt in princeps eã ſic tuliſſe videat̃. C. de leg. l. 3. §. vlt. & aliàs reperit̃ ꝙ aliqs non vt ipſe, ſed vt aliqs aliqua facit. ff. de adop. l. ſi pater. §. q duos. ſol. matri. l. ſi verò negotiũ. §. j. ad ſenatuſc. Syllan. l. ſi ſequẽs. in fi. C. đ adm. tu. l. cũ quędã. cũ ſimilib⁹.

f ¶*Quare.*] ſc. quia illa dixit nõ vt Papa, ſed vt frater Petrus.

g ¶*Summorum Pontificũ.*] ſc. Nicolai iiij. ſ. in verſu, adhuc idẽ. & Gregor. ſ. in verſu, nec hoc ſcilicet. & Alexandri ſupra in verb. hoc etiam.

h ¶*Ei.*] ſcilicet Innocentio, qui prædicta non vt Papa, ſed vt priuatus dixit.

i ¶*Præferenda.*] vtpote auctorizabilia, & ab omnibus obſeruanda. 11. diſt. nolite. extra de conſt. c. 1. C. de leg. l. leges vt generales. cum vt dixi ſine impedimento perfectionis poſſint in communi aliqua poſſideri. 12. q. 1. expedit.

k ¶*De tali altiſſima.*] ſcilicet quia nihil habet in proprio, vel communi.

l ¶*Dicens.*] 2. ad Corint. 8. cap.

m ¶*Eſt falſum.*] ſcilicet ꝙ Apoſtolus dicta verba protulit loquendo de paupertate Chriſti, & Apoſtolorum.

n ¶*Qui.*] ſcilicet Macedones.

o ¶*Etiam in ſpeciali.*] quaſi dicat, nedum in communi.

p ¶*Obtinebant.*] aliàs eleemoſynas de quibus ſequitur facere minimè potuiſſent: vt planè dixi in c. cum inter nonnullos. in glo. ſcripturæ ſacræ. circa finem.

q ¶*De quibus*] ſcilicet Macedonibus.

r ¶*Apoſtolus aſſerit.*] dicto c. 2. ad Corint. 8.

ſ ¶*Supra vires ſuas.*] id eſt, ſupra quàm commodè pati poſſet valor facultatum ſuarum. arg. ff. de iure do. l. ſiue generalis. de reli. l. at ſi quis. §. æquum. vbi pupil. educ. debe. l. in alimentorum. §. 1. C. de reſcin. ven. l. quiſquis. vbi verba ſimilia ſic exponi conſueuerunt.

t ¶*Quod autem dicitur*] Sexta pars.

u ¶*Contineri.*] dicto c. Exijt. §. porrò.

x ¶*Omni iure.*] ſaltem perſonali, vel perſonę cohęrenti.

y ¶*Nullum ius.*] etiam perſonale.

a ¶*Contine-*

expreſsè quòd talium bonorum ordo vſum habeat, continetur [a]: quod de vſu iuris eſt intelligendum neceſſariò, vt ſuperius eſt [b] probatum. Adhuc dicimus, quòd eſt cum hoc impoſſibile, ſcilicet vſum facti ſimplicem abſque iure aliquo (quod nihil aliud quàm ipſum vti propriè poteſt dici) poſſe in re aliqua etiam vſu nõ conſumptibili ab aliquo obtineri, prout in decretali, Ad conditorem canonum, eſt probatum, & † Auguſtinus in lib. xj. de actu, tenet expreſsè. Præterea ſi ſimpliciter vſus denudatus ab omni iure haberi poſſet ab aliquo, conſtat, quòd actus vtendi huiuſmodi eſſet reputandus non iuſtus [c], cum ille vſus fuerit cui ius non competebat vtendi: vſus autem non iuſtus ad perfectionis ſtatum nequaquam pertinet, nec perfectioni aliquid adijcit, ſed ſibi repugnare potius noſcitur [d] manifeſtè. Quòd autem vſum talem non iuſtum conditor canonis fratribus ipſis intellexerit reſeruare, probabile [e] non videtur: imo quòd de iuſto intellexerit ex eo poteſt euidentius apparere, quòd in eadem ordinatione adijcit, quòd illarum rerum duntaxat in ſe, & etiam Roman. Eccleſ. recipiebat dominum, quarum vſum facti liceręt [f] habere fratribus, ſeu ordini antedictis: ſubiungens, quòd non rerum [g] omnium vſum habere debeat fratres ipſi. Quantùm autem ad vſum facti ſimplicem abſque omni iure vtendi attinet, nulla [h] rerum poteſt cenſeri differentia quo ad fratres: ſic enim vti de facto poſſunt prohibitis [i] vt permiſsis [k]. Ex quo ſequitur quòd vſus facti, de quo ordinatio loquitur, de tali intelligi [l] debeat, qui iuſtus ſit, & pro quo cõpetat ius vtendi; & ipſe videtur cõditor canonis ex eo etiam ſenſiſſe, quòd in eadẽ ordinatione ſubiunxerit [m], quòd moderatus vſus in expenſis prius rebus ipſis fratribus eſt cõceſſus. ¶Rurſus [n] impugnatores [o] cõſtitutionum huiuſmodi aſſerere publicè [p] perhibẽtur, quòd libellum & dicta magiſtrorum aſſerentium dictam [q] paupertatẽ & vitam dictorũ fratrum [r] non eſſe Euangelicam, & Apoſtolicam, ſummi Pontifices damnauerũt [ſ], diſtrictius per Apoſtolicas literas inhibẽtes [t], ne quiſquam præmiſſa [u], vel aliquid præmiſſorum contumaciter aſtruere [x] ſeu quomodolibet præſumeret defenſare [y]: ſtatuẽtes, quòd præſumens cõtrarium tamquam contumax Eccleſiæ Romanæ rebellis [z], ac vt hereticus [a] haberetur. Ad quod [b] dicimus aſſertionẽ [c] huiuſmodi falſam eſſe: non enim continetur in ſñia ſupradicta, quòd contrafaciens vt hæreticus haberetur: quæ quidẽ quo ad hoc continet [d] quæ ſequũtur: Nos enim nihilominus auctoritate præſentium diſtrictius inhibemus, ne quiſquam præmiſſa, vel aliquod pręmiſſorum pertinaciter [e] aſſerere, vel quomodolibet defenſare præſumat: quicunque verò hoc [f] præſumpſerit, tamquam contumax, & Eccleſiæ Romanæ rebellis ab omnibus fidelibus habeatur: non fuit adiectum, quòd vt [g] hæreticus † haberetur, vt patet in ſerie ſententiæ [h] condemnationis prædictæ. ¶Rurſus [i] aſſeruiſſe dicuntur publicè [k] huiuſmodi aſſertores, quòd abdicatio [l] iuris in cuiuſcun-

Iudiciũ integrum dicitur qđ plurimorũ ſentẽtijs comprobatur.

a ¶*Continetur.*] vnde illorum plurium videtur ſuper hoc iudicium præferendum, vel ſaltem iuxta illud Nicolai iiij. dictum fore intelligendum, conſueuit enim eſſe integrum iudicium quod plurimorũ ſententijs comprobatur. & quòd à pluribus quæritur, facilius inuenitur. 20. diſt. à quibus. & per ampliores homines perfectiſſima veritas reuelatur. C. de fideic. l. vlt. de inge. manumiſ. l. 3. & maximè per ea quę ĵ. ſubijciuntur, ſcilicet quòd ordo vſum habeat.

b ¶*Eſt probatum.*] ſ. in §. quod autẽ ſubſequenter. in decr. Ad conditorem canonum. vbi de hoc ſatis dixi. quare hic non repeto.

c ¶*Non iuſtus.*] qualiter hoc per iura probetur, vide quod not. in c. cum inter nonnullos. in glo. ſed vnde.

† Al. ita: & Auguſtinus de doctrina Chriſtiana, tenet, &c.

d ¶*Noſcitur manifeſtè.*] & hoc probatur vt dixi in cap. ad conditorem. in §. licet autem in rebus. in ver. præterea ſi ſimplex.

e ¶*Probabile non videtur.*] videas hic quod latè dixi dicto capit. Ad conditorem. in verbo æſtimare.

f ¶*Liceret.*] id eſt, licitum eſſet: per hoc excludens vſum iniuſtũ. arg. 14. q. 4. c. quid dicã. 23. q. 7. cap. 1. ff. de condi. & demon. l. filius. & dixi dicto cap. Ad conditorem §. licet.

g ¶*Non rerum omnium.*] puta pecuniæ.

h ¶*Nulla rerum.*] in quibus licet, vel non licet habere fratribꝰ ipſis

i ¶*Prohibitis.*] vt pecunia.

k ¶*Vt permiſsis.*] in quibus cenſeretur vſus non iuſtus, ex quo eſſet abſq; omni iure vtẽdi.

l ¶*Intelligi debeat.*] ſed qualiter hoc, vide quod dixi dicto cap. Ad conditorem. §. licet. circa fin. in glo, ſi quæras quare hoc.

m ¶*Subiunxerit.*] & hic etiam vides quod ibidẽ poſt dictã gl. dixi.

n ¶*Rurſus.*] 7. pars.

o ¶*Impugnatores.*] ſcilicet dictarum cõſtitutionum, Ad conditorem. & cum inter nõnullos.

Publica delicta ſũt occultis grauiora.

p ¶*Publicè.*] in hoc deterius committebant quam ſi occultè aſſereret, propter maioris mali excẽpli perniciem. 11. q. 3. præcipuè. & arg. extra de exceſ. præla. quàm ſit. & quia rationibus & auctoritatibus defendere ſe nituntur. 32. q. 4. c. nemo. vbi dicitur ꝙ tolerabilior eſt culpa ſi lateat, quàm ſi culpæ vſurpetur auctoritas: & ibidem hoc notatur.

q ¶*Dictam paupertatem.*] ſcilicet arctiſſimam.

r ¶*Fratrum.*] ſcilicet Minorum.

ſ ¶*Damnauerunt.*] non ſine periculo aſſeruntur, falsò tamen dicti ſummi Pontifices hoc damnaſſe. ſi enim verum eſſet, pro damnato habet haberi quod ipſi damnaſſent. 11. diſtin. cap. hoc veſtræ. & c. ſeq. C. de ſum. tri. l. 1. cum ſimi.

t ¶*Inhibentes.*] tali inhibitioni, ſi facta fuiſſet, obtemperari debuiſſet. 4. diſt. denique. 11. q. 3. qui reſiſtit. extra de maio. & obed. ſi quis. ff. de reg. iu. l. non videtur dolo. §. qui iuſſu.

u ¶*Præmiſſa.*] ſcilicet dictam paupertatem, & vitam fratrum non eſſe Euangelicam, & Apoſtolicam.

x ¶*Aſtruere.*] id eſt, affirmare. ſimile extra de cauſa poſ. cum Eccleſia. §. nos. igitur.

y ¶*Defenſare.*] ſi per dictos ſummos Pontifices præmiſſa fuiſſent damnata, & inhibita, ex tunc ipſa defendentes damnabiliores cæteris forent cenſendi. 24. q. vlt. qui aliorum.

z ¶*Eccleſiæ Romanæ rebellis.*] cuius pœna magna eſt, vt colligitur 11. q. 3. qui reſiſtit. extra qui fil. ſint legi. per venerabilem. & c. penul. & dicetur latius ĵ. eod. cap. in fine.

a ¶*Hæreticus haberetur.*] hic videre potes quod dixi in cap. cum inter nonnullos.

b ¶*Ad quod dicimus.*] hic incipit impugnare conſtitutionem per impugnatores aſſertam.

c ¶*Aſſertionem huiuſmodi falſam eſſe.*] vnde ſic allegantes viderentur falſi criminis ſe reos feciſſe: vt dixi ſupra in §. quod autem ſubſequenter. in gloſ. vnde falsò.

d ¶*Continet quæ ſequuntur.*] ponit tenorem ſententiæ, vt per eius recitationem aperiat aſſertionem prędictam fore falſam.

e ¶*Pertinaciter.*] hic poſſes recitare quæ dixi in cap. cum inter nõnullos. in verbo, pertinaciter.

f ¶*Hoc pręſumpſerit.*] ſcilicet prædicta, vel aliquod de præmiſſis pertinaciter aſſerere.

g ¶*Vt hęreticus haberetur.*] patet hic manifeſtè, quòd non omnis contumax vel rebellis Eccleſiæ Romanæ hæreticus eſt cenſendus. Super hoc autem vide quod legitur & not. 19. diſtin. cap. nulli fas. & 35. q. 5. violatores. & per Gar. extra de electio. capit. generali. lib. 6.

Eccleſię Romanæ rebellis non ſemper eſt hæreticus.

† Not. textũ bene, & qs dicatur hæreticus. vide glo. cle. 1. de vſu. c. hęreticus. 24. q. 3. & Io. de turrecre. lib. 4. par. 1. ca. 2. Fonta.

h ¶*Sententię.*] licet autem præmiſſa aſſerens vel aliquod præmiſſorum ſecundùm ſeriem ſententiæ contumax dicatur & rebellis: hoc de illo forte habet intelligi, qui dictam paupertatem, & vitam fratrum in nihilum fore Euangelicam, & Apoſtolicam diceret: non autem qui diceret eam in omnibus non eſſe talem: cum nec in omnibus talis fuerit, vt ſuprà in §. quod autem ſubſequenter. ver. adhuc licet declaratio.

i ¶*Rurſus aſſeruiſſe.*] Octaua pars.

k ¶*Publicè.*] hic dicere potes quod not. ſupra proxi. §. in ſimili verbo, publicè.

l ¶*Abdicatio iuris.*] hoc verbum, ſecundùm intentionem iſtorum aſſertorum habet exponi etiam perſonalis, vel perſonæ cohęrentis.

a ¶*Cuiuſcun-*

que [a] rei proprietate & in vſu eius eſt [b] ſancta & meritoria propter Deum, & à Chriſto in ſeipſo ſeruata [c], Apoſtolis impoſita, & ab ipſis ſub voto aſſumpta: nec propter hoc vſus facti ad ſuſtentationem naturæ in Chriſto & Apoſtolis conuincitur eſſe non [d] iuſtus, ſed tanto iuſtior atque perfectior & Deo [e] acceptior, & mundo exemplatior, quanto plenius renuntiatũ fuerit omni iuri, per quod poteſt ſic vtens pro vſu huiuſmodi quomodolibet contendere, vel in iudicio litigare. Quæ quidem aſſertio continet multa [f] falſa: cum neque Chriſtum expropriationem [g] prædictam omnis iuris in cuiuſcunque rei proprietate, & in eius vſu in ſe ſeruaſſe, nec eam impoſuiſſe Apoſtolis, neque ſub voto ab ipſis fuiſſe receptam Euangelica, ſeu Apoſtolica doceat [h] hiſtoria: ſed contrarium euidẽtius manifeſtat [i]. ¶Quod autem in prædicta aſſertione adijcitur, quòd per abdicationem iuris [k] prædicti, videlicet proprietatis, is vſus facti ad ſuſtẽtationem [l] naturæ in Chriſto & Apoſtolis non conuincitur eſſe non iuſtus, ſed tanto iuſtior, & cætera: impoſſibilitatem [m] includit & errorem [n] dictum huiuſmodi euidenter. Impoſſibile [o] enim eſt actum humanum extrinſecum eſſe iuſtum, ſi exercens actum ipſum nullum ius habeat illud exercendi: imo non iuſtus ſeu iniuſtus neceſſariò [p] conuincitur talis vſus. Item [q] eſt abſurdum & erroneũ, quòd actus alicuius non habentis ius actum huiuſmodi faciendi ſit iuſtior & Deo [r] acceptior, quàm habentis, cum concludat actum [ſ] iniuſtum iuſtiorem & Deo acceptiorem exiſtere, quàm [t] ſit iuſtus. ¶Ex [u] præmiſsis autem inferre nituntur [x], (vt fertur) quòd prædictorum ſummorũ Põtificum diffinitio, quam diffinierunt de paupertate Chriſti & Apoſtolorum, ac fratrum Minorum prædictorum regula, (prout ſuperius expreſſerunt [y]) per nos nõ potuit mutari: proculdubio falſa aſſerũt dicẽdo prædeceſſores noſtros diffiniuiſſe talia, vt ſuperius eſt probatum [z]: & adhuc ſic loquentes dum [a] per talia conſtitutiones [b] noſtras impugnare ſatagunt, conſtitutiones illas [c], quibus ſe adiuuant, oſtendunt (ſi eorum falſæ aſſertiones veræ [d] exiſterent) fore inualidas, erroneas, & infirmas. Si enim nobis non licuit contra conſtitutionem [e] Nicolai quarti prædeceſſoris noſtri, in qua ſe fundant, præcipuè aliquid [f] ſtatuere commune, nec ſibi [g] licuit cõtra [h] ſtatuta Gregorij, Innocentij, & Alexandri prædictorum ſtatuere, aut aliquid declarare, quod tamen ipſum [i] feciſſe [k] (ſecundùm eorum aſſertionem) noſcitur [l] euidenter. Cum enim illi [m] declarauerint, quòd ordo Minorum habet vſum earum rerum quas licet [n] eis habere, quod [o] ad vſum iuris eſt referendum neceſſariò, vt ſuperius eſt probatum [p], ipſe [q] verò ſecundùm [r] ipſos ſtatuit, quòd nec ordo, nec fratres ius vtendi habeant, ſed tantummodo ſimplicem vſum [ſ] facti: & inſuper

a ¶*Cuiuſcunque rei.*] etiam vſu conſumptibilis ſecundùm iſtos, cum dicat, cuiuſcunque.

b ¶*Eſt ſancta.*] pro talibus aſſertoribus facit conſtitutio Nicolai tertij, Exijt. §. porrò. ſed illa non ſic debet intelligi, vt patet in decret. Ad conditorem. & ĩ. dicetur.

c ¶*Seruata.*] hoc de Chriſto & Apoſtolis ex ſenſu proprio, abſque auctoritate aliqua ſacræ ſcripturæ moti ſunt ad dicendum, vt infra ſequitur.

d ¶*Eſſe non iuſtus.*] & hoc etiam malè dicebant, vt infra patebit.

e ¶*Deo acceptior.*] prout talibus aſſertoribus. viſum eſt: ſed deſipiunt vt infra colligitur.

f ¶*Multa falſa.*] propter quæ in cæteris nihil, vel ſaltem minus auctoritatis remanere videtur. arg. 16. diſtin. canones. 3. quæſtio. 9. ca. pura. de conſec. diſt. 3. non liceat. 9. diſtin. cap. ſi ad ſcripturas. ff. de ædil. edic. l. cum eiuſdem & de hoc no. C. đ trãſa. l. ſi ex falſis. & plenius per Hoſtien. extra de fide inſtrum. ex literis. & per Inno. de hæret. fraternitatis.

g ¶*Expropriationem.*] ideſt, abdicationem.

h ¶*Doceat hiſtoria.*] vnde erubeſcere debẽt tales loquentes ſuper hoc abſque ſcripturæ auctoritate. in corpore authent. de trien. & ſemiſ. §. conſideremus. colla. 3. vnde ſi illi in dicendo hoc aſſerant reperiri in ſcriptura ſacra, non procul erunt à pœna criminis falſi, vt dixi ſupra in gloſ. vnde falsò.

i ¶*Manifeſtat.*] ſuper hoc vide quod notaui in cap. cum inter nonnullos. in gloſſa ſcripturæ ſacræ.

k ¶*Iuris prædicti.*] ſcilicet perſonalis etiam, vel perſonæ cohærẽtis.

l ¶*Suſtentationẽ.*] q̃ à ſe nulla ꝓfeſſio põt excludere, vt in c. Exijt. §. porrò. ver. ne autem.

Impoſſibilitas non eſt tolerabilis in iure.

m ¶*Impoſſibilitatem includit.*] quæ tolerabilis non eſt in iure, arg. ff. de act. & obl. non ſolùm. in fi. inſti. de inuti. ſtip. circa prin. 4. diſt. ca. erit autem lex.

n ¶*Et errorem.*] ex hoc tale dictum damnabile eſt de iure. arg. C. de caſtrẽ. pec. mili. l. errat. lib. 12. C. de diuerſis reſcrip. l. falsò. de pac. l. ſi pacto. de iudic. c. 1.

Impoſſibilitas iuris & naturæ æquparantur.

o ¶*Impoſſibile enim eſt.*] ſcilicet de iure, cuius impoſſibilitas & naturæ æquiparari conſueuerunt. ff. de condi. inſti. l. conditiones. & l. filius. quæ ſententiæ ſine appellatione reſcindantur. l. vlt. & ibi not. & arg. extra de iureiurand. c. contingit. lib. 6. 22. q. 4. inter cætera.

p ¶*Neceſſariò conuincitur.*] qualiter hoc per iura probetur euidenter, vide quod dixi in cap. cum inter nonnullos. in gl. ſed vnde.

q ¶*Item eſt abſurdum.*] collige per hoc bonum fore modũ argumentandi per reductionem abſurditatum. arg. extra, de excep. cum inter. & de præben. dudum. §. nos igitur. lib. 6. ff. ſolut. matri. l. diuortio.

r ¶*Et Deo acceptior*] iſtud enim nullo modo poteſt eſſe: omnis enim vſus ſine iure vtendi ſubſiſtens iniuſtus & iniurioſus eſt, vt probaui plenè in c. cum inter. in glo. ſed vnde. quare de tali iniuſto vſu nihil Deo acceptum offerri poteſt. 14. q. 5. c. 1. & in multis c. ſeq. 1. q. 1. non eſt putanda. extra. de deci. ex tranſmiſſa. & arg. ff. pro ſocio. l. cum duobus. §. ſocium vniuerſa. aliàs eſt in l. ſi fratres.

ſ ¶*Actum iniuſtum.*] qualis eſt quicunque ſine iure vtendi exiſtens, vt prædixi.

t ¶*Quàm ſit iuſtus.*] hoc autem nullatenus dici nec eſſe poteſt: omnis enim actus iniuſti Deꝰ aſpernator eſt: & ideo Cain munera non reſpexit. 14. q. 5. ca. ſcriptum eſt. aliàs ſequeretur, ꝙ quis malè faciendo, vel peruersè viuendo, ſuam conditionem meliorem faceret, contra iura. ff. de fur. l. infitiando. §. infans. & melioris eſſet conditionis ſtultus quàm peritus, cõtra. l. Seruius. ff. quod vi aut clam. extra de præben. cum qui. libr. ſexto.

Stultus nõ debet eſſe melioris cõditiõis quã peritus.

u ¶*Ex præmiſsis.*] 9. pars.

x ¶*Nituntur.*] ſcilicet dicti doctores.

y ¶*Expreſſerunt.*] vt ſuprà in parte 2. & ſequentibus duabus colligitur.

z ¶*Eſt probatum.*] ſuprà in §. quod autem ſubſequenter.

a ¶*Dum per talia.*] ſcilicet quæ dicunt, definita per noſtros anteceſſores, & per nos immutari non potuiſſe.

b ¶*Conſtitutiones noſtras.*] ſcilicet, Ad conditorem. & Cum inter nonnullos.

c ¶*Illas.*] Honorij iij. ſcilicet, Gregor. ix. Innocentij iiij. Alex. iiij. Nicol. iij. vt ſupra in parte ſecunda.

d ¶*Verè exiſterent.*] ſcilicet quòd definita per alios nobis non licuiſſet mutare.

e ¶*Conſtitutionem.*] ſcilicet Exijt qui ſeminat.

f ¶*Aliquid ſtatuere.*] prout illi aſſerunt.

g ¶*Nec ſibi.*] ſcilicet Nicolao.

h ¶*Contra ſtatuta.*] de quibus vidiſti ſuprà §. quod autem ſubſequenter.

i ¶*Ipſum.*] ſcilicet Nicolaum.

k ¶*Feciſſe.*] ſcilicet aliqua ſtatuendo, vel declarando contra ſtatuta prædeceſſorum.

l ¶*Noſcitur euidenter.*] dicto c. Exijt. §. porrò. & recitatur ſ̃. in §. adhuc licet.

m ¶*Illi.*] ſcilicet Gregorius, Innocentius, & Alexander.

n ¶*Licet.*] id eſt, licitum eſt.

o ¶*Quod.*] ſcilicet res ad uſum habere.

p ¶*Eſt probatum.*] ſ̃. in §. quod autem dicitur.

q ¶*Ipſe verò.*] ſcilicet Nicolaus.

r ¶*Secundùm ipſos.*] ſcilicet detractores.

ſ ¶*Vſum facti.*] qui de ſe non eſt poſſibilis abſque iure, vt in c. Ad conditorem. & ſ̃. in §. quod autem dicitur.

a ¶*Statuit.*

a ¶*Statuit.*] ſcilicet Nicolaus iij. ſecundùm eos.

b ¶*Duntaxat.*] hoc verbum relatum ad præcedentia, inducit ſenſum, quòd ſua ordinatio & declaratio, non autem prædeceſſorum, ſit à fratribus obſeruanda.

c ¶*Ordinauerit.*] ſcilicet ꝙ fratres ius vtendi nõ habeant, ſed ſolũ ſimplicẽ vsũ facti.

d ¶*Sed ipſum.*] ſcilicet Nicolauum.

e ¶*Illas.*] ſc. declarationes prędeceſſorum.

f ¶*Continet.*] ſc. ſup abdicatione proprietatis, & iure vtendi, & ſuper ſimplici vſu facti.

g ¶*Reuocaſſe.*] volendo ſuam conſtitutionẽ tantũ fore p fratres obſeruandã, vel reuocaſſe aliter ſc. per ſuam conſtitutionẽ nõ alijs præcedentibus contrariam extra de cogna. ſpirit. cap. 1. & de conſti. licet Romanus. lib. 6.

h ¶*Ipſe quoque prædeceſſor.*] ſ. Nicolaus iiij.

i ¶*Subiunxit.*] dicto c. Exijt qui. §. vlt.

k ¶*Declarauerat.*] dicto cap. Exijt.

l ¶*In prędictis.*] ſcilicet per ſe ordinatis.

m ¶*Deducatur.*] ſimile 24. q. 1. rogamus.

n ¶*Sua.*] ſcilicet ſedis Apoſtolicę.

o ¶*In his.*] quæ facta Chriſti & Apoſtolorũ, & per conſequens fidei concernunt.

p ¶*Declarare.*] ad ſolã ergo ſedẽ Apoſtolicã ſpectat ſup fide aliqua diſponere, vel etiam declarare, vt hic, & 14. q. 1. c. quotiens. & ca. hęc eſt fides. & dicto. c. Exijt. §. nos igitur. Clc. 5. ſicut & cæteræ maiores cauſæ ad eam referuntur. ead. cauſa & q. c. rogamus. extra de app. vt debitus. in fi.

Statuta prędeceſſorum per ſucceſſores mutari poſſunt.

q ¶*Aſſertores.*] in hoc enim quod dicunt, ſtatuta prędeceſſorum per ſucceſſores mutari non poſſe, vel in dubium reuocari, rubore confundi deberent: cum Nicolaus iiij. in cuius conſtitutione principaliter ſe fundant, contrarium aſſerat: vnde ex ſuiſmet codicibus conuincuntur. arg. 37. diſtin. cap. ſi quid veri. potiſſimè cum tanta gaudeat poteſtate ſucceſſor, quanta gauiſus extitit anteceſſor: nec habeat imperium par in parem. extra de elect. innotuit. & dicto cap. Exijt. §. cæterùm ſanctum. ff. ad Trebel. l. ille à quo. §. tempeſtiuum.

r ¶*Patet.*] ideſt, apparet.

ſ ¶*Quod aßerunt.*] ſcilicet definita per prędeceſſores mutari vel in dubium reuocari non poſſe per ſucceſſorem.

t ¶*Interdixiſſet.*] extra de reli. do. ne nimia.

u ¶*Qui etiam.*] ſcilicet ordines per ſucceſſores confirmati.

x ¶*In concilio generali.*] extra de relig. do. c. religionum. li. 6.

y ¶*Generalis concilij.*] ſcilicet Innocentij iij.

z ¶*Summis Pontificibus.*] ſucceſſoribus Innocentij interdicentis.

a ¶*Et eorum.*] ſcilicet confirmantium.

b ¶*Diſſoluere.*] vt dicto c. religionum.

c ¶*Ordinum.*] ſcilicet minorum, & idem ſi aliorum.

d ¶*Solus.*] quaſi dicat ſine concilio generali, vt probant ſequentia. & arg. C. de leg. l. vltim. in fine.

ordinauit, decreuit, & ſtatuit [a] huiuſmodi conſtitutionem, ordinationem, & declarationem ſuam duntaxat [b] à fratribus ipſis præciſè & inuiolabiliter perpetuis temporibus obſeruandam: conſtat non ſolùm quòd cõtra declarationes prędeceſſorum prædictorũ ordinauerit [c]: ſed [d] ipſum illas [e], quantùm ad ea quæ ſua declaratio continet [f], etiam reuocaſſe [g]. Ipſe [h] quoque prædeceſſor noſter in ſua declaratione ſubiunxit [i], ad ſedis Apoſtolicæ declarationem, & ordinationem eorum, & circa ea quæ ipſę declarauerat [k], pertinere, ſic dicens: ſi quid in prædictis [l] ambiguitatis emerſerit, hoc ad culmen ſedis Apoſtolicæ deducatur [m]: vt ex auctoritate Apoſtolica ſua [n] in hoc manifeſtetur intentio, cui ſolùm conceſſum eſt in [o] his ſtatuta condere, & condita declarare [p]: cuius tamen contrarium aſſerunt huiuſmodi aſſertores [q]. Adhuc patet [r] quod [ſ] aſſerunt eſſe falſum: licet enim Innocentius tertius prædictus in generali cõcilio interdixiſſet [t] nouas religiones inſtitui: tamen ſucceſſores ipſius (non obſtante interdicto huiuſmodi) plures leguntur ordines confirmaſſe, qui [u] etiam (aliquibus exceptis) fuerunt poſtea per Gregorium nonum prædeceſſorem noſtrum diſſoluti certo modo in concilio generali [x]. Si igitur poſt interdictum generalis [y] concilij licuit ſumis Pontificibus [z], nõ confirmatos ordines confirmare, & [a] eorum ſucceſſoribus ſic confirmatos in totũ diſſoluere [b], non eſt mirum, ſi quod declarat circa regulas ordinum [c] ſolus [d] ſummus Pontifex vel ordinat, liceat eiꝰ ſucceſſoribus declarare, ſeu aliàs immutare [e]. Patet autẽ quòd neque Honorij confirmatio, neque Gregorij, neque Alexãdri, neque Nicolai prædictorũ facta fuerit in concilio generali, cum per nullum ipſorũ fuerit generale cõcilium celebratum [f], licet Innocentius iiij. celebrauit concilium generale, tamen in illo [g] nec auctoritate alicuius cõcilij facta fuit [h] ipſius declaratio ſupradicta [i]. Nicolaus autem iiij. nec celebrauit generale cõcilium, nec aliquid circa dictam regulam declarauit [k]. Gregorius autẽ nonus prędictus nec confirmauit, nec declarauit dictam regulam, ſed in generali [l] concilio, vbi caſſati fuerunt nonnulli Mendicantium ordines, dictorum fratrum Minorum & Prædictorum ordines non caſſauit, ſed aſſeruit approbatos [m], ſic dicens [n]: ad eos, quos euidens ex eis vtilitas Eccleſiæ vniuerſali proueniens perhibet approbatos, præſentem non patimur conſtitutionem extendi. ¶Prætereà [o] dicant nobis vbi [p] legunt aſſertiones [q] huiuſmodi, quòd ad [r] fidẽ vel [ſ] mores ptineat Chriſtum & Apoſtolos nõ habuiſſe in his quæ habuerunt, niſi ſimplicem vſum [t] facti? profectò directè hoc ad fidem non pertinet, cũ de hoc [u] articulus non [x] ſit aliquis, nec ſub [y] quo valeat comprehendi, vt patet in [z] ſymbolis, ĩ quibus, articuli

e ¶*Immutare.*] Argumẽtatur à minori: ſi enim Papa immutat ſtatuta generalis cõcilij, de quibus minus videbatur quòd poſſet, vtputa cum plena & magna maturitate diſpoſita: multò fortius poterit immutare, vel declarare ſtatuta per ſolum prædeceſſorem ſine concilio edita. extra de electio. cum in cunctis. cum ibi not. Vel poteſt dici quòd hic ſumatur idem argumentũ alio modo: ſi enim licuit ſucceſſoribus cõfirmatos ordĩes per anteceſſores in totum diſſoluere, quod eſt plus: multò fortius licet eis illorum regulam declarare, quod eſt minus. ff. de reg. iur. l. non debet cui. extra eodem titu. cap. cui licet. lib. 6.

f ¶*Celebratum.*] & ſic quilibet ex eis confirmationem prædictã ſolus fecit: & ſic ſucceſſori eorum licuit ſuper regula declarationem facere, licet per eos confirmata: cum etiam liceret ſi per eos fuiſſet in generali concilio confirmata, vt ſupra.

g ¶*In illo.*] ſcilicet generali concilio.

h ¶*Facta fuit.*] ſubaudi, ſed per eum ſolum.

i ¶*Supradicta.*] de qua fit mentio ſuprà in parte 2.

k ¶*Declarauit.*] falsò igitur ſua confirmatio ſuper hoc allegatur, vt aliàs ſ. dixi.

l ¶*Generali concilio.*] Lugduni celebrato.

m ¶*Approbatos.*] extra de exceſ. præla. cap. nimis iniquè. & cap. nimis praua.

n ¶*Sic dicens.*] extra de reli. do. capitulo, religionum diuerſitatem. §. ſanè. libro 6.

o ¶*Præterea.*] decima pars.

p ¶*Vbi legunt.*] Si enim non legunt: quia nec legere poſſunt, vt ſequitur, oportet eos ſequi quod Eccleſia Romana cuſtodit: ne dum peregrinis ſermonibus ſtudent, caput inſtitutionis videantur amittere. 11. diſtinct. cap. quis neſciat.

q ¶*Aßertiones huiuſmodi.*] ſc. definita per clauem ſcientiæ in fide & moribus per Romanos Pontifices, non poſſe per ſucceſſores reuocari, vt ſ. in parte 2.

r ¶*Ad fidem.*] id eſt, fidei articulos.

ſ ¶*Vel mores.*] ſcilicet reformandos, vel reformatos conſeruandos.

t ¶*Vſum facti.*] abſque omni iure vtendi, ſecundùm eos.

u ¶*Cum de hoc.*] ſcilicet ſimplici vſu facti.

x ¶*Articulus non ſit aliquis.*] ſcilicet principalis.

y ¶*Sub quo.*] ſcilicet articulo.

z ¶*In ſymbolis.*] ſymbolis 1 dicit in plurali: quia vnum primò fuit factum per Apoſtolos, Credo in Deum. Aliud fuit factum in Nicæna ſynodo, Credo in vnum Deum. Aliud per Athanaſium, Quicunque vult. Et quare dicitur ſymbolũ, vide quod not. 15. diſt. cap. canones.

1 Vide omnino Beatũ Thomã pa. 1. q. 36. ar. 2 ad 2. arg. B. Antoninũ par. 4. ti. 8. c. 4. §. 3.

a ¶*Quaſi*

fidei continentur: nec etiam reductè † : ne † quaſi [a] hoc ſacra ſcriptura cõtineat, quo negato tota ſcriptura ſacra redditur dubia [b] :& per conſequẽs [c] articuli fidei,qui habent ꝑ ſcripturam ſacrã probari, redduntur dubij & incerti:hoc [d] enim in ſciptura ſacra non poterit, ſed contrarium [e] reperiri. De fratribus aũt Minoribus prædictis [f] conſtat [g] , quòd de ipſorum paupertate & ſimplici vſu [h] facti, ſeu de dominio eorum,quæ [i] ipſis offeruntur, ꝙ ſummus Pontifex illud ſibi & Romanę Eccleſiæ reſeruauerit [k] , vel potuerit reſeruare, nec ꝙ illud reſeruatum [l] ſucceſſori abijcere [m] non liceat, ſi hoc expedire [n] viderit , ſeu quòd procuratores cõſtitutos auctoritate ſummi Põtificis [o] pro negotijs ordinis prædicti ſucceſſor reuocare non valeat in [p] prædictis ſymbolis,Euangelio [q] , neq; actibus Apoſtolorum,& Epiſtolis mentio aliqua non [r] habetur. Vnde non poſſunt ex prædictis [ſ] concludere niſi falsò,quin contra ordinata per ſummos Põtifices circa talia [t] valeat ſucceſſor aliud ordinare [u] : quod [x] Nicolaus præfatus expreſsè ĩ ſua declaratione inſeruit [y] , vt ſuperius plenius continetur [z] .

¶Nos itaque [a] ne fabricatores mendaciorum [b] huiuſmodi ac etiam aſſertores [c] , de tã peſtifera [d] , erronea [e] , & dãnata [f] doctrina, confutatione [g] ac confuſione vtique omni digna, gloriari [h] valeant,& alios trahere in errorem [i] cũ auſu arreptãdo ac petulantia [k] improba auſi [l] defendere publicè fuerint damnatã per cõſtitutionem prædictam [m] hęreſim, ac ẽt probare , videlicet [n] quòd Chriſtus & eius Apoſtoli in ijs quę habuiſſe leguntur, tantũ habuerint abſq; iure aliquo ſimplicẽ vſũ facti, exquo (ſi verũ eſſet)ſequeretur [o] vſũ Chriſti fuiſſe non iuſtũ, quod profectò blaſphemiã continet & catholicæ fidei inimicũ [p] , cũ hoc de pertinaci [q] animoſitate ac erronea [r] non ſit dubiũ proceſſiſſe, omnes & ſingulos, qui verbo ac ſcripto per ſe,vel alium ſeu alios talia [ſ] publicè præſumpſerunt, ipſos quoque qui eos docuerũt [t] in talibus, & vt præmiſſa facerent in dãnatam [u] incidiſſe hæreſim, ac vt hæreticos [x] euitandos [y] fore de fratrum [z] noſtrorum cõſilio declaramus [a] . Si quis au

† indirectè.

† Al.nec.

a ¶*Quaſi hoc.*]ſcilicet quod Chriſtus,& Apoſtoli in his quę habuerunt,non habuerunt niſi ſimplicem vſum facti.

Negatio facit rem dubiam.

b ¶*Dubia.*]per negationem,vt hic , & arg.ff.de col.bo.l.1.§. ſed cum proſit.quibus ad liberta. proclamare nõ licet.l.3.per illam enim res dubia fieri dicitur, vt dictis iuribus.& C.de acqui.poſ.l.nemo. de fi.inſtr.l.plures,& hoc verũ de negatione tali , q̃ de ſe põt eſſe ꝓbabilis , ꝑ improbabilẽ.n.negationẽ,puta q̃ fieret contra aduerſarium fundantẽ intentionẽ ſuam de iure communi,non dicitur effici res dubia. ſic not.Inno. extra de ver. ſig.ex parte.

c ¶*Per conſequens .*] ſed vnde prouenit illa conſequentia ? Videas quod dixi in c. cum inter nonnullos.in gl.ſed vnde ſequitur.

d ¶*Hoc enim.*]ſcilicet quòd Chriſtus,& Apoſtoli in his quæ habuerunt , ſimplicem vſum facti habuerunt.

e ¶*Contrarium reperiri.*]ſed vbi? Vide quod dixi in capit. cum inter nonnullos. in glo.ſcripturæ ſacræ.

f ¶*Prædictis .*] ſupra in hac decret.

g ¶*Conſtat.*]hic ſume literam,quæ eſt ĩ.& cõſtrue,mentio aliqua nõ habeẽ in prædictis ſymbolis , Euangelio,actibus Apoſtolorũ,& Epiſtolis de ipſorum paupertate,&c.

h ¶*Vſu facti .*] quem ſolum abſque omni iure vtendi prædicti aſſerunt ſe habere.

i ¶*Quæ ipſis offeruntur.*] per talem oblationẽ acquireretur ipſis fratribus dominium eorum quę offeruntur, ſi ipſi proprietatis forent capaces : vt dixi in cap.cum inter nonnullos. in gl.ſcripturæ ſacræ.

k ¶*Reſeruauerit.*]dicto cap.Exijt.§. ad hæc cum fratres.

Monachus monaſterio acquirit.

l ¶*Reſeruatum.*] ſcilicet Romanæ Eccleſiæ ex diſpoſitione dicti c.per miniſteriũ ipſorum fratrum, ſicut per miniſterium filij patri acquiritur,per ſeruum domino,per monachum monaſterio,vt dicto §. ad hæc.

m ¶*Abijcere.*]ideſt,abdicare,ſeu repellere.

n ¶*Expedire viderit.*]ex cauſa.& quæ illa eſſe poſſit, colligitur ex decre.Ad conditorem.§. quamquam. & §.rurſus nedũ.

o ¶*Summi Pontificis .*] vt contingit de Martino Papa iiij. dicto §.rurſus.

p ¶*In prædictis ſymbolis.*]Credo in Deum. Credo in vnum Deum.& Quicunque vult.vt ſ.proxi.dixi.

q ¶*Euangelio.*]ſcilicet aliquo.

r ¶*Non habetur.*] relinquitur ergo diſpoſitioni iuris.arg.in lib.feu.de feud.cogni.c.1.in fi.ff.quibus ex cau.ma.l.necnon. §. quòd eis. ius autem eſt vt ſucceſſor ſtatuta per prædeceſſorem,maximè ex cauſa, valeat reuocare,vt ſ.circa princ.decre. in glo.ſed qua fronte.potiſſimè cum prædeceſſori non licuerit in talibus ſucceſſoribus legem aliquã imponere pari poſt eum , vel potius eadem poteſtate functuris. extra de elect.innotuit.& dicto cap.Exijt.§.cæterùm. cum & ſcriptum ſit ſententiam Romanę ſedis poſſe in melius commutari. 35.q.9.c. ſententiam.& cap.graue.extra de re iudic.cum olim.in corpore authent.de nup.§.1 .coll.4.

Sñia Papæ in melius mutari poteſt.

ſ ¶*Ex prædictis.*]quæ colliguntur ex §. ad impugnandas.

t ¶*Circa talia .*] ſcilicet regulam fratrum Minorum concernentia .

u ¶*Aliud ordinare.*]cum etiam poſſet totum Minorum ordinem tollere.vt dixi in c.quorundam.in glo.proprie.

x ¶*Quod.*]ſcilicet vt ſucceſſor cõtra ſtatuta poſſit ordinare.

y ¶*Inſeruit.*]dicto c.Exijt.§.vltimo.

z ¶*Continetur.*]ſ.in §.ex præmiſsis.ver.ipſe quoque.

a ¶*Nos itaque.*]Vndecima pars.

b ¶*Mendaciorum.*] huiuſmodi quæ recitantur ſ. in parte 2.

c ¶*Aſſertores.*] & per conſequens ſuæ animæ occiſores,teſtante ſacra ſcriptura,homo q mẽtitur, occidit animam.

d ¶*Peſtifera.*]ideſt peſtem inducenti.

e ¶*Erronea.*]& ſic per conſequens vitãda.12. diſt.c. nolite errare. C. de caſtren.pecu.militũ l.errat.lib.12.

f ¶*Dãnata doctrina.*] vtputa quem in errorẽ poteſtatis clauium impellens , & ſic per conſequens abominanda. arg.C de hęret. l. damnato. extra de ſum. tri. damnamus.

g ¶*Confutatione .*] id eſt refutatione, ſeu abominatione.

Gloriari in peccato eſt deteſtabile.

h ¶*Gloriari valeant.*] in hoc enim eſt deteſtabile : iuxta verbũ pſalmographi : Quid gloriaris in malitia , &c.& iuxta verbum prophetę Hieremiæ : Non glorietur diues, &c.Hiere. 2. ca. nam & hoc graue crimen maximè in perſonis eccleſiaſticis reputatur.extra de exceſ. præla. quàm ſit graue. cũ per hoc ſuũ delictũ publicẽt,& per hoc grauius peccent. ff. vi bo. rapt.l.2.§.ſi in re depoſita.& aliàs ſ. dixi in gl. ex hoc magis.

i ¶*In errorem .*] iſtud multum vitandum eſt. 28. quæſtio. 1. cap. ſæpe malorum. & de hoc dixi in cap. dierum.circa principium.

k ¶*Petulantia.*]id eſt temeritate, vel pertinacia. ſimile verbum.ff.de re mil.l. omne delictum.§.qui manus.C. ſi quis imperatori maledixerit.l.vni.

l ¶*Auſi defendere .*] per hoc deteriores cæteris forent cenſendi,24.q.vlt.qui aliorum.11. q. 3. qui conſentit. not.extra de offi.deleg.c.1.

m ¶*Prædictam.*ſcilicet cum inter nonnullos.

n ¶*Videlicet.*]ſpecificat hęreſim damnatam.

o ¶*Sequeretur.*]vnde aũt proueniat hęc cõſequentia,vide qđ no in cap.cum igitur nonnullos.in glo.ſed vnde.

p ¶*Inimicum.*]hic dicas vt dixi in dicto ca. cum inter. ſuper verbo ſimili,inimicum.

q ¶*Pertinaci.*]potes ſuper hoc videre quæ not.dicto c.cum inter.in verbo,pertinaciter.

r ¶*Erronea.*]ſcilicet in fide.

ſ ¶*Talia publicè præſumpſerunt.*]ſupple aſſerere , ſi non habes in textu.

t ¶*Docuerunt.*] docentes ergo & facientes pœna eadem puniuntur . culpa enim ſimilis eſt prohibita diſcere , & docere.C.de mathema.l.culpa.

u ¶*In damnatã.*]ſcilicet per dictam decretalem,cum inter.

x ¶*Vt hæreticos.*]vt,pro tamquam expone.

y ¶*Euitandos.*] igitur vitãdi ſunt hæretici : vt nec in domo, vel terra foueant , nec negotiatio cũ eis exerceatur. extra de hære.c.ſicut.& eis dicendũ eſt,nõ nouimꝰ vos.93.diſ.diaconi.

z ¶*De fratrum.*]ſuper iſta clauſula dic vt dixi in c. Execrabilis.§.nos.in gl.collige hic,& ſequenti.

a ¶*Declaramus.*] non inducitur ergo hic iuris noui editio , ſed antiqui declaratio,& ſuper hoc vide quod dixi in ca. cum inter.in verbo,declaramus.& in glo.vlt.eiuſdem capituli.

a ¶*Hæreſes.*

tem damnatas per conſtitutionem, Cum inter. prædictam, hæreſes [a] vel ipſarum alteram deinceps [b] ſcienter [c] verbo [d], vel ſcripto defendere, vel approbare præſumpſerit, de fratrum eorundem conſilio decernimus, vt tanquam hereticus ab omnibus euidẽter habeatur. Adhuc quòd cõſtitutionem noſtram: Ad conditorem canonum, ſupradictam inſano [e] auſu impugnare niſi [f] ſunt (ſicut fertur) diſtrictius de eorundem fratrum conſilio inhibemus [g], ne quiſquam cõtra diffinita, ordinata, ſeu facta per [h] ipſam verbo, vel ſcripto ſcienter [i] approbet aliquid [k], vel defendat. Si quis verò contra prçſumpſerit, tanquam cõtumax [l] & rebellis [m] Romanç Eccleſiæ ab omnibus habeatur. Nulli [n] ergo, &c. Data Auinioñ. quarto idus Nouembris, Pontificatus noſtri anno nono,

a ¶*Hæreſes.*] ſcilicet Chriſtum, eiuſque Apoſtolos non habuiſſe aliqua in ſpeciali, vel in communi. & quòd in ijs, quæ habuiſſe leguntur, ius non habuerunt.

b ¶*Deinceps.*] videas hic quod dixi in cap. cum inter. not. in verbo ſimili, deinceps, vnde per hoc verbum videretur quòd ante hanc decret. præmiſſa defendere, vel approbare non eſſet hçreticum: dicas tamen cõtrarium ex quo fuit publicata decr. cum inter. cum extunc alia tamquam hæretica ibidem ſint damnata, vt ibi dixi. & hoc verbum, deinceps, habet effectũ ſuũ quo ad vitationem de talibus tamquam de verè hçreticis faciendam.

c ¶*Scienter.*] ideſt, ex certa ſcientia, vel propoſito: ſecus autç cauſa diſputationis ad maiorem veritatis indaginem. arg. c. quia nonnunquam. §. nos. vel ſecus ſi non ex certa ſcientia, ſed fortè mente alienata talia fierent: tunc enim nõ imputaretur facienti, cum ſatis ipſa mentis alienatione puniatur. arg. ff. de of. præſi. l. diuus. ad leg. Cor. dç ſica. l. in factum, cum multis ſimilibus. vel ſecus ſi talia defenderẽtur, vel approbarentur ignoranter, fortè per talem qui aliqua in ſcriptis redacta ignoraret eſſe talia. arg. ff. de lega. 2. l. Titia. §. Lucia. C. plus valere quod agitur. l. vlt. de donat. l. nec ignorans.

d ¶*Verbo vel ſcripto.*] Aequiparantur ergo iſta duo, verbo aliquid proferri, vel ſcripto: vt aliàs 65. diſt. c. 2. extra de elec. vbi maius. §. nulli. lib. 6. Vnde facit argumentum, quòd ſicut eſt excommunicatus participans ſcienter excommunicato cũ eo loquendo: ſic ſibi literam mittendo ita ſentit Gar. arg. extra de ſent. excom. cap. conſtitutionem. lib. 6.

Excõmunicat⁹ eſt ſcribens ad excommunicatum.

e ¶*Inſano.*] ideſt, non ſano, ſed potius veſano.

f ¶*Niſi ſunt.*] id eſt conati ſunt.

g ¶*Inhibemus.*] vt aliàs ſæpe dixi poſt talem inhibitionem contrafaciens peccaret mortaliter. 4. diſtinct. denique. & pœna dignum redderet. extra de conſtitu. capitul. cognoſcentes. cum ſimilibus.

h ¶*Per ipſam.*] ſcilicet conſtitutionem, Ad conditorem.

i ¶*Scienter approbet.*] hiç repete quæ ſupra dixi proximè in glo. 1. ex certa ſcientia.

k. ¶*Aliquid.*] ex hoc videtur, quòd in vno defendens, vel approbans contra dictam conſtitutionem, pœnam contumacis & rebellis pati debeat.

l ¶*Contumax.*] in contemnendo ſtatuta Eccleſiæ, vtpote, vel inobedientiæ notam, & tranſgreſſionis incurrens infamẽ ſe reddit. extra de elec. dudũ. 2. circa. prin. de maior. & obed. illud 6. q. 1. infames. & peccatum mortale cõmittit, cum ex hoc poſſit excõmunicari. extra de maio. & obed. ſi quis. 11. q. 3. ſi autç nobis. & c. ſeq. & deponi ẽt meretur ex tranſgreſsione ſtatuti præceptum, vel prohibitionem continentis. 4. diſt. denique. & arg. ff. de re milit. l. 3. §. in bello.

Contumax qualiter puniri debet.

m ¶*Rebellis.*] ex tali rebellione inobtemparens non credens Papam ſiç conſtituere potuiſſe, vt ſtatuit, hæreticus iudicaretur. 19. diſt. nulli fas. & ibi not. & per Gar. extra de elect. c. generali. lib. 6. Sanctiones enim ſedis Apoſtolicæ accipiendç ſunt tamquam ipſius diuina vice Petri firmatæ. 19. diſt. c. ſit omnis. licet in corpore canonũ non ſint redactç. ea. diſt. ſi Romanorum. nam & poteſtates ſæculi ſuas conſtitutions eccleſiaſticis debent ſubijcere, non præferre. 10. diſt. c. certum. 96. diſt. c. ſi Imperator. cum lex Chriſti ſacerdotali quoſcunque ſubiecerit poteſtati. 10. diſt. c. ſuſcipitis. quare cum per rebellionẽ menſura cçleſtis diſpenſationis exceditur, iri dicitur in contumeliam diſponentis. dicto c. certum eſt. in ſi.

n ¶*Nulli ergo.*] ſub hac clauſula, dic vt plenè dixi in capit. Execrabilis.

¶*Zenzelinus ſe ſubmittit Eccleſiç Romanç.*

¶In notatis pçr me ſuper materia huius cũſtitutionis, & aliarum ſimilium, & in omnibus alijs vbicunque per me dictis vel ſcriptis ſubmitto me correctioni ſanctæ Romanæ Eccleſiç, ſi qualitercunque me erraſſe contingerit in eiſdem,

Finis Extrauagantium Ioannis xxij. vnà cum eleganti apparatu domini Zenzelini de Caſſanis, vtriuſque iuris profeſſoris.

APPOSTIL-

APOSTILLÆ AD EXTRAVAGANTES Ioannis XXII.

Diuini ac humani Iuriſconſulti, & ſacri Palatij cauſarum Auditoris D. Io. Franc. de Pauinis apoſtillę ad ſupraſcriptas Extrauagantes.

Quas idem Dominus cum gloßis Gulielmi de monte Lauduno in ſuo Tractatu, quem de Viſitatione intitulauit, inſeruit:

Hic verò eius induſtria cum gloſſis Zenzelini fuere deſcriptæ.

Prima.

AD onus.] Electi ſede vacante, vbicunque moram traxerint, ſibi non præiudicant.

Secunda.

¶ *Suſcepti.*] Diuiſio fructuum inter habentes annalia, & beneficiatos. hanc allegat Ioan. An. in Mercu. nemo poteſt. ad fin. de reg. iur. lib. 6. eandem allegat gloſ. in cle. cum ei quem. in ver. nota erit. de conceſ. præben. adde cõſiliũ Calderi. in tit. de ſen. excom. quod incipit, collector Papalis. Item conſilium euiſdem 11. in tit. de priuileg. quod incipit, habet ordo ſanctæ Claræ. adde deciſionẽ in antiquis, quæ incipit, Vrbanus. hanc etiam decretalem allegat glo. in cle. 2. de deci. & deciſio Rotæ, in antiquis. 87. quæ incipit, item nota, ꝙ vbi alicui fit gratia, &c. & glo. in cap. præſenti. de off. ordi. lib. 6. in fi. ſuper ver. ſupereſſe. & ibi Ioan. And. in nouella. & idẽ in addi. ad Specu. in tit. de locato. §. nunc tractemus. & ꝑ hãc decret. Rota & curia Romana hodie interpretatur, & tenet, quòd gratia expectatiua ad ſummã 80. duca. extendat ſe ad beneficium veri valoris centum ducatorum, vbi beneficium non eſt taxatum, & in gratia dicitur, ſecundùm taxationem decimæ: aliàs attenditur vetus valor: iuxta ea quæ habẽtur ꝑ Ioan. And. in addi. Spec. in rubrica, de conceſ. præben. 8. col. & per Petrum de Ancha. in cle. 1. de conceſ. præb. in penult. charta. & Oldra. in conſilio. 232. &. deciſio in antiquis, quæ incipit, item nota quòd vbi alicui fit gratia. Et vendiçat locum iſta decretalis in præſtimonijs & præſtimonialibus portionibus: quia ſunt beneficia eccleſiaſtica & perpetua, vt cõcludit Oldr. in conſilio 93. quod incipit, in eccleſia Calaguritana. & ibi pulchrè declarat iſtam cõſtitutionem. & de his præſtimonijs facit mentionem tex. in cap. fi. de conceſ præb. lib. 6. confert ad materiam huius textus conſil. Petri de Ancha. 329. q̄d incipit, circa iſtam perceptionem, & conſilium 108. quod incipit, contra fratres. Item conſilium Ludo. 498. An autem ꝑ iſtam conſtitutionẽ reuocetur ſtatutũ eccleſiæ diſponens, quòd nouus canonicus nihil percipiet vſque ad quadrienniũ: vide Oldra. in conſi. 171. quod incipit, ſuppoſita conſuetudine iurata. & an legatus poſſit mutare taxam procurationis factæ cum clerico prouinciæ, & ſic obſeruare. Calderi. quòd ſic in conſilio 6. in tit. de offi. leg. & videnda eſt deciſio in antiquis. 66. quæ incipit, item nota, quòd vbi beneficium eſt ſemel taxatum. aliàs eſt ſub tit. de præb. cum ſeq.

In textu ibi, *Sciuerint*. ſcire autem dicuntur ex quo ipſorũ vacatio in loco vel eccleſia plublicè nota erat. arg. in cle. cum ei quem. in fi. de conceſ. præb. & ibi, *Subhaſtatione*. ideſt, prę conizatione, q̄ fit publicè in loco publico, de qua not. Spec. in tit. de emp. & vendi. §. nunc dicendũ. ver. his quoque. & no. in l. licitatio. ff. de publi. & in l. 1. C. de fide inſtr. & iure haſtæ fiſca. lib. 10.

In §. *Si verò*. ibi, *Abſoluatur*. quia iſte textus dat formã abſoluendi, vt ſcilicet prius præcedat ſatisfactio: ſi non ſeruetur forma tradita, non valebit abſolutio per not. in cap. prouida. de elect. lib. 6. Nam non tribuit hic ordinario ſimpliciter poteſtatem abſoluendi, ſed ſub certo modo & forma. Clauſula ſequens, quæ tollit iura diſponentia in contrarium præmiſ. ꝑ quod non obſtat c. venerabilibus. in contrarium allegatum, vt dicit hic Zenzelinus, hæc clauſula ad omnia ſupradicta extenditur. Ioan. Fran.

Tertia.

¶ *Eccleſiæ Romanæ.*] Contra officiales dominium aſſumenter in patrimonio Eccleſiæ Romanæ.

Quarta.

¶ *Execrabilis.*] Hæc coſtitutio practicabilis eſt: & addit ad decre. de multa. de præb. in antiquis.

Quinta.

¶ *Sedes Apoſtolica.*] Diuiſio diœceſum poteſtatẽ non tollit executoribus & iudicibus. Hanc conſtitutionem allegat deciſio in antiquis. Ioã. de Imol. ſub tit. de priuileg. quæ incipit, Suppoſito, &c. reperitur etiam in alijs deciſionibus antiquis ſub titu. de ſepul. & vide Calde. conſil. 8. ſub tit. de priuileg. quod incipit, Conceſſum ꝗſt priuilegiũ. adde deciſionem in antiquis, quæ incipit, Suppoſito de Antonianis. Et ad materiam huius decreta. vide not. per Archid. 13. q. 1. in. prin. vide in c. ſignificauit. & c. Rodulphus. de reſcript. & debet in ordine ſcripturæ præcedere conſtitutionem, Execrabilis. vt patet ex earum datis. Ad præſentis extrauagantis declarationẽ idẽ Pontifex fecit vnam aliam extrauagantem declaratoriã, quã reperies hic gloſſatam per Zenzelinum, quæ incipit, Ad Apoſtolatus noſtri. per quam declarat ſuæ intentionis non fuiſſe, quòd per diuiſionem epiſcopatuũ & eccleſiarũ, à quibus diuiſiones erant factæ capitulis, archidiaconis, vel alijs ꝑſonis vellet aliquatenus derogare, niſi quatenus in diuiſionum huiuſmodi literis Apoſtolicis contineretur expreſsè: vnde vniuerſis prælatis, & alijs quibuſcunque perſonis eccleſiaſticis & eccleſiarum deciſarum, & in cathedrales erectarum, mandauit ne capitula, archidiaçonatus, & alios perſonatus, vel dignitates, officia ſeu beneficia in prædictis primarijs eccleſijs obtinentes, quominus viſitationes exerceant, procurationes recipiãt, ac alia bona & iura archidiaconalia obtineãt in prædictis deciſis diœceſibus, ſicut ante diuiſionem huiuſmodi obtinebant, niſi quantum in diuiſionum huiuſmodi literis Apoſtolicis caueatur expreſsè, impediant quoquomodo: quouſq; per ſedem Apoſtolicam aliud fuerit ordinatum: aliàs comminatur contrafacientibus animaduerſionem condignam, &c. Et hæc ſumpta eſt ex textu in authent. de admi. offic. in ſacris appel. circa fin. 2. coll. & in §. illud tamen ſancimus. col la. 3. pro diuerſis adminiſtrationibus ab antiquo ſeruatis adminiſtrabunt officiales primæui ſicut prius. Adde ad materiã quòd ſi epiſcopus Tholoſanus deputatur conſeruator alicuius, poſtea erecta eccleſia Tholoſana in metropolitanam poterit exercere iuriſdictionem conſeruatoriæ ſecundũ Old. in conſilio 222. quod incipit. bonæ memoriæ. Et ſi erigatur prioratus in eccleſiam cathedralem, an tollantur priuilegia, quæ ante erectionem habebat prioratus: vide eundem Oldr. in conſilio 214. quod incipit, domino epiſcopo. Adde eundẽ in conſilio quod incipit, ſi milite bonæ memoriæ. Adde deciſionem in antiquis 293. quæ incipit, ſuperpoſito ꝙ ex priuilegio Antonianorum. in quo allegatur iſta conſtitutio in gloſſ. in verbo, ordinationem. ibi, *Dic contra*. imo conſilium tenet Ioã. de Lignano, & Ioan. Fran. & Ioan. de Imola, & alij plures in cap. cum in illis. hic allegato: vbi vide Domi. licet aliàs Calixtus in publico conſiſtorio declarauit gloſſam iſtã. nos autem tranſimus cum opinione contraria tanq̃ cõi. Io. Fran.

Sexta.

¶ *Ad Apoſtolatus.*] In beneficijs diuiſis habet quis ea iura, quæ habebat in integris..

Sptima.

¶ *Si fratrum.*] Imperio vacante nullus nomen vicarij imperatoris retineat, aſſumat, vel reſumat.

Octaua.

¶*Antiquæ.*]Notabilis valde eſt iſta,inhibens ne cõiugati aſſumant ordines ſacros,quorum ſuſceptione non poſſunt matrimonium etiam nondum conſummatum diſſoluerę. Hanc allegat Ioan.And.in c.1.de voto.lib.6.in glo.ſuper verbo, ſacri ordinis.

Nona.

¶*Sãcta Romana atque vniuerſalis.*] Cõtra Fratricellos.Adde extrauagantem eiuſdem.quę incipit, Glorioſam eccleſiã. in qua ſingulariter confundit omnes errores iſtorum Fratricellorum.

Decima.

¶*Copioſus.*]Contra portãtes infidelibus arma vetita, & alijs prohibita.

Vndecima.

¶*Quia in futurorum.*]Hæc extrauagans loquitur de duellis, & torneamentis : hanc allegat Henricus Boic. in cap.canonũ ſtatuta.ad fin.propter glo.Zenze.ſuper ver.torneamenta. Adde Ioan.Andr.in addi.Spec.in tit.de reſcrip. pręſenta.§. item ratione.ver.item quod obtentum eſt ab Imperatore nondũ coronato.& in cap.1.de cleri.peregrinis.

Duodecima.

¶*Prodiens quaſi ex adipe.*] contra cudentes falſam monetã, Adde extrauagantem eiuſdem , quæ incipit. ſpondent quas non habent contra alchimiſtas. & conſi. Oldrad. quod incipit,& conſilium Bal.in vſibus feu. in tit.quæ ſint regaliæ. Adde deci.in antiquis,quæ incipit,caſus talis eſt.

Decimatertia.

¶*Ad noſtri Apoſtolatus.*]circa bannitos Campaniæ & Maritinæ.

Decimaquarta.

¶*Dierum creſcente.*] Contra homines Marchiæ, qui ſuos rectores & officiales occidebant hanc allegat Henricus Boic. in c. canonum ſtatuta. de conſti. propter glo. Zenzelini. in ver.mundanis.

Decimaquinta.

¶*Cum ad ſacroſanctę.*] Super taxis hanc extrauagantem allegat Io.And.in c.ſtatutum. §. notarium. de reſcrip. lib.6. in nouella.& in addi.Spe.in fi. procemij ad intellectum gloriſſmi.Adde extrauagantem Martini quæ incipit , In Apoſtolicæ dignitatis ſpecula.in qua ponuntur omnes taxæ officialiũ curiæ Romanæ. Similiter vide extrauagantem Benedicti xij. quæ incipit, ratio iuris exigit.§. cæterùm. in qua taxam facit eorum,quæ poſſunt recipere notarij Rotæ, & cardinalium,& auditorum cameræ , & Meraſtali † Romanæ curiæ , & aliorum quorumcunque audientium cauſas in Romana curia auctoritate Apoſtolica. Adde extrauagantem Benedicti xij. quæ incipit,decens & neceſſarium.in §.in ſalarijs.Datam Auinioni vj.Calend.Nouembris,pontificatus ſui anno vj. in qua taxauit ſalaria aduocatorum, & procuratorum Romanæ curiæ,quæ omnia confirmauit Gregorius ix. in ſua extrauaganti,quæ incipit, In Apoſtolicæ.quãuis à felicis. & Martinus v. in dicta extrauaganti,quę incipit.in Apoſtolicę.& in alia,quę incipit,Romani Pontificis prouidentia.

† Meraſtali alias,mareſcali.

Decimaſexta.

¶*Quorundam.*]An frates Minores indumenta vilia,curta,& ſtricta pro arbitrio ferre poſſint.

Decimaſeptima.

¶*Quia nonnunquam.*]Suſpenditur excomm unicatio, quam incurrebant gloſſantes decretalem, Exijt qui ſeminat.de verbo.ſig.lib.6.

Decimaoctaua.

¶*Ad conditorem.*] Refutat Papa dominium rerum fratribus Minoribus obuenientium.

Decimanona.

¶*Cum inter nonnullos.*] Contra errorem Bohemorum , qui dicebant Chriſtum & eius diſcipulos nihil habuiſſe proprium,&c.

Vigeſima.

¶*Quia quorundam mentes.*]Contra detractores extrauagantium, Ad conditorem.& Cum inter nonnullos.hanc conſtitutionem allegat Io.And.in cap.1 .de ſumma tri.ſuper ver. claue.ad declarationem poteſtatis clauium, & Bal.in authent.ingreſſi.C.de ſacroſan.eccle.in 6. colla. & idem Ioã.And. in c. cum ſatis.de offic.archid.ad declarandum quid importet curam animarum.

Finis Apoſtillarum Domini Franciſci de Pauinis, in quibus breuiuſculo ſermone effectum cuiuſlibet Extrauagantis habes ſecundùm ordinem quo ſituatæ ſunt, aliaq́ multa notatu digniſſima, quæ ſe cunctis luculenter offerunt.

Hieronymi Clarij Brixiani iuris vtriuſque Doctoris Protonotarij, & Comitis Apoſtolici in Extrauagantes Decretales breue præludium.

CVM omnes Magiſtratus, præſertim Eccleſiaſtici, decidendas cauſas & cæteri Iuriſperiti, quibus interpretandi conſulendique tribuitur facultas, reſponſa ſua, iuxta conſtitutiones Romanorum Pontificum, non ſolùm quæ in corpore iuris clauſæ reperiuntur, verum etiam ſecundùm Extrauagantium diſpoſitionem ſint prolaturi, ſi modò ipſis Extrauagantibus adſint requiſita, quæ epiſtola Innocentij tertij ad Helieñ. epiſcopum depoſcit: ipſarum lectionem non negligendam cenſeo: Quippe ſententia lata contra Extrauagantem publicatam, & indubitatam eſt ipſo iure nulla: ante publicationem verò ſecus, vt not. in procemio Clementinarum, in verbo, decætero, & in Clement. nolentes. de hæreticis. Sed ſi eſt publicata & indubitata, eſt ipſo iure nulla, tanquam lata contra legem ſcriptam. no. Bal. in l. 2. C. quando prouocare non eſt neceſſe. & Butr. in c. 1. & cap. cum inter. de re iudic. & probatur in l. 1. §. item cum contra ſacras. ff. quæ ſen. ſine appel. reſcind. Exemplum in Extrauaganti, Execrabilis. ſecundùm Abbatem in cap. Paſtoralis. de fi. inſtr. Item de Extrauaganti, Ad regimen. quam allegat deciſio in nouis 349. incipit, Item ſi mandatur. Secus autem ſi de ea dubitatur, per cap. paſtoralis. de fide inſtr. & l. cum prolatis. ff. de re iudic. ſecundùm vnam lecturam. Ideo ſuper ea Papa eſt conſulendus: & ſi reperitur in archiuo publico, dicitur indubitata. per auth. ad hæc. C. de fide inſtr. & l. Celſus. ff. de probationib. ſecundùm vnam lecturã. Facit c. Ad audientiam. de præſcrip. & idem præſumitur quando reperitur inter Extrauagantes. 20. q. 1. cap. quoniam progenitorum. maximè ſi reperitur gloſſata per doctorem famoſum, ſicut Zenzelinum, Laurentium, Ioannem Monachum, Gulielmum de monte Lauduno, & alios: per no. in dicto cap. paſtoralis. probatur l. 1. in fi. C. de nouo Codi. componendo. & quod no. in l. 3. C. de legibus, vel ſi fuit diu obſeruata, vt not. Bar. in l. fin. ſuper Extrauag. qui ſint rebelles. de quibus plenius per Bar. in l. cum prolatis. præallega. & Butr. Abb. & modernos in dicto cap. paſtoralis. vbi ſecundùm Boat. poteſt de ea dubitari ad inſtar eius quod notatur in c. nemo de elec. in 6. de quibus etiã per Ludo. in conſi. 250. quod incipit, In Chriſti nomine, In propoſito caſu. Vbi etiam ſubdit, quòd ſi fuiſſet temporalis, per declarationem ſucceſſoris efficitur perpetua: quia declaratio Papæ etiam ad petitionem ſingularis perſonæ facta ad legem, vel ad ordinationem aliquam præcedentem, legem generalem conſtituit ad omnes. per l. fi. C. de legib. & notatur in cap. in cauſis. de re iudi. Item non eſt neceſſe, quòd conſtet de datis, ſecundùm Bart. in dicta data, qui ſint rebelles. Præmiſſa intelligo de extrauagantibus emanatis poſt compilationem libri Sexti, ſecundùm Io. And. in procemio libri Sexti, ad finem. & c. fi. de hæreticis, eod. lib. Et ſi contradicant iuri ſcripto, dic vt plenè per Io. And. Ioan. de Lignano, & Dominicum in c. 1. in prin. de conſtitutionib. lib. 6. & per Archid. pòſt Hug. 19. diſt. c. ſi Romanorum & in ſumma. Adde Bal. in lege, leges ſacratiſſimæ. C. de legibus, & notatur in c. ſi in laicis. 30. diſt. Nec eſt de ſubſtantia, vt redigatur inſcriptis, de quo plenè per Ioannem And. in regula, nemo poteſt. de regulis iuris in Mercurialibus. libro 6. & in deciſionibus Rom. 238. per gloſſam in l. 1. C. de legib. probatur in c. 1. de renunc. lib. 6. per Abbatem in c. 1. de poſtu. prela. qui dicit, quòd de hoc videtur communis opinio. Debent autem extrauagantes quando de eis dubitatur, per allegantem in forma authentica produci ſub plumbo, ſi extra curiam ſunt producendæ, vel ſub ſigneto Vicecancellarij, ſi in curia ſunt producendæ. Et hoc de illis quę ſunt ſcriptæ in libro Cancellariæ. Illæ autem quæ ſunt deſcriptæ in Camera Apoſtolica, ſumentur cum ſigneto Camerarij in curia, vel ſub plumbo extra curiam. Et ita ſeruatur in curia Romana. De his autem plenius tractat ſupremus Doctor Dominus Franciſcus de Pauinis in principio extrauag. Ioan. xxij.

Sententia cõtra extrauagantẽ lata, an valeat.

Extrauagãs quãdo dicitur indubitata.

Scriptura non eſt de ſubſtantia Extrauagãtis.

Extrauagãtes qualiter ſunt producendę.

EXTRAVAGANTES DECRETALES, QVAE A DIVERSIS ROMANIS PONTIFICIBVS POST SEXTVM, EMANAVERVNT:

Quarum aliquæ Gloſsis Ioannis Monachi Picardi Cardinalis,

Aliquæ Commentarijs Gulielmi de Monte Lauduno,

Et Ioannis Franciſci de Pauinis illuſtrantur.

LIBER PRIMVS.

De conſuetudine.

¶ Ioannes XXII.

¶ Conſuetudo impediens ne legati ſedis Apoſtolicæ recipiantur, non valet: & illa non obſtante legati ipſi ſunt ab omnibus recipiendi, & eos impedientes ipſo facto excommunicationem incurrunt, & eorum terræ eccleſiaſtico ſubijciuntur interdicto.

CAP. VNICVM.

SVper gentes, & regna Romanus Pontifex à Domino conſtitutus, cum perſonaliter ſingulas regiones circuire non poſſit, nec circa gregem ſibi creditum curam paſtoralis ſollicitudinis exercere: neceſſe habet interdum ex debito impoſitę ſeruitutis, ſuos ad diuerſas mundi partes (prout neceſſitates emerſerint) deſtinare legatos, qui vices ipſius ſupplendo errata corrigant, aſpera in plana conuertant, & commiſſis ſibi populis ſalutis incrementa miniſtrent. Veruntamen aliqui huiuſmodi officium, & poteſtatem ipſius Romani Pontificis, quam nõ ab homine, ſed à Deo recepit, ſub ſuo arbitrio redigere molientes, legatos ipſos niſi ab eis petiti fuerint, vel de beneplacito eorum tranſmiſſi, ſibi terras ſubiectas (dicentes hoc eis de conſuetudine competere) ingrędi non permittunt. ¶ Nos huiuſmodi cõſuetudinem non tam irrationabilem, quàm nõnunquam animarum ſaluti contrariam, detrahentemque Apoſtolicæ poteſtati, auctoritate Apoſtolica penitus reprobantes, legatos ipſos ab omnibus cuiuſcunque præeminentiæ, conditionis, aut ſtatus fuerint, debere admitti decreuimus: nec eos prætextu cuiuſuis conſuetudinis impediri poſſe à quoquam Chriſtiano nomine gloriante, quominus regna, prouincias, & terras quaſlibet, ad quæ ipſos deſtinari contigerit, ingrediantur liberè, ac commiſſæ ſibi legationis officium exerceant in eiſdem. ¶ Qui verò decætero ſuper prædictis dictos legatos, aut etiam nuntios, quos ad quaſcunque partes pro cauſis quibuſlibet ſedes ipſa trãſmiſerit, præſumpſerint impedire, ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrant. Regna, terræ, & loca quælibet ſubiecta eiſdem, tamdiu ſint eo ipſo eccleſiaſtico ſuppoſita interdicto, quamdiu in huiuſmodi contumacia duxerint perſiſtendum. Non obſtantibus quibuſlibet indulgentijs aut priuilegijs, Imperatoribus, ac Regibus, ſeu quibuſcunque alijs ſub quibuſcunque modis, tenoribus & formis à ſede ipſa conceſſis, quæ contra præmiſſa nulli volumus ſuffragari.

Legati ſedis Apoſtolicæ quid facere debẽt.

Cõſuetudo animarum ſaluti contraria eſt reprobanda.

De poſtulatione prælatorum.

¶ Ioannes XXII.

¶ Minores xxvij. annis ſeculares, & Mendicantes religioſi ad certas eccleſias prohibentur poſtulari: & puniuntur tam poſtulantes quàm poſtulati.

CAP. VNICVM.

DIſpendijs & periculis varijs, quę ex ſubſcriptis poſtulationibus poſſent eccleſijs euenire, & vacationum diuturnitatibus, quæ conſueuerunt nonnunquam ex poſtulationibus irrationabilibus prouenire, ac diſpendijs quæ inde frequenter eccleſiæ incurrunt, ad futuram rei memoriam obſiſtere cupiẽtes: Illum qui viceſimum ſeptimum non attigerit annum, ad cathedralem [a], nec non profeſſorem cuiuſuis Mendicantium ordinis ad inferiores cathedralibus eccleſias, ad monaſteria extra ſuos ordines poſtulari edicto perpetuo prohibemus. ¶ Quòd ſi ſecus poſtulatum fuerit, & attentatum, irritum ac nullius penitus ſit momenti. Et qui ſcienter proceſſerint ad eandem, ea vice poſtulandi ac eligendi poteſtate priuatos, ac beneficijs, quæ in ipſa obtinebunt eccleſia, ad quam poſtulationem huiuſmodi fecerint per triẽnium nouerint ſe ſuſpenſos. ¶ Poſtulatos [b] verò, qui poſtulationis de ſe factæ negotium fuerint per ſe, vel per alium in Romana curia proſecuti, illud ibi proponi in publico vel priuato conſiſtorio facientes, etiam ſe duntaxat diſpoſitioni ſedis Apoſtolicæ committendo, ſi ſe annum xxvij. non attigiſſe ſciuerint, vt præfertur, vſque ad xxxv. annum. Cæteros vęrò ſeculares & religioſos extra ſuorum adminiſtrationes ordinũ perpetuò ineligibiles, ac impoſtulabiles eſſe decernimus: ac prorſus inhabiles ad quaſcunque dignitates eccleſiaſticas, & beneficia quælibet obtinenda.

a ¶ *Cathedralem.*] aliqui habent ſic: Ad cathedralem, aut, quamuis ſæcularem non cathedralẽ eccleſiam. qđ an bonum ſit, relinquo peritiæ legentium.

b ¶ *Poſtulatos verò.*] hæc clauſula breuior eſt in aliquibus libris, in quibus ſic habetur: Poſtulatos verò qui poſtulationem huiuſmodi de ſe factam proſecuti fuerunt, etiam ſe, & cætera.

De electione.

¶ Bonifacius octauus.

¶ Multis probat argumentis promotos in curia non debere ad propria redire ſine literis ſuæ promotionis. Qui ſi ſecus fecerint; pro prælatis non ſunt habendi, pęnasque incurrunt hic expreſſas.

INiunctæ.] Hæc decreta. habet ſex dicta. Primò præmiſſo procemio ad dicenda, factum intentũ in genere ponit. Secundò ver. *Aſſerenti.* ad factum poſitum per multa media arguit. Tertiò ver. *Quòd autem.* dicta argumenta applicando ad caſum ſpecialiter intentum deſcẽdit. Quartò ver. *Præſenti.* ſuper dicto caſu ſtatuit:& inhibitiones cõſequenter adijcit. Quintò verſ. *Quòd ſi forſan.* facientes contra huiuſmodi ſtatutum punit. Sextò ver. *Similiter.* dictum ſtatutum ad caſum alium extendit. Io. Monach.

preſſas. Et de iſta Extrauaganti facit mentionem Panormitanus in c. qualiter. de elec. dicens, quòd nullus antequam habeat literas Apoſtolicas ſuper ſua promotione, debet adminiſtrare, nec debet recipi ab eccleſia tanquam prælatus: aliàs recipientes & receptus incurrant pœnam, de qua hic.

CAP. I.

INiunctæ nobis debitum ſeruitutis expoſcit, vt qui ad reformandos in clero mores & actus (prout nobis ex alto permittitur) ſolertius intendimus: ibi præcipuè reformationis accommodæ remedium apponamus, vbi maius reſpicimus periculum imminere [a]. ¶ Sanè quàm periculoſum exiſtat quòd aliquis in officio, dignitate, vel gradu fore ſe aſſerat, & pro tali etiam habeatur, niſi prius ipſe quod aſſerit, legitimis oſtenderit documentis: tam ex ciuilibus, quã ex canonicis inſtitutis colligitur euidenter. Aſſerenti namque cum mandatis principis ſe veniſſe credendum non eſt, niſi hoc ſcriptis probauerit [b]: Nec ſimiliter creditur ſe aſſerenti legatum. Nunquam enim Apoſtolicæ ſedis moris fuit abſque ſignatis apicibus vndecunque legationem ſuſcipere [c]: Sed nec dicenti ſe delegatum ſedis eiuſdem creditur, vel intenditur, niſi de mãdato Apoſtolico fide doceat [d] oculata. Similiter clerici ad alienam diœceſim ſine ſuorũ ordinariorum literis venientes, nec in ſuis recipiantur ordinibus, nec ad ſuperiores aſcendant [e]. Clerici quoque & monachi, qui de ſuis ciuitatibus ad alienam vrbem profiſciſcuntur (niſi muniti veniant ſuorum literis prælatorum) nõ ſunt clerici, vel monachi reputandi [f]. Si quis prætereà in clerum electum ſe dicat, ſi ſacerdotem ſeſe nominet, hoc ſcrutandum eſt: quia non ſine periculo eſt in talibus communicatio indiſcuſſa [g]. Quòd autẽ in illis qui ſe epiſcopos, vel ſuperiores prælatos, aut etiam abbates, priores, ſeu alios monaſteriorum rectores quocunque nomine cenſeantur [h], appellant, ſit diſcuſſio celebris & diligens facienda, luculenter apparet: ſi ſcandala & pericula grauia (quæ ipſorum parere poſſet communicatio indiſcuſſa) diligentius attendantur [i]. Hinc nos euidens euocat ratio, vt cum præmiſſis alijs caſibus, qui minoris exiſtunt periculi, ſit ex conſtitutionibus editis iam prouiſum, hunc vltimum, qui pericula grauiora minatur, nequaquam ſine prouiſionis opportunæ remedio relinquamus.

¶ Præſenti itaque perpetuò valitura conſtitutione ſancimus, vt epiſcopi & alij prælati ſuperiores, necnon abbates, priores, & cæteri monaſteriorum regimina exercentes, quocunque nomine cenſeantur [k], qui apud dictam ſedem promouentur, [l] aut confirmationis [m], conſecrationis [n], vel benedictionis [o] munus recipiunt, ad commiſſas [p] eis eccleſias & monaſteria abſque dictæ ſedis literis [q] huiuſmodi eorum promotionem confirmationem, cõſecrationem, ſeu benedictionem continentibus accedere, vel bonorum eccleſiaſticorum adminiſtrationem accipere non [r] præſumant: nulliq́ue eos abſque dictarum literarum oſtenſione recipiant [ſ], aut eis parcant, vel intendant. ¶ Quòd ſi [t] forſan contra præſumptum fuerit: quod per epiſcopos, prælatos, abbates, priores, & alios monaſteriorum regimina exercentes prædictos medio tempore actum fuerit, irritum habeatur: nec quicquã interim ijdem epiſcopi, vel prælati, abbates, priores, vel regimina exercentes, de eccleſiarum, vel monaſteriorum prouentibus percipiant eorundem. ¶ Capitula [u] verò conuentus [x] eccleſiarum, & monaſteriorum ipſorum, & alij quicunque ipſos abſque huiuſmodi dictæ ſedis literis

a ¶*Imminere.*] extra 6. lib. de elec. & elec. pot. cap. vbi periculum. Ioã. Monach.

b ¶*Probauerit.*] C. de mand. prin. l. vnia.

c ¶*Suſcipere.*] 98. diſt. nobiliſſimus. Ioan. Monach.

d ¶*Doceat.*] extra de offic. delega. cap. cum in iure.

e ¶*Aſcendant.*] extra de cleri. peregr. capit. 1. & 2. & 98. diſtinct. per totum.

f ¶*Reputandi.*] C. de epiſco. & cleric. ſi qua per calumniam. §. prætereà. 71. diſtinct. hortamur.

g ¶*Indiſcuſſa.*] 42. diſt. quieſcamus. Ioan. Monach.

h ¶*Cenſeantur.*] vt cũ dicitur Prior, vel prępoſitus talis monaſterij ꝑ Priorem, ſeu præpoſitũ ſoliti gubernari. hęc enim adiectio fit per ſtylum cancellariæ, quãdo ſcribitur Priori, vel præpoſito alicuius monaſterij: aliàs ſi ſimpliciter ſine dicta adiectione non ſcriberetur prædictis vt, iudicibus. Ioan. Monach.

i ¶*Attendantur.*] 11. q. 3. nolite. Ioan. Monachus

k ¶*Cenſeantur.*] 2. q. 1. legum. Io. Mona.

l ¶*Promouentur.*] ex ꝓuiſione Papæ, vel ex officio ſuperioris, extra 6. lib. de electio. ſi poſtquam. in ſi.

m ¶*Confirmationis.*] via iuſtitiæ. Ioan. Monach.

Prælatorũ aliqui conſecrantur, alij benedicuntur.

n ¶*Conſecrationis.*] vt electi in epiſcopos & ſuperiores prælatos. Ioan. Monach.

o ¶*Benedictionis.*] vt abbates, Priores, & præpoſiti prædicti.

p ¶*Ad commiſſas.*] ſtatutum præmiſit, nũc inhibitionem duo capita continentem ſubiungit.

Probatio quãq; de neceſſitate ꝑ ſcripturam fieri debet.

q ¶*Literis.*] Not. probationem in ſcriptis. ſimiles caſus notantur extra lib. 6. de cenſi. Romana. §. poſtquam.

r ¶*Non præſumant.*] ſed qualiter adminiſtratio acquiſita ꝑ ſolam confirmationem aufertur? extra de. elec. tranſmiſſam. & no. 62. diſtin. quanto. Sol. ſi eſt conſuetum quòd primo inſtalletur abbas antequam adminiſtret: hoc poteſt fieri, vt ius adminiſtrandi differatur conſuetudine. extra de offic. archid. ad hoc. §. in quadam. & c. vt noſtrum. ſic poteſt fieri iure inhibente, vt hic. Sed nunquid quod hic dicitur, habet locũ in inferioribus Papę cõfirmantibus? Videtur quòd ſic. extra de re iudic. in cauſis. Dic contra, quia cum hæc conſtitutio ſit pœnalis & contra ius commune, eandem nõ extendam, ſicut nec iura ſpecialia contra regulam ad conſequentiam ſunt trahenda. extra 6. lib. de regu. iur. quæ à iure. Io. Monach. Sed pone, conſecratus vel benedictus literas Papales habere non potuit propter Papæ obitum: nunquid tenebitur multo tempore in curia remanere? Credo quòd non: quia hic Papa damnat præſumptionem temerariã recedere volentis abſq; literis, propter qđ iſtũ, & recipientes eundem, vt infra ſequitur, punit. Sed neceſſitatẽ non excludit, & vbi non eſt culpa, nec pœna debet infligi. extra lib. 6. de regu. iur. ſine culpa. Vnde temeraria præſumptio hic reprobata ad caſum alium non debet extendi: nec prohibitio generalis excludit caſum aliàs licitũ. extra de ver. ſignifica. ſuper quibuſdam. Item ſtatuta & priuilegia cum trahuntur ad iniqua, ſunt reuocanda. extra 6. lib. de ſentẽ. excommu. cap. vlti. in princip. 60. diſtinct. §. verùm. ff. de vulg. & pup. ſubſtitu. ex facto. §. 1. & 2. extra de deci. ſuggeſtum.

Cõſtitutio pœnalis nõ extendẽda.

Pęna nõ debet infligi ſine culpa.

ſ ¶*Recipiant.*] ſed nũquid oportebit me prælatum ſemper oſtendere literas? Dic, hic loquitur in principio dũ accedit prælatus ad præ laturam: non quando diu in poſſeſſione ſtetit. no. ſimile extra 6. libro de ſenten. excom. ſi iudex.

t ¶*Quod ſi.*] ſicut præmiſit duplicem inhibitionẽ videlicet quo ad prælatos & ſubditos, ſic hic quo ad eoſdem contra inhibitionem venientes pœnam annectit: primò duplicem cõtra prælatos, ſecundò ver. capitula. contra ſubditos.

u ¶*Capitula.*] ſ. cathedralium, vel ſecularium.

x ¶*Conuentus.*] ſ. regularium. Io. Mona.

a ¶ *Suſpenſi.*] video pœnam iſtam locum habere in ſecularibus, qui habent beneficia diſtincta. Quid in regularibus, nunquid fame morientur, cum non habeant aliud beneficium diſtinctum niſi neceſſaria vitæ? Dicunt quidam, ſibi imputent q̄ ſua culpa inciderunt in hanc pœnam. extra de æta & qua. ord. c. 1. & ff. depoſi. bona fides. & quærant victum manibus. 91. diſt. clericus victum. Vidi in facto Sagień. eccleſię, quę regularis exiſtit, cū quidā canonicus illius eccleſiæ electo ibidē euidentem defectum ſcientiæ obieciſſet, & defeciſſet, nec potuiſſet: pęna iſta puniri, quæ habetur extra 6. libro de elect. ſtatuimus. §. ſi verò. & c. ſi fortè. Papa decreuit (cum non poſſet ſibi denegari victus) vt eſſet in eccleſia ſua vltimus in choro, capitulo, & refectorio, nunq̃ ad dignitatem in eccleſia ſua promouendus. ſic dico hic arctū victum dandum donec iſti gratiam ſedis Apoſtolicæ, vt ſequitur, meruerint obtinere, vt C. de ordi. cog. ſi quando. ver. nam ſi tales. vbi exiſtenti in poſſeſſione ſeruitutis, qui adminiſtrare non poteſt, ſumptus litis & alimoniæ miniſtrantur, quantum moderato iudicis arbitrio fuerit æſtimatum. Sic damnato in metallum, & etiam ſeruo pœnę alimenta relinquuntur, licet alia ſubtrahantur. ff. de alim. leg. l. is cui. & l. ſeruos. ff. de ijs quæ pro non ſcrip. hab. l. 3. Et aliàs mutatur pœna, cū ordinata per ius locum habere non poſſunt. ff. de iuriſd. omn. iudi. l. ſi quis id quod. §. in ſeruos. 14. q. 6. ſi res. ff. de in ius voc. l. ſi. Sed quis anminiſtrabit bona interim? Dico ꝙ ſuperior dabit adminiſtratorē. extra 6. lib. de ſup. neg. præla. eccleſiæ. de appe. peruenit. vel dabitur curator bonis, ſicut illis q̄ adminiſtrare non poſſunt. ff. de cura. bo. dan. per totum. C. de aſſer. tol. l. 1. §. ſuper peculio. Io. Monac.

Pęna vna in aliam quandoque mutatur.

b ¶ *Obtinere.*] ex quo Papa ſibi reſeruauit hunc caſum, inferiores de eo ſe intromittere nequeunt extra 6. libro de ſen. excom. cum medicinalis. in fi. & ext. de præb. inter cętera. aliàs poſſent. extra de ſenten. excom. nuper.

c ¶ *Iuramento.*] de quo habetur extra de iureiurando, ego N.

d ¶ *Non præſtito.*] capе infra nequaquam ab eadem diſcedant.

e ¶ *Non ſubſiſtat.*] nunquid pœnæ in primo caſu poſitæ cōtra recipientes & obedientes prælatis, habebunt hic locum? videtur ꝙ ſic propter verbum quod pręcedit, ſ. vt de alijs. Dic contra, & hoc caſu puniuntur prælati, vt in primo. Nec verbum, de alijs, refertur ad ſubditos, ſed prælatos. Nec mirum ſi pęna hoc caſu ſecundo non repetatur; quia plus delinquit recipiendo contra primum, quàm ſecūdum, nec pęnā non expreſſam extendam. de pœn. diſt. 1. pœnæ.

Pœnæ non ſunt extendendæ.

Addition. Ad intellectum huius decret. & c. nihil. de elec. adde cōſilium Oldradi, numero 51. quod incipit: Poſito ſine præiudicio. vbi concludit, ꝙ dominus Brochar. qui eſt immediatè ſedi Apoſtolicæ ſubiectus, diſtans à Romana curia vltra xxx. dietas ad magnā inſtantiam ſui capituli, & propter eccleſiæ neceſſitatem vrgentem nōdum obtenta confirmatione à ſede Apoſtolica adminiſtrans, & bonorum eccleſiæ adminiſtrationi ſe immiſcens, non incurrit dictas pœnas. Io. Fran.

recipientes vel obedientes eiſdem, tandiu ſint à beneficiorū ſuorum perceptione ſuſpēſi [a], donec ſuper hoc eiuſdem ſedis gratiam meruerint obtinere. [b] ¶ Similiter quoque epiſcopi, prælati, abbates, priores, & alij monaſteriorum regimina exercentes prędicti ſolito fidelitatis & obedientiæ iuramento [c] non præſtito [d]. Illi etiam pontifices, quos apud prædictam ſedem pallium contingat recipere, abſque literis traditionis ipſius pallij nequaquam ab eadem diſcedant: diſcedentes verò (quouſque huiuſmodi iuramentum præſtiterint, & literas obtinuerint) nihil de ipſarum eccleſiarum & monaſteriorum prouentibus percipiant: & quicquid interim per eos (vt de alijs prædicitur) actum fuerit, viribus non ſubſiſtat [e].

¶ Benedictus xj.

¶ *Si religioſus electus non petierit ipſe vel eius electores licentiam conſentiendi intra tempus moderādum pro præſentia vel abſentia ſuperioris, eſt eo ipſo priuatus iure ſibi ex electione quæſito, & poſſunt electores alium eligere. h. d. addit ad cap. quàm ſit. de elec. in 6.*

CAP. II.

SI religioſus, qui abſque ſui ſuperioris licentia electioni de ſe factæ conſentire non poteſt, illam poſt electionem ſibi præſentatam, vel eius electores intra tempus pro eiuſdem ſuperioris præſentia, vel abſentia moderandum, nequaquam obtineat, dat generale concilium [f] Lugdunenſe electoribus extunc ad electionem aliam procedendi liberam facultatem. Verū quia frequenter dubitatum eſt an etiam ſit eo ipſo iure (ſi quod ei competebat ex huiuſmodi electione) priuatus: Statuimus, illo eum hoc ipſo fore priuatum [g].

¶ Idem.

¶ *Quatuor patriarchalibus eccleſiis vacantibus, ſtatuitur illis non poſſe prouideri Romano Pontifice inconſulto, quod ſi ſecus factum fuerit, irrtum decernitur.*

CAP. III.

SAncta† Romana Eccleſia quæ diſponente Domino ſuper omnes alias ordinariæ poteſtatis obtinet principatū à Deo, vtpote mater vniuerſorum Chriſti fidelium & magiſtra [h], quatuor patriarchales ſedes inſtituit, inter quas poſt ipſam Romanam Eccleſiam Conſtantinopolitanam primum, Alexandrinam ſecundum, Antiochenam tertium, & Hieroſolymitanam quartū locum voluit obtinere, ipſaſque multis prærogatiuis, & honoribus ac priuilegijs decorauit [i]: de quarum prouiſionibus cum eas vacare contingit, tantò eſt accuratius cogitandum & attentius prouidendum, quantò maioris eminent altitudine dignitatis, & periculosè [k] erraretur in prouiſionibus earundem. ¶ Super hoc igitur cum fratribus noſtris habita deliberatione matura, inter alia noſtræ conſiderationi occurit, quòd omnes (proh dolor) prædictarum ſediū patriarchaliū ciuitates, aut ſunt deſtructæ, aut occupatæ ab infidelibus, vel à ſchiſmaticis detinentur, ipſarū capitulis ſeu cōuentibus & canonicis diſperſis vndique extra ciuitates ipſas, per alias regiones ſeu loca à ciuitatibus ipſis remota. Ex quo contingit (ſicut experientia nuper nos docuit) quòd vacante Conſtantinopolitana eccleſia per mortem bonæ memoriæ Petri Patriarchæ, ſolùm per vnum dūtaxat eius canonicum fuit de nouo paſtore electio celebrata, alijs canonicis ſuis agentibus in remotis: dictus tamen electus iuri, ſi quod ſibi ex electione huiuſmodi competebat, in noſtris manibus ſponte ac liberè reſignauit. ¶ Ideoq; de eorundem fratrum conſilio, & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine ſtatuimus, vt quā diu ciuitates ipſæ ſchiſmaticorum, aut infidelium ſubſunt, aut ſuberūt ditioni, aut detinebuntur per eos, canonici dictarū patriarchaliū ſediū cū eas, vel ipſarum aliquā, ſeu aliquas vacare cōtigerit, ad electionē, poſtulationē, ſeu q̃uis ꝓuiſio-

†Vide notata p doctores in c. antiqua. extra de priuileg.

SI *religioſus.*] Hoc deciſum eſt notatum extra 6. lib. de elec. quā ſit. & primò hæc conſtitutio narrat Lugduñ. concil. ſecundò ver. *Verùm.* ſuper eo q̄d poſſet in eo dubitari, dat ſtatutum.

f ¶ *Concilium Lugdunenſe.*] vt dicto capitu. quàm ſit.

g ¶ *Priuatum.*] nam ex quo dictum concilium dabat electoribus liberam eligendi poteſtatē. eo ipſo ius adimebat electo. arg. ff. de leg. 1. planè. 1. reſponſo. ff. de adimen. leg. & ſi transferam. ff. de his quibus vt indig. cum quidam. propter quæ iſta conſtitutio videtur ſuperflua.

SAncta.] Primò proœmium ad dicenda p̄mittit. Secundò ver. *Super hoc.* cauſam impulſiuam ſuæ conſtitutionis ſubijcit. Tertiò ver. *Ideoq;.* ſuper præmiſſis ſtatuit. Quartò verſicu. *Nos enim.* ſtatutum huiuſmodi per decretum, & non obſtan. munit.

h ¶ *Magiſtra.*] extra li. 6. in prooemio. 1. reſponſo.

i ¶ *Decorauit.*] extra de priuileg. antiqua.

k ¶ *Periculosè erraretur.*] extra 6. lib. de elec. vbi periculum. 1. reſponſo.

Ex

nem de præficiendo ſibi patriarcha, vel paſtore nullo modo procedant, quouſque ad Apoſtolicæ ſedis notitiam deducatur. Nos enim à data præſentium decernimus irritum & inane, ſi ſecus per prædicta capitula, conuentus, vel canonicos, aut quemuis alium, vel alios ſcienter, vel ignoranter fuerit attentatum: non obſtantibus quibuſcunque ipſarum eccleſiarũ, vel alicuius earum conſuetudinibus, vel ſtatutis, iuramento, confirmatione dictæ ſedis, vel quacunque alia firmitate vallatis, ſeu conſtitutionibus, priuilegijs, vel indulgentijs ſedis eiuſdem, per quæ effectus præſentium impediri poſſet quomodolibet, vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum in noſtris literis habenda eſſet mentio ſpecialis. Nulli ergo, &c. Data Lateraň. x. Calend. Ian. Pontificatus noſtri anno vij.

¶ Ioannes XXII.

¶ Cum beneficia apud ſedem Apoſtolicam vacantia ſint ſoli Papæ reſeruata, oſtendit quæ & quorum apud ſedem vacare dicantur eandem. Et primò loquitur de reſeruationibus, ſecundò de penſionibus.

CAP. IIII.

Aïarum periculis occurrere debent plati.

EX *debito.*] a ¶ *Bonifacij octaui.*] cap. præſenti. de pręben. in 6.
b ¶ *Clementis.*] cap. 2. de præb. in 6.
c ¶ *Tenoribus.*] aliàs tenoribus, & aliàs temporibus.
d ¶ *Penſiones.*] tolle infrà ſub edicto prædicto, nolumus aliquatenus conprehendi, & cætera.

EX debito paſtoralis officij, nobis quamquam immeritis ſuperna diſpoſitione commiſſi, periculis animarum & eccleſiarum, ac monaſteriorum diſpendijs, quæ ob ipſorum vacationes diutinas ipſis ſolent frequentius prouenire, congruis remedijs (quantum nobis ex alto conceditur) ſalubriter occurrere intendentes, vt celerius & vtilius prouideatur eccleſijs ac monaſterijs antedictis, & vt Romanæ Eccleſiæ, quæ ſuper ipſas eccleſias, ac monaſteria ex diuina prouiſione obtinere dignoſcitur principatum, honor debitus impendatur, prædeceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum (præſertim felicis recordationis Bonifacij VIII. [a] qui dignitates, perſonatus, eccleſias, & alia eccleſiaſtica beneficia, & Clementis [b] quinti, qui tam huiuſmodi dignitates, perſonatus, eccleſias, beneficia, quàm cathedrales eccleſias quaſlibet, monaſteria, Prioratus, adminiſtrationes & officia quæcunque, quæ apud ſedem Apoſtolicam vacarent, prouiſioni Apoſtolicæ ſub certis tenoribus [c] reſeruauerunt) veſtigijs inhærentes: Nos ex cauſis rationabilibus, quæ ad id noſtrum animum induxerunt, de fratrum noſtrorum conſilio nonnulla detrahendo, aliqua declarando, & quædam addendo de nouo, epiſcopales & earum ſuperiores ſedes, monaſteria, & regulares eccleſias, ad quæ hi qui eis pro tempore præficiendi ſunt, etiam per electionem canonicam aſſumuntur, Prioratus, officia, vel adminiſtrationes eorundem, dignitates, perſonatus, præbendas, aliaque eccleſiaſtica beneficia cum cura, vel ſine cura, quocunque nomine cenſeãtur, quæ apud prædictam ſedem vacant ad præſens, & ex nunc in antea (donec Chriſti dignatio nos dignabitur vniuerſalis Eccleſiæ ſponſæ ſuæ regimini præſidere) vacare contigerit apud eam; prouiſioni noſtræ de fratrum noſtrorum conſilio auctoritate Apoſtolica reſeruamus.

Eccleſie vniuerſalis regimini Papa præſidet.

Beneficia multis modis vacare poſſunt.

¶ Huiuſmodi autem ſedes, monaſteria, eccleſias, & alia præfata beneficia eccleſiaſtica per mortem, vel depoſitionem ac priuationem eorum, qui ea obtinerent, per electionum caſſationem, poſtulationum repulſionem, renuntiationem quorumlibet, prouiſionem, tranſlationem, ſiue per ſucceſſionem muneris conſecrationis, aut benedictionis dudum à dicto Clemente prædeceſſore noſtro promotis impenſi, niſi de ipſis diſpoſuerit prædeceſſor, & à nobis, ſiue auctoritate noſtra promouendis impendendi apud ſedem ipſam, vel etiam vbicunque, aut quouis alio modo canonicè vacare apud ſedem intellegimus prælibatam. Epiſcopales inſuper, vel alias dignitates, eccleſias, monaſteria, & alia prædicta fratrum noſtrorum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium apud dictam ſedem per eorum obitum vacare cenſemus, ſiue inibi ſiue alibi vbicunque ipſos migrare cõtigerit de hac luce. Et hoc idem in dignitatibus, & beneficijs quibuſlibet (vt de alijs præmittitur) officialium noſtrorum, videlicet vicecancellarij, eiuſdem Eccleſiæ camerarij, notariorum, auditoris contradictarum, correctorum, ſcriptorum literarum, ac pœnitentiariorum noſtrorum, necnon abbreuiatorum curiæ Romanæ locum ſibi volumus vendicare.

Cardinales dicũtur fratres Papæ.

¶ Rurſus huius noſtræ reſeruationis edictum ad dignitates, & alia iam dicta capellanorum noſtrorũ commenſalium, & quorumlibet aliorum ratione officij, vel ex cauſa legitima in dicta curia morantium, quando à nobis pro noſtris & eiuſdem ſedis negotijs proſequendis de ipſa curia quocunque modo præmiſſi, vel aliqui eorum tranſmiſſi, aut legati, vel nuntij fuerint, & eos vbilibet ante ipſorum ad præfatam curiam reditum (durante legatione, ſeu proſecutione ipſorum negotiorum) rebus eximi contigerit ab humanis, duximus extendendum. Et idipſum etiam eſſe volumus in huiuſmodi capellanis cõmenſalibus, etiam ſi (vt præmittitur) nunc tranſmiſſi fuerint vbicunque, & ipſos rebus eximi contigerit ab humanis. ¶ Cæterùm edictum ipſum trahimus ad ſedes, monaſteria, & alia ſupradicta, quę viuente adhuc dicto Clemente prædeceſſore noſtro vſque ad eius obitum, niſi de ipſis per eum fuerit ordinatum, & deinde vſque ad datam præſentium apud ſedem vacauerint eãdem, illaquę vacare decernimus apud ipſam, dummodo in eis ius in re licet ad rem non ſit aliquibus acquiſitum. Dercernentes extunc irritum & inane ſi ſecus in prædictis, & ſingulis eorum ſcienter, vel ignoranter per quemcunque, ſeu quoſcunque Apoſtolica, vel alia quauis auctoritate attentatum fuerit, vel contigerit in poſterum attentari. Nõ obſtantibus piæ memoriæ Gregorij decimi, † ac Bonifacij octaui, & aliorum Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum conſtitutionibus ſuper hoc editis, quatenus edicto eſſent, & ſunt contrariæ memorato. Cæteris in ipſis conſtitutionibus contentis in ſuo robore duraturis.

Ius in re vtilius eſt quã ius ad rem.

† Noni.

¶ Penſiones [d] inſuper annuas ab epiſcopis, & eorum ſuperioribus alijſque prælatis inferioribus, necnon quibuſcunque capellanis, conuentibus, collegijs, vel ſingularibus perſonis factas, & faciendas perſonaliter aliquibus ex eiſdem Cardinalibus, ſeu quibuſuis alijs ex prænominatis perſonis, & penſiones præterea ſeu aſſignationes quantitatum quarumlibet ſuper certis prouincijs, diœceſibus, eccleſijs, monaſterijs, vel alijs eccleſiaſticis locis, aut ordinibus, etiam à quibuſuis prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus factas præmiſſis perſonis, ſiue alicui earumdem, vel monaſteria, Prioratus, adminiſtrationes quaſlibet, beneficia regularia, vel alia quælibet quocunque nomine cenſeantur, non conſueta ab

olim clericis ſæcularibus aſſignari, huiuſmodi perſonis, vel alicui earundem collata, ſiue conceſſa in commendam, vel alio quouis titulo ab eiſdem prædeceſſoribus, ſeu alijs epiſcopis, vel ſuperioribus prælatis, capitulis, aut conuentibus, vel collegijs ſub edicto prædicto nolumus aliquatenus comprehendi, quominus eis cedentibus, vel decedentibus, ſiue illa quouis alio modo dimittentibus, monaſteria ipſa, Prioratus, adminiſtrationes, beneficia, ac loca huiuſmodi ad eccleſias & monaſteria, ſiue alia loca religioſa, vel alia eccleſiaſtica, eorumque prçlatos, ſiue perſonas, ad quas antea eorum diſpoſito pertinebat, ſeu quibus immediatè ſubeſſe noſcuntur, liberè reuertantur: niſi eis quid canonicum obſtiterit, vel de ipſis aliter duxerimus diſponendum.

De auctoritate, & vſu pallij.

¶ Ioannes XXII.

¶ Pallij traditio per obiectum criminis vel defectus retardari non debet, niſi obijciens prçmiſſo iuramento de obiectis promptam fidem faciat. Et quid ſit promptam fidem facere, declarat.

CAP. VNICVM.

Malitijs hominũ eſt obuiandum.

MAlitijs hominum, quæ ſæpè circa impediẽdam pallij dationem committitur, volentes ſalubriter obuiare: Hac in perpetuum valitura conſtitutione ſancimus, vt deinceps per obiectum cuiuſuis criminis ſeu defectus, traditio pallij facienda his, qui ad metropolitanarũ eccleſiarum, ſeu aliarum regimen aſſumuntur, non impediať in aliquo nec retardetur, niſi obijcientes firment corporali præſtito iuramento ſe id malitioſè non agere, ſed obiecta vera eſſe ſe credere, ac de obiectis offerant facere promptam fidem: & nihilominus ad pœnam talionis, ſeu extraordinariam ſe obligent arbitrio præſidentis. Promptam verò fidem intelligimus in hoc caſu, ſi intra bimeſtris temporis ſpatium numerandum à die collationis in antea, probauerint legitimè quod opponunt. Quod ſi non fecerint, eorum obiectibus nequaquam obſtantibus ad ipſius traditionem pallij procedatur. Per traditionem autẽ hmôi, viæ accuſationis, denuntiationis, vel inquiſitionis, nullum volumus præiudicium generari.

Fidẽ promptam facere quid ſit.

De officio cuſtodis.

¶ Ioannes XXII.

¶ In religioſorum Mendicantium conuentibus plures campanę eſſe non poſſunt ſine ſpeciali Papę licentia: plures autem campanulas in refectorijs, capitulis & alibi, licitè poſſunt ipſi religioſi Mendicantes habere. hoc dicit. Et eſt Extrauagans notabilis: & quia pulſare campanas eſt cuſtodis officium, vt patet eo. tit. c. 1. in antiq. ideo hic non ab re collocata eſt.

CAP. VNICVM.

QVia cunctos orthodoxæ fidei profeſſores, & viros præſertim eccleſiaſticos ſic hortamur ad inuicem, & quo ad alios etiã conuerſari, quòd ex ipſorum geſtis nullius offendatur iuſtitia, nec cuiquam ſcandali materia præparetur: aduertentes quòd eo quòd nonnulli Mendicantium ordinũ profeſſores in nonnullis ſuis conuentibus plures campanas obtinent, & in poſterum ſatagunt obtinere: cathedrales ac eccleſiæ aliæ ſuæ quæruntur propterea iuſtitiæ detrahi, & exinde ciuitatibus locorum interdum afferri diuinis officijs impedimentum, videturq; inter ipſos litigijs, & ſcandalis via aperiri: Nos præmiſſis obuiare cupientes periculis, pacemque deſiderantes inter ipſos (ſine qua bene pacis auctor non colitur) obſeruari: de fratrum noſtrorum conſilio hoc edicto perpetuo ordinamus, quòd religioſi dictorum ordinum Mendicantium in nullo conuentu ſuo, ſeu loco plures campanas habeant ſine ſedis Apoſtolicæ licentia ſpeciali, ſed vna tantũmodo pro loco quolibet ſint contenti. ¶ Quòd ſi forſan communitas, ſeu vniuerſitas aliqua eccleſiaſtica, vel mundana, ſeu ijdem religioſi pro illis in aliquo ipſorum locorum campanam [a] aliam habuerint vel nunc habent: non illam, ſed aliam ſolam eorum ſpecialiter vſibus deputatã pulſare valeant horis diurnis, & nocturnis, Miſſis & alijs conſuetis. ¶ Cæterùm religioſis eiſdẽ permittimus, quòd vbi hactenus plures campanas ſine lite & contradictione qualibet in vſus dumtaxat proprios habuerint & nunc habent, illis etiam deinceps liberè vti poſſint. Alijs quibuſcunque per eos habitis intra trium mẽſium ſpatium de ſuis locis ſeu cãpanilibus deponendis, & nullatenus iterum reponẽdis. Verũ campanulas, quę in refectorijs, ſacriſtijs, capitulis, & alijs forſan officinis religioſorum ipſorum conſueuerunt habere, ſub iſta noſtra ordinatione nolumus cõprehendi. Nulli ergo, &c. Datum ſecundo Nouembris, Pontificatus noſtri anno octauo.

De officio delegati.

¶ Ioannes xxij. epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

¶ Literæ Apoſtolicæ impetratæ ad gratias ſeu ad lites in aliquibus ciuitatibus ſeu diœceſibus dum erant integræ, non obſtante diuiſione facta de ipſis in duas, ſeu plures ciuitates ſeu diœceſes, quæ diuiſio facta propter diuini cultus augmentum, & populi incrementum, & etiam executores ſeu iudices earundem habeant ſub eiſdem modo & forma illum vigorem in ſic diuiſis, quem habebant in illis dum integræ remanebant.

CAP. VNIC.

SEdes [b] Apoſtolica in ſuis actibus veritatem [c] proſequens, lucem [d] amans libenter euitat nodo-

QVia cũctos.] a ¶ *Campanam.*] Nota campanæ vſum ad multa valere, vt patet in his verſibus, in quibus de ſe ipſa loqui campana inducitur:

Laudo Deum verum, plebem voco, congrego clerum:
Defunctos ploro, peſtem fugo, feſta decoro.

SEdes Apoſtolica.] hęc poteſt intitulari ſub tit. de reſcrip. vel offic. deleg. vel ſub tit. de cõceſ. præb. & eccl. non vac. vel de parochijs. Et diuiditur in quatuor partes. In prima præfatio præmittitur. In ſecunda factum inſeritur. In tertia conſtitutio editur. In quarta ad ipſum additur. Secunda, *Sanè.* Tertia. *Nos amouere,* Quarta, *Idem, &c.* Huiuſmodi conſtitutionis duplex eſt ratio. Prima, vt alteri per alterũ iniqua conditio nõ afferatur, ne quis cum alterius locupletetur iactura, vt res tranſeat cum onere ſuo. & ſic hæc ſumpta eſt ex ratione illorum iurium, ſuprà de pęnis, ſuam. de reſcrip. cã te. & cap. ſi eo tempore. libro 6. de præben. dilectus.

Hæc extrauagans hř inter xx. Io. xxij. ſub tit. de conceſ. præb. cũ gl. domini Zenzelini. hæc verò gloſſa eſt Gulielmi de mõte Lauduno.

b ¶ *Sedes.*] ſimile ſuprà de reſcipt. ſedes.

c ¶ *Veritatem.*] hæc fortior res de mundo eſt, ſecundum Eſdrã, quæ valet & inualeſcit in æternum, & viuit & obtinet in ſæcula ſæculorum. 8. diſt. conſuetudo. & meritò, cum veritas ſit Deus. ead. diſt. ſi conſuetudinem. hanc cauſam neſciunt aliq prælati noſtri temporis, q volentes plus placere hominibus, quàm Deo, infinita ſine complemento promittunt: vnde hanc ignorant: & ideo interrogant cum Pilato: Quid eſt veritas? Io. 18. in ſi.

Veritate fortius eſt nihil.

d ¶ *Lucem amans.*] Bene agentes hanc diligunt:

Lucem odit qui malè agit.

gunt: ſed contrarium eius peruerſi. ſ. de offic. deleg. conſuluit. de hæret. cum ex iniuncto. C. de epiſ. & cle. conuenticulam. de pœnit. diſt. 1. item vt Chriſtus.

a ¶[*Nodoſę.*] ideſt, intricatæ. ſuprà de verb. ſig. cum olim.

b ¶[*Ambiguitatis.*] de triplici ambiguitate, ſcilicet iuris, & facti, & pſonæ, dic vt 33. diſt. habuiſſe. in glo.

ſæ [a] ambiguitatis [b] inuolucrum [c]: illamque [d] ſibi ſemper in ſuis ordinationibus reſeruare cautelam intendit [e], vt de illis [f] ita proueniant cōmoda, quòd alijs non immineat detrimentum [g]. ¶Sanè [h] pridem ad diuini cultus augmentum [i], & ad ſalutem [k] populi, quem in nonnullis ciuitatibus & dięceſibus ſic multiplicarat [l] altiſſimus, quòd in earum ſingulis ſingulorum [m] vultus nequibat, vt deceret, vnicus paſtor inſpicere, aut alias partes [n] boni paſtoris implere: ſalubriter intendentes in ipſis diœceſibus, quarum nonnullas in duas, & aliquas in plures [o] diœceſes [p] duximus diuidendas, certas earum ciuitates, ac eccleſias ereximus [q] cathedrales, quarum ſingulis proprias, diſtinctas & li-

c ¶[*Inuolucrum.*] ideſt inuolutionem.

d ¶[*Illamque.*] verſiculus.

Pacis auctor ſine pace nō bene colitur.

e ¶[*Intendit.*] bene dicit, intendit, quia extra intentionem ſuam frequenter facit Papa, vt ſupra, vt eccle. benefi. vt noſtrum. tamen non tenet quod contra intentionem eius fit, dumtamen de hoc conſtet, vt ſupra de reſcript. ſuper literis. in fin. & cum dilecta.

f ¶[*De illis.*] ſ. ordinationibus.

g ¶[*Detrimentum.*] non debet enim aliquis cum alterius iactura ditari. ſuprà de pœnis, ſuam. nec ridere de fletibus aliorum. ſ. de priui. petiſtis. hoc eſt pro perſonis & eccleſijs, quarum bona occupata ſunt in toto, vel in parte pro iſtis nouis eccleſijs, ſeu in collegijs de nouo per iſtum Papam creatis, vt fiat eis aliqua recompenſatio, ne ab ipſis ſic miſeris ex toto, exceptum ſit præmium gaudiorum contra legem. C. lib. 12. in fi. ipſius libri, quæ recompenſatio debet fieri vt fit, ſuprà de maio. & obed. cum inferior. Quid ergo facient archidiaconi eccleſiæ Tholoſanæ, qui omnes procurationes & ferè omnia iura archidiaconatuum ſuorum habent hodie in alijs ciuitatibus & diœceſibus ab ea diuiſis: nunquid ipſi vel potius archidiaconi, qui de nouo creati ſunt in illis nouis ciuitatibus iura archidiaconalia in illis diœceſibus exercebunt. Item quid faciet abbas Cluniaceñ. de prioratu ſancti Flori, qui epiſcopatus factus eſt nulla emenda facta monachis, vel de ſimilibus? Item quid facient plures clerici, qui aſſerunt ſe ex hoc ſuis beneficijs aliàs adeptis canonicè priuatos. Item quid erit de epiſcopo Pictauenſi & Albinenſi, ſeu ſimilibus, qui multa de menſa tam de emolumento ſigillorum, quàm de alijs amiſerunt: nunquid iſtis & ſimilibus ad detrimentum poterit reputari? Non videtur, cū totius eccleſiæ vniuerſalis, quæ eſt vnica, & bonorum eiuſdem plenaria diſpoſitio Papæ eſſe noſcatur, vt ſ. de præbend. licet. lib. 6. de exceſ. præla. ſi quis. concil. Vienneñ. §. verum. & ideo ipſe nedum potuit, imo debuit nedum imminente multiplicatione populi, de quo infra proxi. augmentare operarios, & ſedes ipſis congruas collocare, ac de ſtipendijs ſufficientibus miniſtrare. arg. 31. diſtinc. in nouo. ſ. de offic. ordin. quoniam. etiam cum detrimento aliorum, vt ſic minor vtilitas cedat maiori, & priuata communi. ſuprà de poſtu. præla. bonæ. 1. 7. q. 1. fient. ſ. de maio. & obed. cum inferior. Nunquid ergo archidiaconus eccleſiæ Tholoſanæ erit oculus epiſcopi Lombarieñ. & in ordinationibus clericorū, & in alijs in quibus tenetur archidiaconus aſſiſtere ſuo epiſcopo, vt ſuprà de offi. archid. ad hęc. & de ſcrutinio. capitu. 1? ipſe aderit ſibi, quia facti & de facto eſt ei. ſuperſedeo quo ad præſens.

h ¶[*Sanè.*] Secunda pars.

i ¶[*Augmentum.*] Hæc eſt cauſa prima. ad hæc enim tenentur principaliter nedum eccleſiaſticæ perſonæ & bona ipſarum, imo etiam quilibet Chriſtianus, vt 21. diſtin. §. 1. de conſti. ex parte. de celeb. Miſſ. graui. concilium Vienneñ. Et hæc cauſa excuſat coitum coniugalem à quolibet peccato etiam veniali: ſi intentione. ſ. habendæ prolis, quæ diuino cultui applicetur in baptiſmo, fiat coniunctio, vt legitur, & no. 33. q. 5. vir. cum propria. licet Hug. ibi contra.

k ¶[*Et ad ſalutem.*] ecce ſecundum. huic enim ſaluti per quā neceſſarium eſt pabulum Dei, vt ſuprà de officio ordina. inter cætera. & ipſo multiplicato debuerunt prædicatores & miniſtri plures poni, vt 21. diſt. in nouo. in fi.

l ¶[*Multiplicarat.*] iſta multiplicatio eſt ſufficiens cauſa erigendi nouos epiſcopatus, dum tamen ſolemnibus & frequentioribus locis fiant, ne vileſcat epiſcopalis dignitas, vt 16. quæſtio. 1. præcipimus. ſuprà de priuileg. capitu. 1. 80. diſtinc. epiſcopi.

m ¶[*Singulorum vultus.*] debet enim bonus paſtor cognoſcere vultum cujuſlibet corporis ſui, vt legitur Eccle. 32. c. vnde hoc ſumptum fuit. Hæc enim eſt vna ratio, quam allegant curati contra Prædicatores & Minores, quòd etiam ſemel ad minus in anno quilibet parochianus habeat ſuo rectori proprio confiteri omnia peccata ſua, liceat etiam ſit eis confeſſus. Secunda eſt neceſſitas illius canonis, omnis. ſuprà de pœnit. & remiſ. quæ non eſt ſublata propter voluntariam conſtitutionem, ſuper cathedram. vbi plenè de hoc dixi. Sed ad hoc poteſt reſponderi, quòd licet Papa ordinauerit in dicto concilio, omnis. ſemel in anno confitendum eſſe proprio ſacerdoti, non tamen alligauit poteſtatem ſuorum ſucceſſorum, quin poſſint ſurrogare vel adiūgere ſocios, & dare coadiutores ipſis ſacerdotibus in illo caſu, qui ſimili poteſtate vterentur in huiuſmodi cum illis. quod & fecerunt, ſcilicet fratres in alio concilio, ſcilicet Vienneñ. & ſic cum ambo concilia ſint eiuſdem auctoritatis, meritò per poſterius primo derogatum eſt, licet de ipſo non faciat męntionem: & ſic neceſſitas, quæ inerat confitendi vni, ſcilicet proprio ſacerdoti: & vt in c. omnis. dilatata eſt & ampliata ad plures, vt in c. ſuper. hoc dico per iura ſ. de conſti. licet. lib. 6. de offic. delega. ſuper quæſtionū. in prin. 50. diſt. domino ſancto. ſ. de elec. innotuit. de præb. dudum. lib. 6. Et ſic cū habeant plures odio ſuper hoc quo ad cōfeſſionem ſuos curatos: meritò illis plus expedit oſtendere fratribus q̃ ſacerdotibus vultum ſuū, qui licet eadem poteſtare fungantur cum alijs, tamen ſcientia & diſcretione alijs præferuntur, ſicut ſunt fratres, in quibus vt plurimum plus quàm in rectoribus ſcientiæ clauis viget: & ſic plus proficient quàm alij in vultus inſpectione. arg. 20. diſtin. per totum. ſ. de æta. & quali. cum ſic ars. de renun. niſi. §. pro defectu. Sed nunquid illi qui confeſſi ſunt proprio epiſcopo, vel archypresbytero, vel illi de quo per pœnitentiarios Papæ dictum eſt in literis ſuis, quòd poſſit ad triennium ſibi eligere confeſſorem idoneum, neceſſariò teneantur ſemel in anno confiteri proprio ſacerdoti? Videtur quòd ſic per ſupradictam rationem per rectores contra fratres ſuperius allegatam. Contrarium tamen fit quotidie, ideſt non curant confiteri ſuis ſacerdotibus, ex quo alteri de iſtis ſunt ſemel confeſſi.

Curati vt plurimū nō ſunt ita literati vt religioſi.

n ¶[*Alias partes.*] id eſt alia diuerſa onera, quæ incumbunt bono paſtori circa ſui gregis vigilias exercēdas. ſ. de offi. ord. inter cætera. de cenſi. cum Apoſtolus. & ſequentibus c. 16. q. 1. Prædicatorum.

o ¶[*Plures.*] & ſic plus continet vltra duo: nec duorum numero eſt contentum. ſimile ff. de opt. leg. l. 1. quod eſt contra iura. ſ. de reg. iur. pluralis. & de præben. is cui. in fi. lib. 6. quandoque tamen ad vnum reſtringitur. vt ſ. de priui. vt priuilegia. in fi. Dic hoc debere intelligi ſecundùm præcedentia & ſubſequentia. iuxta materiam in qua ponuntur, cum ſecundū illam exquirantur ſermones. 45. diſtin. diſciplina. ſ. de cle. excom. min. latores. vnde frequenter talia amplientur & reſtringuntnr propter fraudes & odia, & propter abſurditates, quæ inde ſequerentur, vt in dicta. l. & c. vt priuilegia. de hoc etiam dicitur in extrauag. Execrabilis.

p ¶[*Diœceſes.*] id eſt territorium. 2. q. 5. §. ad hoc. debet enim quælibet diœceſis habere ſuos limites certos & proprios: & tales ex quo indubitata fide certi ſunt conſtituti, præſcribi non poſſunt: nec ea quæ ipſis adhærent, ne confundantur ipſi limites, vt ſ de paroch. ſuper eo. 16. q. 4. quicunque. cum multis ibi poſitis.

Dięceſis fines non pręſcribuntur.

q ¶[*Ereximus.*] ſic not. quòd Papa de vna diœceſi poteſt facere diuiſas & diuerſas: ſic Imperator diuidit prouincias. ff. de offi. aſſeſ. ſi eadem. tamen propter diuiſionem Imperatoris non erunt plures metropoles apud eccleſiam, cum non debeat cōmutari ad mobilitatem neceſſitatum mundanarum. 10. diſt. lege. Sed quid erit ſi interſit Imperatoris vel alterius principis ſeu perſonæ ſecularis (puta quia ſunt patroni ſeu defenſores) non mutari ſtatutum talium eccleſiarū, ſeu ciuitatum, vel diœceſum: nunquid poterunt ſe opponere cum effectu? Et videtur quòd ſic, quia nihil cum ſcandalo vel damno alicuius eſt faciendum, ſeu attentādum. ſ. de præſcri. nihil. & ſ. eod cap. in princ. vnde dictum eſt: Niſi ipſe ex hoc ius patronatus, & alia commoda ſine culpa amittat, cum iura imperialia etiam in bonis eccleſiaſticorum ſemp remanſerunt ſalua.

ua.11.q.1.ſi tributum. cum ſeq. In contrarium videtur quòd propter maius bonum quis iure ſuo priuatur:& etiã ſine culpa punitur.22.diſtin.de Conſtantinopolitana. ſ̄. de elect. ſacroſancta.de poſtula.præla.bonæ.1. in ipſa etenim fundatione hoc euenire poſſe proſpicere debuerunt,& ſibi cauere.arg. ff.loca.ſi quis domum. §.1.23. diſt. in nomine Domini. quod credo verius:ita tamen quòd fiat cum omni minori præiudicio eorũ quo poterit.

mitatas [a] iuſſimus aſſignari. Verùm [b] quoniam plures ante ordinationem, ſeu diuiſionem noſtram huiuſmodi, tam à nobis, quàm à prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus Apoſtolicas obtinuerunt literas ſuper beneficijs eccleſiaſticis in ipſis tunc [c] integris diœceſibus vacaturis,quarum nonnullæ reſtant adhuc

a ¶*Limitatas.*]diœceſes, ideſt limitata territoria:nam limes dicitur finis. vnde verſus : *Limes erat poſitus,&c.* ſ̄.de ver.ſig.forus.

b ¶*Verùm.*]verſiculus.

c ¶*Tunc.*]id eſt tempore datæ earum,& ſic tempus datæ reſpicitur in talibus, vt ſuprà de reſcrip.eam te.& c.ſi eo tempore.lib.6.

d ¶*Mandandæ.*]quaſi dicat de ijs literis, quæ iam mandatæ ſunt executioni qualitercunque, ex quo ius acquiſitum eſt in re, non intromittimus nos, cum præſens conſtitutio futura duntaxat reſpiciat, vt ſuprà de conſtit. quoniam. Vel dic ꝙ imo reſpicit præterita, vt patet infrà ſuper verbo,declaramus.

e ¶*Nos amouere.*]Tertia pars.

f ¶*Scruplum.*] ideſt moleſtiam, ſollicitudinem, vel anxietatem animi. Et dicitur à ſcrupo, qui eſt lapis modicus, ꝗ ſicut frequenter lædit pedem, ſic ſcrupulus animum neſcientem ſoluere difficiles quæſtiones ſecundùm Hug. Et ſic no.quòd ignorantia,ex qua quis redditur dubius, affligit hominem & moleſtat.arg.20.diſt.ſi decreta.16.q.1.§.1.

Ignorantia affligit.

g ¶*Poſſet.*] & ſic expedit in talibus ante tempus occurrere & præuidere ea quæ euenire poſſunt. C.in quib. cau. l vlt. in fi.ff.loca. ſiquis domum.§. 1. & hæc eſt prouiſio ſibi aduerſus futurum periculum præcauere,vt ſuprà de procur.c 1.in fi.

h ¶*Ordinationem.*]hoc verbum, ordinare, & iſte actus qui ordinatio dicitur,eſt multum generalis, cõprehendens quẽuis modum, quo quis habet de re propria diſponere iure ſuo. Et ideo ſi aliquis impetrauit beneficium ſpectans ad ordinationem alicuius, poterit petere beneficium ſpectans ad collationem,præſentationem, ſeu quamuis aliam diſpoſitionem talis,vt probatur ſuprà de offic.deleg.ſuper eo.& de iure patro.eam te.in fi.facit ſuprà de offic.ord.ordinarij. Sed nunquid fieret præiudicium epiſcopo,qui habet inſtitutionem, ſi tali prouideretur de beneficio ſpectante ad ſolam præſentationem illius contra quem impetratum eſt? Et videtur ꝙ ſic, nam cum magis habeat in conceſſione epiſcopus, quàm in præſentatione patronus,vt ſ̄. de offic. leg.dilectus. non videtur quòd Papa velit pręiudicare epiſcopo,niſi expreſsè hoc innuat:quod faceret ſi diceret, ad præſentationem talis: quia tunc ſatis exprimeret Papa quòd penes alium erat inſtitutio, cui quantùm ad hoc derogare intendebat : ſed per hoc verbum,ordinationem,nec videtur velle derogare, niſi illi duntaxat contra quem ſcribit: & hæc eſt ratio illius textus ſ̄. de præben.cum in illis.§.cum autem.lib.6. Dic contrarium, cũ in nullo quantùm ad hoc præiudicetur inſtituenti, ꝗ ad motum ſuum nunquam diſponit de tali beneficio; & ſi in aliquo pręiudicetur,in modico tamen.arg.ſ̄.de reſcr.auditor.ſed patrono duntaxat. patronus verò motu ſuo mouetur ad pręſentandum quem voluerit,aliàs idoneum: vnde ſoli illi quorum principaliter intereſt, audirentur contradicentes talibus impetrantibus,& non alij.arg.ſ̄.de elect. cum inter R. de teſti.veniens.de excep.cum eccleſiaſticæ.de præb. pro illorum. cum ſimilibus.Non obſtat dict.c.dilectus. quia non dicit de inſtitutione, quę ſemiplenum ius denotat: ſed de conceſſione, quæ plenum ius dicit:vnde non eſt dubium quin plenior ſit poteſtas concedendi inſolidum beneficia vacantia, quàm ſolùm in eis præſentandi. Vel ſi vellemus ibi conceſſionẽ recipere pro inſtitutione,diceremus, plus habet, id eſt plus iuris confert epiſcopus in inſtitutione illi ꝗ recipit beneficiũ, quia ius adminiſtrandi, quàm patronus in præſentatione, ex qua parum acquiritur præſentato, maxime ſi præſentans ſit laicus,cui variare licet,vt ſ̄.de iure patr.paſtoralia.ſed ex hoc non ſequitur quin libentius quem vult præſentet patronus, quàm inſtituat epiſcopus.

i ¶*Ius ad rem.*]& ſic non in re,& ſic eſt in debitum iri, quare talis non beneficiatus poteſt dici, vt ſ̄.de conceſ. præb. c. quoniam ex conſtitutione.libro 6.Simile eſt de filio, qui eſt viuente patre dominus rei paternæ ſpe & non re, & vxor in bonis dotalibus conſtante matrimonio. Ex quo ſequitur ꝙ tali eſt ius ad rem,quod aliqui vocant decretum: quia ſub decreto Papæ appoſitum, vt communiter fit in gratia ibi, decernentes,&c.conſeruatur,vt ſ̄. de conceſ. pręben. quia cunctis.lib.6. nec põt commutari cum alio. nec priora beneficia ſibi incompatibilia facit vacare.nec ſup ipſo quaſi pro certo titulo poterit ordines recipere. ſ̄. de reſcrip. in noſtra.& extrauag. domini Ioannis. Execrebilis. §. per hoc.Quid ſi canonicus per Papam effectus fuerit in aliqua cathedrali eccleſia ſub expectatione præbendæ:nunquid poterit in delegatũ iudicẽ impetrari, & eandem exercere iuriſdictionem? Videtur quòd non, cum non habeat in re, ſed ad rem,vt ſ̄.de conceſ.præben.quoniam ex conſtitutione.lib. 6.Contrarium credo, cum omnia quæ ad iura canonicatus pertinent,ſibi debeantur:licet nondũ ſit ibi prębendatus,niſi conſuetudo refragetur per iura ſ̄.de elect.in Geneſi. de renũ. c.2.Nec decret.ſtatutum.ſ̄.de reſcrip. dicit præbendatũ, ſed canonicum tantùm. Quid ſi ego ſic expectans cum vacaret in altera diœceſi quædam Eccleſia,feci mihi prouideri de ea: deinde mota lite ſuper ipſa contra me, in limine poſſeſſionis adipiſcendę acceptem ſecundam in alia diœceſi ſuper qua modo eodem lite mota,faciam mihi in tertia diœceſi de tertia prouideri,& ſic facio de pluribus;nunquid poſſum? Vidi de quodam, qui decem præbendas in Eccleſia beatæ Mariæ Pictauis fecit ſibi iſto modo prouideri:vbi eſt ſtatutum,quòd fructus præbendæ litigioſæ nunquam aſſignantur alicui, ſed per capitulum obtinenti ſententialem victoriam reſeruantur:quod ſtatutum ſatis innititur æquitati illius c.ſ̄. de ſequeſtra. ad compeſcendas. in fi. concil. Vieñ.nunquid ergo talis multiplicatio & narratio poteſt tolerari de iure? Videtur ꝙ non,per ea quæ not.Inno.ſ̄.de reſcrip.in noſtra.vbi dicit, ꝙ ſi pendente quæſtione ſuper eccleſia curata, cuius poſſeſſionem non habet,accipiat poſſeſſionem ſecundæ,ſimilem curam habentis. hoc ipſo videtur renuntiare liti motæ ſuper eccleſia prima,& eſt ratio, quia aut recipiendo ſecundam intendebat renuntiare, & tunc habetur propoſitum:aut non intendebat renuntiare,ſed intendebat ſi obtineret in cã primæ dimittere ſecundam,& accipere primam : & ſic videtur ipſam ſecundã recipere ad tempus ſub conditione:quod totum reprobatur in beneficijs Eccleſiaſticis quæ debent eſſe perpetua. nec cadit in ipſis cõditio:quia in ea vocatione.&c.70. diſt.c.2.ſ̄. de elect.in electionibus.lib. 6.1.q.2. quàm pio. quæ procedunt vt credo,vbi ſecundã cum proteſtatione recipit,vel aliàs conſtat de intentione eius,per quam non intendit renuntiare primæ,vel liti eius.aliàs ſimpliciter admittẽdo poſſeſſionẽ ſecũdæ non litigioſæ, primæ eo ipſo renuntiat, vt ſ̄. de præben. de multa. in caſu verò noſtro, quem poſui ſ̄. credo contrariũ: ſcilicet quòd ſemper poſſim mihi facere ꝓuideri de omnibus quotquot vacabunt cum proteſtatione ſi non habeam ius in iam receptis,& in illis quæ nunc recipio ius mihi competat,& non aliàs:quia tales conditiones quæ de iure inſunt, faciunt rem conditionalem, quamuis exprimantur,vt ſ̄. de elect.ſignificaſti.cun ibi not.17.q.2. Eleutherius. recipiendo tamen corporalem & pacificam poſſeſſionem vnius, omnibus alijs & litibus ſuper eis motis renuntio. & ſic intelligit Innoc.ſ̄ ſed ante pacificam poſſeſſionem ſecus,vt ſ̄. de elect. commiſſa.lib.6.& in hoc ſatis concordant ea quæ not. Hoſt. in dicto c.in noſtra.Sed quid ſi impetrans,qui fecit ſibi de Eccleſia certa prouideri,inuenerit quæſtionem ſuper illa Eccleſia inter duos mota: vel inter ordinarium & alium impetrantem,& ſic litigioſam,quod tamen ignorabat tempore ſuæ ꝓuiſionis:nunquid hoc declarato per ſuum executorem poterit illa dimiſſa de alia ſibi facere prouideri:hoc ſolo,quia litigioſè cœpit,per c.ſuprà vt lit.pen.ſi hi contra.lib.6. Itẽ nunquid valebit declaratio primi executoris non vocatis ordinarijs aliarum Eccleſiarum, vel cæteris impetrantibus, quos hic tangere videtur? Hoc vidi de facto. Et videtur quòd executor poſſit errorem ſuum corrigere vbi errauit in facto, ſecundùm Inno. & Hoſt. & etiam vbi in iure ſecundum Hoſt. prout no.per eos. ſ̄.de renun.c.1. de offi. deleg. in literis. dę reſcr.cum in multis.in fi. lib. 6. Et quòd propter litem non

Filius viuẽte patre eſt dominus.

executioni mandandæ [d]: Nos amouere [e] volentes cuiuſuis dubitationis ſcrupulum [f], qui circa executionem gratiarum ſuper huiuſmodi beneficijs conceſſarum poſſet [g] forſan incidere, conſiderantes attentius, quòd per ordinationem [h], ſeu diuiſionem noſtram prædictam ius ad rem [i] expectantibus dicta beneficia

Canonicus creatus per Papã in Eccleſia cathedrali, an poſſit in iudicem delegari.

Conditio q̃ de iure ineſt, non facit rem conditionalẽ.

poſſit

Eccleſię dominiū apud perſonas eccleſiaſticas tantùm eſt.

poſſit dimitti, videtur, quia non agebatur de dominio eccleſiæ: cum non ſit apud aliquem. inſt. de re. diu. §. ſacræ. quod requiritur ſ. quod litigetur de dominio, ad hoc quòd res litigioſa dicatur. C. de liti. auth. litigioſa. Dic contra per c. ſi hi. contra. Nec obſtat dictus §. ſacræ. quia intelligitur nullius, ſcilicet perſonæ ſecularis: ſed eccleſiaſticæ bene. ſic not. Innoc. ſ. de eo qui mit. in poſſ. c. 1. videtur quòd ſi in illa de qua eſt ſibi prouiſum, impetrans habebat ius, licet non poſſit habere poſſeſſionem facti, vlterius non poterit ſibi de alia prouideri, aliàs ſequeretur, quòd ex vna gratia poſſet duo. vel plura beneficia conſequi. de quo per Inno. ſ. de offic. deleg. in literis. Sed quid ſi litigium erat tantū ſuper poſſeſſione? Idē crederem per cap. ſi hi contra. quod indiſtinctè loquitur: maximè cum de matrimonio carnali, vel ſpirituali non poſſit ita ſimpliciter agi poſſeſſorio, quin aliquid de proprietate habeat immiſceri, vt legitur & not. ſ. de reſt. ſpol. ex tranſmiſſa. De declaratione executoris dicetur infra.

ante [a] competens ex ratione immutari [b] non debet, quin adeo efficax in diuiſis diœceſibus maneat ſicut in ipſis quondam integris [c]: auctoritate præſentium declaramus, quòd omnes & ſingulæ gratiæ ſuper beneficijs vacaturis ante diuiſionem huiuſmodi in ipſis quondam integris dięceſibus à nobis, vel prædictis prædeceſſoribus noſtris perſonis quibuſcunque conceſſę, tam in ipſis nunc diuiſis, quàm in alijs diœceſibus deciſis ab illis, eiſdem modo & forma poſſint ſuo ordine [d] per executores [e] demandatos,

a ¶*Ante.*]i. à tempore datæ, vt de reſc. eam te. & c. ſi eo tempore. lib. 6.

† cū damnis emendari.

b ¶*Immutari.*]& ſic nō debent damnis commendari† præterita. ſ. de conſt. cognoſcentes. Vnde eſt hic arg. quòd per conſtitutionem principis quantumcunque publicè, vel ſolemniter editam, etiam licet omnes de mundo non obſtantias contineat: non tolluntur ſpecialia priuilegia, ſtatuta, vel conſuetudines: quæ non obſtantię tantùm tendunt ad tollendam ſurreptionem, non ad talia iura ſpecialia perimenda: qđ eſt verum, niſi nominatim, ſpecialiter, & expreſsè talia per ipſam tollantur. ſ. de reſcr. cum ordinem. ſ. de do. & contu. ex literis. de conſt. licet. de reſcr. ſi propter. de elect. quia ſæpe. lib. 6. De hoc dixi plenè de ſepul. ſuper cathedram. in fine.

Conſtitutio principis cōtinens oēs non obſtantias de mundo, an tollat priuilegia, ſtatuta, vel conſuetudines.

c ¶*Integris.*]Not. ius dominorum non debere diminui propter diuiſiones, quas emphyteutæ inter ſe faciūt, vel vaſalli, de quo dicetur infrà in fine.

d ¶*Suo ordine.*]ideſt, quæ prius impetrauerit, prius obtineat. ſ. de reſcr. capitulum. & c. tibi qui gratiam. de conceſ. præb. auctoritate. lib. 6. quod eſt verum, niſi propter defectum uel crimen primi impetrantis, ſeu neglientiam, vel auctoritatis poſterioritatem, vel anticipationem temporis, ordo debitus ſubuertatur, vt ſ. de præben. ſi clericus. in fi. & c. hi qui. de reſcrip. duobus. lib. 6.

Executores ſunt duplices.

† ab

e ¶*Executores.*]executor eſt is, qui gratiam à principe factā vel iuſſam fieri, ad effectum deducit. Et dicitur de† exequor, quaſi exceſſiuè, id eſt, viriliter exequi. Tertiò, ſi quæras quot ſint genera: duo, nam quidam dantur ad prouidendum: quidam ad compellendum, vt legitur & not. ſ. de reſcrip. abbatē. & de conceſ. præb. ſi capitulo. & c. ſi ſoli. lib. 6. & talis dicitur habere literas auctoritatis, quandoque dicitur quis habere literas facultatis, vt quando datur poteſtas ordinario, quòd aliquem poſſit recipere, vt ſ. de reſcript. cum aliquibus. & dicto c. ſi ſoli. Quartò, quem ordinem habeat iſte executor ſeruare. Dic quòd (dum tamen non excedat fines mandati, nec nimis feſtinet) ſine aliqua alia cauſę cognitione, etiam ſummariè poteſt in executione prouiſionis, vel compulſionis procedere, cum ſit merus executor: & ideo quotidie tales executores ſuos proceſſus faciunt in abſentia partiū: & eis non vocatis, vbicunque & quomodocunque eis placet, vt ſ. de re iud. de cætero. & c. quòd ad conſultationem. in fi. tamen ſi aliqua ꝓponuntur, non ad recuſandum perſonam eius, cum hoc fieri non poſſit, vt ſ. de appel. nouit. ſed ad probandum reſcriptū ſurreptitium, vel falſum, bene poteſt admittere & cognoſcere, ſi voluerit, vt ſuprà de offic. deleg. paſtoralis. §. quia verò. vel ſuo ſuperiori intimare, vt in dicto cap. de cętero. poterit tamē procedere executor ad prouidendū, & prouidere ſi voluerit, non obſtante contradictione alicuius, appellatione, ſeu propoſita exceptione: quia ex hoc quòd nō admittit exceptionem probabilem, non poterit appellari: niſi aliàs conſtaret de veritate: licet aliud ſit in iudice. ſ. de appel. interpoſita. in princ. argu. ſ. de appel. nouit. Quod ſic probo, pari, vel maiori poteſtate confert Papa per ſe, vel per alium beneficia vacantia totius mundi, quàm ordinarius illa ſuæ diœceſis, vt ſ. de præben. licet. & c. hi qui. lib. 6. ſed ordinarius propter aliquam contradictionem ſeu appellationem nō omittet conferre beneficium ſi quod vacat: cū ſine cauſæ cognitione nō debeat ſpoliari ſua quaſi poſſeſſione in qua eſt, cōferendi ſua beneficia, vt ſ. de elect. cum inter canonicos. ſ. de ſup. neg. prę la. c. ſi de in integ. reſti. c. 1. ſ. de iure pa. conſultationibus. multominus executor. arg. dicti c. hi qui. In extraiudicialibus autē appellatio, ſeu partialis contradictio non impediunt alicui poſſeſſionem, vel quaſi in qua eſt: nec attentata poſt ſe reuocare faciunt, donec prius de veritate conſtet, vt dicto c. cum inter. & ſ. de appel. bonæ. per Inno. hoc fallit in caſū illius c. ſ. de accuſ. accedens. & in caſibus alijs, q no. ſ. de re iudi. qđ ad conſultationē. in glo. & p Inn. & Hoſt. Si tñ conſtet ꝙ exceptio propoſita corā eo fuerit probata vera & legitima; reuocabitur quod per ipſum factum fuerit, ſi ex hoc fuerit appellatum, vt in c. cum inter. non tamen reuocabitur ex hoc tantùm, quia non fuit admiſſa quantumcunq; eſſet de ſe probabilis, niſi ꝓbata fuerit prius vera: & ſic nō vendicat ſibi locum in executore principium illius c. ſ. de appel. interpoſita. in princ. vt ſ. dixi. Sed nūquid ille executor habebit expectare caſſationem collationis factæ per alium executorem, ſeu ordinarium de illo beneficio, de quo ſuo impetranti prouidere intēdit? Non credo dubiū ꝙ non: dumtñ executor tēpore primę collationis ius transferendi haberet: per ea quæ ſ. dixi. Et idē de electione, ſi duæ fiant vno contextu, vt ſ. de elect. congregato. ſi autē ex interuallo, diſtingue: quia aut prima eſt nulla vel annullanda: vnde ſi eſt nulla, & cauſa nullitatis eſt notoria: tunc poterit fieri ſecunda prima nō caſſata. ſ. de elect. auditis. in alijs omnibus nō. vt ſ. de elect. conſiderauimus. & dic vt ibi per Inno. & Hoſt. & per Compoſt. ſ de reſcr. capitulum. Item ſi velit prouidere impetranti de beneficio quod vacat de iure, non tamen de facto qđ poteſt: tunc debet præmittere cognitionem ſaltem ſummariam; & vocare poſſidentē: & ſi inueniat ipſam non habere ius, non feret ſententiam: ſed coget detentorem de facto dimittere, ſicut de facto tenebat, & reſignare poſſeſſionem facti, & poſt exequatur mandatum: aliàs ſi iſtū ordinē in hoc omitteret, caſſaretur eius proceſſus: de quo per Innoc. ſ. de conceſ. præb. propoſuit. ſuper verbo, executorem. facit ſ. de præb. licet eps. lib. 6. Ex quibus ſoluta videtur quæſtio facta ſ. eo. ſuper verbo, ius ad rē. ſ. ꝙ executor talis in corrigēdo errorē ſuum, & ſic ꝓuidendo de ſecundo declarato primo, ꝙ prouiſio facta per eū prius non tenuit: vel etiā declarato prius tale beneficiū poſſe cadere ſub gratia, in qua datus eſt executor, nō habebit neceſſariò partes vocare: nec aliàs iuris ordinē obſeruare: debuit tñ audire partes, ſi aliqua rōnabilia propoſuerunt cōtra ipsū, vt ſuperius dictum eſt. Quintò quæro quæ perſonæ poterunt deputari executores: planū eſt ꝙ illæ, quæ poſſunt conſtitui delegati, de quibus ſ. de reſcrip. ſtatutū. lib. 6. & etiā rectores ſimplicium beneficiorū: & clerici in minoribus beneficijs cōſtituti: ſicut fit quotidie in talibus executoribus gratiarū & ſententiarum in quibus non vendicat ſibi locū dicta decret. ſtatutū. vt ibi notatur. Non tñ credo ꝙ laicus, vel bigami, ſeu aliàs carētes priuilegio clericali poſſint eſſe executores, vt ſupra de iudi. decernimus. de arbi. cōtingit. 96. diſt. bene quidē. 89. diſt. indicatum. licet ſit arg. contra. ſ. de procu. non indiſcretè. lib. 6. nec religioſi ſine licentia ſuorum prælatorum, vt ſ. de teſta. religioſus. lib. 6. & de proce. religioſus. concil. Viennēn. de re iud. cum L. & A. i. à iure, & c. niſi cum diſtinctione illius c. de reſcrip. & ſi principalis. Contrarium videtur per illud cap. nam ex quo vicecancellarius ipſum talem inſtituit, perſonam eius quantùm ad hoc emancipare videtur à poteſtate ſui prælati. & ſic intelligitur illud c. ſuprà de priuileg. cū olim. 2. ſcilicet ꝙ non requiritur certa ſcientia Papæ ſecundū ꝙ aliqui intelligebant illud. c. cum olim. Nam non poteſt negari quin Prior conuentualis, licet religioſus poſſit ſine certa ſcientia Papæ iudex conſtitui delegatus: & tamen nō eſt dubium quin ſit ſub poteſtate ſui abbatis & imperio: ſicut ſunt cæteri ſimplices religioſi, vt ſuprà de ſtatu reg. cum ad monaſterium. §. tales. & ſuprà. de ſup. negligen. prælato. quia regulares. §. penult. Non obſtant dicta cap. religioſus. & religioſus. quia aliud poteſt princeps, vel ille qui ſpecialiter ſup hoc gerit vices eius, fauore rei priuatæ maximè quod nō poſſet priuatus. arg. 17. q. 3. §. quod autem. Teneas quod volueris. Sed pone quòd requiratur licentia proprij prælati, ſicut in illo cap. religioſus. nunquid oportet quòd præcedat ipſa licentia

Beneficij collatio nō impedit per appellationem.

Electio ſecūda an fieri poſſit prima non caſſata.

Executionis officium quibus perſonis poteſt committi.

cenua

centia conſtitutionem procuratorij, vel executoris: vel habebit in ipſo actu interuenire, ſeu ſufficit ꝙ ſubſequatur? Et videtur quòd habeat præcedere, cum oporteat petere & obtinere: vt dicit illud cap. deteſta. religioſus. ff. de acqui. hæredi. ſi quis. §. iuſſum. vbi habet iuſſus præcedere. Vel dic quòd videtur ꝙ habeat concurrere cũ conſtitutione. arg. inſtit. de aucto. tut. §. tutor. & ff. eo. l. obligari. ſuprà de reb. eccle. non alie. dudũ. lib. 6. vbi de hoc per Inno. 12. q. 2. ſine exceptione. imo videtur quòd ſufficiat ſubſequi, vt ſ. de pac. quotiens. de ijs. quæ fi. à præla. cum nos iam pridem. vbi de hoc. Credo ad hoc quòd poſſet conſtitui per quemcunque, nec ſit neceſſe tunc licentiam eſſe petitam, nec obtentam: quia in hoc nihil agit ipſe religioſus: nec perſona eius eſt penitus inepta, vel infecta ſeu inhabilis de iure naturali ad talia ſuſcipienda: imo bene eſt ſuſceptiua de iure naturali talium, ſicut electionum, & ſimilium. ſ. de elect. quàm ſit eccleſijs. lib. 6. licet de iure poſitiuo ſit inepta, ſicut dicimus de milite. ff. de procu. filiusfa. §. veterani. vnde non conſtitutio, ſed ſuſceptio & exercitiũ procuratorij ſine licentia prohibetur: vt patet in dicto c. de procu. religioſus. nec deputare tales executores eſt prohibitum. etiã ſine licentia: ſed quòd ſic deputati poſſint ſuſcipere, vel exequi officium eis deputatum ſine licentia, hoc bene prohibetur, vt in c. religioſus. de teſtamen. ſi autem ipſe ſine licentia ſubſtituerit aliquem ſuſcipiendo procuratorium, vel aliquid aliud fecerit: hoc non poterit per ſubſequentem licentiã ratificari, cum ab initio non tenuerit. ſuprà de reg. iur. non firmatur. lib. 6. Sic dicimus de ſeruo & monacho: qui licet poſſint inſtitui hæredes per quemcunque: non tamen præſtare conſenſum, niſi prius iuſſi fuerint: vt in dicta l. obligari. Non obſtant iura in contrarium allegata: quia loquuntur de illis caſibus, qui requirunt deliberationem & tractatum auctorizantiũ in limine ipſius actus: ſicut eſt in alienationibus minorũ, vel rerum eccleſiaſticarum, & ſimilibus. Item & qa aliud eſt licentia, de qua hic loquimur: & aliud auctoritas, de qua loquuntur dicta iura ſuprà allegata. Sed cum tales executores gratiarum admittẽdo rationabiles exceptiones propoſitas cõtra reſcripta ſeu gratias: & cognoſcẽdo de ipſis quaſi iudices cauſæ eſſent: & iuriſdictionẽ contentioſam habere incipiant: quod poſſunt iuxta §. ſuprà de offic. deleg. paſtoralis. §. præterea. vbi de hoc in gl. nunquid hoc poterunt, quamuis ſint rectores ſimplices clerici: & ſic alij ab ipſis, quos ordinat dicta decret. ſtatutum. lib. 6. ſ. de reſcr. & nunquid etiam citare poterunt, & pro tribunali ſedere: vel alijs committere quantùm ad hoc extra ciuitatem & diœceſim, in quibus ſunt deputati contra decretalem prædictã? Quotidie hoc faciunt: ſed quo iure non video: niſi quia frequenter licet acceſſoriè qđ principaliter non liceret. ſicut video de eccleſia curata annexa ꝑbendæ, quam etiam multiplicatam, licet alicui citra ſacerdotium & reſidentiam poſſidere acceſſoriè, quod principaliter non liceret: vt ſuprà de præb. de multa. per Inno. & c. expoſuiſti. & c. ſuper eo. lib. 6. C. de iud. quotiens. & ſic fallit in hoc caſu dicta conſtitutio, ſtatutum. & etiam in illo caſu quando iudices cum conuenientia in audientia impetrantur: qa tunc non poteſt excipi de loco, vel de cõditione perſonarum iudicum, vt ibi not. facit. ſ. de off. dele. cum olim 2. vnde propriè non eſt iuriſdictio quam exercent tales executores: ſed potius acceſſoriè tamquam miſti exercent, vt in dicto §. præterea. cũ potius reſpiciatur in eis quod eſt principale, & vt tales iudicãtur. arg. ſ. de reg. iur. acceſſorium. lib. 6. tamen licet ſint principales habito reſpectu ad executionem: acceſſorij ſunt habito reſpectu ad gratiam ſuper qua dati ſunt, vt ſ. de off. deleg. ſuper eo. lib. 6. Alia ratio eſt: nam cum iſte ex ſponatanea cõtradictione illius contra quẽ dati ſunt, vel contra quẽ gratiam exequuntur, & ad eius inſtantiam, & de conſenſu ipſius proponentis corã eis ſuas exceptiones voluntariè hanc iuriſdictionem aſſumant: & quicunque contra quẽ impetratum eſt reſcriptum, poſſit renuntiare quantùm ad hoc dictæ conſtitutioni, ſtatutum. meritò de conſenſu iſtius contradictoris poterit iſte quamuis ſimplex partes iudicis aſſumere, & vbicũque exercere eandem: per rationẽ ſ. immediatè poſitã. Sed nunquid ille ordinarius, qui ſuccedit talibus executoribus, quorũ officium propter negligentiam impetrãtis perijt, reputabitur per omnia vt ordinarius, vel potius vt delegatus, vel vt merus potius executor. de quo ſ. de præbend. ſi clericus. in fi? Videtur vt ordinarius, cum ſit adminiſtrator iuris cõis. & ille impetrator ipſam gratiam petat, vt de iure cõi ſibi debitã, vt dicit ibi textus: & ſic eſt excitatiua iuris cõis tantũ. arg.

Licentia ſuperioris qñ requiritur an ꝑcedere debeat.

Religioſi perſona electionum & multorum aliorum eſt ſuſceptiua.

Acceſſoriè aliqua licent, quæ principaliter non licent.

& alios[a], ad quos id pertinebit, ad debitam executionem adduci: quibus ante diuiſiones ſæpefatas poterant, & debebant. ¶Idem[b] etiam declaramus[c] quo ad literas Apoſto

ſ. de offi. ordi. licet. quare poterit ad archiepm̃ appellari ab eo: vnde videtur ꝙ vt ſpecialis delegatus ſeu executor Papæ hoc faciat. & ſic ad Papam eſſet appellandũ, cum ex collatione Papæ canonicatũ obtineat: vigore cuius & non aliàs conſequitur præbendam, vt ſic vbi vnum propter alterum vtrobique tantùm vnum. 1. q. 1. ſi quis. pro quo facit ſ. de offic. ordi. irrefragabili. §. cæterùm. Si quæras an tales executores poſſint inuocare brachiũ ſeculare? Dic vt dixi plene ſ. de offic. delega. iudices. concil. Vieñ. Si vis plenius ſcire de iſtis executoribus, quære per Innoc. & Hoſtien. ſ. de offic. deleg. in literis. de re iudi. c. 1. de conceſ. præben. propoſuit. & c. cum noſtris. & c. literas. de deſpon. impub. ad diſſoluendum. de exce. prælat. inter dilectos. & per Compoſt. ſ. de reſcrip. capitulum. & c. mandatũ. in glo. ordina. ſ. de offic. deleg. paſtoralis.

Additio. Si mandatum eſt alicui quod faciat alicui prouideri, & ſcripſit in vna eccleſiã de prouiſione alicuius, ꝙ antequã ibi recipiatur, poteſt mãdare quòd in alia recipiatur. nec obſtat ſ. de reſcr. in noſtra. quia loquitur quando plures literæ ſuper vnius prouiſione impetrãtur in fraudem. Si autẽ per primas literas ſit receptus; tunc vlterius non habet prouiſor quid faciat: quia plenè executus eſt mandatum Apoſtolicum: & ideo non tenet ſecunda prouiſio. arg. ſ. eod. venerabili fratri. de offic. & poteſta. iud. deleg. idẽ videtur ſi mandatũ eſt alicui, quòd prouideat alicui: nã ſi prouidit ita quòd prouiſio teneat de iure, licet de facto non habeat poſſeſſionẽ, vlterius nõ tenet ſecunda prouiſio: quia ſi contrarium dicitur, ſeqtur abſurdũ, ſcilicet ꝙ per vnum mandatũ cõſequatur nõ ſolũ duas, ſed multas prouiſiones, & omnes valebunt: aliqui tamen contradicunt. Inno.

a ¶*Et alios, ad quos id pertinebit.*] puta ſubexecutores: ſed ipſi idẽ ſunt cũ executoribus, vt ſ. de offic. deleg. cum olim. Vel dic, alios, ſcilicet iudices delegatos, ſeu auditores, ad quos per appellationem vel ſimplicẽ querelã in Romana curia, vel alibi negotiũ cõmiſſum fuit per iura ſ. de offi. deleg. paſtoralis. §. præterea. ibi, reuocato, & c. ſ. de reſc. auditor. de elect. conſtitutionẽ. §. inſuper. in cle. Sed quid erit in caſu illius c. ſ. de præb. ſi clericus. in fi. vel in gratijs ſub forma pauperũ impetratis: in qbus vt frequentius diœceſani conſtituuntur executores: nunquid archiepiſcopus Tholoſanus, qui epo Tholoſano in honore & onere immediatè ſucceſſit, in alijs diœceſibus, vel propria eorũ diœceſi potius gratias illius, quæ ſunt in fieri, exequentur? Credo ꝙ de illo c. ſi clericus, in fine, non ſit dubiũ quin ordinarius illius beneficij hoc habeat facere, prout dicit dicta decre. ſi clericus. in fine. de gratijs vero ſub forma pauperũ, & alijs epo Tholoſano, qui tunc erat vt diœceſanus, exequendis cõmiſſis, videretur ꝙ cũ ordinaria iuriſdictio dependeat ab adminiſtratione, ſeu territorio: & iſtæ executiones ſic cõmiſſæ ſint diœceſanis vt ordinarijs, qui adminiſtratores iuris exiſtũt, vt ſ. de ſen. excom. nuper. & de iure debeatur pauperibus clericis victus de patrimonio crucifixi, vt ſ. de præbẽ. cũ ſecundũ. in prin. bene ſequitur ꝙ diuiſa adminiſtratione ſeu territorio, quãlibet partẽ ſequetur omne illud quod ex ipſa dependeret: & ſic quilibet diœceſanus habebit executionẽ & exercitium omniũ eãrũ ſuæ diœceſis: & etiam prius ante diuiſionem inceptarum, & pendentium, & nedum propriè ordinariarũ: imo ẽt commiſſarum delegationum tñ diœce. vt ordinarijs, vt in caſu noſtro. arg. 96. di. Conſtantinus. palea eſt. ſ. de offi. deleg. qm̃ abbas. & cap. præterea. ſecus autem eſt vbi vt ſimplici commiſſario, vel delegato eſſet ipſis diœce. cõmiſſa. Vel dic idem eſſet in vtroque caſu: tã vbi vt delegatis ẽt ſimpliciter, ꝗ ẽt vt ordinarijs: ex quo ſunt commiſſa dignitati, nõ perſonæ, per c. qm̃ abbas. cum quo ad partes ſibi ſubtractas, & ſic quo ad alias diœce. Tholoſanus deſierit eſſe prælatus: quare ſibi ſuccedentes fungentur eius vice, ac ſi ipſe eſſet mortuus, vel tranſlatus. ſuccedit n. res rei, vel dignitas dignitati, ſicut pſona perſonæ: & iõ dẽt fungi vice eius per omnia, vt ſ. vt lit. pẽd. eccleſia. cum ſi. Rõ tñ huius decre. eſt in contrarium: ibi dum ſequitur, quibus ante diuiſiones, &c. ſed poteſt dici, ꝙ hic loquitur de ſimplicibus executoribus, ſeu delegatis à ſede Apoſtolica conſtitutis.

b ¶*Idem etiam.*] Quarta pars.

c ¶*Declaramus.*] & ſic tota iſta decre. eſt declaratiua iuris antiq non conſtitutiũa iuris noui, vt patet etiam ſ. eo. §. proximo, in verbo, declaramus. quare non eſt neceſſe hic reſpicere eius editionẽ, ſeu publicationem: cum omnia quantũcunque longe ante præterita, ſeu inchoata reſpiciat, vt ſ. de conſti. quoniam. & de vſur, cũ tu. de elect. cũ in cunctis. §. penult.

a ¶*Iuſti-*

Litera Apoſtolica eſt duplex.

a ¶*Iuſtitiam.*]& ſic eſt duplex litera Apoſtolica:quędam gratioſa,de qua ſupra dictum eſt. quædam iuſtitiæ,de qua hic. ſimile.ſuprà de fal.accedens. prima conſueuit bullari cum filo de ſerico:ſecunda cum filo canabis.argumen. ſuprà de fal. licet. Item prima non tranſit regulariter ſine lectione, ſed ſine contradictione bene: ſecunda tranſit ſine lectione, ſed nō tranſit ſine contradictione, & ideo in procuratorijs contradictarum conſueuit illa clauſula apponi, Conſtituit talem procuratorem ad impetrandum & contradicendum literas ſimplices & legendas: ſine qua non eſſet ſufficiens procurator in audientia cōtradictarum,quātumcunque aliàs haberet plenum mādatum. & iſta ſola ſine alio mādato non eſſet ſufficiēs in palatio auditorum, vt ſuprà de renunc. veniens.

Iudex, auditor, conſeruator, & arbiter differunt.

b ¶*Iudices.*]& ſic not. quòd alius eſt iudex,vt hic:alius auditor,vt ſuprà de officio deleg.ſuper quæſtionum.§.porrò.in fin.de reſcrip. auditor. concil. Viennen. alius conſeruator,vt ſuprà de offic. delega.ſtatuimus. libro 6. alius arbiter iuris. ſuprà eodem, capitu. ſuſpicionis. & capitu. ab arbitris. libro ſexto. Item alius executor miſtus, de quo ſuprà §.proxim. dictum eſt.alius merus, de quo ſuprà de appel. nouit. de quibus plenè dicitur ſuprà de re iudic. quod ad conſultationem.per glo.Innoc. & Hoſtien. alius referendarius, ſcilicet ad certum articulum cauſæ referendum datur, vt ſuprà de offic. deleg. iudices. concil. Viennen. & in dicto capitu. ſuper quæſtionum. omnes iſti & ſimiles ſunt ordinati ad cauſas Apoſtolicas expediendas in curia Romana,& extra. Vnde iudex delegatus eſt propriè is, qui mandatam ſibi iuriſdictionem vice delegantis exercet. dictus à delego,gas, quod idem eſt quod mando:quare rubrica.ff.dicit, de eo cui mandata eſt iuriſdictio.

Executor eſt duplex.

Referendarius qs eſt.

† Vide concil. Trid. ſeſ. 13. de reformatione, c. 1.

c ¶*Remanſiſſent.*] Nota quòd diuiſio facta de aliqua re, operatur tantùm illum effectum pro quo facta eſt, nec ad alios ſe extendit, nec in alijs caſibus præbet præiudicium alicui,ſeu iuuamen, vt 10. diſtinctio. lege, quod præſtat argum.quòd diuiſio rei emphyteuticæ, vel feudalis, ſeu debitorum,inter hæredes facta,non noceat dominis, vel creditoribus ſuper integra ſolutione penſionis, vel debiti eis facienda vt prius:cum particularis actio, ſeu ſolutio non modica habeat incommoda.ff.famil. erciſcun. planè. Guliel. de monte Lauduno.

Solutio particularis multa hēt incōmoda.

licas iuſtitiam [a] continentes, vt videlicet iudices [b] dati per illas in cauſis quarumlibet perſonarum,quæ nunc de eiſdem diœceſibus diuiſis exiſtunt, poſſint iuxtà earum tenorem perinde procedere, ac ſi dictæ diœceſes de quibus mentio in eiſdem literis habetur,integrę remanſiſſent [c]. ¶ Nulli ergo omnino hominum liceat hāc paginam noſtræ declarationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Auinionñ.iij.Kalen.Nouembris, Pontificatus noſtri anno ſecundo.

De officio iudicis ordinarij.

¶ Bonifacius octauus.

¶Epiſcopus monaſterium viſitans non tenetur accipere monachos illius monaſterij pro tabellionibus: etiam ſi hoc haberet conſuetudo: nec in actu viſitationis debet eſſe ſolus, ſed duos,vel tres clericos cum notario,qui ſimiliter ſit clericus, ſecum aſſumat.hoc dicit.

CAP. I.

DEbent ſuperioribus ſuis reuerentiā ſubditi: & dum ſalubriter ab eis procul pis correctionem velut curantium medicamenta recipiunt, obedientiam exhibere tenentur.Rurſus oportet prępoſitos cum charitate†corrigere: decet eos inferre humiliter qđ docent,& paterna ſubiectos dilectione fouere: Sic debitor delicatus effugitur: ſic oneroſus creditor minimè [d] reperitur. ¶Sanè dudum venerabili fratre noſtro A. epiſcopo Dulmeñ. ad viſitandum capitulū ſuæ eccleſiæ Dulmeñ.quæ regularis ordinis ſancti Benedicti fore noſcitur, deſcendente [e]: Prior & capitulum ipſius eccleſiæ excipientes,quòd de conſuetudine erat eccleſiæ ſupradictæ, à tempore cuius non erat memoria [f] inconcuſsè ſeruata, quòd epiſcopi Dulmeñ. qui fuerunt pro tempore, per ſe ſolos abſque alijs religioſis ſibi adiunctis,vel clericis,vel laicis ſecularibus quibuſcunque, aſſumptis ſibi loco notarij monacho, ſeu monachis capituli memorati, viſitationem ſuam hactenus prędicto impedierunt capitulo:ſupplicarunt eidem epiſcopo, vt omnes tam clericos quàm laicos religioſos & ſeculares(antequam viſitationem actualiter exerceret) à capitulo præciperet amoueri: quibus amotis,parati erant ipſum admittere ad viſitationem huiuſmodi peragendam. Et quia dictus epiſcopus eos ſuper hoc non audiuit [g], quamquā proteſtaretur ſe velle omnes clericos ſuos,& alios(præter tres vel quatuor & notarium) remouere: & ſic ſuam viſitationem incipere & complere, idem Prior & capitulum ad ſedem Apoſtolicam appellarunt. ¶ Propoſito itaque huiuſmodi negotio coram nobis, & auditis & intellectis, quæ partes dicere voluerunt: nos conſiderantes, quòd conſuetudo prædicta contra communem vtilitatem, facultatem probationum (quæ non eſt anguſtanda [h]) reſtringit, propter qđ etiam vt ſalua ſcilicet ſit rerum probatio [i], quia publicè intereſt ne veritas occultetur [k], cautum eſt iure, vt curent magiſtratus teſtari, id eſt, teſtificari volentibus, ſeipſos & alios teſtes, vel ſignatores præbere [l]. Et ſtatuit generale concilium, vt à iudicibus adhibeatur perſona publica,vel duo viri idonei,qui acta

Diuiſio.

DEbent.]Hæc conſtitutio habet quatuor partes. Primò præmittit proœmium ad dicenda. Secundò verſic. *Sanè.* factum viſitationis intentæ, & conſuetudinis contra hoc propoſitæ narrat. Tertiò verſicu. *Propoſito.* dictam conſuetudinem multis rationibus pmiſſis reprobat. Quartò verſicu. *Sed ne ſit.*numerum perſonarū viſitanti aſſiſtentium taxat.In primò ordinem, quem debent habere ſubditi ad ſuperiores, & econtra ponit.In primò non ſeruato eſt inobedientia punienda: in ſecundò eſt tyrannia, vel negligentia reprobanda.ſecundò verſicu. *Sic debitor.* horum rationem ſubiungit:licet enim inter hos ſit relatio ſuperpoſitionis & ſuppoſitionis: hæc tamen corrumpuntur ab exceſſu. 22. quæſtio. 5, de forma. ff. de ijs qui ſunt ſui vel alieni iur.l. 1.in fi.& l. ſeq.

d ¶*Minimè reperitur.*] ff.de pign. actio. ſi ſeruos pignoratos.in fin.

e ¶*Deſcendente.*] prout poteſt & tenetur extra 6.lib. de cenſi. Romana. 1. reſpon. extra de offic. ordin. irrefragabili.

f ¶*Memoria.*] hoc nō prodeſt in delictis. extra de conſuetu. cum tanto. extra de ſimo. cum in eccleſiæ.& male conſueta tempore non firmantur.authen. vt nulli iudic.lic.ha.lo. ſerua.§. 1. collatio. 9. & idem vbicunque à iure reprobatur conſuetudo,vt hic,& extra. 6. libro de conſuetu. cap. 1.& 2.& eodem lib. de electio. quia ſæpè. & eod. lib.de pœniten.& remiſſio.epiſcopus. in fine.

g ¶*Non audiuit.*]formam iuris iſti benè ſeruauerunt: quia exceptionem propoſuerūt: & propter eam non admiſſam appellarunt: vel poteſt appellari propter eam neglectam iudice ad alia procedente, quæ non poterant ſe compati cum primo propoſito. extra de appella. dilecto. &c. ex parte M. Sed hic fuit defectus in materia: quia exceptio non erat legitima, vt infrà ſequitur. & ob hoc appellans in iuriſdictione prioris iudicis remanſit: & ſic tenuit eius proceſſus: ſecus ſi materia erat legitima & forma debita:not.extra de offic.delega. cum contingat.in princ.

h ¶*Non eſt anguſtanda.*]C.de hære.quoniam in fi.

i ¶*Probatio.*]C.de iureiu.in bonæ fidei.C.de iure delibe.l.fi. §.ſi verò & ipſe.

k ¶*Occultetur.*]ſed potius eruatur.ff.de teſti.ſerui.

l ¶*Præbere.*]ff.de teſti.curent.

a ¶*Con-*

conſcribant[a]: Quos quidem monachos[b] ad prædicta, tum propter eorum profeſſionem, quæ illorum vocem facit funeſtam[c], & ipſos arcet à iudicijs & publicis ſiue ciuilibus actibus[d], nec patitur (prout conſtitutio[e] nouella declarat) niſi in inquiſitionis hæreticæ prauitatis cauſa, tabellionis (cuius vicem in hac parte duo viri per ſupradictū concilium obtinent) officium exercere: tum quia ſuſpecti[f], nec contra[g] Priorem aut capitulum, quibus ſubſunt,[h] quæ corrigenda inuenirentur, fideliter & rectè conſcriberent, conſtat non eſſe idoneos: Attendentes quoque quòd id[i] epiſcopali non modicum detrahit dignitati, ſi ab epiſcopo, qui dignitatem propriam ſuo ingenio augere[k] debet, comites honoris ſui cauſa adhibiti abducantur[l], ſeque ſolùm ſuſpectis[m] quandoque forſitan quos viſitat, committere compellatur[n]: Dictam conſuetudinem, per quam prælibati Prior & capitulum videntur nimium delicati, tanquam non rationabilem reprobamus[o]. Sed ne ſit epiſcopus oneroſus[p], decernimus noſtrorum prædeceſſorum veſtigijs inhęrentes, vt cum ad viſitationem decætero faciendam in eccleſia memorata deſcenderit, in viſitationis actu duas, vel tres honeſtas perſonas clericali charactere inſignitas, quarum vna ad minus ſit religioſa[q] ordinis ſupradicti, & vnum notarium clericum ſecum habeat, & non plures. Conſuetudine aliqua obtenta, & compoſitione qualibet inter partes ipſas ſuper hoc in contrarium facta hactenus, non obſtante[r]. Nulli ergo liceat hanc paginam noſtrarum reprobationis[ſ], conſtitutionis[t], &c. Datum Anag. x. Kalen. Auguſti, Pontificatus noſtri anno octauo.

¶Ioannes XXII.

¶Beneficia plura incompatibilia obtinens ſine diſpenſatione, debet illa præter vltimum in manu ordinarij intra duos menſes dimittere: aliàs pœnas incurrit hic poſitas. Et debet ordinarius tales plura beneficia obtinentes compellere ad oſtendendam diſpenſationem: quod ſi non fecerit, ab ingreſſu Eccleſię ſuſpenditur. vide cap.ordinarij.eod.titulo,libro ſexto: quod ſi diligēter notetur, hæc extrauagans ſub hoc titulo rectè collocata dicetur.

CAP. II.

VT † quos virtutis amor à vitio ambitionis execrādæ, & auaritiæ cæcitate non retrahit, ſaltem rigor coerceat diſciplinæ: Statuimus, vt quicunque plures dignitates, vel perſonatus, aut parochiales eccleſias, aut dignitatem, vel perſonatum cū alio beneficio curam animarum habente, ſimul ſine diſpenſatione canonica detinens, illa omnia & ſingula (illo duntaxat excepto, qđ vltimò receperit, quod poſſit, ſi tamen in eo ex collatione canonica ius ſibi competat, retinere) intra duos menſes à die notitiæ huiuſmodi noſtræ conſtitutionis continuè numerandos efficaciter verbo & facto, abſque fraude aliqua in manu ordinarij dimittere teneatur, per eum, vel per eos, ad quem vel ad quos eorum diſpoſitio ſpectabit, ea vice liberè diſponenda. Quòd ſi

† Vide concil.Trid.ſeſ. 7. de refor. c. 2. & 4. & ſeſ.24.de refor.c.17.

a ¶*Conſcribant.*] extra de probat. quoniam contra. in prin.
b ¶*Monachos.*] accipe.ſ. conſtat non eſſe, ſcilicet ad prædicta idoneos,& tun c reſume,tum propter. &c.
c ¶*Funeſtam.*] id eſt,luctuoſam,vel mortale:quia lugere habent,& mortui ſunt mundo.2.q.7.placuit.& c.ſeq.16.q.1.placuit.25.q.2.ita nos.C. qui accuſ. non poſ.l. ſi quis.

Monachi ſunt mūdo mortui.

d ¶*Actibus.*] extra ne cle.vel mona.ſec. ne.ſe immiſc.c.1.& c. ſed nec procuratores. & c.clericis.& c.ſententiam.
e ¶*Conſtitutio.*] extra 6.lib.de hæreti. vt officium inquiſitionis.§.ad conſcribendas.
f ¶*Suſpecti.*] contra, quia monachi in cauſis monaſterij teſtes eſſe poſſunt. extra de teſti. inſuper.& c.tuis.& cap. cum nuntius. de iureiuran. Etſi Chriſtus. in fi. etiam in cauſa viſitationis & reformationis. extra 6. lib. de offi. ordi.quia.Item ex quo ſunt ſuſpecti,teſtes eſſe non poſſunt. ff.de teſti. l.3.circa princip.ibi verſic. Nam ſi careant. extra de teſti. ſuper eo.2. in princ.Sol. in præmiſſis caſibus monachi teſtes eſſe poſſunt, ſed nō cum præciſione:hoc eſt ipſi & nō alij : quod hic negatur: vnde lite grā di hic conſiderata Papa hoc voluit, vt plenior fieret probatio,vt veritas plenius eluceſceret.C.de tempo. appel. per hanc. in fine.

Monachi an poſſint eſſe teſtes.

g ¶*Nec contra.*] C.de teſti. omnibus. & ff. de teſti.nullus.
h ¶*Subſunt.*] propter quod eorum teſtimonium eſt ſuſpectum. C. de teſtib. parentes. & l. ſeruos.& ff.de teſti. idonei.Ioan.Mo.
i ¶*Quod id.*] ſcilicet, quòd epiſcopus nullis alijs ſibi adiunctis, niſi de capitu. viſitet.
k ¶*Augere debet.*] ff. de officio proconſul.& leg.obſeruandum.in fi. Ioan.Mona.
l ¶*Abducantur.*] ff.de iniurijs.l.item apud Labeonem.§.comitē.Sed quomodo detrahitur huic dignitati, ſi caput ſtet cum membris. extra de præſcrip. cum non liceat.& ſic non eſt iniurioſa abductio, ſed debita coniūctio:ſicut inter caput & membra, & inter patrē & filiū. C.de cura.furio.l.fin.in princ.30.q.3.ita diligere. Item inhumanum eſt publicatione paupertatis detegere vilitatem. C. quando & qui.quarta pars in bo.de.l.2.circa medium. Dic vt prius.Præciſio hic reprobatur:& fuit hæc ordinatio æquitatis propter congruitates hic tactas,& neceſſitates quo ad perſonam tabellionis, vel duorum virorum pro eo. Ioannes Monachus.
m ¶*Suſpectis.*] ex cauſis prædictis.Ioannes Monachus.
n ¶*Compellatur.*] quod eſſe non debet.argum.C. de iud.apertiſſimi.& l.fi.Item iſti monachi ſi tabellionis loco duarum pſonarum locum tenerent, ſcilicet aſſiſtentium viſitanti ad probandum quod eſſet actum, forſan eædem perſonæ eſſent

per viſitatorem corrigendæ. Et fungi publici officio, præſertim ſuſpecto & aduerſo, vt hic, eſt meritò reprobandum. C. de aſſeſ.nemo.extra de cleri.non reſi.quia nōnulli. & extra 6. libr.de præben.cum ſingula.Ioan.Monachus.

Officio duplici quem fungi iure vetatur.

o ¶*Reprobamus.*] ex quibus cauſis conſuetudo reprobetur, not.extra 6.lib.de conſue.in ſumma. Io.Monach.
p ¶*Oneroſus.*] ſed quo modo eſt hic epiſcopus oneroſus, qui habet qđ petit? Dic quòd eſt oneroſus quo ad intentū aduerſariorum dicentium epiſcopum velle viſitare,& intrare capitulum cum pluribus, & contra eorum conſuetudinem, quam prætendebant. Ioan. Monach.
q ¶*Religioſa.*] contra extra de offi. ordin. vt iuxta.Dic, caſus eſt diuerſus, non aduerſus, nam ibi loquitur vbi prælatus viſitat alium locum à capitulo ſuo : hic quando viſitat proprium capitulū, cuius perſonas propter coniunctionem maiorem quam habet ad ſuam eccleſiam præ cæteris eccleſijs ſibi ſubiectis. extra de teſt. requiſiſti. §. penul. eſt veriſimilius, vt eaſdem perſonas melius noſcat. Vel dic quòd hic determinat illam taxando hoc dictum indeterminatum: ibi, ne ſubditi nimium aggrauentur: & decet perſonas religioſas in tali articulo aſſumi. arg.extra de ſta. regu. in ſingulis. circa prin. Io. Monac.

Epſ eum eccleſia cathedrali hēt cō iunctionem maiorē quā cum alijs.

r ¶*Non obſtante.*] Sed quare tollit hic conſuetudinem, & compoſitiones quaſlibet? quia licet viſitationi non prę ſcribatur, nec procurationi, quæ debetur ratione viſitationis: præſcribi tamen pōt quotitati procuratoris. nota extra de præſcrip. cum ex officij. extra de cenſibus, cum venerabilis. Sic videtur quòd præſcribi poſſit quotitati aſſiſtentium viſitanti.argumen.ff.de vſur.qui ſemiſſes. 1. reſpon. & ff. quemadmodum. vſusfruct. amit. l. is qui.licet conſuetudo hic narrata per hæc allegata non ſit præſcriptibilis. Dic tamen, quòd hæc conſtitutio in alijs facit gratiā, quia ſi iſta verba non ponerentur, remanerent compoſitio, & conſuetudo non reprobatæ. extra 6. lib. de conſtitutio. capitu. primo. Nec eſt inconueniens, quòd eadem decretalis contineat ius in vna parte, & gratiam in altera. extra de conceſſio. præbend. conſtitutus. Et forſan Papa fuit motus ad prædicta caſſanda propter grauem litem, quæ fuerat inter partes : ne recidiuum nouæ litis prætextu conſuetudinis alterius, vel compoſitionis ſubintraret.

Viſitationi an poſſit pſcribi.

ſ ¶*Reprobationis.*] ſ.eo.in verbo.reprobamus.
t ¶*Conſtitutionis.*] ſ.eo.in verbo. decernimus.

VT *quos virtutis.*]

a ¶Qui

a ¶*Qui verò.*] Iſtum §. aliqui libri non habent vſque ad §. vt autem.& tenorem huius habes in extrauaganti. Execrabilis.quæ eſt vna de xx.gloſſatis per Zenzelinum in tit. de præben.& ibi vide.Habes etiam eam ĩ.in tit.de præben.cū gloſſa domini Guliel.de Monte Lauduno.

non fecerit, etiam illo ſit ipſo iure priuatus, in quo ius competebat eidem: & inhabilis ad quæcunque beneficia obtinenda penitus cenſeatur.

¶Qui [a] verò deinceps receperit dignitatem, vel perſonatum, aut beneficium curam habens animarum annexam, ſi prius ſimile beneficium obtinebat; primum, quo, poſtquā ſecundi poſſeſſionem habuerit, vel per eum (omni dolo & fraude ceſſantibus) quominus habeat, ſteterit, priuatus noſcitur ipſo iure, abſque moræ diſpendio in manu ordinarij omnino ſimiliter dimittere teneatur, per eum vel eos, ad quem ſeu quos collatio ſeu ordinatio ſpectauerit, diſponendum: quod niſi fecerit, ex tunc ſecundo ſit ipſo iure priuatus, & inhabilis ad ſacros ordines, & ad quodcunque beneficium eccleſiaſticū obtinendum. ¶Vt autem præmiſſorum fructus facilius ſubſequatur, omnibus & ſingulis ordinarijs in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub pœna ſuſpenſionis ab ingreſſu Eccleſiæ, quam eos (ſi in exequendis ſubſequentibus negligentes fuerit) incurrere volumus ipſo facto, diſtrictè præcipimus & mandamus, vt ſub certa & formidabili pęna eorum arbitrio infligenda, ſubditis ſuis plures dignitates & perſonatus aut eccleſias, quibus cura imminet animarum, aut dignitatem, vel perſonatum cum alio beneficio, cui cura ſimilis ſit annexa, obtinentibus, iniungere debeant, quòd diſpenſationes, auctoritate quarum huiuſmodi Eccleſias, perſonatus, vel dignitates obtinent, ſi quas habent, necnon & titulos Eccleſiarum dignitatum, vel perſonatuum eorundem intra tempus pro facti qualitate ipſorum ordinariorum moderandum arbitrio, ordinarijs ipſis, vel ijs, quem vel quos ad hoc duxerint deputandos, ex libero procurent: De proceſſibus habendis ſuper his exhibitis, propoſitis, & productis, redituri abſque moræ diſpendio, per ſcripta publica conficienda ſuper his ſedem Apoſtolicam certiorem.

De maioritate, & obedientia.

¶Bonifacius octauus.

¶Omnes Chriſti fideles de neceſſitate ſalutis ſubſunt Romano Pontifici, qui vtrunque gladium habet, & omnes iudicat, à nemine autem iudicatur. Hæc tamen extrauagans regem Franciæ & regnicolas non amplicus ſubijcit Eccleſiæ Romanæ, quàm prius erant: vt patet infrà de priuileg.meruit.

CAP. I.

VNam ſanctam Eccleſiam catholicam & ipſam Apoſtolicam vrgente fide credere cogimur, & tenere. Noſque hanc firmiter credimus & ſimpliciter confitemur:

VNam ſanctam Eccleſiam.] ¶ Ponatur ſic caſus, quòd erāt dubitantes quidā, aut fortè credentes, vel etiam aſſerentes non eſſe de neceſſitate ſalutis ſubeſſe ſummo Pontifici: quod quidem vel verbo fieri poterat: quia fortè ſic dicebant: vel facto, quia talia agebāt & operabantur, ac ſi non eſſet de neceſſitate ſalutis: Huic autē morbo peſtifero obuiare volens ſanctiſſimus pater dominus, dominus Bonifacius Papa viij. hanc decret.edidit, vbi hoc pleniſſimè declaratur. Intētio itaq; huius decretalis eſt inducere rationes, exempla, & auctoritates, ſubeſſe ſummo Pontifici eſſe de neceſſitate ſalutis: quod tripliciter hic probatur. Primò, per quaſdā conditiones generales, quæ ipſi Eccleſię congruunt. Secundò, per quaſdam adaptationes ſpirituales, quæ ad ipſā Eccleſiam adaptantur. Tertiò, per gladios, q in ipſa Eccleſia continentur. Tota igitur hæc decre. diuiditur in quatuor partes: qa primò ponuntur præfatæ conditiones generales congruentes Eccleſiæ, per quas probari pōt, quòd ſubeſſe ſummo Pontifici eſt de neceſſitate ſalutis. Secūdò adducuntur quædam adaptationes ſpirituales, p quas probatur hoc idē. Tertiò agitur de ipſis gladijs, qui ſunt in Eccleſia, per quos declaratur hoc idem. Quartò & vltimò, concluſio tot modis inueſtigata, videlicet, quòd ſubeſſe ſummo Pontifici ſit de neceſſitate ſalutis, infertur ex omnibus antedictis. Secunda: ibi, *Vna nempe fuit.* Tertia: ibi, *In hac eiuſque poteſtate* Quarta: ibi, *Porrò ſubeſſe.*

¶Propter primum ſciendum quidem, quòd numerare poſſumus ſex conditiones generales congruentes Eccleſię: ex quibus poſſunt ſumi ſex rationes, quòd Eccleſia habet vnum caput: & quòd ſubeſſe illi capiti eſt de neceſſitate ſalutis: vt ſit prima condō, ꝙ Eccleſia eſt vna: ſecunda, ꝙ eſt ſancta: tertia, quòd eſt catholica: quarta, quòd eſt Apoſtolica: quinta, quòd extra non eſt ſalus: ſexta & vltima, quia extra ipſam non eſt remiſſio peccatorum. Itaque in prima parte, in qua agitur de iſtis conditionibus Eccleſiæ congruentibus, dominus Papa tria facit: quia primò iſtas cōditiones narrat: ſecundò eas declarat: tertiò eas corroborat & cōfirmat. ſecūda: ibi, *Sponſo in Canticis.* terti: ibi, *In qua vnus.* Dic ergo Eccleſiā eſſe vnam, quæ fuit conditio prima. ſanctam; quæ fuit ſecunda. catholicam, quæ fuit tertia. & ipſam Apoſtolicam, quæ fuit quarta. extra quam non eſt ſalus, quæ fuit conditio quinta. nec remiſſio peccatorum, quæ fuit ſexta. *Noſque hanc,* id eſt Eccleſiam eſſe ſic vnam, ſic ſanctam, &c. vel hanc, id eſt hanc fidem de Eccleſia, quòd ſit vna, firmiter credimus, & ſimpliciter confitemur.

¶Notandum autem eſt, quòd ex iſtis ſex conditionibus Eccleſiæ congruentibus (vt ſuprà tetigimus) ſumi poſſunt ſex rationes, quòd ſubeſſe ſummo Pontifici ſit de neceſſitate ſalutis. Vt ſit prima ratio, quia Eccleſia eſt vna, ſiue eſt vnum corpus: ſed vni corpori non competit niſi vnum caput: quia aliter eſſet monſtrum. Arguatur ergo ſic: Omnia membra, quæ ſunt in vno corpore, non ſaluantur niſi coniuncta illi corpori, & ſubdita vni capiti, à quo infunditur eis motus, & ſenſus: ſed omnes Chriſtiani ſunt membra vnius corporis: qa ſunt membra Eccleſiæ, quæ eſt vna, & vnum corpus: ergo omnes huiuſmodi Chriſtiani ſaluantur vt coniuncti Eccleſiæ, & vt coniuncti vni capiti, id eſt ſummo Pontifici. Secunda ratio ad hoc idem ſumitur ex ſecunda conditione, videlicet quòd Eccleſia non ſolùm eſt vna, ſed etiam eſt ſancta, id eſt, ſancita & firmata in vnitate: ſi enim Eccleſia vacillaret quátùm ad vnitatem: quia aliquando eſſet vna, aliquando non eſſet vna: & per conſequens aliquando haberet vnum caput, aliquando haberet plura capita: poſſet quis dicere non eſſe de neceſſitate ſalutis ſubeſſe huic capiti: qa fortè poſſet ſaluari ſub alio capite. Sed cum Eccleſia ſit vna, & ſit ſancta, id eſt ſic in vnitate fulcita, quòd nō poſſet habere niſi vnum ſupremum caput: ſubeſſe illi capiti erit de neceſſitate ſalutis. Quòd ſi dicatur, quòd ſanctum dicit quid purum: dicemus ex hoc ēt ꝙ dicit quid firmū qa firmitas eſt ex puritate, infirmitas ex impuritate: nam & in corpore ſurgit infirmitas ex impuritate: vt quia oriuntur in eo immunditiæ corporales & mali humores: & in anima etiam ſurgit infirmitas ex impuritate: vt quia oriuntur in ea immunditiæ ſpirituales, & malæ cogitationes. Formetur autē ſic ratio: Quicquid eſt vnum & ſanctum, id eſt ſic in vnitate ſancitum, quòd non poteſt eſſe niſi vnum corpus, & habere vnum caput, mēbra non poterunt ſaluari niſi coniuncta illi corpori, & ſubdita illi capiti. Eccleſia eſt huiuſmodi, ergo, &c. Membra quidem ex hoc ſaluantur & viuunt, quia mouentur & ſentiunt: & motus & ſenſus eis infunduntur à capite: ſi non ſunt ſubdita capiti, non mouentur nec ſentiunt: propter quod viuere & ſaluari non poterunt. Tertia ratio ſumitur ex tertia conditione: qa Eccleſia eſt catholica & vniuerſalis ſiue generalis, ſic enim ait Iſidorus: quia catholicus vniuerſalis ſiue generalis interpretatur: nam Græci (vt dicitur) vniuerſale catholicon vocāt. Si ergo fides, quam tenet Eccleſia, vel ipſa Eccleſia eſſet particularis, continens vnam gentem vel vnum populum, ſicut ſunt multæ gentes & multi populi: ſic fortè eſſent multæ Eccleſiæ & multa capita. Sed cum ſit catholica & vniuerſalis, qa omnes

Eccleſia eſt vna.

Chriſtiani omnes ſunt membra vnius corporis.

Eccleſia eſt ſancta.

Infirmitas in corpore vnde ſurgit.

Eccleſia eſt catholica.

omnes obligantur (ſi volunt eſſe in ſtatu ſalutis) ad credendum & tenēdum quod credit & tenet Eccleſia: ideo ſicut nō poteſt eſſe niſi vnum vniuerſum quod omnia comprehendat: ita quantùm ad ſtatum ſalutis non poteſt eſſe niſi vna Eccleſia, eo quòd Eccleſia comprehendit omnes, qui volunt eſſe in ſtatu ſalutis. Formetur autem ſic ratio, Illud quod eſt catholicum & vniuerſale, & cōprehendit omnes, qui volunt eſſe in ſtatu ſalutis, nō poteſt eſſe niſi vnum, & habere vnum caput, cui oportet eſſe ſubditos omnes volentes eſſe in ſtatu ſalutis: Eccleſia eſt huiuſmodi: ergo, &c. Quarta ratio ſumitur ex quarta conditione: quia Eccleſia eſt Apoſtolica: tenet enim illam fidem, quam Apoſtoli tadiderunt & docuerunt, de quibus poteſt intelligi quod dicitur in Pſal. quòd In omnem terram exiuit ſonus eorum: & in fines orbis terrę verba eorum: vt nullus poſſit ſe excuſare ſe nō ſubeſſe Eccleſiæ: omnes enim Apoſtoli fidem prædicauerūt, & docuerunt. Vnde Apoſtolus ait ad Galat. 2. Aſcendi autem ſecundū reuelationem, & contuli cum illis, id eſt, cū alijs Apoſtolis, Euangelium, quod prędico gentibus: & ſubdit cauſam, ne fortè in vanum currerę aut cucurriſſem. Ne ergo vana eſſet prædicatio ſua: & ne videretur gentibus, vel alijs quòd prędicaret aliud quàm alij Apoſtoli, voluit Apoſtolus de Euangelio quod prædicabat, conferre cum illis. Item Eccleſia eſt Apoſtolica: quia illam fidem tenet & docet, quam concorditer prędicauerunt & docuerunt Apoſtoli. Formetur ergo ſic ratio, illud quod eſt Apoſtolicum, & tenet illam eandem fidem, quam Apoſtoli docuerunt, non poteſt eſſe niſi qd vnū, & vnum corpus habere, & vnum caput, cui oportet eſſe ſubdita omnia membra, ſi volunt eſſe in ſtatu ſalutis: huiuſmodi autem Eccleſia eſt: ergo, &c. Quinta autem & ſexta ratio ſumitur ex quinta & ſexta conditione: videlicet quòd extra Eccleſiam non eſt ſalus, id eſt, non acquiritur beatitudo, quæ eſt per gratiam conſummatam: nec extra ipſam eſt remiſſio peccatorum, quæ poteſt eſſe per gratiam initiatam: ita quòd nec gratia conſummata, quæ eſt ſalus & beatitudo noſtra: nec gratia initiata per quam remittuntur peccata, poteſt eſſe niſi per Eccleſiam. Si ergo Eccleſia eſt vna, & habet vnū caput: omnes volētes recedere à peccatis & adipiſci ſalutem, oportet eſſe ſub capite Eccleſiæ, id eſt ſub ſummo Pontifice. ratio autem per ſe patere poteſt. Notandum autem quòd omnes iſtę ſex conditiones continentur in ſymolo: vbi dicitur, quòd credimus in Eccleſiam vnam. quantùm ad conditionem primam: ſanctam, quantùm ad conditionem ſecundam: catholicam, quantùm ad tertiam: & Apoſtolicam, quantùm ad quartam: & quòd confitemur vnum baptiſma in remiſſionem peccatorum, quātùm, ad gratiam initiatam: & quòd expectamus reſurrectionem mortuorum, & vitam venturi ſæculi, quantùm ad gratiam conſummatā: ideo impingere contra hoc, eſt impingere contra ſymbolum.

Canti. 6.

Eccleſia quare dicit Apoſtolica.

extra quam nec ſalus eſt, nec remiſſio peccatorum, ſponſo [a] in Canticis ꝓclamante, Vna eſt colūba mea, perfecta mea. Vna eſt matri ſuæ, electa genitrici ſuæ: quæ vnum corpus myſticum repræſentat, cuius caput Chriſtus: Chriſti verò Deus. In qua [b] vnus dominus, vna fides, vnum baptiſma. ¶ Vna nempe [c] fuit diluuij tēpore arca Noè, vnam Eccleſiam præfigurans, quæ in vno cubito conſummata, vnum (Noe videlicet) gubernatorem habuit & rectorem, extra quam omnia ſubſiſtentia ſuper terrā legimus fuiſſe dele-

a ¶ *Sponſo in Canticis, &c.*] Hic illas ſex rationes concluſionis prefatæ, quòd ſubeſſe ſummo Pontifici ſit de neceſſitate ſalutis, declarat & manifeſtat per ea quæ habentur in Canticis: & per ea quæ ait Apoſtolus dicens, ſponſo proclamante in Canticis, ſupple de ſua ſponſa, id eſt, de Eccleſia, q̄ vna eſt columbra mea: vna eſt matri ſuæ, electa genitrici ſuæ: quæ ſcribuntur Canticorum 6. & ſubdit, quæ ſcilicet columba mea, ſic vna, ſic perfecta, ſic electa, vnum corpus myſticū, id eſt, vna Eccleſiam repræſentat: & addit quòd huius corporis caput eſt Chriſtus: Chriſti verò Deus. Not. autem quòd hic tanguntur ſex, per quæ declarantur ſex cōditiones: videlicet quòd corpus myſticum, id eſt, Eccleſia, eſt vna quantū ad conditionem primam: eſt columba, id eſt, innocens & ſine felle: & ſancta, quantùm ad conditionem ſecundam: eſt perfecta, ideſt, catholica, quantùm ad conditionem tertiā. Nam ſecundùm Philoſophum, totum & perfectum idem, vel proximum ſecundùm naturam. Nam illud eſt perfectum quod totum habet, & nihil ei deficit: & illud etiam totum eſt, quod omnia habet. Et quod dicit Philoſophus totum & perfectum idem: poſſumus nos dicere catholicum & perfectum idem, vel proximum ſecundùm naturam. Nam catholicum idem eſt quòd generale, & vniuerſale, quod omnia comprehendit, & etiam perfectum eſt cui nihil deficit. & omnia comprehendit. Iſta etiam Eccleſia eſt vna matri ſuæ: electa gentrici ſuæ, quantùm ad conditionem quartam. Apoſtoli ſiquidem vnam fidem prædicauerunt, vnam fidem elegerunt: quam tenens Eccleſia dici poteſt Apoſtolica. Huiuſmodi autem Eccleſiæ caput eſt Chriſtus, qui eſt agnus Dei tollens peccata mundi: cuius caput eſt Deus pater, à quo eſt genitus: quem videre eſt ſalus noſtra. Iuxta illud. Oſtende nobis patrem, & ſufficit nobis. Ergo ſicut per hoc quòd Eccleſia eſt vna, colūba, ideſt, ſancta: perfecta, ideſt, catholica: vna matri ſuæ, & electa genitrici ſuæ, id eſt, Apoſtolica, declaratæ ſunt quatuor conditiones. ſic per hoc ꝙ eius caput eſt Chriſtus, qui eſt agnus tollēs peccata noſtra, & caput Chriſti Deus, q eſt ſalus noſtra, declarantur alię duę conditiones, videlicet ꝙ per Eccleſiam eſt pecatorum remiſſio, & ſalutis adeptio.

Totum & perfectum idem.

Catholicū quid eſt.

Sal^o noſtra eſt videre Deum.

b ¶ *In qua vnus.*] Hic illas ſex conditiones, quas primò narrauit & poſtea declarauit, roborat & confirmat. ſic enim iacet textus ad Epheſ. 4. vnde illa verba ſunt ſumpta, vnum corpus, & vnus ſpiritus, & ſubditur, vnus Dominus, vna fides, vnum baptiſma, vnus Deus, & pater omnium. Eccleſia eſt ergo vnum corpus, per quod eſt vna, & vnica: quæ fuit conditio prima. Eſt in ea vnus ſpiritus, per quem eſt ſancta: quæ fuit ſecunda. Eſt in ea vnus Dominus, per quem eſt vniuerſalis & catholica: quæ fuit tertia. Eſt in ea vna fides, per quā eſt Apoſtolica: quia tenet illam fidem, quam prædicauerunt Apoſtoli: quæ fuit conditio quarta. Eſt in ea vnum baptiſma, per qđ eſt peccatorum remiſſio: q̄ fuit quinta. Et eſt in ea vnus Deus & pater omnium, per quem eſt ſalutis adeptio: quæ fuit ſexta. Aduertendum eſt, quòd dominus Papa noluit omnia verba iſta ponere, ne legentibus tædiū generaret, ſed voluit breuius pertranſire: & non niſi tria nominauit: videlicet qđ in Eccleſia eſt vnus Dominus, vna fides, vnum baptiſma: per quę tria omnes illæ ſex conditiones roborantur & confirmātur: Nam quia in Eccleſia eſt vnus Dominus, ideo ipſa eſt vna & catholica, id eſt generalis: quia verò in ea vna eſt fides, ideo ipſa eſt ſancta & Apoſtolica: eſt enim per fidem ſancta, id eſt ſancita, dicente Hugone, quòd nihil eſt certius homini ſua fide. per hoc eſt etiam Apoſtolica, quòd illam fidem tenet Eccleſia, quam Apoſtoli docuerunt. Sed quia in Eccleſia vnum eſt baptiſma, dicitur in ea eſſe peccatorum remiſſio, & ſalutis adeptio: nam per hoc quòd baptizamus, nobis peccata remittuntur. & cæleſtis ianua aperitur.

Baptiſmus quid facit.

c ¶ *Vna nempe fuit.*] poſtquam ſunt poſitæ illæ ſex conditiones, per quas ſumi poſſunt ſex rationes, quòd eſt de neceſſitate ſalutis ſubeſſe ſummo Pontifici: ponuntur quædam aliæ adaptationes, per quas concludi poteſt hoc idem. Circa qđ quatuor facit, ſecundùm quod quatuor huiuſmodi adaptationes ibi traduntur, vt ſit prima adaptatio per hoc quòd Eccleſia figurata eſt per arcam Noè. Secunda, per hoc quòd propheta in perſona Chriſti orat, quòd Deus eruat à framea animam ſuam, & de manu canis vnicam ſuam. Tertia p hoc ꝙ Eccleſia figurata eſt per tunicam Domini inconſutilem, quę ſciſſa non fuit, ſed ſorte prouenit. Quarta per hoc quod Chriſtus dixit Petro. Paſce oues meas. Secunda eſt: ibi, *Hanc autē veneramur.* Tertia: ibi, *Hæc eſt tunica.* Quarta: ibi, *Igitur Eccleſiæ.* Dicit ergo: vna nempa fuit diluuij tempore arca Noè, vnam Eccleſiam præfigurans. Hæc vna arca fuit in vno cubito conſummata, vnum habuit rectorem & gubernatorem Noè: exrra eam omnia exiſtentia ſuper terram legimus fuiſſe deleta. Aduertendum autem, quòd illa arca Noè Dei Eccleſiam figurabat. quod ſex modis Auguſtinus declarat. 15. de ciui. Dei. & 26. Primo ex eius vacillatione: nam ſicut illa arca ferebatur ſuper aquas fluctuantes: ſic Eccleſia militans in hoc ſeculo, non ſine fluctuationibus requieſcit. Secundò hoc idem patet ex illius arcę materia. Nā ſicut ex ligno fabricata eſt arca: & per lignum ibi ſaluatæ ſunt animæ: ſic ex ligno crucis dependet ſalus Eccleſiæ. Tertiò hoc idē patet ex illius arcæ proportione: nā (vt Auguſtin. ait) proportio illius arcę erat vt proportio corporis humani; erat enim ſexcies, ſiue ſex vicibus magis longa quàm lata: & decies longa quā alta: trecentorum enim cubitorum erat longitudo, 50. latitudo, & 30. altitudo eius, ſic & corpus humanum diſpoſitum eſt, vt ſit decies longum quàm groſſum: & ſexcies longum quàm latū. & ex hoc figurabat Eccleſiā cuius redemptor factus homo ad ſaluandū hoīes venit. Et hæc oīa clareſcunt his verſib.

Eccleſia eſt arcæ Noè comparata.

Arca Noè quantę fuit altitudinis, lōgitudinis & latitudinis.

Ter denis

Ter denis alta cubitis,& longa trecentis.
Et decies quinis lata fit arca Noë.
Sex vicibus longum. latum tranſcendit,& altum
Denis humani corporis inſtar habens.

ta. Hãc autem [a] veneramur,& vnicam: dicente Domino in propheta: Erue à framea Deus animam meam, & de manu canis vnicam meam. pro anima enim, id eſt, pro ſeipſo capite ſimul orauit & corpore: quod corpus vnicam ſcilicet Eccleſiam nominauit, propter ſponſi fidei ſacramentorum, & charitatis Eccleſiæ vnitatem. Hæc [b] eſt tunica illa Domini inconſutilis, quæ ſciſſa non fuit, ſed ſorte prouenit, Igitur [c] Eccleſiæ vnius & vnicæ, vnum corpus, vnum caput, non duo capita, quaſi monſtrum, Chriſtus videlicet, & Chriſti vicarius Petrus, Petrique ſucceſſor: Dicente [d] Do

Quartò arca figurat Eccleſiam, ſi bene conſideremus eius oſtium, quod poſitũ fuit ex latere, nam & Chriſto in cruce latus fuit apertum vnde fluxerũt ſacramenta: per quæ dicitur Eccleſia eſſe formata. (Pſal. 21.) Quintò arca ſignificabat Eccleſiam, ſi conſideremus eius compoſitionem: fuit enim compoſita ex lignis quadratis: quod ad ſtabilitatem Eccleſiæ pertinet. Corpus enim quadratum, cuiuſmodi eſt taxillus: ex quacunq; parte vertatur, ſtat. (Taxill' eſt corpus quadratum.) Sextò arca illa ſignificat Eccleſiam, ſi conſideremus diſtinctionem eius: erat enim arca illa bicamerata. ſecũdum.n. communem modum ponendi bicamerata erat inferius, tricamerata ſuperius. duæ autem erant cameræ inferiores: vna apothecaria,& alia ſentinaria, vbi ſtabant immunditiæ: tres autē erant cameræ ſuperiores. in quarum vna erant animalia mitia, in alia immitia: in media vero homines & aues. Sic & Eccleſia (vt Aug. ibidē tradit) eſt bicamerata: quia compoſita ex Iudæis & Gentibus: ſiue ex Iudæis & Græcis, vt nomine Græcorum intelligamus Gentes. Eſt tricamerata: quia ex tribus filijs. Noë oēs homines ſunt reparati, ex quibus facta eſt Eccleſia iſta. Itaq; arca, quæ (vt patuit) ſex modis Eccleſiam figurabat: inferius erat ampla, ſuperius ſtricta in vno cubito conſummata, per vnũ rectorem gubernata. Ex quibus poſſunt ſumi duæ rationes eſſe de neceſſitate ſalutis ſubeſſe ſummo Pontifici: nam Eccleſia inferius eſt magnæ latitudinis: quia multi ſunt prælati inferiores: ſuperius reſtringitur: quia pauciores ſunt prælati ſuperiores. (Prælati ſuperiores pauciores ſunt quàm inferiores.) Vel inferius eſt magnæ latitudinis: quia multi ſunt laici: ſuperius reſtringitur: quia pauciores ſunt prælati: & in vno cubito cõſummatur: quia in vno ſummo Pontifice terminatur. Sicut ergo tota illa arca ſtabat ſub vno cubito, ſic tota Eccleſia ſtat ſub ſummo Pontifice. Et ſicut extra arcam non erat ſalus: & quicquid ſaluabatur erat ſub illo cubito: ſic extra Eccleſiã nõ eſt ſalus: & quicquid ſaluat, eſt ſub ſummo Pontifice. Secunda ratio ad hoc idem ſumitur, non ſolùm ſi conſideremus vnitatem cubiti: ſed etiam ſi conſideremus vnitatem rectoris: nam ſicut totius arcæ erat rector vnus Noë: & nihil ſaluabatur niſi ſub eo: ſic totius Eccleſiæ rector eſt vnus ſummus Pontifex: & nihil ſaluatur niſi ſub ipſo.

a ¶*Hanc autem veneramur, &c.*]Hic proſequitur adaptationem ſecundam ex eo ϙ propheta in perſona Chriſti orat dicens, Erue à framea Deus animam meam. pro anima.n. Chriſtus, id eſt pro ſeipſo capite ſimul orauit & corpore: quod corpus vnicam ſcilicet Eccleſiam nominauit.& hoc propter quatuor quãtùm ad præſens ſpectat, propter vnitatem ſpõſi, fidei, & ſacramentorum,& charitatis. Aduertendum ergo ϙ in omnibus his quatuor ſummus Pontifex quandam principalitatē dicitur obtinere: nam ſi cõſideremus vnitatem ſponſi: ipſe eſt vnius ſponſi vnus principalis vicarius. Vnde glo. ſuper illo verbo Matthæi 16. Tibi dabo,&c. vult ϙ hoc ſpecialiter Petro cõceſſit, vt ad vnitatem nos inuitaret: & ſubdit, ideo enim eum principalem Apoſtolorum conſtituit, vt Eccleſia vnum principalem Chriſti haberet vicarium. Rurſus ſi cõſideremus vnitatem fidei: ſummus Pontifex eſt huius fidei principalis doctor & definitor: nam & concilia generalia vbi talia ſunt definita,& vbi ſymbola ſunt compoſita, non niſi auctoritate ſummi Pontificis poterant aggregari. (Concilium gñale nõ fit ſine Papa.) Tertiò ſi conſideremus vnitatem ſacramentorum, ſummus Põtifex vt eſt Chriſti principalis vicarius, eſt eorum principalis diſpenſator. Quartò ſi conſideremus vnitatem charitatis, quam habent membra ad Chriſtũ,& ad eius vicarium. ſummus Pontifex eã cum quadã principalitate hēt. Ergo ſi Eccleſia ex his eſt vna, & ex his eſt ſalus, & in his ſummus Pontifex principalitatem habet: non niſi ſub ſummo Pontifice ſaluari poterimus. ſibi itaque ſubeſſe erit de neceſſitate ſalutis.

b ¶*Hæc eſt tunica, &c.*] Hic proſequitur adaptationem tertiam: quia Eccleſia figurata eſt per tunicã Dñi inconſutilē, q̃ ſciſſa non fuit: ſed fortè prouenit. Sciendũ ergo, ϙ veſtes Dñi fuerunt quadripartitæ, quatuor militibus tributæ: inter quas fuit vna tunica inconſutilis deſuper contexta per totum: quæ non fuit diuiſa: ſed per ſortem habita, vt patet Io. 19. c. Sciendum.n. ϙ ſecundũ Aug. vtrunque ſignificat Eccleſiã tã veſtis quadripartita, q̃ tunica ſortita: aliter tamen,& aliter. Nam veſtis Dñi quadripartita ſignificat Eccleſiã quatuor.ſ. partibus in orbe diffuſam: & in eiſdem æqualiter.i. concorditer diſtributam. Tunica verò illa ſortita ſignificat Eccleſiã quãtũ ad vnitatē charitatis, quæ charitas eſt deſuper: quia habet ſupereminentiorem viam: & eſt contexta per totũ, quia eſt catholica: quodidē eſt qđ generalis & totalis. (Eccleſia p veſtes Chriſti congruè ſignificat.) (Ioan. 19.) Eſt inconſutilis vt non diuidatur, ſed vna permaneat: & oēs in vnũ colligat. Sorte eſt habita, in qua diuina gratia cõmendatur: quia cũ ſors mittitur, non perſonæ; (Ioan. 21.) ſed occulto Dei iudicio ceditur. quæ oīa ſunt verba Auguſtini exponētis dictum textum Euangelij. Ex hac aũt adaptatione patere põt, ϙ ſubeſſe ſummo Pontifici eſt de neceſſitate ſalutis: non.n. eſſet tunica Dñi.i. Eccleſia inconſutilis & cõtexta per totum, niſi eſſet ſub vno capite colligata. volentes ergo ſe à capite ſubtrahere, volunt hanc tunicã ſcindere: ſed ſi conſideratur veritas, eam non ſcindunt, quia ſcindi non põt. Itaq; ſe ſubtrahentes ab vnitate capitis, non dicuntur Eccleſiam ſcindere, vel tunicam Domini diuidere: ſed dicuntur extunc ad huiuſmodi tunicam vel ad Eccleſiam minimè pertinere: vt tales exiſtentes tunc ad ſalutem nequeant promoueri. (Eccleſiam non ſcindũt qui ab vnitate capitis ſe ſubtrahunt.)

c ¶*Igitur Eccleſiæ vnius.*]Hic proſequitur adaptationē quartam ex eo ϙ omnes oues, ideſt ipſi Chriſtiani commiſſi ſunt ipſi Petro. Circa quod tria facit, ſecundùm ϙ hoc tripliciter probat. Primò ex vnitate corporis & capitis. Secundò ex vnitate commiſſionis ouium. Tertiò ex vnitate ouilis & paſtoris. Secunda: ibi, *Dicente Domino.* Tertia: ibi, *Siue ergo Græci.* Prima rõ talis eſt: vbi eſt vnũ corpus,& vnũ caput, non duo capita, quaſi monſtrũ: quia eſt ibi Chriſtus, eſt Chriſti vicarius Petrus, Petrique ſucceſſor: ibi, ſupple, nullus ſaluator niſi ſubſit Chriſto, Chriſtiq; vicario Petro, Petriq; ſucceſſori: Sed vnius & vnicæ Eccleſiæ eſt vnum corpus,& vnũ caput, nõ duo capita, quaſi monſtrũ, Chriſtus, Chriſtiq; vicarius Petrus, Petrique ſucceſſor. ergo in Eccleſia nullus ſaluatur, niſi ſubſit,&c. De hac autem rõne non ponit niſi virtutem medij, videlicet ϙ vnius & vnicæ Eccleſiæ eſt vnũ corpus & vnũ caput. Notandũ autem, ϙ quaſi inferendo dicit, igitur Eccleſiæ vnius & vnicæ vnum corpus,& vnum caput, &c. quia licet hoc ſit propoſitũ principale, ϙ nullus ſaluatur niſi ſubſit Chriſto capiti & eius vicario: tamen inferendo & concludendo iſta dicit: quia omnia hæc ex præmiſſis ſequuntur & concluduntur. Si enim vna fuit arca Noë Eccleſiam figurans: & ϙ Chriſtus vnum caput orauit pro vnica Eccleſia ſua: & vnica fuit tunica Chriſti inconſutilis. apertè ex præmiſſis poſſumus inferre & dicere. Igitur vnius & vnicæ Eccleſiæ, vnum corpus, vnum caput, &c. vbi ſupplendum eſt ϙ ſi Chriſto capiti & eius vicario ſubeſſe nolumus, ſalutem non poterimus adipiſci. Notandum etiam, ϙ dicit, vnius & vnicæ: Nam plus videtur importare vnicum quàm vnum. Nam tunc quis habet vnum, quãdo habet aliud. Sed tunc dicitur habere vnicum quando non habet aliud, nec ſperat vlterius habere aliud: nec habet aliud in quod aſpectũ dirigat. (Vnus & vnicus differunt.) vnde Greg. ſuper illo verbo Lucæ 7. Ecce defunctus efferebatur filius vnicus matris ſuæ: & hæc erat vidua. vult quòd ideo erat vnicus filius: quia mater eius erat vidua: & nõ ſperabat vlterius filios procreare: nec habebat in quem aſpectum dirigeret. Verè itaque Eccleſia eſt vna ſponſa Chriſti, & vnica: quia Chriſtus non habet aliam ſponſam: nec ſperat vlterius habere aliam ſponſam: nec dirigit ſuum aſpectũ, nec ſuam affectionem ad aliam ſponſam. ideo nullus confidat de alia ſponſa, vel de alia Eccleſia,& ſub nullo credat ſaluari niſi ſub ſponſo: vel ſub capite ipſius Eccleſiæ Chriſto, Chriſtique vicario Petro, Petrique ſucceſſore.

d ¶*Dicente Domino ipſi Petro, Paſce oues meas, &c.*] Hic probat hoc idem ex vnitate commiſſionis: non enim factæ ſunt plures commiſſiones principales: ſed facta eſt vna principalis commiſſio: & omnes oues vni & eidem Petro & eius ſucceſſoribus principaliter & vniuerſaliter ſunt commiſſæ. Formetur autem ſic ratio: Cuicunque Dominus commiſit oues ſuas, non has vel illas, intelligitur ſibi vniuerſaliter commiſiſſe,& ex hoc intelligitur non eſſe ſalutem alicuius ouis, niſi ſub eo,& ſub eius ſucceſſoribus, cui omnes oues generaliter ſunt commiſſæ. Sed dicente Dño ipſi Petro, Paſce oues meas:

mino ipſi Petro, Paſce oues meas: meas, inquit, & generaliter, non ſingulariter has, vel illas: per quod commiſiſſe ſibi intelligitur vniuerſas. Siue ergo Græci [a] ſiue alij ſe dicãt Petro eiuſque ſucceſſoribus non eſſe commiſſos, fateantur neceſſe ſe de ouibus Chriſti non eſſe: dicente Domino in Ioanne, Vnũ ouile, & vnicum eſſe paſtorem. ¶ In hac [b] eiuſque poteſtate duos eſſe gladios, ſpiritualem videlicet, & temporalem Euangelicis dictis inſtruimur. Nam [c] dicentibus Apoſtolis: Ecce gladij duo hic, in Eccleſia ſcilicet, cũ Apoſtoli loquerentur, nõ reſpõdit Dominus nimis eſſe, ſed ſatis. Certè [d] qui in poteſtate Petri, temporalem gladium eſſe negat, malè verbum attendit Domini proferentis: Conuerte gladium tuum in vaginam. Vterque [e] ergo eſt in poteſtate Eccleſiæ, ſpiritualis ſcilicet gladius, & materialis. Sed is quidem pro Eccleſia, ille verò ab Eccleſia exercendus. Ille ſacerdotis, is manu regum & militum, ſed ad nutum & patientiam ſacerdotis. Oportet [f] autem gladium eſſe ſub gladio, & temporalem auctoritatem ſpirituali ſubijci poteſta-

quia non inquit ſingulariter paſce has vel illas: ſibi commiſiſſe intelligitur generaliter vniuerſas: & per conſequens nõ intelligitur ſaluari aliqua ouis, niſi ſub Petro & ſucceſſoribus eius, ita quòd ſubeſſe ſibi eſt de neceſſitate ſalutis, quæ eſt noſtra concluſio principalis. De hac autem ratione ponit virtutem medij, vt patet ex litera.

a ¶ *Siue ergo Græci, &c.*] Hic probat hoc idem ex vnitate ouilis & paſtoris. Formetur autem ſic ratio: Vbicũque eſt vnum ouile & vnicus paſtor, ſiue Græci, ſiue alij dicãt ſe nõ eſſe ſub ipſo paſtore, vel ſub eius vicario, vel ſub ſucceſſoribus ſuis, dicunt ſe non eſſe de illis ouibus, nec ad ouile huius pertinere, & ꝑ conſequens dicunt ſe non eſſe in ſtatu ſalutis. Sed dicente Domino in Ioanne, vt habetur Io. 10. Conſtat vnũ ouile & vnicum eſſe paſtorem: ſiue ergo Græci, ſiue alij dicant ſe Petro eiuſque ſucceſſoribus non eſſe commiſſos, neceſſe eſt ꝙ fateantur ſe non eſſe de ouibus Chriſti, nec pertinere ad ouile Chriſti: & per conſequens fatentur ſe quoque tales nõ eſſe in ſtatu ſalutis. De hac autem ratione ponit virtutem medij, vt patet ex litera. Notandum autem hanc decretalem ſic ordinatè procedere, ꝙ ex omnibus ferè verbis habetur cõcluſio principalis, quæ ponitur in fine decr. qđ ſubeſſe ſummo Pontifici eſt de neceſſitate ſalutis. Nã ſi conſiderentur conditiones ſuperius gñales, ꝙ Eccleſia eſt vna ſancta, &c. Si cõſiderẽtur adaptationes ſupadditæ, ꝙ fuit vna arca figurans Eccleſiã: ꝙ vnica eſt Eccleſia, ꝓ qua Chriſt⁹ orauit: ꝙ vnica fuit tunica Chriſti inconſutilis: ꝙ Eccleſia eſt vnũ corpus habẽs vnũ caput: ꝙ vna facta fuit Petro de omnibus ouibus cõmiſſio principalis: ꝙ Eccleſia eſt vnũ ouile habens vnũ paſtorem. oĩa iſta clamãt contra eos qui ſaluari volunt, niſi ſubſint ſummo Pontifici: omnia iſta proteſtantur ꝙ ſic ſubeſſe eſt de neceſſitate ſalutis.

Ioan. 10.

Eccleſia eſt vnũ ouile.

b ¶ *In hac eiuſque poteſtate*] Hic ponitur tertia pars principalis huiuſmodi decret. in qua poſtquam dñs Papa ex conditionibus generalibus congruentibus Eccleſiæ probauit quòd ſibi ſubeſſe eſt de neceſſitate ſalutis. Et poſtea probauit hoc idem ex quibuſdam adaptationibus ſpecialibus ad Eccleſiam adaptatis. Hic tertiò vult hoc idem probare ex ipſis gladijs, qui ſunt in Eccleſia. Circa quod duo facit: quia primò agit de iſtorum duorum gladiorũ pluralitate, poteſtate, & vſu. Secundò agit de eorum ordine: ibi, *Oportet autem.* Circa primũ duo facit: quia proponit primò quod intendit, ſecundò probat quod dixerat: ibi, *Nam dicentibus*. Dicit ergo in hac, id eſt in Eccleſia, eiuſq; poteſtate duos eſſe gladios, ſpiritualem videlicet & temporalem Euangelicis dictis inſtruimur.

c ¶ *Nam dicentibus.*] Probat qđ dixerat: ſed dixerat duos gladios in Eccleſia, & eos eſſe in poteſtate Eccleſiæ: & quia non eodem mõ iſti gladij ſunt in poteſtate Eccleſiæ: nec eodẽ mõ pertinẽt ad vſum Eccleſiæ, iõ tria facit, quia primò dicit duos tm̃ eſſe gladios in Eccleſia. Secundò oſtendit eos ambos eſſe in poteſtate Eccleſiæ. Tertiò declarat non eodẽ mõ eos in poteſtate Eccleſiæ: ſed alterum ad vſum, alterũ ad patientiam & nutũ. Secunda: ibi, *Conuerte.* Tertia: ibi, *Vterque ergo.* Dicit igitur: nã dicentibus Apoſtolis: Ecce gladij duo hic. i. in Eccleſia, cũ Apoſtoli loquerentur: & quia ipſi Apoſtoli repræſentabant Eccleſiã, ſi inter ipſos Apoſtolos erant duo gladij, cõſequens eſt ꝙ in ipſa Eccleſia ſint duo gladij: dicentib. itaq; Apoſtolis duos gladios eſſe ibi, nõ rñdit nimis eſſe, ſed ſatis. Notãdum ergo ꝙ ſi eſſent plures gladij q̃ duo, non dixiſſet Dominus, ſatis eſt, ſed parũ eſt. Et ſi eſſent pauciores, nõ dixiſſet ſatis eſt, ſed nimis eſt, ex ipſis itaq; verbis Dñi dicẽtis, ſatis eſt: datur intelligi duos gladios in Eccleſia, nõ plures nec pauciores.

Gladij duo ſunt in Eccleſia.

d ¶ *Certè qui in poteſtate.*] Hic oſtendit hos duos gladios eſſe in poteſtate Eccleſiæ: dixerat enim in hac, id eſt in Eccleſia eiuſque poteſtate duos eſſe gladios: & quia probauerat duos gladios eſſe in Eccleſia, vult probare hos duos eſſe in poteſtate Eccleſiæ: ſed quia nullus dubitat ſpiritualem gladium eſſe in poteſtate Eccleſiæ: ideo dominus Papa probat hoc de gladio temporali dicens: certè qui in poteſtate Petri temporalẽ gladium eſſe negat, malè verbũ attendit Domini proferentis: Conuerte gladium tuum in vaginam. Notãdum autem quòd ſecũdũ vnum modum adaptandi duo gladij erant inter Apoſtolos: & ſecundùm hoc duo gladij ſunt in Eccleſia: quia Apoſtoli locum tenebant Eccleſię: vnus autem illorũ erat viſibilis: quia fuit extractus, & ſignificabat gladium temporalem ſiue materialem: quia reſpicit corpora, & facit læſionm viſibilem: alius autem ſtabat inuiſibilis: quia nõ fuit extractus, & ſignificare poterit gladium ſpiritualem, qui ferit animas, & facit læſionem inuiſibilem. Ergo ſi de gladio extracto & viſibili, qui ſignificat gladium materialẽ, dixit Petro, conuerte gladiũ tuum in vaginam: liquidè patet, ꝙ gladius materialis eſt Petri, & eſt in poteſtate Petri: conſequẽs eſt igitur, ꝙ vterque gladius ſit Eccleſiæ, & in poteſtate Eccleſiæ. Notandum etiam quòd iſtam ſententiam tenet Bernardus ad Eugenium iiij. dicens: aggredere eos, id eſt malos Chriſtianos non ferro, ſed verbo: innuens eſſe duos gladios: vnum ſpiritualem, qui ferit verbo, & alium materialẽ, qui ferit ferro. & ſubdit de materiali gladio: quid tu denuo vſurpare gladium tentas, quẽ ſemel iuſſus es reponere in vaginam? quia ergo dicit Dominus Petro de materiali gladio, conuerte gladium tuum in vaginam: ſummus Pontifex, quamuis ille gladius ſit ſuus, & quãuis ſit in poteſtate ſua, non debet tamen illo gladio vti vel ferire. Notandum etiam gladium materialem eſſe ſummi Pontificis, & eſſe in poteſtate eius: oſtendit idem Bern. ibidẽ loquẽs ſummo Pontifici dicens: videlicet, quem materialem gladiũ qui tuum negat: non ſatis mihi videtur attendere verbum Domini dicentis, Conuerte gladium tuum in vaginam.

Gladiorum alter viſibilis, alter inuiſibilis.

Matt. 26.

e ¶ *Vterque ergo eſt.*] quia oſtenderat vtrunq; gladiũ eſſe in Eccleſia, & vtrunque in poteſtate Eccleſiæ eſſe: Hic vult oſtẽdere non eodem mõ vtrunq; gladium ad Eccleſiã pertinere. iõ ait, ꝙ vterq; eſt in poteſtate Eccleſiæ. ſpiritualis ſcilicet gladius & materialis; non tñ eodem modo, is quidẽ i. materialis pro Eccleſia: Ille verò, i. ſpiritualis ab Eccleſia exercendus. Ille. i. ſpiritualis, ſacerdotis manu: Is, id eſt, materialis, manu regum & militũ: ſed ad nutum & patientiã ſacerdotis. Notandũ autẽ vtrunq; gladiũ eſſe in Eccleſia & in poteſtate Eccleſiæ, ſed nõ eodẽ mõ: quia ſpiritualis eſt in Eccleſia, & in poteſtate Eccleſiæ ad vſũ: materialis verò nõ ad vſũ, ſed ad patientiã & ad nutũ. Sacerdos ergo cũ ſpirituali gladio excõicãdo inobedientes ferit, & eo propria manu vtitur: cũ materiali verò non ferit: & eo propria manu non vtitur: Sed reges & milites eo debẽt vti & ferire ſecundũ nutũ & patientiam ſacerdotis. eſt enim nutus per aliqua ſigna cognoſcere alterius voluntatem. Reges ergo & principes videntes per ſigna hoc expedire Eccleſiæ debent contra rebelles & inobedientes materialẽ gladium exercere. Materialis itaq; gladius non ab Eccleſia: quia non manu eccleſiæ, ſed manu Regum & militũ; tñ pro Eccleſia. i. pro vtilitate Eccleſiæ ad nutũ & patientiã Eccleſiæ exercetur. Notandum etiam ꝙ accipiendo hoc gñaliter & ſpecialiter poſſumus dicere, ꝙ ad imperiũ & nutũ Eccleſiæ materialis gladius exercetur ad imperiũ gñaliter: quia mãdat eccleſia gñaliter ꝙ fiat iuſtitia. Sed ad nutũ ſpecialiter: quia pt ſpecialiter innuere, ẽt ꝙ de iſto fiat iuſtitia. Notandũ etiam ꝙ accipiẽdo iuſtitiam in aliquo ſpecialiter, dicitur materialis gladius exerceri ad nutum & patientiam ſacerdotis, ad nutum quidẽ, quia ꝑ aliqua ſigna denotat regibus & militibus, ꝙ ꝓ eccleſia & ad vtilitatẽ Eccleſię materialis gladius extrahať. ad patiẽtiã verò, quia in hoc quòd aliquis punitur in corpore: ſic eccleſia ſuſtinet & patitur & condolet, & compatitur patienti. Notandum quòd hos duos gladios eſſe in poteſtate Eccleſiæ aliter & aliter, vnum ad vſum manu Eccleſiæ & ab eccleſia: aliũ ad nutum & pro eccleſia manu militis: tradit & ſcribit Bernardus ad Eugenium quartum.

Gladi⁹ materialis qualiter exercetur ꝑ Eccleſiam.

f ¶ *Oportet autem gladium, &c.*] Poſtquam determinauit de plurali-

ti: Nam [a] cum dicat Apoſtolus: Nō eſt poteſtas niſi à Deo: quæ autem ſunt, à Deo ordinata ſunt: non autem ordinata eſſent, niſi gladius eſſet ſub gladio, & tamquam inferior reduceretur per alium in ſuprema. Nā [b] ſecundùm beatum Dionyſium, lex diuinitatis eſt infima per media in ſuprema reduci. Non ergo ſecundùm ordinem vniuerſi omnia ęquè ac immediatè, ſed infima per media, & inferiora per ſuperiora ad ordinem reducuntur. Spiritualem autem & dignitate, & nobilitate terrenā quamlibet præcellere poteſtatē, oportet tantò clarius nos fateri, quātò ſpiritualia temporalia antecellunt. Quod [c] etiam ex decimarum datione, & benedictione: & ſanctificatione, ex ipſius poteſtatis acceptione: ex ipſarum rerū gubernatione claris oculis intuemur. Nam veritate teſtante[d], ſpiritualis poteſtas terrenam poteſtatem inſtituere habet, & iudicare, ſi bona non fuerit: ſic dē Eccleſia, & eccleſiaſtica poteſtate verificatur vaticinium Hieremiæ: Ecce conſtitui te hodie ſuper gentes & regna: & cætera quæ ſequuntur. Ergo [e] ſi deuiat terrena poteſtas, iudicabitur à poteſtate ſpi

de pluralitate, poteſtate, & vſu iſtorum gladiorum, vult determinare de eorum ordine: & hoc eſt principale propoſitū: quia, vt patet, principalis intentio huiuſmodi decre. eſt oſtendere quòd ſubeſſe ſummo Pontifici eſt de neceſſitate ſalutis, prout vltima concluſio manifeſtè declarat: & quia ex ordine gladiorum hoc apertè patet, ideo agit de pluralitate, poteſtate, & vſu illorum gladiorum quædam præambula. Sed agere de ordine eſt ad propoſitum principale: poſſet tamen qui vellet ex ipſis præambulis rationes formare ad propoſitum principales. duo ergo facit, quia primo ponit quē ordinem habent huiuſmodi gladij. Secundò, probat quod dixerat: ibi, *Nam cum dicat.* dixit ergo: oportet autem gladium eſſe ſub gladio: & temporalem auctoritatem ſubijci ſpirituali poteſtati, quaſi dicat, quòd hi gladij habent hunc ordinem, quia gladius eſt ſub gladio, cum temporalis & materialis ſit ſub ſpirituali.

Rom. 13.

a ¶ *Nam cum dicat Apoſtolus.*] Hic probat quod dixerat, videlicet quòd debet eſſe gladius ſub gladio. Circa quod tria facit, quia probat hoc per Apoſtolum. Secundò per Dionyſium. Tertiò ſubiungit multa media ſimul probantia propoſitum. Secunda: ibi, *Nam ſecundum.* Tertia: ibi, *Quod etiam.* Dicit ergo ſecundùm Apoſtolum, Non eſt poteſtas niſi à Deo: quæ autem ſunt, à Deo ordinata ſunt: non autem ordinata eſſent, niſi gladius eſſet ſub gladio, & tamquam inferior reduceretur per alium in ſuprema. Notandum autem quòd non poteſt eſſe eſſentialis ordo inter aliqua, niſi vnum ſit perfectius alio: & vbi vnum magis appropinquat ad Deum, quàm aliud: habet enim ſe res reſpectu Dei, ſicut vnum reſpectu vnitatis, vt innuit Dionyſius quinto de diuinis nominibus. & ſicut non ſunt duo numeri eſſentialiter differentes, quin vnus habeat plures vnitates: quàm alius: ſic non ſunt duæ res eſſentialiter differentes, quin vna perfectior ſit alia. Si ergo iſti gladij ſint per ſe diſtincti & ordinati, oportet vnum eſſe ſub alio, & vnum eſſe perfectiorem alio.

b ¶ *Nam ſecundùm.*] Hic probat hoc idem per beatum Dionyſium: formetur ſic ratio, Secundùm legem diuinitatis infima reducuntur in ſuprema per media: & ſecundùm ordinem vniuerſi non omnia æquè immediatè reducuntur ad ordinem: ſed infima per media, & inferiora per ſuperiora ad ordinem reducuntur: cum autem ſpiritualis poteſtas excellat terrenam poteſtatem dignitate & nobilitate, quia ſpiritualia temporalia antecedunt: iſtæ duę poteſtates non æque immediatè reducentur ad ordinem: ſed vna reducetur per aliam terrena per ſpiritualem. Notandum autem, quòd hæc ratio non concludit ſolùm terrenam poteſtatem eſſe ſub ſpirituali, quia temporalia communiter ſunt ſub ſpiritualibus: ſed etiam probat quòd terrena poteſtas habet reduci in Deum per ſpiritualem, hoc eſt, habet dirigi & gubernari per ipſam. Notandum etiam, quòd iſta ratio eſt ſumpta à Dionyſio, & eſt ad propoſitum principale, & eſt declaratio eius quod Apoſtolus dixerat. dicebat enim per Apoſtolū, Poteſtates à Deo ſunt, & ordinatæ ſunt. Cum ergo dubitari poſſet quo ordine ordinatæ ſunt poteſtates, hoc dubium ſoluit dicens ꝙ oportet eas, vt res aliquæ ſunt in vniuerſo, ordinatas eſſe, quia infima per media, inferiora per ſuperiora ad ordinem reducūtur.

Spiritualia antecedunt tēporalia.

c ¶ *Quod etiam ex decimarum datione, &c.*] Hic multa media ſumit ad probandum, quòd poteſtas terrena eſt ſub ſpirituali. Circa quod duo facit, quia primò facit quod dictum eſt. Secundò ex dictis infert ad propoſitum multas cōcluſiones ibi. *Nam veritate teſtante.* Dicit ergo etiam, ſupple ſic eſſe, quòd terrena poteſtas ſubſit ſpirituali ex decimarum datione & benedictione, &c. Notandum eſſe hic poſita quatuor media ad propoſitum quòd terrena poteſtas ſubeſt ſpirituali. Primum medium de decimis habetur in canone. Secundum de benedictione ſiue de ſanctificatione, habetur ab Hugo. de ſacramentis lib. 2. parte 2. Tertium de poteſtatis acceptione, habetur ab eodem Hug. eod. lib. & eadem parte 2. Quartum verò ex ipſarum rerum gubernatione, poteſt haberi ex verbis Auguſt. 11. de tri. cap. 4. Propter primum ſciendum, ꝙ ſi de iure diuino laici dant decimas clericis, tota terra laicorū eſt incenſiua Eccleſię: terrena itaque poteſtas ſecundùm omnia bona terrena quæ habet eſt ſub Eccleſia. Propter ſecūdū ſciendum ꝙ Hug. de ſacra. libro & parte præaſſignatis ait, quòd ſacerdotalis dignitas regalem poteſtatem ſacrat & benedicit: ſed ſecundùm Apoſtolum, qui benedicit, maior eſt: ergo quia per Eccleſiam terrena poteſtas benedicitur, ſanctificatur, inungitur quidem ſi ſit inungenda, abſoluitur ſi delinquat. Sed cum inungitur, etiam abſoluitur & benedicitur & ſanctificatur: quare terrenā poteſtatē & ſpecialiter reges excellentiores propter vnctionem, & omnes Chriſtianos propter abſolutionem, oportet ſubeſſe Eccleſiæ. Propter tertium ſciendum (vt Hugo. ait lib. & par. præaſſignatis) quòd ſpiritualis poteſtes eſt maior dignitate quàm terrena: quod in illo antiquo populo veteris teſtamenti declaratur manifeſtè, vbi primùm à Deo ſacerdotium inſtitutum eſt, poſtea veró per ſacerdotium regalis poteſtas, iubente Domino ordinata eſt. Potuiſſet enim Deus ſi voluiſſet per ſe ipſum vocare Saulem: & dare ſibi poteſtatem regalem: ſed voluit hoc fieri per Samuelem: inſinuans poteſtatem terrenam dependere à poteſtate eccleſiaſtica, & ſibi debere eſſe ſubiectam. Propter quartum ſciendum, quòd Aug. 3. de trini. cap. 4. vult quòd totum vniuerſum quodam ordine regatur: quia corpora groſſiora reguntur per ſubtiliora, & tota corporalis creatura per ſpiritualem: ſed turpis eſt pars, quæ ſuo non cōgruit vniuerſo. Si ergo in toto vniuerſo corporalia reguntur per ſpūalia, turpe eſſet ſi in gñe humano, qđ eſt pars vniuerſi, terrenæ poteſtates nō ſubeſſent ſpūalibus, & non regerentur per ipſas.

Poteſtas terrena ſub eſt ſpirituali.

Terra tota laicorum ē incenſiua. Eccleſiæ.

Reges quare ſubſunt Eccleſiæ.

Hiere. 1.

Sacerdotiū præceſſit regalem poteſtatem.

Corporalia per ſpiritualia regunt.

d ¶ *Nam veritate teſtante, &c.*] Hic concludit de eccleſiaſtica poteſtate plures, & varias concluſiones ad propoſitum vtiles. Circa quod quatuor facit, quia primò concludit, quòd ſpiritualis poteſtas poteſt terrenam poteſtatem inſtituere, iudicare, transferre, & plantare. Secundò concludit de eccleſiaſtica poteſtate, & potiſſimè de ſuprema, quę à ſolo Deo non ab homine poterit iudicari. Tertiò concludit de eadem, quomodo eſt humana, & quomodo eſt diuina. Quartò concludit etiam, quòd cum iſta ita ſint ordinata, quòd qui eccleſiæ poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit: & quòd non poteſt quis Eccleſiæ poteſtati reſiſtere cum ſalute, niſi duo aſſerat principia, vt Manicheus errans poſuit, quòd ſcriptura ſacra veritatem aſſerens, negat & deſtruit. Secunda: ibi, *Ergo ſi deuiat.* Tertia. ibi, *Eſt autem.* Quarta: ibi, *Quicunque igitur.* Continuetur ergo ſic: Bene dictum eſt quòd poteſtas eccleſiaſtica poteſtatem terrenam benedicit, ſanctificat: & ab ea poteſtas terrena poteſtatem accipit. Nam veritate atteſtante, id eſt, canone Bibliæ aſſerente, ſpiritualis poteſtas terrenam poteſtatem inſtituere habet: & ſupple, ſi habet eam inſtituere, habet eam iudicare, ſi bona non fuerit: quia cuius eſt condere, eius eſt deſtruere: & quia etiam quantùm ad terrenam poteſtatem habet eam inſtituere. & ſi non bona fuerit, habet eam iudicare & deſtituere. ſic enim ſecundùm hunc modum de eccleſia & eccleſiaſtica poteſtate verificatur vaticinium Hieremiæ, Ecce conſtitui te hodie, id eſt, à die qua formata eſt Eccleſia ſuper gentes & regna, vt euellas, & deſtruas, & diſperdas, & diſſipes ea deſtituendo: ædifices & plantes ea inſtituendo. Notandum autem quod dicit, veritate teſtante, ſpiritualis poteſtas terrenam inſtituere habet, quia vt patet ex veteri lege & ex canone Bibliæ, primùm à Deo ſacerdotium inſtitutum eſt: & poſt iubente Domino per ſacerdotium regalis poteſtas ordinata eſt.

e ¶ *Ergo ſi deuiat, &c.* Hic ponit concluſionem ſecundam

rituali, ſed ſi deuiat ſpiritualis minor à ſuo ſuperiori: Si verò ſuprema, à ſolo Deo, nõ ab homine poterit iudicari: teſtante Apoſtolo: Spiritualis homo iudicat omnia, ipſe autem à nemine iudicatur. Eſt autẽ [a] hæc auctoritas (& ſi data ſit homini, & exerceatur per hominẽ) non humana, ſed potius diuina ore diuino Petro data, ſibique ſuiſque ſucceſſoribus in ipſo, quẽ confeſſus fuit petra firmata: dicente Domino ipſi Petro: Quodcunque ligaueris, & cætera. Quicunque [b] igitur huic poteſtati à Deo ſic ordinatæ reſiſtit, Dei ordinationis reſiſtit, niſi duo (ſicut Manichæus) fingat eſſe principia: quod falſum & hæreticũ iudicamus: quia teſtãte Moyſe, Nõ in principiis, ſed ĩ principio cęlũ Deus creauit & terram. ¶Porrò [c] ſubeſſe Romano Pontifici omni † humanæ creaturę declaramus, dicimus, diffinimus, & pronũtiamus omnino eſſe de neceſſitate ſalutis. Datum Laterañ. Põtificatus noſtri anno octauo.

de eccleſiaſtica ptãte, & potiſſimè de ſuprema: qui ſi deuiat, à Deo ſolo poterit iudicari. Continuetur ergo ſic, Dictum eſt, ſi deuiat terrena poteſtas, iudicabitur à poteſtate ſpirituali: ſed ſi deuiat ſpiritualis minor, iudicabitur à ſuo ſuperiori: ſi verò ſuprema ſpiritualis poteſtas deuiat, à ſolo Deo, non ab homine poterit iudicari; teſtante Apoſtolo: Spiritualis hõ iudicat omnia, & ipſe à nemine iudicatur. Notandũ autem ꝙ ille eſt ſpiritualis homo, qui habet ſanam mentem & ſanũ iudicium, ſicut ille eſt ſanus corporaliter, qui habet ſanum guſtum, & habet ſanũ iudiciũ de ſaporibus, ſic & ille eſt ſpiritualiter ſanus qui habet ſanam mentem, & habet ſanum & rectum iudicium de agibilibus. ſicut ergo ſolus ille, q eſt ſanus corporaliter poteſt rectè alia corporalia iudicare: ſic ſolus ille, qui eſt ſpiritualis, poteſt de omnibus iudicare tã de ſpiritualibus, quàm de corporalibus: quia corporalia ſub ſpiritualiibus continentur. Notandum etiam, ꝙ idem eſt eſſe ſpiritualem & ſanum ſpiritualiter, quia quicunq; eſt ſpiritualis, hẽt ſanã mentem, & hẽt rectũ iudicium de rebus. Nõtandum ẽt ꝙ ſicut habens guſtũ infectũ malè iudicat de ſaporib., & in ſuo iudicio ab oĩbus iudicatur: quia ſi hẽt guſtũ infectũ cholera, ẽt dulce iudicabit amarũ: ſic habẽs mentẽ infectã, hẽt prauũ iudiciũ de agibilibus, & in ſuo iudicio ab omnibus iudicatur & reprehenditur, quia iudicabit eſſe faciendum quod non eſt faciendum: iuxta illud.

Spiritualis quilibet ſanam mentẽ habet.

Matt. 16.

Dicit amor cęcus, dedecus eſſe decus.

Itaq; ſpiritualis homo, & habẽs ſanã mentem iudicat omnia, & ipſe à nemine iudicatur: quia in ſuo iudicio à nemine reprehenditur. Notandum ẽt, ꝙ duplex eſt ſpiritualitas, perſonalis, & ſecundùm ſtatũ: & duplex eſt iudiciũ, ſiue duplex eſt correctio auctoritatiua, & fraterna. 1 Itaq; ſpũalis pſonaliter oẽs iudicat quia oẽs male agẽtes p̃t corrigere correctione fraterna, & ipſe à nemine iudicat, quia ſi eſt ſpiritualis bonus & ſanctus nil agit de quo poſſit iudicari vel reprehendi. Eſt autem alia ſpiritualitas ſecundùm ſtatum quãdo eſt in ſtatu ſanctiſſimo & ſpiritualiſſimo: & in hoc ſtatu eſt ſolus ſummus Pontifex: ideoq; quilibet eum nominat & nominare debet ſanctiſſimũ patrem. Iſte omnia iudicat etiã auctoritate, quia ſuper oẽs auctoritatẽ hẽt, & ipſe à nemine iudicatur, quia nullus hẽt auctoritatẽ ſuper ipſum; perſonaliter ergo poſſunt eſſe, & fortè ſunt multi ſanctiores Papa & ſpirituãliores eo, ſed ſecundùm ſtatum nullus eſt ita ſpiritualis nec ita ſanctus: & quia auctoritate iudicare reſpicit ſpiritualitatem & ſanctitatem ſecundũ ſtatum: ideo auctoritatiuè ipſe ſolus eſt ille ſpiritualis homo, qui iudicat omnia, & ipſe à nemine iudicatur.

Spiritualitas eſt duplex.

1 Aliàs, ſuperna.

Papa ſanctiores multi poſſunt eſſe.

a ¶[*Eſt autem hæc auctoritas, &c.*] Hic ponit cõcluſionem tertiam de eccleſiaſtica poteſtate, oſtendens quomodo ſit humana, & q̃uo non humana, vel oſtendit quomodo ſit humana, & quomodo diuina. eſt enim humana, quia data eſt homini, & eſt humana, quia exercetur per hominem: tamen non eſt humana, quia ſit data ab homine: ſed potius eſt poteſtas diuina, quia data à Deo: nam de ore diuino Petro eſt data ſibi, ſuiſque ſucceſſoribus. Eſt etiam hæc auctoritas diuina, quia firmata in ipſo Chriſto petra, quã Petrus confeſſus fuit dicente Dño ipſi Petro, Quodcũq; ligaueris, &c. litera patet quidem. Notandum autem ꝙ hæc auctoritas dupliciter eſt humana, & dupliciter diuina. Eſt autem humana, quia exercetur per hominem: Sed eſt diuina, quia eſt data à Chriſto, qui erat Deus: & eſt diuina, quia firmata eſt in petra firma in Chriſto, q erat verus Deus. Notandum ẽt, ꝙ omnia iſta quatuor poſſunt haberi ex Euangelio: Nam ꝙ ſit humana, quia data eſt homini habetur ex Euangelio: vbi dicitur: Tibi dabo, &c. ꝙ etiam ſit humana, quia exercetur ab homine: patet ex Euangelio, dũ dicitur: Quodcunque ligaueris, &c. Quòd ſit diuina, quia data à Deo: patet ex Euangelio, quia ipſe Chriſtus qui erat Deus loquebatũ qñ dixit: Tibi dabo. & ꝙ ſit diuina, quia fundata in eo: patet ex Euãgelio, quia ipſe Chriſtus qui erat Deus loquebatũ cum dixit: Super hanc petram. i. ſuper meipſum, qui ſum petra, & qui ſignificor per petram, ædificabo eccleſiam meam.

Auctoritas Papę eſt humana & diuina.

b ¶[*Quicunque igitur, &c.*] Hic ponit concluſionem quartã de eccleſiaſtica poteſtate dicens: Quicunque igitur huic poteſtati, ſupple, eccleſiaſticæ à Deo ſic ordinatæ reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit: & ſupple, non poteſt eſſe in ſtatu ſalutis, niſi fortè fingat duo principia & duos deos, ſicut finxit Manichę⁹ hæreticus: quod dictum falſum & hæreticum iudicamus, quia teſtante Moyſe, non in principijs, ſed in principio cælum Deus creauit & terram. Notandũ autem, ꝙ Deus pater ſecundùm vnum modũ exponendi, quem tangit Aug. ſuper Geñ. in princ. ideſt, in filio creauit, &c. Et quia pater & filius nõ ſunt duo principia, ſed vnum principiũ, imo qa tota Trinitas, pater & filius & ſpiritus ſanctus, relatiuè ad creaturam non ſunt plura principia, ſed vnum principium, vt dicit Aug. 4. de trini. cap. 13. ideo non in principijs, ſed in principio cęlum Deus creauit & terram. Notandũ etiam, ꝙ ſi eſſent duo Dij, poſſent eſſe plura capita in regimine humani generis, & vnum caput poſſet referri in vnum Deum, & aliud in alium Deum: Sed cum hoc ſit falſum & hæreticũ, ſicut non eſt niſi vnus Deus & vnus Dei filius Ieſus Chriſtus, ita Eccleſia non habet niſi vnum caput & vnum principalem vicarium Ieſu Chriſti, cui ſubeſſe eſt de neceſſitate ſalutis.

In principio & nõ in principijs Deus cęlũ creauit & terram.

Gen. 1.

† Alias ita: omnem humanã creaturam.

Eccleſia vnicũ caput habet.

c ¶[*Porrò ſubeſſe Romano pontifici.*] Hic ponit concluſionẽ tot modis inueſtigatam, ac etiam illatam ab omnibus antedictis. Continuetur autem ſic; quia ex conditionibus quibuſdã generalibus competentibus Eccleſiæ: & quia ex quibuſdam adaptationibus ſpiritualibus adaptatis Eccleſiæ: & tertiò, quia ex ipſis gladijs, qui ſunt in Eccleſia, patet, ꝙ tenemur ſubeſſe Romano Pontifici. porrò, id eſt, certè, quia ſic eſt. Ideo omnibus his conſideratis declaramus, dicimus, & diffinimus omnino eſſe de neceſſitate ſalutis omni humanæ creaturæ ſubeſſe ſummo Pontifici. Notandum autem ꝙ ait dominus Papa ſe declarare, dicere, & diffinire omnino, ꝙ ſibi ſubeſſe eſt de neceſſitate ſalutis, &c. quæ poſſunt ſic adaptari: vt cõcludamus, ꝙ ſubeſſe ſummo Pontifici eſt de neceſſitate ſalutis: declaramus, ſi conſideramus conditiones generales ſupra poſitas cõpetentes Eccleſiæ: dicimus, ſi conſideramus adaptationes ſpãles adaptatas Eccleſiæ: & hoc diffinimus, ſi cõſideramus ipſos gladios, qui ſunt in Eccleſia, & omnino, ideſt penitus: vel omnino, id eſt præfatis omnibus cõſideratis, pronuntiamus ſic eſſe. Et hæc de expoſitione præſentis decretalis editæ à ſanctiſſimo patre & domino, domino Bonifacio diuina prouidentia Papa octauo, dicta ſufficiant. Io. Mon.

Papæ ſubeſſe eſt de neceſſitate ſalutis.

ADDITIO. Quæro vtrum poteſtas ſpiritualis debeat dominari temporali? Et videtur quòd non, quia iuriſdictiones ſunt diſtinctæ, vt in authent. quo. opor. epi. in princip. coll. 1. de conſecr. diſtinct. 3 celebritatem. in fin. Non ergo Papa debet ſe intromitere de poteſtate temporali: ſed debet temporalia dimittere Imperatori, Regibus, & alijs dominis temporalibus. 8. diſtin. quo iure. arg. extra qui filij ſint leg. capit. lator. & capit. cauſam. aliàs poneret falcem ſuam in meſſem alienam. s̃. de elect. cap. venerabilem. quod non eſt faciendum. 6. quæſtio. 3. capit. 1. prætérea ſecundũ Hug. Imperator à ſolo Deo habet poteſtatem in temporalibus, Papa in ſpiritualibus. & ſic iuriſdictiones ſunt diſtinctæ, vt dicunt primæ concordantiæ. Et licet coronam recipiat à Papa: gladium tamen ab altari. 93. diſtin. legimus. & etiam ante fuit imperiũ quàm Apoſtolatus. Prętérea poteſtas ſpiritualis indiget temporali multoties. 23. q. 5. adminiſtratores. ergo non dominatur ei. Prætérea ſi poteſtas ſpiritualis dominaretur temporali, haberet dñium temporalium. Sed dominium earundẽ rerũ non poteſt eſſe ſimul & ſemel inſolidum eodem tẽpore apud plures. ff. commo. l. ſi vt certo. §. ſi duobus vehiculum. ergo nullus alter haberet dominium, quod eſt falſum, ergo, &c.

Additio domini Petri Bertrandi.

CONTRARIVM videtur. Chriſtus commiſit ſummo Pontifici vices ſuas, vt habẽt Matth. 16. c. & 24. q. 1. quodcunq;. Sed Chriſto data erat omnis poteſtas in cęlo & in terra. Matt. 28. ergo ſummus Pontifex qui eſt eius vicarius habebit hanc poteſtatem. extra de transla. cap. quanto.

Iuriſdictio ſpiritualis omnes creaturas humanas adſtringit.

Reſpondeo & dico, ꝙ poteſtas ſpiritualis debet dominari omni creaturæ humanæ, per rationes, quas Hoſt. inducit in ſumma,

ſumma, qui fil. ſint leg. §. qualiter & à quo. Item quia Ieſus Chriſtus filius Dei dum fuit in hoc mundo, & etiam ab æterno naturalis Dominus fuit, & de iure naturali in Imperatorem, & quoſcunque alios depoſitionis ſñias ferre potuiſſet & dãnationis,& quaſcunq; alias,vtpote in pſonas,quas creauerat& donis naturalibus & gratuitis dotauerat, & etiam conſeruabat. Et eadem ratione & vicarius eius poteſt. Nã non videretur Dominus diſcretus fuiſſe (vt cum reuerentia eius loquar)niſi vnicum poſt ſe talem vicarium reliquiſſet,qui hæc omnia poſſet. Fuit autem iſte vicarius eius Petrus, Matt. 15. vltra mediũ. Et idem dicendum eſt de ſucceſſoribus Petri, cum eadem abſurditas ſequeretur.ſi poſt mortem Petri hnmanã naturam à ſe creatam ſine regimine vnius perſonæ reliquiuiſſet.arg. ad hoc ſ. qui filij ſint leg.per venerabilẽ.vltra mediũ.de hoc not. Inno.ſ.de fo.compe.c. licet.Et ideo dñs Bonifacius viij.motus multis alijs efficacibus rationibus& exemplis & auctoritatib. ſacræ ſcripturæ,declarauit,dixit, & diffiniuit ſubeſſe Romano Pontifici omnẽ humanam creaturã eſſe de neceſſitate ſalutis,vt in Extrauag.vnã ſãctam. quæ hic de verbo ad verbũ poſita eſt, cum glo. dñi Io. Mo. qui plenè declarat hãc quæſtionem.

AD argumenta in cõtrariũ rñdeo.Ad primũ cũ dicit, ꝙ iuriſdictiões ſunt, diſtinctæ, &c.dicit Hoſt.ſic, Ego iuriſdictiones aſſero,& vtrãq; à Deo proceſſiſſe, vt dicta auth. quomo. oper. epi. tamen quantò altera magis Deo appropinquat, tantò maior. Ergo ſacerdotiũ maius, quod probatur ex ordine cripturæ dictæ authen. Et ſic intelige quòd non multum diſcrepant ſacerdotium, & imperium, vt authent.de non alie.aut permut. rebus eccleſiæ.§.ſi minus. coll.2.Non multũ diſcrepãt quo ad principiũ vñ procedunt:ſed multũ diſcrepãt quo ad maioritatẽ.Inde eſt,ꝙ caput epi inũgitur,ſed armus regis & eps chriſmate, rex oleo,vt ſciatur quòd eps eſt vicarius capitis noſtri,ideſt Ieſu Chriſti, & vt oſtendatur quanta ſit differentia inter auctoritatem Pontificis & principis poteſtatem. extra de ſacra vnc. cap.1.ver.vnde in veteri teſtamento. Et eodem modo reſpondetur ad ſecundam oppoſitionem. Et quod dicitur ante fuiſſe imperium quàm Apoſtolatum,hoc non facit ad propoſitũ, quia poteſtas non ratione temporis dicitur maior, ſed potius ratione dignitatis. Nam & ſi Andreas primus venit ad fidem quàm Petrus: prælatus eſt tamen Petrus Andreæ,cum in Apoſtolorũ catalogo ſemper primus quaſi pręcipuus pręmittatur, non ꝙ Petrus ſit potior tempore. ſed potior dignitate.

Ad tertium argumentum dico quòd licet, vt ſ. dictum eſt. omnis humana creatura ſubſit Papæ, & ſic poteſtati ſpirituali: non tamen ſequitur quòd habeat dominium omnium rerum temporalium. Ad cuius declarationem ſciendum eſt, quòd eſt duplex dominium. Eſt enim quoddam dominium iure diuino: quoddam aliud iure humano. 8. diſt. quo iure, Diuinum dominium eſt illud, quod eſt apud Deum ſuper omnem creaturam: ipſe.nDeus creator eſt omniũ vniuerſorum: qui enim manet in æternum, creauit omnia ſimul. Item in Geñ. cap.1. in principio creauit Deus cælum & terram. Et vide de hoc quod legitur & not.ſ.de ſum.tri. & fide catho. capit. 1. Iſto dominio: Domini eſt terra, & plenitudo eius, in pſal.ſ.de de ci.ca.tua nobis. & d.c. quo iure. Iſtud dominium eſt verum dominium,ſimplex & abſolutum,& vnus eſt Dominus omniũ creaturarũ Deus. Et ideo propriè loquendo omnes creaturæ,proprietates, res, & poſſeſſiones, & bona alia in nullius bonis ſunt verè,abſolutè, & propriè,niſi Dei.Circa qđ dñium dicit Hoſtien.ſ.de vo. & vo. redempt.c.quod ſuper.in magna glo.ver. mihi tamen videtur. ſic videtur mihi, ꝙ in aduentu Chriſti oĩs honor,&oĩs principat9,& oẽ dñium & iuriſdicto de iure,& ex iuſta cauſa per illũ, qui ſupremã manũ habet, nec errare poteſt, omni infideli ſubtracta fuerint, & ad fideles translata: ꝙ hoc iuſta cã fuerit, probatur Eccleſi. 10. Regnũ de gente ad gentem transfertur propter iniuſtitias,& iniurias, & cõtumelias, & diuerſos dolos. Quòd hoc factum ſit, comprobatur ſ. de conſti.cap.translato.& hoc in perſonam Chriſti filij Dei viui,qui nõ ſolũ ſacerdos fuit, ſed & rex Lucę 1. Ecce cõcipies in vtero.&c, vſq; & regni eius non erit finis. vnde & ipſe dixit Matth.21. Auferetur à vobis regnum,& dabitur genti facienti fructũ eius.Huius aũt regni & ſacerdotij principatum perpetuum cõmiſit filius Dei Petro & ſucceſſoribus eius, vt patet in eo qđ legitur & not.lib.6.de homi.c.pro humani.& ſ.qui ſi.ſint leg. per venerabilẽ.§.rationibus.per totũ.& maximè.in ver. fin.Et de tali dñio diuino dico ꝙ oĩs tẽporalis poteſtas eſt ſubiecta ſpirituali,& debet potãs ſpiritualis poteſtati temporali dominari.

Aliud eſt dñium qđ ſecũdũ legiſtas vocatur legale dñium. & ita nominat Accur. ff.de verb. ſig. l.rectè.ſecundũ verò canoniſtas vocatur humanũ,vt in dicto c.qũo iure. De iſto legali,vel humano dñio dicit Inn. ſic,ꝙ eius iuris eſt,qđ ad aliquẽ ſpectat vel requiritur de iure naturali,vt ſunt dñia, obligationes,& huiuſmodi,&c.Innuens expreſsè,ꝙ rerum dñia & obligationes ſunt de iure naturali,i.de iure gentiũ.Non aũt à iure ciuili vel Imperatore,vt actiones. ff.de iuſt.& iu.l.ex hoc iure. Inſt.de rerũ diui.§.ferè.ita not.Inno.de cõſt.c.q in eccleſiarũ. & Cõpoſt.dicit ibidẽ,ꝙ à iure gentiũ deſcẽdunt dñia: ſed per leges principũ diſtinguntur modi, per quos rerum dñia acquruntur.ff.de acqui.re do.per totum.& Inſti.de re.di. per totũ.

† Aliàs, pro ſicuique.

† Aliàs, intimato.

Dominium eſt duplex.

Chriſtus fuit ſacerdos & rex.

Dominium legale, vel humanum qnale eſt:& an fuerit ab initio introductum.

Ioannes xxij.

¶ Prælati non diſcurrant pręſertim habitu transformato; qui ſi ad curiã venerint, inde recedere non debent ſine Papæ licentia: aliàs ipſi & receptantes illos excommunicati ſunt.

CAP. II.

VT prælatorum inepta diſcurſibus grauitas, & ſimplicitas ſimulationibus obuia, & ipſorum ad Chriſti vicarium indeuotio, religioſitati quippe contraria, non immeritò arguenda cum reuerentiã illorum ſanctitas, lucem puritas, firmoſque maturitas poſcat greſſus, vt ſint vita mundi, fama clari, probi quique † reddantur exemplo. verùm quia ipſorum quorundam (vt fide dignorum habet aſſertio) eò vana prorupit, interdum ne dixerimus pernicioſa temeritas, quòd (veſtibus ſpiritualis ſanctitatis abiectis, diſſimulato habitu) ad remotas à ſuis ſedibus partes ſe transferunt: Quinimo ad ſedem Apoſtolicam clãculo nobis non viſis, nec inſinuato † quòd venerint, veniſſe, latitaſſe, diſceſſiſſeque dicantur: Nos ne tacentibus nobis non præciſus huiuſmodi morbus inualeat: dum prouidum creditur, quod incautũ, licitum, quod impunè: Omnibus epiſcopis ſuperioribuſque prælatis ſub obteſtatione diuini iudicij inhibemus, ne abſq; rationabili cauſa, timoris fortè vel alia, extra ſuarum ciuitatis, & diœceſis, ac prouinciarum (mutatis habitibus) limites indiſcretè diſcurrant. Inhibemus etiam ne qui epiſcoporum, & ſuperiorum ipſorum latenter (pſertim habitu trãsformato) venientes ad curiam de ipſa (Romani Pontificis non pręſentati conſpectibus, vel ſaltem ab eo recedendi licentia non obtenta) recedant. Si qui verò epiſcoporum, & ſuperiorum huiuſmodi noſtræ inhibitionis cõtradictores extiterint & abſque ipſius Romani Pontificis recedendi licentia conceſſa, eoque non viſo receſſerint ab eadem, necnon ſi qui ſcienter receptauerint antedictos, niſi id confeſtim eidẽ Romano Pontifici, vel alicui per quem hoc ipſum ad eius crediderint deduci notitiam, manifeſtare curauerint (etiam ſi epiſcopali, archiepiſcopali, patriarchali, vel quauis alia dignitate præfulgeant) eos excommunicationis ſententia innodamus.

¶ Ioannes xxij.

¶ Prælati ad curiam non debent more noctuæ latenter venire, nec inde ſine Papali licentia recedere: aliàs infideles iudicantur, & ſententia excommunicationis ligantur.

CAP III.

ET ſi deceat quoslibet ſubditorũ curam exercere ſollicitè, & per omnia velut lucis filios ambulare: hoc tamen præcipuè ab ipſis exigitur, qui conſtituti per altitudinem dignitatis vt in ſpecula, circa cõmiſſas ſibi plebes paſtorum ſimul & cuſtodum partes implere tenentur, & coram ipſis laudabilium operum exemplo lucere. Ad noſtrum ſanè peruenit auditum, ꝙ nonnulli pontificali præditi dignitate gregũ

Et ſic intelligitur qđ legitur 8.diſ.quo iure. & ſic cõcordant in hoc ꝙ dominia ſunt de iure gentiũ. Videtur mihiꝙ dominium rerum legale, vel humanum fuit à Deo collatũ humanæ creaturæ, & non fuit ab initio introductum iure gẽtium, vel ciuili: Nam Deus oĩa quæ creauit, fecit propter rationalem creaturam, & omnia ſubiecit rationali creaturæ. Geñ.c.1. Et ſic reſeruato ſibi vniuerſali & vero dominio oĩum creaturarũ, huius dominij vtilitatem conceſſit ab initio humanæ creaturæ quo ad vſum: quod videtur intelligere Accurſius C.de iu.do.l.iurebus.ſuper verbo, naturaliter. vbi dicit, ꝙ in re primæuo non diſtinguebantur dominia, niſi quantũ ad vſum, &c. vnde ante ius gentium omnia fuerunt cõmunia quouſq; iure gẽtiũ vſibus primorum parẽtum introductum fuit, ꝙ terræ diuiderẽtur & limitarentur, & appropriarentur, vt vnuſquilque quod ſuum eſſet, ſciret. Vnde lex dicit, ꝙ iure gẽtiũ dñia ſunt diſtincta non dicit introducta, vt dicta l. ff.de iuſti. & iu. l.ex hoc iure. Cum enim iure gentium diuidantur dñia: ſequitur ꝙ ante diuiſionem erant dominia communia, arg. ff.com mũ diuid.l.4.circa prĩ. cũ ibi notatis, vnde ex conceſſione diuina vtilitatis dominij rerũ cauſatur quoddam dominiũ legale vel humanũ, quod reſpectu veri dominij diuini non dicitur dñium: ſed in ſe cõſideratum dicitur verũ. Iſtud verò dñium legale, vel humanum prout erat in cõmuni, non debet dici iuris gentiũ, ſed diuini. Prout verò cuilibet appropriatur, vel acquiritur hoc dominium, ſic conſidetatum eſt iuris gentium. Et tale dominium nõ eſt apud Papã tantùm, ſed apud omnes, qui iuſtẽ acquirunt: & ex quo ſemel acquiſitum eſt, nõ licet Papæ, vel alicui alteri auferre, vel occupare ſine iuſta cauſa, quia eſſet contra ius naturale diuinum, quo vnicuique dictum eſt: Ne faciat alteri, qđ ſibi nõ vult fieri. vt ĩ prĩ.decretorũ. Et dñs dicit ĩ Euangelio: Ne trãſgrediaris terminos antiquos, quos poſuerunt patres tui. 9.q.2.nullus alterius. facit ad hoc C. de cohortã. ſi quis. lib. 12. Et hoc intelligo ſine cã, quia ex iuxta cauſa poſſet aliquis priuari ab hoĩe, vel à iure tali dñio. ff.de rel. & ſum. fu. l. ſi quis ſepulchrũ. C.pro quib. cau. ſer. li. acci. per totum. & ff. & C.de bo. dam. per totũ. Vñ per hoc rñdetur ad arg. ꝙ quantùm ad humanam creaturã illa ſubeſt ſpirituali poteſtati, ſicut dictum eſt. Sed dominia rerũ aliarũ ſunt apud ſingulos qui iuſtè acquirunt: verum eſt de dñio legali vel humano: ſed diuinum dominiũ eſt apud Deũ. Nec eſt contradictio diuerſis reſpectibus accepto dominio.

Noctua nocte videt, lux huic excæcat ocellos.

Dominia iure primæuo nõ erãt diſtincta.

Dominium rei an poſſit dño ſuo tolli.

Ad illa iura communia, quæ dicunt ꝙ Imperator eſt dominus mundi. ff.ad legẽ Rho. l.deprecatio. reſponde vt not. C.de quadrien. præſcrip. l. bene à Zenone. Petrus Bertrãdi.

Diſcordia eſt extinguenda, & pax conſeruanda.

A*D vniuerſalis*.] a ¶ *Ad regimen*.] hæc habetur infra ſub titu. de præben.

b ¶ *Execrabilis*.] iſta

ſuorum cuſtodiam negligentes, & abhorrentes lucem tamquam filij tenebrarum, non verentur ſe ab ouium ſuarum cura, mercenarij more, tempore longo ſubducere, & pontificali dignitate reiecta, non erubeſcunt vagari per deuia ſub habitibus transformatis, ac contempto de exhibendo parib. & ſuperioribus honore præcepto, ſic abiecti & indecori interdum ad ſedem Apoſtolicã clanculo declinare præſumũt vbi more Noctuæ, cuius intuitum nox illuminat, lux excæcat, de die latentes, horis tenebrarũ, quos ſuis arbitrantur cõformari deſiderijs viſitãt, ſuos eis euomentes conceptus iniquos, & conſpirationes forſan illicitas aduerſus nos & alios pertractantes, & demũ abinde (non abſq; notabili ſedis prædictæ contẽptu) reuerẽtia tam conſueta q̃ debita nõ exhibita Romano Põtifici, & nec ab ipſo petita licẽtia, nec obtẽta, recedũt. ¶ Nos igitur & ipſius ſedis honori in hac parte proſpicere, ac taliũ inſolentijs finem imponere cupiẽtes: de fratrum noſtrorũ conſilio hoc generali prohibemus edicto ne de cętero præſul aliquis ſine ſui ſuperioris licentia, niſi pro negotiis Eccleſię ſibi cõmiſſę, extra ſuã diœceſim audeat ꝑnoctare: firmiter ſtatuentes, vt quicumq; pontifex ad Romanã curiã veniens, Papale palatiũ primitus viſitet, ad Papã (ſi hoc patiatur tẽporis opportunitas) intraturus, ac reuerentiã conſuetã, & debitã exhibiturus eidẽ, nullatenus receſſurus à curia, niſi ab ipſo ſuper hoc petita licẽtia & obtenta. Quòd ſi ſecus à quoquã ſuper his fuerit attentatũ, nos quoſcũq; prælatos quãuis etiã patriarchali dignitate fulgẽtes ſic ad ſedẽ accedẽtes, & ab illa (vt prædicitur) recedentes, necnõ quoſlibet alios, q̃ tales apud ſedẽ ipſam receptare præſumpſerint, niſi ante receptionẽ hmõdi eidem Romano Pontifici ſignificauerint aduẽtum illorum: decernimus eo ipſo notam infidelitatis incurrere, ac excõicationis ſñiæ ſubiacere. Nulli ergo, & cætera.

De treuga, & pace.

¶ Sixtus quartus.

¶ Sixtus Papa volens diſcordiam ex pragmatica ſãctione ſubortã ſedare, ordinarijs regni Franciæ ad conferenda beneficia ſex menſes concedit. Facultatem concedendi ſex gratias ſibi retinet. Beneficia Cardinalium, & corũ qui Cardinalibus ſunt familiares in regno Franciæ exiſtentia, ſua diſpoſitioni vſq; ad certum tempus reſeruat. De beneficijs promouendorum quid fieri debeat, oſtendit. Cauſas beneficiales in prima inſtantia vult in partibus terminari, in quib. ante diffinitiuam ſententiam (niſi in vno caſu) vetat appellari. Quid de cauſis in curia pendentibus faciendum ſit, narrat. Si autem eadem cauſa in diuerſis curijs diuerſis reſpectibus tractatur, quonam pacto terminanda ſit, hic recitatur. Taxas beneficiorum editas à Ioanne xxij. ſeruandas cenſet. Tandem tempus ponit, intra qđ uult iſta acceptari & ſeruari.

CAP. I.

AD vniuerſalis Eccleſiæ regimen diuina diſponente clemẽtia vocatis, inter alia pro commiſſorum populorũ votiua dilectione nil occurrit præſtãtius, quàm exorta inter ꝑſonas eccleſiaſticas, principis tenebrarũ aſtutia, diſcordiarũ fomenta per noſtræ ſollicitudinis occurſũ protinus extinguere, vt cuiuſuis altercationis ſalubriter euulſis ſeminib. pacis & trãquillitatis dulcedinẽ ĩter creditos nobis populos (diuina nobis aſſiſtẽte gratia) inponere & conſeruare valeamus. Cupiẽtes itaq;, vt ſuſcitata retroactis tẽporibus diſcordia (proh dolor) in regno Franciæ, Delphiuatu, alijſque terris & dñijs chariſſimi in Chriſto filij noſtri Ludouici Frãcorũ regis illuſtris, inter nõnullas ex eiſdẽ ꝑſonas occaſione cuiuſdã cõſtitutionis, quæ in eodẽ regno diutius inoleuit, quã perſonæ prædictæ pragmaticam ſanctionem vocãt, ne ſi (qđ abſit) maiora fomenta ſumeret, dãna pariter & grauiora ſcãdala, periculaq; ſubſequerentur, ſine debito claudatur & totaliter ſecludatur; Auctoritate Apoſtolica ex certa ſcientia de fratrũ noſtrorũ cõſilio oĩbus & ſingulis prælatis, & alijs perſonis eccleſiaſticis regni Delphinatus, terrarum & dñiorum eorũdem, ad quos dignitatum aliorumq; beneficiorum eccleſiaſticorũ terrarũ & dñiorum eorũdem collatio, prouiſio, præſentatio, electio, ſeu quęuis alia diſpoſitio pertinet: de quibuſuis dignitatibus, perſonatibus, adminiſtrationibus, officijs, canonicatibus, & præbendis, necnon alijs beneficijs eccleſiaſticis cum cura & ſine cura, ſecularibus & regularibus ad eorũ collationem, prouiſionem, præſentationem, electionem, ſeu quamuis aliam diſpoſitionem pertinentib. quæ deinceps in Februarij, Aprilis, Iunij, Auguſti, Octobris, & Decembris menſibus futuris perpetuis temporibus vacare contigerit (dummodo diſpoſitioni Apoſtolicæ ex aliqua generali reſeruatione in corpore iuris clauſa, aut per alteram ex conſtitutionibus felicium recordationum Benedicti xiij. quæ incipit: Ad regimen [a]. aut Ioannis xxij. Romanorũ Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum, quæ incipit, Execrabilis [b]. ſeu couſtitutiones & regulas cancellariæ Apoſtolicę per nos ſuper hoc editas reſeruata generaliter non exiſtant) perinde ac ſi aliquæ à ſede Apo-

ſtolica,

habetur infra ſub titu. de præb.cum glo. Gulielmi de Monte Lauduno, & etiã inter xx. Ioannis xxij.cum gloſ. domini Zenzelini ſub eod.tit. de præben.

a ¶*Taxæ.*] vide pro

ſtolica, vel eius legatis expectatiuæ literæ nõ emanaſſent, liberè diſponendi facultatem concedimus per præſentes. Et quia iſti ſummi Pontifices prædeceſſores noſtri conſueuerunt ſe in cõceſſionibus gratiarum expectatiuarum † perſonis bene meritis exhibere liberales, noſtræ intentionis exiſtit concedere in regno, Delphinatu, terris & dominijs regni huiuſmodi vltra gratias expectatiuas per nos in eiſdem regno, Delphinatu, terris, & dominijs conceſſas (quibus in aliquo præiudicare non intẽdimus per præſentes, quaſque in ſuo robore permanere volumus) ſex perſonis idoneis regnicolis, ſex alias gratias expectatiuas ad quamlibet collationem, prouiſionem, præſentationem, ſeu quamuis aliam diſpoſitionem ſingulorum ex prælatis, & alijs perſonis prædictis. Ex quibus quidem ſex gratijs duæ gratiæ expectatiuæ concedentur duobus clericis regnicolis idoneis, pro quibus rex ipſe & chariſſima in Chriſto filia noſtra regina, ac dilectus filius nobilis vir Delphinus Vieñ. necnon magiſtri & præſidentes ac alij officiarij in aliquo ex parlamentis regis eiuſdem regni nobis ſuper hoc vnanimiter ſupplicabunt: qui duo nominati per regem & reginam, Delphinum, magiſtros, præſidentes, & officiarios præfatos gaudeant prærogatiuis ad inſtar familiarium noſtrorum continuorum commenſalium. Ipſiſque ſex gratijs conſumptis, alias ſex gratias ſimiles alijs ſex gratijs perſonis idoneis modo & forma præmiſſis concedere intendimus. ¶ Volumus autem, ac eiſdem auctoritate & tenore præſentium decernimus, & declaramus beneficia, quæ venerabilium fratrum noſtrorum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium familiares, continui commenſales eorum familiaritate durante in regno, Delphinatu, terris & dominijs præfatis obtinent, & inpoſterum obtinebunt, diſpoſitioni Apoſtolicæ inpoſterum cenſeri reſeruata, quamdiu duntaxat Cardinales præfati vitam duxerint in humanis, ac poſt obitum eorundem Cardinalium per ſex annos continuè ſequentes: Quibus quidem ſex annis elapſis, alij ad quos eorundem beneficiorum collatio, prouiſio, pręſentatio, electio, ſeu quæuis alia diſpoſitio aliàs pertinet: de beneficijs familiarium huiuſmodi in regno, Delphinatu, terris & dominijs præfatis conſiſtentibus, in prædictis menſibus diſponere valeant, huiuſmodi reſeruatione non obſtante. ¶Concedimus etiam, quòd beneficiorum, quæ promouendi per nos ad dignitates, ſeu beneficia conſiſtorialia ipſarum prouiſionum per nos de eorum perſonis faciendarum obtinebunt, ac in quibus & ad quæ ius eis quomodolibet competit, ac competere poterit, per promotiones ad dignitates & alia beneficia conſiſtorialia prædicta, ac munus conſecrationis eiſdem promouendis impendendum, ſeu lapſum temporis de conſecrandis epiſcopis à ſacris canonibus definiti vacaturorum, ſi promotiones ipſæ in aliquo ex ſupradictis menſibus fiãt, niſi beneficia ipſa eſſent aliàs diſpoſitioni Apoſtolicæ (vt præfertur) reſeruata, ad prælatos & perſonas ſupradictas: Si verò in alijs menſibus promotiones eiſdem fieri contingat, ad nos & Romanos Pontifices ſucceſſores noſtros collatio, prouiſio, & omnimoda diſpoſitio pertineat. ¶ Et quoniam ſedis Apoſtolicæ notariorum magnus reperitur numerus, eorundem notariorum, qui habitum per eiuſdem ſedis notarios geſtari ſolitum publicè & continuè geſtant, & in poſterum geſtabunt, beneficia in eiſdem regno, Delphinatu, & terris conſiſtentia duntaxat cenſeantur reſeruata: quodque † omnes & ſingulæ cauſæ beneficiales in partibus coram iudicibus competentibus vſque ad diffinitiuam incluſiuè in prima duntaxat inſtantia, in qua nulli ante diffinitiuam liceat appellare, nec appellatio (ſi fuerit emiſſa) debeat admitti, niſi ab interlocutoria, vel à grauamine negotium principale minimè concernente, quod non poſſit per appellationem à diffinitiua ſententia reparari: In alijs verò inſtantijs in curia Romana tractentur, cognoſcantur, & fine debito terminentur. ¶Cauſæ verò beneficiales pendentes in dicta curia inter noſtros, aut dictorum Cardinalium familiares continuos commenſales, ipſis Cardinalibus in eadem curia præſentibus, ſeu in aliqua legatione, aut recreationis cauſa ſecedentibus, necnon præfatę ſedis officiales, officia actu exercentes, aut alios à præmiſſis, qui per ſex menſes curiam prædictam ſecuti ſunt, & ſequuntur de præſenti, curiales, & quoſcumque alios eorum aduerſarios ſuper quibuſuis beneficijs eiſdem aduerſarijs auctoritate ordinaria collatis, per illos quibus commiſſę reperiuntur, ſeu alios per nos ad id deputatos, ſeu etiã deputandos iudices audiantur, cognoſcantur, decidantur, fineque debito terminentur, ac executioni debitæ demandentur. Cæteræ verò ſimiles cauſæ beneficiales inter quoſcunque alios pendentes, & quæ quibuſuis iudicibus ſeu auditoribus commiſſæ reperiantur, aliquibus iudicibus competentibus in regno Francię auctoritate Apoſtolica committantur audiendæ, & cognoſcendę, decidendę, & fine debito terminandę, cum neceſſaria earundem cauſarum aduocatione. Prętereà quia aliquę ex ſupradictis cauſis in eadem Romana curia ſuper petitorio, & diuerſis curijs ipſius regni ſuper poſſeſſorio tractantur: volumus quòd in eiſdem cauſis in diuerſis curijs ſuper petitorio, & poſſeſſorio vnico & eodem contextu pendentibus (ſuſpenſo petitorio, & cenſuris ſuper hoc latis) in poſſeſſorio in curijs eorundem iudicum, coram quibus cauſę poſſeſſorij pendeant de pręſenti, procedant, cauſæque ipſę ſuper huiuſmodi poſſeſſorio intra biennium terminentur & finiantur. Alioquin, biennio elapſo liceat partibus ipſis procedere ſuper petitorio, & vlterius dictis cauſis expeditis ſuper poſſeſſorio: aut huiuſmodi biennio elapſo altera partium litigantium coram iudice competenti auctoritate Apoſtolica deputato poterit ius ſuum proſequi, ipſeque Apoſtolicus iudex intra aliud biennium cauſam in petitorio terminare teneatur. Quod ſi non fecerit, cauſa ipſa ab eo auocata, & lis penitus extincta cenſeatur. Et ſi forſan aliquis eorundem iudicũ cuiuſuis ſibi cõmiſſę cãę expeditionem malitioſè prorogare, aut differre pręſumpſerit, excommunicationis, & omnium beneficiorum priuationis pœnas ipſo facto incurrat, à qua quidem excommunicationis pena abſolui nequeat, niſi à nobis & ſucceſſoribus noſtris Romanis pontificibus, pręterquam in † mortis articulo: quodque decętero in literis expediendis in regno Francię, Delphinatu, & terris, aliiſque dominiis pręd ictis ſeruentur taxę [a] ſuper hoc editę per Ioannem xxij. Papam pręfatum, & exceſſus, ſi qui fuerunt, corrigantur. ¶Et quia propter aſſiduas guerras & nouitates, quę continuè vigent in dicto regno, pręte nditur eccleſias, dum vacant grauatas, in taxa etiam reformata in concilio Conſtantienſi, quę reducta eſt ad

† Gratias expectatiuas, & mandata de prouidendo nemini amplius concedi decreuit concilium Trid. ſeſſio. 24. d refor. cap. 19.

Notarij Apoſtolici in magno ſunt numero.

† Vide concilium Tri. ſeſſi. 24. de refor. c. 20.

Appellare an liceat ante diffinitiuam ſentẽtiam, vide c. ſuper eo. 2. extra de appel.

Cauſa eadem diuerſis reſpectibus ĩ diuerſis curijs tractari poteſt.

† In mortis articulo nulla eſt caſuum reſeruatio: atq; ideo omnes ſacerdotes quoslibet pęnitentes à quibuſuis peccatis & cenſuris abſoluere poſſunt. concilium Trid. ſeſſ. 14. c. 7. de caſuum reſeruatione.

hoc extrauagantē, Cū ad ſacroſanctæ. quæ eſt inter xx. Ioannis xxij. ſub tit. de ſent. excom.

Vices illius.] a ¶ *Ex electoribus.*] electores Imperatoris ſunt ſeptē: tres eccleſiaſtici, & quatuor laici. de quibus per gl. in c. ad Apoſtolicæ. de ſent. & re iudic. lib. 6.

medietatē antiquæ taxæ, ꝙ grauatus in eadē taxa prælatus ꝓmouendus ſoluat cōia, & minuta ſeruitia, q̄ plures ex Gallis annatam vocant, tantū pro vera ęſtimatione fructuū eccleſiæ & monaſterij, ad q̄ ſit promotus, eaq; in dicta cācellaria & camera Apoſtolica inuiolabiliter obſeruari mandamus. ¶ Et quia in ſupradictis cōceſſionibus regnū, ac regē maxima ſumus charitate cōplexi, credēdū eſt nō immeritò vt ſe deuotos & obediētes erga ſanctā Romanā Eccleſiā exhibeant: Quare volumus & eiſdē auctoritate, & tenore ſtatuimus, ꝙ præfatus Rex intra quatuor menſes præmiſſa acceptare & obſeruare, ac in regno, Delphinatu, & dn̄ijs huiuſmodi obſeruari facere, necnō intra alios duos præfatos quatuor immediatè ſequētes mēſes ſup acceptatione, & obſeruatione, alijſq; præmiſſis oībus, & ſingulis per ſuas patentes literas nos, & ſedē præfatā certificare teneatur: Alioquin præſentes literæ, & inde ſecuta quæcunq; ſint caſſa & irrita, nulliuſq; roboris, vel momenti. Nos. n. extunc irritum decernimus & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquā quauis auctoritate ſcienter, vel ignorāter contigerit attentari. Nulli ergo omnino hominū liceat hanc paginā noſtrarū conceſſionis, intentionis, voluntatis, conſtitutionis, declarationis, indulti, mādati, & ſtatuti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis aūt hoc attentare præſumpſerit, indignationē omnipotentis Dei, & beatorū Petri & Pauli Apoſtolorū eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ M. cccclxxij. ſeptimo idus Auguſti, Pontificatus noſtri anno 1.

¶ Sixtus quartus.

¶ *Diſcordia inter religioſos Mendicantes & eccleſiarum parochialium rectores in partibus Germaniæ quatuor delegatis cōmiſſa, per eos ſub certis formis & modis in pacem & concordiam conuerſa fuit: quam Romanus Pontifex confirmat, præcipiens ſub pœna excōmunicationis illam à prælatis obſeruari.*

CAP. II.

Matt. 16.

Vices illius, qui ſupra petram ædificauit Eccleſiam ſuam, meritis licet inſufficientibus, gerentes in terris, & per eius immaculata veſtigia, quantū nobis ex alto conceditur, incedere ſatagentes, inter Chriſti fideles quoslibet, & præſertim ſub vno atque eodem ſacerdotij vexillo nobiſcum Deo militantes, pacem & charitatem inducere, & inductam confouere, vigilanti ſollicitudine meditamur aſſiduè, & quæ ijs contraria ſunt, falce vigilantiæ paſtoralis ad radicem poſita ſubmouere, prout rerum & temporum circunſtantię id non immeritò expoſcere dignoſcūtur.

Sacerdotes dicūtur ſub eodē vexillo cum Papa militare.

¶ Nuper ſiquidem pro parte tam venerabilium fratrum noſtrorū Maguntineñ. & Treuereñ. archiepiſcoporum, ac Herbipoleñ. & Vuormacieñ. & Spireñ. epiſcoporum, quàm dilecti filij nobilis viri Philippi comitis Palatini Rheni, & ducis Bauariæ, qui vnus ex electoribus [a] Romani imperij exiſtit, ad noſtrum peruenit auditum, ꝙ inter dilectos filios Prædicatorum, Minorum, & Carmelitarum ordinum profeſſores, & nonnullos parochialium rectores, & alios etiam eccleſiarum prælatos, inſtigante illo, qui tamquam leo rugiens circuit quærēs quem deuoret: in partibus Germanię, & præſertim in oppido Eslingeñ. Conſtañ. diœceſis ſuſcitata ſunt nonnulla diſſenſionum, & ſcandalorum fomenta ex certis cauſis tunc nobis expreſſis, quæ niſi per vigilantiam paſtoralis officij celeriter ſuccidantur, poſſent ad ſcandalum non modicum Chriſti fidelium illarum pàrtium faciliter peruenire.

1. Pet. 5.

¶ Nos igitur attendentes, quòd ſacroſancta Romana Eccleſia ab eius fundatione primæua in ordine ſacerdotali, quem Petrus Apoſtolus & eius ſucceſſores obſeruarunt, inſtituta, & per viros prouidos & ſacerdotes virtuoſos adaucta, & longiſſimis temporibus feliciter conſeruata extitit: Ruſuſque animaduertentes quòd hodiernis temporibus hominum creſcente malitia, niſi ager Dominicus cultoribus idoneis, buccinatoribus ſpiritus ſancti, & præconibus verbi Dei (qui præter cæteros in ordinibus fratrum Mendicantium gratia aſſiſtente diuina in copioſo numero reperiuntur) aſſiduè coleretur, vepribus malorum, & ſentibus vitiorum omnium celeriter obrueretur: non potuimus nō niſi ab intimis cordis noſtri dolere, quòd inter tales viros, qui ſe mutua charitate diligere, & alter alterius iuxta Apoſtolum, onera portare deberent, diſcordię ſeminarium excitaretur.

Eccleſia Romana ꝑ quos fuit inſtituta, adaucta, & cōſeruata.

Prædicatores multi in ordinibus Mendicantium reperiuntur.

Galat. 6.

Vnde cum vellemus ſuper his ea, qua decet maturitate conſulere, venerabilibus fratribus noſtris Gulielmo Hoſtienſi, & Angelo Præneſtiñ. epiſcopis, & dilectis filij noſtris Iuliano tituli ſancti Petri ad Vincula, ac Petro tituli ſancti Sixti presbyteris Cardinalibus viuæ vocis oraculo commiſimus & mandauimus, vt à ſingulis partibus prædictis, vel eorum procuratoribus legitimis, auditis hincinde propoſitis, inter eas concordiam tractarent. Qui quidem epiſcopi, & Cardinales ſtatutis loco & tempore conuocatis, auditis & intellectis partibus prædictis (vt præfertur) & in præmiſſis grauiter & conſultè procedentes, partes ipſas de communi earundem conſenſu ad concordiam infraſcriptam perduxerunt. Videlicet quòd ipſi parochiani ſacerdotes decætero non dicant à Mendicantibus hæreſes proceſſiſſe, cum in veritate fides noſtra ſit illuminata, & Eccleſia exaltata per eoſdem, & præſertim per ordines Prædicatorum, & Minorum, vt iura teſtantur. Quodque fratres mendicantes non prædicent, populos parochianos non teneri audire Miſſam in eorum parochijs diebus feſtiuis & Dominicis, cum iure ſit cautum † illis diebus parochianos teneri audire Miſſam in eorum parochiali eccleſia: niſi forſan ex honeſta cauſa ab ipſa eccleſia ſe abſentarent: quodq; etiam nec fratres, nec curati inducant aliquo modo laicos ad eligendum ſepulturā apud eos, & bene caueant propter pœnas, quas imponunt canones, cum ſit libera. Quòd etiam ipſi Mendicantes deſiſtant prædicare, quòd parochiani non ſint obligati ſaltem in paſchate, proprio confiteri ſacerdoti: quia de iure † tenetur parochianus ſaltem in paſchate proprio confiteri ſacerdoti. Per hoc tamen ipſi fratres Mendicantes non cenſeantur excluſi, quominus ſecundùm iuris communis & priuilegiorum eiſdem conceſſorum diſpoſitionem, confeſſiones audire, & pœnitentias iniungere valeant. Quòd etiam decætero inter ipſos fratres Mendicantes & curatos quoad effectum prædicandi, horas cātandi, & campanas pulſandi, ſeruetur conſuetudo antiqua, quæ temporibus antiquis ſeruata fuit in ipſo oppido Eslingeñ. Et caſu quo veniat aliqua occaſio ſiue neceſſitas, non fiat commutatio temporis, vel horæ in ipſis prædicationibus fiendis, niſi de conſenſu partium. Quòdque etiam ipſi fratres in ſermonibus eorum non detrahant † prælatis & rectoribus parochialium eccleſiarum: Nec etiam populos à ſuarum eccleſiarum parochialiū frequentia & acceſſu abſtrahant ſiue retrahant quoquo modo.

† Cap. vt Dominicis đ parochijs & alien. parochian. vide conciliū Trid. ſeſſio. 21. in decreto de obſeruādis in celebratione Miſſæ. §. moneant.

† Cap. omnis vtriuſq; ſexus. de pœnit. & remi.

† Vide concilium Later. ſub Leone x. ſeſſio. 11. in decreto incipien. Supnę maieſtatis.

do. Et viceuerſa ipſi rectores & prælati aliquo modo non detrahant Mendicantibus, ſed illum fauorem, quem poſſunt, eis impendant, & in omnibus & per omnia præſtent, ita vt vera vnitas & perfecta charitas inter eos oſtendatur. ¶Nos itaque illius vices gerentes in terris, qui Apoſtolis ſuis dixit: Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis: cupientes ſuper his opportunè prouideri, motu proprio, non ad alicuius ſuper hoc nobis oblatæ petitionis inſtantiam: ſed de noſtra certa ſcientia, & mera voluntate concordiam prædictam, ac omnia & ſingula per præfatos epiſcopos, & Cardinales ordinata, ad hoc vt perpetuò inconcuſſa perſiſtant, auctoritate Apoſtolica, & ex certa noſtra ſcientia approbamus & confirmamus, ac viribus perpetuò ſubſiſtere debere decernimus. Supplentes omnes & ſingulos defectus tam iuris quàm facti, qui forſan interuenerunt in eiſdem. Iniungentes nihilominus archiepiſcopis, epiſcopis, plebanis, rectoribus, curatis, necnon Prioribus, Gardianis, & ſingulis fratribus ordinum Mendicantium ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, quam contrafacientes, & quemlibet eorum contra facientem incurrere volumus eo ipſo: à qua abſolui nequeant, niſi de expreſſo conſenſu partis læſæ, & debita ſatisfactione præuia, inuiolabiliter † obſeruent, & quantum in eis eſt, ab alijs obſeruari faciant. Et inſuper quaſcunque lites & cauſas coram quibuſcunque cauſarum palatij Apoſtolici auditoribus, ſeu alibi occaſione præmiſſorum, inter dilectos filios decanum, & capitulum eccleſiæ Spireñ. & curatum dicti oppidi, ac fratres prædictos indeciſas pendentes, illarum ſtatus tenores, & formas, & in eis geſta & actitata, præſentibus pro expreſſis habentes, ad nos harum ſerie, motu, ſcientia, & auctoritate prædictis aduocamus, & litem, ſeu lites ipſas penitus extinguimus. Et ambabus partibus prædictis litis huiuſmodi conſortibus, ſeu illis adhærentibus perpetuum ſilentium imponimus: Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac priuilegijs eiſdem fratribus in genere, vel in ſpecie conceſſis, cæteriſq; contrarijs quibuſcunq;. Nulli ergo, &c. Datum Romæ apud ſanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ, M.ccccLxxvij. xv. Calend. Iulij, Pontificatus noſtri anno ſeptimo.

Ioan. 14.

Suppletio quandoque fit de iure & de facto. vide not. in c. bonæ 1. de poſt. prel. in antiquis.

† Vt ea inuiolabiliter

LIBER SECVNDVS.

De iudicijs.

¶Nota pro rubricæ intellectu, q̄ iudicium eſt actus legitimus trium perſonarum, iudicis, actoris, & rei. Sed contra c. forus. §. in omni. de verb. ſign. in antiq. vbi dicitur, quòd in omni negotio requiruntur etiam tres teſtes. Sed dic, q̄ teſtes non ſemper ſunt neceſſarij: ſed quando eſt factum negatum, vel aliæ probationes deſunt, vt dicto §. in omni. & 4. q. 4. c. 1. Et dicitur iudicium non à iudice (vt dicit Ioan. Mona.) ſed à iuris diſquiſitione, ſeu diſcuſione. Nam cauſa eſt dum proponitur, iudicium dum diſcutitur, iuſtitia dum finitur d. c. forus. de verbo. ſignif. Vel potes dicere, ſi vis, quòd iudicium non ab actore, vel à reo dicitur, ſed à iudice ſicut à perſona principaliori. arg. C. de accu. qui explicandi. Et redditur iudicium in inuitum. ff. de verb. obli. l. inter ſtipulantem. §. 1. Et expone, de iudicijs, id eſt de proceſſibus iudiciarijs, qui enumerantur in c. quoniam. extra de prob. Sic accipitur C. de iud. ſancimus. & c. pia. de excep. lib. 6. in prin. & c. nonnulli. de reſcript. in antiq. & ff. vt leg. no. l. etiam. in princ. Vel dic de iudicijs, id eſt, de iuris diſquiſitione, ſeu diſcuſſione, vt dictum eſt.

Iudicij deſcriptio.

Teſtes non ſemper neceſſarij ſunt

¶Nota inſuper quòd iudicium habet xv. ſignificationes. Primo modo eſt actio, vt iudicium familiæ erciſcūdæ, id eſt, actio. ff. de iudi. l. in tribus. extra de prob. c. ex literis. Secundo modo eſt lis ſiue controuerſia, vt iudicium pendet de hæreditate, &c. ff. ad Trebel. l. 1. 2. reſponſo. & ff. de pecu. quòd debetur. Tertio modo eſt auctoritas, vt negotia eccleſiaſtica non ſunt iudicio laicorum diſponenda. extra de iudi. c. decernimus. Quarto modo eſt forus, vt cauſa iuris patronatus debet diſtiniri iudicio eccleſiaſtico, id eſt in foro eccleſiæ. cap. quanto. extra de iudi. Quinto modo eſt arbitrium. 2. q. 6. à iudicibus. & ff. qui ſatiſd. cog. arbitro. de offic. deleg. ab arbitris. lib. 6. Si enim arbiter eſt iudex, ergo arbitrium eſt iudicium. Sexto modo eſt vltima voluntas, vt iudicium teſtatoris non debet eſſe caſſum. C. de ſacroſan. eccle. l. 1. de ſepul. licet. in fi. lib. 6. Septimo eſt quæſtio, vt iudicium ambiguum eſt ad Papam referendum. c. per venerabilem. §. rationib. extra qui fil. ſint leg. C. de ordi. iudi. l. quoniam. Octauo modo iudicium dicitur eſſe diſcretio, vt furioſus & impubes non poſſunt eſſe iudices, qui carent iudicio, id eſt, diſcretione. ff. de iudi. l. cum prætor. c. graue. de præben. in antiq. Nono eſt ſententia, vt iudex punire poteſt eos, qui ſuo neglexerint parere iudicio, ideſt, ſententiæ. de offic. deleg. c. de cauſis. aliàs, in cauſis. de appel. ſi duobus. circa fin. de præſcrip. cap. fin. ff. de leg. 3. l. qui concubinam. §. ſi hæres. & Eccleſiaſtici 18. ibi, Ante iudicium iuſtitiam tibi para. Decimo eſt inſtantia, vt iudicium perit triennio. l. properandum. §. 1. C. de iudi. & c. venerabilis. eo. tit. in antiq. Vndecimo eſt diſcuſſio, vt hic, vt C. & ff. eo. ti. & in c forus. de verb. ſig. Duodecimo eſt poteſtas iudicandi. ff. de iudi. l. iudicium ſoluitur, vetante eo qui iudicare iuſſerat, &c. Tertiodecimo eſt pernicies. Vnde Apoſto. 1. ad Corinth. 11. ibi, Qui manducat & bibit indignè corpus & ſanguinem Domini, iudicium, ideſt, perniciem ſibi manducat & bibit: Sic exponitur 4. ſenten. diſt. 9. in fin. Quartodecimò eſt pœna, in Matth. Qui occiderit, reus erit iudicio, ideſt, pœna. ſic in Ioanne: Qui bona egerunt, ibunt in vitam æternam: qui verò mala, in reſurrectionem iudicij, ideſt, pœnæ æternæ. Vltimo iudicium dicitur eſſe proceſſus iudicialis. cap. 1. eod. titu. lib. 6. de except. pia. eod. lib. Et iſta xv. ſignificata his verſibus comprehendi poſſunt.

Iudicij xv. ſignificationes declarantur.

Matth. 5.
Ioann. 5.

Actio, lis, auctor, forus, arbiter, vltima velle:
Quæſtio, diſcret. ſenten. inſtant, diſcuſſio, poſſe:
Pernicies, pœna, proceſſus iudicialis.

Verſus.

Vide Ioan. Mona. ſuper rubrica de iudi. lib. 6. & etiam glo. in c. in iudicis. de reg. iur. lib. 6. Nullibi tamen clarius habentur hæc expoſita, quàm hic.

Ioannes xxij.

¶*Decretalem, ſuper cathedram. quæ eſt in Clem. in c. dudum. innouata, iubet obſeruari: neque propter illam debent religioſi Mendicantes eſſe moleſti & graues prælatis, neque prælati ipſis religioſis. Et ſi ſint aliquę iniuriæ vel moleſtationes hincinde factæ: Papa vult iuſtitię complementum breuiter exhiberi, ſummariè, ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu & figura iudicij, vel aliter prout qualitas exceſſuum exigit. Non obſtātibus quibſcunque obſtaculis, quę poßent his obuiare.*

CAP. VNICVM.

FRequentes, imo innumeroſequo dammodo de diuerſis mūdi partibus venerabilium fratrum noſtrorum epiſcoporum, aliorumq; ſuperiorum prælatorum, necnon dilectorum filiorum, rectorum, curatorum, & parochialium ſacerdotum querelæ contra dilectos filios fratres Prædicatorum, & Minorum ordinum, noſtrum & ſedis Apoſtolicæ excitarunt auditum, & clamoroſis inſinuationibus excitare, & fatigare non ceſſant, quòd ijdem fratres decretalem, Dudum. editam à felicis recordationis Bonifacio Papa viij. prædeceſſore noſtro, quæ incipit, Super cathedram [a]: Ac per piæ memoriæ Clementem Papam v. prædeceſſorem noſtrum in Vieneñ. concilio innouatam temerè obſeruare non curant: ſed ipſam tranſgredi non timentes in eiuſdem ſedis contemptum, animarum ſuarum periculum, & eorundem & eccleſiarum parochialium præiudicium & grauamen. Intelleximus quoque quòd plerunque præfatis dictorū Prædicatorum, & minorum, necnon Eremitarum ſancti Auguſtini, & Carmelitarum ordinum fratribus, in cuius ordinis dictorum Eremitarū perſonis idem prædeceſſor Bonifacius

FRequētes.] a ¶Super cathedram. nunc eſt ſub. tit. de ſepul. in cle. & incipit, dudum.

a ¶[*Summariè, &c.*] propter iſtá verbá hæc extrauagãs ſub hoc tit. fuit poſita. Quæ autem cauſæ ſint ſic decidendæ, vide c. diſpendioſam.eod.titu.in clc. Et quid illa verba importēt, declaratur per c.ſæpe.de ver.ſig. in Clem.

b ¶[*Euocetur.*] loquitur de cap.ſtatutum.de reſcript.lib.6.

c ¶[*Conſeruatores.*] loquitur de c. 1. de offic. deleg.lib.6.

d ¶[*Numerum.*] vide c. cum in multis.de reſcript.lib.6.

Conſtitutionem Papalem violans periculo ſe ſubijcit.

nifacius conſtitutionem prædictam, in qua tantùm de ipſis Prædicatorum & Minorum cauebatur ordinibus, per omnia voluit poſtmodum integraliter, & inconcuſsè ſeruari. Et ad quem prædictorum Carmelitarum fratrum ordinem, nos ſubſequenter conſtitutionem eandē quoad omnia in ea contenta duximus extendendam, à prædictis epiſcopis, prælatis, rectoribus, curatis, & ſacerdotibus, contra tenorem conſtitutionis prædictæ graues iniuriæ, atque moleſtiæ in diuerſis partibus inferūtur. Nuper pro parte. Vieneñ. fratris noſtri archiepiſcopi Burdegalenſis & dilectorum filiorum capitulorum maioris Burdegaleñ. & aliarum eccleſiarum, prioratuū, conuentuum, rectorum, curatorum, ſacerdotum, & vicariorum parochialium, ac clericorū tam regularium quàm ſecularium ciuitatis & diœceſ. prædictarum nobis extitit intimatum, quòd prædicti eorundem Prædicatorum, Minorum, Eremitarum, & Carmelitarum ordinum fratres contra tenorem decretalis eiuſdem, multa eiſdem & eorum ſingulis grauamina & iniurias inferunt & iacturas. Quia igitur parum eſſet iura condere, niſi qui ea tueatur, exiſtat: Nos volentes de fratrum noſtrorum conſilio decretalem prædictam, Super cathedram. irrefragabiliter obſeruari: diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut vnus veſtrûm per vos, ſeu alium, vel alios, etiam ſi ſint extra loca, in quibus eſtis conſeruatores ſeu iudices deputati, tam eiſdem archiepiſcopo, capitulis, Prioribus, conuentibus, rectoribus, curatis, ſacerdotibus, vicarijs, ac clero ciuitatis & diœceſ. prædictarum, & eorum cuilibet aduerſus prædictos, quàm econuerſo eiſdem fratribus aduerſus archiepiſcopum, capitula, prælatos, Priores, conuentus, rectores, ſacerdotes, vicarios, ac clerum, præfatos & ſingulos eorundem efficacibus defenſionibus prẹſidio aſſiſtentes, ac facientes decretalem prædictam quo ad omnia eius capitula prout iacent, firmiter obſeruari non permittatis contra tenorem ipſius per memoratos fratres dictorum ordinum eiſdē archiepiſcopis, capitulis, prælatis, Prioribus, conuentibus, rectoribus, curatis, ſacerdotibus, vicarijs, ac clero, vel alicui ſeu aliquibus eorundem, nec etiam prædictos archiepiſcopum, capitula, prælatos, conuentus, rectores, curatos, ſacerdotes, vicarios, ac clerum, ſeu aliquem, vel aliquos ipſorum eiſdem fratribus grauamina ac iniurias irrogari. Facturi ipſis hincinde de quibuſcunque iniurijs, moleſtationibus, grauaminibus & damnis viciſſim illatis hactenus, & etiam inpoſterum inferendis eiſdem contra tenorem conſtitutionis eiuſdem, in illis videlicet quę iudicialem requirunt indaginem, ſummariè [a], ſimpliciter & de plano, ſine ſtrepitu iudicij & figura, in alijs verò prout qualitas ipſorum exigit iuſtitiæ complementum: Moleſtatores minores, & maiores huiuſmodi, necnon cōtradictores quoſlibet & rebelles quandocunq; & quotieſcunq; expedierit per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Non obſtantibus quibuſcunq; exemptionibus, ſpecialibus, vel generalibus, tam fratribus & ordinibus prædictis, vel alicui ſeu aliquibus fratrum & ordinum eorundem, quàm præfatis archiepiſcopo, capitulis, prẹlatis, Prioribus, conuentibus, rectoribus, curatis, ſacerdotibus, vicarijs, ac clero, ſeu ipſorū alicui, vel aliquibus, communiter, vel diuiſim, ſub quacunq; forma, vel expreſſione verborum ab eadem ſede conceſſis, ac eiuſdem Bonifacij, quo cauetur ne aliquis extra ſuam ciuitatē, vel diœceſim, niſi in certis exceptis caſibus, & in illis vltra dietam vnam à fine ſuæ diœceſis ad iudicium euocetur [b]. Seu ne iudices, & conſeruatores à ſede deputati prædicta extra ciuitatem & diœceſim, in quibus deputati fuerint, contra quoſcunque procedere, ſiue alij, vel alijs vices ſuas committere, aut aliquos vltra vnam dietā à fine diœceſis eiuſdem trahere præſumant: dummodo vltra duas dietas aliquis extra ſuam ciuitatem auctoritate pręſentium nō trahatur. Seu quòd de manifeſtis iniurijs, moleſtijs, & alijs, quæ iudicialem indaginem exigunt (pœnis in eos ſi ſecus egerint, & etiā id procurantes adiectis) conſeruatores [c] ſe nullatenus intromittant, quàm alijs quibuſcunq; cōſtitutionibus à Romano Pontifice tam de iudicibus delegatis & conſeruatoribus, quàm perſonis vltra certum numerum [d] per literas Apoſtolicas ad iudicem non vocandis, aut alijs edictis, quæ noſtræ poſſent iuriſdictioni aut poteſtati eiuſque exercitio liberè quomodolibet obuiare. Seu ſi tam eiſdem fratribus, vel eorum ordini, aut alicui ſeu aliquibus fratrum & ordinum prædictorum, quàm archiepiſcopo, capitulis, prælatis, Prioribus, conuentibus, rectoribus curatis, ſacerdotibus, vicarijs, ac clero prædictis, vel aliquibus ipſorum, ſeu quibuſuis alijs communiter, vel diuiſim à præfata ſede ſit indultum, quòd excommunicari, ſuſpendi, vel interdici, ſeu extra vel vltra, circa vel alio quocunque modo ad iudicium euocari non poſſint, per literas Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi, & de eorum perſonis, locis, hominibus, ordinibus, & nominibus proprijs mentionem. Et quibuſlibet alijs indulgentijs, ſeu priuilegijs dictæ ſedis generalibus, vel ſpecialibus, quorumcunq; tenorū exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa vel totaliter non inſerta noſtræ iuriſdictionis explicatio in hac parte valeat quomodolibet impediri; Et de quibus quorumq; totis tenoribus de verbo ad verbum ſpecialem oporteat in noſtris literis fieri mentionem. ¶Cæterū iudicibus, ſeu conſeruatoribus quibuſcunq; per literas Apoſtolicas ſub quacunq; alia quam præſenti verborum forma, vel expreſſione cōfectas, eiſdem prędictorum Prædicatorum, Minorū, Eremitarum, ac Carmelitarum ordinum fratribus, ſeu ipſis ordinibus cōmuniter, vel diuiſim, ſuper damnis & iniurijs & alijs quibuſcunque rebus ſeu negotijs aliàs deputatis & ſubdelegatis eorū pręſentibus, & futuris auctoritate præſentium diſtrictius inhibemus, ne aliquem, ſeu aliquos auctoritate literarum Papalium prętextu, ſeu occaſione quorumcunq; damnorum, vel iniuriarum ſiue grauaminum contra tenorem prædictę conſtitutionis, Super cathedram. ipſis fratribus, ſeu eorum ordinibus antedictis cōmuniter, vel diuiſim à quibuſcunque perſonis illatorum hactenus, & etiā inferendorum inpoſterum, coram ſe alicubi deinceps ad iudicium, vel aliàs quoquomodo vocare, ſeu in cauſam aliquatenus trahere præſumant. Inhibitionem huiuſmodi non ſolùm ad futura, ſed etiam ad quouiſmodo adhuc pendentia, & incœpta negotia volentes extendi: ac decernentes pręfatas literas, & proceſſus eorum auctoritate quacunque habitos, & habendos ad damna, grauamina, & iniurias huiuſmodi contra tenorem dictæ conſtitutionis illata, & inferenda (vt dictum eſt) deinceps aliquatenus non extendi, ac etiam irritum & inane ſi ſecus ſuper præmiſſis per

Iura condere parū eſſet, niſi qui ea tueretur, exiſteret. ff. de orig. iur. l. 2. §. poſt originē. de elect. c. vbi periculū. §. præterea. libro 6.

Excōmunicari ne poſſint, aliquibus quādoque conceditur.

ſis per quoſcunque ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari: Vobis nihilominus iniungentes, vt inhibitionem noſtram huiuſmodi ad dictorum iudicum, ſeu conſeruatorum, & ſubdelegatorum notitiã, de quibus vobis expedire videbitur deducere procuretis. Inſuper volumus, & auctoritate Apoſtolica decernimus, quòd quilibet veſtrûm proſequi valeat articulum etiam per alium inchoatum, quãuis idem inchoans nullo fuerit impedimento præpeditus canonico: quodque à data præſentium ſit vobis & vnicuique veſtrûm in præmiſſis omnibus & eorum ſingulis cœptis & non cœptis, præſentibus & futuris & præteritis, licitum procedere, ac ſi prædicta omnia & ſingula coram vobis cœpta fuiſſent, & iuriſdictio veſtra & cuiuslibet veſtrûm in prædictis omnibus, & ſingulis per citationem vel modum alium legitimũ perpetuata extitiſſet: conſtitutione prædicta ſuper conſeruatoribus, & alijs quomodolibet in contrariũ ædita non obſtante. Datum Auinioñ. decimo Calend. Februarij, Pontificatus noſtri anno vndecimo.

Iuriſdictio per citationem perpetuat. c. gratum. de offi. deleg.

De dilationibus.

¶Ioannes xxij.

¶Præmiſſo eleganti exordio, oſtenſiſque periculis quæ proueniunt ex falſorum florenorum fabricatione, citantur peremptoriè fabricantes, data ſibi dilatione trium menſium, intra quos coram Papa compareant: aliàs contra ipſos, eorum abſentia non obſtante, procedetur prout iuſtitia ſuadebit.

CAP. VNICVM.

Peccatum vnũ ſua mole attrahit aliud.

IN delictorum diuerſorum nexibus, ac tenebris inuolutos, plerumque trahit in maiorum ſcelerum præcipitiũ moles præponderans peccatorum: nam & ſi diuerſos diuerſa delicta coinquinent, ſunt tamen nonnulli, qui propriæ ſalutis immemores, delictis communibus & vulgaribus non contenti, ad profana, & vetita prorumpentes, ſic damnata cupiditate lucrorum ac inexhauſta eorum voragine deuoluuntur, quòd dummodo ſuas ingluuies ad quas inhiant, expleant, ſe lucris illicitis imo iacturis ſpiritualibus temerè immergentes, honori Dei & animarum ſaluti, ac ſacrorum canonum, & imperialibus edictis & iuribus communibus, capturas nefarias, & lucra illicita anteponunt. ¶Sanè iamdudum ad noſtri Apoſtolatus auditum multorum fide digna relatio ſæpius etiam repetita perduxit, & fama iam publica per facti euidentiam diuulgata effecit notorium, nonnullos eſſe in Lombardiæ ſuperioris & Marchiæ Ianuenſis partibus, qui licentiæ temerariæ laxatis habenis licere ſibi præſumentes illicita cudunt,[a] & fabricant, ſeu cudi, & fabricari faciunt florenos auri, ſecundùm formam & ſignum & coinum ac circunferentias literarum, qui in ciuitate Florentiæ (à tempore cuius non extat memoria) cudi & fabricari ſunt ſoliti, & cuduntur & fabricantur etiam in præſenti. Et quamuis dicti floreni ad veram florenorum de Florentia ſimilitudinem fabricati, in vero & ſolito florenorum eiuſdem ciuitatis pondere communiter & bonitate auri, & vero florenorum valore deficiant, ipſi tamen (ſimulata eorum effigie) perſonas vt plurimum ſimplices, & quandoq; etiam in huiuſmodi rebus expertas decipiunt, ipſaſq; damnis rerum, & periculis perſonarum exponunt, dum pro veris florenis ipſos recipiũt: Cũ ẽt præterea in talibus plurimi non habeant inter florenos & florenos tantæ ſimilitudinis peritiã diſcernendi. ¶Nos itaque tantis & præcipuè animarum periculis affectu paterno occurrere cupientes: monemus omnes & ſingulos talium præſumptores, ipſis nihilominus diſtrictius inhibentes, quatenus deinceps à cuſione, & fabricatione florenorum huiuſmodi ceſſent, realiter & effectualiter reſipiſcant: Nihilominus prẽſentis edicti peremptorij auctoritate citantes eoſdem, ac eorum ſingulos ſub pœna priuationis iuris, ſi quod eis ſuper cudendis florenis cõpetit (quam ipſos ceſſante iuſto impedimẽto, ſi in exequendis mandatis noſtris huiuſmodi remiſſi ſeu negligentes fuerint, incurrere volumus ipſo facto) vt intra trium menſium ſpatium à data præſentium numerandum, per ſe, vel per procuratorem idoneum Apoſtolico conſpectui ſe præſentent, propoſituri quo iure ipſis florenos competat ius cudendi, ac exhibituri priuilegium ſi quod ſuper hoc habeant, vel ius aliud ſi quod ſibi credant competere, oſtenſuri. Et nihilominus ſuper prædictis facturi, & recepturi quod iuſtitia ſuadebit: Intimantes eiſdem, quòd ſi non venerint, nos contra ipſos ſuper præmiſſis & ea tangentibus procedemus prout expedire viderimus, & ſuadebit iuſtitia, ipſorum abſentia non obſtante. ¶Vt autem huiuſmodi noſtra nuntiatio atque citatio ad communem omnium notitiam deducatur; chartam ſiue membranam citationem atque monitionem huiuſmodi continentes, in maiori Eccleſiæ Auinioñ. affigi oſtijs faciemus: Quæ proceſſum huiuſmodi ſuo quaſi ſonoro præconio & patulo indicio publicabunt, vt prædicti moniti & citati, & alij quicunque qui ſua crediderint intereſſe, vel quos proceſſus ipſe contingit, nullam poſſint excuſationem prætendere, quòd ad eos proceſſus huiuſmodi non peruenerit, vel ignorauerint eundem, cum non ſit veriſimile remanere quo ad ipſos incognitum, † vel occultum, quod tam patenter omnibus publicatur. Datum Auinione vj. Calend. Decemb. Pontificatus noſtri anno ix.

Lucrorũ cupiditas ad multa nefaria impellit.

† Occultum non præſumitur quod omnib. publicatur.

IN delictorum.] a ¶Cudũt, &c.] vide c. quanto. cum ibi notatis. de iureiur. in antiq. & extrauagantem, ſpondent. ĵ. de crimin. falſi.

De dolo & contumacia.

¶Bonifacius octauus.

¶Citationes etiam extra dies ſolemnes publicè factæ de mandato Papæ in audientia literarum Apoſtolicarum, vel Papali palatio affixæ ianuis maioris Eccleſiæ loci, in quo Papa cum curia ſua degit, arctant citatum ac ſi ad eum perſonaliter deueniſſent. Reſtringitur tamen hæc extrauagans ad illos, qui impediunt ne ad eos poſſit citatio peruenire, vel quorum domicilium tutè adiri non poteſt, vt c. 1. de iudi. in cle.

CAP. VNICVM.

REm non nouam aggredimur, neque viam inſolitam[b] ambulamus, ſed anterioris iuris calcatam veſtigijs præſentis conſtitutionis indubitato roboramus ſuffragio, & inconcuſſo munimine ſtabilimus. Eſt ſi quidem iam ſancitum, quòd propoſitum publicæ citationis edictum eum arctet, qui

REm non nouam.] Hęc decr. diuidit in quatuor partes: Nam primò procœmium ad intentum præmittit. Secundò ver. *Eſt ſi quidem.* ad hoc probandũ plura argumenta inducit. Tertiò verſi. *Præmimiſſis.* ſuper ipſo intento ſtatuit. Quartò verſi. *Non obſtantibus.* ſtatutũ huiuſmodi per non obſtantia munit. b ¶*Inſolitam.*] C. de iudic. rem non nouam. Et qui eſt adſtrictus ad

Diuiſio.

Adſtrictus ad aliquid faciendũ ad quid tenet.

ad inſolita, non tenetur de ſolitis. ff. de contrahen. empt. fiſtulas. § frumenta. & adſtrictus ſimpliciter, tenetur de ſolitis, nõ de inſolitis. ff. de leg. 3. qui ſaltum. ff. de annu. leg. l. Seio. §. fin. Vnde adſtrictus in genere, ad communem modum tenetur ff. de verb. oblig. l. continuus. §. cum ita. ff. de ædi. edi. ſi quis venditor. C. de dona. ſi quis argentum. §. 1. & adſtrictus ad ſolita faciẽs inſolita de caſu tenetur. ff. de neg geſt. ſi negotia abſentis.

eorum in citationibus faciendis, quando non patet ad partes ſecurus acceſſus. extra vt lit. non conteſta. tuæ. & hic, quo caſu debet in citatione exprimi. arg. extra 6. lib. de app. c. Romana. §. cum autem. ff. de tranſact. cum hi. §. vult igitur. & §. ſi prætor. argu. opt. ad hanc diſtinctionem. extra 6. lib. de offic. deleg. ſtatuimus.

qui impedit, aut facit etiam ſe celando ne ad eum poſſit peruenire [a] citatio, appareatque cõtumax qui ſic agit. Quodq; [b] in albo prętoris huiuſmodi edicta propoſita ſuæ iuriſdictioni ſubiectos arceant †, & adſtringant magis, quàm ſi voce præconia (quæ innoteſcit paucis) vel literis citarẽtur. Ius [c] enim quod talem modum citationibus poſuit, violenter [d] præſumpſiſſe credendum eſt, vt quæ in eodem albo tot ipſius albi publicum locum frequentantium oculis paterent legenda, ad citati notitiam deuenirent. Vnde ad præbendam omnibus eorum quæ ſanciuntur, plenam lectionem & notionem, mandatur legem tabulis, aut lapidibus [e] ſculptam, ſanctiſſimæ Eccleſiæ deſcribi porticibus, & affigi. ¶ Præmiſſis igitur in debitam conſiderationem deductis, ac in lance irrefragabilis rationis [f] appenſis: nos qui vniuerſis [g] (diſponente Domino) præeſſe dignoſcimur, volentes per hanc nouellam conſtitutionem aliquid circa prædicta ſtatuta expreſſius inueniri: declaramus de fratrum noſtrorum cõſilio, & nihilominus hoc edicto perpetuò valituro firmamus, & ſtatuimus, vt citationes auctoritate Apoſtolica de quibuſcunque perſonis vndecunque & vbicunque [h] ſint, cuiuſcunq; ſtatus, dignitatis, vel præeminentiæ Eccleſiaſticæ, vel mundanæ, etiam ſi imperiali, vel regali fulgeant dignitate, præſertim [i] ſi impediant; vel faciant per ſe, vel per alios [k] quoquo modo ne citationes ipſæ ad eos perueniant, ex quacunque cauſa faciendo vt citandorum domicilia, ſiue loca tutè vel liberè adiri non poſſint: cum (prout ſcriptum eſt) exiſtimare debeamus, an cò [l] ire liceat [m] vbi eſt citatio facienda, perinde ad inſtar edictorum præfatorum propoſitorum in albo [n] prętoris etiam extra ſolemnes [o] dies, in quibus Romani Pontifices ſuos facere conſueuerunt generales proceſſus, publicè id nobis ſpecialiter & ex certa ſcientia iubentibus, factæ in audientia literarum noſtrarum, aut in aula noſtri palatij, poſtmodum affigendæ ianuis maioris Eccleſiæ loci, in quo Romana communis omniũ Chriſtiani populi nationum reſidebit curia, vt cunctis poſſint patere, & ita deferri citatis ſic valeant, ac arctent citatos poſt terminum lapſum, quem (conſiderata locorum diſtantia [p]) volumus citationibus ipſis cõpetentem apponi, ſicut [q] ſi eos perſonaliter [r] apprehẽdiſſent:

a ¶ *Peruenire citatio.*] vt lit. non conteſt. quoniam. §. porrò. ff. quod vi aut clam. l. 1. §. ſed Ariſt. ff. de euic. ſi ideo. §. fin.

† Fortaſſis, legendũ arctent.

b ¶ *Quodque in albo.*] arg. ff. de iu. om. iu. ſi id quod 1. reſpon. not. ff. de albo ſcri. per totum. authen. de litig. §. omnem. coll. 8. C. quomodo & quando iu. auth. qui ſemel.

c ¶ *Ius.*] hic ex iuribus iam allegatis arguit.

d ¶ *Violenter præſumpſiſſe.*] de violenta pręſumptione habetur extra de præſump. literas. & c. quanto. & ibi not.

e ¶ *Lapidibus.*] auth. ſcriptum exemp. l. 2. §. fin. colla. 2. & arg. ff. de orig. iur. l. 2. §. 1. authẽ. de iudi. in fi. coll. 6.

f ¶ *Rationis.*] ſumptæ tam ex præcedentibus quàm ſubſequentibus.

g ¶ *Vniuerſis.*] non tamen in vniuerſis cauſis, ſeu negotijs, vt not. in extrauag. c. vnam.

h ¶ *Vbicunque*] & ſic ligantur exiſtẽtes in eadem prouincia ſeu alia, ſiue etiam modico freto diſtent, ſeu ſi fuerint vltra mare. ff. de verbo. ſignifi. notionem. §. 1. C. de dila. l. 1.

n ¶ *In albo prætoris.*] Papa hoc ſpecialiter & ex certa ſcientia iubente, vt j. ſequitur in caſibus pari, vel maiori æquitate nitẽtibus quàm ſit caſus. s. eo. §. eſt ſiquidem. 1. reſponſo. aliàs regulariter intelligendum eſt de illo citato prius legitimè: nam negotio per citationẽ iuris, vel hominis ad curiam legitimè deuoluto, pars nihilominus in audientia publica, vel præconizatione, vel in albo prætoris citatur, & tunc huiuſmodi citationes ſunt magis citationum iam factarum exaggerationes contumaciam partis antea citatæ declarantes.

o ¶ *Solemnes dies.*] q. ſunt tres: dies Iouis ſancta, dies Aſcenſionis Domini, & dies dedicationis baſilicæ beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli: qui eſt octaua dies poſt feſtũ ſancti Martini.

Dies ſolemnes ſunt tres.

p ¶ *Diſtantia.*] ff. de verbo. obli. continuus. §. cum ita. & l. interdũ. extra lib. 6. de elect. cupientes. §. hac generali.

q ¶ *Sicut.*] hic ſicut eſt ſicutiuum, quo ad hoc quòd vtrobique teneat proceſſus mero iure: plus tamen deliquit ille, quem citatio apprehendit. ff. de in inte. reſti. diuus.

Præſertim tenetur dupliciter.

i ¶ *Pręſertim.*] verbum pręſertim, quandoque tenetur comparatiuè, aliquando tenetur præciſiuè, vt pro tantum, vt not. extra de ſimo. per tuas 1. circa fi. & dic hic teneri præciſiuè, vt in caſu hic poſito, & alijs parem æquitatem ſeu maiorem habentibus, vt j. not. ſecus regulariter. Nam quòd citatio facta voce præconis, vel in albo prætoris contra Anglicũ vel Theutonicum, qui veriſimiliter non credebat habere cauſam in curia Romana arctaret eum, eſſet durum & contra ſtylum curiæ, qui non citatum ab homine, vel à iure vult citari, ſi negotium ad curiam reuocetur per literas. Et per hunc modum quilibet teneretur habere procuratorem in curia: & hoc modo curia omnes ad ſe faceret venire: nec iſte citatus in albo prætoris, de quo non eſt ius expreſſum, vel voce præconis in palatio Papali, debet eſſe nimis credulus referentibus ſe citatum. ff. de eo per quem fa. erit. l. 1. §. dolum. nec eulogijs, ſeu relationibus eſt credendum. ff. de cuſt. re. diuus 2. Et nuntio iurato creditur. extra de appell. cum parati. non illi qui non eſt præco iudicis. extra de proba. quoniam contra.

k ¶ *Per alios.*] ff. de admin. tuto. ita autem. §. geſſiſſe. extra de ſent. excom. mulieres. §. fi.

l ¶ *Eo.*] aduerbium eſt loci, & ſumuntur hæc verba. ff. ad Trebel. de ætate.

m ¶ *Ire liceat.*] tutè vel liberè, vt præmittitur: & hæc æſtimatio debet eſſe veriſimilis vt timor non ſit vanus: aliàs citatio arctaret. extra de ſpon. veniens 2. ff. quod met. cau. l. metum. ff. ſi cui plus quàm per leg. fal. hoc autem. 1. reſpon. ff. de regul. iur vani timoris. Nam ſicut prouiderunt partibus, quibus non patet ſecurus ad iudicem acceſſus. extra de appel. ex parte. 1. ita decuit prouidere iudicibus, executoribus, aut apparitoribus

r ¶ *Perſonaliter apprehendiſſent.*] & ſic talis contumax poterit reputari. ff. de appell. ex conſenſu. §. fin. & ibi not. & contra ipſum ad excommunicationem procedi. 11. q. 3. nemo epiſcoporum. & definitiua ſententia ferri, vt dicto §. porrò. Sed nunquid ſunt de iure communi? Dic quòd ſic per argumenta hic adducta intelligo, vt not. s. eod. in verſi. in albo. Sed & illa quæ aguntur in vna diœceſi, præſumuntur ignorata in alia: ergo magis in illa, quæ ſunt acta in alia prouincia. extra qui ma. ac. poſſ. cum in tua. Item dato quòd aliàs malitioſè faciat ne citatio ad ipſum perueniat: citatio tamen eſt ad eccleſiam, ſeu ad domum facienda. extra de dolo & contuma. cap. cauſam. & cap. venerabilis. extra de cler. non reſi. ex tuæ. extra de eo qui mit. in poſ. cap fin. & ff. quibus ex cauſ. in poſ. ca. hæc autem. §. 1. Item leges & ſi ſint publicatæ vbi ſunt factæ, non arctant abſentes niſi in eorum prouincijs publicatæ fuerint duobus menſibus elapſis, auth. vt fa. no. conſti. §. pen colla. 5. 18. diſtin. decernimus. hoc apparet in qualibet conſtitutione authentica, in qua in fine mandatur publicatio eiuſdem. Item argu ff. quæ ſen. ſine appel. reſcin. l. 1. §. item cum ex edicto. & ſunt hæc vera regulariter: quia citatio quæ eſt principium iudiciorũ. inſti. de pœna. te. liti. §. fin. debet habere principium certum, & firmum: cum ſit potiſſima pars cuiuſcunque rei. ff. de ori. iur. l. 1. aliàs iura fruſtra viderentur dicere, quòd manifeſtatio debet fieri præſidibus, vel in facie Eccleſiæ, vel ad domum. ff. de excu. tu. ſcire oportet. §. oportet. & dicto cap. venerabilis. aut procuratori, aut amicis. ff. quod vi aut clam, aut quod aliter. §. & ſi fortè. ff. de dam. infect. l. de pupillo §. totiens. ff. ex quib. cau. ma. l. ſciendum. Sed fallit regula in caſu, quem concludit primum arg. hic allegatum: cum per illũ qui mandabatur citari ſtet ne citetur.

Contumax poteſt excõmunicari. & contra eum ſentẽtia definitiua ferri.

Citatio eſt principiũ iudiciorum.

citetur.extra.6.lib. de regul.iur. imputari. & c. cum ſtat. & ibi not.& cap.pro poſſeſſore. Item argu.ſecundum intelligo, vt not.ſ. in verſic.in albo. aliàs regulariter citatio facta in curia ſupponit legitimam citationem præceſſiſſe, vt dictum eſt: & hoc innuit dictus §.omnem. Item ad argu. tertium dic quòd lex,ſcriptum exemplar. loquitur non de neceſſitate, ſed de vtilitate, vel expedienti,vt ibi patet in verbo, melius.& verbo,vtilius. Item loquitur de habitantibus in eodem loco, vt in verbo, habitantibus.argum.ff.de iuriſdi.omn. iudi.ſi per errorem.ſecus eſt in habitantibus in remotis. Et diſtingue, aut factum generale eſt ad omnes,& ſic ſufficit publicè proponi non in auribus ſingulorum inculcari. extra de poſtu. præla.cap.1. 82. diſtin. propoſuiſti.54. diſt. ex antiquis.ff.de inſtito. ſed & ſi pupillus.§. proſcribere.arg.ff. de an.leg.l.Menia.in fine. Aut eſt factum ſpecialiter tangens partem, & ſic regulariter citatio non ſufficit generalis in albo, vt eſt ſ.probatum. argu. ad hanc diſtinctionem extra.6. lib.de electio.in cap.fin.in fine.& ff.de appella. cum quidam. Ioan. Mona.Cardi.

Non obſtantibus [a] aliquibus priuilegijs, indulgentijs, & literis Apoſtolicis generalibus, aut ſpecialibus quibuſcunque perſonis pontificali, imperiali, regali, vel alia Eccleſiaſtica, ſeu mundana dignitate prædictis,alijſque inferioribus Eccleſijs, monaſterijs, locis, collegijs, & vniuerſitatibus in quacunq; forma verborum côceſſis, per quæ talium citationum effectus poſſit quomodolibet impediri, etiam ſi de ipſis & eorum totis tenoribus de verbo ad verbum,aut de proprijs nominibus perſonarum, monaſteriorum, Eccleſiarum,locorum illorum quibus conceduntur, vel eorum ordinibus,aut dignitatibus oporteat in noſtris literis fieri mentionem.

Citatione nô præmiſſa an poſſit Papa côtra aliquem procedere.

a ¶[*Non obſtantibus aliquibus priuilegijs.*] ſimilia non obſtantia habentur extra 6.lib.de ſent.excom.cap.fin.in fin.extra eo.lib.de elect.quia ſæpe. Et abſque his non obſtantibus priuilegia non tollerentur.not.extra 6.lib.de conſti.c.1.Et quid operentur non obſtantia in literis beneficialibus, not.extra.6. lib.de reſcrip.cum aliquibus.

Ad euidentiam præmiſſorum quæro, an Papa procedere contra aliquem valeat citatione non præmiſſa? Et videtur quòd ſic: quia eſt ſupra ius,extra de conceſ. præbend.propoſuit. Item quia princeps ſolutus eſt legibus.ff.de legibus.& ſenatuſconſult.princeps. Item Papa habet plenitudinem poteſtatis. 2.quæſt.6.decreto. extra de pœniten.& remiſſio. cum ex eod. in fin.extra de vſu. pal. ad honorem. Sed contra, citatio eſt principium proceſſus iudiciarij, vt ſ.not. & habetur extra de prob.quoniam contra.& ad finem iudiciorum,quæ eſt ſententia.ff.de re iud.l.1. attingi ſine principio non poteſt. Dic quòd citatio eſt de pertinentibus ad iudiciarium ordinem. Iudiciarius autem ordo requirit, vt iudex quilibet ex aliquo iure procedat. Conſiderandum eſt primo, qualiter ad ius ſe habeat iudex,de quo nunc eſt ſermo,videlicet Papa. Secundò qualiter ad idem ius citatio ſpectet. Tertiò, ex his deducetur ſolutio quæſtionis.

Iudiciorû finis ſine Principio attingi nô poteſt.

Circa primum ſciendum eſt, quòd præter legem æternam diuini intellectus,quæ ſecundùm Auguſt.in 1.lib.de lib.arbit. ſumma ratio nominatur,de qua habetur 23.quæſt.5.lex æterna.fuit neceſſe eſſe aliquam legem naturalem,ſiue aliquod ius naturale impreſſum homini tanquam participationem quandam legis æternæ,in quo ſtatim à principio nobis nota fierent principia agendorum: puta quòd bene eſt agendum, nulli nocendum: quòd bene agentes præmiari debent, peccantes autem puniri.3.diſtin.omnis. Præter hoc etiam neceſſe fuit eſſe aliquam legem diuinam, ſiue aliquod ius diuinum: quia per legem naturalem non poterat homo dirigi in finem ſupernaturalem: eo quòd naturalem virtutem & facultatem hominis excedit.8.& 9.diſtin.per totum. A lege autem naturali deriuatæ ſunt leges humanæ: ſed dupliciter deriuantur à lege naturali: vno modo, ſicut concluſiones deriuantur ex principijs: alio modo,ſicut determinationes aliquorum communium, per quem modum forma communis actus determinatur ad hanc, vel ad illam: puta forma domus, ad domum quadratam, vel rotundam. Primò modo lex humana, quæ eſt, non eſſe occidendum: deriuatur ſicut concluſio à lege naturali, quæ eſt nulli malum eſſe faciendum. Secundò modo, lex humana, quæ eſt ꝙ talis tali pœna puniatur: deriuatur vt determinatio quædam à lege naturæ, quæ eſt vt peccans puniatur. Sic igitur quantum ad propoſitum ſpectat, quintuplex eſt lex. Æterna quæ idem eſt quod diuina eſſentia. Vel verius: Lex æterna eſt (ſecundum Auguſtinum contra Fauſtum) diuina voluntas, ordinem vniuerſitatis conſeruari iubens, & perturbari vetans, Diuina, quæ regulat actus humanos in ordine ad finem ſupernaturalem vitæ æternæ. Naturalis, Humana deriuata à naturali vt concluſio ex principio. Humana deriuata à naturali vt determinatio quædam modo expoſito. Et eodem modo eſt quintuplex ius: ſcilicet æternum, diuinum, naturale, humanum deriuatum à naturali vt concluſio ex principio, & humanum deriuatum à naturali vt declaratio cuiuſdam communis. Præmiſſa probantur à principio decreti vſque ad 15.diſt. Supra nullam dictarum legum. & ſuprà nullum dictorum iurium Papa poteſt, vel quicunque alter homo; quinto excepto.14. diſtinct. cap. fin.& 15.diſtin. per totum. Quod licet ſit ex ſe manifeſtum, & præcipuè quo ad quædam illorum: poteſt tamen ad omnia vna ratio cômunis adduci talis: Nullus pôt ſupra ius quod non côdidit, ſed conditum præſupponit: ſed Papa, vel purus homo nullum dictorum iurium condidit: ſed aliàs conditum præſupponit. 25. quæſt.1. ſunt quidam. igitur ſupra nullum illorum poteſt. maior patet: minor etiam manifeſta eſt quantum ad legem æternam, vel ius æternum, diuinum, naturale, & quantum ad ius humanum, quod deriuatur à naturali, vt concluſio ex principio: quòd ſi principium eſt naturale, & concluſio: ſicut enim naturalis ratio dictat non eſſe male faciendum: ita non eſſe occidendum: quia vnum ſtatim deducitur ex alio.23. quæſt.5. ſi non licet. ſequitur ergo concluſio: ſcilicet quòd Papa non poteſt niſi ſupra ius quinto modo dictum, ſcilicet ſupra ius purè poſitiuum.& ſic patet primum principale.

Lex eſt quintuplex.

Ius eſt quintuplex.

Secundò videndum eſt qualiter citatio ad ius ſpectet: eſt autem manifeſtum, quòd non ſpectat ad ius primo dictum, ſcilicet ius æternum; nec quatenus quidquid dictat ius naturale & ius humanum recte poſitum, dictat etiam principaliter ius æternum: quia omne ius rectum ab illo deriuatur. 27. diſtin.§.ſed econtra. Nec ſpectat etiam citatio ad ius diuinum eo modo quo nunc loquimur de iure diuino: dicitur enim aliquid eſſe de iure diuino, prout diuiditur à quatuor alijs iam prædictis,quod non eſt naturali ratione inductum,nec humana ratione adinuentum: ſed ex diuina inſpiratione tamquam excedens facultatem naturę hominibus reuelatum: vnde non quicquid in canone Bibliæ continetur eſt de iure diuino, nec contra alia iura diuiditur: imo continentur ibi decem præcepta moralia,quæ omnia ſunt de iure naturæ,& pręcepta iudicialia, quæ ſunt de iure humano: licet à Deo tradita fuerint, & alia multa huiuſmodi. Reſtat igitur videre, ſi citatio ſit de iure naturali, vel de humano deriuato à naturali vt concluſio ex principio; quia ſi Papa circa talia iura nihil poſſit, vt ex præcedentibus patet, conſequens eſt quòd contra nullum poſſit procedere citatione non præmiſſa.3. quæſt. 9.cap.1.& cap. abſens. & per totum. 2. quæſt.1. cap.1. cum ſex ſeq.extra de maio.& obedien.inter quatuor.de cau.poſ.& proprie.cap.1. Eſt igitur conſiderandum,quòd ad hoc videtur aliquis citari,vt id de quo reus dicitur diſcutiatur plenius, & per conſequens ſi condemnari, vel abſolui debeat aut innocens oſtendi,& ſententia clarius & perfectius cognoſcatur.2.quęſt. 1,in primis. extra de teſt.in nomine. & 3.quæſt.9. reuera. Eſt autem de iure naturali, ꝙ bene & plenè cognoſcatur id, ſuper quo ſententiari debet, & iudicium dari: quia naturale eſt quod vnuſquiſque bene iudicet quæ cognoſcit, & horum ſit bonus iudex.11.quæſt.3.graue. & cap. ſequens. vnde & iudicium de agibilibus ad ſynderesim ſpectat, quæ eſt bene iudicatiua, vt dicitur 6.Ethico. Syndereſis autem eſt pars prudentiæ, quæ procul videt cum conſiderat conſideranda: quæ habentur de pœniten. diſtin.1. aut facta. & diſtin.5. conſideret. Cum igitur non poteſt ad plenum factum, & iuſtum, vel iniuſtum ſine præſentia eius qui iudicari debet,cognoſci & ſciri. 30.quęſt.5.§.his ita. in fi.extra de re iudi.cum Bertholdus.11. quæſt.3. eorum. tunc neceſſe eſt ipſum citari & vocari: nec Papa hoc poteſt omittere, & minus alius iudex: quia ſic omitteretur cognitio, quæ ad iudicium de neceſſitate requiritur. vnde cum iniuſtum facti,ſiue defectus, & malitia actus, quod idem eſt, dependeat ex circunſtantijs multis quæ continentur in illo verſu:

Citatio ad qđ ius ſpectat.

Citatio ad quid ſit.

Sindereſis eſt pars prudentiæ.

Quis, quid, vbi, quibus auxilijs, cur, quomodo, quando. & habentur à Tullio in Rhetorica, & à Philoſopho in Ethic. impoſſibile autem ſit omnes circunſtantias huiuſmodi plene cognoſci abſque præſentia rei: quoniam multotiens ſe excuſant homines per ignorantiam alicuius circunſtantiæ, vt in Ethico.

Circunſtantiæ ſeptem attendi debent.

Ethicor. Philoſophus exemplum ponit quaſi quo ad omnes circunſtantias: neceſſarium eſt omnino habere præſentiam eius, qui fortè fecit, vt factum & defectus, vel malitia facti plenius & perfectius cognoſcatur. Et ſic patet ſecundum & tertium ſimul, ſcilicet quòd citatio eſt de iure naturali, & per conſequens quòd Papa contra aliquem procedere non poteſt niſi citatione præmiſſa, & hoc probat hæc conſtitutio euidenter. hoc liquet etiam in notorijs, in quibus licet iuris ordo non ſit ſeruandus vſquequaque, ſeruandus tamen eſt in citando & in ſententiando. extra de iureiurand. ad noſtram. 3. quæſt. 1. in primis. extra de diuor. porrò. 2. quæſt. 1. manifeſta. not. extra de accuſa. qualiter. ibi, deſcendam. & Geneſ. 18. vbi factum erat notorium, attamen Deus primò voluit probare & videre quàm iudicare, vt à præcipitatione iudicij compeſceret præſidentes, vt dicit. glo. Geneſ. 4. Quid feciſti? Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Nec obſtat extra de accuſa. cap. euidentia. nec ibi tollitur citatio nec ſententia: quia Geneſ. 4. probatur vtrunque neceſſarium, quod apparet aliter confitens præſens, & ſic habitus pro citato per confeſſionem factum facit notorium. extra de cohabit. clerico. & mu. cap. fin. attamen ſunt in eum partes iudicis in ſententiando, vel præceptum dando, licet non in cognoſcendo. ff. ad l. Aquil. proinde enim. ff. de iud. ſi debitori. Item de vnoquoque eſt ferenda ſententia partibus præſentibus verè, vel interpretatiuè. extra de in integ. reſtit. tum ex literis. §. tandem. ff. de re iudi. l. de vnoquoque. & in arduis eſt pronuntiandum de citando ante citationem. C. de exhi. vel transfere. re. l. fin. & citatio ſententia dicitur. C. de epiſco. & cleri. cum clericis. & l. oratio. C. de procu. l. fin.

Citatio eſt de iure naturali, & ea omiſſa non poteſt Papa contra aliquem procedere.

Iudicis partes quales ſunt in confeſſum.

Ad primum argum. in oppoſitum dic, quòd Papa eſt ſupra ius in hoc quòd ipſe ſolus poteſt æquitatem non ſcriptam ex ſui interpretatione præferre iuri ſcripto. C. de legi. & con. l. 1. vnde ipſe poteſt multa diſpenſando, quæ non poteſt inferior, vt dicto cap. propoſuit. nam nullus alter ab eo dat ius ad vacatura, extra de conceſ. præben. cap. 2. & not. ſimile & habetur extra 6. lib. de offi. leg. cap. penult. §. 1. & ſi ſupra ius diſpenſet, hoc debet eſſe cum ratio poſtulat. extra de præben. de multa. in fin. 50. diſtin. vt conſtitueretur. in fin. vtpote propter vrgentem neceſſitatem, vel euidentem vtilitatem Eccleſiæ 1. q. 7. diſpenſationes. & duobus c ſeq. non propter burſæ repletionem illius cui prouidit. arg. 33. q. 1. manet Petri priuilegium. cum ex ipſius æquitate procedit iudicium: aliàs eſt diſſipatio ſecundùm B. non diſpenſatio. nam princeps eſt numerus explicans, hoc eſt, director, vt ſtatuat, vel diſpenſet contra ius aut contra ſcriptum, ſi æquitas quæ mouet ipſum, mouiſſet legiſlatorem, ſi caſus nunc emergens eſſet ſibi expoſitus, vt habetur Ethic. 5. c. vlt. vbi optimè ponitur in fine tractatus virtutum moralium de ephykeia, quæ præcipuè ſoli principi competit. extra de transla. epiſ. c. 1. not.

Papa qualiter eſt ſupra ius.

Diſpenſatio quare fieri debet.

Ad ſecundum dic quòd princeps eſt ſolutus à lege quinto modo dicta, ſcilicet purè poſitiua, & hoc quo ad vim legis coactiuam, non tamen quo ad vim directiuam: nam quo ad vim legis coactiuam nullus ſubditus niſi qui lege cogitur, cogi poteſt. vnde quia alius non habet vim coactiuam niſi ex principis poteſtate, & nullus à ſeipſo cogitur, nec ſibi imperat. ff. de arbit. l. penult. & hoc modo princeps non ſubditur legi: ſed eſt à lege ſolutus. verum quo ad vim directiuam legis princeps legi ſubditur. extra de conſti. cum omnes. 9. diſt. iuſtum. C. de leg. & conſti. digna. inſti. quib. mo. te. infir. in fin. ff. de leg. 3. ex imperfecto. ff. de pact. cui in eo. aliàs princeps eſſet de numero eorum, quibus dominus in Matth. improperat, dicunt & non faciunt, & alijs onera grauia imponunt, digito autem ſuo nolunt ea mouere.

Princeps qualiter eſt ſolutus à lege.

Ad tertium dic, quòd in quo habeat Papa plenitudinem poteſtatis dictum eſt. dicto cap. vnam. Item potentia & poteſtas ſunt de genere bonorum, & poſſe malum non eſt poſſe, ſed non poſſe. & in Papa præſertim vitium eſt impoſſibile moris: & indebitè facit procedendo contra non citatum. extra de maiorita. & obedien. inter. 2. quæſt. 1. cap. 1. & 2. & princeps iuris compendium, ſeu poteſtatem trahere non poteſt ad iniquum diſpendium. C. de vſucap. pro empt. cum qui. argu. ff. de offic. proc. Cæſa. l. 1. reſpon.

Poſſe malũ non eſt poſſe.

Item quæro ſecundò & principaliter, aliquis per Papam eſt citatus & ſubeſt cauſa depoſitionis, ſed de eo non conſtat confeſſione vel alia probatione: deponitur: an depoſitus poſſit de iure petere reſcindi dictam ſententiam quatenus proceſſit? Videtur quòd Papa poteſt iuſtificare ſententiam, quam tulit ex veritate facti, ſicut habet eam reſcindere ſi conſtat ſibi obreptum. extra de re iudic. cum olim. 35. q. 9. ſententiam. extra de in integ. reſtit. tum ex literis. §. nos igitur. Item poſita cauſa ſequitur effectus. ſed cauſa deponendi ſuberat, vt eſt ſuppoſitum, ergo & effectus ſtat, ſcilicet depoſitio. Item quod principi placuit, legis habet vigorem. inſt. de iur. nat. gen. & ci. §. ſed & quod principi. Item iugum ſedis Apoſtolicæ eſt tenendum, quamquam durum. 19. diſtin. in memoriam.

Sententia Papę an poſſit reſcindi.

Ad oppoſitum proceſſus habet fieri de notioribus ad ignota: quod non ſeruatur in caſu propoſito: ergo nõ tenet quod agitur. Item à citatione ad ſententiam proceditur ſicut à principio ad finem. inſti. de pe. te. lit. §. fi. ff. de re iud. l. 1. Sed ab extremo in extremum ſine medio non eſt deueniendum, & ſic probatis per aliquem modum probandi debet deueniri ad ſententiam. extra de verbo. ſignifi. forus. §. in omni. nec ibi teſtes appellantur probatio quæ fit viua voce: ſed omnia illa quæ producuntur ſuper ſtatu cauſæ. arg. Ioan. 7. & etiam 25. vbi reo locus defendendi ad abluenda crimina, quæ ſibi obijciuntur, reſeruatur. 3. quæſt. 9. non oportet, & cap. ſequen. & ſi hoc fieri poſſit, gaudere debet præſidens. extra de accu. cap. licet in beato. in fin. Item creditur proponenti contra ſe, non pro ſe. C. de lib. cau. cum precum. Item ſi crederetur parti narranti contra alium, defenſio legitima reo auferretur, & quemlibet Papa ad dictum ſuum condemnare poſſet. Item quilibet præſumitur innocens niſi probetur nocens. extra de præſump. cap. dudum. extra de ſeru. in or. fa. cap. vnico. ff. de manumiſ. teſta. l. ſeruos. & ius eſt promptius ad abſoluendum quàm ad condemnandum. ff. de actio. & oblig. Arrianus. extra de proba. ex literis. & ſententia Papæ facit ius quo ad quid, & ſententia inferioris iudicis firmatur: quia ſententia minoris iudicis taciturnitate illius contra quem profertur, firmatur. C. de poſthu. l. 1. C. de ſen. quæ ſi. cer. quanti. prola. l. vlti. non ſic in ſententia Papæ, quæ in rem iudicatam contra proferentem non tranſit, vt dicto cap. cum olim.

Et hoc arg. concedo, ſcilicet quòd dicta ſententia reſcindi debet, & hoc ad præſens quadruplici ratione. Primo quidem ex parte iudicis: nam quilibet iudex in iudicando & ſententiando debet aſſimilari primo & ſupremo iudici. Sed iudicium ſummi iudicis, ſcilicet Dei, erit manifeſtiſſimum. 1. Corinth. 4. Illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium. & Roma. 2. Teſtimonium reddente illis conſcientia ipſorum, & inter ſe inuicem cogitationem accuſantium, aut etiam defendentium in die cum iudicabit Deus occulta hominum. ergo & iudicium cuiuſcunque inferioris ſiue Papæ ſiue alterius debet ex manifeſtis procedere: aliàs non eſt conforme diuino iudicio, nec per conſequens iuſtum. Secundò patet idem ex parte rei: nam reus ſiue ille qui iudicari habet, poteſt cauſam multipliciter excuſare vel oſtendendo ſe proceſſiſſe ex ignorantia aliquarum circunſtantiarum, vel ex infirmitate, aut etiam accuſare, vel aggrauare confitendo ſe egiſſe quod egit ex certa malitia: cum igitur manifeſtum ſit, quòd talia ignorari non debeant, vtpote quorũ ignorantia iudici certitudinem tollit, de neceſſitate concluditur, quòd illa ſententia non eſt iuſta, ad quam proceditur talibus prætermiſſis. Tertiò patet idem ex parte principij formalis, quo iudicium vel ſententia profertur, ſcilicet prudentiæ: non enim poteſt eſſe iudicium rectum niſi ex prudentia procedat. Eſt enim prudentia habitus rationis verus circa agibilia, vt patet 6. Ethicorum. & ſicut ad prudendiam ſpectat iudicare per ſynderesim, quæ eſt vna prudentiæ pars: ſic ad eam pertinet bene conſiliari per aliam eius partem, quæ eubulia dicitur. ſicut enim ſynderesis eſt bene iudicatiua, ſic eubulia eſt bene conſiliatiua, vt dicitur 6. Ethicorum. conſilium autem eſt inquiſitio quędam vt tertio eiuſdem: ſpectat igitur ad iudicem quemlibet diligenter inquirere, & inueſtigare ea quæ ad cauſam pertinent. Vnde dicit Iob, Pater eram pauperum, & cauſam quã neſciebam diligentiſſimè inueſtigabam. Non ergo iudex poteſt ad ſententiam rectè procedere, niſi præmiſſa diligenti inueſtigatione, diſcuſſione & cognitione cauſæ: ſi igitur ſecus procedat, poteſt peti reſcindi ſententia tamquam iniuſta. Sed fortè dices, quòd Papa, vel alius iudex nouit cauſam, & veritatem negotij ſecretò, vt eſt priuata perſona. Dicendum eſt, quòd hoc non ſufficit: quia iudex non iudicat vt priuata perſona, ſed vt publica: & ideo publicè debet debet ſibi innoteſcere veritas, ſcilicet per leges publicas, diuinas, vel humanas in communi: in particulari autem negotio per inſtrumenta & teſtes, & alia huiuſmodi legitima documenta. Vnde dicit Auguſtinus ſuper pſal. Bonus iudex nihil ex arbitrio ſuo facit, ſed ſecundùm leges & iura pronuntiat. argu. ff. de offi. præſi. illicitas. §. veritas. Quartò patet idem ex fine iudicij: finis enim iudicij eſt promotio boni communis quod eſt diuinius, humanius, & melius quàm bonum vnius, vt dicitur 1. Ethicorum. Sed ſi procedatur ad ſententiam ignorata cauſa, vel non diſcuſſa: bonum commune non promouetur, ſed potius retardatur. per hoc enim in ſententijs depoſitionum, vel aliarum pœnarum ſaluatur & procuratur bonum cõmune: per quod mali

Iudex iudicat vt publica perſona.

mali vel emendantur, vel terrentur, vel totaliter exterminantur ſi fuerint inſatiabiles, vt dicitur.4.Ethicorum.Boni autem per hoc quietius viuunt.ſublata autem diſcuſſione cauſæ hæc omnia tolluntur:quia omnino eadem ratione poteſt damnari innocens & bonus & malus : ex quo de cauſa damnationis nulla fit mentio, vt ex ſe manifeſtum eſt. Suppoſito autem tali proceſſu iudicij, quòd etiam damnari poſſit innocens vt nocens: bonus vt malus: non tamen plus terretur,vel exterminatur bonus quàm malus: nec quietius viuit bonus quàm malus, vt patet : ergo talis ſententia ſaltem contra ordinem eſt iniuſta,& per conſequens reſcindenda.

Ad primum ergo in contrarium dic, ꝙ ſententia debet eſſe iuſta ex actis notis : licet diffinitiua quandoque reſcindatur ſaltem in cauſa appellationis ex alijs de nouo probatis. ff. de mino.præfecti.C.de temp.appel.per hanc. & extra de teſti.fraternitatis. ſic ſententia Papæ reſcindi poteſt ab eo à quo appellari non licet, vt dicto cap.cum olim.

Ad ſecundum dic, quòd licet cauſa depoſitionis ſubſit ſecundùm rem, non tamen ſubeſt ſecundùm cognitionem.cognitio autem neceſſaria eſt ad iudicium, vt declaratum eſt prius. non igitur ſufficit ſubeſſe cauſam ſecundùm rem, niſi ſubſit ſecundùm cognitionem. & poteſt declarari per ſimile: abſtinere enim à fornicatione 1 ſecundùm rem eſt bonum: ſed ſi alicui dictet conſcientia, quòd non ſit bonum, ſtante tali conſcientia, ſi abſtineat, non faciet bene: quia non ſolùm requiritur quòd ſit bonum, ſed quòd apprehendatur & cognoſcatur ſub ratione boni. extra de ſimo. per tuas 3. extra de reſtit.ſpol.literas §.nos autem. & eodem modo in propoſito non ſolùm requiritur ad rectè iudicandum & ſententiandum quòd cauſa ſubſit,ſed quòd manifeſtè in iudicio cognoſcatur ſub eſſe, vel ſubfuiſſe.

1 Circa hoc exemplũ vide omnino B. Thomã. 1.2.q.19.articu.5.&6.

Ad tertium dicendum eſt, quòd voluntas principis legis habet vigorem, ſi ſit ratione regulata, & fiat animo condendi legem : cuius forma traditur C. de legi. humanum. quia voluntas de ſe non eſt ſecurus canon, vt Philoſophus dicit 2. Poli. Cum autem princeps iudicat, vel ſententiat ſine cauſæ diſcuſſione, & examinatione, non habet voluntatem regulatam ſecundùm rectum iudicium rationis.

Principis voluntas legis habet vigorẽ, qualiter intelligitur.

Ad quartum dicendum eſt, quòd ſecundùm philoſophum in primo Politicorum.duplex eſt principatus, deſpoticus, & politicus. primus eſt domini ad ſeruum, qui non habet ius reſiſtendi, eo quod ſeruus eſt domini totaliter ſecundum ꝙ huiuſmodi. ſecundus eſt principatus liberorum, qui habent ius in aliquo reſiſtendi, & talis eſt principatus Eccleſiæ circa ſubditos : non enim eſt veriſimile, quòd principatus Eccleſiæ ſit deſpoticus. non enim ſumus ancillæ filij, ſed liberæ, qua libertate Chriſtus nos liberauit, ad Galat.4. Ioan. Monach. Cardinalis.

FINIS LIBRI SECVNDI.

LIBER TERTIVS.

De vita & honeſtate clericorum.

Ioannes xxij.

¶ Pręmiſſa muſicæ artis plurima laude, cantorum laſciua melodia reprobatur, qui contra honeſtatem clericalem, quod ore cantabant, geſtibus ſimulabant. Et cantores ipſi tam exempti quàm non exempti per octo dies ab officio ſuſpenduntur. Poſſet etiam hęc extrauagans aptè locari ſub titul. de celebratio. Miſſarum.

CAP. VNICVM.

DOcta ſanctorum patrum decreuit auctoritas, vt in diuinæ laudis officijs, quæ debitæ ſeruitutis obſequio exhibentur, cunctorum mens vigilet, ſermo non ceſpitet, & modeſta
Eccle.47. pſallentium grauitas placida modulatione decantet. Nam in ore eorum dulcis reſonabat ſonus. Dulcis quippe omnino ſonus in ore pſallentium reſonat, cum Deum corde ſuſcipiunt, dum loquuntur verbis: in ipſum quoque cantibus deuotionem accendunt. inde etenim in Eccleſijs Dei pſalmodia cantanda præcipitur, vt fidelium deuotio excitetur; in hoc nocturnum diurnumque officium & Miſſarum celebritates aſſiduè clero, ac populo ſub maturo tenore, diſtinctaque gradatione cantantur, vt eadem diſtinctione collibeant, & maturitate delectent. Sed nonnulli nouellæ ſcholæ diſcipuli, dum temporibus menſurandis inuigilant: nouis notis intendunt, fingere ſuas, quàm antiquas cantare malunt, in ſemibreues & minimas Eccleſiaſtica cantantur: notulis percutiuntur, nam melodias hoquetis interſecant, diſcantibus lubricant, triplis & motetis vulgaribus nonnunquam inculcant, adeo vt interdum antiphonarij, & gradualis fundamenta deſpiciant: ignorent ſuper quo ædificant, tonos neſciant, quos non diſcernunt, imo confundunt: cum ex earum multitudine notarum aſcenſiones pudicæ, deſcenſionesque temperatæ, plani cantus quibus toni ipſi ſecernuntur adinuicem obfuſcentur: currunt enim, & non quieſcunt: aures inebriant, & non medentur: geſtibus [a] ſimu-
† Aliàs, deponunt. lant quod depromunt †, quibus deuotio quærenda contemnitur, vitanda laſciuia propalatur. Non enim inquit fruſtra ipſe Boetius, laſciuus animus, vel laſciuioribus delectatur modis, vel eoſdem ſæpè audiens emollitur, & frangitur. Hoc ideo dudum nos & fratres noſtri correctionem indigere percepimus, hoc relegare, imo prorſus abijcere, & ab eadem Eccleſia Dei profligare efficacius properamus. Quocirca de ipſorum fratrum conſilio diſtrictè pręcipimus, vt nullus deinceps talia, vel his ſimilia in dictis officijs, præſertim horis canonicis, vel cum Miſſarum ſolemnia celebrantur, attentare præſumat. Si quis verò contrafecerit, per ordinarios locorum, vbi iſta commiſſa fuerint, vel deputandos ab eis in non exemptis; in exemptis verò per præpoſitos, ſeu prælatos ſuos, ad quos aliàs correctio, & punitio culparum, & exceſſuum huiuſmodi, vel ſimilium pertinere dignoſcitur, vel deputandos ab eiſdem per ſuſpenſionem ab officio per octo dies auctoritate huius canonis puniatur. Per hoc autem non intendimus prohibere quin interdum diebus feſtis præcipuè, ſiue ſolemnibus in Miſſis, & præfatis diuinis officijs aliquæ conſonantiæ, quæ melodiam ſapiunt, puta octauæ, quintæ, quartæ, & huiuſmodi ſupra cantum eccleſiaſticum ſimplicem proferantur: ſic tamen vt ipſius cantus integritas illibata permaneat, & nihil ex hoc de bene memorata muſica immutetur: maximè cum huiuſmodi conſonantiæ auditum demulceant, deuotionem prouocent, & pſallentium. Deo animos torpere non ſinant. Actum & datum, & cætera.

De præbendis & dignitatibus.

¶ Bonifacius octauus.

¶ Cum beneficia in curia vacantia idoneis debeant conferri perſonis, illorum collationem Papa ſibi reſeruat. vide c. 2. & 3. & c. præſenti. eod. titu. lib. 6.

CAP. I.

PIæ [b] ſollicitudinis ſtudio ducimur, vt dignitates, perſonatus, præbendæ, aliaque beneficia Eccleſiaſtica cum cura, vel ſine cura, quæ apud ſedem Apoſtolicam vacare noſcuntur, perſonis conferantur idoneis †, per quas in eis debita impendantur obſequia, & diuinorum cultus exerceatur ſollicitè in eiſdem. Inde fit quòd nos huiuſmodi dignitates, perſonatus, pręben das, Eccleſias, & alia Eccleſiaſtica beneficia, quæ apud ſedem eandem intra vnum menſem à data præſentium hactenus in curia vacauerint, computandum, & quæ exnunc apud eam vacauerint in futurum, prouiſioni ſedis eiuſdem auctoritate Apoſtolica reſeruamus: Decernẽtes [c] exnunc irritum & inane ſi ſecus in hac parte ſcienter, vel ignoranter [d], per quemcunque, ſeu quoſcunque, Apoſtolica, vel alia quauis auctoritate contigerit attentari. Nulli ergo, &c. Datum Lateraneñ. iij. Noñ. Maij, anno primo.

¶ Clemens quintus.

¶ Prouiſiones ſub titulo commendæ factas de Eccleſiis Parochialibus, Archiepiſcopalibus, Epiſcopalibus, & monaſterijs ad petitionẽ regum, vel quorumcunque magnatum, reuocat.

DOcta.] a ¶ *Geſtibus ſimulãt.*] quod eſt turpe & contra honeſtatẽ clericalem. In hoc quodammodo cõparandi illis, qui ludos theatrales in Eccleſijs faciunt, vel ibi laruas induunt, vt ſuæ inſaniæ ludibria exerceant. de quibus in c. cum decorem. eod. tit. Et per hoc iſta extrauagans bene facit ad iſtum titul. de præben. pondera etiam verba, quæ ſequuntur, vitanda laſciuia propalatur. Non nego tamẽ quin potuiſſet poni, & fortè aptius. j. ſub titu. de cel. Miſſ. Sed non eſt inconueniens eandem decretalem diuerſis reſpectibus ſub diuerſis poni titulis, vt patet de cap. ſignificantibus. de lib. obl. quod ſub eadẽ prorſus forma repetitur in tit. de appel. Idẽ in iure ciuili reperitur, vt patet de l. legẽ. quæ eſt. C. de pac. & etiã in tit. de pact. conuentis.

b PIæ.] Hæc conſtitutio recitat moderationẽ factam pro prælatis contra conſtitutionem Cle. iiij. extra 6. lib. de præb. c. ſtatutum. ſed videtur reuocata extra. 6. libr. in procem. in fin. dicitur, quòd ibi loquitur de conſtitutionibus non ſuis, ſed prędeceſſorum ſuorum. Sed adhuc videtur eſſe reuocata per aliam ſuam conſtitutionem iſti (quæ præceſſit) aduerſam. extra de conſt. c. 1. & de præb. ſi Apoſtolicæ. quod concedo, & ſi non in toto, tamen in tanto, vtpotè in eccle. parochialibus, vt hæc cõſtitutio prorſus non tollatur, ſed attenuetur. argum. ff. de adimen. leg. qui hominem. † Vide concilium Trident. ſeſſio. 24. de refor. c. 12.

c ¶ *Decernentes.*] per hoc verbũ habetur epiſtola pro cõſtitutione. C. de legi. & conſti. l. leges vt generales. & infrà eodem verſi. nulli ergo.

d ¶ *Ignoranter.*] qualiter hoc caſu ligantur ignorantes, not. extra lib. 6. de elect. ſi eo tempore.

CAP.

CAP. II.

†Vide concilium Trident.ſeſſio. 7.de reforma.c.2.&4. & ſeſſio.24. de reforma. cap.17.

EX ſupernæ † prouidentia maieſtatis, cuius vniuerſa diſpoſitione reguntur: ad Apoſtolicæ præeminentiam dignitatis (licet inſufficientibus meritis) euocati, gregem Dominicum noſtræ vigilantiæ creditum vndique contemplamur, illumque ſalubri ſtudemus paſtoris more vigilis (quantum nobis ex alto permittitur) obſeruantia cuſtodire, vt de illo poſſimus ad ipſius laudem, cuius exercemus vices in terris, dignam in extremo iudicio reddere rationem. Ideoq; nos diligẽs cura ſollicitat, cõtinua pulſat inſtantia, & curioſa ſollicitudo perurget, vt circa fidelium ſtatum ſalubriter dirigendum ſic efficacibus ſtudijs, & promptis operibus intendamus, quòd per noſtræ cooperationis miniſterium erga ſanctam matrem Eccleſiam deuotio filiorum concreſcat, ipſorum ceſſent grauamina, & tranquillitatis ei proueniat incrementum: quod tunc rectè agere credimus, cum moleſtis euentibus viam præcludimus, indirecta dirigimus, ſubtrahimus noxia, & ſalubria procuramus. ¶Sanè pridem nos, licet inſufficientibus meritis ad ſummum Apoſtolatus apicem (ſicut Domino placuit) euocati, ab ipſo noſtrę promotionis exordio antiquæ notitię regum, prælatorum, magnatum, & aliorum nobilium perſonarum Eccleſiaſticarum & ſecularium memores exiſtentes, ac ipſorum aliquibus, tum quia in terris morantes eorum gradum huiuſmodi promotionis habuimus, tum quia ſolitæ ad eos amicitiæ ſpecialibus affectibus ducebamur; aliquibus verò ex aſſueta Romanorum pontificum liberalitate, quã in ſuis exercere ſunt ſoliti nouitatibus: Volentes honoris & liberalitatis afluentia complacere, ad eorum importunas tamen & multiplicatas precum inſtantias, nonnullis clericis, & perſonis Eccleſiaſticis, religioſis & ſecularibus diuerſorum ordinum, dignitatis, conditionũ, & ſtatuũ patriarchales, & archiepiſcopales & epiſcopales eccleſias ac monaſteria diſtincta paſtorib. ſub cõmendæ vel cuſtodiæ, ſeu curę, vel guardiæ, aut adminiſttationis titulo, nomineve notabili duximus perpetuò ad vitam, ſeu ad certi temporis ſpatium committenda, ſuper his an tales videlicet tantaſque gratias per nos fieri decuiſſet, variorum arduorum negotiorum multiplicilate diſtracti, vſque ad tempus, quo infirmitate ſatis periculoſa nos his diebus viſitauit omnipotens, nequiuimus cogitare plenariè. Verùm in debilitate ipſius ægritudinis conſtituti, à negotiorum vtrunque diſcuſſione ſemoti, ad hoc ſub diligenti examine direximus aciem noſtræ mentis, demumque proſpeximus euidenter, quòd Eccleſiarum & monaſteriorum eorundem cura negligitur, bona & iura diſſipantur ipſorum, ac ſubiectis eis perſonis, & populis ſpiritualiter plurimum & temporaliter derogatur, eiſque redundant ad noxam quæ dicebantur cedere ad profectum, ac nedum ipſis, ſed etiam Romanæ matri Eccleſiæ, (quæ diſponente Domino ipſorum caput fore dignoſcitur & magiſtra) grauiora inde futura timentur pericula. ¶Nolentes igitur his tot, & tantis diſpendijs vlterius cauſam relinquere, ſed volentes potius opportunum, & debitum in hac parte remedium adhibere, omnes & ſingulas promiſſiones huiuſmodi per nos (vt præmittitur) factas quibuſcunque cuiuſcunque ordinis, dignitatis, aut ſtatus, ſed etiam ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus quocunque modo, vel tempore factæ noſcantur, auctoritate Apoſtolica exnunc ex certa ſcientia reuocamus, caſſamus, & annullamus, & decernimus decætero non habere aliquam roboris firmitatem. Nulli ergo, &c. Datum apud Piſatum Burdegalen͂. diœceſ. decimo Calend. Martij, anno ſecundo.

Cõmenda de beneficijs facta multorum eſt cauſa malorum.

¶Clemens quintus.

¶Beneficia maiora, & minora vacantia, & vacatura, preſertim in prouincia Burdegalen. Clemens quintus certis ex cauſis ſuæ diſpoſitioni reſeruauit, cum appoſitione decreti.

CAP. III.

ETſi in temporalium diſpoſitione bonorum habenda ſit diſcretionis cautela, præcipuè vt ea dignè & laudabiliter diſponantur: in eccleſiaſticis tamen rebus multò fortius inuigilare noſtra debet intentio, vt iuxtà perſonarum conditiones & ſtatus, ad diuini nominis laudem, & ipſarum vtilitatem prouideatur ex merito Eccleſiaſticis perſonis: cum iuxta canonicas ſanctiones † nihil ſit quod Eccleſiæ Dei magis officiat, quàm quòd indigni aſſumantur ad regimen animarum. ¶Hac igitur conſideratione moti, ſpecialiter Burdegalen͂. Eccleſiam, de qua (licet immeriti) ſumus nouiter ad hunc ſtatum ſummi Apoſtolatus aſſumpti, & monaſterium ſanctæ crucis Burdegalen͂. ordinis ſancti Benedicti etiam vacans per obitum quondã fratris Gulielmi de Bombio abbatis eiuſdem: Et generaliter patriarchales, archiepiſcopales, epiſcopales Eccleſias, monaſteria, Prioratus, & quoſlibet perſonatus, dignitates, vel officia cuiuſcunque ordinis, & conditionis exiſtant, necnon canonicatus, præbendas, Eccleſias cum cura, vel ſine cura, & alia quælibet beneficia Eccleſiaſtica quocunque nomine appellentur, quæ apud ſedem Apoſtolicam vacare noſcuntur ad præſens, & quæ toto noſtri Pontificatus tempore vacare contigerit in futurũ, prouiſioni, collationi, & diſpoſitioni noſtræ, & ſedis eiuſdem hac vice auctoritate Apoſtolica reſeruamus: Decernentes exnunc irritum & inane ſi quid contra hoc per quoſcunque quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter attentatum eſt hactenus, vel inpoſterum contigerit attentari: conſtitutione Clementis iiij. & Bonifacij viij. Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum & alia qualibet in contrarium edita non obſtante. Et quia plus † timeri ſolet quòd ſpecialiter iniungitur, quàm quod generaliter imperatur, hac reſeruatione noſtra, & decreto ligari volumus ignorantes. Et quia bullam noſtram non habemus ad præſens, ad cautelam præſentium, & memoriam futurorum huiuſmodi reſeruationem cum præmiſſi interpoſitione decreti ſcribi, & in publicam formam redigi iuſſimus per Bernardum Caprarij publicum notarium infraſcriptum: quam etiam ſigilli, quo vtebamur olim Burdegalen͂. eccleſiæ præſidentes, fecimus appenſione muniri. Datum Burdegalæ, ſecundo Calendas Auguſti, Pontificatus noſtri anno primo.

Bona Eccleſiaſtica ſunt diligentius diſponenda quàm temporalia.

† In concilio Lateranenſi ſub Innocentio iij.c.26. refertur in c. nihil eſt. extra de elec.

† Specialiter iniũctũ plus timetẽ quàm quod generaliter imperatur, c. Si aduerſus.extra de hęretic. ca. quanquam diſt.23.

¶Ioan. xxij. epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

¶Papa hic primò ambitionem & importunitatem quorundam religioſorum, & ſecularium ſuper obtinendis pluribus

1 Hæc extrauagans habetur inter xx. Ioã. xxij. ſub tit. de præben. cum gl. dñi Zenzelini: hic verò ponitur cũ gl. Gulielmi de Monte Lauduno.

E*Xecrabilis.* 1.] Hæc decretalis, quæ poteſt in tit. de præben. & digni. ſituari, diuiditur in decem partes. In prima, ambitio & importunitas quorundam præmittitur. In ſecunda, multiplex inconueniens exprimitur. In tertia, ſuper his moderantia apponitur. In quarta, de beneficijs iam iuſtè poſſeſſis ſtatuitur. In quinta, ſuper vacaturis, quibus eſt ius ad rem, conſulitur. In ſexta, de iniuſtè detentis anneċtitur. In ſeptima, ſuper deinceps percipiendis cum appoſitione pœnæ proſpicitur. In octaua, omnium ſic vacantium prouiſio cũ decreto ſedi Apoſtolicæ reſeruatur. In nona, quis in hoc caſu dicatur ordinarius, declaratur. In decima, ſubijcitur de quibus beneficijs intelligatur. Secunda, *Vnde inter cætera.* Tertia, *Nos itaq;.* Quarta. *Statuimus.* Quinta, *Per hoc.* Sexta, *Porrò.* Septima, *Qui verò.* Octaua, *Quæ omnia.* Nona, *Cæterũ.* Decima, *Quantùm autem.*

beneficijs diſpenſatiuè, qui inſufficientes quandoque erant pro vno in diuerſis locis, regnis & alijs locis diſtantibus recitans, apponit plures ex hoc contingentes inconuenientias, & tandem ſtatuit quòd omnes (exceptis Cardinalibus, ac regum filijs,) qui ſuper pluralitate beneficiorum, quę aliàs de iure non poterant obtineri, diſpenſationem obtinent, vnum cum cura, aliud ſine cura, poſſint à tempore notitię eligere intra menſem, & alia cum effectu dimittere teneantur: aliàs omnibus ſic diſpenſatis ſint ipſo iure priuati. Et idem de beneficijs, in quibus ius eſt ad rem dum vacabunt. de pluribus etiam talibus, iniuſtè tamen & ſine diſpenſatione detentis, ordinat quòd vltimum retineant, & omnia alia dimittant intra menſem: alioquin omnibus ſint priuati. Item vult quòd qui amodo talia receperint, dimiſſionem de primo faciant coram ordinario cum effectu: alioquin ſint omnibus ipſo iure priuati. quæ omnia ſic vacantia diſpoſitioni Apoſtolicę ſedis reſeruat, interpretans ordinarios in hoc caſu ſolos diœceſanos beneficiorum ſic dimiſſorum. Item hoc vult de ſolis beneficijs intelligi, in quibus quis per ſe, vel vicarium ſuum temporalem curam animarum, vel ſpiritualem iuriſdictionem exercet de conſuetudine, vel de iure. hoc dicit. de Laud.

† Vide concilium Trident. ſeſſio. 7. de reformat. c. 2. & 4. & ſeſſio. 24. de reformat. c. 17.

EXecrabilis[a] † quorundam tam religioſorũ quàm ſeculariũ[b] ambitio[c], quæ ſemper plus ambiens, eò magis inſatiabilis[d] creditur, quò ſibi amplius indulgetur, & improbitas importuna[e] petentium à nobis, & prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus non tam obtinuiſſe, quàm extorſiſſe[f] plerunque noſcuntur, vt vnus interdum etiam ad vnum beneficium eccleſiaſticum minus idoneus[g], in diuerſis eccleſijs[h] nedum vicinis, ſed abinuicem longè diſtantibus[i], immo nonnunquam in diuerſorum regnorum[k] partibus ſituatis, plures quam duas[l], vel tres, aut plures etiam dignitates, vel perſonatus[m], officia, ſeu priora-

a ¶ *Execrabilis.*] ſic incipiebat quædam cõſtitutio Alexandri iiij. loquens de poteſtate legatorum circa beneficia conferenda. Guliel. de monte Lauduno.

b ¶ *Secularium.*] ſupple clericorum. & ſic concordant iſti in hoc, licet diuerſificent ſe in alijs, vt 16. quæſt. 1. alia. vnde quaſi totus mundus conuenit in hoc caſu ſuprà de elect. quorundam. lib. 6.

c ¶ *Ambitio.*] ſimile ſupra de præbendis quia intantum.

d ¶ *Inſatiabilis.*] ad inſtar ignis materialis, cuius ardor tantò fortius accenditur, quantò magis de lignis in eo ponitur. & eſt huius ratio: nam talium dilectores vbi magis abundant in talibus, magis ad amorem inflammantur eorum: quia nunquam vacat amor in anima amantis, immo quãtumuis ibi delectationibus magis abundat, magis accenditur & cremat. 45. diſtinct. omnes. & ideo dicit Seneca. Cum cætera vitia homine ſeneſcente ſeneſcant, ſola auaritia iuueneſcit: maximè cum de rebus mundanis non poſſit naturaliter anima, quæ ſpiritualis eſt, ſatiari: ſed tunc duntaxat anima beata ſatiabitur, cum ſibi apparuerit gloria Domini, vt in pſal. xvj. Gul. de monte Laud.

Anima de rebus mundanis ſatiari non põt.

e ¶ *Importuna.*] ſimile ſuprà de reſcr. quia ꝑ ambitioſam. li. 6.

f ¶ *Quam extorſiſſe.*] ſimile 31. q. 2. hac ratione.

g ¶ *Minus idoneus.*] s̃. de æta. indecorum. 100. diſtin. contra morem. ibi, decorari, & cætera.

h ¶ *Eccleſiis.*] ſcilicet ſituatis, quod eſt infra.

Propinquitas nocet quãdoque.

i ¶ *Diſtantibus.*] & ſic nimia diſtantia nocet, vt hic: quandoque etiam nocet nimia propinquitas, vt ſuprà de conſuet. cap. 1. lib. 6. vbi habetur. quòd quis non poteſt in vna tenere, quod poſſet in diuerſis. Item nimia vicinitas Sodomæ & Gomorrhæ nocuit alijs quinque vicinis. de quo ſuprà de exceſſio. præla. clerici. facit ſuprà de præſumptio. quoſdam. & cap. quanto. prodeſt etiam quandóque diſtantia, vt legitur & not. ſuprà de in integ. reſtitu. tum ex literis. in fin. vbi de hoc in gloſ.

k ¶ *Regnorum.*] hoc facit pro opinione Ioann. poſita. 3. quæſt. 6. neminem. ſcilicet quòd auctoritate Apoſtolica non poſſit quis citari extra prouinciam infra vnam dietam: contrarium tñ ſeruat curia Romana, vt tenet ibi Bartholomæus.

Pluralis locutio duo comprehendit.

l ¶ *Plures quàm duas.*] aliàs autem pluralis locutio duorum numero contenta eſt. ſuprà de regul. iur. pluralis. lib. 6. quod eſt verum vbi duo, vel alia maior multiplicatio non pręcedit eandem: ſed potius certa de ſe pluralitas ponitur & non vaga. ſuprà de præben. is cui. ſecus ſi fiat contrarium, vt hic, in hoc quod ſequitur, intra duas vel tres aut plures. & hoc in fauorabilibus: ſecus autem in odioſis, in quibus pluralitas ad vnum coniunctim quandoque reſtringitur, vt ſuprà de priuileg. vt priuilegia. in fine. talia enim ſecundùm materiam de qua eſt ſermo, plura vel pauca dicuntur, & ad multa vel modica referuntur, vt legitur & not. 45. diſtinct. diſciplina. in fin. de cler. excommun. latores. cum ſimilibus.

Dignitas & perſonatus parum aut nihil differunt.

Simile & idem differunt.

m ¶ *Perſonatus.*] licet aliqui dicant iſta nomina, ſcilicet dignitates, perſonatus, ſynonymiacè pro eodem poni, textus tamen ſuprà de pręben. de multa. videtur differentiam inter ea ponere aliqualẽ: in quo dum facta in principio mentione de dignitate, ſubiungitur in fin. hoc idem in perſonatibus. quod crederem verum, ſi dixiſſet hoc ſimile. ſuprà de conſtit. translato. quod non facit: ſed idem potius quod differt multum à ſimili, vt ſuprà de transl. epiſcop. inter corporalia. §. ſicut autem. ibi tamen dicit propter expreſſam ſimilitudinem, vel identitatem potius, &c. quaſi dicam aliud eſt ſimile, & aliud idem. vnde licet nomina ſint diuerſa, vnam tamen formam tenent: ſicut legitur. 99. diſt. prouinciæ, de primatibus & patriarchis. diuerſitas autem nominum introducta eſt ex diuerſis conſuetudinibus Eccleſiarum, & ex diuerſo modo loquendi, vt patet in illis titulis. s̃. de offic. vic. vſque ad titu. de maior. vbi idem & eadem adminiſtratio appropriatur diuerſis officijs propter diuerſas conſuetudines diuerſarum eccleſiarum, & diuerſos modos loquendi. facit ad hoc ſuprà de conſtit. cum acceſſiſſent. vbi primiceriatus quandoque dignitas, quandoque perſonatus, interdum etiam officium dicitur. de hoc dixi propter iſtos impetrantes, qui in ſuis ſuplicationibus, quas Papæ porrigunt quandoque omnia iſta ponunt, quandoque etiam deficiunt. Et idem credo dicendum de officijs & adminiſtrationibus, ꝙ vnum ſcilicet aliud comprehendit. ſicut de hoc vidi dubitari in Eccleſia Tholoſañ. an ſcilicet operaria illius Eccleſiæ eſſet officium vel adminiſtratio: cũ quidam impetrans haberet officium in ſuis literis, non autem adminiſtrationem: quam dicebant dictam operariam eſſe ibi, non aũt officium: & tamen impetrans obtinuit: vnde non video ꝙ iura inter talia beneficia gradum ſeu diſtinctionem aliquam ponant ſeu faciant: quod credo facerent ſi eſſet ſicut faciũt in ſua propria materia inter curatã & nõ curatã, & ſimilia. s̃. de pręb. cum in illis. lib. 6. ex quo ergo lex non diſtinguit, nec nos: nec vbi Papa hoc non facit, nec nos. & idem & eiuſdem iuris dicerem eſſe archipresbyteratus & decanatus in Pictauia: quia idẽ officiũ gerunt ibi: nam ex quo ſunt eiuſdẽ generis, ſint & eiuſdem iuris. hos. n. plebanatus æquiparat Inn. cum dignitatibus & perſonatibus s̃. de præb. cum olim. in gl. ſua. de his plebanis loquuntur iura. s̃. de re iud. cum inter. de præſc. cum olim. 31. q. 1. ꝙ ſi dormiens. s̃. de deci. ad audientiã. Si aũt arguis de ſtylo curię, q̃ in ſuis reſcriptis & cõſtitutionibus omnia ſingula talia ſpecificat, dic ꝙ tales inculcationes verborũ ſępe immiſcet in ſuis ordinationib. & hoc facit ad cautelã, & ex ſuperabũdanti: cum talia non vitient, ſed proſunt potius ad exceptiones ſuperfluas citius elidendas. ad varietatem aũt diuerſæ locutionis ſeu mutabilitatẽ nominantiũ, nihil immutatur in iſtis realiter in effectu. nec mutari debet ſeu aliqua diuerſitas denotari. arg. 10. diſt. lege. & ideo dicit philoſophus, ꝑ noſtrũ affirmare vel negare nihil mutatᷓ ĩ re, vel hoc fit vt diuerſis locutionib' gẽtiũ

Officium & adminiſtratio idẽ ſunt.

ſatisfaciat.arg. s̃. de magiſt. inter. concil. Vien̄.37.diſt.qui de menſa. Quid ſi Papa dicit, conferimus tibi talem dignitatem, non obſtante ꝙ talia beneficia teneas qualiacunque ſint: quæ omnia cum iſta volumus quòd ex diſpenſatione noſtra poſſis tenere: nunquid prima qualiacunque ſint: etiam ſi per electionem quis creetur in iſtis, iſte poterit retinere? Videtur ꝙ ſic. argu. s̃. de præben. ſi Romanus. in verſi. qualiacunque. vnde videtur quòd iſta duo operētur, quia ſcilicet tollant omnem ſurreptionē, quotquot & quæcunque ſint prima beneficia. Item ꝙ inſimul obtineri valeant quæcūque & quotquot ſint: cum tantum valeat genus in generali quantum ſpecies in ſpeciali. s̃. de maio. ſolitæ. in fi. de offi. ord. ſi ſacerdos. nam qui dicit qualiacunque, nihil excipit. 19. diſtin. Romanorum.

tus[a], aut diuerſa eccleſiaſtica beneficia curam[b] animarum habentia poſſit diſpenſatiuè, cum[c] aliàs non liceret de iure communi. recipere, & ſimul licitè retinere: Vnde inter cętera[d] inconuenientia infraſcripta naſcuntur: ꝙ videlicet[e] interdum vnus, qui vnū, quamuis modicum vix officium[f] implere ſufficeret, plurimorum ſibi vendicat ſtipendia: quę multis literatis[g] viris vitæ puritate ac teſtimonio bonæ[h] famę pollentibus, qui mēdicant, poſsēt abundè ſufficere, æqua[i] diſtributione collata. Habentibus[k] ipſa paratur vagandi[l] materia, diuini[m] cultus minuūtur, hoſpitalitas[n] in ipſis beneficijs debita[o] non ſeruatur: & dum[p] non ſunt ſui in vnaquaque regione[q] rectores eccleſiarum, detrahitur cōmodis & honori: quæ carentes defenſorum auxilio in iuribus ſuis & libertatib. multipliciter collabunť: ruinis[r] patēt ędificia nobilia, q̄ magnificētia[ſ] extruxerat deceſſorū.

Prioratus appellatiōe quid continetur.

a ¶*Prioratus.*] dicunt quidam nomine Prioratus contineri ſolas quaſdam adminiſtrationes, & dignitates monachorum & aliorum regularium, vt s̃. de offic. ord. præſenti. lib. 6. de præben. niſi. in fi. & c. cum ſingula. lib. 6. facit s̃. de reſcrip. & ſi principalis. concil. Vien̄. vſus tamen in aliquibus partibus obtinet, prælatos, rectores, ſeculares Eccleſiarum ruralium, & etiam curaturam, vbi cura tamen per vicarios in eis ſeparatim regitur, vocari priores: ſicut in Carcaſſeſio, Ageneſio, & in cęteris alijs partibus: & talis eſt Prioratus de Fraga in diœceſi Ilerden̄. ſunt & plures Priores ſeculares & collegiati, ſicut Prior ſanctæ Radegundę Pictaues & de Manſo in Ageneſio, de talibus enim loquitur decret. s̃. de pręb. c. fin. qui autem talium dicantur collegiati, & qui non, notaui plenè in extrauaganti domini Ioan. Suſcepti. ſed quid dices de Prioratibus clauſtralibus, qui ſunt in iſtis monaſterijs, de quibus loquitur decre. s̃. de reſcrip. & ſi principalis. concil. Viennen̄. nunquid iſta cadunt ſub edicto illorū iurium. ſupra. de conſuetu. cap. conſuetudinem. & de prębend. cum ſingula. lib. 6. & iſtius cap. ſcilicet quòd ſint incompaſſibiles cum alijs officijs, Prioratibus, ſeu adminiſtrationibus conſtitutis intus monaſteriū vel extra? Videtur quòd non. immo poſſunt ſe cum altero de alijs beneficijs intus vel extra cōpati: immo etiam cum pluribus. aliàs tamen canonicè poſſeſſis. Et eſt ratio: quia tales Prioratus vt communiter nullas adminiſtrationes ſeu temporales prouentus habent: ſed ſolūmodo ſpiritualem iuriſdictionem ſeu officium in perſonas monachorum, abbatibus duntaxat abſentibus & in eorum defectum. & ſic poteſt dici officium ſine adminiſtratione, ad inſtar illorum iudicum, de quibus legitur s̃. de in integ. reſti. cauſam. vnde nihil videtur eis repugnare, quin habentes alias adminiſtrationes, poſſint tales Prioratus tenere ſicut aliàs beneficiati poſſent eſſe officiales etiam principales, vel vicarij generales, vice domini, ſyndici, vel ſimilia officia in curia Romana tenere, vel alibi: talia enim officia vel ſimilia nullam adminiſtrationem habent ſibi annexam: & ideo aliquo iure non prohibentur vnà cum alijs exerceri, & inſimul poſſideri. de hoc etiam not. s̃. de conſue. conſuetudinem. 1. q. 3. ſaluator. 89. diſt. indicatum. maximè cū non ſint perpetua. quod vult dicta decre. conſuetudinem. immo de die in diem omnes iſti remouentur pro nutu cum cauſa vel ſine cauſa. Et idem videtur cenſendum ſaltem quantùm ad iſtam decre. & quantùm ad c. cum ſingula. de Prioritatibus ſimplicibus monachorum, in quibus quis non creatur per electionem. nec propriè inſtituuntur in eiſdem, vt not. Hoſt. s̃. de pręb. de multa. & Guido in dicta decre. cum ſingula. & de offi. ord. pręſenti. lib. 6. licet aliqui contra. Nec obſtat decre. s̃. de ſup. neg. pręla. quia regulares. in fi. quia illud non reſpicit pręterita, vt patet in ver. cenſuimus, pręterea ibi dicit tantū de Prioratibus & Eccleſiis curatis: nec replicat de adminiſtrationibus, quaſi velit in illo obtinere dictam opinionem Guliel. & Hoſt. Et idem videtur dicendum de archipresbyteratibus diœceſis Bituricen̄. qui conſueuerunt rectoribus aliquarum eccleſiarum committi per archiepiſcopum ſic, quòd quandiu viuit iſte archiepiſcopus, durat in ipſis rectoribus dictum officium archipresbyteratus: ſed eo mortuo capitulum committit alijs: & poſtea nouo archiepiſcopo creato committit alijs, licet iſti archipresbyteri excommunicent, & aliàs iuriſdictionem ſpiritualem exerceant: nihilominus tamen rectores curam animarum habentes, poſſunt iſtos tenere, & ſic fuiſſe interpretatum dicitur per Papam.

Archipreſbyterat⁹ Bituricen. nō ſūt ppetui.

b ¶*Curam animarum habentia.*] quæ ſint iſta, dicetur infrà eodem cap. §. fina.

Beneficia aliqua ſunt de iure compaſſibilia.

c ¶*Cū aliàs non liceret de iure communi.*] Et ſic not. ꝙ dare eſt de iure communi aliqua beneficia ſibi ad inuicem compaſſibilia etiam ſine aliqua diſpenſatione. ſimile ſuprà de reſcrip. gratia lib. 6. & cap. gratię. concil. Viennen. quod eſt contra opinionem Hoſt. notatam s̃. de præben. cum iamdudum. & c. ſuper inordinata. & per gloſſ. ſuprà de elect. dudum. 2. & de præbend. de multa.

d ¶*Vnde inter cætera.*]

Secunda pars.

e ¶*Videlicet.*] nota primum inconueniens.

f ¶*Modicum vix officium.*] diuinum, ſcilicet cuicunque gradui ſpectans: & tamen nihil facilius eſt & leuius hoc tempori, & hominibus acceptabilius ſi perfunctoriè res agatur: ſed nihil apud Deum miſerius & triſtius, & damnabilius, vt 40. diſt. ante omnia. & maximè Miſſam, quam ſi quis vnicam in die dignè celebrauerit, valde felix eſt, vt s̃. de celeb. Miſſar. te referente.

g ¶*Literatis viris.*] quibus potiſſimè inter alios eſt de bonis Eccleſiæ ſubueniendum. ſimile ſuprà de præben. de multa. §. vlt.

Fama eſt clericis neceſſaria.

h ¶*Bonæ famæ.*] iſta enim duo, ſcilicet nitor conſcientiæ, quantùm ad dominum, & odor famæ, quoad proximum, ſunt neceſſaria in miniſtris Eccleſiæ, vt s̃. de ſacra vnc. c. vnico. §. ad exhibendum. in fin. vnde in odore bonæ famæ potius quàm in fama delectandum eſt, vt ſuprà de accuſ. licet. E contra verò infamia multa mala præſtat, vt ſuprà de accuſ. inquiſitionis. & cap. qualiter. & qui hanc negligit, & in ſe oriri permittit, crudelis eſt. 12. quæſtio. 3. non ſunt audiendi.

i ¶*Aequa diſtributione collata.*] Nota bona patrimonij crucifixi debere æquis portionibus diuidi inter aſſumptos in ſortem per capita, non per ſtirpes. omnes enim ſumus filij primi gradus & hæredes. & ſic digni ſucceſſione, niſi ab ea propter ingratitudinem excludamur: potentioribus tamen nobilitate, literatura (vt de carnis proximitate, ſeu alijs taceamus) pares eſſe non poſſumus, nec debemus: eſt enim gradus inter angelos, Apoſtolos, & alios in cęleſti militia triumphantes, & ſic fuit ab initio temporis, & ſic erit. arg. 86. diſt. non ſatis. 89. diſt. cap. 1. in fin.

k ¶*Habentibus.*] ver. & eſt ſecundum inconueniens.

Vagatio nocet corpori & animę.

l ¶*Vagandi.*] in hoc quòd habent diſcurrere per loca in quibus beneficiati exiſtunt. ſimile ſuprà de offic. ordin. quanto. debebant enim manere in ea vocatione, qua primò vocati erant vt ſuprà de regu. licet. in prin. talis itaque diſcurſus frequenter nocet nedum animæ, immo etiam corpori & burſæ: iuxta vulgare quod dicitur, quòd petra mutabilis nunquam accipiet muſcum: & hoc verum eſt, niſi fiat ex cauſa iuſta: nam interdum valet loci mutatio. 81. diſtinctio. vale.

m ¶*Diuini.*] verſic. & eſt tertium. & dic de hoc vt dixi in extrauaganti ſuſcepti. & de celebra. Miſſar. graui. concil. Viennen̄.

n ¶*Hoſpitalitas.*] Verſic. & eſt quartum.

o ¶*Debita.*] quæ, quando, per quem, & quibus hoſpitalitas debeatur, dic vt legitur & nota 42. diſtinctio. per totum. C. de epiſcop. & clerici. l. 1. ſuprà de emptione & venditione c. 1. in ſummma. Hoſtienſis de tempor. ordin. ſuper verbo, hoſpitale.

p ¶*Et dum.*] verſi. & eſt quintum.

q ¶*Regione.*] & ſic nota, quòd præſens eſt qui in regione eſt. hoc idem dicitur de illo, qui in ortis eſt.

r ¶*Ruinis.*] verſi. & eſt ſextum.

ſ ¶*Magnificentia.*] Not. magnificū opus exercere, qui nobile ædificium erigit in loco ſibi commiſſo: iſtud. n. propriè dicitur

Et (quod [a] amarius eſt dolendum) animarum [b] cura negligitur: & vitiorum [c] ſentibus fomentum [d] periculosè præbetur. ¶ Nos itaque [e] tot malis tantiſque diſcriminibus occurrere cupientes, omnes & ſingulas diſpenſationes ſuperreceptione, ac retentione [f] plurium dignitatum, perſonatuum, officiorum, Prioratuum, aut beneficiorum, quibus cura ſit animarum annexa, ſub quacunque forma, vel expreſſione verborum à nobis, vel dictis prædeceſſoribus noſtris cuicunque perſonę conceſſas, (Cardinalibus tamen ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, qui circa nos vniuerſali [g] Eccleſiæ ſeruiendo, ſingularum Eccleſiarum commoditatibus ſe impendunt: ac regum filijs, qui propter ſublimitatem eorum ac generis [h] claritatem ſunt potioris prærogatiua gratiæ attollendi, duntaxat exceptis) deliberatione ſuper hoc cum fratribus noſtris habita diligenti, de ipſorum conſilio & ex certa noſtra ſcientia in forma ſubſcripta duximus taliter moderandas [i], quòd per moderamẽ noſtrum effrenatam circa eaſdem perſonas talium beneficiorum multitudinem refrænemus, ipſique impetrantes fructu diſpenſationum huiuſmodi totaliter [k] non fruſtrentur. ¶ Statuimus [l] itaque, & de fratrum noſtrorum conſilio ordinamus, ꝙ obtinentes nũc ex diſpenſatione legitima [m] pluralitatẽ [n] huiuſmodi dignitatũ, perſonatuum, officiorũ, aut Prioratuum, ſeu beneficiorum, quæ [o] aliàs abſque alia

Ædificans in beneficio ſuo ipſius vtilitatem facit.

verſum in vtilitatem eccleſię, & durare verſum, vt not. Inno. s̃. de fideiuſſ. quod quibuſdam. Et ſic eſt arg. per locum à contrario, ꝙ in illis qui per negligentiam ſuam talia permittunt collabi, cum ſint de ſe perpetua, de dilapidatione poſſint meritò accuſari. & idem de illo qui nemora antiqua non cędua ſine ardua neceſſitate Eccleſię ſcindit vel deſtruit: talia verò de proprietate Eccleſię ſatis poſſunt dici, cum emphyteutę vſufructuario non liceat, vel vaſallo. vt ff. de vſufru. arboribus. in princip. cum l. præcedenti. & l. hactenus. in fine. cum ſeq. & ff. de cenſi. forma.

a ¶ *Et quod.*] verſic. & eſt ſeptimum.

b ¶ *Animarum.*] quæ quãto pretioſiores ſunt corporibus, tanto in eis amarior eſt iactura. extra de ma. & ob. ſolitæ. de pœnit. & remiſ. cum infirmitas.

c ¶ *Et vitiorum.*] verſic. & octauum.

d ¶ *Fomentum.*] ſuperfluæ etenim & exquiſitæ delitiæ ſunt vitijs alimenta. 41. diſt. & 43. diſt. per totum. s̃. de vi. & ho. cle. c. à crapula

e ¶ *Nos itaque.*] Tertia pars.

f ¶ *Retentione.*] & ſic non ſufficeret diſpenſare, ꝙ poſſent plura recipere, niſi adderetur ꝙ recepta poſſent retinere. quod verum eſt de incompaſſibilibus. aliàs ſecus, vt s̃. de reſcrip. gratia. & de præben. non poteſt. lib. 6.

Vtilitas publica præfertur priuatę.

g ¶ *Vniuerſali.*] & ſic nota ꝙ officium vniuerſale in ſe eius ſingularia comprehendit, ſicut alibi dicitur, ꝙ vtilius ſeruiunt iſti generali Eccleſiæ quàm ſpeciali, & ſic publica vtilitas præfertur priuatæ, & maior minori, vt legitur & notatur plenè de hoc. s̃. de poſtula. præla. bonæ. 1. q. 1. ſcias.

h ¶ *Ac generis claritatem.*] curialior eſt hic Papa quàm Hoſtienſis: quod not. s̃. de præb. venerabilis. ꝙ diſputare de nobilitate generis. eſt diſputare de nobilitate ſtercoris.

i ¶ *Moderandas.*] & ſic diminutionem denotat, vt ſequitur & probatur ſupra de verb. ſign. tranſmiſſæ.

k ¶ *Totaliter.*] mediam viam concedit Papa hic. ſimile ſupra de offic. deleg. quærenti. de offic. cuſtod. cap. 1.

l ¶ *Statuimus.*] Quarta pars.

m ¶ *Legitima.*] ſupple, in quo ſunt neceſſaria oſtendi auctoritatem, ſcilicet & poteſtatem diſpenſantis, & factum per quod diſpenſauerit, vt probatur ſupra de ſchiſm. fraternitatis. & ſic non ſufficit notitia defectus & potentia, niſi ſit ad actum proceſſum, vt ibi not. & facit quod legitur & not. s̃. de eo qui mit. in poſ. c. 1. ad quod facit quod legitur s̃. de præb. nõ poteſt. lib. 6. per quod videtur ceſſare quod not. glo. ordi. 51. diſt. c. fi. & 89. diſt. ſi qui. & Inno. s̃. de fil. presb. veniens. licet Hoſt. ibi concordet cum eis quę s̃. dixi. Simile dicit c. ſcilicet, ꝙ in quouis opere conſiderari habent duo, factum ſcilicet, & modus. s̃. de reſti. ſpo. Piſanis. Et intellige legitima non ſolùm Apoſtolica, ſed etiam alia: duntamen poteſtatem habuit ſuper hoc diſpenſandi, vt j̃. dicetur.

n ¶ *Pluralitatem.*] quę duorum numero contenta eſt, vt ſupra de pręben. ſi cui. §. penul. de reg. iur. pluralis. lib. 6.

o ¶ *Que aliàs abſque alia diſpenſatione legitima.*] Sed quę erunt iſta, quę aliàs, ideſt de iure communi ſeu ſpeciali, puta conſuetudine, vel ſtatuto, vt patet infra §. proxi. in verbo, de iure. abſque omni diſpenſatione poterunt licitè retinere: vt ſic viſo de iſtis primitus, per conſequens de alijs, quę non poſſunt de iure abſque omni diſpenſatione retineri, licitè nobis conſtet. Ad cuius maiorem dilucidationem videtur, ꝙ in nullo caſu aliquis poſſet tenere duo beneficia inſimul. & probatur ſic: nam per Inno. Hoſt. & ferè per omnes doctores traditur circa hoc talis regula: Omne beneficium eccleſiaſticum requirens reſidentiam de iure communi, ſpeciali priuilegio, ſtatuto, ſeu conſuetudine, non põt cũ alio ſimili inſimul retineri. ſic not. ſupra de cle. non reſid. relatũ. & c. ex tuę & c. quia non nulli. & c. fi. ſed ita eſt, ꝙ omne beneficium eccleſiaſticum etiam xx. ſolidorum requirit regulariter reſidentiam, vt in c. conquerente. cuius ratio eſt, quia beneficium datur propter officium diuinum: & diuinum officium habet fieri in propria perſona: nec ad hoc excuſationem habet, niſi propter ſolam infirmitatem. 91. diſt. per totum. de celeb. Miſ. c. 1. ergo nullum poteſt cum alio inſimul retineri. Nec obſtat ſi dicat, ꝙ vna perſona põt inſimul duo officia facere, quod non eſt verum: quia ſi non poteſt in vna eccleſia, vt ſupra de conſue. c. 1. lib. 6. multo minus in diuerſis: quia nõ poteſt diuidere perſonam ſuam. & ideo not. Inn. & Hoſt. ſupra de conceſ. pręb. cum noſtris. in glo. credimus tamen, &c. & de renun. admonet. ꝙ vbi eſt conſuetudo, vel ſtatutum alicuius eccleſię, per quod quis obligatus eſt ad reſidentiam perſonalem pro certo beneficio. puta pro capellania ſeu altari, pro aliquo mortuo relicto, recipiens tale ſimile, ipſo iure primo renuntiare videtur. & eſt ratio, quia non põt continuam reſidentiam facere perſonalem in vtraq;. de hoc not. 81. diſt. ſi quis ſacerdotum. nec põt eṕs diſpenſare ſuper talibus ex quo ambæ reſidentiam requirunt, videt̃ Inn. innuere in c. admonet. licet in contrariũ notetur 21. q. 2. c. 1. & c. ſi quis iã. In cõtrariũ patet, ꝙ omne beneficiũ poſſit cũ alio inſimul retineri. Conſtat. n. ꝙ aliquis duas põt tenere canonias in pluribus eccleſiijs ſine aliqua diſpenſatione de iure cõi. & eſt ratio, quia hoc eſt ad honorẽ & fauorem eccleſiarum, licet pręb endas vtriuſq: non debeat recipere in abſentia. & ſic ſeruat curia Romana. vt legitur & not. maximè per Inn. s̃. de p̃b. cum iamdudũ. de cle. non reſid. c. fi. ſed ita eſt, ꝙ in talibus reſidentijs prębẽda vincit eccleſiam curatam, cui annexa eſt. vt s̃. de pręb. extirpandę. §. qui verò. & eo. tit. ſuper eo. li. 6. ergo ſi p̃benda ſibi cõpatitur aliam p̃bendã; multo fortius eccleſia curata eccleſiam curatam: quia ſi vinco vincentẽ te, &c. Pręterea oẽs eccleſię vna eccleſia ſunt. 21. diſt. quamuis. Nec obſtat qđ dicitur, ꝙ qui viuit de altari, ſeruire ei debet, aliàs viuere nõ debet. Dic ꝙ quilibet reſidens ſiue non reſidens, altari ſeruit, dũ bene faciat, & bene expẽdat qđ inde percipit, iuxta vulgare, de beau meſſa, qui de beau paſſa. arg. s̃. de mag. c. fi. ſicut no. Inn. de cler. non reſid. c. fi. vbi de hoc plenè per ipſum. Ad ſoluendum iſtud contrarium videndum eſt primò quę ſint beneficia. in quibus ipſo iure per aſſecutionem ſecundi vacat primum, ẽt ſine alio facto ſeu ſentẽtia hominis. Secundò, q̃ ſunt iſta beneficia, quę ſi non vacant ipſo iure, primum tñ vacat per ſñiam aliorũ ſuperiorum pręhabita monitione ipſius, non tñ primum: ſed illud quod eligendum non duxerit. Tertiò, quę ſunt illa quę non ipſo iure nec per ſententiam ſuperioris vacant, ſed omnino ſunt compaſſibilia inter ſe. Ad cuius euidentiam ſciendum eſt, ꝙ q̃dã ſunt beneficia ſuprema, quędã duplicia, quædã ſimplicia. Sup̃ma ſunt ep̃atus & ſuperiora, in quib. non eſt dubiũ, ꝙ aſſumendo ſcđm cũ auctoritate Papę, ipſo facto vacabit primũ. s̃. de tranſl. c. 2. ſi ſine auctoritate Papę, vtroq; caret. s̃. de tranſla. quãto. in fi. Duplicia ſunt dignitates inferiores, pſonat⁹ & beneficia curã aĩarum habentia: in qbus aſſumendo pacificè poſſeſſionẽ ſcđi cũ titulo, ipſo facto vacat primũ. s̃. de pręb. de multa. & in hoc caſu & in p̃cedenti ſolus Papa diſpẽſat. nec valet cõſuetudo in cõtrariũ, vt in c. de multa. niſi eſſent depẽdẽtes inter ſe, vel vnitę ſeu tenues, vt s̃. de ęta. & quali. eã te. 10. q. 3. vnio. vel niſi vna cõmẽdata eſſet, & alia intitulata, iuxta dec. s̃. de ele. nemo. li. 6. Sed nũquid ſola tenuitas ſeu paupertas eſt cauſa ſufficiens, quòd epiſcopi per ſe poſſint plures conferre vni, vel plures poſſint ab vno ſine alia diſpenſatione à Papa impetrari? videtur quòd ſic per dicta iura, Credo potius contrarium, & ꝙ dictis iuribus ſit derogatum per cap. de multa. & ideo

Beneficia plura obtinere an liceat.

An canonię duæ poſſint ſine diſpenſatione teneri.

Beneficiorum multiplex diuiſio.

diſpenſatione legitima obtinere nequibant, vnum tantū ex dignitatibus, perſonatibus, officijs, Prioratibus[a] eccleſiis, vel beneficijs huiuſmodi, q̄bus cura immineat animarū, cū dignitate, p̄ſonatu, vel officio Prioratu, eccleſia, vel bene

ideo expedit, ꝙ epiſcopus ipſas vniat ſi propter ipſa adſit paupertas, aliàs caderent ſub iſta pęna. Sed nunquid dependentes vel vnitæ præſumentur tales eſſe, ſi alià de hoc non doceatur expreſſè: tamen eſt per xl. annos ſic fierè conſuetum? Non credo ꝙ ſit actus præſcriptibilis, cum ſine inſtitutione canonica talia teneri non poſſint, ſicut dicitur de decanatibus & eccleſijs curatis. infra dixi plenè de hoc. Omnia verò alia ſunt ſimplicia. & in iſtis an ſint cōpaſſibilia necne, ideſt an duo q̄s poſſit in ſimul retinere, diſtinguit: quia aut q̄s tenet ea nō vt intitulata, ſed vt ſimplicia beneficia, aliàs velut commendata, in quo caſu talis non cenſetur clericus illius eccleſiæ, qua quis intitulatus non eſt, licet beneficiatus inibi ſit, vt not. 22. q. 1. c. 1. & voco hic beneficiatum ſine titulo iſtos aſſiſios, portionarios, præſtimoniarios habentes altaria vel capellas pro Miſſis defunctorum. s̄. de cle. non reſi. c. pen. de pręb. ſignificatum. & idem de habentibus poſſeſſiones ad vitam. 16. q. 1. poſſeſſiones. & q. 3. illud. 12. q. 2. quicunque. cum ſimilibus. Et in hoc caſu crederem aliquē de iure cōi poſſe habere plures, maximè vbi aliàs p ſe non ſufficeret niſi fortè ex iure ſpeciali, puta priuilegio, ſtatuto, ſeu conſuetudine eſſet prohibitus. Sunt alia ſimplicia & intitulata, ſicut ſunt eccleſiæ rurales ſine cura, vel præbendæ alicuius eccleſiæ collegiatę, vel cathedralis. 70. diſt. ſanctorum. 71. diſt. clericos. 21. q. 1. c. 1. nec talis ſic intitulatus recedere debet ab illa, in qua vocatus eſt. 7. q. 1. epiſcopum. quo caſu propriè dicitur clericus talis eccleſiæ. Sed in iſtis duobus caſibus vltimis quæro de tribus quæſtionibus. Prima eſt, an de iure quis poſſit duo talia beneficia vel vnum duplex cum alio ſimplici inſimul retinere? Secundò, an de conſuetudine ſaltē? Tertiò, an ex diſpēſatione? Ad primū dicendum eſt, ꝙ tā titulata q̄ intitulata, vel etiā vnum de illis cum vno duplici quis tenere poteſt, de iure & conſuetudine Romanæ curiæ, vt s̄. de præb. extirpandæ. §. qui verò. per Innoc. & de pręb. ſuper eo. lib. 6. fructus tamen illius prębendę ſeu beneficij in quo reſidet, non percipiet, & ſic erit canonicus, & non prębendarius: & ſic quaſi canonicus honorari' ad inſtar honorarij tutoris. ff. de admi. tut. & pericſi. plures. §. 2. iſte. n. vocabitur ad cōmunes tractat', vt not. Hoſt. in c. ſuper inordinata. nec in hoc caſu ille, qui tali aliàs beneficiato dat ſcienter ſecundo beneficium, poterit ipſum cogere ad reſidentiam, quia ſuper ea tacitè videtur diſpenſare cum eo, vt not. Inno. de cler. non reſi. c. fi. & de pręb. cum iamdudum. Quid ergo erit de conſuetudine in talibus? Diſtingue quia aut loqueris in eadem eccleſia, aut in diuerſis. Si primo, non potes diuerſa ſeu plura habere. s̄. de conſue. c. 1. lib. 6. quę decre. videtur intelligi de intitulatis inibi perpetui, quouis nomine dictum beneficium cenſeatur: quia ſecus crederem de alijs, puta pręſtimonijs, officialibus, Prioratibus temporalibus ſeu clauſtralibus, ſyndicatibus, vel alijs officijs ſimilibus. Si autem loqueris in diuerſis eccleſijs, hic non poſſum dare certam doctrinam de conſuetudinibus, priuilegijs, ſeu ſtatutus ſingularibus ſeu ſpecialibus, cum ſint facti, & in facto conſiſtant. s̄. de conſti. licet. lib. 6. vnum tamen dico, ꝙ ſi conſuetudo vel ſtatutum conditionet in ſua eccleſia beneficia ſic, quicunque beneficiatus aliàs adipiſcatur beneficium in iſta eccleſia, eoipſo vacet illud: & ſint ambo beneficia in poſſe ſtatuentis: primum vacat de facto, licet aliàs eſſet cum ſecundo conpaſſibile de iure, niſi eſſent diuerſi collatores, & collator primi beneficij intra ſex menſes contradiceret, iuxta ea quę not. Inno. ſupra de renun. admonet. de pręb. de multa. ſic intelligo quod not. per Inno. & Hoſt. s̄. de conceſ. pręb. litteras. & dixi ſupra. Quid ſi ſtatutum dicat, ꝙ talis compellatur dimittere primum, ſicut eſt in ſtatutis eccleſię Barchinoñ. Dic quòd in hoc caſu erit opus facto hominis: nec crederem quòd pręciſè poſſet epiſcopus agere contra talem ad dimittendum primum: ſed conditionaliter, ſcilicet ſi velit retinere ſecundum: ex quo nec de iure, nec de ſtatuto aſſecutio ſecundi aufert ſibi primum. ſic intelligitur s̄. de pręb. referente. Sed numquid conſuetudo per quadraginta annos ſeruata poterit viceuerſa incompaſſibilia facere compaſſibilia, verbi gratia, Conſuetudo patitur, ꝙ decanus ruralis, qui habet viſitare, & archidiacono vel epiſcopo referre, & ex hoc procurationem recipere, inſtituere corporaliter rectores eccleſiarum vacantium cuſtodiam gerere, & tempore vacationis adminiſtrare diuina, & exercitium curę in ipſis, habeat vnà cum decanatu tali vnam eccleſiam curatam illam vel iſtam ſi qua ſibi aliàs canonicè conferatur: numquid talis conſuetudo excuſat contra iſtam decre. execrabilis. & à pœnis eiuſdē? Videtur ꝙ ſic. s̄. de conſti. cum omnes. in fi. cum excuſet in ſacramentis, quod eſt fortius. 91. diſt. peruenit. Item in matrimonijs. s̄. de ſpon. duorum. c. fi. de cog. ſpi. ſuper eod. tacitè enim videtur conſenſiſſe princeps, ex quo per xl. annos obſeruata fuit inconcuſsè ſaltem in maiori parte eccleſiarum, vt de offi. archid. c. fin. & ſic cum facti ſit, non videtur eam reuocaſſe per ſuam generalem conſtitutionem, in qua de ipſa non fuit facta ſpecialis mentio, vt patet per c. s̄. de conſti. licet. lib. 6. Contrarium credo, nam expreſſè dicit textus, ꝙ quicunque receperit beneficium habens curam animarum annexam, ſi prius tale beneficium habebat, eo ſit ipſo iure priuatus, quod exponit Inno. dicens, tale ſcilicet curam habenes ſtrictè in foro animæ. s̄. de pœn. omnis. ſiue largè, ſcilicet ſi habet in foro contentioſo. s̄. de elect. dudum. & hoc ſiue habebat in eccleſia cathedrali collegiata, parochiali, vel capellania, & etiam licet non habeat ſpecialem eccleſiam, vel in eccleſia certa: habet tamen ſuper certa loca, iuxta c. s̄. de præben. ſuper eod. lib. 6. de quo per Inno. in c. de multa. & de offic. archid. cum ſatis. ex quo ſequitur, ꝙ ſi ſic intitulati in diuerſis eccleſijs vel beneficijs, erant primò ipſo iure priuati: ſequitur, ꝙ non poſſidebant ipſam à principio aliqua poſſeſſione colorem habente ſeu adminiculum iuris: & ſic non pręſcribebant. s̄. de reg. iur. ſine poſſeſſione. lib. 6. 8. diſt. quo iure. s̄. de præſcript. cauſam. de reſtitutio. ſpol. ex parte. de reg. iur. beneficium. lib. 6. maximè cum in titulis beneficiorum, qui omnino ſunt ſingulares, vt 8. q. 1. olim. poſſeſſio vnius non iuuat alium, cum in talibus non cadat ſucceſſio iuris vel facti, licet in caſu cadat ſucceſſio litis vel cauſæ, vt ſupra vt lite pēd. ſi hi. in fi. lib. 6. & dicto c. olim. de præben. c. 1. de hoc etiam dixi ſupra in extrauag. ſuſcepti. Non obſtat s̄. de præſcript. ſi qui exigentibus lib. 6. vbi non præſcribunt priuati ipſo iure: ſed eorum ſucceſſores cum bona fide: in noſtro autem caſu non eſt dare ſucceſſorem, vt dixi s̄. eod. c. & alia ratio, ſcilicet ꝙ conſuetudo non valeat in tantum grauamen eccleſiarum & derogationem Papę & legis ſuæ, cum introducendo conſuetudinem populus ſeu clerus habeat intentionem ſuam declarare ex ipſis factis. ff. de leg. l. de quibus. ſed ipſe clerus in factis Papę nihil habet declarare, cui ineſt obſequendi neceſſitas, non auctoritas impetrandi. 19. diſt. ſi Romanorum. & c. in memoria. maximè vbi expreſsè ſoli Papæ reſeruatum eſt, ſicut eſt in noſtro caſu. ſimile 93. diſt. illud. 100. diſtinct. contra morem. s̄. de conſue. c. 1. & c. quanto. & c. vlt. cū ſimilibus. Idem videtur dicendum de conſuetudine aliquorum monachorum, qua adminiſtratores, puta Prior eius clauſtralis, camerarius, ſacriſta, celerarius, vel ſimiles poterunt cum ſua adminiſtratione tenere vnum Prioratum extra, vel aliud beneficium, ſi ſibi aliàs conferatur, quod videtur reprobari in perpetuis, vt hic: & ſuprà de præben. cum ſingula. lib. 6. ſecus in temporalibus, vt dixi ſuprà de Priore clauſtrali. & de officialibus eorum & ſimilibus. Ad tertium quo quæritur, an poſſit, & quis cum talibus diſpenſare? Et videtur quòd nullus citra Papam, quia ex quo talia beneficia facta ſunt incompaſſibilia de iure, & de conſuetudine vel ſtatuto, & ipſæ conſuetudines & ſtatuta aſſumunt vigorem à Papa, qui in eis tacitè vel expreſsè videtur conſentire, & eis firmitatē dare, vt s̄. de maio. & obe. ſi quis. & de hoc not. ſupra de conſti. licet. lib. 6. ergo citra Papam nemo poteſt diſpenſare. non enim ipſi ſtatuentes per ſe ſtatuunt: ſed potius ipſe Papa qui in ſuo canone dedit eis poteſtatem ſtatuendi: arg. s̄. de transla. inter corporalia. circa medium, ibi præſertim, cum nec ſine auctoritate Romani Pontificis, & c. canonem. ſupra de maio. & obed. ſi quis. de ſent. excom. ſi concubinæ. imo videtur ꝙ nec ipſe Papa, ſaltem in ijs, quę ſunt ſtatuti, vel conſuetudinis, cum diſpenſatio non faciens mentionem de alio iure ſpeciali non valeat. s̄. de præſcrip. cum olim. & c. veniens. ſed Papa non poteſt diuinare omnia iura ſpecialia, vt s̄. de conſti. licet. ergo, &c. Ad q̄d dicendū ꝙ in ſupremis & duplicibus Papę in ſimplicib. vel vno ſimplici & alio duplici nō requirit̄ diſpēſatio, ex quo ſunt de ſe cōpaſſibilia, vt hic. & not. de pręb. cū iamdudū. & c. extirpandę. §. qui verò. per Inno. fallit primò, niſi conſuetudo vel ſtatutum faceret ea incompaſſibilia, vt s̄. dictum eſt. Secundò vbi exigitur perſonalis reſidentia in vtroque: quia tunc ſuper reſidentia alterius ordinarij diſpenſatio requiritur, niſi forſan dicas ꝙ collator ſecundi ipſofacto ſuper reſidētia diſpenſat in hoc, quòd tali ſic aſtricto primo beneficio confert ſecundum, vt not. Inno. de cler. non reſiden. cap. final.

Beneficia ſimplicia an ſint incompaſſibilia.

Cōſuetudo poteſt quandoque beneficia conditionare.

Beneficia incompaſſibilia an per conſuetudinem poſſint fieri cōpaſſibilia.

Cura animarum habetur in duplici foro.

Beneficiorum tituli ſunt ſingulares.

a ¶ *Prioratibus.*] collegium ſcilicet habentibus, ſeu eccleſiā

parochialē ſibi annexam , duntamemen eccleſia immediatè per ipſum Priorem regatur, quia ſi ſecus per vicarium perpetuum,vt ĵ.§.finali.

a ¶*Diſpenſationis ſufficientis.*]diſpenſatio.n.erit ſufficiens,ſi quicquid erat impedimenti relatum in ipſa fuerit,& expreſſè ſuper omnibus diſpenſatum, aliàs non,vt ſupra de elect. dudum 2.in fi.de conſan. quòd dilectio.de præben.non poteſt.lib.6.

b ¶ *Quæ* .] ſcilicet vnum curatum , & aliud non curatum.

c ¶*Notitiæ.*] ſupple, per quemcunque de iſtis ſcitæ. & ſic non à tempore, publicationis factæ in curia vel prouincia : quia ſi intelligeret , publicationis, ita dixiſſet ſicut dicit, notitiæ . argum. ſupra de deci.ad audientiam. ſimile ſupra de conceſ. præb. quia diuerſitatē. cum ſimilibus. Is enim qui neſcit , non dicitur poſſe experiri.2.q.5.biduum. ff. de calum.annus.

d ¶*Cæteris.*] verſiculus eſt.

e ¶*Sine cura.*] aliàs tamen de ſe incompaſſibilia de iure, vt infra patet.

f ¶*Coram ordinarijs.*] id eſt diœceſanis , non aliàs, vt infra eod.§.cæterùm.

g ¶*Publico* .] ſcilicet tabellione , vel Papæ, vel Imperatoris , vel alio , creato tamen ab illo qui poteſtatem habuerit hunc creandi ex conſuetudine vel de iure, vt legitur,& not.ſupra de fide inſtr.c.1.& 2.& cap. cum dilectus . & cap. fin. ſimile ſupra de elect. vt circa. & de offi.ordi.ſi canonici.lib.6. An officium tale ſit voluntariæ iuriſdictionis in tantum quòd extra territorium creantis ipſum valeat exercere,vel potius contentioſæ,& ſic non poterit,non eſt materia propria:ſed de hoc not.Hoſt.ſupra ne cle.vel mona.ſicut te. Sed numquid authenticum ſigillum epiſcopi vel alterius prælati erit teſtimoniū publicum?Non videtur, quia ſi Papa hoc voluiſſet, adieciſſet ſicut fecit in dicta decre.ſi canonici. & in c. vt circa. adiecit literis. quod exponitur: ſigillo authentico ſigillatis.Credo ꝙ authenticū ſigillū ſatis faciat teſtimonium publicum : duntamen illum cuius eſt ſigillum, principaliter non tangat : ſed alios potius , maximè ſubditos. arg.ſupra de proba.poſt ceſſionem. & c.quoniam. & de teſti.à nobis.cum ſimilibus. vndè licet in iudicialibus non credatur regulariter vni,vel eius ſigillo. vt ſupra de proba.quoniam.in extraiudicialibus tamen talibus miniſtris & eorum ſigillis circa officium ſuum creditur.arg.ff. de rebus eorum.l.magis.§.illud.ſic Compoſte.ſupra de reſcript.capitulum.

Sigillum epiſcopi an ſit teſtimonium publicum.

h ¶*Idem tempus.*]ſcilicet ſex menſium.

i ¶*Realiter.*]duntamen eſſent præſentes in ſuis beneficijs, aliàs ſi ſint in curia vel aliàs longè,ita ꝙ præſentialiter hanc realitatem non poſſint intra dictum tempus oſtendere, nec ad effectum dimiſſionem perducere, ſufficit ꝙ animo & verbo expreſſo faciant hoc cū teſtimonio publico ibi vbi ſunt,& quòd hoc vt citius poterunt, mittant & denuntient dictis diœceſib⁹. & hoc credo ꝙ ſufficit,duntamen poſtea nullum ius ſibi in ipſis vendicent , nec per ſe vel per alios aliquod impedimentum apponant,quominus Papa poſſit liberè diſponere de eiſdem.arg.22.q.2.faciat:

k ¶*Noua collatione.*] quæ immediatè eis fieri poterit etiam per ordinarios , ſi aliàs beneficia iſti compaſſibilia dimitterent : duntamen eſſet ordinarijs facultas diſponendi de iſtis, cum non propter crimen,ſed ſolo placito Papæ iſti huiuſmodi beneficijs ſunt priuati.arg.ſupra de elect.ſuper.eo.

ficio ſine cura,q̄ habere maluerint , prætextu diſpenſationis [a] ſufficientis circa id eiſdem indultæ, poſſint licitè retinere: quæ [b] tamen teneantur eligere intra menſem numerandū à tempore notitiæ [c] conſtitutionis iſtius : Cæteris [d] beneficijs cum cura , vel ſine [e] cura , quæ ipſius diſpenſationis prætextu tenebant , & quæ aliter ante non poterant de iure abſque diſpenſatione aliqua licitè retinere, quæ nos extunc vacare decernimus, coram ordinarijs [f] ſub teſtimonio publico [g] intra idem [h] tempus verbaliter, vel realiter [i] cum effectu dimiſſis : abſque eo quòd ad illa nūquam ſine noua collatione [k] ab eo qui facere poterit facienda redire , aut eorū adminiſtrationi ſe immiſcere [l] præſumant . Alioquin tam his quàm alijs omnibus beneficijs,quæ virtute huiuſmodi noſtri moderaminis retinere poterant [m], vt ꝓfertur, ſint ipſo iure priuati, & prorſus inhabiles ad ſimilia beneficia obtinēda [n]. ¶Per hoc [o] autem ijs qui dignitates, perſonatus,officia, Prioratus , vel alia beneficia curam animarum habentia ex diſpenſatione , quæ ius [p] tribuat, iuxta noſtram moderationem pręſcriptam obtinent , & alia ſimilia beneficia noſtrarum vel eorundem prædeceſſorum auctoritate literarum expectant [q], cum quibus eſt, vt illa cum vacauerint recipere , & vnà cum obtentis retinere licitè valeant , diſpenſatum , nolumus derogari quin ea cū vacauerint , intra dicti temporis ſpatium poſſint eligere , & dimiſſis alijs recipere in forma pręſcripta ac licitè retinere:pęnas ſimiles incurſuri , ſi huiuſmodi noſtrę contraire pręſumpſerint ſanctioni. ¶Porrò [r] qa quorundam oculos ſic auaræ [ſ] cupiditatis vitium excecauit , quòd plura talia beneficia ſimul abſque diſpenſatione canonica retinere præſumunt [t] : nos de illis præſenti decreto ſtatuimus , vt omnia & ſingula beneficia ſic detenta (illo tamen retento , quod vltimò receperunt , dummodo in eo ex collatione canonica [u] competat ius

l ¶*Se immiſcere.*]& ſic eſt arg.quòd immiſcens ſe beneficio quo priuatus eſt vel ſuſpenſus,iure qđ in eo obtinet,priuatus eſt ipſo iure . quod credo verum vbi expreſſit in pœnam,hoc eſt in ipſa vel alia conſtitutione adiectum , ſicut eſt hic ĵ. alioquin,&c.& ſ̃.de elect.cupientes.§. cæterùm. lib.6. aliàs ſecus. ſed punietur arbitrio ſuperioris,vt ſ̃.de elect. ſtatuimus. in fi.lib.6.& ibi per Hoſt. ſuſpenſio enim à beneficio non procedit à claue , nec comprehenditur ſub cēſuræ nomine ſed ſuſpenſio ab officio duntaxat ſ̃.de verb. ſignifi. quærenti . & de exceſ. præl.tanta. quod patet, quia abbatiſſa licet non habeat claues , vt ſ̃. de pœn.noua.nihilominus hanc pœnam infligit, vt ſ̃.de maior. & obed. dilecta . aliàs per totum mundum ſe extenderet , ſicut vſus clauis ſe extendit , vt ſ̃. de treu.c.1 in fi.& tamē non tranſgreditur territorium proferentis eandem , vt ſ̃. de elect. ſi compromiſſarius . lib. 6. cum ſimilibus.

m ¶ *Poterant.*] quæcunque illa ſint,ſiue de iure communi,ſiue diſpenſatione mediāte eis cōpeterēt. ex quo dicit ſ̃. oībus in cōtrariū videtur:nā ſola illa videt̄ eis auferre, quæ obtinebant ex diſpenſatione , & nō alia: qđ videt̄ innuere ꝑcedens verbū : ibi , virtute huius noſtri ,&c. ergo ſecus de alijs.maximè cū ſit pęnalis hæc cōſtitutio,& ſic reſtringēda.de pęni. diſt.1.pęnę.ꝓ prima parte facit qđ ſequit̄, & ꝓrſus inhabilis,&c.huic tñ poſſet reſpōderi,ꝙ turpius eiicit̄ &difficilius , quàm nōadmittitur hoſpes.ſupra de iureiur.quemadmodum.

n ¶*Obtinenda.*]& ſic qui grauiter offendit principem,multiplici pęna punit̄.ſ̃.de iudi. at ſi clerici.in fi.de exceſ.ꝑla.grauē.

o ¶*Per hoc autem.* Quinta pars.

p ¶*Quæ ius tribuit.*] ſcilicet ſpeciale,cum priuilegium ſit ius & lex priuata.3. diſtin.porrò.

q ¶*Expectant.*] & ſic habebant ius ad rē tm̄.vñ not.hic ꝙ ſuperueniens cōſtitutio priuatiua fortius operat̄ in beneficijs realiter poſſeſſis , q̄ in his in quib. tñ ius eſt ad rē,qđ eſt contra decr.ſ̃.de cōceſ.ꝑb.qm̄.lib.6.Dic ꝙ non obſtat,quia ibi ſimpliciter reuocabat expectantes,& ius ad rē ſolū obtinētes,hic ſub conditione,optione ſcilicet ſeruata retinēdi qđ vellent,q̄ optio nō poſſet habere locū in hoc caſu, niſi adhuc ꝑduraret ius iſtis expectantib. qđ ſit ne ſint deterioris conditionis,q̄ alij,& ꝙ cōſtitutio ſit oībus ęqua,& ne eorū impetrario multis expēſis & laborib.obtenta eis penitus ſit damnoſa,cū ignoret meritò qđ obtinebunt ratione expectationis:quia de futuris nemo cert⁹.& ſic optare nō poterāt,& ſic impedito nō imponit̄ cōſtitutio,ſicut nec ignorāti currit tēp⁹,vt ſ̃.de cōſt.c.2.de ele. eis.

Futura ſunt incerta.

r ¶ *Porrò.*] Sexta pars.

ſ ¶*Auaræ.*] auaritia enim eſt idolorum ſeruitus,vt ſupra de præben.auaritiæ. & de elect.auaritiæ.lib. 6. nam ipſa excęcat poſſeſſores ſuos , vt in dicto cap.auaritiæ .

t ¶*Præſumūt.*]hęc ꝑſumptio inducit infamiā,furtū, & peccatū mortale.vt ſ̃.de ele.dudū 2.vbi de hoc.nā ꝑ iſtud qđ erat expulſiuū oīum aliorū,ex quo alia erāt ſibi incōpaſſibilia, videt̄ alijs tacitè renūtiaſſe,& ipſa ꝓ derelicto habuiſſe,iuxta decr.ſ̃. de ꝑb.de multa.21.q.2.ſi qs iā tranſlatus.& arg.32.q.2.cū renuntiat̄.nā ſicut clauus clauo retundit̄:ſic vnū beneficiū alio. de iſtis tñ incōpaſſibilib.dic vt in dicto c.de multa.ꝑ hoc.n.videt̄ ſublata opinio Gar. poſita ſ̃.de offi.ord.ordinarij.li.6.q̄ videtur in talibus dare electionē.de quo dic vt ibi,& in ſeq.glo.

u ¶*Ex collatione canonica.*] hoc videtur impoſſibile , quòd ex

eiſdem [a]) intra tempus, vt præſcribitur, limitatum, verbo & facto ac ſine fraude, coram ordinarijs ſub teſtimonio ſimiliter publico dimittere teneantur. Quod ſi non fecerint [b], & illo ſint ipſo iure priuati, in quo ius eis aliàs cõpetebat, & inhabiles [c] penitus ad q̃cunq; obtinenda eccleſiaſtica beneficia cenſeantˊ. ¶Qui verò [d] deinceps [e] receperint dignitatẽ, vel perſonatum, ſeu officium, aut aliud beneficium curam animarum habens annexam, ſi antea ſimile beneficium obtinebant, illud [f], quo ipſo iure (poſtquã ſecundi poſſeſſionẽ habuerint, vel per eos omni dolo & fraude ceſſantib. quo minus [g] habeant ſteterit [h]) priuati noſcuntur, abſque moræ diſpendio in ordinariorum manibus dimittere debeant pari modo [i]: Alioquin [k] extunc ſint ipſo iure ſecundo [l] priuati, & nedum ad ſacros ſuſcipiendos ordines, quinetiã ad habendum quodcunque aliud eccleſiaſticum beneficiũ inhabiles reputentur. ¶Quę [m] omnia & ſingula beneficia vacatura [n], vt pręmittitur, vel dimiſſa, noſtræ & ſedis [o] Apoſtolicæ diſpoſitioni, de ipſorum fratrum conſilio reſeruamus: Inhibentes ne quis præter Romanum Pontificem, quacunq; ſit ſuperhoc auctoritate munitus, de huiuſmodi beneficijs diſponere, vel circa illa per medium permutationis, vel aliàs innouare hoc quoquo modo [p] præſumat. Nos [q] enim ſi ſecus actum ſeu attentatum fuerit, irritum decernimus [r] & inane. ¶ Cæterùm [ſ] ordinarios, intelligimus in caſibus ſupraſcriptis epiſcopos [t], in quorum ciuitatibus,

ex quo quis primò tenebat plura beneficia curata, & incompaſſibilia ſine diſpenſatione: & ſic per conſequens erat vt fur, infamis, & ineligibilis, & in mortali peccato conſtitutus, vt ſ. de elec. dudum 2. ꝙ tali canonicè poſſit aliud dari. imo dicit decret. ꝙ niſi prius talia ſic ſine diſpenſatione obtenta liberè, & ſponte reſignent, collatio facta de alijs penitus nullius eſt momẽti, vt ſ. de offi. ordi. ordinarij. in fine. Poteſt dici quòd illa loquitur vbi plura tenebat illicitè antequam vltimum aſſequeretur, vel vbi illa priora habebat licitè cum diſpenſatione: ſed non erat in ea ꝙ non poſſet aliud recipere. ſed hic vbi duo tantùm, ſic ꝙ ante aſſecutionem ſecundi licitè tenebat primum: & ſic concordat ibi cum decre. de multa. ſ. de pb. Cũ decr. de multa. videtur iſta ſimilis omnino. ſed huic cõtradicit etiam in hoc qđ ſuprà dixerat plurima. quod verbum plura quàm duo videtur comprehendere: quare videtur potius ꝙ ſpecialis ſit hæc prouiſio, per quam Papa vult talibus proſpicere efficiẽdo gratiam, ſcilicet ꝙ dato ꝙ in nullo de iſtis haberent ius, poſſint tamen vigore huius decret. vltimum retinere, aliàs eis canonicè collatum, quod denotat hoc verbum, aliàs. quaſi dicat non erat omnino canonica collatio propter pluralitatem, quæ hoc impedierat: ſed aliàs, id eſt, ſi non eſſet pluralitas, canonica erat: aliter non video ꝙ poſſet reſponderi dictis decre. dudum. & c. ordinarij. Vndè iuxta hoc vidi dubitari, An obtinentes plura beneficia de ſe incompaſſibilia ſine diſpenſatione habeant vocem in electione, & ſic an poſſint eligere actiuè. Secundò an poſſint eligi paſſiuè. Tertiò, an ſi quis electus fuerit, poſſint ſecum per inferiorem Papa ſine reſignatione diſpenſari. vnde planũ eſt, ꝙ & talis cum ſit in peccato mortali, vt not. glo. ſ. de elect. dudum. in fin. & ſic quo ad ſeipſum tantùm ſuſpenſus, non quò ad alios, non debet in officio ſuo vitari, vt legitur ſ. de vita & honeſt. cler. quæſitum. imo ſi acquiſiuit beneficium, poterit cum eo per ſuum epiſcopum diſpenſari prout videntur not. Inno. & Hoſt. ſ. de tẽp. ord. dilectus. & de cler. excom. poſtulaſtis. glo. in verbo, diſpenſare. quod credo verum: niſi dictum peccatum non habebit infamiam publicam ſeu reſtitutionem rei alenæ ſibi annexam: nec ſit tale ꝙ aliàs impediat de ſe executionem ordinum vel officij poſt peractam pœnitentiam. de quo per Inno. ſ. de deſponſ. impub. ad diſſoluendum. & de renun. niſi. ſicut eſt iſte, niſi forſan aliud ſit poſt dimiſſionem illorum beneficiorum, quę iniuſtè detinet, vt in c. dudum. Sed an poſſit eligere vel eligi quæritur: & ꝙ poſſit eligere, eſt arg. ſ. de elect. cum Vintoñ. niſi ſuſpenſus per triennium à beneficijs pro eo, quia inſufficientem eligit: ſi interim immineat electio, eligere poteſt. facit etiam eod. tit. perpetuo. lib. 6. Item etiam ꝙ eligi poſſit, facit ſ. de iureiur. ſicut noſtris.

Electio, an impediatur propter beneficiorum incompaſſibilitatem.

a ¶*Ius eiſdem.*] aliàs ſubaudi, quàm propter pluralitatem.

b ¶*Quod ſi non fecerint.*] verſiculus. Gul. de mõte Lauduno.

c ¶*Inhabiles.*] ſupple, perpetuò, ex quo intra ſex dictos menſes non compleuerint præmiſſa. & in hoc additur ad decret. dudum. per quam tenet Inno. ꝙ ſtatim libera dimiſſione facta de illis beneficijs, quę iniuſtè tenebat, deſinebat eſſe ſuſpenſus, ineligibilis, & infamis, quod intelligebat Hoſt. ſ. de reſcript. poſtulaſti. in fin. in reſtitutione prius tamen facta de fructibus malè perceptis: antea verò non. hic autem indefinitè, & ſic perpetuò eos inhabilitat. Qui enim ſimpliciter deponitur, perpetuò deponitur, vt 50. diſtinct. cap. 1. in fi. quod crederem verum, ſi pœna imponeretur pro crimine cum cauſæ cognitione & definitiuè, & beneficia tali ſtatim poſſint conferri, ex quo eſt per ſententiam damnatus. ſi verò interloquendo non expreſſa cauſa, tunc vſque ad ſolutionem intelligitur ſuſpenſus, ne rumpatur neruus eccleſiaſticæ diſciplinæ. Si verò fueit cuſa expreſſa, vt quia pro contumacia vel offenſa, tunc vſque quo de illis ſatisfaciat: ſed vbi pro contumacia vt hic videtur, tunc non eſt perpetua pęna ſimpliciter appoſita, ſed temporalis tantùm, id eſt, quamdiu contumacia durat, vt ſ. de conſt. ex literis. vbi de hoc: quare hæc decre. videtur intelligẽda ſecundùm dictas opiniones doctorũ: ſed prima videtur verior, ſ. ꝙ pęna ſit perpetua, per hoc qđ ponitur j. in ver. alioquin. ibi, extunc, &c. vbi inhabilitãtur quo ad ordines, & quo ad quodcunque aliud beneficiũ, & priuantur ẽt licitè obtento: magnum etenim crimen eſt tantam inobedientiã committere aduerſus ſic deliberatam & ſic expreſſam principis voluntatem: & ideo ſatis ꝑ crimine potius quàm pro contumacia videtur dicta pęna infligi. arg. ſ. de maio. & ob. illud. 81. diſt. ſi qui ſunt presbyteri. cũ ſimilibꝰ.

Pęna alicui impoſita, an intelligatur perpetua.

d *Qui verò.*] ſeptima pars.

e ¶*Deinceps.*] hoc intelligas de his, in quib. tempore conſtitutionis nõ obtinebat ius in re, ſed ad rem, vt ſ. dicitur in §. per hoc. quem tm̃ iſte §. reſpicit. ſecus aũt eſſet de vacãtib. aliàs q̃ per iſtam conſtitutionem, in quibus antiqua iura nõ ꝑmutantur, cum per ſpecialem prouiſionem communia iura regulariter non tollantur. 1. q. 6. exigunt. 29. diſt. per totum. & ſic quantùm ad hoc eſt conſtitutiua iuris noui, non autem recitatiua antiqui. ſimile de hoc legitur ſ. de pręb. de multa.

f ¶*Illud quo ipſo iure.*] de quo ſ. de pręb. de multa. & c. licet epiſcopus. lib. 6.

g ¶*Quo minus habeant.*] ſubaudi poſſeſſionem.

h ¶*Steterit.*] ſimile ſ. de elect. commiſſa. §. annus. lib. 6.

i ¶*Pari modo.*] ſcilicet intra ſex menſes ſub teſtimonio publico verbaliter, realiter, & cum effectu.

k ¶*Alioquin.*] verſiculus.

l ¶*ſecundo.*] & ſic habito iſto, ſ. ſecũdo, in quo ius habebat, & habito. ſ. primo, in quo non habebat ius. & in hoc additur ſecũda pœna ad dictam decr. de multa. nam primum erat ibi, ſ. ꝙ eſſet primo beneficio ipſo iure priuatus, & ſecũdo priuaretur: ſeu hodie in caſu huius cap. ſunt ipſo iure priuati vtroque, vt hic patet: tertia vt ſit inhabilis ab ordinibus ſuſcipiendis: quarta à quocunque beneficio, vt j. ſequitur.

m ¶*Quę omnia.*] Octaua pars.

n ¶*Vacatura, vt pręmittitur.*] vt quia eliget quod mallet vbi plura tenebat cum diſpenſatione: vel retinebit vltimum vbi alia tenebat ſine diſpenſatione, vel primum vacabit quod licitè obtinebat, vbi ſecundùm adipiſcitur, in quo habebat ius ad rem tempore quo iſta conſtitutio fuit facta: aliàs contra, vt ſ. vel quia omnibus ipſo iure priuatus erit, ſi hanc decre. non ſeruet, & ſic poſſunt eſſe vacatura propter iſtam decr. altero de quatuor modis.

o ¶*Sedis Apoſtolicę.*] & ſic durabit ꝑpetuò hæc prouiſio, cũ ſedes ipſa nõ moriať, vt ſ. de reſcr. ſi gratioſè. li. 6. 12. q. 2. liberti.

p ¶*Quoquo modo.*] & in hoc caſu ceſſabũt prouiſiones illarũ decr. ſ. de pb. ſtatutũ. & c. Apoſtolica. lib. 6. cum non ſit mirum, ſi per ſpeciale generali, & per vltimum prioribus derogetur. ſupra de reſcr. c. 1. & de offic. deleg. ſuper quæſtionũ. in prin.

q ¶*Nos enim.*] verſiculus.

r ¶*Irritum decernimus.*] de hac decret. dic vt ſupra de elect. ſi eo temoore. & de conceſ. præben. quia cunctis. lib. 6.

ſ ¶*Cæterùm.*] Nona pars.

t ¶*Epiſcopos.*] & ſic ſtrictè accipit hic ordinarius pro diœceſano tantũ: aliàs aũt regulariter accipitur ꝑ plato alicuius eccleſiæ, maximè in beneficijs ad plenã eorũ collationem ſpectãtibus. ſ. de elect. licet canon. & de of. ord. li. 6. Quid erit de illis rectoribus, quibus in priuilegio abbas Cluniaceñ. cõmitti curã

Ordinarius in iure pro quibus accipitur.

animarum: inſtituit & deſtituit,& facit per quem vult epiſcopum ordinari, & breuiter in omnibus & per omnia diſponit de presbyteris ſuis ſicut epiſcopi de ſuis proprijs: nunquid cẽſebitur diœceſanus ipſe abbas in hoc caſu? Non credo, cum hic ſit ſpecialis prouiſio, à qua recedendum non eſt, etſi perquã dura ſit. ff. qui, & à quibus. l. proſpexit. & ſic erit hic caſus epiſcopalis, qui computetur inter illos, de quibus not. Hoſtien. ſupra de vſur. cum tu.

a ¶[*Capitula.*] quę ſuccedunt in adminiſtratione eccleſiæ vacantis. de maio. & obe. epiſcopali. lib. 6. de hęret. cũ ex iniuncto. in fi.

b ¶[*Et hi.*] verſiculus

c ¶[*Dimiſsis.*] per obedientes huic conſtitutioni.

d ¶[*Perditis.*] ſubaudi propter pœnam huius conſtitutionis, vbi rebelles vel inobedientes in dimittendo fuiſſent.

vel diœceſibus conſiſtunt beneficia, ſeu aliquod eorum, q̃ debent ſecundùm præmiſſa dimitti, aut ipſi, qui ea debent dimittere, commorantur, vel eccleſijs cathedralibus vacantibus capitula[a] earundem. Et hi[b] de beneficijs tam dimiſſis[c], quàm (vt præmittitur) perditis[d], nos, vel Apoſtolicam ſedem certificare ſtudeant quã primùm commodè poterunt[e] indilatè, vt de illis ſalubriter diſponere valeamus[f]. ¶ Quãtùm[g] autem ad modificationem[h] perſonatuum attinet antefactam, illa duntaxat & nõ alia beneficia eccleſiaſtica quocumque nomine nuncupentur, curam habere cenſemus, quę parochias habent, in quibus eſt animarum[i] cura annexa, non per vicarios perpetuos[k], ſed per rectores, aut miniſtros beneficiorum ipſorum, vel illorum temporales vicarios exercenda. Necnon[l] ẽt illa[m] quorum miniſtris ratione beneficiorum[n] huiuſmodi competit viſitare[o]*, inquirere[p], procurationes[q] recipere, ſuſpendere[r], excõicare[s], ſeu[t] ab excommunicationis & ſuſpenſionis ſententijs abſolue-

e ¶[*Quamprimum commodè poterunt.*] ſimile ſupra de elect. cupientes. §. 1. in fi. lib. 6.

f ¶[*Valeamus.*] & ſic ex hoc, & ex multis ſupra poſitis apparet, quòd hæc conſtitutio ſpecialem prouiſionem continet: nec in aliquo Papa intendit per iſtam decre. de multa. vel alia iura de hac materia loquentia quantùm ad alia beneficia corrigere, vel in aliquo immutare. nec eſt in alijs ad conſequentiam trahenda, arg. 2. q. 7. exigunt. 19. diſt. ſciendum. cum ſimi.

g ¶[*Quantum.*] Decima pars. Guliel. de monte Lauduno.

h ¶[*Modificationem.*] hoc enim reſtrictionem denotat, vt s̃. de verbo. ſign. tranſmiſſę.

Cura dupli ci foro exercetur.

i ¶[*Animarum cura.*] exercenda, ſcilicet in foro animæ, vt hic, ſiue in foro contentioſo, vt infrà ibi, necnon. ergo à contrario ſenſu de beneficijs ſimplicibus etiam ordinem presbyteralem, diaconalem, vel alium ſibi annexum, † ex quo aliàs curam non habent, non intromittit ſe hęc conſtitutio, ſed de curatis duntaxat ad hoc ꝙ dicantur priuati ipſi obtinentes, vt ſuprà patet.

†Habentib.

k ¶[*Perpetuos.*] in hoc deuiat à decre. s̃. de præb. cum ſingula. in princ. lib. 6. & eſt caſus diuerſus, non aduerſus. Sed quæ eſt ratio diuerſitatis? Dic ꝙ ambitio monachorum, cui ſoli dicta decre. cum ſingula. obuiat, quæ tantò damnabilior eſt, quã tò ipſi mittendo manum ad aratrum, reſpiciendoque retro, in ipſis auaritiæ accenditur appetitus, vt s̃. de elect. quorundam. lib. 6. hic autem vniuerſos proſpicit. Vel aliter, hęc prouidet circa incompatibilia ſpecialiter, illa verò circa multiplicia quęcumque ſint generaliter. Vndè notabis ex hoc etiam verbo, perpetuos, ꝙ iſta decret. non adſtringit temporales officiales epiſcoporum, ſeu miniſtros, ſicut ſunt Priores clauſtrales, officiales epiſcoporum, ſeu vicarij, pœnitentiarij, celerarij, ſeu ſimiles, qui de anno in annum in ſuis monaſterijs commutantur, vt de hoc dixi ſuprà.

Monachorum ambitio plus eſt compeſcẽda, quàm aliorum.

l ¶[*Necnon.*] ver. Suprà locutus eſt Papa de cura, quæ exercetur in foro animę: nunc loquitur de illa, quæ exercetur in foro contentioſo, quam vocat textus ſpecialem iuriſdictionem. Supra de prębend. ſuper eod. lib. 6. & de elect. dudum 2. §. tãdẽ.

m ¶[*Illa.*] ſcilicet beneficia.

Subiecta talia ſunt, qualia permittuntur ab eorum p̃dicatis.

n ¶[*Ratione beneficiorum.*] Not. & ex hoc, quòd conſuetum eſt exerceri per miniſtros beneficiorum, talia ipſa beneficia iudicari, iuxta hoc quod dicitur, talia accipi ſubiecta qualia prędicata permittunt, vt not. glo. s̃. de deci. dudum. in fine. & ſic non curemus de nominibus beneficiorum, ſed de his potius, quę ſolita ſunt fieri per miniſtros ipſorum, cum officium iſtarum perſonarum eccleſiaſticarum ſubiectarum regulę, ſicut ſunt canonici, archjpresbyteri & ſimiles, de quibus habes 1. q. 3. Saluator. ſecundùm diuerſas conſuetudines circa viuerſa verſetur: & ideo illis titulis de offi. archi. & cęterorum ſequentium, non potuit dari certa doctrina de certis officijs, certis dignitatibus applicandis: immo vnum & idem officium certis quandoque officialibus applicatur, ſicut vides de ſacriſta & cuſtode, qui habent ſibi cauere de oleo, vt s̃. de offi. ſacriſtæ & cuſtodis. vñ videbis, ꝙ in eccleſiis aliquib. archidiaconatus ſunt oĩno ſine cura aliqua & iuriſdictione, ſicut eſt ĩ eccleſia Valẽtina: & p̃poſitatus, ſicut ſunt illi, de q̃b. no. Inn. s̃. de p̃b. de multa.

o ¶[*Viſitare.*] Nota hic ſubſequenter ſex, quæ ad ſpiritualem forũ contẽtioſum ſpectant, ſcilicet viſitare, inquirere, procurare, ſuſpendere, excõicare, abſoluere ab excõicatione & ſuſpenſione. Septimũ apponit decre. dutũ. §. tandẽ. ſ. interdicere: quorum ẽt alterũ tantùm ſufficeret per ſe quantùm ad pęnã huius conſtitutionis. quod patet in hoc quod infrà addit, ſeu quod totam orationem alternatiuã facere videtur, vt s̃. de reſcrip. inter cæteras. Quid ergo erit de iſtis prępatis religioſis ſeu ſęcularibus, qui eccleſias, in quibus habent perpetuos vicarios, quos præſentant epiſcopis, & ibi ratione temporalium, de quibus habent eis reſpondere, ſemel in anno viſitent ab antiquo de conſuetudine & procurantur? Non videtur habere locũ hæc decret. cum ratione alicuiꝰ ſpiritualitatis hoc non faciant, ſed ratione temporalitatis duntaxat: & ideo cum non attingunt aliquid quod verſetur circa ſubiectionem regulæ, non habet locum hæc decre. ſecus autem ſi viſitatio tenderet ad aliquid tangẽs diuinum officium quantumcunque modicum, ſicut faciunt aliqui archipresbyteri, qui non habent dum viſitant inquirere, niſi de cuſtodia Euchariſtiæ, & panis altaris, & ſimilibus, ita quòd non excommunicant nec corrigunt, aliàs nec abſoluunt. de quo dic vt per Inno. & Hoſtien. s̃. de cenſi. auctoritate.

Forum ſpirituale contentioſum habẽs quid exercere poteſt.

* *Viſitare.*] ſed qui ſunt illi, qui de iure poſſunt viſitare, & à viſitatis procurationes accipere? De epiſcopis & archiepiſcopis non eſt dubium: dumtamen ſint loca aliàs de ſe viſitabilia, vt s̃. de cenſib. auctoritate. cap. perpetuo. lib. 6. Sed nunquid patroni clerici? Idem videtur cauſa temporalium prouentuum, de quibus eſt eis per ſuos vicarios reſpondendum, vt s̃. de appell. bonę. & de præb. in Lateranenſi. De his non reperitur in iure: & ideo ſi talia exerceant, credo quòd magis hęc faciant de conſuetudine, vel ex inſtitutione fundationis, quàm de iure. argum. 18. quęſt. 2. Eleutherius. & licet talia exerceant, non propter hoc ſolum cadent ſub edictum huiuſmodi decret. cum temporaliter potius quàm ſpiritualiter videantur hęc facere. ſic in recipientibus albergas. hoc idem notaui plenius ſuprà: quare dic vt ibi. Guliel. de monte Lauduno.

Viſitare & procurationes accipere quibus p̃mittitur.

p ¶[*Inquirere.*] quantumcunque de modicis rebus, dumtamen ſint tales, quę ſint eccleſiaſticis regulis ſubiectę: ſecus de merè profanis, vt ſupra dixi.

q ¶[*Procurationes.*] quę ratione viſitationis, & ſic de iure debentur: quia ſecus ſi ratione conſuetudinis, pietatis, vel conſtitutionis ſint aliàs ſine viſitatione debitæ: de quibus loquuntur iura. 18. q. 2. Eleutherius. s̃. de ſup. negli. pręlat. c. 2. de pręſcript. cum ex officij. quæ tales in aliquibus locis vocantur albergę vel cœnę.

r ¶[*Suſpendere.*] tali ſuſpenſione, ſcilicet quæ procedat à claue, de qua ſuprà de exceſſio. pręl. tanta. & quæ attingat diuinum officium, vt 11. quæſt. 3. ſi quis epiſcopus in vtroque. aliàs autem non poteſt intelligi de alia ſuſpenſione qua ſuſpenditur quis à ſolo beneficio, vel alijs actibus temporalibus, à quibus etiam ſuſpendit abbatiſſa, quę non habet claues, & alij ſeculares. de quibus ſuprà de maior. & obed. dilecta. de pœn. noua. de elect. ſi compromiſſarius. lib. 6. 2. reſpon. nec de illa de qua loquuntur iura. ſuprà de tempo. ordin. ex tenore. & cap. quòd tranſlationem. vbi de hoc per Hoſtien. & de pœn. omnis.

Abbatiſſa ſuſpendere põt, licet claues eccleſię nõ habeat.

ſ ¶[*Excommunicare.*] quod eſt extra communionem hominum & perceptionem ſacramentorum aliquem ponere, ſiue diſtrahat à communione hominum tantùm, ſiue ſacramentorum tantùm, ſiue vtriuſque. & intelligo ſi exercendo iuriſdictionem in foro contentioſo ſolemniter hoc faciat: quia ſecus ſi tamquam ſimpliciter curatus, iuxta decret. ſuprà de offic. ord. ſi ſacerdos.

Excommunicare quid eſt.

t ¶[*Seu.*] iſta eſt alternatiua, de qua ſupra dixi. quę omnia præcedentia & ſubſequentia reſpicit. arg. ſuprà de appell. ſecũdò. & c. inquiſitioni.

Seu, alternatiua pręcedentia & ſequẽtia reſpicit.

a ¶[*Abſol-*

re [a] de cõſuetudine [b], vel de iure [c], iuribus alijs de animarum cura loquentibus in ſuo robore quo ad cętera permanſuris. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum moderationis, ſtatutorum, conſtitutionum, reſeruationis, inhibitionis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datũ Auiñ. xiij. Cal. Decemb. Pontificatus noſtri anno ſecundo.

a ¶*Abſoluere.*] & ſic not. ꝙ non ſemper qui excommunicat, abſoluit, vt de cõſec. diſt. 4. ſanè. de ſent. excõ. tua. & c. qcũque. li. 6. C. vbi ſenato. quotiens. §. adeo. C. de offi. proconſ. l. 2. Contra de pœn. diſt. 1. verbum. vbi dicitur ꝙ dominus par ius ligandi & ſoluendi eſſe voluit: ex quo vtrumque pari conditione promiſit. ergo qui ſoluendi ius non habet, nec ligandi. de quo dic vt ibi.

b ¶*De conſuetudine.*] puta archidiaconis vel abbatibus, ſeu aliàs in dignitate conſtitutis, vt in c. dudum 2. & requiritur ꝙ talis conſuetudo ſit aliàs legitimè per xl. annos præſcripta, vt ſ. de conſue. cum tanto. in fi. vbi de hoc. & dixi plenè in extrauag. Suſcepti. Sed quid erit de ſingulis canonicis vel alijs clericis ciuitatis vel

Iuriſdictionem habẽt aliq in ſuos ſeruitores.

diœceſis Beluaceñ. qui ex indulgentia vel conſuetudine habent iuriſdictionem ſuper ſeruitores ſuos, non tamen ꝙ poſſint excommunicare, vel aliàs ſpiritualiter ſeu corporaliter coërcere eoſdem, vt legitur ſ. de foro comp. cum contingat. vel de illis qui habent parochiales eccleſias præbendis ſuis annexas, in quibus iuriſdictionem ſpiritualem obtinent, & etiã curam animarum, ſecundùm quoſdam, de quibus loquitur capitulum ſ. de præb. ſuper eo. lib. 6. numquid tales poterunt tenere vnum beneficium curatum cum talibus beneficiis, vel præbendis, aliàs de ſe ſimplicibus? Credo ꝙ ſic, maximè ſi exponas in c. cum contingat. coerctione. ſub temporali, non ſpirituali coerctione, iuxta c. ſ. de verb. ſign. quærẽti. prout exponit ibi Hoſtien. quia iuriſdictio temporalis non reddit beneficium curatum, nec aliàs incompatibile alijs. Hoc idem facit pro iſtis Archidiaconis vel alijs beneficiatis, q licet habeãt villas vel caſtra ſuis beneficijs aliàs ſimplicibus annexa, in quibus iuriſdictionem obtinent tantummodo temporalem, non tamen propter hoc eorum beneficia curate dicentur. Et idem credo de iſtis eccleſijs ruralibus, in quibus rectores decimas & primitias percipiunt, nullam tamen curam animarum exercent inibi: vel quia non ſunt ibi parochiani, vel quia ſi ſint, quia fortè ſuperuenerunt ibi aliqui bordalarij, vel aliàs ab antiquo ſunt ibi pauci ignes: cura tamen animarum illorum per vicinos presbyteros ab antiquo exercetur, & oblationes & ſimilia ipſis ſoluunt: quod poteſt fieri de iure. ſ. de deci. cũ ſint

Religioſi non poſſunt dici curati.

homines. & c. in aliquibus. in fi. Scut nec religioſi poſſunt dici curati, licet decimas & primitias alicuius parochiæ percipiant ex aliquo titulo iuſto. ſ. de deci. ſtatuto. lib. 6. & c. religioſi. concil. Vieneñ. Ad decr. ſuper eod. dic ꝙ illa cura vel iuriſdictio ſpiritualis non ineſt ibi prębendis; quę ſunt principales: ſed eccleſijs potius, quæ ſunt acceſſorię: & ſic eccleſia non iudicatur ibi vt principale. arg. ſ. de pręben. extirpandę. §. qui verò. & ſic conſuetudo dat iuriſdictionem: quia ſi nedum ipſam dat conſtitutis in dignitatibus, immo & priuatis perſonis, vt in decret. cum contingat. nec alibi eſt ita expreſſa, vt not. Hoſt. non tamen poteſt dare poteſtatem excommunicandi talibus pri-

Excõicatio, degradatio, & c. non poſſunt compe tere ex cõſuetudine.

uatis perſonis, vt ſuprà de offic. archid. cum. ſatis. nec degradãdi ſeu deponendi, vt ſupra de elect. traſmiſſa. ſecundùm Hoſt. ibi, nec etiam capiendi clericos ſeu corporaliter puuiendi, vt credo. arg. ſupra de cler. coniug. clerici. lib. 6.

c ¶*De iure.*] ſed quis eſt ille, qui de iure poſſit pręmiſſa, vel eorum alterum exercere, ſatis eſt dubium. Hic videtur dicendum, ꝙ in hoc caſu illi dicuntur habere præmiſſa de iure, qui eliguntur ab aliquibus ſupra ſe in pręlatos, & per ſuperiores ſuos confirmantur: nam licet per electionem ius adminiſtrandi quis acquirat, non tamen exercitium donec ſit cõfirmatus, maximè in exercitio cenſuræ eccleſiaſticę: de quo plenè in gl.

Imperator & p̄latus p electionem aſſumũtur.

not. 63. diſt. quanto. & per Inno. & Hoſt. ſ. de offi. ord. cum ab eccleſiarum. & c. quanto. per electionem enim exercitus & quodlibet collegium ſibi imperatorem & pręlatum eligit. 93. diſt. legum. ſed iſte in ſolas perſonas eligentium iuriſdictionẽ obtinet, & ſic iſte iudex perſonarum, non territorij: quod territorium ſolus epiſcopus de iure communi obtinet in diœceſi ſua. 16. q. 7. omnes baſilicæ. niſi forſan talis inferior pręlatus haberet certas parochias, vel alia loca pro territorio, iuxta c. ſ. de præb. ſuper eod. lib. 6. ſed hoc potius eſſet de conſuetudine quàm de iure. & hic de iure loquimur tantùm. & hoc qđ dixi de electis cõfirmatis, idem dico de inſtitutis per epiſcopos inſtitutione auctorizabili. dumtamen præſint perſonis collegiatis, & curam animarum in ipſis exerceant, de quibus loquitur c. de reſcript. etſi principalis. concil. Vienneñ. & dic vt per Hoſt. ſ. de offi. ordi. cũ ſatis. & idem de approbatis à iure, ſicut ſunt electi in concordia. de quibus. ſ. de elect. nihil eſt. in fi. & c. indemnitatibus. lib. 6. licet quantùm ad veritatem iſtæ

Pœnę ſpirituales non poſſunt exerceri per moniales.

pœnæ ſpirituales non poſſunt fieri per moniales, cum procedant à claue, & clauis vſus non cadat in moniales, vt legitur & not. ſ. de exceſ. præl. tanta. & de pœn. noua. de verb. ſign. quærenti. cum ſimilibus: de iure enim ſeu de conſuetudine non propriè cadũt iſtæ pęnæ ſpirituales in ſingulares perſonas, vt ſuprà dixi. Sed quid de curatis parochialiũ eccleſiarũ, numquid poſ-

Curati an poſſint excõmunicare.

ſunt iſtas ſpirituales pęnas exercere, ſeu excõmunicare, ſuſpendere, vel interdicere? De hoc nihil ad nos, ad pręſens: ſed dic vt per Inno. & Hoſt. ſ. de offi. ord. ſi ſacerdos. & in ſumma Hoſti. de ſent. excom. §. quis poſſit excommunicare. & 2. q. 1. nemo.

¶ *Declaratio ampliſſima & luculentiſſima extrauagantis. Execrabilis. quæ eſt vna de xx. gloſſatis per dominum Zenzelinum ſub titu. de prębendis.*

E*xecrabilis quorundam ambitio, &c.*] Super hac noua cõſtitutione dubietates inſurgunt & quæſtiones, vt ſequitur. Primò quibuſdam eccleſijs puta Anicieñ. Leod. & ſimilibus, ſunt quędam officia vel beneficia, quæ vocantur abbatię, quarum aliquę habent animarum curam, & parochias. Aliquę nec curam animarum habent, nec parochias, imo aliquæ nec eccleſiæ, nec dignitates vel perſonatus eſſe cenſentur, & tamen canonicis ipſarum eccleſiarum aſſignantur, ſeu conferri conſueuerunt: ita ꝙ canonicus habet prębendam & illam abbatiam. Quæritur vtrum huiuſmodi officia ſeu beneficia veniant in conſtitutionem, ita ꝙ canonicus talem abbatiam cum ſuo canonicatu obtinens, teneatur ipſam dimittere, ſi extra eam habeat aliquam dignitatem vel perſonatum, quos licet vigore dictæ conſtitutionis nouæ retinere? Cum abbatia curata poterit retinere dignitatem non curatam, aliàs non vel iſto modo non poteſt retinere aliud beneficium curatum, vbi curam animarum annexam habet Eccleſia.

Reſponſio.

Item in aliquibus eccleſijs ſunt quædam cuſtodię, quarum cuſtodes non habent legere, nec cantare, nec ſe diuinis officijs intromittere in eccleſia, nec aliàs curam aliquam in eccleſia exercere: ſed ſolùm pulſare campanas, parare eccleſias pannis aureis, aut portare libros in choro, luminaria accendere, cuſtodias, reliquias, thæſaurum, & ſimilia miniſteria in eccleſia expenſis proprijs facere, quarum expenſarum occaſione eiuſdem cuſtodijs fuerunt poſtmodũ annexæ aliquæ parochiales eccleſiæ curam animarum habentes, in quibus cura exercetur per propiros & perpetuos ſacerdotes, licet in eis ſic annexis cuſtodes habeant de conſuetudine viſitare, excommunicare delinquentes, & abſoluere, & horum occaſione pręditarum quaſi archidiaconi vulgariter nominãtur & reputantur. Nunc quęritur, vtrum tales cuſtodię veniant in conſtitutionem pręedictam, ita ꝙ habentes eas teneantur illas dimittere, potiſſimè cũ quodam tempore in aliquibus eccleſijs (orta materia quæſtionis) inueniatur fore ſententialiter definitum, tales cuſtodias nec dignitates vel perſonatus eſſe, nec curam animarum habere: ſed ſimplicia eſſe officia abſque cura?

Cadunt ſub conſtitutione.

Reſponſio.

Item ſunt aliquę eccleſiæ, vbi rectores creantur per electionem: & vocantur creati quandoque abbates, quandoque rectores, quandoque præpoſiti, quandoque archimandritę, quãdoque diuerſis alijs nominibus ſecundùm conſuetudinem locorum: nullam tamen curam habent, niſi ꝙ canonicos congregant tamquam caput, ſicut eſt in partibus Apulię. Quęritur vtrum talia beneficia veniant in pręfatã conſtitutionẽ †. De iure communi videtur quòd habeant curam & iuriſdictionem per electionem & confirmationem: ſed ſi per priuilegiũ vel conſtitutionem approbatam amiſerant, curam non habent?

† Aliàs, conſuetudinẽ.

Non cadunt in conſtitutione.

Reſponſio.

Item quidam ex diſpenſatione Apoſtolica duas obtinet in diuerſis eccleſijs dignitates, quarum alteri duntaxat cura imminet animarum, & cum eiſdem ſimul plures canonicatus & prębendas: in alijs tamen eccleſijs canonicatus & prębendas, quibus parochiales eccleſię ſunt annexæ, in quibus perpetui uicarij debent inſtitui: in aliquibus tamen earundem propter procuratoris obtinentis huiuſmodi dignitatem in remotis

agen-

...gentis,& hoc ignorantis deſidiam ſeu negligentiã,reperiuntur tempore conſtitutionis noſtræ nouiter promulgatæ eſſe vicarij temporales. Modò quæritur,an ſecundùm formam dictæ conſtitutionis dictus obtinens dignitates huiuſmodi, canonicatus & prębendas tales cum parochijs ſic annexis,ſi dignitates voluerit retinere, dimitere teneatur illas, in quibus contra iuris debitum reperti ſunt dicti vicarij temporales,vel hoc non obſtante cum propter talem deſidiam non poſſit natura beneficiorum cenſeri mutata, quin prefatæ parochiæ ſint canonicatibus & prębendis ipſis annexæ, ipſos poſſit licitè retinere, potiſſimè cum idem obtinens poſtquam ſciuit de tali deſidia procuratorum ſuorum ad ipſas eccleſias elegerit vicarios repræſentãdos & inſtituendos perpetuò in eiſdẽ,licet nõ dũ potuerint ordinarijs pſentari propter tẽpo ris breuitatẽ?

Reſponſio. *Non cadunt ſub conſtitutione.*

Item. quæritur,numquid officia curiæ Romanæ computentur in numero officiorum quoad noſtram conſtitutionem, ita ꝙ ſi quis habet duas alias dignitates teneatur aliam dimittere,vel poſſit retinere omnes,ſi vna illarũ erat ſine cura.

Reſponſio. *Non computantur,nec cadunt in conſtitutione.*

Archipreſbyterorum Bituricẽſis dięceſisqualitas.

Item archipresbyteratus Bituricen. diœceſis, viſitationem & iuriſdictionem habentes conſueuerunt conferri parochialium eccleſiarum rectoribus ipſius diœceſis p ipſos archiepiſcopos:ſed ſtatim archiepiſcopo defuncto deſinit archipresbyter ille, qui per eum fuerat poſitus:& capitulum eccleſię Bituricen. creat archipresbyteros nouos: creato verò archiepiſcopo ceſſant archipresybteri poſiti per capitulum & archiepiſcopus ponit nouos,& quandoq; poſitos amouet ꝓ libito voluntatis,& ita fuit antiqs temporibus,de quo nõ extat memoria, obſeruatum. Quæritur vtrum archipresbyteratus huiuſmodi ſub conſtitutione cadant adeo, vt ille qui huiuſmodi archipresbyteratum cum haberet, parochialem eccleſiam acceptauit, vtrunque retinere valeat:& ſi non,vtrum de iure ceciderit à iure parochialis eccleſiæ per acceptationem archipresbyteratus:& non ceciderit ab eo iure, vtrum retinere poſſit parochialem eccleſiam, quam primo obtinuit.

Reſponſio. *Non cadunt ſub conſtitutione.*

Item in regnó Apuliæ ſunt eccleſiæ habentes parochiam tenuiſſimæ quoad fructus:propter ꝙ ordinarij & alij,ad quos ſpectat collatio ſiue prouiſio dictarum eccleſiarum de more patriæ vni conſueuerunt pluralitatẽ talium eccleſiarũ conferre,non recipientes ipſas eccleſias propter hoc ſe faciunt promoueri ad ſacerdotium, nec etiam ad ſacros ordines: & faciunt deſeruiri dictis eccleſijs per vicarios tẽporales iuxta beneplacitum ſuum: plurimi præterea ſummi Pontifices pluribus contulerunt ꝙ poſſent acceptare in dictis partibus beneficium vſque ad valorem xv. librarum. vel xl. vel lx. vnciarum auri, cuius conceſſionis prętextu eſt videre,ꝙ obtinuerint qnque quadraginta & ſexaginta de dictis eccleſijs: Modò quęritur, vtrum reuocatoria nuper facta ad ſupradicta beneficia ſiue eccleſias ſe extendat?

Reſponſio. *Reſpondetur quòd ſic.*

Epiſcopus cum ſuo capitulo ſubuenire volens exiguitati cuiuſdam collegiatæ eccleſię ſuę dięceſis,quandam parochialem eccleſiam eiuſdem diœceſis(rectoris ipſius accedente conſenſu) poſt ceſſum vel deceſſum rectoris huiuſmodi dictæ eccleſiæ collegiatę vniuit.Nunc verò prędictam eccleſiam vigore nouæ conſtitutionis vacare contingit,quodam alio curato beneficio electo à rectore præfato,& prędicta eccleſia re & verbo dimiſſa. Hinc quęritur.an prefata vnio ſub forma præſcripta locum ſibi vendicet reſeruatione dictę conſtitutionis nõ obſtante, vel econtra.

Reſponſio. *Sub conſtitutione cadit, vel reſeruatur domino noſtro.*

Item dubitatur ſi prędicta vel conſimilis vnio facta fuerit per ſedem Apoſtolicam, & ſub forma prædictorum verborũ. quid iuris?

Reſponſio. *Reſpondetur, vt ſupra proximè, dumtamen legitimè ſit facta vnio.*

Item quidam archidiaconus in ſuo archidiaconatu obſtante ſibi longa conſuetudine non poteſt inquirere, nec ſuſpendere,nec excommunicare vel abſoluere, nec aliquam iuriſdictionem exercere: ſed eccleſias rectorum ſui archidiaconus viſitare poteſt,& procurationes ab eis recipere duntaxat. Quęritur cum aliàs talis archidiaconus nullam habeat parochialem eccleſiam annexam dicto archidiaconatui, an ex pręmiſſis ſub forma dictę conſtitutionis nouæ curam animarum habere reputetur? Et eſt quærentis intentio,vtrum oratio ſoluta poſita propè finem conſtitutionis prædictę ibi,necnon & illa quorum miniſtris ratione beneficiorum huiuſmodi competit viſitare,inquirere, procurationes recipere,ſuſpẽdere,&c. ponatur pro coniunctiua in caſu dictæ conſtitutionis?

Comprehenditur ſub conſtitutione. Reſponſio.

Item cum eidem beneficium curatum obtinenti prouiſum eſt de quodam archidiaconatu in quadam cathedrali eccleſia,cuius archidiaconatus ratione idem archidiaconus caput eſt cuiuſdam eccleſiæ collegiatæ ſecularis: hic archidiaconus eſt in poſſeſſione pacifica,vel quaſi viſitandi & ꝓcurationes recipiendi duntaxat. Cæterùm poſſeſſionem dictæ collegiatæ eccleſiæ nec habet, nec habuit, nec regimen canonicorum ipſius, nec quicquam percipit de decimis & alijs fructibus beneficij ſui prędicti, omnibus his de facto per alium occupatis & detentis. Ex his quæritur cum præfatus archidiaconus pro parte ſit in poſſeſſione iurium ſpiritualium prædicti archidiaconatus, & pro parte non, cum curam non habeat perſonarum ſuæ collegiatæ eccleſiæ prædictæ,& ſuper ea & alijs iuribus ipſius pendeat lis in curia, vtrum talis archidiaconus retinendo iſtud curatum beneficium pœna nouæ conſtitutionis adſtringatur?

Curam habet,& ſub conſtitutione cadit. Reſponſio.

Item quidam in eccleſia collegiata à iuriſdictione ordinarij exempta & Apoſtolicæ ſedi ſubiecta obtinet decanatum, & in ea eſt caput capituli, & ad decanatum aſſumitur decanus per electionem,nec electus à capitulo alia confirmatione indiget de conſuetudine, ſed tantùm electus inſtituitur & inſtallatur à capitulo de conſuetudine ſupradicta: ipſe verò decanus ratione dignitatis conuocat canonicos ad capitulum, & habet in capitulo primam vocem,vox tamen ipſius pluſquã ſimplicis canonici in effectu non operatur. Ipſe per ſe inſolidum ratione dignitatis, nec viſitat, nec procurationes recipit, nec excõicat,vel ſuſpendit,aut etiam interdicit, nec audit cõfeſſiones, vel abſoluit, nec prędeceſſores eius vnà cum ſuo capitulo prædicta conſueuerunt exercere,licet ipſe & prędeceſſores eiuſdem vnà cum ſuo capitulo exceſſus clericorum prędictæ eccleſię interdum delinquentium corrigere conſueuerunt, & punire per chori priuationem & diſtributionẽ groſſorum fructuum, quę in ipſa eccleſia obtinent: & ad ipſius capituli diſpoſitionem pertinent ſuſpenſio & ſubtractio,& ipſorum delinquentium corporum detentio aliquando,duntaxat citra alicuius alterius iuriſdictionis ſpiritualis exercitium,videlicet viſitandi,corrigendi, procurationes recipiendi, excõmunicandi,ſuſpendendi,vel aliter ſeu aliàs interdicendi, confeſſiones audiendi,pœnitentias imponendi vel abſoluẽdi Quare cum dubitetur, an in caſu ſimili conſtitutio noua prefata loquens de beneficijs curam habentibus animarum vendicet ſibi locum: quæritur vtrum decanus decanatum prædictum cum alio beneficio ſeu dignitate curam animarum habente iuxta conſtitutionem antedictam ex diſpenſatione dudum obtenta poſſit licitè retinere, & ſine pœna conſtitutionis eiuſdem?

Iuriſdictio. ſpiritualis ĩ multis conſiſtit.

Curam habet, & ſub conſtitutione cadit. Reſponſio.

Item in regno Siciliæ communiter eccleſiæ parochiales atque curatæ conſueuerunt per Apoſtolicam ſedem, ac etiam per ordinarios, plures vni dignitates & alias parochiales eccleſias ſiue curatas obtinenti conferri, licet illi quibus conferebantur,eſſent impuberes quandoque,vel legitima ætate minores, & quòd eccleſiæ ſupradictæ quantùm ad eos,quibus taliter conferebantur,non cenſebantur eſſe ſecundùm conſuetudinem à longis retro temporibus in dictis partibus obſeruatam:quia cura earum in ipſis per capellanos etiam non perpetuos gerebatur. Cum itaque multi fuerunt in curia Romana,ac regno prædicto & alijs partibus, qui per collationẽ Apoſtolicæ ſedis, & ordinariorum obtinuerint plura & multa talia beneficia,quæ ex virtute conſtitutionis prefatę nuper editę ſuper curatis beneficijs dimittendis, oporteret eos dimittere, pium eſſet ꝙ circa eorum indemnitatem Apoſtolica benignitas prouidere dignaretur, & ſi ſanctitati veſtrę placeret, modus congruus videtur, ꝙ quantum ad tenorem conſtitutionis prędictę,beneficia parochias habentia,ſiue curas in partibus ſupradictis,decernerentur perinde haberi ac ſi fuiſſent ipſa & ipſorum curæ per perpetuos vicarios gubernatę: & quòd futuris temporibus per vicarios perpetuos gubernentur, & ꝙ illi qui dicta beneficia obtinebant, & nondum dimiſerunt,ipſa non teneantur dimittere. ſi qui verò dimiſerint eadem, ad ipſa (quotcunque fuerint) auctoritate veſtra reſtituantur in integrum,ac ad eadem redeãt, ac ſi ea nullatenus dimiſiſſent conſtitutione prędicta in contrarium ſuper hoc edita non obſtante.

Dimittant, & de prouiſione facienda deliberabitur. Reſponſio.

Item quęritur,vtrùm prefata conſtitutio adſtringat aliquẽ habentem eccleſiam curatam, & canonicatum & præbendam ſacerdotalem ſimul,qui canonicatus & præbenda requirunt reſidentiam perſonalem?

Non

Reſponſio. *Non cadit ſub conſtitutione.*

Item in quadã eccleſia cathedrali fuit olim facta compoſitio inter epiſcopum ex vna parte,& capitulum ex altera, ꝙ vicaria, quæ quandoque collata fuerat clericis, quandoque laicis, ſoli canonico per epiſcopum, ad quem ſpectabat collatio conferretur, qui vicarius nihil ſpecialiter habet in eccleſia, nec habet aliquod officium, nec aliquã prærogatiuam, ſed de obuentionibus curię, vel iuriſdictionis ſæcularis ciuitatis habet tertiam partem, & in hoſpitio vicariæ habet carceres & cuſtodem, qui vnà cum cuſtodibus epiſcopi cuſtodit captos?

Reſponſio. *Dimittat & de prouiſione facienda deliberabitur.*

Item in eadem compoſitione cõtinetur, ꝙ vnus archipreſbyteratus, qui appellatur à nomine cathedralis eccleſiæ, vtpote archipresbyteratus Ferrarieñ. ſoli canonico conferretur: non tamen archipresbyter habet aliquam prærogatiuam in eccleſia vel ciuitate, ſed habet eccleſiam curatam annexam archipresbyteratui,& viſitat certas eccleſias, etiam contra reſiſtentes viſitationi poteſt cenſuram eccleſiaſticam exercere: ſed aliam iuriſdictionem non habet: diſpenſatum eſt cum tali auctoritate Apoſtolica, ꝙ poſſit dicta beneficia retinere vnà cum quadam eccleſia, cuius cura per vicarium perpetuum gubernatur. Nunc dubitatur, an dicti duo vicariatus & archipresbyteratus poſſint dici beneficia in eadem eccleſia: Ratio dubitationis eſt, cum ſola nomina habeant ab eccleſia cathedrali,& ſolis canonicis conferantur?

Reſponſio. *Non cadit ſub conſtitutione.*

Item dubitatur, an conſtitutio, Execrabilis. extendat ſe ad præfata tria benefitia.

Reſponſio. *Conſtitutio non extenditur.*

Quidam habens vnam eccleſiam curatam ſine perpetuo vicario, habet aliam curatam, in qua eſt perpetuus vicarius. Quęritur an poſſit, non obſtante noua conſtitutione, vtrunque retinere, maximè ſi ſuper hoc fuerat cum eodem legitimè diſpenſatum.

Reſponſio. *Reſpondetur quòd ſic, ſecundùm conſtitutionem iſtam.*

Item cum conſtitutio liget intra menſem à tempore notitiæ:& conſtitutio ipſa nondum ſit publicata niſi in Romana curia: ſed ad aliquos extra curiam perueniat per famã ſeu rumorem,& ad aliquos per relatum quorundam duntaxat. Quęritur à quo tempore incipiat currere dictus menſis antequam conſtitutio ipſa per prælatos vel deputatos ab ipſis fuerit ſolẽniter publicata in eccleſijs cathedralibus eorundem,& alijs locis ſolemnibus, in quibus conſueuerunt talia publicari.

Reſponſio. *A tempore notitię, aliàs à tempore conſtitutionis nouæ.*

Item cum per conſtitutionem eandem dimitti debeant beneficia curata intra menſem vnico retento duntaxat: & illa dimitti debeant nedum verbaliter, ſed etiam realiter, & abſentes à beneficijs, in curia vel alibi exiſtentes verbaliter ea dimittant & realiter, quod poſſunt. Quæritur an per hoc ſit conſtitutioni ſatisfactum, duntamen poſtmodum non impediant per ſe vel per alios illos, quibus dominus Papa de beneficijs ſic dimiſſis ſeu reſignatis duxerit prouidendum.

Reſponſio. *Faciant realiter, vt citius poſſunt.*

Adomatus de Graphicano ſignificauit paternitati noſtræ: & infra. Prioratus curam animarum habentes cadunt ſub cõſtitutione, in quibus non ſunt perpetui vicarij. Paſchaſius pſbiter ſignificat paternitati noſtrę: & infrà. Eccleſia parochialis, in qua ſunt plures ſacerdotes, quorum quilibet officiat eam per certas hebdomadas miniſtrando ſacramenta.

Reſponſio. *Cadit ſub forma.*

Item Prioratus habens parochialem eccleſiam ſine perpetuo vicario, cadit in conſtitutione, habens perpetuum non cadit: quoniam ſi habent curam, locum habet conſtitutio, aliàs non.

Item idem in domibus beatę Marię Theutonicorum, Bethleem, & ſimilibus.

¶Ioannes xxij.

¶ *Epiſcopus Tholoſanus in redditibus plurimùm abundans, in nouã metropolim propter multiplices cauſas hic expreſſas erigitur: cui pro ſuffraganeis eccleſiis ſunt deputatæ quatuor villę in nouas ciuitates erectę, adiecta cum illis eccleſia Apamiarum. Et quibus epiſcopis, & archiepiſcopis prius ſuberant, quidque earum cuilibet pro redditibus ſit aſſignatum, hic exprimitur, & tandem cenſurę eccleſiaſticæ in rebelles proferuntur. Aduerte, quòd eccleſia de Vauro, & eccleſia de Mirapice ſunt ſub eccleſia Tholoſana tamquàm ſuffraganeę, licet de illis hic mentio nulla fiat. Vtilitas ex hoc capitulo habetur, quoniam cognoſcimus cauſas erigendi, & diuidendi eccleſias, alias alijs ſubijciendi, & alias ab alijs eximendi, & ad ſolũ Papam hęc omnia ſpectare; cui in ſingulari priuilegio, maiores cauſæ, maioraque negotia reſeruantur. patet in cap. 1. de transla. epiſcop. cum ſuis concordantijs.*

CAP. V.

Meſſis multa, operarij pauci. Matth. 9. Matt. 20.

SAluator noſter, cuius nutui cuncta ſeruiunt, in agro mundi huius meſſem multam aſpiciens, & operariorum raritatem attendens. Dominũ meſſis rogandum eſſe, vt in illam operarios mitteret, cenſuit: & ipſe idem etiam exiens mane veluti paterfamiliàs diligens horis diei varijs operarios in vineam ſuam miſit. Romanus itaque Pontifex ſicut eodem Domino diſponente vicarius eius in terris eſſe dignoſcitur, ſic & ipſius actibus (in quantum ſinit humana fragilitas) ſe conformare tenetur. Vbi ergo ſuperexcreſcere meſſem, populi videlicet multitudinem viderit, operarios debet opportunos adijcere, & iuxtà propheticum verbum augere cuſtodiam: cuſtodes & cultores idoneos in Dominicam vineam deſtinare. ¶Sanè conſiderantes attentius,& intra pectoris clauſtra meditatione ſollicita reuoluentes, quòd in tanta multitudine populi, quanta fœcundauit altiſſimus ciuitatem, & diœceſim Tholoſanam ſingulorum vultus nequibat (vt condecet) vnicus paſtor inſpicere, aut alias partes boni paſtoris implere: quodque durum erat, atque difficile per talem latam, & diffuſam diœceſim ad vnum tantùm à perſonis eccleſiaſticis, & mundanis recurſum haberi: Attendentes etiam, quòd licet Tholoſanus epiſcopatus redditibus abundaret immenſis, non tamen ſupererat hucuſque memoria, quòd ex ſuorum opulentia copioſa redditũum aliquid in eccleſia, vel diœceſi Tholoſana proueniſſet in diuini cultus augumentum: imo ſic ex adipe prodierat, & prodibat iniquitas, vt multo iam tempore luxus circa carnis deſideria, euectionum pompa, immenſitas clientelæ, immoderata diffluxio in parentes, ſumptus enormes, aut vſus extraordinarij ſibi vendicaſſent ibidem quaſi totum patrimonium crucifixi: & verendum erat ne præſul vnicus Tholoſanus incraſſatus, & dilatatus, & exceſſiuis huiuſmodi opibus, aliàs ſuperbus periculosè recalcitrans Deum factorem dereliqueret, & à ſuo ſalutari recedens, pernicioſum exemplum in ſubditos deriuaret. Penſantes quoque, quòd ſanctæ memoriæ Clemens Papa V. prædeceſſor noſter eodem etiam tempore, quo ciuitas & diœceſis antefatæ longè minus in populo ac redditibus affluebant: tamen extunc benedicente Domino incredibiliter creuerint in vtroque, & iugiter creſcere dignoſcantur, ſpiritu beatæ conſiderationis inductus, ad diuiſionem epiſcopatus eiuſdem firmiter dum viueret, intendebat: licet morte præuentus ſuum in hac parte nequiuerit implere conceptum. ¶ Nos pium prędeceſſoris noſtri propoſitum in effectum volentes adducere, & tam diſſipare malum quod prædictorum redditum copia exceſſiua produxit, quàm etiam cultum augere diuinum & ſpiritualem animarum profectum, quos (ſi iuxta facultatis exigentiam, & diffuſam latitudinem dictæ diœceſis ſufficiens numerus in eadem vtilitate præſulum deputetur) indubiò † prouenire ſperamus, promouere ſalubriter intendentes. Præmiſſis & alijs ſuadentibus iuſtis cauſis, ex certa noſtra ſcientia de fratrum noſtrorum conſilio concordi, & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis ad laudem Dei, exaltationem Eccleſiæ, fide-

Hiere. 51. Paſtor ſingulariũ omnium vult inſpicere debet. Pſal. 72. Diuitię quãdoque ſunt cauſa Dei relinquẽdi. Deuter. 8. † Indubiè.

liumque

liumque ſalutem epiſcopatum ipſum dictamque diœceſim Tholoſanam Apoſtolica auctoritate diuidimus in quinque diœceſes, quas per certos diſtingui limites faciemus. Volentes ac decernentes quod præter ciuitatem Tholoſanam, quę ſuam propriam & diſtinctam habebit diœceſim certis finibus limitandam, ſubſcriptæ quatuor villæ, quarum quamlibet, eiſdem conſilio & auctoritate in ciuitatem erigimus, & ciuitatis vocabulo inſignimus, ſcilicet de monte Albano, pridem de caturceñ. dięceſi, cui adijcietur certa pars dictę quondam diœceſis Tholoſanæ, ac ſancti Papuli de Riuis, & de Lumberijs, & de ipſa quondam Tholoſana diœceſi exiſtentes, quatuor ſeparatas dięceſes habeant certis limitibus diſtinguendas. Quodque beati Martini de monte Albano, vbi corpus ſancti Theodori confeſſoris dicitur eſſe reconditum prædictę ciuitatis montis Albani, & beati Papuli dictę ciuitatis ſancti Papuli, Marię de Lumberiaco, ciuitatis præfatæ Lumberiaci, necnon beatæ Mariæ de Riuis Eccleſiæ ipſius ciuitatis Riueñ. ſint de cætero & habeantur perpetuò eccleſiæ cathedrales. Et quia eccleſia Tholoſana ſicut ſolemniori ſtatu, & conditione potiori refulget, ſic & grandioris honoris titulo efferenda eſt, ipſam huc uſque ſuffraganeam eccleſiæ Narboneñ. ac totam quondam dięceſim Tholoſanam de fratrum noſtrorum conſilio, & ex certa noſtra ſcientia, & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis, ab omni iuriſdictione, poteſtate, ac ſubiectione archiepiſcopi, capituli, & eiuſdem eccleſiæ Narboñ. penitus eximentes, eam ad laudem diuini nominis, & honorem eccleſiæ ſanctæ ſuæ in archiepiſcopalem, ſeu metropolitanam erigimus, eamque honoribus, & inſignijs ſedis metropolitæ decoramus: Auctoritate Apoſtolica decernendo, vt exnunc pro metropolitana eccleſia in perpetuum habeatur. Et quia etiam dignum eſt, vt ex quo de filia facta mater metropoliticę dignitatis ſuſcepit inſignia, & ſuffraganearum congruum numerum filiarum, ac decentem prouinciam habeat, vt ad iudicium archiepiſcopi Tholoſani, qui pro tempore fuerit, omnes cauſæ ſuffraganeorum epiſcoporum, & perſonarum eccleſiaſticarum, ac ciuitatum eiuſdem prouinciæ iuxta ſacrorum ſtatuta canonum teferantur: Nos præfatas quatuor ciuitates, & eccleſias cathedrales cum earum diœceſibus (vt præmittitur) diſtinguendas, necnon ciuitatem & eccleſiam Apamiarum cum ſua diœceſi exnunc ipſius eccleſiæ Tholoſanæ ſuffraganeas, ac de prouincia Tholoſana in perpetuum fore decernimus, & iure metropolit. ſubijcimus, & ſubiectas eſſe volumns eas illi. Prænominatas montis Albani, quæ de diœceſi Caturceñ. & Biturcieñ. prouincia, & Apamiarum ciuitates, & eccleſias, quæ de prouincia Narboñ. hactenus fuiſſe noſcuntur: necnon reliquas tres ciuitates & eccleſias ſancti Pauli Riueñ. & Lumberiaceñ. quæ ab olim de diœceſi Tholoſana fuerunt, cum earum diœceſibus, conuentibus, collegijs, ſiue capitulis à iuriſdictione, poteſtate, ac ſubiectione quacunque Bituriceñ. & Narboñ. archiepiſcoporum, ac Caturceñ. & quondam Tholoſañ. epiſcoporum, capitulorum & abbatum, atque conuentuum & ordinariorum quorumlibet aliorum eccleſiaſticorum, quibus quomodolibet fuerant huc uſque ſubiectę, auctoritate pręſentium perpetuò eximentes de prædictorum conſilio, & plenitudine poteſtatis. ¶ De bonis autem, redditibus, prouentibus, & iuribus dicti quondam epiſcopatus Tholoſañ. ipſi Tholoſañ. decem milia, & ſingulis alijs prędictis eccleſijs (Apamiarum excepta, cui de ipſis bonis, redditibus & prouentibus, iuribus, vltra illa quæ habere dignoſcitur, certam aſſignabimus portionem noſtris alijs literis diſtinguendam) ſingula quinque milia librarum Turoñ. annui redditus, & perpetui prouentus, quę quidem vnicuique illarum ſuiſque pontificibus (dignitate ac onere & circunſtantijs alijs attentè penſatis) debere ſufficere vidimus, pręter redditus, prouentus & iura, quæ ad prędictas eccleſias & conuentus earum antea pertinebant, de quibus ad honorem Dei & ipſarum eccleſiarum commodum intendimus ordinare: exnunc auctoritate prædicta de conſilio, ac plenitudine memoratis concedimus, donamus, ac etiam deputamus percipienda integraliter per ipſarum eccleſiarum præſules, qui pro tempore fuerint, in rebus & locis cuilibet magis adiacentibus, & vicinis, iuxta diſtinctionem, ſeu limitationem diœceſum ſingularum per alias noſtras literas faciendam. ¶Interim tamen diſtinctione, ſeu limitatione peædicta pendente, volumus quòd eorum quilibet ſummam eum contingentem pro rata accipiat annuatim de bonis, redditibus, prouentibus, & iuribus antedictis, per manus eorum, quos ad hoc prouiderimus deputandos. Reſiduum verò redditu͂um, prouentuum & iurium ipſorum, quod facta de illis (vt pręmiſſum eſt) aſſignatione, ſupererit necnon iuriſdictionem ſpiritualem, & temporalem, quæ ad dictum quondam epiſcopatum Tholoſanum vſque ad tempus diuiſionis huiuſmodi pertinebat, & quæ diſtinctione, ſeu limitatione poſt tacta pendente faciemus per idoneas exerceri perſonas. Ac beneficia etiam ſi dignitates, perſonatus ac officia exiſtant (exceptis his, ad quę quis per electionem aſſumitur, & in quibus, vel ad quę auctoritate literarum Apoſtolicarum alicui, ſeu aliquibus ius eſt aliquod acquiſitum, quibus per id nullum volumus pręiudicium generari) nunc & in antea vſque ad diſtinctionem diœceſum vacatura, diſpoſitioni noſtræ, ac ſedis Apoſtolicę de fratrum ipſorum conſilio reſeruamus. Hęc igitur per dictę ſedis prudentiam circumſpectā ſic ſtatuta ſalubriter, & vtiliter ordinata, perpetuis eſſe valitura temporibus, & robur incommutabilis firmitatis obtinere volentes auctoritate prędicta diſtrictius inhibemus, ne aliquis cuiuſcunque pręeminentię, ordinis, conditionis, aut ſtatus, etiam ſi archiepiſcopali, vel epiſcopali, ſeu regia pręfulgeat dignitate, huiuſmodi ordinationem, Apoſtolicam reſeruationem, & alia ſupradicta quouis modo turbare, ſeu quomodolibet impedire pręſumat. Nos enim exnunc irritum decernimus, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate contigerit attentari. Et nihilominus in eos, qui ex certa ſcientia cōtrarium pręſumpſerint, niſi intra octo dierum ſpatium poſt publicationem præſentium reſipuerint cū effectu excommunicationis in perſonas, & interdicti in vniuerſitatis, ac ſuſpenſionis in conuentus, capitula, ſiue collegia, de conſilio & auctoritate prædictis ſententias promulgamus: à quibus non niſi per Romanum Pontificem abſolutionis beneficium (præterquàm in mortis † articulo) valeant obtinere. Nulli ergò hominum liceat hanc paginam noſtrarum diuiſionis, voluntatis, conſtitutionum, erectionum, inſignitionum, exemptionum, decorationis, ſubiectionis, conceſſionis, donationis, deputationis, reſeruationis, inhibitionis, promulgationis, infringere, vel ei auſu, &c. Datum Auinion. vij. Calen. Iulij, Pontificatus noſtri anno primo.

¶Idem

Eccleſia Tholoſana fuit olim ſuffraganea Narbonenſis eccleſiæ.

Eccleſia vna quandoque fit mater de filia.

Eccleſia Tholoſana quantum habuit in redditibus.

Excōmunicatio, interdictū, & ſuſpenſio in diuerſa feruntur.

† In articulo mortis nulla eſt caſuū reſeruatio: atque Ideo omnes ſacerdotes quoslibet pœnitentes à qb. vis peccatis & cenſuris abſoluere poſſūt. Concilium Tridét. ſeſſio. 14. c. 7. de caſuum reſeruatione.

¶ Idem.

¶ Impedientes epiſcopatus Tholoſani erectionem in eccleſiam cathedralem, & eius diuiſionem in quinque diœceſes vltra pęnas in conſtitutione ſuperiori declaratas, perdunt feuda, & quęcunque beneficia ſpiritualia & temporalia. Et ſi ſint perſonæ eccleſiaſticę efficiuntur inhabiles ad quęcunque beneficia eccleſiaſtica.

CAP. VI.

j NVper certis ex cauſis, quæ noſtrum & fratrum noſtrorum animos ad id rationabiliter induxerunt: quondam epiſcopatum Tholoſanum in archiepiſcopalem, ſeu metropolitanam ereximus eccleſiam: quatuor villas, quarum quamlibet inſigniuimus vocabulo ciuitatis, quatuor cathedrales eccleſias creauimus, vnam videlicet in villa montis Albani, quondam Caturceñ. diœceſis adijcienda ſibi certa parte quondam diœceſis Tholoſañ. alteram in villa Lumberiaci, aliam in villa ſancti Pauli, & aliam in villa de Riuis & de Robeſtria quōdam Tholoſañ. diœceſis. Quas quidem eccleſias vnà cum Apamiarum eccleſia tanquam ſuffraganeas ſubiecimus ipſi metropolitanæ Tholoſanæ eccleſię. De bonis quoq; & redditibus dicti quondam epiſcopatus Tholoſañ. tam ipſi Tholoſañ. quàm prædictis eccleſijs ſuffraganeis certam portionem, quam vnicuique illarum debere ſufficere vidimus, prouidimus aſſignandā, totali bonorum & reddituum ipſorum reſiduo diſpoſitioni noſtræ, & ſedis Apoſtolicę reſeruato. Alia etiam circa præmiſſa fecimus, decreuimus, & ordinauimus ex certa noſtra ſcientia, de ipſorum fratrum concordi conſilio, & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis, diſtrictius inhibentes, ne quis cuiuſcunque præeminentię, ordinis, conditionis, aut ſtatus, etiā ſi archiepiſcopali dignitate fulgeret, ipſam ordinationem noſtram impedire præſumeret, vel turbare: ac decernentes ex nūc irritum & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate contigerit attentari. Et nihilominus in eos, qui ex certa ſcientia contrarium facerent, niſi reſipuerint cū effectu intra octo dierum ſpatium poſt publicationem ordinationis ipſius, excommunicationis in perſonas, interdicti in vniuerſitates, ac ſuſpenſionis ſententias in capitula, conuentus, ſiue collegia duximus promulgandas: prout hæc & alia in Apoſtolicis literis [a] inde confectis plenius continentur. ¶ Verùm quia ipſa noſtra ordinatio eò efficacius, & inuiolabilius ſperatur ſeruari, quò plurium & grauiorum vallata fuerit adiectione pœnarum: Nos ad obſeruationem incuncuſſam ipſius eò amplius anhelantes, quò euidentius in diuini cultus augmentum & ſalutem fidelium animarum noſcitur redundare, præfatis adijciendo ſententijs omnes, & ſingulos ſcienter turbantes, aut impedientes ordinationem eandem, aut aliqua in illa contenta, ſeu turbantibus, vel impedientibus dantes conſilium, auxilium, vel fauorem directè, vel indirectè, publicè, vel occultè, cuiuſcunque ſint conditionis, dignitatis, ordinis, aut ſtatus eccleſiaſtici, vel mundani: etiam ſi archiepiſcopali, vel epiſcopali, aut maiori, vel ſuperiori pręfulgeant dignitate: niſi intra octo dierum ſpatium poſt publicationem præſentium ab huiuſmodi impedimento, ſeu turbatione, ac impenſione conſilij, auxilij, vel fauoris reſipuerint cum effectu, feudis, locationibus, officijs, & beneficijs quibuſcunque ſpiritualibus, & temporalibus, etiam ſi dignitates, vel prælaturę quęuis fuerint, quę ab eccleſijs ſeu in eccleſijs quibuſcunque obtinebunt, ſeu obtinent, ex certa noſtra ſcientia, & de ipſorum fratrū conſilio, & Apoſtolicę plenitudine poteſtatis priuatos eſſe decernimus ipſo facto. Et ſic liberè ipſa feuda, locationes, vel officia, aut beneficia ſpiritualia, & temporalia, dignitates, & prælaturę ad ipſas, ad quas ſpectant, reuertantur eccleſias, & deuoluantur ad rectores, capitula ſeu collegia eorundem, quòd de illis pro ſua voluntate diſponant. Et ad dignitates, & prelaturas per electionem, aut alium modum licitum idoneas perſonas aſſumant. Perſonasq; eccleſiaſticas, quæ culpabiles fuerint in pręmiſſis inhabilitamus ad quæcunque eccleſiaſtica beneficia obtinenda. Nulli ergo omnino hominum, &c. Datum Auiñ. iiij. Non. Aug. Pontificatus noſtri anno 1.

a ¶ *Literis.*] intelligit de c. ſ. proxim. quod ꝓpter iſtam & ſequentem extrauagantes iam dudum impreſſas, curauimus imprimendum.

¶ Idem Bartholomæo electo Narboñ. diœce. Aguelmo de Blauia Engolimeñ. Eduen. Archid. & magiſtro Berengario de Lagijs Lemouiceñ. & Narboneñ. eccleſiarum canonico.

¶ Executores quatuor dantur ad pęnas ſuperiores ſolemniter publicandas.

CAP. VII.

ij NVper ex certis cauſis, quæ noſtrum & fratrū noſtrorum animos ad id rationabiliter induxerunt, & cętera.

Vt ſupra proximè vſque ad beneficia eccleſiaſtica obtinenda. Quocirca diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus priuationem & inhabilitationem noſtrā huiuſmodi vos omnes, ſeu tres, vel duo, ſiue vnus ex vobis, per vos vel alium, ſeu alios in eccleſijs & ſolemnibus locis, & alijs, de quibus & quotiens expedire videritis, ſolemniter publicetis: ne quiſquam valeat circa id ignorantiam allegare. Datum Auiñ. ij. Idus Nouembr. Pontificatus noſtri anno octauo.

¶ Idem Arnoldo electo Lumbaneñ.

¶ Diſpenſat cū quodā abbate, vt epiſcopus poſſit eſſe, licet defectum patiatur in ordinibus & ætate. Ex hac & ſequenti cognoſcimus cauſas & formas diſpenſandi. Quęcunque enim ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt. ad Roma. xv.

CAP. VIII.

iij NVper ex certis rationabilibus, & manifeſtis cauſis, quæ ad hoc noſtrum animum induxerunt, ciuitatem Lumbañ. olim villam de Lumbanis, tunc intra Tholoſanæ diœceſis limites conſtitutam, qui locus inſignis ac multiplici commoditate dotatus exiſtit, de fratrum noſtrorū conſilio, & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis, per literas noſtras, ſub certa forma in ciuitatem ereximus, ciuitatiſque vocabulo duximus decorandam: ſtatuentes ac etiā decernētes, vt eccleſia abbatiæ illius loci de Lūbañ. ordinis ſancti Auguſtini extunc haberetur, & exiſteret cathedralis; ac deinde volentes eidem eccleſiæ de paſtore idoneo ſalubriter prouidere in te abbatē eiuſdem eccleſiæ virum vtique literatum, & literarū ſcientia præditum, vitę morum honeſtate decorum, diſcretionis & conſilij maturitate conſpicuum direxerimus oculos noſtræ mentis, teque (non obſtante defectu ætatis, & ordinum quem pateris, cum tonſuratus modo in clericum, & in xxvij. ętatis tuæ anno, vel circa conſtitutus eſſe dicaris, ſuper quo tecū gratioſè duximus diſpenſandum) de fratrum noſtrorum conſilio ipſi eccleſię pręfecimus in epiſcopum & paſtorem, curam & adminiſtrationē ipſius eccleſię

Diſpenſationem facilè obtinet, qui multis qualitatib' pollet.

tibi

tibi in ſpiritualibus, & temporalibus committendo. Vnde licet nondum ſit tibi munus conſecrationis impenſum, nec Apoſtolicas literas promotionem tuam huiuſmodi continentes (cum illas non habeas) poſſis oſtendere: Nos tibi vt (conſtitutione felicis recordationis Gregorij Papæ octaui prædeceſſoris noſtri, & qualibet alia ſuper hoc in contrarium edita nequaquam obſtante) poſſis eiuſdem eccleſiæ Lumbañ. & quorumcunque bonorum ipſius adminiſtrationem accipere, ipſamque adminiſtrationem liberè exercere, auctoritate præſentium indulgemus. Contradictis, &c. Datum anno quarto, vt ſupra.

¶ Idem venerabili fratri Bertrando Epiſcopo montis Albani ad vniuerſalis eccleſiæ regimen exercendũ diuina diſpenſatione vocato.

¶ Hortatur quendam in multis commendatum, vt curam paſtoralem adminiſtret in eccleſia, quæ de nouo fuerat in cathedralem erecta. hic autem inuenies multa notatu digniſſima, quæ debent lectores ad deuotionem accendere.

CAP. IX.

Eccleſiæ cuiuslibet ſtatus eſt per Papam attẽdendus.

AD cuiuslibet ſtatus eccleſiæ aciẽ ſollicitæ cõſiderationis extẽdimus, paſtorales partes officio vigilanti adhibentes, vt earũ ſingulæ paſtoribus gubernentur idoneis, & prouidis rectoribus diſponantur. Quorum diſpenſatione prouida, & prouidentia circumſpecta (illius cooperante clemẽtia, qui verè paſtor, & rector agnoſcitur) ſpiritualium, & temporalium proficiant incrementis. Nuper ſiquidem ex certis & rationabilibus cauſis, quæ ad hoc noſtrum animum induxerunt, ciuitatem olim villam montis Albani tunc intra limites Caturceñ. diœceſis conſtitutam, qui locus inſignis exiſtit, ac vbertate multiplici hominum, & rerum exuberat, de fratrũ noſtrorum conſilio, & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis ciuitatis vocabulo duximus decorandam: ſtatuentes ac etiam decernentes, vt eccleſia monaſterij illius loci montis Albani monaſterij Caſa Dei ad Romañ. Eccle. nullo medio pertinentis ordinis ſancti Benedicti Claremoteñ. diœce. tunc immediatè ſubiecta, extunc haberetur, & exiſteret eccleſia catedralis; poſtmodum verò de celebri ac ſalubri prouiſione ipſius eccleſiæ montis Albani, vt ſponſi ſolatio lætaretur, ſollicitè cogitantes, ac volentes illum eidem præficere in paſtorem, de quo certam haberemus notitiam, quòd eum clara morum inſignia redimerent, nec eſſet dubia eius charitas circa plebem ſuo regimini committendam, & in cuius fiducia conſiſteret ſalubriter ſecuritas ſubditorum: Ad te tunc monaſterij prædicti abbatem, quem literarum ſcientia præditum, vitæ & morum honeſtate decorum, diſcretionis & conſilij maturitate conſpicuum, in temporalibus prouidum, in ſpiritualibus circumſpectum nobis, & fratribus noſtris placida tua conuerſatio continuata diu apud ſedem Apoſtolicam approbauit, direximus oculos mentis noſtrę: quibus omnibus debita meditatione penſatis, de perſona tua nobis, & eiſdem fratribus ob tuorum exigentiam meritorum accepta, de ipſorum fratrum conſilio, & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis eidem eccleſiæ montis Albani prouidimus, præficientes eidem ſanctæ eccleſiæ te ipſum in paſtorem, tibique curam & adminiſtrationem illius in ſpiritualibus, & temporalibus committendo, ac tibi poſtmodum faciendo per venerabilem fratrem noſtrum Berengarium epiſcopum Tuſculañ. munus conſecrationis impendi: Firma ſpe, fiduciaque tenentes, quòd eadem eccleſia monaſterij Albani (Dominica aſſiſtente clementia) per tuæ circunſpectionis, & induſtriæ ſtudium fructuoſum ſeruabitur à noxijs, & aduerſis, & ſpiritualibus & temporalibus proficiet incremẽtis. Tolle igitur Dei iugum tam leue collis humilium, quàm ſuaue, ac dilectione paſcendum ſuſcipe gregem eius, ſuper quem noctis vigilias dilectus ſollicitusque cuſtodi, vt liber non pateat aditus inuaſori, & Dominus inſuſpicabili hora venturus ſi te inuenerit ſic agentem, curſu conſummato, qui tuo labori præponitur, & horum fide ſeruata, quę tuæ ſollicitudini committuntur, te repertum fidelẽ in modico, ſupra multa conſtituat, ac in dilecta gaudiorum ſuorum tabernacula introducat. Datum, &c. anno quarto.

Eccleſię ſpõſus prælatꝰ dicitur eſſe

Eccleſię viduatę præficiendus, in multis debet eſſe cõmendatus.

Prelatus bonus multa bona facit eccleſię.

Iugum Dei eſt lęue & ſuaue.

Fidelis in modico ſ. multa cõſtituetur.

¶ Idem Hugoni de Mirabello canonico Ebreduneñ. collectori fructuum primi anni, & cætera.

¶ Declaratur an collector fructuum primi anni omnium beneficiorum eccleſiaſticorum vacantium, & vacaturorum vſque ad certi temporis ſpatium deputatorum pro cameræ Apoſtolicæ oneribus facilius ſupportandis, poſſit cum obtinentibus beneficia conuenire. & an altaria dotata cadant ſub tali reſeruatione, &c.

CAP. X.

POſtulaſti per Apoſtolicæ declarationis euidentiam edoceri, quid tibi ſuper dubijs infraſcriptis circa commiſſam tuæ induſtriæ recollectionem fructuum prædictorum (aliàs prębendarum, aut beneficiorum) imminentibus ſit agendum. Tuæ itaque conſultationi breuiter reſpondentes, te ſcire volumus beneplaciti noſtri eſſe ſuper fructibus beneficiorum, quę ita reperies in ſolutione decimæ iuxta verum taxata valorem, ꝙ illum nequaquam excedũt, cũ obtinentibus huiuſmodi beneficia prout melius & vtilius diœceſanis locorum (in quibus huiuſmodi beneficia fuerint, quorum conſilia in hac parte requiras) & tibi videbitur, valeas conuenire. Nos enim ipſorum diœceſañ. & tuam conſcientiam ſuper his oneramus. ¶ Licet autem quotidianæ diſtributiones per nos fuerint à perceptione fructuum prædictorũ excluſæ, hoc tamen volumus de diſtributionibus ipſis intelligi, quæ dantur eis qui horis interſunt: ſic ꝙ illæ quæ ſoluuntur ijs, qui ſunt in ciuitate, vel loco præſentes, quamuis horis non interſint eiſdem, non ſint ab onere dictę recollectionis immunes. ¶ Porrò declarationem illam factam per nos in deputatione, ſeu reſeruatione fructuum prędictorum, vt videlicet non extendatur ad vicarias, ſeu capellanias vt plurimum à decedentibus inſtitutas, ad Miſſas pro ipſis decedentibus celebrandas, certis conſtitutis redditibus presbytero inibi celebranti, locum habere volumus in altaribus dotatis certis feudis vſuaticis, ſeu cenſibus, vt capellanus inibi celebrare debeat pro dantium animabus certis vicibus, ſingulis ſeptimanis, & in eccleſia cathedrali horis intereſſe diuinis, dummodo valor annuus ipſorum altarium ſummam xx. lib. Turoñ. non excedat. Alioquin includantur in deputatione, ſeu reſeruatione prædictis. Vbi verò prębenda fuerit in decima pro tanto taxata, ꝙ parum poſſet canonico hebdomadario (cui certum pro illa ſeruitium imminet in eccleſia faciendum) poſt perceptionem taxationis huiuſmodi remanere, volumus quòd de taxatione ipſa pro huiuſmodi ſeruitij onere portionem aliquam congruam prædicto hebdomadario dimittas, pro iam dicta camera noſtra reſiduum percepturus. Cęterùm prębendas illorum, qui taxationem decimę ſoluere recuſantes abeſſe velle ſe ſimulant, vt taxationem ipſam diminuere compellantur: ne per illorum abſentiã huius perce-

Conſciẽtiã aliorũ quãdoque Papa onerat.

Redditus ꝓ Miſſis celebrãdis à decedentibus relicti non ſunt aliquatenus diminuendi.

Papa in perceptione fructuũ eſt fabricę prę ferendus.

perceptione taxationis frauderis, quaſi nil de præbenda percipere valeas, de qua non percipiunt aliquid, niſi ſaltem in loco, vel in ciuitate præſentes, cum tamen eccleſiæ fabrica tales præbendas ex integro percipere dignoſcatur, declaramus ſub deputatione, ſeu reſeruatione conprehendi præfata, vt videlicet eas iuxta deputationis noſtræ modum percipere valeas, canonicorum ipſorum abſentia non obſtante. Ridiculum enim eſſet vt eadem fabrica potiori quã nos priuilegio in talibus vteretur. ¶ De illis deniq; qui licet per multos menſes tenuerint eccleſias, vel præbendas, nihil tamen ſe percepiſſe aſſerunt ex eiſdem, cum iuxta conſuetudinem patriæ prædeceſſores eorum teſtati fuerunt de bonis illarum, propter quod ipſi obtinentes tales eccleſias tibi ſatisfacere nequeunt de fructibus antedictis: nihilominus offerentes ꝙ tandiu fructus eccleſiarum ipſarum percipias, donec tibi fuerit inde plenariè ſatisfactum: placet nobis & volumus, vt ſi eſt ita, oblationi huiuſmodi condeſcendas: per hoc tamen non intendimus cõſuetudinem approbare prædictam. Datum Auinioñ. v. Idus Octobris. Pontific. noſtri anno ſecundo.

Teſtari de bonis eccleſiæ an clerici poſſint. vide not. in ca. præſenti de offi. ord. lib. 6.

¶ Idem.

¶ Cum Romanus Pontifex pro Eccleſię Romanę neceſſitatibus fructus beneficiorum vacantium vſque ad certum tempus reſeruaſſet, circa illam reſeruationem plurimę ambiguitates ortę ſunt, quas hic ſoluit.

CAP. XI.

Cvm nonnullæ.] a ¶ *Prędictos.*] aliàs prædicta. b ¶ *Curtuum.*] aliàs, cultuum.

j Cvm nõnullę eccleſiaſticę perſonę in cathedralibus eccleſijs canonicatus, ꝑbendas, dignitates, perſonatus, & officia, ac alia beneficia eccleſiaſtica obtinentes, reuocare conẽtur in dubiũ an fructus, redditus, & prouentus primi anni beneficiorum eccleſiaſticorum etiam vacantium, & quæ in diuerſis orbis partibus vſque ad triennium vacare contingeret, quos pro Eccleſiæ Romanę neceſſitatibus per noſtras ſub certa forma literas duximus reſeruandos, iuxta tenorem literarum ipſarum cameræ noſtræ ſoluere teneantur: præſertim cum archiepiſcopales, & epiſcopales eccleſiæ ac regulares abbatiæ ab huiuſmodi ſolutione fructuum (vt dicunt) in dictis literis eximantur. ¶ Nos dubitationem huiuſmodi amputare volentes, auctoritate Apoſtolica declaramus, quòd cum ſub appellatione archiepiſcopalis, vel epiſcopalis eccleſiæ, aut regularis abbatie, huiuſmodi præbendæ, dignitates, perſonatus & officia nequaquam intelligãtur, nec etiam includantur, prædictos[a] necnon & prębendarum, & officiorum monachorum, monaſteriorum regulariũ, ac redditus abbatiarum, ſeu abbatum earundem; quæ in beneficijs eccleſiaſticis aſſignantur, diſtinctos fructus, redditus & prouentus includi in deputatione prædicta, & dictæ cameræ iuxta prędictarum literarum tenorem debere perſolui: ac id idem ſuper ſolutione omnium fructuum, reddituum, & prouentuum commendatariarum, curtuum[b], ſeu grangiarum, monaſteriorum, domorum, & locorum cõuentualium, quæ pro benficijs eccleſiaſticis (vt prędicitur) conceduntur (niſi duntaxat in fructibus illorum, quę ſunt forſan excepta) declaramus & pręcipimus obſeruari. ¶ Pręterea cum in aliquibus eccleſijs tam cathedralibus quàm alijs, panis & potus pro quotidianis diſtributionibus ipſarum eccleſiarum canonicis, & perſonis de præbendarum ipſarum corporibus pro die quolibet deputetur, & etiã interdum certa quantitas bladi, & quandoque certa pecunię ſumma, & aliquando alterum pro altero ꝓ ſingulis menſibus, vel hebdomadis etiam canonicis ſtudiorum cauſa, aut aliàs pro eorum negotijs de licentia capitulorum eccleſiarum ipſarum ab eccleſiis eiſdem abſentibus exhibeantur, & etiam perſoluantur: declaramus auctoritate prædicta illam bladi quantitatem, & pecunię ſummam, quę pro quolibet menſe, vel hebdomada dictis canonicis (vt prędicitur) miniſtrantur, non debere pro quotidianis diſtributionibus computari, ſed illa tantùm quæ præfatis canonicis quotidie pro diurnis, & nocturnis horis diſtribuuntur ſine fraude. ¶ Adijcimus inſuper declarationi prædictæ, quòd ſi obtinenti curatum beneficium, aliud ſibi conſimile collatum fuerit, vel ẽt in poſterum conferatur, poſt ſecundi pacificam poſſeſſionem adeptam & fructuum perceptionem ipſius, nihil de fructibus eiuſdem primi beneficij (niſi forſan ſuper hoc diſpẽſatione canonica ſit munitus) percipere poſſit: ſed pro dicta camera noſtra iuxta formam dictarum literarum recipiantur, & etiam exigantur. Vbi verò fructuum, reddituum, & prouentuum beneficiorum eccleſiaſticorum non reperiretur certa taxatio, declaramus auctoritate prędicta, quòd fructus, redditus, & prouentus beneficiorum huiuſmodi cum vacare contigerit, per medium diuidantur, quorum medietas recipiatur pro camera prędicta, reliquam verò medietatem ille pro ſua ſuſtentatione percipiat, qui beneficium huiuſmodi dignoſcitur obtinere. ¶ Grangias autem, & alia loca Ciſtercieñ. ordinis, & aliorum locorum regularium, in quibus gubernatores, ſeu cuſtodes, vel adminiſtratores ponuntur ad tempus, & remouentur ad voluntatem ſuperiorum ſuorum, eorumque fructus, redditus, & prouentus auctoritate declaramus eadem in deputatione prędicta, ac literis noſtris ſuper illa confectis aliquatenus non includi. Nulli ergo omnino, &c. Datum Auiñ. Nonis Ianuar. Põt. noſtri anni iiij.

Fructus beneficiorum à Papa quã doq; pro Eccleſiæ Romanę neceſſitatibus reſeruantur.

Dubitationes ſunt amputandæ.

Diſtributiones quotidianę quãdoq; conſiſtũt in potu & pane, quãdoq; in alijs reb.

Horarum, quedã ſunt diurnę, quæ dam nocturnę.

Adminiſtratores ad voluntatẽ ſuperiorũ qñque ſunt remouibiles.

¶ Idem.

¶ Fructus amborum beneficiorum, quibus quandoque beneficiatus priuatur, camerę Apoſtolicę deputantur.

CAP. XII.

ij Cvm nonnullæ eccleſiaſticę perſonę reuocare conentur in dubium, an ſi obtinenti dignitatem, vel aliud beneficium eccleſiaſticum, cui cura imminet animarum, aliud beneficium cõferatur, eo caſu quo ambo beneficia ipſa ſucceſſiuè vacare contingit, eorundem amborum fructus primo anno quo vacant ratione deputationis fructuum, reddituum, & prouentuum eccleſiaſticorum tunc vacantium, & quæ vſque ad certum tempus vacare contingeret, quos pro Eccleſiæ Romanę neceſſitatibus releuandis per noſtras literas duximus deputandos, noſtrę camerę debeantur: Nos ambiguitatem huiuſmodi remouere volentes, auctoritate Apoſtolica declaramus, amborum eorundem beneficiorum fructus, redditus, & prouentus (cum vtrunque ipſorum vacet) pro eadem camera debere percipi & haberi. Nulli ergo, &c.

¶ Benedictus xij.

¶ Diſpoſitioni Apoſtolicæ reſeruantur beneficia curialium, & aliorum ad curiam accedentium, vel ab ea recedentium ſi moriantur in locis vltra duas dietas legales ab ipſa curia non diſtantibus.

CAP. XIII.

AD regimen Eccleſię generalis quanquam immeriti ſuperna diſpoſitione vocati, gerimus in no-

a ¶ *Omnes patriarcales.*] accipe infra, in fine reſeruamus ordinationi, & cætera.

in noſtris deſiderijs, vt debemus, quòd per noſtræ diligentiæ ſtudium ad quarumlibet eccleſiarũ & monaſteriorum regimina, & alia beneficia eccleſiaſtica iuxta diuinum beneplacitum, & noſtræ intentioni affectum, viri aſſumantur idonei, qui præſint & proſint committendis eis eccleſijs, monaſterijs, & beneficijs prælibatis. ¶ Præmiſſorum itaque conſideratione inducti, & ſuadentibus nobis alijs rationabilibus cauſis, nonnullorũ prædeceſſorum noſtrorũ Romanorum Pontificum veſtigijs inhærentes, omnes patriarchales [a], archiepiſcopales, & epiſcopales eccleſias, & etiam monaſteria, Prioratus, dignitates, perſonatus, & officia, necnon canonicatus, & præbendas, & eccleſias, cęteraque beneficia eccleſiaſtica cum cura, vel ſine cura, ſecularia & regularia quæcunque, & qualiacunque fuerint, etiam ſi ad illa perſonæ conſueuerint, ſeu debuerint per electionem, ſeu quenuis alium modum aſſumi, nunc apud ſedem Apoſtolicam quocunque modo vacantia, & inpoſterum vacatura, necnon per depoſitionem, vel priuationē ſeu tranſlationem, aut muneris conſecrationis ſuſpenſionem, per felicis recordationis Ioannem Papam xxij. prædeceſſorem noſtrum, ſeu eius auctoritate factas, & per nos ſeu auctoritate noſtra in antea faciendas vbilibet: Necnon ſi forſan tempore iam dicti prædeceſſoris aliqui in concordia, vel diſcordia electi, vel poſtulati fuerint, quorum electio caſſata, ſeu poſtulatio repulſa, vel per eos facta renuntiatio, & admiſſa per ipſum prædeceſſorem, vel auctoritate ipſius extiterint, ſeu quorum electorum, vel poſtulatorum, & in antea eligendorum, ſeu poſtulandorum ac renuntiantium electionē caſſari, vel poſtulationem repelli, aut renuntiationem admitti per nos, vel auctoritate noſtra contingeret apud ſedem prædictam, vel alibi vbicunq;: Ac etiã per obitum Cardinalium eiuſdē Eccleſiæ Romanæ, ac officialium dictæ ſedis, videlicet camerarij, vicecãcellarij, notariorum, auditorum literarum contradictarum, & Apoſtolici Palatij cauſarum auditorum, correctorum, & ſcriptorum literarum Apoſtolicarũ, ac pœnitentiarij p̄fatæ ſedis, ac abbreuiatorum, necnon commenſalium, & aliorum quorumlibet capellanorum ſedis eiuſdem, & etiam quorumcunque legatorum ſiue nuntiorum, ac in terris Eccleſiæ Romanæ rectorũ, & theſaurariorum, per dictũ Ioannē p̄deceſſorem, vel nos ſpecialiter deputatorum, ſeu miſſorum hactenus, vel à nobis deputandorũ, aut mittendorũ in poſterum nunc vacantia, & in antea vacatura vbicunq; dictos legatos vel nũtios, ſeu rectores, aut theſaurarios, antequam ad Romanam curiam redierint, ſeu venerint, rebus eximi cõtigerit ab humanis: Necnon quorumlibet pro quibuſcunq; negotijs ad Romanã curiam veniẽtium, ſeu ēt recedẽtium ab eadē, ſi in locis à dicta curia vltra duas dietas legales nõ diſtantibus iã forſan obierint, vel eos in antea trãſire cõ tigerit de hac luce: Ac ēt ſimili modo quorumcunq; curialium peregrinationis, infirmitatis, aut recreationis, ſeu alia quacunq; cã ad quæuis loca ſecedentium: ſi eos antequã ad dictã curiã redierint in locis vltra duas dietas ab eadem curia (vt præmittitur) non remotis: dummodo eorum proprium domiciliũ nõ exiſtat ibidem, iã forſitan deceſſerint, vel in poſterum eos contigerit de medio ſubmoueri: nunc ꝑ obitum huiuſmodi vacantia, & inpoſterũ vacatura: Rurſus monaſteria, Prioratus, decanatus, dignitates, perſonatus, adminiſtrationes, officia, canonicatus, præbēdas, & eccleſias, cæteraq; beneficia eccleſiaſtica, ſecularia & regularia, cũ cura, vel ſine cura, quæcunq; & qualiacunq; fuerint, ēt ſi ad illa perſonæ cõſueuerint & debuerint per electionem, aut quẽuis alium modum aſſumi, quæ promoti per dictum prædeceſſorē, vel eius auctoritate ad patriarchalium, archiepiſcopalium, & epiſcopalium eccleſiarum, necnon monaſteriorum regimina obtinebant tempore promotionum de ipſis factarum nunc vacantia: Et qui per nos ſeu auctoritate noſtra inpoſterum ad eadem regimina promouendi tempore promotionis huiuſmodi obtinebunt: Necnon etiam quæ per aſſecutionem pacificam quorumcunque Prioratuum, dignitatum, perſonatuum, officiorum, canonicatuum, & præbendarum eccleſiarum, & beneficiorum aliorum per nos, vel eundem Ioannem prædeceſſorem, ſeu auctoritate literarum noſtrarum, vel ipſius Ioannis prædeceſſoris collatorum, & conferendorum in poſterum nunc vacantia, & in antea vacatura (plena ſuper præmiſſis omnibus, & ſingulis cum fratribus noſtris collatione pręhabita, & matura deliberatione ſecuta) ordinationi, diſpoſitioni, & prouiſioni noſtrę (donec miſerationis diuinæ clementia nos vniuerſalis Eccleſiæ regimini pręſidere conceſſerit) de ipſorum fratrum conſilio, auctoritate Apoſtolica reſeruamus: decernentes extunc irritum, & inane ſi ſecus ſuper pręmiſſis & quolibet eorum per quoſcunq; quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus quibuſcunque conſtitutionibus à prędeceſſoribus noſtris Romanis Põtificibus editis, quatenus obſiſtere poſſent ſuper enarratis articulis, vel alicui ſiue aliquibus eorundem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę reſeruationis, & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pręſumpſerit, indignationem omnipotẽtis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Auinione tertio Idus Ianuarij, Pontificatus noſtri anno primò. M.cccxxxv.

Beneficijs vacantibus ſunt aſſumēdi viri qui illis pręſint & proſint.

Electio caſſatur, & poſtulatio repellitur.

Officiarij Papæ diuerſi ſunt.

¶ Paulus Venetus Papa ſecundus.

¶ *Beneficiá quęcunque ſint diſpoſitioni Apoſtolicę reſeruata, per talem reſeruationem ſunt affecta, ita quòd illorum collatio non tenet, ſi per alium à Romano Pontifice fuerit facta.*

CAP. XIIII.

AD Romani Pontificis prouidentiam, & circũſpectionem prouidam ſpectare dignoſcitur, dubia iuris (ex quibus lites graues oriuntur indies) ſuæ declarationis oraculo terminare, prout negotiorum qualitate, & temporum conditione inſpectis, conſpexerit in Domino ſalubriter expedire. Cũ itaque nonnulli Romani Põtifices prædeceſſores noſtri per diuerſas eorũ conſtitutiones, quas ſuo tempore dũtaxat durare voluerũt, quecunque beneficia eccleſiaſtica, quæ ſui & ſanctę Romanæ Eccleſię viuentium, & tunc exiſtentiũ Cardinalium familiares continui cõmenſales obtinebãt, & inpoſterum obtinerent, eorum familiaritate durante, etiã ſi ab ipſa familiaritate per obitum Cardinalium eorundem, vel aliàs receſſiſſent, necnon illa quę etiam fructuum, & prouentuum camerę Apoſtolicę debitorum collectores, & qui ipſorum prędeceſſorum temporibus ſua officia exercerent, vniti ſuccollectores durantibus eorum officijs obtinebant, ac in quibuſcunque locis vacauerint, cum irritantis appoſitione decreti, & deinde prædeceſſoribus

Lites ex iurium dubiis ſepe oriuntur.

ſoribus ipſis ſublatis de medio, ac eorum beneficiorum occurrentib. vacationibus, inter vtriuſq; iuris interpretes, etiam officiales Romanæ curiæ ſæpenumero hæſitatum extiterit, an beneficia huiuſmodi propter reſeruationem,& decretum prædicta, reſeruata,vel affecta remanſerint: ita quòd nullus præter Romanum Pontificem de illis diſponere potuerit, ſiue poſſit reſeruatione,& decreto obſiſtentib.ſupradictis. Ac cum propter ambiguitatem hmõi varias quoque iuriſperitorum opiniones,& diſcrepationes ipſas aduerteremus: plerunque pro reſeruatione,& affectione præmiſſis,interdum verò econtra pronuntiatum,& diffinitum fore.¶Nos qui vigilis more paſtoris ſuper his maturo prouidendum eſſe conſilio non indignè cenſuimus;Et propterea in ſingulis cauſis ſuper quibuſuis beneficijs eccleſiaſticis eandem ambiguitatem quomodolibet concernentibus, vſq; ad noſtrum beneplacitum ſuperſedere mãdauimus: cupientes (quemadmodum noſtro incumbit officio) dubijs huiuſmodi finem imponere: ſubditorum obuiare diſpendijs,&(ne lites fiãt penitus immortales)de opportuno remedio prouidere: Felicis recordationis Vrbani v.Greg.ix.Bonifacij viij. Romanorum Pontificum etiam prædeceſſorum noſtrorum, qui ad ſubmouenda altercationum fomenta, & ambiguitates huiuſmodi lucidandas, declarationes ſimiles per ſuas literas ediderunt, veſtigijs inhærentes, ac prouidè conſiderantes effectum, per reſeruationem, manuſq; appoſitionem eorundem prædeceſſorum in dictis beneficijs in eſſe productum per obitum ipſorum nequaquam cenſeri debere reuocatum:Romani quoq; Pontificis manus appoſitionem prædictam tantæ efficaciæ tantæq; virtutis exiſtere, vt etſi literæ Apoſtolicæ ſuper prouiſionib. beneficiorum,aut de prouidendo mandatis,in quib. decretum,& reſeruatio huiuſmodi apponuntur,ex aliqua cauſa ſuum debitum non ſortiantur effectum: facultatem tamen prouidendi de beneficijs taliter reſeruatis quibuſcunq; alijs fuiſſe ademptam huius perpetuæ,& irrefragabilis conſtitutionis edicto de venerabilium fratrum noſtrorum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium conſilio omnia, & ſingula beneficia eccleſiaſtica ſecularia, & cuiuſuis ordinis regularia,etiam ſi præpoſitatus,canonicatus, præpoſituræ, & præbendæ,dignitates,perſonatus, adminiſtrationes,vel officia fuerint: etiam ſi ad illa conſueuerint, qui illis præficiuntur per electionem aſſumi,eiſq; cura immineat animarum (vt præmittitur) reſeruata, &per Romanos Pontifices ſucceſſores noſtros canonicè intrantes inpoſterum reſeruanda, ac etiam quouis modo vacantia & in antea vacatura: per huiuſmodi reſeruationem & decretum remanſiſſe, & remanere ſemper affecta,nullumq; de illis(cum primum vacare contigerit) præter eundem Romanum Pontificem ea vice quouis modo diſponere potuiſſet,ſiue poſſe,harum ſerie decernimus,& pariter declaramus.Quòd tam in pendentib.etiam per appellationem, quàm in futurum ſuper eiſdem beneficijs vt premittitur reſeruatis, committendis cauſis, per dilectos filios magiſtros capellanos noſtros cauſarum Palatij Apoſtolici auditores, atque alios quoſcunq; delegatos, & iudices vbilibet inuiolabiliter obſeruari: & ſecundum præmiſſa, nec aliter ſententiari,& diffiniri volumus atq; mandamus eis, & eorum cuilibet,quauis alia ſuper præmiſſis interpretandi facultate ſublata:Decernentes exnunc irritum & inane,ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę cõſtitutionis, declarationis, voluntatis,mãdati, & decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotẽtis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctum Marcum, anno incarnatiõis Dominicæ M.ccccLxvij. Calen.Septembris,Pontificatus noſtri anno tertio.

Prælatus vigilem paſtorem imitari debet.

Lites debẽt eſſe breues.

Romani Põtificis man⁹ eſt magnæ virtutis.

B[...]eficia p[...] dicun[...] affecta.

Ne ſede vacante aliquid innouetur.

¶ Ioannes vigeſimus ſecundus epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

¶Papa volens prouidere diuino cultui & miniſtris eiuſdẽ, & occurrere diſpendijs, quæ ipſis quotidie imminent propter occupationes vacantium eccleſiarum primi anni, quæ competunt ex diuerſis titulis aliquibus eccleſiis,ſeu perſonis: ſtatuit, ꝙ quando talis occupatio imminebit in beneficijs,quæ conſueuerunt in decimæ ſolutione taxari,collectores ipſorum annalium ſint contenti ipſa ſumma,pro qua conſueuit dari decima,ſi ipſam eligendam duxerint totali reſiduo penes eum cui collatum eſt beneficium remanente:vel dimiſſa eidem ſumma prædicta,poſſint dictũ reſiduum ſibi aſſumere, dum tamen alterum intra decem dies dicti eligant collectores: aliàs poſt decem dies ipſorum optio in beneficiatum tranſeat ipſo iure.In non taxatis autem fructus decimabiles illius anni diuidantur per medium, & vtrique eorum medietas tribuatur: ita quòd ſi alter dimidia noluerit contentari, ipſa in volentem tranſeat ipſo iure. Et ſi quicquam aliquis contra dictam ordinationem receperit,pœnas hic contentas incurrat.

CAP. VNICVM.

SVſcepti [a] regiminis nos cura ſollicitat, vt quæ in Eccleſijs non abſque diſpendio [b] miniſtrorũ, [c]

S*Vſcepti.* 1]Hæc decret.poteſt intitulari ſub titulo, de reſcrip.vel ſub tit.de elect.vel, ne ſede vac.vel ſub illo,vt eccl.bene.vel ſub illo, de verb. ſig. Et diuiditur in quinq; partes. Primò ponitur concedendæ conſtitutionis duplex occaſio.Secundò facti, de quo agitur,ſummaria recitatio. Tertiò ſuper taxatis cõſtituitur. Quartò de non taxatis anneCtitur. Quintò non ſeruantibus diuerſa pœna apponitur. Secunda, *Cum itaque*. Tertia, *Nos de illo*. Quarta, *In illis*. Quinta, *Et ſi quicquam*. Et ſic hæc facta eſt ad declarationem illorum iurium s̃.vt eccl.bene.c.vnico. in fi.ne ſe. va.cap.1.per Inno.de verb.ſign.tua. de priuileg. ſi Papa.& de præben. ſi tibi conceſſo.lib.6.Gul.de mõte Lauduno.

1 Hęc extrauagãs reperitur inter xx. Ioã. xxij. ſub tit. de ele. cum gl.dñi Zenzilini:hic verò ponitur cum gl.Guliclmi de monte Lauduno.

a ¶*Suſcepti.*]ſimile s̃. de præbend. ſuſcepti. lib.6.

b ¶*Diſpendio.*] de his de reſcrip.diſpendia.in prin.lib.6.

c ¶*Miniſtrorum.*] generi enim talium intendit hic Papa prouidere, nõ autem perſonis ſingularibus, & ſic erit perpetuum & fauorabile.arg. 12. q. 2. liberti. maximè cum fiat in fauorem diuini cultus, vt patet inf. aliàs enim merè perſonalia perſonas non tranſgrediuntur, imo cum eis pereunt, & maximè debent vt odioſa reſtringi.inſt. de iure natu. §. ſed & quod principi.s̃. de reſcr. quia per ambitioſam.lib.6.Notanter etiam dicit,miniſtrorũ, ſub nomine officij, nõ proprio:quaſi dicat hic Papa,prouidere intendimus arti & virtuoſæ induſtriæ hominum, non naturæ,ſicut econtrario vitium hominis debet haberi odio,non natura.82.diſt. odio.& 86.diſt. donare. Notabis etiam hic, quòd Papa nedum diuino cultui, de quo infra imo etiam diſpendio miniſtrorum prouidere intendit,etiam principalius & fortius: quod patet in hoc, quod in ſcripturæ ordine hic præmittit. argum. iurium. ſuprà. de elect. ſi quis iuſto. & de præben.mandato.lib.6.Ex quo ſequitur,quòd nedum reſidentes verè,ſicut ſunt illi, qui interſunt horis diuinis: imo etiam præſumptiuè & iuris fictione, ſicut exiſtentes in Papæ, vel Cardinalium ſeruitio, vel ſtudio theologiæ, vel ſimiles gaudeant huiuſmodi beneficio decret. de quo dicit infra Guliel. de monte Lauduno.

Vitiũ odio proſequamur non naturam.

Cultui diui no renuntiari non pōt.

a ¶[*Et cultus.*] multa ſunt ſpãlia in fauorẽ diuini cultus ſtatuta ſ.de conſti.ex parte.de reſcrip.quia per ambitioſam. lib. 6.de cele.Miſ.graui.concil. Viennẽ. vñ cum cultus diuinus ſit iuris publici.1.diſt.ius publicum.pacto priuatorũ tolli, ſeu ipſi renuntiari non pōt.ff.de pact.l. ius publicũ.ſ.de foro cõpe.ſi diligenti. maximè cum videatur inhærere præceptis primæ tabulæ.32.q.7.quid in omnib. ex quo vr̃, ꝙ etiam Papa non poſſit ſuper hoc ſine magna cã diſpenſare: cum ſola infirmitas ab hoc excuſet, ne vicarius tollat penſum à dño ſibi ſpãliter ſuper quemlibet viuentem de eius patrimonio reſeruatum.ſ.de cele.Miſ.c.1.nec etiam ſuper ſubtracto: niſi illud reſtituat, vt ſic nõ remittatur peccatum, ſi cum pōt (maximè Deo) non reſtituatur ablatum: cum ẽt idem eſſe de penſione alicui domino priuato ſubtracta.arg.ſ.de vſur.cũ tu. 16. q.1. reuertimini.cum ſimi.Sed nunquid poterit huic beneficio renuntiari? Credo ꝙ ſic, inquantum tangit ius cuiuſuis priuati: ſed inquantum Eccleſię, non, argu.ſ.de arbi.cum tempore.

& cultus [a] detrimento diuini ſeruari videamus ꝑ appoſitionem congrui moderaminis in melius reformemus. Cũ itaq;[b] in nonnullis Eccleſijs [c] obſeruetur, [d] & à longis [e] retroactis temporib. fuerit obſeruatum, quòd fructus† primi, vel ſecundi, aut alterius [f] cuiuſq; ſequẽtis anni bñficiorũ vacantiũ [g] in

b ¶[*Cum itaque.*] Secunda pars.

c ¶[*Eccleſiis.*] de quibus ſi in priuilegio, vel ſtatuto expreſsè actum eſt, expreſſioni ſtabit̃.ſ.de priuil.accepimus.9.q.3.conqueſtus, ſaluo hoc quod legitur contra conſuetudinẽ, vel ſtatuta inferiorum.ſ.de elect.ſæpe.& de offi. ord. præſenti.lib.6. aliàs vſus obtinuit, ꝙ monaſteria ſeu loca collegiata nõ comprehendant̃: multominus ipſę Eccleſię cathedrales. argu.ſ.de præb.c.fi.de conceſ.præb.dilectus. Si quęras quam Eccleſiam dices collegiatã, vel conuentualem quantũ ad hęc? Credo ꝙ illa dũtaxat, in qua ſunt duo vel plures tanquã facientes vnũ corpus, conſueuerit conuentus, capitulũ, vel collegiũ vocari: & ſic nihil faciet ibi pluralitas perſonarũ, vel paucitas: dũ tñ ſint duo vel tres: ſed ipſa realitas, ſ.ꝙ ibi conuerſentur, vt vnũ corpus facientes inſimul. Item credulitas gentium & opinio, ſ.ꝙ cõiter à gentib.conſueuerunt ſic appellari & haberi vt tales.hoc dico per iura.ſ.de elec.nullus.de exceſ.prælator.dilecta.de proba.per tuas.qui fi.ſint legi.trãſmiſſæ.3. q.7.§.tria.de præb.de multa. per Inno.Quid ergo erit de Prioratib. monaſteriorum Olumaſ.Caſæ Dei Grandimonteñ.maioris monaſterij Præmonſtrateñ.vel ſimilibus: in quorum aliquib .qñq; conſueuerunt eſſe quatuor monachi, qñque octo aſſociantes Priores ibidem, nunquid collectores percipient talium annalia cum vacabunt? Credo ꝙ non debeant collectores ab iſtis tanquam à collegiatis excludi: cum tales potius ſint tanquam per modum aſſociationis, quàm collegij ſeu conuentus.per c. dilecta.de hoc plenè notaui ſ.de reſcrip.& ſi principalis.& de ſtatu reg.ne in agro.Sed quid de celeraria Eccleſię ſancti Stephani Tholoſæ: in qua de anno in annum mutant̃ celerarij: vel de archipresbyteratib. diœceſis Bituriceñ.qui ad mutationẽ archiepi, vel capituli in regimine cathedralis Eccleſię renouantur: nunquid à talib.percipient? Credo ꝙ non, cũ non dicantur vacare propriè: nec inſtitutio bñficiorum eſt apud celerarios, ſeu archipresbyteros tpales: ſed apud illos potius, quorum iſti vices gerunt: ſicut dr̃ de vicarijs tpalib.in fine extrauagantis, Execrabilis, & dixi ſ.de offi. vica. quæ de Eccleſijs.concil.Vienneñ.facit ſ.de conſue.c.1.lib.6.in verb.perpetua.Et idem dico pari ratione de grangijs monachorum alborum, vel monialium fontis Ebrandi ſanctę Clarę, vel de Prolhano, ſeu ſimilium, & de alijs poſſeſſionib.traditis ſub annua penſione fratrib.de ordine, vel alijs ad vitam, vel aliud tẽpus modicum, quę per eorum ceſſum, vel deceſſum, non dicerent̃ vacare, vt ſ.de præb.quamuis.in prin. lib. 6.16.q.1.poſſeſſiones.facit quod legitur & no.ſ.de præſcrip.ſi diligenti.

Eccleſia qñ dicitur collegiata.

Archipreſbyteri Bituriceñ. mutãtur mutato prælato.

d ¶[*Obſeruetur.*] ſub prætextu priuilegij, vel ſtatuti.de quib. j.Guliel.de monte Lauduno.

e ¶[*Et à longis.*] & hic vbi conſuetudo allegatur.Et ſic nota ſufficere conſuetudinem longi temporis.de quo dicetur plenius infra.

f ¶[*Primi, vel ſecundi, aut alterius.*] vel tertij, vel quarti, ſeu deinceps: ſicut dicit lex de replicationib.inſti. de excep. quod in infinitum eſt ire hodie in aliquib.locis, quæ infinitas, tamq̃ diſpendioſa nouis bñficiatis, in illis partib.meritò eſt reprobãda.argu.ſ.de reſcrip.cum in multis.lib. 6. Hic quęro primò, ſi contingat in primo anno bis vacare bñficium: an ille cui primi anni fructus competunt, habebit eos per duos annos? Dñt qdam ꝙ habebit à tpe primæ vacationis vſq; ad ſecundam, & à ſecunda per totum annum cõpletum. per l.ff.ad ſenatuſconſul. Turp.l.in ſenatuſcõſultum. §. quanquam.Scđo quæro, an poſito ꝙ de cõſuetudine mortuus primo anno, fabrica ſcđo inibi colligeret: ſi Papa pro ſe, vel pro paſſagio hoc ſimpliciter leuandum iuſſerit, vel iuſſum per alios ex certa ſcientia confirmauerit: quo ordine iſti leuabunt? Si eſſet hoc verbum, anteferri, non eſſet dubium: imo etiam dato ꝙ non ſit, adhuc videtur ꝙ Apoſtolicus debeat præcedere, & in primo anno leuare: licet vltimus ſit in cõceſſione, ex quo concurrit cum alijs: iuxta ea quæ leguntur ſupra de præb. hi qui. lib.6. maximè ſi adiecerit Papa in ſuo priuilegio, illis non obſtantibus: de quibus legitur ſ. de reſcrip.aliàs de priuile.ſi Papa. lib.6.vbi dictum eſt ſatis de hoc.in fine.

Infinitas reprobatur.

† Vide extrauagantẽ Pij V.Pontificis maximi ĩcip.Durum nimis.

g ¶[*Vacantium.*] à tempore ſ. introductionis, conſuetudinis, priuilegij, vel ſtatuti, & ſic alia bñficia quæ ante iſtam introductionẽ vacare inceperant, licet iſtis ſuperuenientib.adhuc erant libera & vacantia, non cadunt ſub aliquo iſtorum, cum conſtitutio iuris publici, vel priuati non extendat ſe ad prętetita, vel pendentia, niſi de his expreſsè caueat̃ in ipſa. in auth. vt cum de appellat.cog.in prin.ſ. de iud. diſpendioſam. in fi. concil. Vienneñ. Quod credo verum, ſi † ſit ibi adiectio aliqua certi tpis, vt quia dr̃, fructus vacantium per tres annos: quia tunc curſus illius termini incipiet ſtatim poſt editam publicatam, vel editam ſi ſit decretum.in auth. vt fa. no.conſtit. in prin.ſ.de elect.ſi eo tpe.lib.6. arg.ſ.de verb.ſign. abbate.de elec. quiſquis. vel etiam ſi verbum futuri tpis ſit ibi inſertum: puta, vacatura, vel vacabũt, vt ſ.de reſcrip.aliàs de priuil.ſi Papa.lib. 6.Secus ſi dixit ſimpliciter fructus vacantium, vt hic videret̃, quia tunc intelligi debet ẽt de ijs, quæ inueniuntur tpe conceſſionis liberè vacare aliàs quàm per adoptionem pacificam ſcđi: quia tunc etiam fructus primi non habebit, vt ſ.de pręb.ſi tibi cõceſſo.lib 6. & pari rõne idem de permutatis vr̃, vt j.dicetur, & dixi ſ.de prębend.ſi plures.concil. Vienneñ. Et credo ꝙ pacifica adeptio ſecundi ſufficit ad hoc, ꝙ primum quod incompaſſibile eſt, ipſo iure vacet: ad lucrandos in hoc caſu fructus in quocumq; beneficio minori epiſcopatu, ſiue ſit ſolemnis abbatia, ſeu quoduis aliud: dum tamen aliàs ſub tali forma caderet: per iura ſ.de pręb.de multa.de elect. commiſſa.lib.6.21.q. 2. ſi quis. excepto epãtu, propter quem quis non amittit priora bñficia ſtatim adepta poſſeſſione, niſi poſt tpa de conſecrandis epiſcopis: quod eſt ſpeciale in ipſis, vt ſ. de elect.cum in cunctis.§.cum verò.in prin. Sed quæ beneficia dicentur vacantia in hoc caſu. Dic vacans propriè dr̃, qđ à nemine eſt occupatum, ſeu poſſeſſum, & ideo hæreditas iacens vacare dicitur: nec in eam furtum cõmitti poteſt, ex quo adita non eſt.ff.de effra.& expil.l.2.ff. de furtis. l. hęreditariæ. Et poteſt dici vacans de iure & de facto. Item de iure tãtùm, non autem de facto, vt ſ.de reſti.ſpo.c.2. Item dę facto tantũ, non autem de iure.ſ.de conceſ.pręb. cum noſtris. Sed in primo caſu hoc contingit multipliciter, morte, renuntiatione, depoſitione, permutatione. Mors enim naturalis omnia ſoluit, in tantum ꝙ etiam ſi in inſtanti miraculosè reſuſcitetur, ſicut Lazarus, non recuperaret bñficium: imo ipſum collectores leuarent. arg.eorum quæ leguntur & notantur 33.q.7.licitè.nec in beneficialib.aliquid de iure mortui ad ſucceſſorem tranſmittitur, ſeu ius vnius continuatur in alium: niſi ſola lis incepta prius cum mortuo: & hoc fit de quadã æquitate, non de rigore: cũ ius beneficiale adeo perſonale ſit, ꝙ perſonã nõ tranſgreditur: imo in ſucceſſore per omnia ius nouũ creatur: licet ſecus ſit in ſucceſſionib.hæreditarijs, in quib.ſucceſſor ſecundus in iure primi ſuccedit cõtinuando ius primi ad ſcđm ſine innouatione iuris: vt hęc ꝓbant̃ ſ.de ꝑb.c. 1.7.q.1.Moyſes.ſ.vt lite pendente, ſi hi cõtra quos.in fi.ff.de iud.tam ex cõtractib.& idẽ in iure proprietario reali, ſeu ꝑſonali, q̃uis eccleſiaſtico.ſ.de offi.deleg.qm̃.vt lite pendẽ.eccleſia.maximè vniuerſali.ſ.de teſti.ſignificauerunt.in prin.cũ ibi notatis. de hoc dicet̃ in Extrauag.Execrabilis.In alijs aũt modis ſicut in ceſſione & ſimilib.licet perdatur ius, dũ tñ aliàs legitimè fiat, nõ tñ ipſa poſſeſſio, niſi hoc per ſñiam iudicis declaretur, vel niſi euidenter appareat poſſidentem habuiſſe ꝓ derelicto facto, vel verbo: cũ ſemel poſſidens ſemper poſſidens pręſumat̃.hoc probatur ſ.de hęret.cum ſcđm.de pręb. licet epiſcopus.lib.6. inſt.de rerum diui.§.fi.ſ.de priuileg.dudum.In quo ergo caſu de præmiſſis hẽbit collector vacantẽ? Dic ꝙ de ijs, quę cõſtat verbo & facto vacare, nõ eſt dubiũ: ſed quia de aliquib. eſt dubium hic. Primò quæro an bñficia permutata ltĩmè vacare dicantur? Et vr̃ ꝙ non. Primò propter rationem. ſ. de præb.ſi tibi conceſſo.lib. 6. Scđò, nam permutatio initiũ efficax non capit ex mutuo conſenſu ſeu voluntate ꝑmutãti, ũſed ex traditione

Conſtitutio ad pręterita vel pendentia non extenditur: niſi in ipſa caueatur.

† Niſi.

Vacans qđ propriè dicitur.

Mortuus ſi reſurgeret beneficium non recuperaret.

Bñficia permutata an dicantur vacare.

eiſdem, defuncto, vel fabricæ, aut eccleſijs, vel perſonis habentibus annalia de conſuetudine [a], priuilegio [b], vel ſtatuto applicentur in totum [c], ita quòd illi qui huiuſmodi beneſi--

tione rei: nam antequam ego habeam tuam præbendam, & tu meam, non eſt completa permutatio: licet ſecus ſit in emptione, & venditione, quæ habent initium efficax ex ipſo conſenſu. ff. de rerum permu. l. 1. §. itẽ emptio. Si ergo adeptio ſola rei permutatæ hunc contractum perficiat: clarum eſt, ꝙ antea nihil quod ſit ibi vacans reperitur: cũ totum ſit in pendenti, nec etiam re adepta, cum ſit iam poſſeſſum, & ſic non inuenitur aliquod inſtans, vel momẽtum quo iſta beneficia vacauerint, & ſic non debebuntur collectoribus iſtis. Contrariũ patet. Nam in reſignatione reperitur libera iuris proprij refutatio vtriuſque: quæ ambæ cõfuſæ, & vno ſpiramine ad inſtar perſonarum diuinarum fieri non poſſunt: imò ad diuerſitatẽ ſuppoſitorum habet hic ſequi diuerſitas actuum, ita ꝙ in exercendis iſtis actibus impoſſibile eſt quin ſit dare aliquod inſtãs in quo vacãs extat vnum antequam aliud ſubſequatur: quod de rigore credo verius, ſed de æquitate primùm per c. prædictum. ſi tibi conceſſo. & de ſ. rer. perm. licet. lib. 6. Sed quid erit ſi ſine alia vacatione beneficij diuidatur in 12. iuxta decret. ſ. de conſti. cum acceſſiſſent. ſicut factum fuit de præpoſitura Cæſarauguſtana: ita ꝙ præpoſitus, qui tunc totum tenebat, habeat nunc tantùm vnam de xij. nunquid aliæ partes dicentur vacantes? Videtur ꝙ in altera parte quantumcunq; modica ſaluetur totus titulus, & ſic non dicatur vacare: talia enim nomina, quæ ſunt iuris potius quàm facti: ſicut ſunt dignitates, nobilitates, corpora, vel ſimilia, in qualibet parte modica, integra perſeuerant: maximè quantũ ad ea, quæ in honoribus conſiſtunt. hoc dico per iura ſ. de iurepat. c. 1. ff. de ſeruit. viæ. not. 16. q. 7. piæ mentis. facit ff. ad munic. l. ſicut municipij. §. vlt. de conſue. diſt. 4. vbi pars. & diſt. 5. non mediocriter. cum ſimilib.

Iuris nomina in qualibet parte ꝑſeuerant integra.

In contrarium videtur: quia cum ſeparatorum ſeparata ſit ratio, & aliud ſit de parte ſeparata à toto, & de ſpeciebus ſubtractis à genere, q̃ eſſet de ipſo toto in ſe integrè perſiſtente, & nõ poſſit dici quin ex quo partes diuiſæ, & ſeparatæ fuerint ꝑ momentum antequam alicui conferrentur vacãtes exiſterent, & ſic affectæ fuerint per iura ſpecialia alicui de contentis in hac decret. arg. iurium. ſ. allegatorum. facit ſ. de reſcrip. paſtoralis. de offic. deleg. præterea. in fi. glo. à contrario ſenſu. & de regu. iur. in toto lib. 6. Primum videtur verius. Si enim ante cõceſſionem vacantiũ Eccleſia aliqua ſit vnita alicui dignitati, vel præbendæ poſt ceſſum, vel deceſſum rectoris: iuxta decre. ſ. de reſti. ſpo. cum veniſſent. & de reb. eccl. non alie. ſi vna. concil. Viennẽ. ſi poſt talem conceſſionem moriatur rector vel cedat, non habebit eam collector. ſ. de reſcrip. eam te. Sed quid erit de altaribus vel beneficijs alijs, quæ ex deuotione decedentium, & aliorum quotidie poſt dictam conceſſionem de nouo conſtruuntur perpetuò & dotantur? Nunquid ipſa ipſi collectores habebunt? Videtur ꝙ non: per iura ſ. de conſtitut. quoniam conſtitutio. de reſcrip. literas. concil. Viennẽ. Contrarium videtur per c. de offi. archi. dilecto. vbi illa cõſuetudo, quæ de ſe ſtricti iuris eſt, ad monaſterium quod de nouo creatur ſe extendit. Credo ꝙ vbi cauſa priuilegij, ſtatuti, vel cõſuetudinis huiuſmodi de ſe extẽſiua ſit in futurum, ſicut eſt hic, futura etiam reſpiciat, maximè in realibus, quæ quaſi ſunt fauorabilia, vt in ſecundis concordantijs, ſecus quãdo cauſa eſt actus tranſiens, maximè in ijs quæ fauore perſonarum fiunt: q̃ quaſi ſunt odioſa, vt in primis. De hac notaui ſatis ſ. de vi. & hone. cler. quoniam. concil. Viennẽ. quod crederem verum, niſi fructus ſeu prouentus dictorum beneficiorum eſſent ad certos vſus deputati: puta ad vitam ſacerdotis, & ſuæ familiæ, vel cæterorum pauperum in hoſpitalibus, vel monialium ſeu aliorum religioſorum: qui vix de illis poſſent ſuſtentari: nec habent vnde aliàs viuerent, niſi per ſuffragia inde dicata: ſicut eſt de illis redditibus deputatis pro vita pauperum in ſede Barchæ: quia de talibus nec leuabitur decima, nec cadunt ſub vacantibus. arg. ſ. de præben. ſignificatum. & cap. per literas. & de reli. do. quia contingit, concil. Viennẽ. imo nec alia quæ non excedunt. 7. lib. Turoñ. prout interpretatus fuit Gregor. X. in concil. Lugdu. tempore quo cõceſſit decimam paſſagio vltramarino. Guliel. de monte Lauduno.

Fructus vnius Eccleſiæ poſſunt alteri applicari de conſuetudine.

a ¶*De conſuetudine.*] & ſic valet conſuetudo, ꝙ fructus vnius Eccleſiæ ad tempus alij applicentur, vt ſit membrum vnius, & eiuſdem corporis: cum iſta Eccleſia militans ſit vnica, & vnũ corpus myſticum faciat, vt ſ. de ſum. trini. firmiter. §. vna. & de exceſ. prælat. frequens. concil. Viennẽ. alij ſeruiat. facit ſ. de elect. cum non deceat. lib. 6.

ij Regimini † vniuerſalis Eccleſiæ quamquam immeriti diſponente Domino præſidentes, curis angimur aſſiduis, vt iuxta nobis crediti diſpenſationem officij ſubditorum quorumlibet paci, & quieti (quantum nobis ex alto conceditur) intendamus: Et dubia quę inter eos oriuntur pro tempore (ne litigium anfractus exinde ſeu ſcandala proueniant) debito (prout iuſtitia ſuaſerit) declarationis noſtræ miniſterio ſopiantur. ¶ Sanè pro parte venerabils fratris noſtri Ioannis epiſcopi Merſburgeñ. & dilectorum filiorum vniuerſi cleri ciuitatis & diœceſis Merſburgen. nobis nuper exhibita petitio continebat: Quòd licet à tanto tempore, cuius contrarij memoria non exiſtit, in diuerſis Alemaniæ partibus, pro communi hominum vtilitate, inter habitatores & incolas partium earundem talis inoleuerit, hactenuſque obſeruata fuerit legitimè præſcripta, ac moribus vtentium & ordinariorum permiſſione, & plerunque expreſſa ratificatione approbata conſuetudo: Quòd ipſi habitatores, & incolæ, ſiue illi ex eis, quibus id pro ſuis ſtatu, & indemnitatibus expedire viſum fuerit, ſuper eorum bonis, domibus, agris, prædijs, poſſeſſionibus, & hæreditatibus annuos marcarum, florenorum, ſeu groſſorum monetæ in partibus illis currentis. redditus, ſeu cenſus vendentes pro ſingulis ex marcis, florenis ſiue groſſis huiuſmodi ab eis, qui illas, vel illos, ſiue redditus ſiue cenſus ipſos emerint, certum competens pretium, in numerata pecunia ſecundùm temporis qualitatem, prout ipſi vendentes & ementes in contractibus ſuper his inrer ſe firmauerunt, & recipere ſoliti fuere illa ex domibus, terris, agris, prædijs, Poſſeſſionibus, & hæreditatibus prædictis, qui in huiuſmodi contractibus expreſſi fuerunt, prædictorum ſolutione reddituum & cenſuum efficaciter obligantes, in illorum vendentium fauorem: Hoc adiecto, quòd ipſi pro rata, qua huiuſmodi per eos receptam dictis ementibus reſtituerent in toto vel parte pecuniam, à ſolutione reddituum, ſeu cenſuum huiuſmodi reſtitutam pecuniam contingentium, liberi forent penitus & immunes. Sed ijdem ementes etiam ſi bona, domus, terræ, agri, poſſeſſiones, & hæreditates huiuſmodi proceſſu temporis ad omnimodæ deſtructionis, ſiue deſolationis reducerentur opprobrium, pecuniam ipſam etiam agendo repetere non valerent. Apud aliquos tamen hæſitationis verſatur ſcrupulus, an huiuſmodi contractus liciti ſint cenſendi. ¶ Vnde nonnulli illos vſurarios fore prætendentes, occaſionem quærunt redditus & cenſus huiuſmodi ab eis debitos non ſoluendi. Quare pro parte epiſcopi, & cleri prædictorum aſſerentium, quòd in talibus hic emptis cenſibus, & redditibus, fructus, redditus, & prouentus plurium eccleſiarum, monaſteriorum, hoſpitalium, & eccleſiaſticorum beneficiorum ciuitatis & diœceſis ac partium prædictarum, necnon ferè omnes quotidianæ diſtributiones, quæ in pleriſque ex eccleſijs ipſis diuinis intereſſentibus miniſtrari ſolent, conſiſtre noſcuntur, nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt ſuper his Apoſtolicæ ſedis declarationis oraculum impertiri, & adijcere paterna dilectione curaremus. ¶ Nos igitur huiuſmodi in hac parte ſupplicationibus inclinati, & factas ex commiſſione felicis recordationis Martini Papæ v. prædeceſſoris deſuper examinationem, & eiuſdem prædeceſſoris noſtri declarationem attentius perſtringentes, ſuiſque veſtigijs inhærentes, ad omne ſuper his ambiguitatis tollendum dubium, præfatos contractus licitos, iuriq́ue conformes, & vendentes eoſdem ad ipſorum ſolutionem cenſuum & reddituum, iuxta dictorum contractuum tenores (remoto contradictionis obſtaculo) efficaciter teneri auctoritate Apoſtolica præſentium ſerie declaramus. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtræ declarationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ M. cccc. lv. pridie nonas Maij, Pontificatus noſtri anno primo. ¶ Volentes itaque quòd prædictæ literæ debitum ſortiantur effectum, fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut vnus veſtrûm per vos, vel alium ſeu alios dictis præpoſito, decano, capitulo, ac alijs beneficiatis oportunę defenſionis pręſidio aſſiſtentes, dictaſque literas (vbi & quando ac quotiens expedire videritis) auctoritate noſtra ſolemniter publicantes, faciatis, & eadem auctoritate per venditores, ſeu debitores reddituum & cenſuum huiuſmodi dictis emptoribus, ſeu illis quibus ipſorum reddituum, & cenſuum ſolutio præſtanda fuerit, de eiſdem cenſibus, & redditibus iuxta contractuum & conuentionum ſuper his habitorum formam & tenorem, plenam & debitam ſatisfactionem impendi: contradictores verò per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo: non obſtante ſi aliquibus communiter, vel diuiſim à ſede Apoſtolica indultum exiſtat, quòd indici: ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiuſmodi mentionem. Datum vt ſupra.

Conſuetudo dicitur i° vtentiũ morib. approbatum..

Dubia d̃clarare ſumm i Pontificis ẽ.

De

DEteſtandæ.] ¶ Huic ſtatuto cauſam dedit bonæ memoriæ N. tituli ſancti Laurẽtij in Damaſco presbyter Cardinalis. Et hoc cap. diuiditur in ſex partes. Primò, prooemium ad dicenda præmittit. Secundò, §. *Præfati.* factum horrendum ponit. Tertiò, §. *Volentes.* ſuper facto huiuſmodi ſtatuit. Quartò, §. *Sed vt defunctorum.* voluntates defunctorum moderãdo docet exequi. Quintò, §. *Nos enim.* contra ſtatutum huiuſmodi facientes pœna excommunicationis, & defunctum, vt eccleſiaſtica careat ſepultura, punit. Sextò, §. *Nulli.* inhibet, ne contra prohibitionẽ huiuſmodi fiat, volens quòd facientes indignationem Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum incurrant.

De ſepulturis.

¶ Bonifacius Octauus.

¶ Corpora defunctorum exenterantes, & ea immaniter decoquentes, vt oſſa à carnibus ſeparata ferant ſepelienda in terram ſuam, ipſo facto ſunt excommunicati.

CAP. I.

DEteſtandæ [a] feritatis [b] abuſum, [c] quem ex quodam more † horribili [d] nonnulli fideles improuidè proſequũtur, nos piæ intentionis ducti propoſito, ne abuſus prędicti ſæuitia vlterius corpora humana dilaceret, menteſq; fideliũ horrore commoueat, & perturbet auditum, dignè decreuimus abolendum. ¶ Præfati nãque fideles huius ſuæ improbandę [e] vtiq; conſuetudinis vitio intendentes, ſi quiſquam ex eis genere nobilis, vel dignitatis titulo inſignitus, præſertim extra ſuarum partium limites debitum † naturæ perſoluat, in ſuis, vel alienis remotis partib. ſepultura electa, defuncti corpus ex quodam impiæ pietatis [f] affectu truculenter [g] exenterant, [h] ac illud mẽbratim, vel in fruſta [i] immaniter [k] concidentes, ea ſubſequenter aquis immerſa exponunt ignibus decoquenda. Et tandem (ab oſſibus tegumento [l] carnis excuſſo) eadem ad partes prædictas mittunt, ſeu deferunt tumulanda. [m] Quod non ſolùm diuinæ maieſtatis conſpectui abominabile plurimum redditur, [n] ſed etiam humanę conſiderationis obtutibus [o] occurrit vehementius abhorrendum. [p] ¶ Volentes igitur (prout officij noſtri debitum exigit) illud in hac parte remedium adhibere, per quod tantę abominationis tãtæque immanitatis, [q] & impietatis abuſus penitus deleatur, nec extendatur [r] ad alios: Apoſtolica auctoritate ſtatuimus, & ordinamus, vt cum quis cuiuſcunque ſtatus, aut generis, ſeu dignitatis [s] extiterit, in ciuitatibus, terris, ſeu locis in quibus catholi-

a ¶ *Deteſtandæ.*] id eſt, execrandæ, vel abominandæ. ſic ſumitur extra 6. lib. de conceſ. pb. ca. deteſtanda. extra de fil. presby. ex tranſmiſſa. extra qui fil. ſint legi. per venerabilem. circa fin. Alio modo accipitur deteſtari, hoc eſt abſenti denuntiare, vt deteſtatio ſit denuntiatio facta cum teſtatione. Vnde deteſtari, denuntiando teſtari. ff. de ver. ſigni. l. ſubſignatum. §. deteſtari. & l. ſequen. Io. Mo.

† Aliàs, modo.

b ¶ *Feritatis.*] id eſt, crudelitatis, inſtitut. ff. ſi qua. pau. fec. dic. circa prin. Io. Monachus.

† Mori eſt naturæ debitum ſoluere.

c ¶ *Abuſum.*] id eſt malum vſum, ſeu contra rationem. extra de elect. quiſquis. & cap. quòd ſicut. 2. reſponſo.

d ¶ *Horribili.*] hic horror exprimitur j. eod. §. præfati. & dic horribili, id eſt, abominabili. 32. q. 5. ſi vxorem. extra de ſpon. veniens. 1.

e ¶ *Improbandę.*] & meritò cum enim conſuetudo, qua tenditur ad rerum abuſum, ſit reprobata. extra de conſue. ex parte. de offi. ord. ſi canonici. lib. 6. multo magis illa eſt reprobãda, qua tenditur ad abuſum corporum humanorum, quę non recipiunt (propter eorum excellentiam) æſtimationem. ff. ſi quadru. pau. fe. di. l. ex hac lege. ff. de his, qui deie. vel effu. l. prima. §. ſed cum homo. ſic nec libertas æſtimationem recipit. ff. de reg. iur. l. libertas.

Corpus humanum nõ recipit ęſtimationem.

f ¶ *Impiæ pietatis.*] prætextu enim pietatis impietas non eſt committenda. 30. q. 1. noſſe. 1. q. 1. non eſt putanda. & ſicut miniſterium pietatis eſt conſolari mœrẽtium corda. 45. diſt. diſciplina. in fi. ſic deſolari eadem ſub colore obſequendæ voluntati improbę defunctorum eſt impietas: contriſtatur enim quis meritò cum videt illa diuidi, quę non patiuntur diuiſionem commodam, quo caſu in re etiam communi non fit diuiſio, ſed de iure fit vni adiudicatio totius rei, æſtimatione alteri pro ſua parte danda. Inſti. de offi. iud. §. eadem & §. ſeq. ff. de leg. 1. non amplius. §. vlt. nec per hoc c. derogatur electioni ſepulturæ, ſed modus hic narratus meritò reprobatur, vt infra §. ſed vt defunctorum. Sic Iacob & Ioſeph elegerunt ſepulturam, vt Iacob conditus aromatib. integrè, & Ioſeph corpore incinerato eius oſſa ad ſepulturam paternam portarentur. Gen. c. vlt. extra de ſepul. c. 1. lib. 6. 13. q. 2. c. Ebron. & ca. vnaquæque. ver. item Ioſeph. Io. Mona. Cardinalis.

Rei cõmunis adiudicatio fit, ſi diuidi non poſſit.

g ¶ *Truculenter.*] à truculentus, qui eſt plenus truculentia, vt in hymno,

Arcet luporum truculentam rabiem.

h ¶ *Exenterant.*] i. extrahunt interiora. vnde exentera inteſtina dicuntur, quaſi ex intra trahantur. Ex quo verbo & pluribus poſitis in hac conſtitutione videntur inteſtina per inciſionem corporis nõ debere extrahi, vt forſan corpus per aliquot dies cuſtodiatur ſuper terrã ad expectandũ defuncti amicos, & ratio redditur 23. q. 5. ſi non licet. Item ius ſtatuit quo loco quis debet ſepeliri: & licet ius det electionem ſepulturæ, hoc iuris beneficium non debet trahi ad diſpendium illicitum. C. de vſuc. pro empto. cum qui. ſiue ſit illicitum in modo, vel facto, vt hoc c. & dicto c. ſi non licet. Item humana corpora ſub certa pęna prohibentur ſepeliri in ciuitatib. ff. de ſepul. viol. l. 3. §. diuus. ne contingat infectio, quæ ſi cõtingat, eſt purganda. ff. de no. ope. nũ. l. de pupillo. §. ſi quis riuos. ergo propter beneficium electionis ſepulturæ non debet committi vñ habeatur contagium, horror, ſeu infectio. Et ideo ne contingat infectio, debet corpus tradi eccleſiaſticæ ſepulturę, & fieri ſeruitium conuocatis amicis. Sed cõtra, licet corpus humanum cõdire aromatibus, & hoc eſt ornare ipſum, ſed ornatus præſupponit mundum: nam munda ornari debent, non immunda: vnde Apoſtolus ad Romanos 13. Abijciamus opera tenebrarũ, hoc eſt vitia, & induamur arma lucis, id eſt, virtutes, quę faciũt hominẽ lucidũ & armatũ contra vitia, & vt dicit Boetius: Prius ſunt extirpanda vitia, quàm inferantur virtutes: ergo condiendũ prius erit à ſęcibus mundandũ: ꝙ fit leuius per inciſionem. Dñt quidam ꝙ hoc eſt tolerabile in maximiş viris extra ſolũ proprium longè morientibus, vel in remotis valdè ſepulturam eligentib. Dic contra, ne fiat diuiſio incõmoda, quæ etiam eſt prohibita in profanis, vt dictum eſt, præſertim cum ius cõe ſine captione & calumnia electionis ſepulturæ intelligendum ſit. ff. ad exhi. l. pen. & ad arg. dic ornatum præſupponit mundum, duntamen mundare quod intenditur non ſit prohibitum, vt hic. Et eſt hic aliud hoc mũdare cõtra naturam rei, nam cadauer, id eſt, caro data vermib. dẽt dari terræ, nã caro eſt terra, & in terrã reuerti debet. Vñ ꝙ corpus Ieſu Chriſti & Iacob fuit conditũ aromatib. vt hẽtur Io. 19. & Gen. vlt. nõ tñ habeẽ ibi, ꝙ fuerit exenteratũ. Io. Mo.

Exentera q̃ dicantur. Mortuo aliquo an poſſint inteſtina extrahi, vt expectentur amici.

i ¶ *Fruſta.*] ſine r, in vltima ſyllaba. Et eſt fruſtũ, pars carnis, vel panis. ſicut lupus fruſtatim comedit agnum. 13. q. 1. §. his ita. ver. item Apoſtolus laborantem agricolam. &c.

k ¶ *Immaniter.*] i. crudeliter. C. de emen. ſer. l. 1. in fi. Reperitur tamen quandoq; immanis ꝓ grandi, vt hic, immania cete. & fortè eſt ratio, quia grandes conſueuerunt eſſe crudeles.

Immanis duo ſignificat.

l ¶ *Tegumento.*] id eſt, coopertura. ff. de auro & argen. leg. argumento. in prin.

m ¶ *Tumulanda.*] illud fortè attendentes:

Mollius oſſa cubant, tumulis ſociata parentum. aliàs:
Mollius oſſa cubant, manibus tumulata parentũ. Io. Mon.

n ¶ *Redditur.*] cũ diuiditur quod cõmodè diuidi neqt, & ſic in re Dei peccat. ext. de cor. vit. ſignificauit. 23. q. 5. ſi nõ licet.

o ¶ *Obtutibus.*] id eſt, aſpectibus.

p ¶ *Abhorrendum.*] nam quod quis abhorret in ſeipſo, iure naturali habet abhorrere in alio. extra de offic. ordi. ad reprimendam. & dicto c. ſi non licet. iuxta illud:

Quod tibi vis fieri, mihi fac: quod non tibi, noli:
Sic potes in terris viuere iure poli. Io. Mona.

q ¶ *Immanitatis.*] id eſt, crudelitatis.

r ¶ *Nec extendatur ad alios.*] deinceps: quia ſtatuta dant formam futuris negotijs. extra de conſti. c. vlt. C. de leg. & conſti. l. leges & conſtitutiones.

Moriuntur magni vt parui.

s ¶ *Dignitatis* nunquid comprehenduntur epi, & etiam laici reges?

cæ [a] fidei cultus viget, diem decætero claudet extremum: circa corpora defunctorũ huiuſmodi abuſus, vel ſimilis nullatenus obſeruetur, nec fidelium manus tanta immanitate fœdentur. Sed vt defunctorum corpora ſic impiè ac crudeliter non tractentur, deferantur ad loca in quibus viuentes elegerint ſepeliri, aut in ciuitate, caſtro, vel loco vbi deceſſerint, vel loco vicino eccleſiaſticæ ſepulturæ tradantur ad tempus, ita ꝙ demum incineratis corporibus, aut aliàs ad loca vbi ſepulturam elegerint, deportentur, & ſepeliantur in eis. Nos enim ſi prędicti defuncti executor, vel executores aut familiares eius, ſeu quiuis alij cuiuſcunq; ordinis, conditionis, ſtatus aut gradus fuerint, etiam ſi pontificali dignitate præfulgeant, aliquid contra huiuſmodi noſtri ſtatuti & ordinationis tenorem prę ſumpſerint attentare, defunctorum corpora ſic inhumaniter, & crudeliter pertractãdo, vel faciendo pertractari, excõmunicationis ſentẽtiam (quã exnunc in ipſos proferimus) ipſo [b] facto ſe nouerint incurſuros, à qua non niſi per Apoſtolicam ſedem (præterquam in mortis [c] articulo †) poſſint abſolutionis beneficium obtinere. Et nihilominus ille, cuius corpus ſic inhumanè tractatum fuerit, eccleſiaſtica careat ſepultura. [d] Nulli ergo, &c. Datum Lateranẽ. xij. Calendas Martij, Pontificatus noſtri anno ſexto.

ci reges? Dic ꝙ ſic, quia vnus eſt introitus omnib. ad vitam & ſimilis exitus. Sap. 7. & quo ad id de quo agitur, eſt negotium eccleſiaſticum, in quo omnes æqualiter ſubſunt Papæ ſtatuẽti. Nec hoc caſu tollitur deſiderium defunctorum, ſed differtur, vt j. §. ꝓxi. Nec obſtat quòd notabilia ſunt ſpecialiter exprimenda, aliàs viderẽtur neglecta. ff. de iniu. l. item apud. §. hoc edictum, quia hic reſpicitur ſtatus hominis poſt mortẽ, in quo nõ eſt diſtictio liberi, vel ſerui. auth. ď mon. §. 1. coll. 1.

a ¶[*Catholicæ fidei.*] & ſic hęc conſtitutio non inhibet, vbi catholicus decederet in terra Sarracenorum, imo inhibetur modus hic expſſus. Sed ſi ſunt ſãti, deberẽt cõdiri aromatib. vt dictum eſt de Iacob aliàs permittantur incinerari, vt in Ioſeph. Vñ ſubaudi hic, maximè.

b ¶[*Ipſo facto.*] ſed pęna excõicationis ante iſtam conſtitutionem, aut prętcr eam, vt in caſu poſito locũ ſibi non vendicat, vt poте antea non inflicta. Et dico iſtũ modũ eſſe illicitũ añ iſtam conſtitutionẽ: quia corpus humanum cuius facies ad ſimilitudinem cęleſtis pulchritudinis eſt figurata, nec maculari nec defigurari debet. C. de pœni. l. ſi quis in metallum. Itẽ improba eſt voluntas defuncti, qua mandat reliqas ſuas poſt mortem ſuã in mare proijci. ff. de cond. inſti. conditiones. & l. quidam. ff. de leg. 1, ſeruo alieno. §. ſi. quod tamen non eſt ita horribile ſicut iſtud. Item humana natura eſt erubeſcenda. in auth. vt defun. ſeu fu. §. 1. coll. 5. Sed cõtra. ff. de reli. & ſump. fu. cum in diuerſis. Sol. lex illa non dicit, vtrũ humanũ corpus debeat diuidi vel nõ, ſed quærit quid iuris ſit ſi diuiſum fuerit fortè ab hoſtib. vel ab alijs. Nec obſtat. C. de adul. l. quãuis adulterij. in ſi. vbi qs decaptatur. nec C. de ſeru. fug. auth. ſed nouo iure. vbi manus amputañ. nec extra de homi. tua nos. §. vlt. vbi oculi eruuñ, & virilia amputañ: quia hæc fiunt ad iuſtitiam exercendam, vt pęna vnius ſit metus multorum. C. ad leg. Iul. repet. l. 1. Nec obſtat ſi dicatur homo mortuus non eſt homo, quia ſaltem retinet figurã & reliquias humanæ naturæ: & ideo ẽt poſt mortẽ corpus humanum non recipit æſtimationem arg. auth. vt defun. ſeu fu. eorum. §. 1. coll. 5. in ſi. & C. de ſepul. viol. l. 3. & ſi.

Facies humana eſt ad ſimilitudinem diuinæ pulchritudinis figurata.

Corpus humanum propter iuſtitiã exercẽdam varijs pęnis ſubijci poteſt.

c ¶[*Mortis articulo.*] hoc ſemper excipitur. extra. lib. 6. de pęnis. felicis. §. præſenti. extra de offi. ordi. c. paſtoralis. §. 1.

d ¶[*Sepultura.*] ſed qũo defuncto imponiñ pęna hic? Dic ex ſequela ꝑcedentis delicti, ſicut & honor fit ei ex ſignis quæ in eo apparuerunt ipſo viuo. extra de ſen. excom. à nobis 2. Sed tu dices: iſte non mandauit in ſpecie, ſed tm̃ in genere, qđ nõ continet illicitum. ff. de cond. inde. l. ꝓcurator. Sol. iſte mandans genus vr̃ ſecundum vſum ſolitũ mandare, qui hic reprobatur, & ideo hic punitur. Vel dic ꝙ hic punitur ſine culpa, licet non ſine cauſa: quia hic punitur propter deteſtationem facti & ſequelæ eiuſdem, ſicut ſæpe fit, vt no. extra de conſt. c. cognoſcentes. & c. antiqua. de priui. Ioan. Mona.

Mortuis qñ que pœna imponitur.

ADDITIO. Adde ad materiam huius decreta. conſilium Oldradi. 76. quod incipit, thema tale eſt. vbi concludit, ꝙ nepos non eligens ſepulturam, ſepelitur in ſepulchro patris & aui, licet ſit in eccleſia Mendicantium, dato quòd ſuperiores eiuſdem ſint ſepulti in eccleſia parochiali, vbi vide optimas rationes. Ioan. Franciſci.

Additio Ioannis Frãciſci.

e SVper cathedram.] ¶Hoc ſtatutum ordinat, prouidet, & decidit ſuper trib. articulis, ſ. de prędicationib. faciendis, & confeſſionib. audiendis. ac de ſepulturis, & occaſione earũ lucris. Super quib. fuit grandis contentio inter prelatos & rectores parochialium eccleſiarum ex parte vna, & prædicatores & Minores ex altera, præſertim à tempore felicis recordationis Martini Papæ 4. cuius indultum prædictis Fratribus cõceſſum per hoc ſtatutum eſt ſublatum. Et hoc ſtatutum diuiditur in octo partes. Et primò ponit auctor procœmium ad dicenda. Secũdò, §. *Ab olim.* factum ſuper dictis articulis narrat. Tertiò, quartò, & quintò, §. *Diligenti.* & §. *Statuimus.* & §. *Huiuſmodi quoq;.* ſuper dictis trib. articulis ꝓuidet ſeu ordinat. Sextò, §. *Nos etenim.* priuilegia, indulgẽtias, gratias, verbo vel ſcripto conceſſas conſuetudines, cõuentiones, & ſtatuta, & pacta, prout prædictis ſeu aliquibus eorum ſunt aduerſa, caſſat & irritat. ſeptimò. §. *Ceterùm.* prælatos & rectores rogat & hortatur, vt ſe dictis Fratrib. beneuolos reddant, ſecus faciendo ꝑlatis, & rectorib. comminando. Octauò, §. *Nulli ergo.* vt pręmiſſa non infringantur, mandat, & contrarium faciẽs indignationẽ Dei & beatorum Apoſtolorum incurrat.

† Vide Concilium Trident. ſeſſio. 14. ca. 7. de caſuũ reſeruatione.

¶ Bonifacius octauus.

¶ *Super prædicationibus, confeſſionibus, & ſepulturis prouidet hoc cap. vt tollat contentiones, quæ olim erant inter curatos ex vna parte, & Iacobitas, & Cordigeros ex altera. Hoc cap. licet fuiſſet ſublatum per extrauagantem, inter cunctas. quæ eſt infra de priuil. eſt tamen hodie innouatum per clem. dudum. de ſepultur.*

C A P. II.

SVper † cathedram [e] præeminentiæ paſtoralis diuina diſponente clementia conſtituti, & ſi multis & arduis,

Et pro prælatis & rectorib. iſta ſunt ſpecialiter notanda. Primum eſt, quod non eſt hic ſpecialiter cõceſſum, cenſetur eſſe denegatum. argum. C. de appel. prȩcipimus. ĩ ſi. extra lib. 6. de elect. conſtitutio. Et eſt ratio, cum dicti Fratres pugnent contra ius commune, quod non eſt expreſsè ſublatum, ſtat, extra de priuil. paſtoralis. præſertim vbi priuilegium habet aliàs effectum, vt dicto capit. paſtoralis. & c. in his. Item ſecundò hac conſtitutione, priuilegia, pacta, conſuetudines conuentiones, ſtatuta, gratiæ, ſeu indulgentiæ hic ordinatis aduerſa per hanc conſtitutionem reuocantur. ſimile video extra lib. 6. de elect. cum non deceat. & c. quia ſæpe. & eo. lib. de ſenten. excom. c. vlt. in ſi. Item videtur notandum, quòd prælati non denegent dictis fratribus licentiam petitam ſimpliciter, ne id quod eſt poteſtatis ordinariæ, fiat poteſtatis Apoſtolicæ, & poteſt fieri hæc conceſſio ſimpliciter, vel ad tempus. Et fortè dare ſimpliciter, ne pro malitia notaretur. Et cõcedendo ſimpliciter eſt facultas reuocandi, quando volet ordinarius, vel in totum, vel in partem. ff. de iudi. iudicium ſoluitur. Contra dic, nam in hoc caſu eſt gratia, licentia & beneplacitum, ſiue quo ad prælatos, ſiue quo ad Papam gratioſè concedentem in negligentia prælatorum. j. eod. §. ſtatuimus. & ver. ſi vero ijdem. Et gratia non debet reuocari, cum ſit perpetua. extra lib. 6. de offic. deleg. ſi ſuper. Et nos beneficijs deceat adiuuari, non decipi. ff. commo. in commodato. §. ſi ex facto. in ſi. argum. C. de dona. quæ ſub modo. l. perfecta. Nec obſtat. l. iudicium. in qua non fit datio, ſed cognitio, & cogniti executio. & hoc in ſimili not. extra de elect. in cauſis. Et hic non præſumeretur malitia, ſi prælatus ſic diceret, do vobis vſque ad tale tempus, deliberaturus poſtmodum de tempore longiori, prout audiam merita & diligentiam Fratrum eligendorum. Item notandum ne dicti Fratres metas exeant dictæ ordinationis, & ipſis exeuntibus ſint repellendi. vnde delegatis principis venientibus ad certam prouinciam præſes eiuſdem non debet ſinere eos amplius facere, q̃ eorum legatio ſe extendat. auth. vt iud. ſine quoquo ſuff. §. volumus. coll. 2. Et eſt rõ, delegatus habens ptãtem à principe, illud tm̃ proſequatur, quod ſibi ſpãliter eſt conceſſum, nec alia vſurpet. C. de excepto. & exact. l. quicunq;. lib. 12. præſertim cum contra hoc ſtatutum Fratres priuilegiati nõ exiſtant, imo priuilegiũ, ſi contra

† Ad intellectũ huius extrauagantis vide omnino Oldradum conſil. 287. incip. Queſtiones propoſitæ, tit. de ſepulturis. & cõſ. 288. incip. Scđa quæſtio eſt, eod. ti. Ancharanũ in c. 1. q. 13. de cõſti. & Aretinũ, conſ. 83. incip. Conſiderata diligenter.

Negatũ cenſetur quod expreſsè nõ conceditur.

Gratia Papæ eſt perpetua.

ſi contra ipſum ſtatutum habent, eſt ſublatum. ℣. eod. §. nos etenim. Sed an iſto caſu prælati poſſint animaduertere in tales excedentes, notaui ext. lib. 6. de priuile. cap. epiſcoporum. Pro Fratrib. illud eſt notandum, vt ipſi formam huius ſtatuti diligenter obſeruent, & ipſius limites non excedant. extra lib. 6. de priuil. volentes. in prin. Sic enim ſeruare debent priuilegia, vt eorum mentem minimè tranſgredi videantur. extra de priui. porrò. & excedentes metas priuilegiorum coërceri poſſunt, ſi ſuo indulto non contenti iuſtitiam impediunt aliorum. extra de priuil. patentib. priuilegium. n. meret amittere, &c. 11. q. 3. priuilegium. extra de ſent. excom. cõtingit 2.

Cathedra quid ſit, & vnde dicitur.

a ¶ *Cathedram.*] Cathedra eſt nomen græcum: & eſt excelſa ſedes præſidentis. Et cõponitur à cathos, quod eſt ſedes, & edra, id eſt, ſponda, quę eſt pars lecti. Et propriè cathedra eſt doctorum, quę competit præ cæteris ſummo Pontifici: qui ſicut præeminet cæteris dignitate, ita cæteros pręcellat ſanctitate. 1. q. 1. viliſſimus.

a ¶ *Confluunt.*] vnde omnes oppreſſi ſedem Apoſtolicam põt adire. 2. q. 6. oĩs. & c. ſeq.

b ¶ *Torrens.*] nam ꝓpriè dicitur torrẽs, qui ex diuerſis partibus aquam recipiens, torret, id eſt, vertit, & voluit: ſic Papa nunc ad hũc, nunc ad illum ſe vertere habet & voluere.

Negotium vnde dicitur.

c ¶ *Negotijs.*] vnde Papa prægrauatur, id eſt, præ alijs grauatur negotijs. Et eſt negotiũ quaſi negans otiũ. Nõ ergo vacent otijs & nugis, qui curis exercitari habent innumeris, vt ſequitur.

d ¶ *Inſtantius.*] ex hoc nota, ꝙ habens ad multa intendere, ad id debet qđ eſt grauius manũ apponere, ſicut ille, qui ſe vult liberare iuri prẽſumptione, ab eo qđ eſt ſibi grauius ſoluẽdo ſe liberat. ff. & C. de ſol. l. 1.

e ¶ *Diſſidiorum.*] id eſt, diſcordiarum, vt habetur.

Verſus. *Conueniet nulli, qui ſecum diſſidet ipſe.*

f ¶ *Veprib.*] ſicut enim vepres pannos, & carnes hominum lacerant, ſic & diſſidia mentes.

g ¶ *Anfractib.*] qui nonnullas moras habẽt. ff. vt leg. no. l. ẽt.

h ¶ *Deputatos.*] vt paſcant ꝓcipuè, non tondeãt, ſeu paſcant, niſi acceſſoriè. ext. de pręſc. cũ ex officij. extra de cenſi. procurationes. & c. cum Apoſtolus. ext. lib. 6. de offi. ordi. ſi eps. Sed hodie grex 1 iſte ſic reſpicitur, ꝙ nulli ſeu pauci (ꝓh dolor) intendunt ad paſturã, & omnes cõiter ad tonſuram. intendẽtes emungere, nõ nutrire: lac & lanam curantes, non ouem. in termino à quo nõ in quo ĩcipere deberẽt, vt eſt viſitatio, & medio ꝑ quẽ procedere debẽt, vt eſt correctio, & morũ reformatio. ſicut gallus ſuper prunas currentes, vt in termino ad quẽ principaliter tendũt, vt eſt ventris & burſæ repletio ꝑut ꝓponũt, diutius immorent, & ob hoc pręlati non dñr paſtores à paſcendo actiuè, ſed paſſiuè: pp quod dicuntur exactores ab improbè exigendo, vt dicatur in vtroq; brachio tam eccleſia-

1 Quę hic paulò acriꝰ dicũtur, de malis paſtorib. ſunt accipienda.

quæ in amplum Romanæ curiæ alueum vndique confluunt.[a] quaſi torrens, [b] prægrauemur negotijs, [c] curis excitemur innumeris, cogitationibus plurimis diſtrahamur, circa id tamen feruentibus votis intendimus, vacamus inſtantius, [d] ac operoſæ ſtudium ſollicitudinis impertimur, vt ad diuini nominis gloriam, exaltationem catholicæ fidei, & profectum fidelium animarum (præciſis radicitus diſſidiorum [e] vepribus, [f] & litigioſorum anfractibus [g] omnino ſubductis) inter eccleſiarum antiſtites ad curam & regimen gregis Dominici deputatos, [h] cæteraſque perſonas, quas ordo clericalis includit, pacis tranquillitas vigeat, feruor charitatis exęſtuet, inualeſcat concordiæ vnitas, animorum identitas perſeueret. Scimus enim & ex euidentia facti colligimus, quòd non [i] niſi in pacis tempore bene colitur pacis auctor: nec ignoramus, quòd diſſenſiones [k] & ſcandala prauis actibus aditum præparant: rancores & odia ſuſcitant, & illicitis moribus auſum præbent. ¶ Ab olim [l] ſiquidem inter prælatos & rectores, ſeu ſacerdotes ac clericos parochialium eccleſiarum per diuerſas mundi prouincias conſtitutos ex vna parte, & Prædicatorum & Minorum ordinum Fratres ex altera (pacis æmulo [m] ſatore zizanię [n] procurante) grauis & periculoſa diſcordia extitit ſuſcitata ſuper prædicationibus [o] fidelium populis faciendis, eorum confeſſionibus audiendis, [p] pęnitentijs iniungendis eiſdem, & tumulandis [q] defunctorum corporib. qui apud Fratrũ ipſorum eccleſias, ſiue loca noſcuntur eligere ſepulturam.

¶ Nos autem (pij patris [r] more laudabili) moleſtè ferentes incommoda filiorum, reducẽtes ad exactę [s] cõſiderationis examen, ac intra pectoris clauſtra ſollicitè reuoluentes, q̃ ſit plena periculis, [t] quàm onuſta [u] diſpendijs, [x] quamq; in diuinæ maieſtatis conſpectu reddatur exoſa [y] diſcordia ſupradicta: Et propterea intendentes paternæ ſollicitudinis ſtudio illam prorſus euellere, ac omnimodè ſubmouere, nullis vnquam futuris temporib. fauente Domino ſuſcitandam: grandi quoq; deſiderio cupiẽtes, vt hmõi negotium, quod potiſſimè inſidet cordi noſtro, finem ſalubrem [z] & celerem per Apoſtolicæ ſolertiæ ſtudium conſequatur, diligenti [a] cum fratrib. noſtris deliberatione præhabita ſuper eo, ad honorem Di & exaltationem catholicæ fidei, quietum ſtatum partium prædictarum, ac ſalutis animarum fidelium incrementum, de ipſorum fratrum conſilio, [b] auctoritate Apoſtolica ſtatuimus & ordinamus, vt dictorum ordinum fratres in eccleſijs & locis eorũ, ac in plateis communib. liberè valeant clero, & populo prędicare, ac proponere verbum Dei, hora illa duntaxat excepta, in qua locorum [c] prælati prædicare voluerint, vel corã

ſtico q̃ ſeculari; exinanite, exinanite vſq; ad fundamẽtũ in ea.

i ¶ *Quod non.*] ſic ordina literam, ꝙ nõ bene colitur auctor pacis, id eſt, Deus, niſi in tempore pacis, hoc eſt in ſtatu tranquillo. nam pax eſt ſtatus tranquillus, ſecundùm Iſidorum. Ordo literæ.

k ¶ *Diſſenſiones & ſcandala.*] Cũ ergo hęc duo mala ℣. ſcripta ſequentia inferant, diſſenſionib. & ſcandalis totis eſt virib. obuiãdum, ne pullulent, & ſi pullulauerint, tunc tollantur, ſeu, vt poſſibile eſt, minuantur: his ergo prohibitis, & mala ſequentia prohibentur. extra 6. lib. de reg. iur. cum quid prohibetur.

l ¶ *Ab olim.*] Secunda pars, in qua præmiſſo prooemio factum ſuper quo ſtatuitur & ordinatur, narrat.

m ¶ *Aemulo.*] i. inuido, ab ęmulor, qđ multa ſignificat. vnde verſus.

Verſus. *Æmulus inflatur, amat, inuidet, ac imitatur.*

n ¶ *Zizaniæ.*] eſt primæ declinationis, & fęmini generis in ſingulari, & ĩ plurali eſt neutri & ſecundæ declinationis & primæ. vnde verſus:

Eſt zizania, ſunt zizania plura, niaque.

Zizania qđ eſt. Et eſt zizania herba ꝑuerſa, quam poetæ infelix lolium vocant, & ſignificat ſcandala, vel iuuantes mala: & ideo ſator dicitur diabolus vt hic, & ſ. de ele. licet.

o ¶ *Prędicationib.*] hic eſt primus articulus.

p ¶ *Audiendis.*] Secũdus articulus.

q ¶ *Tumulãdis.*] Tertius articulus.

r ¶ *Patris.*] qui habet ſumere conſilium pro liberis ſuis. ff. ad leg. Iul. de adult. nec in ea

s ¶ *Exactæ.*] i. exquiſitæ. C. manda. in re mandata. Et ſignificat huius verbi, exigo, no. extra 6. lib. de iud. c. 1. in fi. Ioan. Mon.

t ¶ *Periculis.*] q̃nque incurſis, a pereundo, & quandoque euaſis ſeu præuiſis, à periendo, iuxta illud:

Verſus. *Felix quem faciunt aliena pericula cautum.* Et illud:
Non vadit peritum, qui vult audire peritum.

Et curare debemus de periculis, vt illa euadamus ſeu pręuideamus, non vt ea incurramus, & ideo dico periculum dictũ à perio, non à pereo, vt ſecunda ſit longa non breuis, vt in ſupino de perio, vt in verſu prædicto.

u ¶ *Onuſta.*] ab onus, i. ſarcina, ſic onuſtus, ſarcinatus.

x ¶ *Diſpendiis.*] expone vt extra lib. 6. in prooemio. §. penult.

y ¶ *Exoſa.*] i. valdè, vel perfectè odiens, vt dr̃ exoſus bella, i. valdè odiens bella: & iõ hęc diſcordia, quã Deus hẽt exoſam, ab omnib. extirpetur. arg. C. de hęret. Manichæos. quem enim odit dominus, habet odire ſeruus.

z ¶ *Salubrem.*] id eſt, ſalutis vberem.

a ¶ *Diligenti.*] modò tres prędictos articulos per ordinem proſequitur, & habet tria dicta ſecundùm hos tres articulos.

b ¶ *Conſilio.*] quid importent hæc verba, not. extra 6. libro de hęret. ſuper eo.

c ¶ *Locorum prælati.*] intelligo prælatos iure cõi, vt epos, vel cõſuetudine, vt decanus Baiocẽſ. Baiocis. Et hoc ꝓbat in ver.

vel

vel epiſcopus,vel prælatus,&c. Et ſic eſt differentia inter prælatum & epiſcopum, & latius eſt verbum prælati. & not.in ſimili extra 6.lib.de temp.ord.cum nullus. nec nomine prælati continetur rector eccleſiæ, cum ſpecificetur contra prælatum.s̃.eod.§.ab.olim. Quid ſi vicarius hoc faciat? Dic idem: quod enim ordinarij per ſe nequeunt,per alios expediant. extra de offi.ord.inter. extra lib. 6.de offi. ord. ſi epiſcopus.

a ¶ *Generalibus.*]non ergo in villis, ſeu caſtris. extra de cler.non reſi.tuæ.Et loca in quibus iura docentur, debent eſſe ſtudia legitima.ff.in prooemio §.illud verò.Et legitimum eſt quod iure conceſſum & approbatum eſt. ff.de ver.ſig.l.lege obuenire. vel antiqua conſuetudine, cuius memoria non exiſtit, hæc enim æquipollent. extra de ver.ſig. ſuper quibuſdam.ff.de aqua quo. & æſti.l. hoc iure.§. ductus aquæ.

b ¶ *Superior.*]non intelligitur hic tantùm ſuperior epiſcopus,ſed ſuperior prælatus reſpectu cleri,vel ex conſuetudine, vel priuilegio.

c ¶ *In eccleſiis.*] s̃. eo. §.diligenti.& ver. in ſtudijs.vbi ſunt Fratribus quędam loca permiſſa cum certis modificationibus ad prædicandũ: ſi ipſis loca parochialia cum certa moderatione ſunt interdicta, vt hic: & cum officium prædicandi iure communi eis non competat,ſed prelatis & curatis.extra de offic. ordi. inter.& infra eod.§.huiuſmodi quoque. omnem locum eis reputo interdictum, qui hic non reperitur permiſſus. Sed q̃ro an poſſint in cœmeterijs vel capellis vicinis? Dic ꝙ non, extra 6. lib. de ſent.excomm.ſi ciuitas.

d ¶ *Superior.*] expone vt s̃.ver.proximo.

e ¶ *Statuimus.*] Secundus articulus, in quo ſic procedit: Nã primò præmittit duo, quæ incumbunt Fratribus antequam audiant confeſſiones, vt licentiam audiendi confeſſiones petere, & poſt conceſſam licentiam Fratres eligere. infra eod. ver.ac deinde. Tertiò & quartò, ver.extra. & verſi.numerus. ponit duas modificationes circa prędicta. Quintò decidit quid ſit agendum cũ eſt obtenta licẽtia, & Fratres electi ſunt, & eorum perſonæ acceptatæ,vt infra verſi. & ſi iidem. Sextò, quid ſit agendum quando perſonæ non ſunt acceptatæ. infra verſ.ꝙ ſi fortè. Septimò,ver.ſi verò.in caſu recuſationis prælatorum dat Fratribus licentiam gratioſam. Octauò, ver. per huiuſmodi autem.dictam licentiam moderatur.

f ¶ *Vicarij.*] pro parte Prędicatorum ſunt tres gradus, ſicut pro parte Minorum. Sequitur ſtatim de tribus gradibus. Et fuit hoc factum, vt paritas in dictis ordinibus ſeruaretur. in ſequenti tamen verſic. non ponuntur niſi duo gradus, nec mirum: quia grauius eſt eligere Fratres ad miniſterium audiendi confeſſiones,q̃ ad licentiã in genere petendã:ex qua cõſequẽter peti debet ſequẽs gradus.j̃.ver.prox.Et hic appellant̃ vicarij illi, qui ſunt in certis ꝓuincijs ſeu regnis, vbi nõ ſunt Prouinciales Priores:ſed Prouĩciales cõſtituerũt vicarios,vt ꝓuincialis Anglię fecit vicariũ in Scotia, vbi nõ eſt Prouĩcialis.

ſe facere ſolimniter prędicari, in qua prædicare ceſſabunt: præterquam ſi aliud de prælatorum ipſorum voluntate proceſſerit ac licentia ſpeciali. ¶In ſtudijs autem generalibus [a], vbi ſermones ad clerum ex more fieri ſolent, diebus illis quibus prędicari ſolemniter conſueuit, ad funera etiam mortuorum,& in feſtis ſpecialibus ſiue peculiaribus eorundem Fratrum poſſint ijdem fratres, & liceat eis liberè prædicare: niſi fortè illa hora, qua ſolet ad clerum in prædictis locis Dei verbum proponi, epiſcopus vel prælatus ſuperior [b] clerum ad ſe generaliter conuocaret, aut ex aliqua ratione, vel cauſa vrgente clerũ ipſum duceret congregandũ. ¶In eccleſijs [c] autem parochialibus Fratres ibi nullatenus audeant, vel debeant prædicare, vel proponere verbum Dei, niſi fratres prædicti à parochialibus ſacerdotibus inuitati fuerint,vel vocati: & de ipſorum beneplacito & aſſenſu, ſeu petita licentia fuerit & obtenta, niſi epiſcopus vel prælatus ſuperior [d] per eoſdem Fratres prædicari mandaret. ¶Statuimus [e] etiam & ordinamus auctoritate prædicta, vt in ſingulis ciuitatibus, & dioeceſibus, in quibus loca Fratrum ipſorum conſiſtere dignoſcuntur, vel in ciuitatibus & dioeceſibus locis ipſis vicinis, in quibus loca huiuſmodi non habẽtur, Magiſtri, Priores,Prouinciales Prædicatorum, aut eorum vicarij [f], & Generales, & Prouinciales Miniſtri, & Cuſtodes Minorum ordinum prędictorum, ad præſentiam prędlatorum [g] eorundem locorum ſe conferant, per ſe vel per Fratres, quos ad hoc idoneos fore putauerint, humiliter petituri,vt fratres qui ad hoc electi fuerint [h],in eorum ciuitatibus, & dioeceſibus cõfeſſiones ſubditorum ſuorum confiteri ſibi volentiũ audire liberè valeãt, & huiuſmodi cõfitẽtibus (ꝓut ſecundùm Deum expedire cognouerint) pęnitentias imponere ſalutares, atque eiſdem abſolutionis beneficium impẽdere [i] de licentia, gratia,& beneplacito eorundem: Ac [k] deinde præfati Magiſtri,Priores, Prouinciales & Miniſtri ordinum prædictorum, eligere ſtudeant perſonas [l] ſufficientes, idoneas, vita probatas, diſcretas, modeſtas, atque peritas ad tam ſalubre miniſterium, & officium exequendũ [m]:quas ſic ab ipſis electas reprę ſentẽt, vel faciant præſentari prælatis, vt de eorũ licentia,gratia,& beneplacito in ciuitatibus, & dię ceſibus eorundẽ huiuſmodi ꝑſonæ ſic electę confeſſiones cõfiteri ſibi volentium audiant [n], imponant pęnitentias ſalutares,& beneficiũ abſolutionis impendant [o], prout ſuperius

g ¶*Prȩlatorum.*] iure communi, vt epiſcopi: vel conſuetudine ſeu priuilegio: hæc enim dant prælationem. arg. extra de conſang.& affi.c.1.

h ¶*Fuerint.*] poſt licentiam datam.j̃.eod. ver.ac deinde.

i ¶ *Impendere.*] ab illis ſolùm à quibus poſſunt abſoluere curati.j̃.eo.ver.ꝑ huiuſmodi. & extra 6.lib. de pœni.& remiſ.ſi eps̃.

k ¶ *Ac deinde.*] & ſic nota gradum, non concurſum inter hunc ver. & pręcedentem §.Et dicunt quidam deinde, ideſt, obtenta licentia, pręmiſſa fiat electio, vt ſequitur. Tu dic deinde,id eſt,poſt licentiam pręmiſſam petitam duntaxat: nam ꝗ peti poteſt & conſilium & licentia, & non obtineri. extra de arbi.cum olim.extra de regul.licet.Et hic habetur ex ſequentibus in quibus Papa prouidet, nedum in caſu obtentę licentiæ,ſed etiam in alio, in quo oportet ꝙ fiat electio, & ſi oporteret licentiam hoc caſu obtinere, iam eſſet in poteſtate prælatorum iſtos ordines impedire, quod Papa non intendit, vt infra ſequitur. Aliquando tamen non ſufficit licentiam petere,extra de pœni. & remiſ.omnis. extra 6. lib. de elect.ſi religioſus.

l ¶*Perſonas.*] ſed quales? Dic ſex qualitatibus ſequentibus in textu fulgentes.nec mirũ: quia iſti falcem ſuam in meſſem alienam mittere ſatagunt: & ideo ſi tales non ſunt, quales hic depinguntur, ſunt in culpa.ff. loca. ſi quis fundũ.§. ſi quis vitulos. etenim iſti fratres de gratia prælatorum, vel ſedis Apoſtolicæ in narratis hic ſe immiſcent, vt hoc verſic. & infrà. eodem verſiculo. ſi verò ijdem.

m ¶*Exequendum.*] quod eſt ars artium. extra de æta.& qualit.cum ſit.

n ¶*Audiant.*] & illi ſolùm de quibus eſt dictum s̃.eod.ſuper verbo impendere.

o ¶*Impendant.*] ſi hæc tria faciunt, ergo habent curam animarum, & curati curam eccleſiarum habent in toto in ſuis territorijs,ergo iſti ſaltem in tanto. Sed dices, habent ex conceſſione prælatorum gratioſa, vel Papæ. ſuprà eod. verſic. numerus. & verſic. ſi verò. & ſic ſunt delegati, qui nihil proprium habent, ſed alienam iuriſdictionem exequuntur ff.de offic.eius cui man. eſt iuriſdi.l.1.§. qui mandatã. Solu. delegatus reſpectu delegantis alienam iuriſdictionem exequitur: ipſe tamen delegatus habet iuriſdictionem & honorem, quæ exercet nomine ſuo. Vel dicti fratres videntur ordinarij per hanc conſtitutionem eis iuriſdictionem tribuentem:nam hęc ordinatio eſt ſtatutum & conceſſio generalis per hunc canonem. infra eod. in fin. Et hæc ordinatio eſt potius vicaria, quę eſt ad vniuerſitatem territorij.j̃.eod. verſic.numerus.& tales videntur ordinarij. not.6. lib. de appell. Romana. &.ff. de verbo.ſignifi.pupillus.§. territorium. Tu ergo frater ſi curam habes, vide ſi hoc eſt aduerſum conſtitutioni, extra 6. lib. de de verb.ſignifi. Exijt. Tu dic, licet fratribus ſit conceſſum, quòd faciant tria, quæ ad curatos de iure pertinent, non tamen propter hæc ſunt dicendi habere curam animarum: nec

Fratres pro cõfeſſionibus audiendis deputati,an ſint delegati, vel ordinarij.

princi-

principalem, quia non ſunt prælati: nec delegatam, quia talia facere non ſic eis committitur, ꝙ ad eorum executionem obligentur, ſed in arbitrio & libera volontate eorum remanet, ꝙ talia exequantur, ſicut eis placuerit,& viſum fuerit expedire. Fideles etiam non ſunt fratribus obligati, nec quantum ad pręmiſſa ad fratres recurrere ſunt aſtricti. Et ideo licet hæc conſtitutio ſit ſtatutũ, & conceſſio generalis, & in perpetuum duratura, quantum ad pręmiſſa, quę fratribus ſunt conceſſa, non tamen fratres propter hoc curati aut ordinarij debent dici. Si autem aliqui fratres minus prudenter propter pręmiſſa modo pręd[i]cto eis conceſſa ſibi atribuere pręſumpſerint, quòd curam habeant animarum: videant ſi hoc ſit contrarium dictę conſtitutioni, Exijt.

eſt expreſſum: extra ciuitates & diœceſes, in quibus fuerint deputatæ, per quas eas volumus & non per prouincias [a] deputari, confeſſiones nullatenus audituræ. ¶ Numerus autem perſonarum aſſumendarum ad huiuſmodi officium exercendum, eſſe debet prout vniuerſitas cleri & populi, ac multitudo vel paucitas exigit [b] eorundem. Et ſi ijdem prælati petitam licentiam confeſſionum huiuſmodi audiendarum conceſſerint, illam pręfati Magiſtri, Miniſtri, & alij cum gratiarum recipiant [c] actione, dictæque perſonæ ſic electæ commiſſum ſibi officiũ exequantur. ¶ Quòd ſi fortè iam dicti prælati quenquam [d] ex dictis fratribus præſentatis eiſdem ad huiuſmodi officiũ nollent [e] habere, vel non ducerent admittendum: eo amoto, vel ſubtracto, loco ipſius ſimiliter [f] eiſdem præſentandus prælatis poſſit & debeat alius ſurrogari. [g] ¶ Si verò ijdem prælati præfatis fratribus ad confeſſiones (vt præmittitur) audiendas electis huiuſmodi exhibere licẽtiã recuſarint [h], nos ex nũc ipſis vt cõfeſſiones ſibi cõfiteri volẽtiũ liberè licitèq; audire valeãt, & eiſdẽ pœnitẽtias imponere ſalutares, atque eiſdẽ bñficiũ abſolutionis impertiri gratiosè [i] concedimus [k] de plenitudine Apoſto-

a ¶*Prouincias.*] quid importat prouincia, ciuitas, & diœceſis, habetur extra ſexto libro de cenſibus. Romana. primo reſponſo. extra libro ſexto de pręb endis quamuis I. infine.

b ¶*Exigit.*]& ſic nota numerum pręſidentium conſiderari, prout ſubditorum neceſſitas expoſcit. authen. vt deter.ſit nu. cleri.circa princip.colla.1.extra de vita & hone.cle.quoniam. & extra de inſtit. c.1. extra lib.6. de ſta. regu.c. vnico.§.ſanè. Sed quid ſi epiſcopus dicat, pauciores ſufficiunt,& fratres contradicunt? quidam recipiuntur per epiſcopum, illi de quibus ſibi videbitur: & ſi frãtres volunt, de alijs contendant. argumen. ff. de aqua quotidia. & ęſtiu. l. 1. §. Tebatius, Sed ille §. loquitur vbi taxatio erat facta, tunc in eo quod excedebat poterit prohiberi, exemplum extra de cenſi. cum Apoſtolus. vnde dic, recurrendum ad arbitrium boni viri, id eſt, iudicis, qui debet eſſe medius inter extrema. argumen. ff. de pignor. actio. ſi ſeruos.in fine. C. de Iudeis. nullus. ff.de verborum obligatio. continuus.§.cum ita. extra de officio delegat.de cauſis. ff. de teſtib.l. quęſitum. Et forſan cautè faceret epiſcopus, ſi in exordio cum licentiam concedit, taxaret numerum: etenim multa fieri poſſunt ab initio, quę locum non habent ex poſt facto. ff. de pactis. l. in traditionibus. C. de donatio. quę ſub mod.l. 1. & l. perfecta.

Prælati ſũt plures vel pauciores deputandi pro neceſſitate ſubiectorum.

c ¶*Gratiarum recipiant.*] cum nihil communi iure ſibi valeant vendicare, & ob hoc fratrum poteſtas in expreſſis hac ordinatione eſt menſuranda, non vltra laxanda, extra de priuileg.porrò.

d ¶*Quenquam.*]& ſic non poſſunt plures refutari. Dic contra, quia hoc verbum, quenquam, eſt iuris, quod ęquipollet vniuerſali,& extendi debet in edictis prętorum. ff.vi. bo. rap.l.2.§.homines.ff. de neg. geſt.l.1.§.1.& 2.ff. de conſt. pecu.l.1. §. 1. aliàs fieri poſſet fraus huic conſtitutioni, que requirit multa in fratribus aſſumendis. ſupra eodem verſicu. ac deinde.

e ¶*Nollent.*] hoc verbum & ſequens reſpicit ſolùm factum, & ſic fuit dictum in cõcedendo hoc ius deferendo pręlatis: ita ꝙ hic non verſetur cauſę cognitio. Aliud enim eſt arbitrium, quod refertur ad arbitrium boni viri, vt eſt pręmiſſum: Aliud voluntas, quę refertur ad proprium motum.ff.de hęre. inſti.ſi quis Sempronium.ff.de leg.2.l.1.ff. ad Treb.quia poterat. Voluntas enim, quę eſt domina in regno animę cogi non poteſt.

f ¶*Similiter.*]vt ſ.ver.ac deinde.

Surrogatio fratrum an poſſit pluries fieri.

g ¶*Surrogari.*]Sed nunquid hęc ſurrogatio fieri poterit pluries? Videtur quòd non: quia ſemel ſufficit.argu.ff.de arbi.ſi duo.§.ſemel.& ff.de aqua plu.arcen. in diem.ff. de bon.aucto. iud. poſ. l.fi.§. fin.ff. de leg.3. fideicommiſſa.§. ſi quis decem. Sol.dicta iura loquuntur vbi res effectum habuit, ſed hic non habuit,& ideo eſt iterandum.Sed quotiens?dic trinam requiſitionem ad minus neceſſariam.Et ſimilis quęſtio not. extra de offi.deleg.cum cauſa. Et diſtingue circa hoc:Aut recuſatur ſurrogatus à pręlato ex cauſa, vtpote quia non habet qualitates expreſſas.ſ.eo.ver. ac deinde. & tunc fratres ſibi imputent qui malum elegerunt: mala enim electio eſt in culpa. ff. de neg.geſt.nam & Seruius.in fi.Inſt. de ſocie. in fin.extra 6. lib. de elec. ſi compromiſſarius. §. 1. Aut ſine cauſa: & tunc ſuccedit Papalis licentia ſeu gratia.ĩ. ver. prox. In dubijs dic, vt not.ſ. in ver.exigit.

h ¶*Recuſarint.*] quid ſi neglexerint? Dic idẽ, ſi tertiò requiſiti non fecerint, vt not.in ſimili dicto cap. cum cauſa. & nota diligenter tres gradus poſitos in toto iſto §.ſ.cod.ſtatuimus. Vnde gradibus præcedentibus diligenter non ſeruatis, fratres non habent poteſtatẽ infraſcriptam: nam primo gradu nõ expleto, non eſt locus ſecundo. arg. ff. de acquir. hære. l.3.& l.quandiu.

i ¶*Gratiosè.*] quæ eſt arctè interpretãda, quatenus ius tertij tangit. ff. ne quid in loco pub.l.2.§. meritò. & §. ſi quis à principe. Alij dicunt largè in odium prælati recuſantis,& in fauorem animarum: hæc tamen interpretatio verba ſtatuti non excedat.extra de priuil. porrò. Et in re dubia melius eſt verbis edicti ſeruire.ff.de exerc.l.1.§.licet autem.

k ¶*Concedimus.*]ſ.de ſuppl.neg. pręla.c.1. Sed nunquid per hoc concilio generali.extra de pœnit.& remiſ.omnis.derogatur?Videtur ꝙ ſic.arg.extra lib. 6. de conſti. c. 1.Sol. hic non eſt contradictio,ſed compatientia, & ſic vtrunque tenet.extra de priuileg.in his.& infra dicetur. Item prouiſio ſpecialis tollit generalem.C.de pact.conuen.tam ſuper do.l.fi.Sed illa lex loquitur vbi ſpecialis prouiſio erat hominis: ſed generalis legis. Sed hic vtraque erat iuris: quo caſu ſpecialis prouiſio nõ tollit generalem, ſed geminat ſubſidiũ, vt plenius prouideatur ſaluti animarum: quod reſpexit præſens conceſſio. ſ. eod. ver.ac deinde fecit iuris ſubſidium geminatur, vt plenius improbitas reprimatur.ff.nau.cau.ſtabu. & ita de facto.§. ex hoc edicto.Item hæc eſt ſpecialis,illa generalis: ergo iſta illi derogat.extra lib.6.de reg.iur.generi.& ibi not. Sol. vbi genus, & ſpecies legantur diuerſis,& ad diuerſos fines,intelligitur dicta regula.Nam ſi mihi eſt relictum genus,& tibi ſpecies illius generis, meum legatum non eſt extinctum, ſed attenuatum. ff. de adi.leg.qui hominẽ.Et mihi donatur vt habeam, & tibi ſimiliter,& iſti ſunt diuerſi fines.Sed in hoc caſu tam generalis prouiſio quàm ſpecialis eſt ad eundem finem,vt ſaluti animarum prouideatur,& ideo vna alij non obſiſtit. ſed concurrũt: ſicut ſi genus,& ſpecies vni eſſet legata,vt dicto c.generi. not. Sed dices ergo confeſſus tenebitur iteratò confiteri?Sol. hoc non eſt ex neceſſitate ſacramenti, ſed ex obligatione tui, qui voluntariè ad fratrem acceſſiſti.ſ.eod.§. ſtatuimus.relicto patre ſpirituali, cui es aſtrictus, non fratri ad quem voluntariè vadis, & nec ita ſubuenitur illi qui voluntariè facit, ſicut illi qui ex neceſſitate.ff.de procu.l. procurator,qui pro euictione.& ibi not.Nec prima ratio, quæ loquitur in iuribus communibus,obſtat.Sed hæc conceſſio eſt gratioſa priuilegialiter data,quæ non tollit ius pręcedens,niſi de ipſo fiat mentio ſpecialis. extra de capel. monacho. ex parte.Sed illud cap. loquitur vbi priuilegium datur ſine magna deliberatione. Sed iſtud fuit datum cum magna deliberatione,& eſt ſtatutum,vt infra in fin.Item vt eſt dictum, generale & ſpeciale hic non tendunt ad diuerſos fines, & ideo ſe compatiuntur. Item ſi non haberet quandoque reuerti ſubditus ad curatum, poſſet prorſus eius poteſtas in auditione confeſſionum exhauriri. Et priuilegium non tenet, quod vergit in enormem alterius læſionem.extra de deci.ſuggeſtum.ff.de vulg.& pup.ſubſtit.ex facto.in prin.& §.1.Et eſſet in poteſtate ſubditorum totaliter recedere à curato. Quo caſu qualiter curabit qui morbum neſcit? Ait Boetius: Si operam medicantis expectat, oportet vt vulnus detegat. Itẽ & ſi curati non interſit pp ſubditum, qui forſan bene confeſſus eſt Fratri: intereſt tamen curati pp ſe agnoſcere vultum pecoris,cui dictum eſt in Eccleſiaſtico.22.

Cõfeſſus religioſo priuilegiato, an teneatur iterum confiteri ꝓprio curato.

Boetius.

c.curam

c.curam illius habe.Item ſubditus poſſet tranſire nunquā veniendo ad confeſſionē, dicendo ſe fratri confeſſum.Itē qualiter dabit curatus eccleſiaſtica ſacramenta ſubdito, quem non nouit diſpoſitū, maximè vbi ſubditi ſunt aliqua notoria crimina,nec poteſt Frater reuelare confeſſa: vt dicit dictum cōcilium, omnis. Itē hoc indultum poteſt operari multos effectus,cū hoc ꝙ conſtet dictum concilium de confitendo ſaltem ſemel in anno proprio ſacerdoti, ergo ſtabit concilium cum hoc indulto.extra de priuileg.in his.& c.paſtoralis.Item Papa per hoc indultum non aufert hic poteſtatem curati,ſed ſocium hic ſibi cum multis modificationibus adiungit. ergo curatus remanet non excluſus,ſed incluſus. Nec obſtat ſi dicat,duobus competit poteſtas inſolidum : ergo Frater, poſtquam expleuit cum certa perſona, non poteſt curatus cum eodem ſuper eodem.ff. de offic. conſul.l. vnica. Sol. vbi duo eſſent dati ab initio pariter,procedit argumentum. Sed curatus datus eſt ab antiquo, ſicut habens poteſtatem ab exordio fundationis eccleſiæ. 20. diſt. in nouo teſtamento.Iſte Frater de nouo adueniens. qui dari præſumitur, vt poteſtas curati non tollatur,ſed iuuetur.vnde ius commune quod eſt procurato,eſt fortius iure priuilegiato.Nec mirum,primum neceſſarium,ſecundum voluntarium,licèt ſit æqualis poteſtas audiēdi & abſoluendi.ſ.ver.proxi.neceſſitate veniendi ad curatum remanente, quæ non eſt hic expreſsè ſublata. Item hæc conceſſio gratioſa,vt hęc quæ eſt voluntaria,non tollit neceſſitatem dicti cap.omnis.arg.ff.famil.erciſ.l.alienationes.Sed contra,poteſtas Fratrum eſt delegata ſeu à maiore habita, ſiue habeatur ab epiſcopo, ſiue à Papa,vt hic totali §.ergo eſt potior poteſtate rectoris. Si igitur confeſſus rectori iterata confeſſione non eget, minus egebit confeſſus Fratri. Sol. voluntarium & neceſſarium tollunt contrarium . Et eſt in hoc argumento fallacia figuræ dictionis:nam ſi excedat hæc poteſtas in quanto,non ſequitur ꝙ excedat in quoto, ſeu quali iterationis. Itē contra,confitens epiſcopo,licet ſit parochianus curati ſubditi epiſcopo,non habet iteratò confiteri rectori:ergo minus confeſſus Fratri,qui habet poteſtatem papalem:quia omnis poteſtas delegata à Papa, eſt maior omni alia ordinaria.Itē ſi Frater habeat cauſam à prælato,vt ſ. in prin. huius §.ergo maior eſt iſta poteſtas in delegato epiſcopi, quā in ipſo rectore ſubdito epiſcopi, cum omnis delegatus repræſentet perſonam delegātis.93.diſt.cap.vlt.& 94.diſt.cap.1. Sol.non nego quin Papa hoc poſſit facere ſi velit,ſed dico quòd nunquam ius alterius tollit,niſi expreſsè hoc agatur.ff. ne quid in loco pub.l. 2.e.ſi quis à principe.præſertim vbi vtrumque poteſt ſeruari. Nec fit deterior conditio confitentis habentis conſilium animæ à duobus. Et firmius eſt iudicium plurium quàm vnius. extra de offic.delega.prudentiam. §. 1. Item licet commiſſio ſpecialis derogaret dicto concilio omnis. & vt ibi. 1. reſpon. non tamen generalis,vt hic. & optimum argu. extra lib. 6.de hæret.per hoc.in princ.& ibi not.in ſimili. Item dictum concilium habet, vt remittatur ſeruitus bene impoſita ſubdito, ſcilicet quòd ſemel in anno cōfiteatur proprio ſacerdoti, hoc eſt curato , ſic eſt interpretatus Martinus Papa 4. & ſic eſt de iure interpretandum , cum dictum concilium de iure communi loquatur. Sed dicti fratres iure communi nihil obtinent , ſed gratioſa conceſſione , vel prælatorum, vel Papæ,vt hic. Et dico bene impoſita : tum quia proprius ſacerdos melius agnoſcere habet vultum pecoris ſui , tum quia ſubdito miniſtrare habet eccleſiaſtica ſacramenta. infra eodem §.huius.& duo requirit huiuſmodi concilium, & iuſtam cauſam quòd non proprio,ſed alieno confiteatur ſacerdoti : & licentiam proprij ſacerdotis,vt liquet in dicto concilio.§.ſi quis autem.vbi non ſine myſterio eſt aduerſatiua coniunctio,autem. Et ideo ſi iuſta cauſa non ſubſit, quanquam licentiam habeat Papæ,vel epiſcopi,aut etiam proprij ſacerdotis,& licitè confeſſus fuerit, & etiam abſolutus ſit , vt dicunt verba præſentis indulgentiæ, debebit tamen confiteri iuxta concilium memoratum proprio ſacerdoti : aliàs poterit arceri pœna dicti concilij : non quia peccata non fuerunt dimiſſa, ſed quia contempſit ſalubre ſtatutum,cuius tenor in toto non eſt ſeruatus , & ob hoc eſt ei parendum in eo quod non fuit ſeruatum.argumen.ff.de ſerui.vrb.præd.ſi domus.Nec inſurgit inconueniens,ſi iterum confiteatur proprio ſacerdoti: quia hæc iterata confeſſio non eſt ex defectu ſacramenti, ſed ex contēptu dicti concilij.Verùm iuſta cauſa concurrente cum licentia Romani Pontificis,vel epiſcopi,prędicta ſeruitus eſt ſublata . Et quòd licentia prædicta in genere data videatur eſſe conceſſa,cum iuſta cauſa ſubeſt recedendi à proprio ſacerdote, non abſurdè dici poſſet.argu.ff. ad muni. Lucius.§.Imperator.aliàs poteſtas iuſtè conceſſa reuocari non debet.

a ¶*Conceſſionem.*]ſ.proximo poſitam.

¶Per huiuſmodi autem conceſſionem [a] nequaquam intēdimus perſonis,ſeu Fratrib.ipſis ad id taliter deputatis, poteſtatē in hoc impēdere ampliorem,quàm in eo curatis,vel parochialib. ſacerdotib. eſt à iure [b] conceſſa: niſi forſan eis eccleſiarum prēlati vberiorem in hac parte gratiam ſpāliter du-

b ¶*A iure.*] ſed quæ eſt iſta poteſtas à iure conceſſa curatis quæro. Nec quæro de poteſtate Papæ in caſibus ſibi reſeruatis, qui notantur extra de tranſla.epiſco. c. 1. Nec loquor de poteſtate Papæ diſpenſandi , de qua tractant doctores in tractatu de diſpenſationibus , ſed loquor de poteſtate , quæ eſt per ſacramentum pœnitentiæ ſuper criminibus . Et de hoc tractat Hug.& Hoſti.in ſumma.& Guliel.Durandi in repertorio,& frater Thomas 4.ſenten.diſt. 19. Et dico in iſta materia, quòd quilibet ſacerdos poteſtate ordinis regulariter poteſt à quolibet peccato abſoluere. Quod ſic probo: Io.20. dicitur,Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis . Sed dices,hoc dictum eſt Apoſtolis . Dic ꝙ epiſcopalis dignitas in hoc non adijcit, de quo agitur ſupra ordinem ſacerdotalem, & quid adijciat,not.extra.lib.6.de ſenten. excom. cum medicinalis . Et in ordinatione cuiuslibet ſacerdotis etiam dicta verba per ordinatorem dicuntur , vt patet in lib. Pontificali. Item à capite Chriſto omnia deſcendunt. 21. diſt. in nouo.& Ioan.1.Nam de eius plenitudine omnes accepimus.Cum ergo ſacerdos ritè ordinatus habeat poteſtatem cōficiendi corpus Chriſti verum,vt extra de ſum.trin.firmiter.§.vna verò.& poteſtas quæ eſt ſupra corpus Chriſti myſticum , deſcendat à poteſtate,quæ eſt corpus Chriſti verum. de conſec.diſt.2.quia corpus.& c.quia paſſus.Cum igitur quilibet ſacerdos quando eſt rectè ordinatus poteſt miniſterialiter in verbo Dei conuertere panem & vinum cum aqua in calice miſtum in corpus Chriſti verum & ſanguinem.de conſec. diſt. 2.panis.& c. calice.ergo ſimiliter poterit miniſterialiter peccatorē quemlibet conuertere in membrum Chriſti,& corpori Chriſti myſtico adunare per ſacramentum pœnitentiæ.Item dico ſecundò, quòd licet ſacerdos habeat hoc ex poteſtate ordinis : non habet tamen poteſtatem iuriſdictionis , ſeu exercitij niſi in ſubditos. Vnde ſicut in foro iudiciali quis non ligat nec abſoluit niſi ſubditum:ita nec in foro pœnitentiali.extra de paroch.nullus. extra de iudi. c. at ſi clerici. extra de pœni. & remiſ.c.omnis.§.ſi quis.Et ſicut ſacerdos non habet exercitium ſuæ poteſtatis in corpus Chriſti verum , quando non habet materiam ad ſacrificandum, ſicut panem & vinum, ſic nec in hoc caſu agere poteſt , niſi in materiam ſibi ſubiectam.argu. 10.diſt.quis neſciat. 12.diſt.cap.1.& 2.19. diſt. ita Dominus. ergo in foro pœnitentiæ duo requiruntur ad peccata remittenda, ſ. poteſtas ordinis quo ad ſe, & iuriſdictio ſeu exercitium poteſtatis, quæ maioribus in inferiores deſcendit.21.diſtin.in nouo.nam ibi tangitur ordo naſcentis eccleſię à Deo: hinc eſt ꝙ à ſummo ſacerdote ad maiores ſacerdotes, hoc eſt epiſcopos,& à maiorib.ſacerdotib.in curatos fit deriuatio , & poteſtatis deſcenſus, & ſummus ſacerdos poteſtatem maiorū ſacerdotum , & magni ſacerdotes poteſtatem curatorum arctare poſſunt,ſicut maius imperium habentes.ff.de iudi.iudicium.63.diſt.ſalonitanæ.extra de offi. ord. cum ab eccleſiarū. Vnde ſicut ſummus ſacerdos arctat poteſtatem magnorū ſacerdotum in abſoluendo.17.q.4.ſi quis ſuadente.& illam eandem poteſtatem arctatam in certis caſib.qn̄que laxat.extra de ſent.excom.peruenit.& 6.lib.eo.tit.religioſo.1.reſpon. ſic ſacerdos magnus poteſtatem ſacerdotis curati ex cauſa arctare poteſt,& laxare eandem,cum ſit ordinarius totius ſuæ ciuitatis & diœceſis.11.q.1.de perſona. Cum acrius vnum factū in vna regione puniatur , quàm in alia : & ideo maiorē iudicem requirit.ff.de abig.l.1. 1. rn̄ſo. Ipſe tn̄ eps̄ peccat,ſi ſine cauſa arctat.11.q.1.peruenit.& dicto c.cum ab eccleſiarum.Quædā et ſunt reſeruata à iure ipſis epis̄. extra lib. 6. de pœnit. & remiſ.ſi eps̄.Primus eſt, vbi ſolennis eſt pęnitentia imponenda. 50.diſt.in capite.26.q.6.c.1. Secundus , vbicunq; eſt arduum & graue factum.16.diſt.de concilijs.65.diſt. de perſona.extra de offi.archip.c.ſi.& 26.q.6. c. vlt. præſertim ſi fuerit difficile & ambiguum.extra qui fil.ſint leg.per venerabilem.Et eſt ratio:quia maiora negotia maiores iudices requirunt. extra de appel.vt debitus.in fi.Tertius eſt in reſtitutione malè ablatorum incertorum in magna quantitate.extra de Iudę.cum ſit. extra de teſta.tua.& 82.diſtin.§.1.& c.1. extra de vſu.cum tu. Quartus , eſt vbicunque abſolutio ab excōicatione reſeruata epo eſt neceſſaria.extra.de ſent.excom. decætero.& c.de monialibus.

Caſus epiſcopis reſeruati.

cerent faciēdam. ¶Huiuſmodi[a] quoq; ſtatuto,& ordinationib. noſtris adijcimus, vt fratres dictorum ordinum in eccleſijs, vel locis ſuis vbilibet conſtitutis liberam (vt ſequitur)habeant ſepulturam:videlicet ꝙ omnes ad eam recipere valeant, qui ſepeliri elegerint in locis,& eccleſijs memoratis.[b] ¶ Verùm ne parochiales eccleſiæ,& ipſarum curati, ſiue rectores, q̃ miniſtrare habent eccleſiaſtica ſacramenta, quibus noſcitur de iure[c] competere prędicare, ſeu proponere verbum Dei, & confeſſiones audire fidelium,debitis & neceſſarijs beneficijs defraudētur,cum operarijs mercedis exhibitio debeatur: auctoritate Apoſtolica conſtituimus, & ordinamus eadem,vt dictorum ordinum fratres de obuentionib. omnib. tam funeralib.quàm quibuſcunq;,& quomodocunq; relictis, diſtinctè vel indiſtinctè, ad quoſcũque certos, vel determinatos vſus, de quib. etiam quarta ſiue canonica portio dari ſiue exigi non conſueuit, vel non debet de iure, necnon de datis, vel qualitercunq; donatis in morte, ſeu mortis articulo in infirmitate donantis vel dātis, de qua deceſſerit quomodocunque, directè vel indirectè fratribus ipſis, vel alijs pro eiſdem quartam[d] partem (q̃ auctoritate Apoſtolica taxamus, & etiam limitamus) parochialib. ſacerdotib.& eccleſiarum rectoribus, ſeu curatis largiri integrè teneātur:facturi & curaturi, ꝙ nec alij, nec alijs, à quib. quarta huiuſmodi minimè deberetur, ad ipſorum fratrum vtilitatem,vel cōmodum huiuſmodi fiant relicta, aut in eos taliter data, vel donata procedant, ſeu quòd in morte, vel ab infirmis huiuſmodi dandum, vel donandum fratrib. ipſis exiſteret, in eorundem dantium, vel donātium ſanitate, ſibi dari, vel donari procurent: In quib.per ipſos vitandis eorũ intendimus conſcientias onerare: vt ſi (qđ abſit) per fratres ipſos dolo, vel fraude quicquam in hac parte agi fortaſſe contigerit (præter id quod eos propterea dictis ſacerdotibus, rectorib. & curatis teneri volumus) ēt diſtricta ratio in extremi iudicij examine requiratur ab eis. Vltra portionem autem huiuſmodi nihil valeant parochiales rectores, curati, & prælati exigere ſupradicti, neque illis dicti fratres amplius impendere ſint aſtricti, neque ad id à quoquam poſſint aliqualiter coërceri.

nialibus. Sicut video in diſpenſatione, quæ non eſt permiſſa inferiori epiſcopo.extra de vot. & voti redemp.c.1.Sed nunquid ab alio quàm ab excommunicatione poterit abſoluere ſacerdos curatus,vtpote ab iniectione manuum, propter quā pœna excommunicationis imponitur? Dic ꝙ non. Et eſt ratio, cum idem ſit factum propter quod eſt peccatum: Et pęna peccati non debet ferri per diuerſos, ſed per eundem. ſecus ſi ex alio facto emergerent. verbi gratia, Excommunicatio vel ſuſpenſio infligitur propter peccatum, & irregularitas propter immiſtionem, ſuſpenſione vel excommunicatione durāte, quo caſu inferior poſſet abſoluere à primo, non diſpenſare cũ ſecundo.extra lib.6.de ſent.excom.c.1. §.vlt. extra lib. 6. de ſent.& re iudi.æterni.§.fin.extra de ſent.excom.nuper.§. in ſecundo.Quintus, in publico blaſphematore Dei & ſanctorum.extra de male.c.2. Sextus, in incendiarijs domorum. Et ſeptim⁹, in truncatoribus membrorum.23.q.vlt. ſi qs membrorum. & c.ſeq. Octauus,in homicidio, cum enim truncatio membrorum ſit minor homicidio, ſi primum reſeruatᷓ epiſcopo,magis ſecundum. Nam cui ſunt prohibita minora, magis & maiora. ff. de ſeru.expor.cui pacto.extra de ſenten.excom.cum illorum. circa princip. Nonus, vbi ſtatutum ſynodale, vel conſuetudo aliquos caſus reſeruaret epiſcopo, nam cōſuetudo dat iuriſdictionem,etiam in foro pœnitentiali.arg. extra de elect. dudum.2.& de præſcr.ex transmiſſa.& c. cum olim. & ca. veniens. Vbi autem ius, vel conſuetudo ſeu expreſſa reſeruatio non abdicat à curatis, curati habent plenam poteſtatem abſoluendi, & pœnitentias occultas & publicas iniungendi. de pœn.diſt.1.multiplex. & diſtinct. 3. de pœnitentibus. 26.q.6. presbyteri.& extra de pœni.& remiſſ.omnis. quæ ponit regulam quam ſeruabo,niſi inueniam vitiatam. ff. de regu.iur.l. 1. & 30.diſt. c.vlt.vbi eſt expreſſum de publica. Credo tñ,ꝙ pęnitentiam per epm impoſitam inferior minuere non poteſt. 20.diſt.inferior.extra de maio.& obed.cum inferior.Nec obſtat 50.diſt.accedens.& 33.q.2.latorem.quia ibi expreſsè fuit conceſſum inferiori.Sed quæro,nunquid epiſcopi iſta conſtitutione non obſtante poſſunt reſeruare ſibi caſus de quib.ante hanc conſtitutionem poterant curati abſoluere?Et videtur ꝙ non: quia hoc iam eſſet priuilegium diminuere, vel auferre ſeu decurtare: quod fieri non debet, etiam indirectè.extra de priuilegijs,quanto.Dic cōtra, quia licet fratres ſit exempti ab epiſcopo,non tamen parochiani.arg.extra de priuil.ex ore.& lib.6.eo.tit.per exemptionem. Nec obſtat hæc litera:quia nō vr̃ poteſtas conceſſa à iure,quæ eſt iure reuocata. ff. de diuor. diuortium. Item ſicut epiſcopi poteſtatem ordinariam arctare poſſunt inferiorum ſuorum, multò magis extraordinariā: & aduentitiam:nec debet idem parochianus diuerſo iure cenſeri quo ad curatos,& quo ad fratres.extra de priuil.quia circa.vt ille qui non eſt ſub curato, non ſit ſub fratre quo ad id de quo agitur.Et nihil eſt curatis à iure conceſſum, niſi quod non eſt ab epiſcopis reſeruatum. Item illa quæ ſunt de bene eſſe & accidentalia non debent mutare poteſtatem epiſcoporum,quæ eſt ſubſtantialis,fundamentalis,& ordinaria. no.extra,lib.6. de hæreticis,per hoc.arg.extra de priuil.patentibus. extra de eccleſ.ædifi.ad audientiam.1.Et aliàs vno verbo contingeret multa iura ſubuerti, quod eſſe non debet. extra de elect.eccleſia 2.§. deniq;. Nec obſtat arg.in oppoſitum: quia cuilibet eſt licitum facere in re propria qđ placet, dummodo non animo iniuriandi.& nemini facit iniuriam q̃ vtitur iure ſuo. ff. de aqua plu. arcen. l. 1. §. deniq;.ff.de iniur.iniuriarum.§.is qui.

a ¶*Huiuſmodi.*] Hic §. tractat de lacte & lana,ad quæ inhiant pręlati,curati, & fratres,vt plerunque quærentes quæ ſua ſunt,non quæ Ieſu Chriſti, contra doctrinam Apoſtoli. Et hic §. diuiditur in tres partes.Primò dictis religioſis concedit liberā ſepulturam. Secundò, verſi.verum.curatis reſeruat quartam,in multis caſibus ſpecificādo eam.Tertiò,verſi.vltra. mandat ampliorē portionem non exigendā. Sed nunquid idem eſt ſeruandum in alijs religioſis Mendicantib. & non Mendicātibus? Dic, prædicti duo articuli gratioſè conceſſi Prædicatoribus & Minoribus, vt ſupra patet, ad conſequentiam nō ſunt trahendi. Sed hic §. in quo limitatur ius commune, ad conſequentiam eſt trahendus.ff.de legi. non poſſunt.& l. ſequenti,& extra.6.lib.de re iud. quæ à iure. & hoc dico quo ad emolumenta ſepulturæ, non quo ad ipſam ſepulturam: qa de iure communi non eſt conceſſa ſepultura: hoc eſt ius recipiendi ad ſepulturam omnes. Sed qui habent ius recipiendi ad ſepulturam quo ad partem curatorum,cenſetur hoc ius commune. Vel dic alios religioſos iure antiquo cenſeri, & Prædicatores & Minores hoc iure arctari, vt iſtud quodammodo ſequatur ex præcedentibus, quæ non ſunt conceſſa alijs religioſis.

b ¶*Memoratis.*] etiam ſi eſſent minus religioſa. extra,lib.6. de ſepul.cum quis.§.ſi quis.

c ¶*De iure.*] extra de teſta.capit.fin.Et verbum, in fraudem, ibi poſitum fecit hoc adijci, ne locus fraudi relinqueretur: quoniam frequenter fraus fiebat in animarum contra agentium periculum, & rectorum detrimentum, quibus vtinam ſit occurſum.

d ¶*Quartam.*]ſed nunquid iſta quarta debebitur curatis de legatis relictis fratribus, & ſi legantes apud fratres non elegerunt ſepulturam?Dic quòd non.Et ſic not. extra de ſepul.c.1. & ratio redditur hoc §. Nam iure communi quis debet ſepeliri vbi recipit eccleſiaſtica ſacramenta extra de ſepul. cap. 1. quia tamen contra hoc ius datur electio ſepulturæ in vltima voluntate, decuit vt data electio prædicta fieret ſine iniuria curati, & ob hoc canonica portio, quæ quandoque erat tertia,quandoque quarta, quandoque dimidia, hic limitatur & taxatur,vt ſit quarta ad remouendum diſcordias,vt hic, & extra de ſepul.certificari.Et vbi hoc conſuetudine canonica,vel ſtatuto,vt hic,vel alio modo legitimo non taxaretur,dicerem illam dimidiam in dubio.argum.ff.de verb.ſigni.nomen filiarum.§.portionis.ff.de vſufru.etiam.Nam priuilegium datum fauore vltimæ voluntatis, debet intelligi ſine cuiuſque iniuria.

Sepulturę libera eſt electio.

ria.C.de emanc.libe.nec auus. & ideo fit hæc cōpenſatio, hic non in quæſtione propoſita. Et ſi curatus de omnibus relictis haberet quartam: eſſet fortunatus ſi haberet ſubditum, qui centum millium marcharum legaſſet. Item legatarius integrū debet habere legatum regulariter, & ideo defalcationem eiuſdem denego, vbi non eſt iure expreſſum. arg.ff. de reg. iur.l.1. præſertim ne vltimæ voluntates, quæ pro lege ſeruantur. authen. de nup. §. diſponat.colla.4.minuantur, & vt vltima voluntas prorſus ſit libera. C.de ſacroſan.eccle.l.1. Sed quæro eligens ſepulturam apud fratres, habet Miſſam antequam portetur ad fratres in parochia ſua: nunquid de iſto emolumento aliquid habebunt fratres, vel propter hoc diminuetur quarta dictorum curatorum? Dic quòd non: quia hoc caſu ſtabo iuri communi, vbi non reperio ipſum infractum. extra. 6. lib. de electi. conſtitutio. Sed quæro, nunquid funus debet portari primo ad parochiā propriam? Dic quòd ſic, ſi ſit conſuetudo, quæ in his ſeruatur. extra de ſepul. certificari. & in §. proxi. non tollitur conſuetudo ſimpliciter, ſed conſuetudo aduerſa præcedentibus. Sed quid ſi non eſt conſuetudo? Idem dico, quia ſicut iſte funeratus ſacramenta recepit à proprio curato dum viueret, ſic honeſtum eſt, vt vltimum vale recipiat à ſuo curato, habēdo Miſſam in propria eccleſia. arg. de conſec. diſt. 1. nō oportet. Item eligendo alibi ſepulturā videtur eligere propter fructū animæ, qui in eccleſia propria per ſacramenta eccleſię habuit exordiū. vnde non decet, quòd in fine fruſtraret Miſſa in propria eccleſia, & ſic augebit quod intendit: quod enim faciendū erat ſine electione, quod factæ electioni nō repugnat, ſed concordat, eſt implendū: ſicut intentioni eligentis & iuri conſonum. arg.ff.de euict.in creditore. ff.de aqua plu. arcen.l.2.§. Labeo.

Volūtas vltima pro lege ſeruat.

Mortu[us] an prius ſit ad ſuam parochiam portandus, ſi alibi elegit ſepulturā.

a ¶*Nos etenim.*] ſed nunquid hic §. reſpicit tres atticulos præcedētes, vel ſolū immediatum de ſepulturis? Dic ꝙ omnia, præſertim ꝓpter verba, quæ ſequuntur, præmiſſis, vel alicui ꝓmiſſorum. Sed quæro, pactū eſt ſuper ſepultura, quod haberi pōt regulariter, licet hoc modi fiectur. extra 6.lib.c.1.& 3. mota controuerſia ſuper hoc eſt ſentētiatum & confirmatum ꝑ ſedē Apoſtolicā, vt de facto vbi ante hanc conſtitutionem. Nunquid per hūc §. tollitur dicta ſententia & confirmatio? Videtur ꝙ ſic, quia ſi pactū tolatur, & quod ſequitur ex virtute pacti. argu.C.de duobus reis. l. fi. Dic contra. hæc ordinatio exorbitat à iure cōi, & hoc quod nō eſt expſſè ſublatū, ſtat. C. de appel. ꝑcipimus. in fin. nec ſententia pactū eſt ſublatū, ergo pactū eſt ſic fortificatū ſicut ſententia & confirmatione. arg. ext. 6. lib. de pact. quamuis. & 6. lib. de iureiu. licet. & 6. lib. de fo. cōp. c. fi. Plus enim hoc poteſt ſimpliciter, vt dictis iuribus. Item arg. auth. vt cum de app. cogno. in princ. & §.1. & ibi not. legem nouam non referri ad cām pendentem in iudicio, ſeu deciſam ſnīa: ēt ſi lex ad pręterita referatur. dominus Ioan. Mona. de partibus Picardiæ Cardinalis.

ADDITIO. Ad intellectū iſtius decretalis, ſuper cathedrā. eſt omnino videndus tractatus ſiue conſiliū Oldradi, quod incipit. Grauamina, quę fratribus ordinū Mendicantiū inferuntur. & eſt in numero meorū 185. vbi examinatur & determinantur per partes difficultates reſultantes tā ſuper verbo libera, de quo in textu, quàm ſuper alijs, de quibus ibi: vbi concluditur in effectu ꝙ verbū, libera, notat quandam prerogatiuam abſolutam, & dominium ſuper actu cui adijcitur. de elect. cum nobis olim. in fi. & c. Itē ꝙ licitum eſt fratribus etiam proceſſionaliter ire ad aſſumendū fun[us] per alienas parochias, cum eis videantur cōceſſa omnia, per quæ peruenitur ad finem. l. 3. §. vlt. de ſer. vrb. prædi. Item, ꝙ de relictis ab his, qui apud eos nō eligunt ſepulturā, nulla quarta debetur: quia ceſſat ratio conſtitutionis. l. quod dictum. de pactis. Item, ꝙ de relictis Fratribus affectione ſanguinis, amicitiæ vel meriti, debet ſolui quarta. Item, quòd decretalis non habet locum niſi in relictis fratribus, apud quos eligitur ſepultura per infirmum, qui in ea infirmitate deceſſerit. argum. not. in l. alumnę. ff. de adimen. leg. Item, quòd non habet locum vbi teſtator expreſsè relinquit canonicam portionem eccle-

Additio Io. Franciſ. de Pauinis.

Nos etenim [a] (vt in cunctis æqualiter, & pacificè fauente Domino procedatur) vniuerſa priuilegia, gratias, indulgentias verbo, ſeu ſcripto ſub quacunque forma, vel expreſſione, ſeu conceptione verborum à nobis, vel prædeceſſoribus noſtris Romanis Pōtificibus cuicunque ordinum prædictorum conceſſa, necnō conſuetudines, cōuentiones, ſtatuta, & pacta inquantū ſunt præmiſſis, vel alicui præmiſſorum contraria, ea penitus reuocamus, vacuamus, caſſamus, & irritamus, quinimò caſſa, vel vacua, & irrita nuntiamus, & decernimus nullius prorſus exiſtere firmitatis.

¶Ceterū vniuerſos eccleſiarum prælatos cuiuſcunque præeminētiæ, ſtatus, vel dignitatis exiſtant, ac ſacerdotes parochiales & curatos, ſiue rectores prædictos pręſentium tenore rogamus, & hortamur attentè, nihilominusq; eis diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus pro diuina, & Apoſtolicæ ſedis reuerentia prædictos ordines, & profeſſores eorum habentes affectu beneuolo commendatos, Fratribus ipſis non ſe difficiles, graues, duros, aut aſperos, ſed potius fauorabiles, propitios, ac benignos, piaque munificentia liberales, ſe ſtudeant exhibere: ſic eos in prædicationis officio, & propoſitionibus verbi Dei, ac in omnibus alijs ſupradictis tāquam cooperatores eorum idoneos, & laborum ſuorum participes prompta benignitate recipiant, ac affectuosè admittere non omittant vt proinde illis æternę beatitudinis præmium augeatur, & animarum ſalutis incrementa felicia procurentur. Nec ipſos lateat, quòd ſi ſecus ab eis agi fortaſſe cōtigerit in hac parte, Apoſtolicæ ſedis benignitas q̄ ordines & profeſſores eoſdem vbere fauore proſequitur, & gerit in viſceribus charitatis, contra eos non immeritò turbaretur: nec eadem æquanimiter pati poſſet, quin ſuper hoc prouiſionis opportunæ remedium adhiberet, ipſoſq; nihilominus cęleſtis indignatio principis digna pro meritis rependentis, cuius obſequia Fratrū ipſorum ſedulitas curioſa proſequitur, minimè præteriret. ¶Nulli ergo omnino, & cętera.

De decimis.

¶Bonifacius octauus collectori decimę.

¶*Cum Bonifacius decimā certis ex cauſis hic in principio expſſis ab eccleſiis, & eccleſiaſticis ꝑſonis exigi ſtatuiſſet, multa dubia circa illā ſuborta ſunt, quæ hic clarè & prolixè manifeſtantur. vide textum cū gloſſa in clementina ſecunda. eo. tit. vbi hæc extrauagans in multis declaratur.*

CAP. VNICVM.

Declarationes, quas in negotio decimę per nos nuper impoſitæ ꝓ ꝓſecutione guerræ, ac negotij regni Sicilię contra hoſtes de eccleſiis, & perſonis eccleſiaſticis per totam Italiam, & cætera loca conſtitutis volumus obſeruari (cuius quidem decimæ in illis partibus te ſuperintendentem ſeu collectorem duximus deputandum) tales ſunt. De redditibus & prouentibus leproſariarum, domorum Dei, & hoſpitalium pauperum, qui in vſus leproſorum, infirmorum, & pauperum conuertuntur, decima non ſoluetur: Moniales, aliæque regulares perſonæ, quarum redditus & prouentus eccleſiaſtici adeo ſunt tenues & exiles, quòd de illis ſuſtentari non poſſunt, ſed prò habendo vitæ ſuæ ſuſtentationem neceſſe habent publicè mendicare, & eleemoſynas publicè petere, dictam decimam non perſoluent. Seculares quoque clerici, quorum eccleſiaſtici redditus, & prouentus annui ſummam ſeptem florenorum auri non excedunt eandem decimam nō pręſtabunt. ¶Si verò vna perſona plura habeat beneficia, quorū nullū ꝑ

eccleſiæ parochiali. argumen. in l. cum quo ff. ad legem Falicdiam. Item, quòd non debetur quarta de oblationibus, quæ fiunt in vniuerſario, & alijs officijs ſequentibus. Item, nec de mortuarijs inquantum differunt à funeralibus. Itē, quòd parochia debet recipere quartā de manibus Fratrum, & non hæredum defuncti. Itē, quòd quarta debetur de relictis pro ornamētis, libris, & fabricis, & luminaribus, &c. Item quòd de datis inter viuos & in ſanitate quorum dominium ſtatim tranſiuit, quarta non debetur. Item, quòd parentes poſſunt eligere ibi ſepulturam pro filijs. Item, quòd quarta debetur de pecunia relicta ad complendam eccleſiam: licet ſi quarta detraheretur non ſufficeret pecunia ad iſtum vſum. Itē quòd dicta decretal. non extendit ſe ad eos, qui mortui ſunt ante eam conditam: ſed in illis ſeruari debuit decretal. inter cunctas. Benedicti xj. Ioan. Franc.

ſe acceptum dictam ſummam ſeptem florenorum auri annuatim attingat, ſimul tamen collecta in minimis prouentibus ſummam memoratam excedant, quotquot, vel quantumcunque modica fuerint, de omnibus & ſingulis decima perſoluetur: ſed non ſoluetur de pitantijs monachorum. Similiter de his quæ à Chriſti fidelibus relinquuntur eccleſijs, vt ex his perpetui emantur redditus: Item de xenijs prælatis & alijs perſonis eccleſiaſticis liberaliter factis, decima non ſoluetur. ¶ Soluentium decimam electioni ſeu arbitrio committitur, vtrū ipſam velint ſoluere per totum tempus quod durabit decima, pro rata prouentuum, quos ſingulis annis dicti temporis ipſos percipere contigerit, an per ipſum tempus pro rata communis æſtimationis prouentuum eorundem. Sed vna via electa non licebit alicui variare ad aliam recurrendo. Et fiat, & redigatur per collectores in ſcriptis electio huiuſmodi expreſsè in prima ſolutione decimæ ſupradictæ: alioquin iuxta æſtimationem communem per totum tempus ſoluere tenebuntur.

¶ Declaramus autem, quòd hi, qui elegerint ſoluere decimam pro rata eorum, quæ perceperint annuatim, vendant prouentus beneficiorum ſuorum, quæ perſonalem reſidentiam non requirunt, & ſoluant decimam pro ſolo pretio, quod receperint de eiſdem: dum tamen contra hoc in fraudem decimæ nihil omnino agatur. Sed eccleſiaſtica perſona, quæ in eccleſia ſua, vel beneficio (quod reſidentiam perſonalem requirit) non reſidet, ſed facit in eodem per firmarium, vel vicarium deſeruiri, deputando ipſi vicario, vel firmario certam ſuorum prouentuum portionem: non de vicariatus, ſeu firmarij portione, ſed de vniuerſis ipſius eccleſiæ, vel beneficij prouentibus decimam exhibebit.

Beneficia aliqua ſunt quę pſonalem reſidentiam non requirunt.

¶ Declaramus etiam quòd de ſyluis, ſeu nemoribus, quæ non conſueuerunt vendi, nil ſoluetur, niſi fortè aliquid de illis venditum fuerit durante decima: & tunc æſtimabitur quantum valere debent annui redditus partis venditæ ſecundùm aſſiſiam, quæ conſueuit fieri de nemoribus in partibus illis, in quibus nemus ſituatum fuerit: & de ſola æſtimatione decima perſoluetur, & non de eo quod perciperetur de dictis ſyluis, ſeu nemoribus, quæ vendi non conſueuerunt, niſi fortè vendantur durante decima: quia tunc ſoluetur ex venditione paſcuagij, ſeu herbagij, aut alterius conſimilis prouentus eorundem nemorum & ſyluarum. Et ſi non vendantur huiuſmodi paſcuagia, & ſimilia, non ſoluetur decima de his, ita tamen quòd in fraudem decimæ nil contra hoc attentetur. Idemque de paſcuis, herbagijs, & conſimilibus obuentionibus ſyluarum volumus obſeruari.

¶ De ſtagnis & piſcarijs decima ſic ſoluetur, videlicet quòd fiet relatio de numero annorum, quibus ante venditionem vltimam vendita non fuerunt ad quantitatem pretij ex ipſa venditione vltima recepti: vt pretio diuiſo in partes ſecundum annorum terminum, durante decima ſoluatur decima ipſa de tot partibus pretij ex ipſa venditione recepti, quot fuerunt anni prædicti: vt ſi fortè ſunt v. anni elapſi, ex quo fuerat ſtagnum venditum, & tunc vendatur pro c. florenis, fiant de pretio v. partes, & pro tribus annis quibus durabit decima, ſoluetur ipſa decima de tribus partibus pretij tantùm, videlicet, lx. florenorum, & multiplicabuntur & minuentur partes pretij prout plures & pauciores fuerint dicti anni. De piſcarijs, aut fluminum & lacuum, & venationibus ſi vendantur, & ſyluis cæduis idem quod de ſtagnis fiet. De piſcibus ſtagnorum, vel beluis garenarum, quos pro vſu, vel eſu ſuo conſumi, vel ſine fraude donari contigerit, decima non ſoluetur. Et quia nonnulli obtinent à monaſterijs & eccleſijs Prioratus, grangias, domos, redditus, penſiones, & cenſus in ſoluenda de his decima credimus diſtinguendum: videlicet an talia in beneficium habeantur, an ex contractu, an ex mera gratia. Si talia in beneficium habeantur, ſiue hoc ſit conceſſum per ſedem Apoſtolicam, ſiue per ipſorum monaſteriorum, vel eccleſiarum perſonas, de illorum prouentibus ſoluetur decima. Cum autem obtinentur talia ex contractu, puta ad penſionem vel firmam annuam, in qua non eſt facta gratia obtinenti, ſed in hoc vterq; contrahentium ſtuduit conditionem ſuam facere meliorem, perceptores penſionis, vel firmæ de ipſa penſione, vel firma decimam exhibebunt. Si autem quis ante, vel poſt conceſſionem huius decimæ ad vitam propriam emit prouentus Prioratuum, vel aliorum prædictorum pro aliqua pecunia, ita quòd in hoc ei ſcienter gratia non eſt facta, conſiderabitur quantum æſtimatione communi valeant annui prouentus, Prioratus, grangiæ, domus, terrarum, ſeu redditnum huiuſmodi: & ſecundùm hoc ab illis quorum eſt horum proprietas, qui inde pretium pro futuro tempore receperint, per tres annos decima exhibebitur. Si autem in his gratia facta ſit obtinentibus, quia ſcienter pro minori pretio quàm valeant, ſunt talia vendita, vel locata, ipſi obtinentes, & non monaſterium, vel eccleſia de illo in quo gratia facta eſt ipſis, & de reliquo illi quorum eſt proprietas, decimam exhibebunt. Si autem perſonis aliquibus pro iuſta mercede, ſeu remuneratione laboris, vel obſequij præſtiti, vel præſtandi talia ſunt conceſſa: ij quorum eſt illorum proprietas in decimatione prouentuum ſuorum, etiam horum prouentus meritò numerabunt, & de illis (ſicut de alijs quos pro certis ſuis vtilitatibus expendunt) decimam exhibebunt. Quòd ſi hæc per illos qui ea obtinebant, in alia ſunt tranſlata (quia res tranſit cum onere ſuo) etiam circa illos, quæ prædiximus ſeruabuntur. Nec deducentur expenſæ, quæ pro monachis, qui in talibus Prioratibus, grangijs, ſeu domibus, in beneficium, ſeu ex mera gratia conceſſis, ex pacto teneri debent, fieri dignoſcuntur. Expenſæ autem illorum monachorum, vel perſonarum, quæ teneri debent ex pacto in Prioratibus, grangijs, ſeu domibus ad iuſtam firmam, ſeu penſionem conceſſis, ſiue determinatæ, ſiue non, æſtimabuntur ęſtimatione communi, & talem æſtimationem monaſterium, vel eccleſia cuius illorum eſt proprietas cum ſuis prouentibus, decimabit.

Redditus obtinent ab eccleſijs varijs modis.

Labor eſt remunerandus.

Res tranſit cum onere ſuo 16. q. 1. ſi quis laicus.

¶ Præla-

Procurationes q̃nque in victualib. q̃nque in pecunia recipiuntur.

¶Prælati de procurationibus quas in victualibus percipiunt decimam non perſoluent; ſed qui eis præſtant huiuſmodi victualia in decimatione ſuorum prouentuum & redditũum numerabunt & ſoluent decimam de eiſdem. De illis autem procurationibus,quas prælati in pecunia numerata ritè percipiũt ab antiquo, & quas perciperent etiam ſi non viſitarent, decimam præſtare tenentur. Prælatus autem qui procurationem (quam ſine viſitatione potuit de iure percipere in pecunia numerata) remittit:quia remittit quod ſibi debetur, & de quo ſoluiſſet decimam,ſi recepiſſet illud, tenetur ex tali procuratione decimam exhibere. Si verò procurationem quam tantùm in victualibus licet percipi, fortaſſe remittit,perſona eccleſiaſtica cui remiſſio facta eſt, huiuſmodi victualia cum alijs prouentibus ſuis cum ſoluet, decimam æſtimabit: cum etiam ſi non eſſet remiſſa,hoc facere teneretur.

Expenſarũ quędã fiunt in re,quędã extra rem.

¶ In ſoluendo decimam ſupradictam ſolę expenſæ neceſſariæ, quæ fiunt in re ex qua fructus percipiuntur arando,colendo, & colligendo fructus, ſine quibus non poſſunt inde fructus percipi, deducentur. Expenſæ autem quæ fiunt in caſtrorum cuſtodibus,cum fiunt extra rem,vel etiam in ædificijs conſtruendis,vel conſeruandis, nullatenus deducentur: ſicut nec illæ quæ in villis tuendis fierent in guerris,ſeu etiam caualcatis. De ijs quoque quæ conſiſtunt in iuriſdictione, mero imperio, regalibus, atque ſimilibus,ſoluetur decima,deductis ſalarijs moderatis, quæ ante conceſſionem decimæ conſueuerunt ſolui iudicibus & officialibus, ſimilibusque perſonis, ſine quibus iuriſdictio & cętera ſimilia nequeunt expediri: ita tamen quòd in fraudem decimæ nihil contra hoc penitus attentetur. Sed expenſę officialium, iudicum, & conſimilium perſonarum factæ in veſtibus, ſiue victualibus,minimè deducentur, ſicut nec aliæ expenſæ ſimiles factæ circa familiam prælatorum. Ratione autem ęris alieni, quo perſona ſoluens decimam obligata conſiſtit,nihil de decima minuetur, etiam ſi certæ res eccleſiaſticæ propter hoc à quoquam fuerint obligatæ. Item de furnis & de molendinis decima præſtabitur. Soluetur autem de oblationibus, ſiue fiant pro benedictione nubentium, ſiue pro exequijs mortuorum, necnon de prouentibus ſingulorum prælatorum, & de emendis, quæ ab excommunicatis recipiuntur. De legatis quoque ſibi & alijs perſonis eccleſiaſticis non perſonarum, ſed eccleſiarum, vel officiorum ratione relictis,decima perſoluetur.

Emẽdę p̃nt ab excõicatis recipi.

¶ Pro decima ſupradicta non exhibebitur pecunia,niſi illa communiter curreret de mandato domini terræ,& quæ eſt moneta in locis, in quibus conſiſtent fructus,& redditus, vnde decima perſoluetur: nec aliqui pecuniam cambire cogentur eandem.

¶Sed ſi ex probabilibus,ſeu veriſimilibus pręſumptionibus apparuerit quiſquam penſatis eius prouẽtibus minus debito notabiliter de decima perſoluiſſe,ita quòd ſuper hoc meritò ſuſpectus debeat reputari,ex officio noſtro per viros idoneos deputandos à nobis faciemus inquiri ab illis, qui ſuper hoc ſcire valeant veritatem, videlicet de conſilio diœceſani epiſcopi,vel alicuius deputandi ab ipſo, ſi ſit eius ſubditus, & non aliter, ſi epiſcopus ipſe,vel deputatus ab eo commodè poſſit haberi:& tunc demum & non prius, ille cuius prouentus fuerint taliter æſtimati,pro eo quod minus ſoluerit etiam nominatim excommunicabitur, ſi eius contumacia exegerit, & viſum fuerit expedire. Epiſcopi autem & abbates, cæteræque perſonæ eccleſiaſticæ honorabiles non ſuſpectæ,propriæ conſcientię relinquantur:ita quòd ſufficiat quo ad tales excommunicationis ſententia, quæ in nullo modo ſoluentes, vel ſcienter adhibentes fraudem, vel malitiam circa ipſius decimæ ſolutionem generaliter proferetur. Super his autem fiet compulſio per cenſuram eccleſiaſticam, prout nobis & illi cui hoc committendum duxerimus, viſum fuerit expedire. Proferatur autem(ſi expediens viſum fuerit) excommunicatio generaliter,vel ſpecialiter in eos, qui contra ſolutionem decimæ, vel ſuorum æſtimationem prouentuum cum fuerit facienda,fraudem, vel malitiam ſcienter duxerint adhibendam.Fiet autem ſolutio decimæ non ex ipſis rebus,quæ percipiuntur de prouentibus, ſed in pecunia numerata. Soluetur autem decima illis, quos ad hæc contigerit deputari. Rector parochialis, qui vrgente neceſſitate eccleſiæ, puta quia ipſe reſidendo perſonaliter in eadem per ſe non ſufficeret ipſi curę propter multitudinem parochianorum, vel diuiſionem parochiæ ſuæ: ſed neceſſe habet vnum,vel duos,vel plures capellanos conducere, & eis propter victum ſalarium conſtituere,ſalarium huiuſmodi poterit in decimæ ſolutione deducere: ſed ratione victus capellanorum ipſorum aliquid non deducet. Quòd ſi in diuerſis ciuitatibus,& diœceſibus diuerſa beneficia obtineantur, de vnoquoque beneficio in ciuitate vel diœceſi, in qua illud fuerit, decima perſoluetur. De eleemoſynis verò, ſeu oblationibus datis ad opus fabricæ, & maximè de his oblationibus, quæ in ciuitatibus & aliquibus caſtris & locis dictarum prouinciarpm in certis feſtiuitatibus, in candelis & alijs conſueuerunt dari & offerri ad opus fabricæ deputatis, decima non ſoluetur. Similiter nec de illis oblationibus, quæ colliguntur interdum per laicos, qui conſortiales dicuntur. interdum per clericos, quæ ad opus conſortij reducuntur, & quæ offeruntur vt luminaria in eccleſia, cruces & calices fiant & reparentur, & etiam ex illis pauperibus ſubueniatur, & ſepeliantur corpora pauperum defunctorum. Prælati autem, & clerici exules cuiuſcunque conditionis, aut dignitatis exiſtant, de ſuis prouentibus eccleſiaſticis decimam perſoluent. Illæ quoque expenſę, quæ fiunt pro foſſatis, & aliàs pro terris ædificandis, vt vberiores fructus producant, & illæ quæ fiunt in conſeruandis & reparandis ædificijs molendinorum, domorum, ſeu apothecarum, & ſimilium, & ex quibus fructus & penſiones recipiuntur, & niſi reparentur fructus ex eis percipi non valerent: de decima huiuſmodi minimè deducentur. Nec etiam illæ, quæ fiunt pro cuſtodia caſtrorum, quamuis fiant maiores ſolito. Inſuper de oblationibus minutiſſimis,quas percipiunt eccleſiaſticæ perſonæ ratione eccleſiarum ſuarum pro ſepulturis, & dandis pœnitentijs, decima perſoluetur. Et quia non occurrit nobis quin quotidianæ diſtributiones prouentus eccleſiaſtici ſint, de diſtributionibus, quæ dantur in horis canonicis præſentibus, debere ſolui decimam declaramus. Illi quoque qui deputati fuerint ad collectionem decimæ, cum eis qui debent ſoluere decimam, de aliqua certa ſumma ſoluenda pro decima, nequeunt conuenire. De fructibus arborum & hortorum ſoluetur decima. De his autem quę conſumuntur vſu,vel eſu animalium, ſi ſint eccleſiarum,ſoluetur decima, deductis expenſis neceſſarijs,quę fiunt pro cuſtodia:ſi verò ſunt perſonarum decima non ſoluetur.

Capellani p̃nt operas ſuas locare. vide not. in c. ſignificatum. de p̃b.

Oblationes q̃nque p laicos, q̃nque per clericos colligũtur.

Deum in negotijs noſtris habere debemus p̄ oculis.

¶ Tu ergo in his ſolum Deum & iuſtitiam pro præmiſſis præ oculis habens, ex prædictis declarationibus in decidendis huiuſmodi dubitationibus, quæ pro parte leuiter decidi poterunt, confirmationem accipias: ſuper maioribus verò deciſionem Apoſtolici oraculi expectes.

¶ Volumus quoque & pręſentium tibi auctoritate mandamus, vt in vnamquanque perſonam eccleſiaſticam deputatarum tibi partium, cuiuſcunque ordinis, conditionis, vel dignitatis exiſtat, quæ decimam ipſam nullo modo, vel non integrè, ſcienter, aut non ſecundùm verum valorem fructuum ſuorum perceptorum, ſiue non in terminis conſtitutis exhibuerit, ſeu in illorum exhibitione malitiam commiſerit, ſiue fraudem: excommunicationis ſententiam auctoritate noſtra promulges: Et etiam in ſingulos, qui ſcienter impedimentum præſtiterint directè, vel indirectè, publicè, vel occultè, quominus decimæ prædictæ ſoluantur. Et omnes & ſingulos, qui huiuſmodi ſententias latas incurrerint, per te, & per alios, ſingulis diebus Dominicis & feſtiuis pulſatis campanis & candelis accenſis, vſque ad ſatisfactionem condignam excommunicatos publicè nunties, & facias ab omnibus publicè euitari: Aggrauaturus aliàs manus tuas contra ipſos prout proteruiam & contumaciam exigere videris eorundem: quòd ſi ſatisfacere decreuerint, poſt plenam & integram ſatisfactionem ab huiuſmodi excommenicationibus iuxta eccleſię formam abſoluas eoſdem, & diſpenſes cum eis ſuper irregularitate, ſi taliter ligati non abſtinuerint à diuinis: Prouiſo hactenus quòd contra decimam huiuſmodi non ſoluentes nullatenus ſine ſpeciali mandato Apoſtolicæ ſedis inuocetur brachium ſeculare. Quodque ad vaſa ſacra, paramenta, calices, cruces, & libros, aliaque bona mobilia ad cultum deputata diuinum, vel ad priuilegia eccleſiarum, & monaſteriorum, aliorumque locorum eccleſiaſticorum, ipſius occaſione decimæ manus nullatenus extendatur. Data Anagn. Calend. Octobris, Pontificatus noſtri anno ſeptimo.

Excōicationis publicādæ modus.

De regularibus & tranſeuntibus ad religionem.

¶ Martinus quartus.

¶ Religioſi Mendicantes ſub excommunicationis pœna prohibentur conuolare ad religionem non Mendicantium, quocunque quęſito colore, quam ipſo facto incurrunt tam recepti quàm recipientes quacunque licentia non obſtante. Quid iuris ſit de iam receptis ſubdit.

CAP. I.

Cupiditas omnib. præſertim religioſis Mendicantib. eſt pręcludenda.

Viam ambitioſę cupiditatis religioſis, potiſſimè Mendicantibus, pręcludere cupientes, ad alios ordines pręſertim monaſticos (fucatis tamen coloribus aſſerentibus ob frugem melioris vitę, aut arctioris obſeruantię) tam ſancti Benedicti, quàm Ciſtercienſis, Camaldulenſis, Vallis vmbroſę, canonicorum regularium ſancti Auguſtini, vel aliorum monaſticorum ordinum conuolare nitentibus, licentiam à ſede Apoſtolica, ſeu legatis, aut nuntijs eiuſdem ſedis ad tranſferendum ſe de Mendicantium ordinibus ad alios ordines, præſertim ea ratione (vt veriſimile eſt, prout facti euidentia docet) vt liberius degant, dignitateſque & beneficia monaſtica conſequi valeant, & ex certis alijs cauſis honeſtati non conſonis obtinentibus. Ac volentes etiam conſeruationi ordinum Mendicantium prouiderę: auctoritate Apoſtolica, ex certa ſcientia, tenore pręſentium declaramus, & etiam decernimus, ſtatuentes quòd decætero nullus religioſus ordinum Mendicātium quoruncunque, cuiuſcunque gradus, ſtatus, cōditionis, vel religionis exiſtat, quantuncunque, & qualitercunque poſſit & debeat [a], virtute cuiuſcunque licentię, etiam indulti Apoſtolici, ſeu pœnitentiarij noſtri curam gerentis, vel alia quauis auctoritate hactenus, etiam per literas Apoſtolicas facultatum quarumuis tam legatorum, vel nuntiorum ſedis Apoſtolicæ, quàm alia auctoritate, maximè de transferendis fratribus, aut aliquibus præſertim ordinum Mendicantium profeſſoribus in genere, vel in ſpecie ab ordinibus huiuſmodi Mendicātium, ſub quacunque verborum forma appareant, admitti aut recipi, per aliquos etiam ſuperioris ordinis, ſeu monaſterij, aut loci monaſtici, ſeu aliàs in monachum, vel in fratrem alicuius ex ordinibus monaſticis ſupradictis, vel alijs expreſſis (ordine Carthuſienſium duntaxat excepto) ſub pœna excommunicationis, quam tam recipientes, quàm recepti ipſo facto incurrant: Et quam exnunc prout ex tunc contra quemlibet tranſgreſſorem quomodolibet in præmiſſis, ſcientia & auctoritate antefatis proferimus in his ſcriptis. Et à nemine, niſi duntaxat à Romano Pontifice (præterquam in mortis articulo †) excommunicati huiuſmodi poſſint abſolutionis beneficium quomodolibet obtinere. Et nihilominus ſecus facta non teneāt, & nullius exiſtant efficaciæ, vel momenti. Decernentes etiam & volentes, quòd ſi quis hactenus virtute cuiuſuis licentiæ, ſeu mandati huiuſmodi fuiſſet receptus ad aliquem monaſticum ordinem, & habitum conſuetum geſtari per monachos talis ordinis ſuſcepiſſet, ſiue profeſſionem emiſerit ſiue non, ſub dicta pœna teneatur in monaſterio, in quo receptus fuerit (etiam ſi beneficia eccleſiaſtica ſeu rectorias eccleſiarū quarumuis obtineat) ſtare in eius totali ordinatione, & in huiuſmodi ordine monaſtico altiſſimo deſeruire.

Ordo Carthuſienſium præ cæteris ampliori potitur prærogatiua.

† Vide concil. Trid. ſeſ. 14. ca. 7. de caſuum reſeruatione.

¶ Si quis autem prætextu huiuſmodi licentiæ, vel ſine habitu, vel cum habitu vagando incederet, monitione præuia teneatur & debeat intra terminum quindecim dierum à die monitionis huiuſmodi computandorum, ad eius religionem, vel ordinem, vnde cum licentia, vel ſine licentia receſſerat, remeare. Quod ſi efficere neglexerit, poſt ipſum terminum tanquam notorius apoſtata excommunicatus in omnibus, & per omnia debeat per quemlibet reputari, & ab omnibus retractari: † etiam per inuocationem auxilij brachij ſecularis, quotiens fuerit opportunum.

† tractari.

¶ In futuris autem nullus ex profeſſoribus alicuius ex ordinibus Mendicantium huiuſmodi in aliquem monaſticum ordinem (Carthuſienſium duntaxat excepto) poſſit aut debeat per quemcunque recipi, vel admitti virtute alicuius licentiæ, vel indulti, abſque ſedis huiuſmodi licentia ſpeciali ſub dictis pœnis: & nihilominus ſecus facta non teneant ipſo iure. Huiuſmodi licentijs, & indultis, necnon conſtitutionibus Apoſtolicis, & Mendicantium

Viam ambitioſæ. a ¶ *Debeat.*] cape verbum, admitti, aut recipi. quod eſt infra.

dicantium ordinum prędictorum, etiam ſi de illis ſpecialis & expreſſa, ac de verbo ad verbum in noſtris literis mentio habita foret, & alijs contrarijs non obſtantibus quibuſcunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę declarationis, decreti, ſtatuti, prohibitionis & voluntatis infringere, vel ei auſu temeratio contraire. Si quis autem hoc attentare pręſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorũ eius ſe noueritincurſurum. Datum Sebennis iij. Calen. Auguſti, Pontic. noſtri anno 1.

¶Ioannes XXII.

¶ *Religioſi ſine ſui ſuperioris licentia vltra mare euntes ſunt ipſo facto excommunicati: nec ibi ſunt ad prædicationem, vel diuinorum celebrationem admittendi.*

CAP. II.

Religionis habit' ſine ipſius veritate parum prodeſt.

AD noſtrum nuper relatio fide digna perduxit auditum, quòd nonnulli religionis geſtantes habitum, ſed à veritate religionis omnino vacui, & à modeſtia penitus alieni, ad partes quandoque tranſmarinas ſe transferant, in quibus pauci fideles reſpectu infidelium commorantur: Et vt illi decipere facilius ſimplicium animos, ac ipſos & alios in errores præcipitare, ſeu retinere valeant, ſub ouili veſte, ac humilitatis habitu lupinum animum occultãtes, per doctrinas ſuas reprobas, & erroneas fidelium mentes, quantum in eis eſt, corrumpere ſatagunt: In ipſis partibus periculum nimium ſpargere non omittunt, necnon & os ſuum ponentes in cælum, lingua eorum falſidica tranſeunte ſuper terram, ſanctæ Romanę eccleſię detrahere cõſtitutionibus, & alia multa à fide deuia in ſuis ſermonibus, & ſecretis collocutionibus euomere inſanis auſibus non veretur: ex quibus Deus offenditur, periculoſa ſuſcitantur ſcandala, paratur ſimplicibus laqueus, ipſique talium præſumptores de hæreſi vehementer arguunt ſe ſuſpectos. ¶Nos itaque tantis obuiare periculis paternæ diligentiæ ſtudijs cupientes, vniuerſis & ſingulis religioſis cuiuſcunque conditionis, religionis, ordinis, vel ſtatus exiſtant, de fratrum noſtrorum conſilio diſtrictius auctoritate præſentium inhibemus, ne ipſorum aliquis abſque ſuperioris ordinis ſui licentia, ſibi per ipſius literas patentes conceſſa decætero ad partes ſe transferat antedictas. Superioribus ipſis nihilominus iniungentes, ne quibuſuis ſui ordinis fratrib. (niſi duntaxat viris literatis, prouidis, & expertis) huiuſmodi licentiam impertiri præſumant. Nos enim quoſcunque præſumentes contrarium quouiſmodo excommunicationis ſubiacere ſententię volumus ipſo facto: A qua nullus ab alio quàm à Romano Pontifice poſſit (niſi duntaxat in mortis articulo) abſolutionis beneficium obtinere. ¶Cęterùm vniuerſalis Eccleſiæ prælatis in virtute ſanctæ obedientiæ diſtrictè præcipiendo, præſentium tenore mandamus, quatenus, nullos religioſos ad partes ſe transferentes prædictas, niſi per patentes ſuperioris ſui ordinis literas de licentia ſpeciali ſe illuc transferendi ſibi conceſſa prælatis eiſdem fecerint plenam fidem, in ciuitatibus ſuis, & diœceſibus ac locis & terris alijs ad prædicationis officium, vel diuinorum celebrationem admittant: ſed ipſos potius velut apoſtatas capiant, ſeu capi faciant, eos carcerali cuſtodiæ (donec de dicta licentia ſpeciali modo prædicto ſibi conſtiterit) detinendo. Et nihilominus, ſi quos religioſos approbare, quæ ſedes Apoſtolica reprobauit, vel quæ aliàs ſunt fidei obuia in ſuis prædicationibus, ſeu ſecretis collocutionibus dogmatizare perſenſerint, vt tales (quibuſcunque ceſſantibus priuilegijs) poſſint licitè capere, & carcerali cuſtodiæ, ſicut ſuos poſſent ſubditos mancipare, licentiam impertimur. Et inſuper tenore præſentium mandamus eiſdem, vt de præmiſſis ſummariè, ſimpliciter, & de plano, ac ſine ſtrepitu iudicij, & figura, per ſe, vel per alium, ſeu alios ſe ſolerter, & fideliter ſtudeant informare: quoſque de prædictis, ſeu eorum aliquo repererint reos eſſe, iuxta ſtatuta canonum, & in aliorum exemplum caſtigare pœnis debitis non poſtponant: Non obſtantibus exemptionibus, & alijs quibuſcunque priuilegijs, & literis Apoſtolicis eiſdem religioſis, vel eorum ordinibus ab eadem ſede conceſſis, vel inpoſterum concedendis, etiam ſi de illis plena, & expreſſa mentio, ac de verbo ad verbum in præſentibus ſit habenda. Quæ quantùm ad prædicta, vel aliquod eorundem eiſdem in nullo volumus ſuffragari. Nulli ergo, &c. Datum Auinioñ. vj. Idus Maij, Pontificatus noſtri anno nono.

Lupinus animus ſub ouili veſte à multis geritur.

Os in cęlũ ponunt, qui Romanę eccleſię detrahunt conſtitutionibus.

Religioſi ſine ſui ſuperioris licentia ſe abſentare non debent.

Approbatæ per ſedem Apoſtolicã à nemine ſunt reprobanda.

De religioſis domibus.

¶Ioannes XXII.

¶ *Licet Beguinarum ſtatus ſit propter multas rationes per Clementem quintum reprobatus, permittitur tamen mulieribus fide dignis, quæ nec ſunt culpabiles, nec ſuſpectę, ſub habitu Beguinarum viuere: nec ſunt tales per ordinarios moleſtandæ. vide c.1. eo. tit. in clemen.*

CAP. VNICVM.

RAtio † recta non patitur, vt innocentes, ad paria cum nocentibus iudicentur. Sanè felicis recordationis Clemẽs Papa quintus prædeceſſor noſter, cum de mulieribus, quæ Beguinæ vulgariter nuncupantur, nonnulla ei fuiſſent, præcipuè de Alemaniæ partibus, inſinuata ſiniſtra, & præſertim quòd earum quædam de ſumma Trinitate, & diuina eſſentia diſputarent & prędicarent, ac circa articulos fidei, & eccleſiaſtica ſacramenta opiniones catholicę fidei contrarias introducerent, & multorum ſimplicium animas in diuerſos errores inducerent: ex his & alijs frequenter de illis auditis habens eas non indigna ratione ſuſpectas, in illas quę ſtatum huiuſmodi nouiter aſſumptum ſectarentur vlterius, aut quę illum de nouo aſſumerent, excommunicationis ſententiam promulgauit.

† Vide c.1. eo. titu. in clemẽt. &c. ad noſtrũ. in clem. de hæretic. & extrauagãtẽ Ioã. xxij. Sancta Romana. eod. tit. de relig. domib. Guidonem Carmelitam in ſumma de hæreſib. tit. de hæreſib. Beguinorũ. & Eymericum in Directorio inquiſitorum par.2. q.15.

¶ Verùm quia in multis mundi partibus plurimę ſunt mulieres, quę ſimiliter vulgò Beguinę vocatę, ſegregatę quandoque in parentum, aut ſuis, interdum verò in alijs, aut conductis ſibi communibus domibus inſimul habitantes, vitas deducunt honeſtas, eccleſias de nocte frequentant, diœceſanis locorum, & parochialium eccleſiarum rectoribus reuerenter obediunt, curioſitatem diſputandi, aut auctoritatem, ſeu temeritatem potius prædicandi nullo modo ſibi vſurpant, nec ſe, vel alias ſeu alios quoſlibet pręmiſſis opinionibus erroribuſque inuoluunt, nec vlla ſuper his eſt, aut fuit hactenus nota, ſeu ſuſpicio contra eas,

Religioſæ mulieres quid facere debent.

eas, quæ ipſas diſſimiles à luce ſua conſtringeret: Vt nullis earum, quæ perpetuam fortè Domino continentiam deuouerunt, occaſio præbeatur ad lapſum: & ne periculis, damnis, & ſcandalis plurimis, quæ proinde veriſimiliter ſequerẽtur, pro prouiſione eccleſiæ moderna occupentur: Beguinas huiuſmodi inculpabiles (vt pmittitur) nec ſuſpectas ſub prohibitione, & abolitione præmiſſis (quia de ipſis prædeceſſor noſter prefatus nullatenus ſenſiſſe dignoſcitur) de fratrũ noſtrorum conſilio declaramus, & volumus non includi. ¶ Locorum ordinarijs nihilominus iniungentes, vt eas ſub prætextu huiuſmodi nullatenus moleſtari permittant. Et ſi quid forſan ex hoc in bonis, aut iuribus à quibuſcunque contra eas attentatum eſt hactenus, vel attentari contigerit in futurum, per illos prædictos ordinarios auctoritate noſtra in ſtatum reduci debitum volumus: Inuocato ſi opus fuerit, auxilio brachij † ſecularis. ¶ Cæterùm ſtatum Beguinarum huiuſmodi, quas eſſe permittimus (niſi de his per ſedẽ Apoſtolicam aliter ordinatũ extiterit) nullatenus ex præmiſſis intendimus approbare: Locorum autem ordinarios, & alios ad quos prædicta ſpectabunt, curam peruigilem & ſollicitudinem debitam præcipimus adhibere, ne præmiſſarum ſequentes inuia, & ipſarũ actus temerarios imitãdo, præmiſſis erroribus, & diſputationum, & prædicationum temeritatibus ſe inuoluant: eas quæ contra prædicta præſumpſerint per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Porrò mulieres quodcunque nomen habẽtes, quæ de illis ex quibus prohibitio præceſſerit, culpabiles ſe reddiderint, aut meritò notabiles, vel ſuſpectas eſſe, ſi ſtatum, vel habitum quoque modo mutauerint, verè ſub prædicta decernimus remanere cenſura: & taliter contra eas, per illos ad quos pertinuerit, procedi volumus & mandamus, quòd ab errore de more reuocatæ, non vltra inficiant ſanas oues.

De cenſibus, exactionib. & procurationibus.

¶Benedictus [a] duodecimus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam [b] rei memoriam.

¶Taxat procurationes, pabula charitatis, & ſubſidium charitatiuum: Saluat priuilegia, conuentiones, conſuetudines, & pręſcriptiones, & indemnitatem pauperum: inhibet contrauenire, punit tranſgreſſores & eorum familiares, & c. Et locari debet ſub rubrica, de cenſibus, & procurationibus.

Vas [c] † electionis [d] Paulus Apoſtolus egregius prædicator, ſe & eos qui ſecum erant, proprijs manibus exhibebat [e] †, vt pſeudo [f] & ſubdolis operarijs ſub prędicationis ſpecie lucra ſectantibus locũ præcluderet, & his quos ipſe paſcebat pabulo [g] verbi Dei, non exiſteret oneroſus. ¶ Sanè licet circa modeſtiam in exigendis procurationibus obſeruandam à prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus ſalubria emanauerint inſtituta: quia tamen (ſicut experientia docet) nonnulli prælatorum [h], necnon diœceſis nũtiorum, vel legatorum Apoſtolicę ſedis, de quibus nullam faciunt mentionem expreſſè, ſic ſe reddiderunt, & reddunt in dictarum procurationũ exactionibus oneroſos [i], vt oppreſſi ſubditi huiuſmodi onera nequeant ſupportare, & victum longi temporis breuis hora conſumat. Nos attendẽtes, quòd parentes [k] debent theſaurizare filijs, non delitijs faſtidioſis eorum ſubſtantiam abſorbere: ac cupientes pro diuerſitate conditionum viſitantium prælatorum, & prouinciarum, ac eccleſiaſticarum etiam facultatum certum modum ſufficiẽtem viſitantibus, & ſupportabilẽ viſitatis in præmiſſis fore decætero obſeruandum: de fratrum noſtrorũ conſilio [l] præſentis conſtitutionis edicto, Statuimus, quòd cum in Franciæ, Nauarræ, Maioricarum regnis, ac terris, pro-

a ¶*Benedictus.*] Iſte Benedictus fuit duodecimus, natione Tholoſanus Sanardanus Apamiarum diœceſis: primùm appellatus Iacobus Fornerij, abbas fontis frigidi, ordinis Ciſtercienſis, & magiſter in ſacra pagina, deinde epiſcopus Apamiarum, & deinde epiſcopus Mirapiſceñ. poſtea tituli ſanctæ Priſcæ presbyter Cardinalis, aſſumptus ad Papatum anno Domini M. cccxxxiiij. xx. Decẽb. & anno M. cccxlij. xxv. Aprilis vita functus eſt, Pontificatus ſui anno v. † ſucceſſit Ioan. xxij. ſibi verò ſucceſſit Clemens vj. Ioan. Franc.

† Imo octauo, igitur.

b ¶*Perpetuam.*] ſic & omnia inſtrumenta ad hoc fiunt. 1. q. 7. ſaluberrimum. 25. q. 1. omnes fœminæ. & quia hoc graue negotium eſt, & vt magis timeatur hæc prouiſio, meritò eſt perpetuæ memoriæ ſeruanda. facit de pœnis, in quibuſdam. de ſchiſmaticis. cap. 1. de pœnis. in c. felicis, lib. 6. & quod no. in cap. ad Apoſtolicæ. in princip. de re iudica. eod. lib. 6. vbi nota quòd ſolus Papa ſine concilio poteſt hoc facere. & facit hæc extrauagans ius commune. cap. paſtoralis. de fide inſtru. & ibi not. Ioan. Fran.

1 Hanc extrauagãtem gloſſat hic Io. Franciſ. Pauinus.

Vas electionis. 1] ¶ Diuiditur in quinque partes principales: Nam primò exorditur. Secundò: ibi, *Statuimus.* taxat procurationes. Tertiò: ibi, *Inſuper.* punit tranſgreſſores. Quartò: ibi, *Præmiſſis.* extendit conſtitutionem. Quintò ſubdit clauſulas conſuetas cũ data: ibi, *Nulli, &c.* Prima pars tres habet rationes exemplares impulſiuas ad condendam hanc conſtitutionem. Secunda pars tripliciter taxat quantitatem procurationum exigendarum, iuxta triplicem diuiſionem prouinciarum & regnorum, & qualitatem viſitatium, etiam ſi per alios viſitant modificando & extendendo, ac declarando, vt infra patet. Tertia pars punit viſitatores, tranſgreſſores, & eorum familiam, etiã ſi à ſponte volentibus recipiant, vel receptum remittentibus non reſtituant. Quarta pars extendit conſtitutionẽ ad charitatiuum ſubſidium. Taxat valorem Turonenſium, & excipit tres caſus. Vltima: ibi, *Nulli*, ſubdit clauſulas conſuetas cum datis.

† Brachium ſeculare poteſt quandoque ab eccleſia inuocari. c. 1. de offi. ordi. in antiq.

c ¶*Vas.*] hoc nomen fuit ſibi impoſitum cælitus in eius conuerſione. Actuum. 9. c. & hoc principium ſumptum eſt ex c. cum Apoſtolus. in prin. de cenſib.

d ¶*Electionis.*] & ideo non vitioſum, in quo omne oleum & vinum facilè corrumpitur. de pœniten. diſtinct. 3. §. ſiue à me. adde textum Marci 2. in fine.

e ¶*Exhibebat.*] id eſt, procurabat. 18. quæſt. 1. iam nunc. 21. quæſt. 1. cap. 1.

f ¶*Pſeudo.*] id eſt, falſis: Et eſt Gręcum nomen indeclinabile, vt not. in dicto c. cũ Apoſtolus. contra quos nota monitionem concilij generalis. de qua in cap. irrefragabili. in fine de offic. ordina.

† De materia huius extrauagantis vide concil. Latera. ſub Alexan. iij. c. 4. Concil. Lateranenſe ſub Innocentio iij. c. 33. Concil. Oxonienſe c. vt ſingula. & cõcilium Trid. ſeſ. 24. de refor. c. 3.

g ¶*Pabulo.*] eſt enim verbum Dei pabulum animæ, ex quo viuit. c. inter cętera. de offi. ordina. quia nõ in ſolo pane, &c ſed in omni verbo, &c. vt ibi.

† Actuum c. 9.

h ¶*Prælatorum.*] etiã Cardinalium, vt probat textus in cap. cum Apoſtolus. verſic. Cardinales. de cenſib. & in c. procurationes. in prin. eod. tit. & ibi not.

i ¶*Oneroſos.*] Vſque ad exinanitionẽ extremæ virtutis. 10. q. 3. cauendum. & 1. q. 3. placuit. ideo ſeruandum eſt quod ſtatuit conciliũ Viennen. in cle. ad noſtrum. §. fin. de cenſibus.

k ¶*Parentes.*] 16. q. 1. prædicator. vbi Paulus dicitur diuinus Apoſtolus, &c. & quod beatius eſt dare quàm accipere. Et cum myſterio accumulantur tot rationes, vt ſi aliquæ ceſſarent, nõ ceſſat diſpoſitio. Inſtitu. de nupt. §. affinitatis.

l ¶*Conſilio.*] ad quod non arctabatur ſequendum, nec petendum, ſecundùm gloſ. & doctores in c. Apoſtolicæ. de re iudi. & in c. 1. de ſchiſmat. lib. 6. licet Ioan. Mon. in hoc variauerit factus Cardinalis. Sed quod Papa regatur cõſilio Cardinalium probatur in c. licet. & c. in Geneſi. & c. eccleſia. 2. in fi. de elect. ſicut epi conſilio canonicorum regi debẽt. c. nouit. & c. quanto. de ijs quæ fiunt à præl. c. quæſiuit. & c. fin. de ijs quæ fiunt à maio. par. cap. Hoſt. in ſumma. in tit. de offi. archipresb. §. quæ pertinent. verſi. poteſt. præſertim in arduis. 2 & hoc ſeruat conſuetudo.

Conſilium Cardinaliũ an debeat Papa ſequi.

2 Vtrum in arduis teneatur Papa requirere cõſilium Cardinaliũ vide latè per Philippum Francum & doctores in c. ſuper eo. de hæretic. lib. 6. adde Abbatẽ in c. quæſiuit. de his quæ fiunt à prel.

a ¶Ar-

uincijs, & partibus adiacentibus, & in vicinis eiſdē, necnon in Delphinatu, Burgundiæ, Sabaudiæ, prouinciæ, & Forcalquerij comitatibus archiepī,[a] & epī, ac alij prælati, & perſonæ eccleſiaſticæ, quibus id de iure, vel conſuetudine competit, ſuos ſubditos perſonaliter viſitabunt: Ijdem archiepiſcopi à ſuis, vel ſuffraganeorũ ſuorum cathedralibus eccleſijs pro procuratione vnius diei, ſiue in victualibus, ſiue à volētibus in pecunia vltra trecentorum, à monaſterijs verò, & alijs eccleſijs, vel prioratibus ſecularibus, vel regularibus habentibus collegium, vel cōuentum duodecim, vel pluriũ perſonarum, vltra ducentorũ ac quinquaginta: Ab habentibus verò paucarum perſonarũ collegium, ſeu conuentum, & quibuſuis alijs eccleſijs, Prioratibus & locis, vltra ducentorum: Epī verò ab eccleſijs cathedralibus, vltra ducentorũ: A monaſterijs verò, & eccleſijs alijs ac Prioratibus ſecularibus, vel regularibus habenti bus collegium, vel conuentũ duodecim, vel plurium perſonarum, vltra ducētorumquinquaginta: Ab habentibus verò paucarum perſonarum collegium, ſeu conuentum, & quibuſuis alijs eccleſijs, prioratibus & locis[b], vltra ducentorũ: Epī verò ab eccleſijs cathedralibus vltra ducentorum: A monaſterijs verò, & eccleſijs alijs ac prioratibus ſecularibus, vel regularibus collegium habentibus duodecim, vel plurium perſonarum, vltra centum & quadraginta: Ab habentibus verò perſonarum collegiũ paucorum, & quibuſlibet alijs eccleſijs, Prioratibus, & locis vltra centũ & quadraginta: Abbates[c] quoque à monaſterijs, vel prioratibus habētibus collegium duodecim, vel plurium perſonarum, vltra centũ: Ab alijs quoque habentibus minus collegium, ac eccleſijs, Prioratibus, & locis quibuſcũque, vltra lxxx. Archidiaconi quoque vltra xxxv. Archipreſbyteri quoque vltra viij. Turoneñ. argenti valorem recipere non pſumant. Si verò[d] pręfati archiepī, prælati, & perſonæ eccleſiaſticæ ex priuilegio Apoſtolico per alios viſitare, & procurationes recipere valeant in pecunia numerata: Iidem archiepī à ſuis, & aliis cathedralibus eccleſiis, vltra cētum xx. A monaſteriis verò & eccleſiis aliis, ac prioratibus ſecularibus, & regularibus habētibus collegiũ duodecim, vel plurium perſonarum, vltra cētum: Ab habentibus verò minus collegium, & quibuſlibet aliis eccleſiis, Prioratibus & locis, vltra lxxx. Epī etiam ab eiſdē eccleſiis, monaſteriis, Prioratibus, atque locis, vltra lxxx. Abbates vltra lx. Archidiaconi vltra xxx. Turoneñ. argenti valorem nō recipiant quoquo modo. ¶In Alemaniæ quoq;, Angliæ, Hungariæ, Bohemię, Poloniæ, Noruegiæ, Daciæ, Scotię, & Suetię regnis, terris, ac prouinciis, & partibus eiſdē adiacentibus archiepī, & epī, alii quoque prælati & perſonę eccleſiaſticę, cum (vt pręmittitur) perſonaliter viſitabunt: Iidem archiepī, & epī, etiamſi primates exiſtant, à ſuis, vel ſuffraganeorum ſuorum eccleſiis cathedralibus, & perſonis earum pro procuratione vnius diei, ſiue in victualibus, ſiue à volentibus in pecunia vltra trecentum & viginti: A monaſteriis verò, & aliis eccleſiis, Prioratibus ſecularibus, vel regularibus habentibus collegium duodecim, vel plurium perſonarum, vltra cc. & lx. Ab aliis verò monaſteriis, eccleſiis, ſeu prioratibus minus collegium habentibus, aliis quoque eccleſiis, Prioratibus & locis, vltra cc. & xx. Epī etiam à cathedralibus eccleſiis, vltra cc. & xx. A monaſteriis uerò, & aliis eccleſiis, & Prioratib' ſecularibus, uel regularibus habētibus collegiũ duodecim, † uel plurium perſonarum, ultra centum & lxxx. † Ab habētibus uerò collegium minus, & quibuſlibet aliis eccleſijs, & Prioratibus atque locis, ultra centum & quinquaginta: Abbates inſuper à monaſteriis, Prioratibus, ſeu eccleſiis habētibus collegium xij. uel pluriũ perſonarum, ultra cētum: Ab habentibus uerò minus collegium, ac eccleſiis, Prioratibus, & aliis locis quibuſlibet, ultra lxxx. Archidiaconi uerò ultra 50. Archipreſbyteri[e] etiam ultra decem Turoneñ. argēti ualorem recipere non præſumant. Si uerò ijdem archiepī, epī, & prę̄lati, ac perſonæ eccleſiaſticæ ex priuilegio[f] Apoſtolico p alios[g] uiſitare, & procurationes recipere ualeāt in pecunia numerata: dicti archiepiſcopi,

a ¶*Archiepiſcopi.*] idē & in patriarchis, primatibus, & alijs etiam pluribus, ideſt & abbatib', de quibus vide infra. Idē ſunt enim primates & patriarchæ. 99. diſtin. prouinciæ. & dixi ſuprà in ſecunda quæſtione primæ partis. & idem archiepiſcopi & metropolitani. & nudis tantùm verbis differunt. not. in cap. duo. de offi. ord. vide in Spe. in titu. de offic. ordin. §. ſunt quoque. & in verſic. & nota. ſic & archiepiſcopi ſunt epiſcopi. nota in c. quàm periculoſum. de ſentē. excom. lib. 6.

b ¶*Locis.*] non credo comprehendi hoſpitalia pauperum propter infra dicenda, puta leproſorum & aliorum infirmorum mendicantium panem, ſicut nec grangias, per capitu. fi. de cenſi. & idem fortè de fabricis & commiſſarijs, de quibus canonica portio non detrahitur. capitu. fina. de teſta. & de alijs, de quibus non eſſet ſoluenda decima, de qua in clemē. ſi beneficiorum. de deci. de quibus omnibus dic vt ibi plenè no. Circa hoc tamen tenēdum eſt illud, quod cōcludit Fridericus de Senis in conſi. 111. Et an epiſcopus poſſit priuilegiare hoſpitale tempore conſtructionis, vt non poſſit ab eo, vel ſucceſſoribus viſitari, vide eundem in conſil. 248. Et quid de domibus leproſorum, vide per eundem in conſil. 130. Et adde in ſimili quod ſirmat Petrus de Ancha. de teſtatore, in conſi. 128. & quod examinat. Guliel. de monte Lauduno in gloſſa ſuper extrauagan. ſuſcepti. Ioan. xxij. ſuper ver. in totum. Ioā. Fran.

c ¶*Abbates.*] idē credo de Prioribus etiam canonicorum regularium argum. cap. quod Dei timorem. de ſtatu monachor. & aliorum quorumcunque viſitandorum etiam Mendicantium, exceptis tantùm Fratribus Minoribus. de quibus in clemen. Exiui. de verborũ ſignificatio. Io. Franc.

d ¶*Si verò.*] hic determinat quæ habentur in c. felicis. de cenſi. lib. 6.

e ¶*Archipresbyteri.*] quid autē de archipreſbyteris ruralibus, qui Decani aliquando nuncupantur, ſubdit infra, in verſic. illud quoque. Io. Fran.

f ¶*Ex priuilegio.*] ſine priuilegio vero nō poſſunt, aliàs contrafacientes puniuntur, vt in c. felicis. de cenſi. lib. 6.

g ¶*Per alios.*] hæc cōſtitutio approbat quod no. Io. And. in c. felicis. de cenſib. in gloſ. ſuper ver. officio. Et adde ꝙ prælati aliquando habent officiales. de offic. vic. c. 2. & 3. de app. Romana. de offi. ord. c. Romana. de offi. delega. c. 4. in fi. lib. 6. & cap. inſinuante. Quandoque habent vicarium in ſpiritualibus. de temp. ordi. c. 3. §. 1. lib. 6. Quandoque habent vicariũ generalem. dicto c. 3. §. epiſcopo autem. de tēpo. ordi. & de offi. vic. c. fi. de præb. c. ſtatutum. lib. 6. Quandoque habent ſimpliciter vicarium. c. ſtatutum. & cap. vt officium. & c. vt commiſſi. de hæret. libro 6. Quandoque tales vocātur locumtenentes. 93. diſt. c. fi. Siue ergo quis vicarius à ſede Apoſtolica deputetur, vt in ca. is cui. de elec. lib. 6. ſiue à capitulo eccleſiæ cathedralis epiſcopali ſede vacante, vt in c. pen. de ſupplen. neg. præla. lib. 6. vbi poteſt ex conſuetudine viſitare ſaluis notatis in clem. 1. de here. ſiue ab electa in abbatiſſā à maiori parte, cap. indemnitatibus. de elec. lib. 6. ſiue ab alio prælato electo concorditer in caſu capituli, nihil. de elec. cum viſitat, poterit recipere ꝓcurationem iuxta iſtā taxam. arg. notatorũ in dicto c. felicis. de cenſi. facit c. ſi eps. de off. ord. eo. li. Et ſi ſunt plures, tunc ſolũ principalis, ſed non foraneus poterit hoc gn̄aliter facere, vt probat cle. & ſi principalis. de reſcr. Quid ſi plures eſſent oīno ęquales officiales, vel vicarij? Dic vt ibi no. Quid de foraneis ī locis ſuis? Dic attēdenda illorum mādata. adde tex. in l. 1. C. de offi. eius qui vic. alterius gerit. Io. Fran.

Prælatorũ vicem gerētes varijs cēſentur nominibus.

Vicarius poteſt viſitare & procurationem recipere.

† Aliàs, vij.

† Aliàs, lxx.

piſcopi,ēt ſi primates exiſtant ab huiuſmodi eccleſiis,monaſterijs, Prioratibus atque locis,vltra centum: Epiſcopi vltra lxxx.Abbates[a] vltra lx. Archidiaconi vltra triginta Turoneñ. argenti valorem pro procuratione qualibet vnius diei recipere non præſumant.

¶In Caſtellæ quoque, Legionis,Aragoniæ, & Portugalliæ regnis, & dominijs, terris, & prouincijs regum Caſtellæ, Aragoniæ, & Portugalliæ, & partibus adiacentibus etiam vicinis eiſdem, excepto Sardiniæ & Corſicę regno: Archiepiſcopi, epiſcopi, & pręlati, ac perſonæ eccleſiaſticæ,cum(vt præmittitur)perſonaliter viſitabunt: Iidem archiepiſcopi à ſuis & ſuffraganeorum ſuorum eccleſiis cathedralibus ꝓ procuratione vnius diei, ſiue in victualibus, ſiue à volentibus in pecunia, vltra centum & quadraginta: A monaſterijs verò, & eccleſiis alijs, ac Prioratibus ſecularibus,vel regularibus habentibus collegium duodecim, vel pluriū perſonarum, vltra centum & viginti; Ab habentibus verò minus collegium, alijſque eccleſiis, Prioratibus atque locis,vltra centum: Epiſcopi ēt à cathedralibus eccleſiis,vltra centum: A monaſterijs verò, & Prioratibus ſecularibus,vel regularib. hñtib. collegiū xij. vel plurium perſonarum,vltra octuaginta:† Ab hñtibus verò minus collegium, alijſque eccleſijs,Prioratibus,& locis vltra ſexaginta:Abbates[b] etiam à monaſterijs, vel Prioratibus habentibus collegium xij. vel plurium perſonarū,vltra quinquaginta: Ab habentibus minus collegium & quibuſlibet alijs eccleſijs, Prioratibus, & locis,vltra quadraginta:Archidiaconi verò,vltra xxv. Archipresbyteri verò,vltra v.Turoneñ.argenti valorem recipere non attentent. Si verò proximè nominati archiepiſcopi, epiſcopi,& prælati,& aliæ perſonæ eccleſiaſticæ ex priuilegio Apoſtolico per alios viſitare,& procurationes recipere poſſint in pecunia numerata: Iidem archiepiſcopi ab eiſdem ſuis, & ſuffraganeorum ſuorum eccleſijs, vltra octuaginta. A monaſterijs verò & eccleſijs alijs, ac Prioratibus ſecularibus,vel regularibus habentibus collegium xij. vel plurium perſonarum vltra ſexaginta: Ab habentibus verò minus collegium, & quibuſlibet alijs eccleſijs,Prioratibus, ſiue locis vltra quinquaginta: Epiſcopi etiam ab eiſdem eccleſijs, monaſterijs, Prioratibus ſiue locis, vltra quadraginta. Abbates verò ab eorum monaſterijs, Prioratibus eccleſijs ſiue locis,vltra triginta: Archidiaconi verò vltra viginti Turoneñ. argenti valorem recipere non attentent.

¶In Apuliæ verò, Calabriæ, terræ Laboris,Siciliæ[c], Lombardiæ,Tuſciæ,Sardiniæ, Corſicæ,& cæteris alijs Italiæ partibus,necnon Sclauoniæ, Achaiæ, Cypri, & cæteris regnis, inſuliſque, & alijs prouincijs, & partibus omnibus vltramarinis,& etiam transmarinis, patriarchæ, archiepī, epī,ac prælati alij & ꝑſonę eccleſiaſticæ conſiſtentes, cum (vt præmittitur) perſonaliter viſitabunt: Iidem patriarchæ, & archiepiſcopi à ſuis,vel ſuffraganeorum ſuorum eccleſijs cathedralibus pro procuratione vnius diei, ſiue in victualibus, ſiue à volentibus in pecunia, vltra ſexaginta †: A monaſterijs verò, & eccleſijs alijs, ac Prioratibus ſecularibus, vel regularibus habentibus collegium xij. vel plurium perſonarum, vltra quinquaginta. Ab habentibus verò minus collegium & quibuſlibet alijs eccleſijs,Prioratibus atque locis, vltra xl. Epiſcopi etiam à cathedralibus eccleſijs, vltra quinquaginta: A monaſterijs verò alijſque eccleſijs, & Prioratibus ſecularibus vel regularib. hñtib. collegium xij. vel plurium perſonarum, vltra quadraginta: Ab habentibus verò minus collegium, & eccleſijs alijs,ſeu Prioratibus,vel locis quibuſlibet, vltra triginta: Abbates[d] verò à ſuis monaſterijs,vel Prioratibus ſimile collegium, vel maius habētibus, vltra viginti: Ab habentibus verò minus collegium,& quibuſlibet alijs eccleſijs, Prioratibus atque locis, vltra ſexdecim: Archidiaconi vltra decē Turoñ. argenti valorem non audeant recipere quoquomodo.Si verò ꝑlati, patriarchæ[e], archiepiſcopi, epiſcopi,& perſonæ eccleſiaſticæ ꝓximè no-

Abbas Cluniacēſis ſubditos mediatos & immediatos viſitare poteſt.

a ¶ *Abbates.*] de patre abbate Cluniacenſium,quomodo teneatur viſitare ſubditos ſuos mediatos & immediatos, vide Oldra. in conſi. 155. quod incipit: Prima quæſtio. & adde quantùm ad abbates, idem videtur eſſe effectus inquiſitionis generalis & ſpecialis, vt dicit idem Oldrad. in conſi. 227. quod incipit.licet quantum. Ioā. Franc.

b ¶ *Abbates.*]honeſtè facerent abbates,& alij religioſi nō exigere pecuniā, ſed conformare ſe laudabilibus conſuetudinibus, & conſtitutionibus monaſteriorum, & contentari comedere cum alijs in refectorio, & dormire in dormitorio communibus, vt melius valerent oculo intelligere quomodo ſe habeant oīa tam in eccleſia quàm in menſa & tam de die q̄ de nocte, & propter bonum exemplum.arg. eius quod not.in clem. ad noſtrum.de cenſi.in verſi.ſi voluerint. & in c.magnæ.de voto. quia quod agitur à prælatis, cito à ſubditis trahitur in exemplum, vt ibi,& in c.præcipuè. 11.q.3. aliàs tot mortibus digni ſunt quot pernicioſa exempla,&c.vt ibi.& hoc ſatis dicit.§.noſtrę tamen intentionis. in ver.nec vltra.& ver.cæterùm.Tenentur enim viſitatores non minus exemplo quàm verbo ædificare & plantare. c. qm̄.& c.inter cætera.de offi.ordi.facit c. Romana.in fi.de cenſi. lib. 6. vbi vide no.per Io.An. in nouel.& in c. ſingulis.de ſta.mon.In huiuſmodi namque actibus regularibus non ſunt ſubtilitates neque gloſſæ exquirendæ, nec appellationes admittēdę, ſed ſimpliciter omnia ſunt expedienda. c. ad noſtrā. reprehenſibilis. & cum ſpecialis. de appel. non eſt tñ omittendum, ꝙ ſi prælatus religioſus in mortali cōſtitutus,notorius vel infamatus ſit incorrigibilis, & ꝓpea à ſubditis appelletur,debet appellationi deferri; aliàs ꝓ tanto exceſſu ſatisfacere compelletur. de appel. de priore. quia ad talē non pertinet iudicialis correctio.3. q.7. iudicet. Miſericorditer ēt, & non paſſim ſunt corrigendi monachi,& non more latronum in grauem carcerē detrudendi. de ſta. monac.c. ea q̄.& non debent eſſe ꝑlati nimis graues in corrigendo, aliàs de cōſilio conuentus.i.capituli, eſt correctio temperanda.dicto c. reprehenſibilis.in fi. de his q̄ fiunt à prael. nouit.& c. ea noſcitur. & ideo dicit text⁹ in dicto c. Romana.in fi.conſuetudines rōnabiles & approbatas ſecundùm Hoſt. & Ioā.Andr.ibidem in nouella. Io.Fran.

Prælatorū geſta ſunt ſubditorum exempla.

†Aliàs, lxx.

Monachi ſunt miſericorditer corrigendi.

c ¶ *Siciliæ.*] No.ꝙ huiuſmodi inſulæ ſunt pars ꝓuincię cui adhęrent.l.inſulæ.ff.de iudi. cum ibi not. facit ff. de ver.ſig.l.notionem.§.1. faciunt not. in c. qm̄ à nobis. de deci. ex quo ſequit̄,ꝙ qui in Sicilia, vel Corſica eſt,aut Sardinia, dēt rn̄dere in Italia,vt no.in dicta l.inſulæ.probatur ff.ad munici.l.qui ex vico.Idē dico de eo qui eſt in inſula Maioricarum, vt teneatur reſpondere in regno Nauarræ, vt patet s̄.§.ſtatuimus.vbi dicitur illi adiacere, &c.

d ¶ *Abbates.*]de abbatiſſa verò dicit Archid. ꝙ etiam pro viſitandis monaſterijs ſibi ſubiectis ei non licet egredi monaſterium, ꝑ textū in c.1.de ſta. reg. lib. 6. ibi, quacūque ratione. ſed debet per alium viſitationē facere, circa quod vide no. in clem. 1.in prin. eo.tit.in glo. iſtorum. mouet etiam archidiaconus: quia qđ generaliter ſcriptū eſt, generaliter eſt accipiēdum.c.2.de coniug. leproſ.Itē fortificatur ꝓhibitio in eo ꝙ ibi duo caſus excipiuntur, in alijs ergo ſtet valida. de deci.ad audientiam.31. di.omnino.31.q.1.quo modo,&c. 8. diſ.ſi conſuetudinē. Et licet textus ille nō videatur loqui de abbatiſſa, nihilo minus appellatio monachorum includit abbates vbi de ſalute animę agitur.c.fi. de ſimo. Item ibi in §. verùm. exprimit de abbatiſſa, & hęc opinio multum ſapit honeſtatem. de quo per Io.And. in dicto c.1.de ſta. reg. in 6. & dixi in tractatu viſitationum.q.2.

†Aliàs, xl.

Abbatiſſæ monaſteriū egredi non debent.

Monachorū appellatione includūtur abbates.

e ¶ *Patriarchæ.*]Nota patriarchæ.& ſicut cap. exigit.

exigit.extendit c.Romana.de cenſi.ita fortius vna clauſula debet extendere aliam.arg.in l.doli clauſula.de verbo. oblig. & c. ſecundò requiris.ſ̄.de appella. & l. 3. ff. de vi bono. rapto. Ioan.Fran.

minati ex priuilegio Apoſtolico per alios viſitare,& procurationes recipere valeant in pecunia numerata: dicti patriarchæ, ſeu archiepiſcopi ab eiſdem ſuis, vel ſuffraganeorum ſuorum eccleſijs cathedralibus, vltra quadraginta: A monaſterijs quoque, & eccleſijs alijs, ac Prioratibus ſecularibus, vel regularibus habentibus collegium duodecim,vel plurium perſonarum, vltra triginta: Ab habentibus verò minus collegium, & eccleſijs alijs,Prioratibus,ſiue locis & ſubditis quibuſcunque, vltra viginti octo: Epiſcopi quoque à ſuis cathedralibus, & quibuſlibet alijs eccleſijs, monaſterijs, Prioratibus, atque locis,vltra viginti: Abbates etiam vltra decem, necnō archidiaconi vltra quinq; Turoneñ.argenti valorem recipere non præſumant. Ita quòd expenſæ,ſeu ſumptus vniuerſi, ſeu taxatio pecuniaria huiuſmodi procurationis totius diei [a], videlicet in pecunia, vel victualibus & neceſſarijs alijs prædictam ſummam, vel valorem aliquatenus non excedat: nec vltra dictas ſummas, vel taxationes, ſeu valores earum prætextu cuiuſuis conſuetudinis,vel aliàs,vel ab ipſis prælatis, vel familiaribus eorundem quicquam exigere, vel recipere liceat etiam à volentibus, quando ex conuentione, vel conſuetudine minus ſoluere conſueuerint, quòd propter prædicta non plus ſoluant. Illud quoque quod de archidiaconis ſuperius diximus ordinandum, locum habere volumus etiam in decanis, præpoſitis, aliiſque perſonis eccleſiaſticis ſuperius non expreſſis,quibus viſitationis officium,& procurationis receptio ex priuilegio ſedis Apoſtolicæ, vel de iure, ſeu conſuetudine competere dignoſcuntur: Decanis ruralibus duntaxat exceptis, qui in aliquibus regionibus archipreſbyteri nominantur [b], circa quos in receptione huiuſmodi ꝓcurationis id quod ſupra ſtatutum eſt de alijs archipreſbyteris,volumus obſeruari. ¶ Noſtræ tamen intentionis exiſtit, quòd ſi ex conuentione, vel conſuetudine tam eccleſiæ cathedrales, quã collegiatæ,& aliæ quælibet ſeculares,ac etiã monaſteria, Prioratus conuentuales, & loca alia quæuis eccleſiaſtica, earumque capitula,collegia, ſeu conuentus, rectores etiam, & perſonæ prælatis quibuſuis viſitantibus(vt præfetur)minus debeant,vel cõſueuerint [c] quã per nos ſuperius eſt ſtatutum, ad ſoluendum vltra conuentionem, vel conſuetudinem huiuſmodi nullatenus aſtringantur, ſed ſuper ijs circa eos conſuetudo,& conuentio huiuſmodi obſeruentũ. Huiuſmodi etiam moderationes, & taxationes ad prælatos quoſlibet,qui prætextu cuiuſuis conſuetudinis in monaſterijs, ſiue locis alijs eccleſiaſticis gratis recipiantur ad pabulũ charitatis [d],extendimus,& etiam prorogamus [e]: prouiſo nihilominus,quòd in locis quibuſlibet ſecundùm quod maior, vel minor rerum copia fuerit in ijſdem, necnon iuxta maiorem, vel minorem perſonarum, & euectionum [f] numerum huiuſmodi viſitantium,expenſarum maiorum, vel minorum debita moderatio teneatur: ita tamen quòd maiores expenſę non excedant ſummam ſuperius limitatam. ¶ Inſuper prædictis omnibus archiepiſcopis,primatibus,epiſcopis,& alijs ſuperius nominatis viſitantibus, ne ultra conuentionem, uel conſuetudinem huiuſmodi circa perſonas, & loca ubi fuerint,nec ultra moderationes, & taxationes prædictas quicquam præſumant recipere diſtrictius nihilominus inhibemus. Volentes etiam conſtitutionem præſentem pęnæ [g] adiectione iuuari; ſtatuimus quòd ſi dicti uiſitantes ꝑ ſe,uel (ſi ex priuilegio eis competat)per alios uiſitationis officium exercuerint,& procura

a ¶*Diei.*]hoc intelligo niſi quando ex cauſa oporteret viſitantem ibi ſtare per plures dies ex cauſis neceſſarijs & culpa viſitandorum, vt habetur in c.conquerente.de offi. ord. tunc enim ſibi debent imputare viſitandi: quia neceſſitas legem non habet. de quo plenè dixi in tractatu viſitationum. q. 3. primæ partis.Ioan. Franc.

b ¶*Nominantur.*] vt not.in dicto c. cũ Apoſtolus.ſuper verbo, decani.Ioan.Franc.

c ¶*Cõſueuerint.*] hoc dicit,propter ea quę habentur in c. cum ex officij. de præſcri.& not. in cle. ad noſtrum. circa princ. de cenſi. adde quod habetur ꝑ Ioan. And. in addit. Spec. in titu. de cenſi. in fine. & in mercu. ſuper regula, plus ſem per.de reg.iu. lib.6.& in c.fi.eo. ti. & lib.& per Lapum allegatione 30.

d ¶*Charitatis.*]hoc dicit propter ea, quæ habentur in clem. ad noſtrum.circa fin.de cenſi.& in dicto c.cũ Apoſtolus.ad finem.

Conſtitutio êt pœnalis quãdoq; ampliatur ex identitate rationis.

e ¶*Prorogamus.*] patet ergo hic, & infra verſi. præmiſſis. quòd hæc conſtitutio quamuis pœnalis extenditur ad caſus ſimiles ex idẽtitate rationis: quaſi tunc non dicatur extenſio, quia quod eſt ex ratione, eſt & ex mente, vt not. in c. ſi poſtquam.de elect. lib. 6.& in c. ſciant cuncti. præſertim vbi eſt omnino eadem ratio.not. de tẽpo.ordi. c. 1. eo. lib. & not. Archid. de pœni. diſt. 1.c. vulgaris. in §. pęnæ.aliàs ſecus,vt no. Butriga. in clem. 1. de reſcript.facit deci.277. quod not. Ioa. And. in nouella.de reg.iu.odia. ad fin. & in clem. 1. de conſang & affin. & in cle.auditor. de reſcri.& in cle.1. de foro comp. & per Bart. in l.furti.§. fin.ff. de ijs qui not.infam. & Butri. de præb. in c. dilectus. facit l. et tantum. §. 1. ff. de ſer. corrup.& quod habetur in l. 1.ff. de leg. 1.& in l. maximum vitium. C. de libe. pręte. & l. ſi quis ſeruo. C. de fur.& Butr.in cle.1.de offi.vica.& in auth.quas actiones.C.de ſacroſanct.eccleſi.& in l.2.C.de pat.qui fil.diſtra. & per modernos in l. ſi verò. §. de viro. ff. ſoluto matrimonio vide Ioan. de Milis in repertorio,in verbo,lex ſiue conſtitutio, &c. habebit enim locum in ſpeciali viſitatione,de qua in cap. excommunicamus.in §.adijcimus.de hære.& in ea de qua in cap. Eleutherius.17.quęſtio.2.& in ea de qua in cap.ſeruitium.ead.cauſa & quæſtione. de quibus no.in cap.accedentes.de præſcript. & in cap.præterea.de iure patrona.& cap. procurationes. de cenſi. & in omnibus alijs ſimilibus procurationibus.

f ¶*Euectionum.*] & an numerus perſonarũ & euectionũ debeat aliàs eſſe æqualis,vide plenè per doctores in capitu. cum ad quorundam.de exceſ. præla. & dixi ſuprà 6.quęſtio.proxi.circa princ.

g ¶*Pœnæ.*]vt quos Dei timor. &c.de vita & honeſta.cleric. vt clericorum.82.diſt. plurimos. & cap.felicis.§.præmiſſis.de pœnis.lib. 6.quia non ſemper omnia deducuntur in iudicium, & ideo ſola prohibitio quandocunque parum proficit, & inter leges illa dicitur imperfecta, in qua nulla pœna deuiantibus ſancitur, vt refert dicere Macrobium Ioan.And. in dicto c.exigit. de cenſi.Et nota hic imponi pœnam pecuniariam pro delicto:quia non applicatur viſitanti neque parti, ſed Eccleſiæ: ſic & quando eſſet applicanda pauperibus,vt in c.ad liberandam. de Iudæ. & in cap. quia plerique. de immunit. eccle. etiam vſque ad quadruplum. 18. diſt.quoniam quidam. 1. q. 7. ſancimus.23.q.1. militare. Si autem applicaretur viſitanti, procederet de radice auaritię & cupiditate: & ideo imponi non poſſet niſi in caſibus à iure expreſſis. c.licet.de pœn.16.q.2. cum deuotiſſimam. & de rapt. in archiepiſcopatu.quia nec conuentionalis in foro eccleſiaſtico exigi debet: aliàs modeſtiæ pontificalis obliuiſceretur, qui inhoneſtis quæſtibus anhelando deſideraret cum aliena iactura ditari.c.ſuam. & c.conſtitutus. de pœn. niſi pro menſura intereſſe.c.dilecti.de arbit. Eſt enim naturæ congruum eas tantum pœnas exigi, quæ cum competenti proferuntur moderatione, vel à legibus certo fine concluſæ ſtatuũtur.l.1.C. de ſent. quæ pro eo quod inter. prof. hoc tenent Cardin. & Butrig. poſt Hoſti.in dicto cap.dilecti.ſed Abbas cõtra,& malè, ſaltem in foro ſpirituali & eccleſiaſtico.Ioan.Fran.

Lex quæ deuiantes non punit,eſt imperfecta.

Pœna pecuniaria quandoque imponitur ꝓ delicto.

a ¶ Du-

tiones receperint (vt præfertur) ipſi, vel familiares eorum vltra taxationes prædictas aliquid ſcienter exegerint, vel receperint etiam à volente: duplum [a] eius quod ipſi ijdem prælati, vel eis ſcientibus, aut ratum habentibus eorum familiares taliter exegerint, vel receperint, intra duos menſes poſt receptionem, ſeu ſcientiam huiuſmodi eccleſijs, monaſterijs, & alijs locis à quibus illa receperint, reſtituere teneantur. Si verò dictis prælatis per alios viſitantibus, hi qui pro eis viſitationis officium exercebunt, per ſe, vel alios vltra moderationes, ſeu taxationes prædictas quicquam exegerint, ſeu receperint etiã à volentibus: duplum eius quod vltra receperint, eccleſijs, & monaſterijs, vel locis alijs, à quibus id receptum fuerit, intra præfatum terminum reſtituere teneantur. Alioquin extunc dicti prælati, qui vltra moderationes, & taxationes prædictas, ſeu conuentionem, vel conſuetudinem huiuſmodi receperint in pecunia numerata, duplum ipſum eiſdem eccleſijs, monaſterijs, ſiue locis vltra dictum tempus reſtituere differentes, ingreſſum eccleſiæ ſibi nouerint interdictum. Hi verò pro dictis prælatis viſitationem huiuſmodi (vt præmittitur) exercentes, ab officio & beneficio nouerint ſe ſuſpenſos, quouſque grauatis eccleſijs, monaſterijs, ſiue locis de huiuſmodi duplo plenariam ſatisfactionem impendant. Adijcientes conſtitutioni præſenti, quòd ſi quis de familia prælati perſonaliter viſitantis, aliquid vltra moderationes, & taxationes præfatas per ſe, vel alios prælato ignorante, nec ratum habente receperit ab eccleſijs, monaſterijs, & locis alijs viſitatis, duplum eius quod vltra receperit, de ſuo proprio intra duos menſes poſt receptionem huiuſmodi eccleſijs, monaſterijs, & locis alijs, à quibus illa receperit, reddere teneatur: Alioquin extunc [b] recipiens, ſi clericus fuerit, tandiu ab officio, & beneficio ſit eo ipſo ſuſpenſus. Si verò laicus [c], tandiu ingreſſum eccleſiæ ſibi nouerit interdictum, & à communione Euchariſtiæ ipſo facto nouerit ſe ſuſpenſum, donec de duplo huiuſmodi grauatis eccleſijs, monaſterijs, ſiue locis ſatisfecerit cum effectu: Nulla eiſdem vltra moderationes, & taxationes prædictas recipientibus in his donantium remiſſionem [d] liberalitate, vel gratia valitura. Cæterùm moderationes, & taxationes huiuſmodi in illis locis volumus obſeruari, in quibus id fieri poterit ſecundùm eccleſiæ, monaſterij, vel loci alterius facultates. In aliis autem tantam præcipimus modeſtiam adhiberi, quòd per hæc quæ ad exonerationem locorum eccleſiarum ſtatuendam prouidimus, non doleant ſe grauari, nec per hoc dicti prælati exigendi amplius, quàm ipſi ſubditi pati poſſint, indultam ſibi exiſtiment poteſtatem. ¶ Præmiſſis quoque adiiciendo ſtatuimus [e], quòd ſi dicti prælati, vel aliquis eorundem ex Apoſtolica indulgentia vel conſuetudine, ſeu de iure, petant ſibi ab eccleſiis, monaſteriis, & locis aliis, eorumque capitulis, collegiis, vel cõuentibus, rectoribus, ſeu perſonis moderatiuum, ſeu charitatiuum [f] ſubſidium exhiberi, non poſſint à ſingulis eccleſiis, monaſteriis, ſiue locis pro ſubſidio huiuſmodi vltra petere, vel recipere (etiam à volentibus) niſi quantum aſcenderent ſingulæ procurationes in pactum per nos ſuperius moderatum, quas iidem prælati poſſent recipere, quando ex priuilegio per alium viſitarent.

¶ Porrò Turonenſes prædictos tales fore intelligimus, quòd duodecim ipſorum valeant vnum flore-

a ¶ *Duplum.*] hoc ſumptum eſt ex c. procurationes. in fin. de cenſi. & c. quia plerique. de immunit. eccl. & credo, quòd in iſto duplo computetur exactum, & receptum. facit 23. q. 1. militare. 18. diſt. quoniam. 1. q. 1. concuſſionis. & c. exigit. de cenſi. lib. 6. vbi nota illud quod hic dicitur de familia. Et quòd prælatus tenetur de facto ipſorum, facit 86. diſt. an putatis. & de electio. generali. §. fi. Ioan. Franc.

b ¶ *Extunc.*] ſcilicet elapſo ſecundo menſe, vt not. in dicto cap. exigit. ſup ver. extunc. & facta reſtitutione, ſtatim ſunt abſoluti ſine alia ſententia. 81. diſt. ſi qui cũ ſuis. & de ſpon. in c. non eſt. Ioan.

c ¶ *Laicus.*] puta cocus. clem. ad noſtrum. de cenſib. vel notarius, vel alij, de quibus in cap. Romana. §. procurationes. de cenſi. & ibi not. de ſigillatoribus, quod tamen debet intelligi ſecundùm quod ibi declarat Ioa. And. in nouella. Ioan. Fran.

d ¶ *Remiſſionem.*] hoc ſumptum eſt ex c. exigit. de cenſi. lib. 6. vbi not. quòd quis rem ſuã, vel ſibi debitam remittere non poteſt, licet in re ſua quis ſit moderator & arbiter. l. in re mãdata. C. mandati. & nihil tam naturale, &c. vt in §. per traditionem. Inſti. de re. diui. Et ſi poſt reſtitutionem factam ille iterum donaret, credo idem ꝓpter verba hic geminata, ſcilicet remiſſionem liberalitate, vel gratia, quia præſumeretur in fraudem facta. arg. ff. de don. inter vir. & vxo. l. ſi ſponſus. §. rectè. & ff. ad Velle. l. quamuis. §. ſi cum eſſem. & qđ habetur in c. commiſſa. de elect. cum ſimilibus. & quod not. 14. q. 3. plerique. & in c. quanto. de priuil. Licet Ioa. And. videatur innuere contrarium. in ſimili. in c. ſtatutum. circa fi. de reſcrip. lib. 6. ſuper verſi. remiſſione. per l. ſed ſi ego. ff. ad Velleian. & ea quæ habent in cap. Gemma. de ſponſ. quia aliàs facilè fieret fraus legi, &c. Io. Fran.

Rem ſuam vel ſibi debitam qs quãdoq; remittere nequit.

e ¶ *Statuimus.*] concor. cum dicto c. cum Apoſtolus. §. fi. de cenſi.

Charitatiuum ſubſidium quare & à quibus peti poteſt.

f ¶ *Charitatiuum ſubſidium.*] quod ex manifeſta & rationabili cauſa tantùm peti poteſt cũ charitate. vt dicto cap. cum Apoſtolus. §. prohibemus. hęc enim duo ſimul requiruntur, & qa hæc eſt charitas, non currit cõtra eam præſcriptio, ſecundũ Hoſti. aliàs multum longè à paterna pietate videretur, ſi præpoſiti ſubditis ſuis graues exiſterent, quos in cunctis neceſſitatibus paſtoris debent more fouere, & poteſt epiſcopuſmet compellere eos ad hoc ſoluendum, ſecundùm Inno. & Hoſtien. allegant 43. diſt. qui emendam, dum tamen non excedant, vt c. ſanè. & c. cum ad quorundam. de exceſ. præl. aliàs poſſet appellari ſecundùm communem ſententiam doctorum ibi, per quam appellationem eſſent tuti ab excommunicatione, & vbi eſſet dubium, ſuperioris arbitrio eſſet determinandum. arg. 10. quæſt. 3. quia cognouimus. & 11. q. 1. ſi clericus. & not. in dicto cap. cum Apoſtolus. Adde quæ plenè habentur ꝑ Innoc. in c. ex parte. de verb. ſigni. & Butr. in c. venerabilis. de cenſib. Quæ autem ſint iuſtæ cauſæ petendi charitatiuum ſubſidium, vide Oldrad. in conſ. 205. quod incipit, circa propoſitam quæſtionem. & quòd poſſint prælati conuocati ad conciliũ generale imponere clero charitatiuũ ſubſidiũ, tenet Inno. in c. j. de ſtatu mona. & no. 10. q. 3. vnio. & quid de Priore Gñrali ordinis Camaldulenſiũ, an pro expenſis factis in ſua promotione & communi ſeruitio cameræ Apoſtolicæ, poſſit à ſubditis petere charitatiuum ſubſidium, & quando per epiſcopos poſſit exigi, vide per Calderinum in conſi. 30. in titu. de cenſi. Et adde quòd ad ſubſidium impoſitũ ꝑ Papam tenentur Cardinales, etiam pro beneficijs quæ tenent vt adminiſtratores. Et quædam alia circa ſubſidium Papæ, vide per Ludouicũ in conſi. 498. Adde etiã quòd ſi cap. ſede vacante. ſtatuit & iurat de minuẽdo charitatiuo ſubſidio, poteſt poſtea ſoluere debitam ſummam conſtitutione huiuſmodi non obſtante, ſecundùm Lapum allegatione 20. Conſulo quòd clerici impetrent à ſede Apoſtolica priuilegiũ ad inſtar priuilegij cleri Paduani, dudum à ſede Apoſtolica obtenti, quòd pro charitatiuo ſubſidio nõ poſſint grauari vltra certam, & ſpecificam ſummam ſoluẽdam in termino annorum duorum, maximè propter crebras tranſlationes, quæ hodie fiunt cum magna iactura cuiuſque cleri. Adde etiã quòd an à pœna ſupra poſita, & non repetita hic, ſcilicet quando exigeretur ſubſidium charitatiuum vltra taxam prędictam valeat exigens, maximè ſi exigat à ſponte ſoluentibus, excuſari:

num [a] auri boni, puri, & legalis ponderis, ac cunij Florentini. ¶ Per conſtitutionem autẽ huiuſmodi nolumus quòd prę dicti pręlati, vel alij, quibus viſitationis officium, & procurationum receptio ex priuilegio ſedis Apoſtolicæ, vel aliàs de conſuetudine, vel de iure competere dignoſcuntur, ius viſitandi, ſeu procurationes recipiendi ſibi valeant vendicare [b]. Nec per conſtitutionem eandem alijs conſtitutionibus ſuper præmiſſis per prædeceſſores noſtros dudum editis, quo ad alia contenta in eis aliquatenus derogetur. Inſuper abbates Ciſtercienſis [c] ordinis ſua monaſteria viſitantes, ſub præfata conſtitutione noſtra nolumus comprehendi, cum ſuper his per aliam conſtitutionem noſtrã duxerimus ſpecialiter prouidendum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrarum conſtitutionis, intentionis, inhibitionis, adiectionis, & præcepti, ac voluntatis [d] infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem [e] omnipotentis Dei ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum [f]. Datum [g] Auinione xv. Calend. Ianuarij, Pontificatus verò noſtri anno ij.

ſari: videtur tenenda con cluſio Lapi allegatione 38.

a ¶ *Florenum.*] quid ſi mutentur monetæ, & facultates eccleſiarum creſcant? Vide quæ plenè habentur in c. quanto. & c. olim. de cenſi. Et hæc intelligo, niſi ſuper hoc in aliquibus partibus eſſent beneficia taxata ad minorem ſummam: quia tunc illa taxa eſſet ſeruanda, quod videtur eſſe de mente huius conſtitutionis, & probatur ex notatis in clem. ſi beneficiorum. de deci. in glo. in ver. taxationem. facit ad hoc extrauag. Ioã. xxij. quæ incipit, Suſcepti. iunctis declarationibus, quæ ſuper ea emanauerunt, de quibus plenè habetur in dicta clem. ſi beneficiorum. quas doctores poſt gloſſam dicunt extendi debere ad caſus ſimiles.

b ¶ *Vendicare.*] ſimile in c. 1. de ſta. reg. lib. 6.

c ¶ *Ciſtercienſis.*] propter iſtud verbum patet, quòd clem. Ad noſtrum. de cenſi. q̃ principaliter propter Ciſtercienſes facta fuit, de quibus hic ſubijcitur, in quantum præſertim loquitur de charitatiua hoſpitalitate remanet in ſuo vigore; & quomodo per clauſulas derogatorias conſuetas poni in literis legatorum, derogetur derogatorijs clauſulis contentis in priuilegijs huiuſmodi monaſteriorum ſuper procurationibus ſoluendis, vide plenè per Frider. de Senis in conſilio 233. & plura dubia circa mandatum Apoſtolicum de compellendo exemptos ad contribuendum cum alijs clericis ad onera legatorum & nuntiorum ſedis Apoſtolicæ. vide per eundem Frideri. in conſilio 138.

d ¶ *Voluntatis.*] de importantia iſtorum verborũ, vide gl. in c. ſtatutum. de hæret. lib. 6. & clem. de offic. vic. & in clem. 1. de rer. permu. & in cap. ſtatuimus. de offi. deleg. in 6. & in c. vt litigantes. de offic. ord. eod. lib. & per Butri. in c. præterea requiſiti. de appel. & Abb. in c. cum te. de re iud. De verbo autem, iniungimus, habetur in clem. quia contingit. de relig. domi. De verbo, volumus, per Abb. in c. fin. qui fil. ſint legi. De verbo, decernimus. not. in clem. generalem. de æta. & quali. & in clem. per literas. de præb. & in clem. ſi vna. de reb. eccle. non alie. & in cle. quamuis. de appel. & in cle. literas. de reſcript. in c. fi. de verb. ſign. lib. 6. De verbo, cenſemus. in clem. 1. de proba. De verbis ſimul iunctis, decernimus & declaramus. in c. 1. de cler. ęgro. lib. 6. Adde quòd quandoque iſta verba impropriantur per c. in his. de verb. ſign. Adde deciſ. 206. in antiq. quę incipit, vtrum ſi contra reum, ſecundùm ſcilicet ſubiectã materiam. & quando in materia magis eſt erratum quàm in forma, ſic & vbi Papa loquitur vt magiſter, vt in c. literas. de reſt. ſpol. & c. cum Marthæ. de celeb. Miſ.

e ¶ *Indignationem.*] humano more loquitur, quoniam non indignatur neque iraſcitur Deus. 32. q. 4. incommutabilis. & not. in c. ſi quis presbyterorum. de reb. eccle. non alien. vbi ꝓbatur, quòd iſta important talem anathemate feriendum, quo Deus iratus animas percutit. Vel poteſt dici, quòd etiã aliàs iudicis arbitrio puniri poſſit & debeat, ex quo non eſt certa pœna ſtatuta, per ea quæ habentur in c. de cauſis. de offic. deleg. & c. ſuper his. de accuſ. & c. fin. de dolo & contum. & l. 1. de iure deli. not. in verſi. vlt. in c. ſi canonici. & in verſi. condigna in c. quia plerique. de offic. ordi. lib. 6. Adde etiam quòd pœna maledictionis eſt pœna æterna, vt not. Ioan. And. in capitu. Romana. in verſi. penul. ſuper verſi. maledictionẽ. de cenſib. lib. 6. in nouella. poſt Hoſtien. iniungitur enim pro quolibet mortali peccato. Gen. 3. & non remittitur niſi reſtituatur, & c. de vſur. cum tu. nec aliter poteſt abſolui. 14. q. 3. ſi res. & in regula, peccatum. de reg. iu. vbi ſi iudex, ideſt epiſcopus non poteſt diſpenſare: aliàs ſecus, vt not. in c. licet. de pœnis. Adde quod refert Io. And. in c. 1. in fi. de ſuppl. negl. pręl. lib. 6. in nouella. & quòd per ſalutationem Papæ, & oſculum talis indignatio remittatur, videtur tenere Ioã. And. in ſolutione † 6. lib. in nouella. licet poſt excommunicationem propterea non conſequeretur abſolutionem. clem. ſi ſummus. de ſenten. excommu.

†Salutatione legenda videtur.

f ¶ *Incurſurum.*] & ſic eſt canon ferendæ ſententiæ, & non latæ, vt probatur in c. relatum. de iu. pat. & mitius agitur cum lege quàm cũ homine. c. ſi celebat. de cler. excom. min. l. Celſus. ff. de arbi. c. dolentes. de celeb. Miſſ. & habetur in c. vnico. de ſagit. in c. vno. de eo q furor. ſuſ. ſecus ſi diceretur, excommunicamus ſic facientem, &c. & ita intelligitur c. 1. de depoſito. & c. Salonitanæ. 63. diſt. de quo plenè in c. ſicut tuis. de ſimo. & in l. in criminali. de iuriſd. omn. iud. Et quòd monitio debeat præcedere, vide p glo. in clem. attendentes. in fi. de ſta. reg. etiã contra rebelles viſitare volentibus, & illos impedientes. vbi autem ipſo facto pœna incurreretur, licet requireretur quòd deberet de exceſſu conſtare parte citata, tamen abſque alia ſententia declaratoria poſſet pœna publicari & exigi, & hoc ſufficeret per not. in c. pro humani. in fi. de homici. lib. 6. in clem. præſenti. de cenſi. & in cle. multorum. in fi. de pœnis. & ita inteligi poteſt Lapus allegatione 135. & not. in c. commiſſa. de elect. clem. 1. de ſeque. poſ. & fruc. & in cap. eum qui. de præb. in 6. & deciſ. 13. in antiq. & adde quod not. glo. in clem. 1. de immuni. eccle. ſuper verſi. pro infectis.

g ¶ *Datum.*] de cõcernentibus datas, vide plenè per Io. And. ſuper data lib. 6. in glo. Et quare non ponatur indictio, ſed ſolũ anni pontificatus: ibi vide plenè in nouella. & an error in talibus vitiet. Et adde ꝙ vſque ad tpa Eugenij nõ ponebantur in literis Apoſtolicis anni Domini, prout factũ eſt ab eius tpa citra, & hodie fit ad faciliorem habendã notitiã tpum tũc currentium. vnde error in illis haberet vitiare reſcriptũ, per ea quæ plenè allegat Ioã. And. ibidẽ, maximè pp ſtylũ cancellariæ, qui etiã habet ꝙ vltimũ verbũ tpis debet complere vltimam lineam, qui ſtylus eſt attendendus, vt in c. q̃ graue. in fi. de crimi. fal. cum ſimi. Et adde ꝙ à natiuitate Dñi. i. ab ipſo die natiuitatis Ieſu Chriſti, & non à die circũciſionis eſt computandũ & incipiendum principiũ anni in Romana curia. vt vult Deci. in nou. 50. Item ꝙ ſecundùm curſum Franciæ & Angliæ, annus incarnationis nõ incipit poſt annũ natiuitatis; ſicut ſecundũ curſum Romanæ curiæ, ſed poſt menſem Martij concurrunt ſub eodem numero tã annus à natiuitate ꝓcedens, q̃ annus incarnationi ſequens, vt vult alia deciſio in nou. num. 18. Et adde ꝙ menſis intelligitur tot dies habere, quot hẽt menſis, in quo negotiũ faciendũ occurrit, & qđ deficit in menſe occurrenti, ſupplẽt de menſe ſequenti. not. Io. And. in c. quàm ſit. de elect. lib. 6. & ita cõiter ſeruatur, vt not. Butr. in c. licet. de ſup. neg. p̃l. & Bart. in l. cũ biſſextus. ff. de verb. ſigni. licet Hoſt. dixerit pendere ex arbitrio iudicis, qui magis debet ampliare quàm arctare. Adde quòd dies incipit à media nocte more Romano. l. more Romano. ff. de fer. & adde not. in c. conſuluit. de offi. deleg. Quid autẽ de loco loci, vide Bart. in l. cum tabernam. §. idem quæſijt. ff. de pigno. per Ioan. And. in nouella. in c. abbate ſanè. de re iudic. lib. 6. & in c. inter. de fide inſtru. Et omnino vide gl. in c. pronuntiandum. de conſe. diſt. 3.

De celebratione Miſſarum.

¶ Ioannes xxij.

¶ Narratis perturbationib. plurimis, quæ eccleſiæ prę ſertim per hæreticos inferuntur, ordinat Romanus Pontifex, quòd dum Miſſę celebrantur, in quibus deuotius oratur, certæ preces hic expreſſę ad Deum effundantur. Et vt Chriſtiani ad id ſint promptiores, viginti dies indulgentiarum cunctis hoc facientibus elargitur. Aduerte quòd ſub hoc tit. aptè potuiſſet locari extrauagans, Docta. quę eſt ſupra de vita & honeſtate clericorum, vt ibi tractatum eſt.

CAP.

CAP. VNICVM.

Lucæ 8.

DIſcipulorum Chriſti geſta nos inſtruunt, vt in pelago huius mundi procella ſurgente, ad diuinum confugium recurrere debeamus. Illi quidem commotione maris adeo grandi facta, vt fluctus in nauiculam, quam Ieſum ſequentes intrauerant, operirent, Chriſtum dormientem vocibus excitarunt ſupplicibus, & aduerſus ingruentes tempeſtatis impetus ab eo ſalutis præſidium poſtularunt. Cum itaque catholicam Eccleſiam, quæ congregationem † fidelium comprehendit, videamus (quod dolentes referimus) pacis æmuli, zizaniorumque ſatoris malitia procurante, diſcordiarum flatibus concitatam, earumque fluctus adeo eleuatos, ꝙ quaſi operiant ipſam totam; hæreticos inſuper Eccleſiam ipſam cernamus, & ſchiſmaticos impugnare ferociter, ac vt inconſutilem † Domini tunicam ſcindant, multipliciter laborare: Cum fratribus noſtris deliberatione præhabita diligenti, expediens (immo neceſſarium potius) æſtimamus, vt ad illum qui ad dexteram patris reſidet in excelſis, qui caput eſt congregationis eiuſdem, cuique poteſtas omnis tam in cœlo quàm in terra noſcitur tradita, eique venti & maria obſecundant †, leuemus cum manibus corda noſtra: Ipſumque deuotis pulſantes precibus, apud eum ſedulis orationibus inſiſtamus, vt inſurgentes præmiſſæ fremitus tempeſtatis, quæ quaſi vniuerſorum Chriſticolarum regna concutit, ſubditos contra dominos violato fœdere erigit, hæreticis & ſchiſmaticis, ac rebellibus Eccleſiæ Dei, inſurgendi contra ipſam eiuſque iura vſurpandi inſania damnabili auſum pandit: flatus ceſſare, fluctusque prædictos quieſcere ſua faciat omnipotenti virtute: Cordaque hæreticorum, ſchiſmaticorum, aliorumque rebelliũ ad Dei Eccleſiæ vnitatem ac deuotionem inclinet, & habilitet: vel forſan, cum præmiſſis pertinaciter intendant perſiſtere, ipſorum elidat ſuperbiam, eorumque obſtinatam malitiam ſuæ virtute dexteræ conterat, & proſternat. Corda quoque ſubditorum ad eorum ſuperiores, & eorum ſuperiorum conuertat ad ſubditos, ipſoſque diſſidentes in concordiæ veritate conciliet, & confirmet, ſicque det ipſis ſuperioribus præſidere, quòd ſic regnent vt dirigantur, eorumque regimen cedat ſubditis ad ſalutem perpetuam, quietem & pacem: nobiſque ipſe, cuius prouidentia in ſui diſpoſitione non fallitur, modos & vias aperiat, per quos hoc quod in votis gerimus, efficaciter promouere poſſimus. ¶ Et quia in Miſſarum ſolennijs ad Deum cõſueuerunt preces effundi deuotius, de eorundem fratrum conſilio ordinamus, quòd in ſingulis Miſſarum celebrationibus poſt dictum à celebrante Pater noſter, Reſponſioneque ſecuta antequam in Miſſa vlterius procedatur illud canticum, Lætatus † ſum in ijs, quæ dicta ſunt mihi. totum, cum Gloria patri, à religioſis, clericis, & alijs literatis pręſentibus cũ deuotione dicantur. † Et primò dicantur Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter. Et poſt iſti verſiculi ſubſequantur: Domine ſaluos fac reges: Et exaudi nos in die, qua inuocauerimus te. Saluum fac populum tuum Domine: & benedic hæreditati tuæ. Et rege eos, & extolle illos vſque in æternum. Fiat pax in virtute tua. Et abundantia in turribus tuis. Domine exaudi orationem meam, Et clamor meus ad te veniat. Dominus vobiſcum. Et cum ſpiritu tuo.

†Vide Turrecrematã in ſumma de eccleſia lib. 1. c. 1.

†Vid' l. Federici Imperatoris incip. Inconſutilẽ tunicam. habetur poſt Directoriũ inquiſitorũ inter literas Apoſtolicas pro officio ſanctiſſimæ inquiſitionis.

†Lucę 8.

†Pſal. 121.

† In recentioribus libris conſtãter legitur, dicant.

Collecta.

Eccleſiæ tuæ quæſumus Domine preces placatus admitte, vt deſtructis aduerſitatibus, & errorib⁹ vniuerſis, ſecura tibi ſeruiat libertate. Per Dominum noſtrum. Hoſtium noſtrorum quæſumus Domine elide ſuperbiam: eorum contumaciam dexteræ tuę virtute proſterne, Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen. Benedicat celebrans conſequenter. ¶ Nos autem Chriſti fideles ad exequendum ſupradicta promptius donis volentes ſpiritualibus animare, omnibus verè pœnitentibus & confeſſis, tam his celebrantibus, quàm ipſis aſſiſtentibus obſeruantibus ſupradicta, quàm alijs preces tunc deuotas Deo fundentibus, pro præmiſſis diebus, & Miſſis ſingulis, quibus hæc fecerint xx. dies de omnipotentis Dei miſericordia, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius auctoritate confiſi, de iniunctis ſibi pœnitentijs relaxamus. Nulli ergo, &c. Datum xij. Calend. Iulij, anno xij.

De reliquijs, & veneratione ſanctorum.

¶Sixtus quartus.

¶Qui conceptionẽ immaculatæ Virginis deuotè celebrabunt in eodem feſto & eius octauis officio intererunt, tales tribuuntur indulgentiæ, quales conſequuntur Chriſti fideles in corporis Chriſti ſolennitate.

CAP. I.

CVm præexcelſa meritorum inſignia, quibus regina cœlorum Virgo Dei genitrix glorioſa ſedibus pręlata ęthereis ſyderibus quaſi ſtella matutina prærutilans deuotè conſiderationis indagine perſcrutamur, & intra pectoris arcana reuoluimus quòd ipſa vtpote via miſericordiæ, mater gratiæ & pietatis, amica humani generis, conſolatrix, pro ſalute fidelium, qui delictorum onere grauantur ſedula oratrix, & peruigil ad regem, quem genuit, intercedit: Dignum, quin potius debitum reputamus vniuerſos Chriſti fideles, vt omnipotẽti Deo (cuius prouidentia eiuſdem Virginis humilitatem ab æterno reſpiciens, pro reconcilianda ſuo auctori humana natura lapſu primi hominis æternæ morti obnoxia, eam ſui vnigeniti habitaculum ſancti Spiritus præparatione conſtituit, ex qua carnem noſtræ mortalitatis pro redemptione populi ſui aſſumeret, & immaculata virgo nihilominus poſt partum remaneret) de ipſius immaculatæ virginis mira cõceptione gratias, & laudes referant, & inſtituta propterea in Dei Eccleſia Miſſas, & alia diuina officia dicant, & illis interſint indulgentijs, & peccatorum remiſſionibus inuitare, vt exinde fiant Virginis meritis, & interceſſione diuinæ gratiæ aptiores. Hac igitur conſideratione inducti, eiuſdem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius auctoritate confiſi, auctoritate Apoſtolica, hac in perpetuũ valitura conſtitutione ſtatuimus, & ordinamus, quòd omnes & ſinguli Chriſti fideles vtriuſque ſexus, qui Miſſam & officium Conceptionis eiuſdem Virginis glorioſæ, iuxta piam, deuotam, & laudabilem ordinationem dilecti filij magiſtri Leonardi de Nogarolis clerici Veronenſis notarij noſtri, & quę deſuper à nobis emanauit, Miſſæ & officij huiuſmodi inſtitutionẽ in die feſtiuitatis Conceptionis eiuſdem Virginis Mariæ, & per octauas eius deuotè celebrauerint, & dixerint, aut illis horis canonicis interfuerint, quotiens id fecerint, eandem prorſus indulgentiam & peccatorum remiſſionem conſequantur, quam iuxta felicis recordationis Vrbani † iiij. in concilio Vienneñſi

Dei genitrix eſt pro peccatoribus ſedula oratrix.

Conceptionis B. Virginis officium à quo fuit ordinatum.

†Hanc conſtitutionem Vrbani habes inſertã in cle. 1. de reliq. & venera. ſanct.

† Fortè approbatam.

nenſi approbatæ, †ac Martini quinti, & aliorum Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum conſtitutiones conſequuntur illi, qui Miſſam & horas canonicas in feſto corporis, & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti à primis veſperis, & illius octauas iuxta Romanę Eccleſiæ conſtitutionem celebrant, dicunt, aut Miſſæ officio, & horis huiuſmodi interſunt: præſentibus perpetuis temporibus valituris. Datum Romæ apud S. Petrum anno incarnationis Dominicæ M.ccccl xvj. iij. Calend. Martij, Pontificatus noſtri anno ſexto.

¶ Idem in eadem materia.

¶ *Excommunicationem ipſo facto incurrunt prędicatores aſſerentes diuinam Virginem in peccato mortali fuiſſe conceptam: qui etiam dicunt quòd feſtum conceptionis eius celebrantes grauiter peccant. Et vult præſentem conſtitutionem in locis populoſis publicari.*

C A P. I I.

† Vide concil. Tri. ſeſ. 5. in decreto de peccato originali. §. vlti. & extrauagantē Pij v. Pontificis maximi incip. Super ſpeculā Dñi. vbi hoc ſtatutū confirmatur & approbatū.

GRaue † nimis gerimus, & moleſtum, cum ſiniſtra nobis de quibuſdam eccleſiaſticis perſonis referuntur. Sed in eorum, qui ad Euangelizandum verbum Dei ſunt deputati, exceſſibus prædicando commiſſis, eò grauius prouocamur, quò illi periculoſius remanent incorrecti: Cum facilè deleri nequeant, qui multorum cordibus ſic publicè prædicando diffuſius, & damnabilius imprimuntur errores. ¶ Sanè cum ſancta Romana Eccleſia de intemeratæ ſemperque Virginis Mariæ Conceptione publicè feſtum ſolemniter celebret, & ſpeciale, ac proprium ſuper hoc officium ordinauerit: nonnulli (vt accepimus) diuerſorum ordinum prædicatores in ſuis ſermonibus ad populum publicè per diuerſas ciuitates, & terras affirmare hactenus non erubuerunt, & quotidie prædicare non ceſſant, omnes illos, qui tenent aut aſſerunt eandem glorioſam, & immaculatam Dei genitricem abſque originalis peccati macula fuiſſe conceptam, mortaliter peccare, vel eſſe hæreticos: eiuſdem immaculatæ Conceptionis officium celebrantes, audienteſque ſermones illorum, qui eam ſine huiuſmodi macula conceptam eſſe affirmant, peccare grauiter. Sed & præfatis prædicationibus non contenti, confectos ſuper his ſuis aſſertionibus libros in publicum ediderunt: ex quorum aſſertionibus, & prædicationibus non leuia ſcandala in mentibus fidelium exorta ſunt, & maiora meritò exoriri formidantur indies. ¶ Nos igitur huiuſmodi temerarijs auſibus, ac peruerſis aſſertionibus, ac ſcandaloſis, quæ exinde in Dei Eccleſia exoriri poſſunt (quantum nobis ex alto conceditur) obuiare volentes, motu proprio, non ad alicuius nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera deliberatione, & certa ſcientia huiuſmodi aſſertiones prædicatorum eorundem, & aliorum quorumlibet, qui affirmare præſumerent, eos qui crederent, aut tenerent eandem Dei genitricem ab originalis peccati macula in ſua conceptione præſeruatam fuiſſe, propterea alicuius hæreſis labe pollutos fore, vel mortaliter peccare, aut huiuſmodi officium Conceptionis celebrantes, ſeu huiuſmodi ſermones audientes, alicuius peccati reatum incurrere: vtpote falſas & erroneas, & à veritate penitus alienas, editoſque deſuper libros prædictos id continentes, quo ad hoc auctoritate Apoſtolica tenore præſentium reprobamus, & damnamus. Ac motu, ſcientia, & auctoritate prædictis ſtatuimus, & ordinamus, quòd prædicatores verbi Dei, & quicunque alij cuiuſcunque ſtatus, gradus, aut ordinis, ac conditionis fuerint, qui de cætero auſu temerario præſumpſerint in eorum ſermonibus ad populum, ſeu alias quomodolibet affirmare huiuſmodi ſic per nos improbatas, & damnatas aſſertiones veras eſſe, aut dictos libros pro veris legere, tenere, vel habere, poſtquam de præſentibus ſcientiam habuerint, excommunicationis ſententiam eo ipſo incurrant, à qua ab alio quam à Romano Pontifice (niſi in mortis articulo) nequeant abſolutionis beneficium obtinere. ¶ Item motu, ſcientia, & auctoritate ſimilibus, ſimili pœnæ, ac cenſuræ ſubijcientes eos, qui auſi fuerint aſſerere contrariam opinionem tenentes, videlicet glorioſam Virginem Mariam cum originali peccato fuiſſe conceptam, hæreſis crimen, vel peccatum incurrere mortale, cum nondum ſit à Romana Eccleſia, & Apoſtolica ſede deciſum. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis contrarijs quibuſcunque, quibus communiter, vel diuiſim à ſede Apoſtolica indultum exiſtat, quòd interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam ac expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiuſmodi mentionem. ¶ Et ne de præmiſſis aliquando valeant ignorantiam allegare: volumus quòd locorum ordinarij requiſiti præſentes literas in eccleſijs conſiſtentibus in eorum ciuitatibus, & ſuarum diœceſum, & locis inſignibus, dum maior ibi multitudo populi ad diuina conuenerit, ſermonibus ad populum mandent, & faciant publicari. Præterea quia difficile foret præſentes literas ad ſingula loca, in quibus expediens fuerit deferre: etiam volumus & dicta auctoritate decernimus, quòd earundem literarum tranſſumpto † manu publici notarij confecto, & authentico alicuius prælati eccleſiaſtici ſigillo munito, vbique ſtetur, prout ſtaretur eiſdem originalibus literis, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ reprobationis, damnationis, ſtatuti, ordinationis, voluntatis, & decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctum Petrum anno incarnationis Dominicę M.CCCC. lxxxiij. pridie nonas Septembris, Pontificatus noſtri anno decimotertio.

Scādalis eccleſiaſticis obuiandum eſt à Prælatis.

† Inſtrm ex originali trāſſumptū q̄nque facit plenā fidē.

De immunitate eccleſiarum.

¶ Benedictus xj.

¶ *Decretalis, clericis laicos. eod. tit. lib. 6. habet locum tantùm quo ad laicos tallias à clericis exigentes, & dantes illis auxilium, & non quo ad ſoluentes: pręcipit deinde Lateranenſe, & generale concilia diligenter obſeruari.*

C A P. I.

QVod † olim per felicis recordationis Bonifacium Papam octauum prædeceſſorem noſtrum contra laicos exigentes, ſiue recipientes à clericis, & eccleſiaſticis perſonis tallias, decimam, vel aliam quotam, ſeu quantita-

Quod olim.] ¶ Hæc cōſtitutio diuiditur in tres partes: Nam primò recitans cōſtitutionem Bonifacij illā reſtringit. Secundò §. *Cęterùm.* ſentētiam duorum conciliorum ſubiungit. Tertiò §. *Attentè.* tranſgreſſoribus dictorum

Diuiſio textualis.

† Vide c. 1. eo. ti. in cle. cum notatis ibidem per doctores.

tem aliquam de prouentibus bonorum ſuorum, aut eccleſiarum, necnon aduerſus ſoluentes, aut promittentes, vel cõſentientes, ſe ſoluturos, pœnis adiectis ſtatutũ eſt [a] quantum ad pœnas ipſas ex cauſa de conſilio fratrum noſtrorũ reſtringimus ad exigentes [b] tantummodo, & ad exigendum dantes auxilium [c], conſilium, vel fauorem: non autem quo ad eaſdem pœnas in ſoluentibus aut recipientibus à ſponte dantibus deinceps vendicet ſibi locum ¶ Cæterùm attendant ſollicitè eccleſiarum prælati. & alij clerici Lateranenſe [d] concilium, qđ in huiuſmodi ſubuentionibus ſolum caſum neceſſitatis [e], aut communis vtilitatis, vbi laicorum ad id nõ ſuppetant facultates, deliberatione prouida noſcitur excepiſſe: & deinde generale [f] ſtatuiſſe conciliũ [g] propter quorundam imprudentiam, etiam in hoc caſu Romanum Pontificem (cuius intereſt communibus prouidere vtilitatibus) primitus cõſulendũ. Attẽtè igitur caueãt ne prædictorum conciliorum tranſgreſſores exiſtant, aliqđ in caſu prædicto, & multo magis ſi caſus ipſe non ſubſit, quoquo modo vel titulo inconſulto Romano Pontifice, occaſione ſubuentionum dictarũ concedendo laicis, vel etiam promittendo. Alioquin tanquam canonum & tam ſolemnium conciliorum temerarij tranſgereſſores, quas proculdubio, Deo propitio, idem infliget Pontifex, grauiſſimas pœnas poterunt meritò formidare. Nulli ergo omnino hominum, & cætera.

PAſtoralis [h] cura ſollicitudinis ſuper cunctas populi Chriſtiani nationes, inuigilare remedijs ſubiectorum, eorundem periculis obuiare, ac ſcandala remouere compellit. Sanè quoniam ex conſtitutione felicis recordationis Bonifacij, &c. vt in clemen. 1. eod. titulo.

ctorum conciliorum pęnas comminatur.

a ¶ *Statutum eſt.*] extra 6. lib. de immun. eccle. clericis.

Additio. In c. clericis laicos. eo. tit. in 6. quod hodie reuocatum eſt. & etiam hęc declaratio ſaltem quo ad primam partem, vt ca. 1. eodem tit. in clem.

Exigere eſt ab inuitis extorquere.

b ¶ *Ad exigentes.*] hoc eſt ab inuitis extorquẽtes. ff. de lega. 3. l. fideicommiſſa. §. ſi rem. ſecundo reſpon. & alias ſignificationes habet hoc verbum, vt notaui extra 6. lib. de iud. c. iuris. Io. Mona.

c ¶ *Dantes auxilium.*] omnes iſti pari pœna puniuntur. argu. extra de offic. deleg. c. 1. Inſti. de oblig. quæ ex delict. naſ. §. penul.

d ¶ *Lateranenſe.*] extra eo. tit. c. non minus.

e *Neceßitatis.* &c.] Nota neceſſitatem & vtilitatem æquiparari.

f ¶ *Generale.*] extra de immu. eccl. ſi aduerſus.

Concilium per c, & per ſ, differunt.

g ¶ *Concilium.*] Nota iſtud concilium debere ſcribi per c, dicitur enim à con, & cilium, quadam ſimilitudine ciliorum: quia ſicut cilia iunguntur: cum oculi quieſcere cupiunt: ita quoq; cõcorditer iunguntur homines in concilio. Eſt autem cilium folliculus, quo oculus tegitur: quia oculos celat. Sed conſilium per ſ, eſt quod ex animi prouidentia alicui tribuitur, inde conſiliorum, & conſiliarius.

Paſtoralis in quot, & quibus titulis reperiť.

h *PAſtoralis.*] ¶ Tale, vel ſimile puto fuiſſe exordium deciſum de decret. paſtoralis. in cõpilatione Gregoriana ſub diuerſis collocata titulis, qui ſequuntur: de reſcript. de ſacra. non ite. de offic. iud. delega. de offi. ord. de iud. de cau. poſ. & propr. de fide inſtru. de except. de appe. de ijs quæ fi. à præla. de do. de deci. de iure pat. de priui. Item habetur in 6. de clericis ægrotantibus, & in clem. de ſent. & re iud.

FINIS LIBRI TERTII.

Quartus liber vacat.

QVINTVS LIBER.

De ſimonia.

¶Vrbanus iiij. aliàs, v.

¶Paſtus, vel iocalia exigentes, & etiam dantes pro religionis ingreſſu, ſi ſint ſingulares perſonæ, excommunicationis; ſi cõuentus uel capitulum, ſuſpenſionis ſententias ipſo facto incurrunt, cuius vtriuſque vinculi abſolutio ſoli Papæ reſeruatur: alijs pœnis in ſuo robore duraturis, niſi ingredientes aliquid ſponte & ſine pactione obtulerint. Quid de perſonis iam tali labe fœdatis, & bonis ſic receptis faciendum ſit, tandem patefacit.

C A P. I.

† Vide c. nõ ſatis. c. cum in Eccleſiæ corpore. & c. veniens. cum ibi notatis, extra de ſimo. adde B. Thomam 2. 2. q. 100. artic. 3. ad quartum argumentū.

SAnè† ne in vinea Domini, noſtræ (licet inſufficientibus meritis) commiſſa cuſtodiæ, naſcentes vepres, & ſpinæ adeo conualeſcant, quòd ſperatam fructificationē ipſius valeant impedire: diligentiæ noſtræ incumbit officio, vt illas extirpare radicitus ſolerti ſtudio procuremus. ¶Sanè multorum fide dignorum relatione didicimus, quòd in nonnullis eccleſijs, monaſterijs, Prioratibus, & alijs locis religioſis tam virorum, quàm mulierū, ordinum, regionum, & partium diuerſarum deteſtabilis, & à canonibus reprobata ſeruatur abuſio, quòd cum perſonæ aliquæ recipiuntur ab eis ad obſeruantiam regularem, ipſæ temeritate præſumptuoſa paſtus ſeu prandia [a] capitulis, & conuentibus ipſarum eccleſiarum, monaſteriorum, Prioratuum, & locorum, aut pecunias, aut iocalia ſeu res alias ipſis eccleſijs, monaſterijs, Prioratibus, & locis, ſeu præſidentibus eis, ex ſtatuto, ſeu conſuetudine, quæ corruptela eſt potius dicenda, tribuere compellūtur. Ex quibus decori eccleſiaſticæ & immaculatæ religionis detrahitur: Quamplures etiam tam execratione huiuſmodi criminis, quàm expenſarum onere à ſacræ religionis propoſito retrahuntur: Ipſæque eccleſiæ, monaſteria, & loca famulantium Deo conſuetis numeris remanent deſtituta, & in multorū mentibus fidelium ſcandalū generatur. ¶Nos igitur huic morbo peſtifero cupientes congruam adhibere medelam, & alijs pœnis in talia præſumentes inflictis à iure in ſuo robore duraturis, pœnam adijcere grauiorem: Vniuerſis Abbatibus, Prioribus, Decanis, Præpoſitis & Magiſtris, necnon Abbatiſſis, & prioriſſis alijsque prælatis quouis nomine nuncupatis, & eorum officialibus quarumcunque etiam eccleſiarū, monaſteriorum, Prioratuum, domorum, & locorum quorumlibet, religionum, ordinum etiam militariū, tam exemptorum, quàm non exemptorum, quocunque nomine cenſeantur, ac capitulis & conuentibus & ſingularibus perſonis eorum, tenore præſentium auctoritate Apoſtolica, (quamuis ſit eis à iure inhibitum) diſtrictius inhibemus, ne tam à maribus quàm à mulieribus volentibus ingredi eorum religionem, eccleſias, monaſteria, Prioratus, domus ſeu loca in earundem perſonarum receptionem, aut ante, vel poſt illam, quoſcunque paſtus, prandia, ſeu cœnas, pecunias, iocalia, aut res alias, etiam ad vſum eccleſiaſticum, ſeu quemuis pium vſum alium deputata vel deputanda directè, vel indirectè petere, vel exigere quoquo modo præſumant: Sed eas potius cum omnimoda pietate recipiant, ac in victu & veſtitu ſicut alias perſonas ſuarum eccleſiarum, monaſteriorum, Prioratuum, domorū, & locorum ſyncera charitate pertractent. Illa duntaxat, quę perſonę ipſæ ingredientes purè & ſponte, & plena liberalitate, omniq́ue pactione ceſſante dare, vel offerre eccleſijs, monaſterijs, Prioratibus, domibus, & locis huiuſmodi voluerint, cum gratiarum actione licitè recepturi: Nos enim qui ſecus egerint, ſi ſint ſingulares perſonæ, tam dantes quàm accipientes huiuſmodi excommunicationis: ſi capitulum, vel conuentus fuerit, ſuſpenſionis ſententijs eo ipſo decernimus ſubiacere: A quibus (pręterquam in mortis articulo) abſolui nequeant abſque ſedis Apoſtolicæ licentia ſpeciali. Cæterùm perſonis illis vtriuſque ſexus, quæ iam labe huiuſmodi ſunt fœdatæ, earū prouidentes ſaluti, de benignitatis gratia eas liberantes, conceditur, quòd per ſuos locorum diœceſanos hac vice duntaxat à crimine huiuſmodi & nota infamiæ inde contracta, auctoritate Apoſtolica abſoluantur: canonica proinde ipſis pœnitentia ſalutari impoſita, de qua ipſorum diſcretioni videbitur expedire: & demum cum ipſis vt in earum eccleſijs, monaſterijs, Prioratibus, dignitatibus, & locis licitè valeant remanere, miſericorditer diſpenſetur. Inſuper erga perſonas illas, quæ in præmiſſis recipiendo aliqua contra canonicas ſanctiones peccaſſe noſcuntur, volentes nos reddere gratioſos, omnia recepta huiuſmodi, ſi ad communem vſum monaſteriorum, ſeu locorum eorum, ſunt applicata, ea ad dictū vſum licitè concedimus retineri. Si verò ad ſpecialē vſum Abbatis, ſeu Abbatiſſæ, Prioris, aut Prioriſſæ, aut alterius ſingularis perſonæ retineantur: illa venire pręcipimus in communi. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtræ inhibitionis, conſtitutionis, conceſſionis, & pręcepti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorū Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctum Petrum ij. Nonas menſis Aprilis, Pontificatus noſtri anno primo.

Morbo eſt adhibenda medela.

SAnè.] Aliàs incipit, Sanè ne in vinea. alias, Ne in vinea. Hanc extrauag. allegat in c. de ſimoniacè. extra de ſimonia. acutiſſimus iuris vtriuſque interpres dominus Felinus Sandęus Ferrarienſis, ſacri Palatij Apoſtolici auditor. Et ibi dicit ſe audiuiſſe à fide dignis, quòd Vrbanus v. non intendebat comprehendere Moniales pauperes, quæ conſueuerunt aliquid recipere vigore conſuetudinis. Allegat etiam ibidem Felinus extrauagantē Martini v. quæ incipit, Multæ. & extrauagantem eiuſdem, quæ incipit, Damnabile. Item extrauagantem Eugenij iiij. quæ incipit, cum deteſtabilem. quas aſſerit fuiſſe reuocatas: ideo nec digna occupare membranas. diſt. 19. ſi Romanorū, §. itē ſi iõ.

a ¶*Prandia.*] Vide c. Iac. co. tit. in antiq.

Simonia dicitur labes.

¶ Paulus Venetus Papa ſecundus.

¶Omnes ſimoniaci cuiuſcunque dignitatis, aut ſtatus, ſunt ipſo facto excõmunicati: nec habent ſimoniacè ordinati ordinis executionem. Et electioues, aut alię prouiſiones per ſimoniam factæ non valent, nec ius percipiendi fructus tribuunt. Mediatores etiam ſimoniæ eadem cenſura ligantur, qui à ſolo Papa abſoluentur. Et omnes prædicti ſunt Romano Pontifici reuelandi.

C A P. II.

CVm† deteſtabile ſcelus ſimoniacæ prauitatis, tã diuinorum quàm ſacrorum canonum auctoritas abhorreat atque damnet: Nos cõſiderantes, quòd plures pœnarum grauitas, quàm Dei timor arcere ſolet à voluntate peccandi, ac ſummis deſiderijs affectantes, vt horum peſtiferum vitium non ex vſu ſolū, ſed ēt ex mentibus hominum ſaltem propter pœnarum

† Vide extrauagãtem Pij v. incip. cum primū. §. Et vt ſimoniacæ prauitatis. per q̃ hęc conſtitutio inuiolabiliter obſeruari mandatur. Et de intellectu deciſionem Caſſadori. 5. tit. de conſti.

rum metum penitus euellatur: prædeceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum veſtigijs inhærentes, ac etiam omnes, & ſingulas excommunicationis, ſuſpenſionis, priuationis, & interdicti ſententias, cenſuras, & pęnas dudum à Romanis Pontificibus p̄dictis, & pro talibus reputatis cõtra ſimoniacos quomodolibet latas, & illos qui cuiuſcunq; ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, vel præeminentiæ fuerint, etiam ſi Cardinalatus, patriarchali, epiſcopali, regali, reginali, vel alia quauis eccleſiaſtica, ſeu mundana dignitatibus præfulgeant, & eorum quemlibet tã manifeſtum quàm occultum, quas ipſo facto eos incurrere volumus, confirmantes & innouantes Apoſtolica auctoritate declaramus, quòd omnes illi qui ſimoniacè † ordinati fuerint, à ſuorum ſint ordinum executione ſuſpenſi. ¶Per electiones verò, poſtulationes, confirmationes, prouiſiones, ſeu quaſuis alias diſpoſitiones, quas ſimoniaca contigerit labe fieri, & quæ viribus omnino careant in eccleſijs, monaſterijs, dignitatibus, perſonatibus, officijs eccleſiaſticis, & q̄buſuis beneficijs, aut aliquo eorum cuiquam ius nullatenus acquiratur, nec inde faciat aliquis fructus, ſuos, ſed ad illorum omnium quæ percepit reſtitutionem ſub animæ ſuæ periculo ſit adſtrictus. ¶Statuentes † præterea, quòd vniuerſi & ſinguli etiam præmiſſis dignitatibus p̄diti, qui quomodolibet dando, vel recipiendo ſimoniam commiſerint, aut q̄ illa fiat mediatores extiterint, ſeu procurauerint, ſententiam excõmunicationis incurrant, à qua niſi à Romano Pontifice pro tempore exiſtente non poſſint abſolui, præterquam in mortis articulo conſtituti. ¶Et vt huiuſmodi labis contagio frequentius reprimatur, omnibus & ſingulis eccleſiaſticis, ſecularibuſque perſonis cuiuſcunque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis fuerint, in virtute ſanctæ obedientiæ diſtrictius iniungimus, vt eos omnes, quos ſimoniam huiuſmodi cõmiſiſſe, vel procuraſſe, aut in ea mediatores eſſe ſciuerint, Pontifici prædicto, vel cui idem Pontifex duxerit committendum, per ſe vel alios reuelare quanto citius non omittant. Pro reuelatione huiuſmodi etiam ſi complices †fuerint, non ſolũ veniam à nobis, ſed etiam gratiam conſecuturi, ſi eorum iudicio participes tanti criminis valeant coërceri. Quod ſi non fecerint, abſolui non valeant donec prædicta reuelent, & complices, huiuſmodi detecti arctius punientur. Nulli ergo, & cætera. noſtræ confirmationis, innouationis, declarationis, & voluntatis infringere, & cætera. Datum Romæ apud ſanctũ Petrũ, Anno incarnationis Dominicæ M. cccclxiiij. ix. Calend. Decembris Pontificatus noſtri anno primo. publicata die xxiiij. Nouembris, Anno prędicto.

† Vide c. de ſimoniacè. & ibi plenè per canoniſtas extra d̄ ſimo. adde oĩo B. Thomam. 2. 2. q. 100. ar. 2. ad quartum argumẽtum.

† Vide oĩno Caſſadorũ deciſ. 5. ſub titulo de cõſtitutionib.

† Cõplices criminis qñ que p̄mientur. C. ad leg. Iu. ma. l. quiſquis. in fi.

De Iudæis.

¶Clemens quintus.

¶Chriſtiani arma portantes ad infideles Chriſtianos impugnantes, ipſo facto ſunt excommunicati, capientium ſerui, infames & inteſtabiles tam actiuè quam paſſiuè, & eorum bona confiſcata. vide capitu. ita quorundam. & cap. ad liberandam. extra codem titulo.

CAP. I.

† Prętereà ita quorundam. &c. ad liberãdam. extra de Iudæis. vide Clc. 1. eod. titu. & proceſſum Bullę in cœna Dñi. §. 7.

MVlta mentis † amaritudine concitamur, grauiſq; doloris aculeus perfodit mentem noſtram, intelligẽtes q̄ renati fonte baptiſmatis, in deuium oberrantes, qui deberent opprobrium illatũ Dño in terram hæreditatis ſuæ totis viribus vindicare, potius iniuriatoribus ſuis fauent; Sarracenorum videlicet horribili, & perfidæ nationi, & degenerantes miſerabiliter à ſtatu fidelium, famæ propriæ immemores, & ſalutis obliti, inimicis crucis Chriſti contra ipſius negotiũ ferrum, equos, arma, & alia vetita, necnon victualia & mercimonia in Alexandriam, & ad alia loca Sarracenorum terræ Ægypti deferre præſumunt. Ex quo manifeſtè apparet, q̄ Chriſtianos, qui ad defenſionem hæreditatis Dñi ibidem pro fide remanſerunt, talibus adiuti ſubſidijs irreuerenter impugnant, propter q̄ fidei negotium ibidem quodammodo noſcitur deperire. ¶Nos igitur qui ad liberandam terram ipſam operam dare intendimus (cum Dei adiutorio) efficacem, tam graues tranſgreſſus vlterius ſuſtinere nolentes, felicis recordationis Nicolai Papæ iiij. prædeceſſoris noſtri veſtigijs inhærentes, præſentium tenore ſtatuimus, vt nullus arma, equos, ferrum, lignamina, victualia, & alia quæcunq; mercimonia in Alexandriam, vel alia loca Sarracenorum terræ Ægypti deferre, mittere, vel portare, ſeu de portubus eorum, vt eiſdem deferantur, extrahere, vel extrahi permittere aut eis aliàs auxilium, vel fauorem præſtare quoquo modo præſumat. Nos verò illos, qui contra hmõi conſtitutionem noſtram auſu temerario venire præſumpſerint, eoipſo excõicationis ſententiæ decernimus ſubiacere, à qua abſolui nequeant, niſi tantum de bonis proprijs in dictæ terræ ſubſidium conuertendum exoluerint, quantum ad partes prædictas detulerint, vel miſerint, aut deferre, vel de ipſorum portubus extrahi permiſerint deferẽdum: nec tunc etiam ab eadem (præterquam in mortis articulo) abſoluantur ſententia, abſque mandato ſedis Apoſtolicæ ſpeciali. Et nihilominus ſi perſonas eorum capi contingat, in ſeruitutem & capturam illorum eſſe volumus, in quorum ceciderint captionẽ. Auctoritate inſuper Apoſtolica ſtatuentes, vt illi qui contra huiuſmodi ſtatutum noſtrum quomodolibet venire præſumpſerint, præter pœnas prædictas, quas ipſo facto incurrant, perpetuò ſint infames, & inteſtabiles habeantur, ita q̄ nec teſtari, nec legata eis ſeu relicta percipere valeant; & inſuper ad ſucceſſiones tam ex teſtõ, quàm ab inteſtato ſint prorſus & reddãtur inhabiles, nec ab publica quælibet admittantur officia, ſintq; illis omnes actus legitimi penitus interdicti: & tanquam excõicati, hoſteſque catholicę fidei (poſtquam de ipſorum huiuſmodi temeritate conſtiterit) diebus Dominicis, & feſtiuis publicè nuntientur, & in fiſcum bona eorum omnia deuoluantur.

Hæreditatẽ Dñi defendunt, q contra infideles pugnãt.

¶ Ioannes XXII.

¶Iudæi ad fidem conuerſi non ſunt in bonis moleſtandi, ne ſint deterioris conditionis poſt baptiſmum, quàm eſſent ante.

CAP. II.

DIgnum † arbitrantes, & iuri conſonum, fonte renatos baptiſmatis Iudaica cęcitate dimiſſa amplioribus fauoribus, aut gratijs, quàm antea abundare: indecens & abſurdum, vt qui in perfidia abundarent, cogantur mendicare fideles: vniuerſis & ſingulis rectoribus, & alijs officialibus comitatus Veneſini, aliorumque comitatuum, & terrarum pertinentiũ ad Apoſtolicam ſedem, diſtrictè præcipimus & mandamus, quatenus conuerſis hmõi, & qui in poſterum conuertent, in poſſeſſionibus & bonis alijs quocunque nomine cenſeantur, quæ in comitatibus, & terris prædictis conuerſionis tempore obtinebant, ſeu etiã obtinebunt, occaſione prædicta nullam moleſtiam inferant, nec ab alijs inferri permittant: ſed ipſis in his, & alijs ſe fauorabiles exhibentes, ipſos ab iniurijs

† Vide oĩno extrauagãtem Pauli Papæ iij. incip. Cupientes Iudęos. vbi de hac materia plenius cauet.

rijs & moleſtijs protegant & defendant, vt ſic de ſeruitute ad libertatem ſe tranſiſſe percipiant, nec redire prætextu mendicitatis odibilis ad dimiſſam perfidiam compellantur. Nulli ergo, & cætera. noſtrorum præceptionis, & mandati infringere: Datum Auiñ. x. Calend. Auguſti, anno iiij.

De hæreticis.

¶ Benedictus vndecimus Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis.

¶ Decretalem, Per hoc. eodem titulo, lib. 6. declarat, bona hęreticorum per diœceſanos vſurpari vetans.

CAP. I.

EX eo † quòd quædã nouella cõſtitutio ſuper negotio hæreticæ prauitatis à bonæ memoriæ Bonifacio Papa octauo prędeceſſore noſtro edita continet, quòd in ipſo negotio per diœceſanos epiſcopos & Inquiſitores ſuper eodem facto inquiri valeat communiter, vel diuiſim, & ſi diuiſim proceſſerint, teneantur ſibi inuicem communicare proceſſus [a]: Nos conſulere voluiſtis, quando & quotiens ſit iſta proceſſuum communicatio facienda. ¶ Nos [b] autem de fratrum noſtrorum conſilio intelligendo diœceſanos, & Inquiſitores tunc demum diuiſim procedere, cum hi & illi ſeparatim, non quando epiſcopi tantùm, vel Inquiſitores tantùm procedunt: conſultationi veſtrę breuiter reſpondemus, quòd quando vtrique procedunt [c] ſeiunctim, ſibi debent in fine tantùm, dum nil reſtat agendum, niſi quòd ſolùm ſententia promulgetur, communicare proceſſus. Licet enim quibuſdam potuiſſet videri per legem [d] ciuilem, quòd ſicut quando aliquis ex actitatis coram alio debet ferre ſententiam, vtputa quando adminiſtrator delegat cauſam ſibi ſententia reſeruata: ſaltem in principio, ideſt, conteſtatione rurſus in medio, & ſemel in fine quæ ſunt examinata audire debet: ita & in caſu præſenti, vbi ex actis coram alio habitis alter profert ſententiam, ſic ter huiuſmodi acta recenſeat: quòd fieri non poteſt, ſi eorũ denegetur editio: tamen id æquitas canonum non admiſit. Vnum ſanè caſum excipimus, ſi alter commodè non poſſit procedere, niſi alterius actis viſis: Ex hac enim cauſa ſemel tantùm (vt fraudi locus non fiat) in toto negotio copia tribuat. ¶ Verũ quia † nonnulli diœceſani partẽ partis prouentuum de hæreticorum bonis inquiſitionis officio deputatæ propter expenſas, quas, dum inquirunt in ſæpedicto negotio faciunt, à vobis exigere moliuntur: hoc tanquam iuri abſonum (cum ordinarij ſint, ideoque officium tale quod eis incumbit, proprijs eos oportet explere ſtipendijs) fieri penitus prohibemus. Rationẽ autem ijdem diœceſani prouentuum, obuentionum ex inquiſitionis officio à vobis, non obſtante aliqua conſtitutione, conſuetudine, vel mandato contrarijs non expoſcant: ſed eam cameræ noſtræ, vel alij, cui nos vel ſucceſſores noſtri Romani Pontifices mandaremus reddendam, reddatis: quæ generaliter obſeruari iubemus.

Ordinarij inquiſitionis officium proprijs expenſis explere debent.

† Præter notata in c. per hoc. de hæret. lib. 6. vide Nicolaũ Eymericum in Directorio inquiſitorum. part. 3. q. 50. 51. & 52. Repertoriũ inquiſitorum verbo: cõmunicare. §. Sed quomodo. & Zanchinum tracta. de hæreti. c. 15.

† Vide Eymericum in Directorio inquiſitorũ par. 3. q. 104 q. 105. & ſe.

EX eo.] ¶ Hæc decret. interpretatur conſtitutionem, extra 6. lib. de hære. c. per hoc. Et in quatuor partes diuiditur. Primò dictam cõſtitutionem eius 2. reſpon. recitat. Secundò ver. *Nos conſulere.* iuxta ipſum reſponſum quæſtionem formans dicti reſponſi interpretationem dat. Tertiò §. *Verum*. Et quartò §. *Rationem*. circa præmiſſa duos caſus, qui emerſerunt, determinat.

a ¶ *Proceſſus.*] vſque huc mens dictæ conſtitutionis recitatur: ſed poſtmodum quæſtio formatur, & ſolutio eiuſdem & iuris noui editio ſubijcitur.

b ¶ *Nos autem.*] ad quæſita per ordinem reſpondet.

c ¶ *Procedunt, &c.*] non eſt diuiſio, nec in facto, nec in iure, ſed poteſtatis datæ perſecutio. argu. ff. de offic. proconſul. l. vna. extra, lib. 6. de offi. dele. cum plures.

d ¶ *Per legem.*] vide authen. ad hæc. C. de iudi.

e *VAs electionis.*] f ¶ *Generali.*] extra de pœniten. & remiſ. c. omnis.

¶ Ioannes xxij.

¶ Tres errores magiſtri Ioannis de Poliaco doctoris Pariſienſis hic damnantur.

CAP. II.

VAs electionis [e] † doctor eximius, & egregius prædicator, cuius prædicatio mundum docuit vniuerſum, præſumptuoſam illorum audaciam refrænare ſollicitus, qui prudentiæ propriæ innitentes, in errores proprios prolabuntur, non plus ſapere, quàm oportet ſapere, ſed ad ſobrietatem ſapere, ſalubri doctrina ſuggeſſit: & iuxta Sapiẽtis † eloquium: Quiſque ſuæ prudentiæ modum ponat. Sanè dudum cum dilectum filium magiſtrum Ioannem de Poliaco ſacræ theologiæ doctorem certis ex cauſis de fratrum noſtrorum conſilio ad noſtram præſentiam vocauiſſemus: fide digna relatio ad noſtrum perduxit auditum, quòd ipſe in quibuſdam articulis tangentibus pœnitentiæ ſacramentum non ſobriè, ſed perperam ſapiebat, infraſcriptos articulos periculoſos continentes errores docens publicè in ſuis prædicationibus, & in ſcholis. Primò ſiquidem aſtruens, quòd confeſſi fratribus habentibus licentiam generalem audiendi confeſſiones, tenentur eadem peccata, quæ confeſſi fuerant, iterum confiteri proprio ſacerdoti. Secundò quòd ſtante, omnis vtriuſque ſexus, edicto in concilio generali † [f], Romanus Pontifex non poteſt facere, quòd parochiani non teneantur omnia peccata ſua ſemel in anno proprio ſacerdoti confiteri, quem dicit eſſe parochialem curatum: Imo nec Deus poſſet hoc facere: quia (vt dicebat) implicat contradictionem. Tertiò quòd Papa non poteſt dare poteſtatem generalem audiendi confeſſionem, imo nec Deus, quin confeſſus habenti licentiam teneatur eadem confiteri proprio ſacerdoti, quem dicit eſſe (vt præmittitur) proprium curatum. ¶ Nos igitur ſcire volentes ſi ſuggeſta nobis veritatem haberent, articulorum præmiſſorum copiam eidem magiſtro Ioanni fecimus aſſignari, & ad ſui defenſionem plenam audientiam ſibi præbuimus, tam in noſtra & fratrum noſtrorum pręſentia in conſiſtorio, quàm aliàs coram aliquibus ex ipſis fratribus per nos ad huiuſmodi officium deputatis. Verùm licet pręfatus magiſter dictos articulos & cõtenta in ipſis defendere niteretur, aſſerebat tamen ſe paratum credere & tenere in præmiſſis & alijs, quæ tenenda & credenda eſſe ſedes Apoſtolica definiret. Nos igitur attendentes, quòd prædictorum articulorum aſſertio, prædicatio, & doctrina redundare poterant in multarum perniciem animarum, ipſos per prælatos magiſtros in theologia examinari fecimus diligenter. Nos ipſi etiam cum dictis fratribus noſtris collationem ſolertem & examinationem habuimus ſuper his. Per quas quidem collationem & examinationem ſuper his habitas comperimus præmiſſos articulos doctrinam non ſanam, ſed periculoſam multum & veritati contrariam continere. Quos etiam articulos omnes & ſingulos, idem magiſter Ioannes, veris ſibi rationibus opinioni dudum ſuæ habitæ cõtrarijs demonſtratis, in conſiſtorio reuocauit aſſerens

† De materia vide B. Thomam, & alios libr. 4. ſenten. diſt. 17. & canoniſtas in c. omnis. de pœnitent. & remiſ. Rom. 12.

† Prouer. c. 23.

† Scilicet Lateranẽ. ſub Innocẽ. iij. c. 21.

ſe credere eos non veros, ſed ipſorum contrarium verum eſſe, & dicens ſe neſcire rationibus ſibi factis in contrarium reſpōdere. Ideoq́ue ne per aſſertionem, prædicationem, & doctrinam huiuſmodi in errorem (quod abſit) animæ ſimplicium prolabantur, omnes articulos & quemlibet eorum tanquam falſos & erroneos, & à doctrina ſacra deuios auctoritate Apoſtolica condemnamus, & reprobamus de fratrum noſtrorum conſilio prædictorum, doctrinam contrariam, veram; & contrarium eſſe catholicum aſſerentes: ſcilicet, quòd illi qui prædictis fratribus confitentur, non magis teneantur eadem peccata confiteri iterum, quàm ſi ea aliàs confeſſi fuiſſent eorum proprio ſacerdoti iuxta concilium generale †. Optantesq́ue veritatis vias notas eſſe fidelibus cunctis, & prædictis erroribus præcludere aditum, ne ſubintrent errores, felicis recordationis Alexandri quarti, & Clementis quarti Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum veſtigijs innitendo, vniuerſis & ſingulis diſtrictius inhibemus, ne quiſque præmiſſos articulos per nos (vt præmittitur) damnatos & reprobatos, & contenta in eis, vel aliquo ipſorum, vtpote à catholicis mentibus reſpuenda, tenere audeat, ſeu defenſare quomodolibet, vel docere. Quocirca vniuerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta præcipiendo mandamus, quatenus vniuerſis & ſingulis veſtrũ in ciuitatibus, & diœceſibus veſtris conuocato clero, & populo communiter omnia præmiſſa, & ſingula per vos, ſeu alios ſolemniter publicetis. Nos etiam eidem magiſtro Ioanni mandamus, quòd in ſcholis, & ſermone Pariſius prædictos articulos & contenta in eis tanquam veritati contraria propriæ vocis oraculo, aſſeueratione conſtanti publicè debeat reuocare: Quod ſe facturum dictus magiſter Ioannes efficaciter repromiſit. Datum Auiñ. viij. Calend. Auguſti, Pontificatus noſtri anno quinto.

† Ideſt concilium generale Lateraň. ſub Innocētio iij. c. 21. & refertur in c. omnis. de pœni. & remiſ.

¶ Idem.

¶ Inquiſitores hæreticæ prauitatis cenſuras eccleſiaſticas fulminare non poſſunt in officiales, & nuntios ſedis Apoſtolicæ ſine ipſius licentia ſpeciali, ſed de eorum exceſſibus informationem facere poſſunt, & deinde Romano Pontifici ſignificare.

CAP. III.

CVm Matthæus † de Pontiniañ. ordinis Prædicatorum, inquiſitor hæreticæ prauitatis in regno Siciliæ auctoritate Apoſtolica deputatus, friuola occaſione quæſita, ac noſtra & Apoſtolicę ſedis reuerentia & honore poſtpoſitis, in dilectum filium G. de Baleto, archidiaconum Foroliuieñ. capellanum noſtrum, Campaniæ maritinæq́ue rectorem excommunicationis ſententiam inconſultis motibus, non ſine multa temeritate duxerit proferendam: Nos volentes decętero talium pręſumptoribus obuiare, vniuerſis & ſingulis tam ordinarijs, quàm delegatis iudicibus & inquiſitoribus prauitatis eiuſdem, & alijs vniuerſis & ſingulis, quacunque auctoritate fungantur, auctoritate Apoſtolica diſtrictius inhibemus & mandamus expreſsè, ne contra noſtros, & Apoſtolicæ ſedis officiales, vel nuntios, aut ipſorum aliquem quauis occaſione, vel cauſa, abſque noſtra & Apoſtolicę ſedis licentia ſpeciali eis per ſedis ipſius literas concedenda, plenam faciente de tenore pręſentium mentionem, procedere quoquo modo pręſumant: aut in eos, vel ipſorum aliquem excommunicationis, vel ſuſpenſionis, ſeu quaſuis alias ſententias promulgare. Nos enim exnunc decernimus irritum & inane quicquid cōtra inhibitionem & mandatum huiuſmodi contigerit attentari. ¶ Volumus tamen, quòd diœceſani, & inquiſitores prædicti ſuper ijs, quæ negotium tangunt fidei: alij verò ſuper iis, quæ rem tangunt, vel publicam vel priuatam, ſiue ordinarii, ſiue delegati quacunque auctoritate fuerint, prout poſſet ad eorum officiũ pertinere, ſi quid per officiales & nuntios ipſos indebitè forſan attētatum extiterit, ſe plenius informare, idq́ue nobis ſignificare ſtudeant, vt prouidere ſuper hoc de remedio opportuno valeamus. Nulli ergo, & cætera. Datum Auinione xii. Calendas Ianuarii, Pontificatus noſtri anno vndecimo.

† Super hac conſtitutione vide omnino conſilium Lapi incip. Factũ ſuper quo. id cōſilium nunc circunfertur poſt conſilia Oldradi. adde Eymericum in Directorio inquiſit. par. 3. q. 26.

De ſchiſmaticis.

Benedictus xij.

¶ Proceſſus & ſententias latas per Bonifacium octauum contra Iacobũ & Petrum de Columna, tanquam ſchiſmaticos, & eorum poſteros, reuocat hic Benedictus. vndecimus, exceptis confiſcationibus, in quibus nihil immutat. & ſic (vt clarè patet) hęc extrauagans corrigit, & prorſus reuocat capitulum vnicum. eod. titu. lib. 6.

CAP. VNICVM.

DVdum bonę memorię [a] Bonifacius Papa octauus prędeceſſor noſter contra Iacobũ, Petrum, & Ioannem de ſancto Vito, Ottonem quondam Agapitum, Stephanum & Iacobum Scyarrã nepotes memorati Iacobi, & filios olim Ioannis de Columna, & poſteritatem eorum, necnon contra Richardum, Petrum, & Ioannem de monte nigro, ac adiutores, fautores, & receptatores eorum, cuiuſcunque ſtatus, etiam ſi

DVdum.] ¶ Hæc epiſtola plures proceſſus narratos extra 6. libr. de ſchiſm. capit. 1. retractat. Et diuiditur in tres partes: nam proceſſus contra Colũnenſes, & adhærentes eiſdem primò in genere & poſtmodum ſpecialius recitat. Secundò §. *Nos itaque.* paucos de dictis proceſſibus excipiens, cæteros alios viribus euacuat, quandam inhibitionē annectens. Tertiò verſic. *Non obſtantibus.* euacuationem huiuſmodi per non obſtantia corroborat.

Diuiſio textualis.

a ¶ [*Bonæ memoriæ.*] Papa poſt obitum dicitur bonæ memoriæ. extra de ætate & qualit. bonæ. Idem in epiſcopis & ſuperioribus. extra de elec. bonę memoriæ. 1. & 2. Sed nunquid Cardinales, presbyteri & diaconi ſic nominabuntur? Dic ꝙ ſic: quia pars corporis Papæ ſunt, & de eius latere & patricij meritò appellantur. C. ad legem Iuliam maieſtatis, quiſquis. extra 6. li. de offic. lega. cap. 1. inſtitu. quibus modis ius patrię poteſtatis ſoluitur. §. filiusfamilias. ex quo enim viciniores ſunt ſummi Pōtificis, maiori prrogatiua gaudere debent. argu. ff. ſi tabulę teſtamenti nullæ extabunt. l. 1. 1. reſpon. Cardinales enim ſunt liberi primi gradus & ſunt membra capitis: cæteri prlati ſunt membra corporis: alij autem ſunt liberi non primi gradus. Si autem ſint præmiſſis inferiores, impropriè bonæ memoriæ dicuntur. extra de appel. bonæ. extra de confir. vti. bonę. verùm reges dicuntur claræ, vel inclytę memorię. & olim imperatores dicebantur diuę memorię. C. mandati. l. fi. 16. q. 3. placuit. Sed quęro quidã Papa exactionibus improbis, ſimonijs & turpiloquijs eccleſiam fœdauit, vt hic, nunquid propter dictos actus poſſet dici malę memorię? Dic ꝙ non: quia reſpici debet non ad id quod fecit, ſed ad id quod ipſum facere decuit. ff. de offi. pręſi. ſed licet. ff. de iuſti. & iure, l. penul. §. prętor. extra de elec. cum cauſam. vnde malus prelatus, & ſi nō habeat diadema ſanctitatis, habet tamen diadema dignitatis, quę ex ſe, nec de ſe peccauit, licet ſuppoſitum cui dignitas inerat male egerit, propter qđ dignitas ſibi coniuncta infecta fuit. 7. q. 1. ſcire. & not. ſimile C. de ſum. trin. inter claras. 2. reſpon. Itē prelatus etſi nō ſit bonus, pro bono tamen ponitur, vnde Prouerb. 26. Sicut qui mittit lapidē in aceruũ Mercurij, ita qui tribuit inſipienti honorem, certum eſt ꝙ in computando denarios paruulus pro mille ponitur: ſic prelatus, quia pręſidens eſt toti cōitati virtute ſecundùm Philoſophum: & ob hoc debet honorari,

Bonæ memoriæ poſt mortem dicuntur aliqui.

Cardinales reſpectu Papæ ſunt liberi primi gradus.

quia

imperiali, vel regali dignitate fulgerent: contra ipſam inſuper Præneſte, dum vixit varios fecit proceſſus: ſententias graues pœnas habentes & mulctas [a], prout in eiſdem proceſſibus continetur, ex quibus ſic paucas ex multis [b] & prolixis breues exprimimus, quòd intelligi volumus ſpecialiter ſingulas numeratas, & nominatim expreſſas [c]. Inter cætera ſiquidem depoſuit dictos Iacobum atque Petrum à Cardinalatibus ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, reddens eos & filios dicti Iacobi, & poſteritatem eorum inhabiles ad Apoſtolicæ dignitatis apicem, & Cardinalatus honorem: ipſos, eoſdemque Iacobum, & Ottonem, & Richardum beneficijs eccleſiaſticis, & eccleſijs cunctis priuauit, eoſque & Agapitum, Stephanum, & Scyarram prædictos banniuit ab vrbe, & ita Eccleſiæ ſupradictæ ipſorum confiſcauit bona & iura, plurium excommunicationum ſententijs innodauit, addixit infamiæ, capiendos expoſuit, iudicauit ſchiſmaticos, & tanquam hæreticos puniendos, ab adminiſtrationibus & officijs, iuriſdictionibus, exercitio, & dignitatibus in vrbe & circa, in Romana Eccleſia & curia, ac ipſorum poſteros perpetuò, & in terris Romanæ Eccleſiæ vſque in quartam generationem per maſculinum & fœmininū ſexum coërcuit, eis incolatum, ciuilitatem & habitationem vrbis, circumpoſitæ regionis, & terrarum ſubiectarum Eccleſiæ interdixit, & inteſtabiles fecit. ¶Nos itaque qui eius vices in terris gerimus, cuius eſt proprium miſereri, & parcere, eorum miſerijs, & ærumnis compatimur, ad clementiam pro eis commouemur, ipſis pietatis noſtræ aperimus viſcera, & manſuetudinē non negamus, miſericordes ab eis non auertimus oculos, illiſque pium animum exhibemus. Ideoque omnes prædictas depoſitionis à Cardinalatibus, priuationis à beneficijs & eccleſijs, inhabilitatis ad Papatum Romanum, & bonorum & iurium, quæ certis nobilibus Romanis ciuibus, & alijs conceſſa ſunt (confiſcationibus exceptis, in quibus nihil immutamus ad præſens) ſententias, pœnas, & mulctas, & aliàs [d] quæ in proceſſibus memoratis ſiue alibi continentur: verbo etiam in vita ipſius, vel in morte in eos latas, & inflictas ſeu confirmatas, & innouatas per prędeceſſorem eorundem, ſicut ſi (vt prædicitur) eſſent per nos ſpecialiter numeratæ & nominatim expreſſæ tam ad prædictos Iacob. & fil. dicti Ioannis de Col. maſculinam & fœmininam prolem eorundem Ioannis & filiorum per vtrunque ſexum poſteritatē deſcendentem ab eis Pet. & Richardo, & Ioan. de monte nigro præfatos, quàm ad coadiutores, fautores, receptatores, ſuſceptores, & ſequaces eorum quoſlibet alios, penitus tollimus, & viribus vacuamus: Ita quòd nec etiam pro præterito tempore poſſint ſuper eis aliquæ perſonæ impeti, quæ incurriſſent eas, aut contra ipſas aliquem effectum habere. Eiſq; [e] quod quæuis alia quàm præfatarum depoſitionis à Cardinalatibus, priuationis beneficiorum & eccleſiarum, confiſcationis bonorum & iurium, quę (vt præmittitur) dictis ciuibus ſeu alijs ſunt conceſſa, & inhabilitatis ad Papatum ſententia, ſiue pœna abſtulit, reddimus [f]. Et irregularitatem [g], ſi quam quoquo modo contraxerint, remouemus: & notam abolemus [h] ipſius: Inhibentes ne iam dicta Præneſte cum monte ſuo reædificetur, vel muniatur, aut ciuitatis nomen ſiue epiſcopatum recuperet abſque noſtra licentia ſpeciali. Non obſtantibus quibuſcunque conſtitutionibus, proceſſibus, inhibitionibus, decretis, priuilegijs, indulgentijs, & literis Apoſtolicis, per quæ præſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta, earum effectus poſſit quomodolibet impediri, & de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum debeat in noſtris literis fieri mentio ſpecialis.

quia patres ſunt prælati. authent. de inceſtis nuptijs. §. ſancimus. coll. 2. ff. de obſeq. l. liberto. & dij vocantur propter ordinis excellentiam, & officij dignitatem. extra de hæret. cum ex iniuncto. Item prælatus nō dicitur bonę memoriæ ratione ſuppoſiti, ſed dignitatis, quæ de ſe, nec à ſe deliquit. & delictū pſonæ nō redundat in damnum eccleſiæ. extra. 6. lib. de regul. iur. delictum. & hoc caſu, vbi de his ponerem, ſicut vilem ponerem. extra de in integrum reſtitutio. tum ex literis, in prin. & extra de verbo. ſig. venerabili. & extra, de accuſ. licet. extra. 6. lib. de hæret. cum ſecūdum. in fin. extra. 6. lib. de ſent. excom. ſtatutū. extra. eod. lib. de verb. ſignific. veniens. extra eo. lib. de conceſ. præb. auctoritate. extra de reſcript. conſtitutus. extra, de frigidis & maleficiatis, c. fin.

a ¶*Mulctas.*] quæ ſit differentia inter multam & pœnam, habetur ff. de verb. ſignifi. ſi qua. & notat. C. de modo. mult.

b ¶*Ex multis.*] in ℞pœ. ff. §. 3.

c ¶ *Expreſſas.*] ſimilis modus loquendi habetur. C. de preſcr. xxx. vel xl. anno. omnes. & not. de hoc extra 6. lib. de procur. qui ad agendum. Et ratio huius dicti eſt, quia hic agitur de liberando, quod eſt promptius quàm ligare. ff. de actio. & obliga. Arrianus. extra de proba. ex literis. præſertim ab ijs, quæ ſurgunt ex delicto. ff. de paactis. l. ſi tibi decem. §. quædam.

Iura facili⁹ ſoluūt, quā ligent.

d ¶*Et aliàs.*] hæc dictio, aliàs, aliquādo eſt aduerbium temporis, vt cū dicitur, aliàs hoc faciam. & aliquādo loci, vt cum dicitur, aliàs veni ad me. ſed hic accipitur pro aduerbio qualitatis, vt ſit ſenſus, ꝙ nedū pœnas & m[…]tas prædictas, ſed etiam aliàs id eſt aliter omnia illa quæ in proceſſibus, &c. penitus tollimus, &c. Alij dicunt ꝙ debet eſſe dictio, alia: Sed hoc nihil eſt propter adiectiua, quæ ſequuntur, ſcilicet latas, & inflictas, &c. quia tunc ſecundum ſtylum curiæ diceretur in neutro genere, non in fœminino, nec hic ſeruatur grāmatica Priſciani dicentis ꝙ maſculinum & fœmininū genera concipiunt neutrum. & Priſcianus melius dicit, inſpiciendo dignitatem generum. Sed ſtylus curiæ omnia ſuperiora per neutrum ſententioſius comprehendit, nam neutrum adiectiuum de omni genere ſecundum philoſophum prædicatur, vt vir eſt album, mulier eſt album, & mancipium eſt album.

Adiectiuū neutrum de omni genere pdicatur.

e ¶*Eiſque.*] ſcilicet reddimus illud, quòd ſententia ſiue pœna abſtulit, quod eſt infra.

f ¶*Reddimus.*] quæro, vnus de prędictis eſt excommunicatus occaſione dictorum proceſſuum, & ſe immiſcens poſtmodum diuinis, factus eſt irregularis, poſtmodum recipit beneficium, nunquid poſt hanc relaxationem poterit illud retinere? Videtur ꝙ ſic, quia verbum reddendi, ſignificat retro dare. ff. de verbo. ſignifi. verbum reddendi. hoc idem innuit textus præcedens ibi, nec & pro præterito, &c. Dic vbi ius non eſſet alij acquiſitum in re, vel ad rem, crederem iſtum ius habere in beneficio, vitio expreſſè purgato per dominum, qui poteſt. arg. ff. de vſucap. ſi fur. & notatur ſimile extra de renunt. poſt tranſlationem. in fi. Sed vitio nō expreſſè purgato, opus eſt noua electione, vel collatione. arg. extra de ætate & qualita. cum bonæ. extra de exceſ. præla. tanta. nota ſimile de elect. dudum 2. ſecus ſi alter haberet ius in re, vel ad rem. C. de eman. liber. nec auus. & extra, 6. lib. de reſcript. quamuis. Sed dices, dicta decret. excipit hūc caſum. Sed dic ꝙ hic non expreſſè dictum, ſed in genere, non loquēdo de iure alterius, non de præiudicio alterius faciendo, vnde exceptionem quæ competebat ex facto Papæ, Papa non tollit, niſi hoc expreſſè agatur. extra de conſuetudi. cum olim. in fin. & dicto capitulo, quamuis. & ideo quod hic dicitur, intelligo, quòd pro tunc nō poſſit impeti in iure nouiter acquiſito.

Beneficium in irregularitate acquiſitum, an illa purgata retineri poſſit.

g ¶ *Irregularitatem.*] occaſione præmiſſorū incurſam: nam ad pręcedentia facienda eſt relatio, ff. de poſtul. l. 1. §. deinde adiecit. ſecus de irregularitate aliunde cauſata.

Relatio ſit ad præcedētia.

h ¶*Abolemus.*] ideſt, delemus. vnde abolere eſt, quod olet vel maculat, tollere ſeu auferre. Et quid ſit abolitio, & eiuſdem diuiſio, not. Azo. C. de abolit.

Abolere qd eſt.

De

De furtis.

Ioannes xxij.

¶ Publicatio excommunicationis latæ in eos qui furati ſunt theſaurum eccleſię, quem iubente Clemente Papa de Peruſio in Lucanam ciuitatem tres viri hic nominati deportauerunt. Et hic habetur optima practica monendi malefactores, vt intra certum terminum ſatisfaciant, aliàs excommunicationem incurrant, & modum ipſius excommunicationis publicandę hęc extrauagans clarè manifeſtat.

CAP. VNICVM.

INfidelis & ſtolidæ prædicationis alumni ſe per culpæ vitium indignos efficiunt, vt matris Eccleſiæ filij nuncupentur, dum ad ipſius matris iniuriam ſe conuertunt (quod graui nos commotione perturbat) matris eiuſdem pietatem offendunt: & his in perniciẽ miſerabili cæcitate delapſis, reſpergunt infamiæ maculis loca propriæ nationis. ¶Dudum ſiquidem nonnulli degeneres filij, qui ad quæque nefaria currere ſunt auſi, peruerſis auſibus in matris eiuſdem proſilientes iniuriam & offenſam, illam theſauri ſui maximam partem, quæ de Peruſio ad ciuitatem Lucanam de mandato felicis recordationis domini Clem. Papæ v. prædeceſſoris noſtri, dum adhuc viueret, per dilectos filios Vitalẽ de Chabenate, clericum Burdegaleñ. diœceſis, & Gulielmũ de Luna ſeruientem prædeceſſoris eiuſdem, vnà cum dilecto filio Iacobo de Caſalibus decano eccleſię ſancti Seuerini Burdegalẽſis diœceſis capellano noſtro, extiterat deportata: & quæ in ſacriſtia monaſterij ſancti Fedriani Lucaneñ. tunc temporis ſeruabatur, deinde ad cameram prædeceſſoris eiuſdem fideliter deferendam tempore inuaſionis ciuitatis Lucaneñ. direpſerunt in prædam, & de præfata ſacriſtia per violentiam aſportarunt. ¶Nos igitur ad recuperationẽ theſauri prædicti ſollicitis ſtudijs prætendentes, omnes & ſingulos aſportantes theſaurum prædictum, & alios penes quos aliqua de theſauro fuerunt, vel adhuc exiſtunt, auctoritate Apoſtolica coram hac fidelium multitudine copioſa monemus, vt ea nobis, aut ei quem ad id duximus deputandum intra quatuor menſium ſpatium à die datæ publicationis præſentium numerandum, cum integritate reſtituant & aſſignent: ac omnes & ſingulos ſcientes vbi, vel penes quos aliqua de dicto theſauro extiterint, vel exiſtant, vt intra terminum ſupradictum, nobis aut ipſi deputato noſtro indicare ſtudeant: alioquin in omnes & ſingulos monitionis huiuſmodi cõtemptores, cuiuſcunque dignitatis, ſtatus, vel conditionis extiterint, etiam ſi patriarchali vel ſuperiori, aut alia quacunq; præemineant dignitate, exnunc auctoritate prædicta excommunicationis ſententiam promulgamus: Mandãtes illos per diœceſanos locorum, & rectores parochialium eccleſiarum, ciuitatum, & diœceſum earundem ſingulis diebus Dominicis & feſtiuis pulſatis campanis & candelis extinctis excommunicatos publicè nuntiari, proceſſuri ad grauiora nihilominus contra eos, necnon & contra ciuitates, communitates, vniuerſitates, & ſingulares perſonas quaſcũque, quæ fuiſſent in præmiſſis culpabiles, ſicut proteruia ipſorum exegerit, & viderimus expedire. Non obſtante ſi eis, aut eorum aliquibus vel alicui ſub quacunque forma, vel conceptione verborum, à ſede Apoſtolica ſit indultum, quòd excommunicari non poſſint, per literas ſedis eiuſdem non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem, & qualibet alia dictæ ſedis indulgentia generali vel ſpeciali cuiuſcunque tenoris exiſtat, per quam effectus præſentium impediri poſſit, vel quomodolibet retardari. ¶Vt autem huiuſmodi noſtra monitio verius ad communem omnium notitiam deducatur, chartas ſiue membranas monitionem continentes eandem, in eccleſia Auinioneñ. appendi, vel affigi oſtijs, ſeu ſuperliminaribus eiuſdem eccleſiæ faciemus, quæ monitionem ipſam ſuo quaſi ſonoro præconio & patulo indicio publicabunt: ita quòd omnes & ſinguli, quos monitio ipſa contingit vel contingere poteſt, nullam poſtea poſſint excuſationem prætendere, quòd ad eos talis monitio nõ peruenerit, vel quòd ignorauerint eandem: Cum non ſit veriſimile remanere quo ad ipſos incognitum, vel occultum, quod tam patenter omnibus publicatur. Datum Auinione ij. Calen. Aprilis, Pontificatus noſtri anno primo.

De crimine falſi.

¶Ioannes xxij.

¶Alchimiæ hic prohibentur, & puniuntur facientes, & fieri procurantes: quoniam tantum de vero auro & argento debent inferre in publicum, vt pauperibus erogetur, quantum de falſo & adulterino poſuerunt. Et ſi eorum facultates non ſufficiant, pœna per iudicis diſcretionem in aliam commutabitur, & infames fiunt. Et ſi ſint clerici beneficijs habitis priuantur, & ad habenda inhabiles efficiuntur. Vide extrauagantem Ioan. quæ incipit: Prodiens. & eſt ſub co. tit. collocata.

CAP. VNICVM.

SPondent †, quas non exhibent diuitias pauperes Alchimiſtæ: pariter qui ſe ſapientes exiſtimant, in foueã incidunt, quam fecerunt. Nam haud dubio huius artis Alchimiæ alterutrum ſe profeſſores ludificant, cum ſuæ ignorantiæ conſcij, eos qui ſupra ipſos aliquid huiuſmodi dixerint, admirantur: quibus cum veritas quæſita non ſuppetat, diem cernunt, facultates exhauriunt: ijdemque verbis diſſimulant falſitatem, vt tandem quod non eſt in rerum natura, eſſe verum aurum, vel argentum ſophiſtica tranſmutatione confingant: eoque interdum eorum temeritas damnata, & damnanda progreditur, vt fidis metallis cudant publicæ monetæ characteres fidis oculis, & non aliàs alchimitum fornacis ignem vulgum ignorantem eludant. ¶Hæc itaque perpetuis volentes exulare temporibus, hac edictali conſtitutione ſancimus, vt quicunque huiuſmodi aurum, vel argentum fecerint, vel fieri ſecuto facto mandauerint, vel ad hoc ſcienter dum id fieret facientibus miniſtrauerint, aut ſcienter, vel auro vel argento vſi fuerint vendendo, vel dando in ſolutum: verum tanti ponderis aurum, vel argentum pœnæ nomine inferre cogantur in publicum pauperibus erogandum, quanti alchimitum exiſtat, circa quod eos aliquo prædictorum modorum legitimè conſtiterit deliquiſſe: facientibus nihilominus aurum, vel argentum alchimitum, aut ipſo (vt præmittitur) ſcienter vtentibus, perpetuæ infamiæ nota reſperſis. ¶Quòd ſi ad præfatam pœnam pecuniariam exoluendam delinquentium ipſorum facultates non ſufficiant, poterit diſcreti moderatio iudicis pœnam hanc in aliam (puta carceris, vel alteram iuxta qualitatem negotij, perſonarum differentiam,

† Vide B. Thomam 2. 2. q. 77. art. 2. ad 1. arg. & ibidẽ Caietanũ. Oldradũ conſi. 74. incipien. An Alchimiſta peccet. & latè Caſſaneum in cathalogo gloriæ mundi, par. 11. conſideratione, 40.

Moneta falſa ab oculis fidis facilè diſcernitur.

Alchimiſtæ ſunt infames.

Qui nõ habet in ære, luat in corpore. ff. de in ius voc. l. fi. C. de ſer. fug. l. quicunq;. & inſti. de pœn. te. liti. §. fin.

rentiam, aliaſque attendendo circunſtantias) commutare. Illos verò qui in tantæ ignorantiam infelicitatis proruperint, vt nedum nummos vendant, ſed naturalia iuris præcepta contemnant, artis excedant metas, legumque violent interdicta, ſcienter videlicet adulterinam ex auro & argento alchimito cudendo, ſeu fundendo, cudi ſeu fundi faciendo monetam, hac animaduerſione percelli, iubemns, vt ipſorum bona deferantur carceri, ipſique perpetuò ſint infames. Et ſi clerici fuerint delinquentes, ipſi vltra prædictas pœnas priuentur beneficijs habitis, & prorſus reddãtur inhabiles ad habenda.

De priuilegijs.

¶ Benedictus xj.

¶ Hæc extrauagans dat Prædicatoribus, & Minoribus priuilegia plurima circa tria, videlicet circa prædicationes, confeſſionum auditiones, & ſepulturas. De ſecundo in §. Sed quia multotiens. De tertio in §. Porrò. Et licet ſit reuocata per clem. 2. de ſepult. multa tamen notatu digna in ea reperiuntur, quæ non ſunt retractata. Et potuiſſet non ineptè poni ſub titu. de ſepult. Sed non eſt inconueniens idem c. diuerſis reſpectibus ſub varijs collocari titulis, vt patet in cap. ſignificantibus. extra de libel. obla. & de appel.

CAP. I.

INter cũctas † ſollicitudines noſtras, q̃bus nos paſtorale premit officium, & debitum Apoſtolicæ ſeruitutis aſtringit, illa debet eſſe pręcipua, vt gregi [a] Dominico nobis ſuperna diſpoſitione commiſſo [b], animarum cura non deſit [c], ne illum lupus [d] rapax antiquus ſerpens humani generis inimicus inuadat, eiuſq; ſanguis de noſtris (quod abſit) clamante propheta [e] manibus requiratur. Debemus inſuper quantum ex alto permittitur, pacem [f] inſerere, remouere [g] ſcandala, iurgiorum [h] amputare materiam, & intelligere ſuper egenum [i], & pauperem: quia non in finem obliuio erit pauperis, & patientia pauperum non peribit in finẽ. ¶ Sanè [k] dudum bonæ memoriæ Bonifacius Papa octauus prædeceſſor noſter, quandam ſpecialem inter prælatos, rectores, ſeu ſacerdotes, & clericos parochialium eccleſiarum ex parte vna, & Prædicatorum ad Minorum ordinum Fratres ex altera, ſuper faciendarum prædicationum, audiendarum confeſſionum per eoſdem Fratres, ac de eis relictis, & de funeralibus canonicæ portionis articulis conſtitutionem [l] edidit, certum his modum imponens, prout in eadem conſtitutione plenius continetur. Sed pro ea quam intendebat quiete, turbatio nata eſt, pro concordia ſunt ſuborta diſſidia, & pullulatæ inquietudines pro tranquillitate noſcũtur: ſicq; dum anſam ſoluiſſe ſe credidit, nodum [m] ligaſſe videtur, & ſeptem, vno hydræ [n] amputato capite, ſuſcitaſſe. Nec mirum, quia plerunque pariunt [o] nouitates diſcordiam, præſertim dum ab eo quod diu æquũ viſum eſt, per nouam conſtitutionem receditur, nec quare recedatur, vtilitas euidens, vel alia cauſa ſubeſt. ¶ Ideoque cupientes, vt ipſi gregi cura noſtra eò plenior impendatur, quò amplior in agro Domini operariorum numerus operetur, ſuper egenum intendentes, & pauperem, ac nouitatẽ per eandem cõſtitutionem inductam: Statuimus de fratrum noſtrorum conſilio, vt priorũ ordinum Fratres, qui ad hoc deputati fuerint, in eccleſijs ac locis ipſorum, quæ in præſentiarum habent, & in poſterum obtinebunt, ac in plateis communibus, ſeu publicis, liberè abſq; diœceſanorum & aliorum prælatorum petita licentia valeãt clero, & populo pręedicare, eique proponere verbũ Dei. Caueant tamen omnino, ne hora in qua diœceſani prædicti prædicarent, vel coram ſe facerent prædicari, prædicent ijdẽ Fratres: putamus etenim dignum, vt maiori [p] minor, & ſuperiori [q] inferior deferat in hac parte: niſi forſan aliud circa hoc facerent de voluntate diœceſanorum ipſorum, aut in ſtudijs generalibus prędicarent diebus illis duntaxat, quibus ſermones ad clerũ fieri ſolent, & ſolemniter p̄dicari, ſeu mortuorum funeribus, vel eorundem Fratrum feſtis ſpecialibus, ſeu peculiaribus: quia in his caſibus cũ diœceſanis in prædicatione cõcurrere poterunt. Vbi verò ijdem diœceſani vocarent generaliter ad ſe clerum aliqua ratione, vel vrgente cauſa illum ducerẽt congregandum; ea hora in ſtudijs memoratis diebus ſæpedicti fratres ab huiuſmodi prædicatione ceſſabunt. In eccleſijs autem parochialibus Fratres ipſi inuitis [r] eorum rectoribus, ſeu ſacerdotibus (niſi iuſſi à ſuperioribus [ſ] eorundem) non audeant prædicare.

INter cunctas.] ¶ Hæc cõſtitutio habet ſex partes. In quarum prima procœmium ad dicenda generale, & poſtmodũ ſpeciale præmittitur. Secundò §. *Ideoque.* articulus de prædicationibus faciendis. Tertiò §. *Sed quia.* articulus de confeſſionibus audiendis. Quartò §. *Porrò.* articulus de lucris ſepulturarũ deciditur. Quintò. §. *Ad hoc.* Papa clerum alloquitur. Sextò. §. *Hæc autem.* hic ſtatuta per multa non obſtantia firmantur.

a ¶ *Gregi Dominico.*] in quo debet eſſe aliquid ſpeciale. C. de grege Dominico. l. vna. lib. 11. & cuius præcipuus eſt director. extra 6. lib. de elect. vbi. §. cæterùm.

b ¶ *Commiſſo.*] in perſona Petri, per hæc verba, Paſce oues meas. extra de elect. ſignificaſti.

c ¶ *Non deſit.*] ne Papa faciat vt paſtores mali, quorum defectus ponuntur Ezech. 33. c.

d ¶ *Lupus rapax.*] hęc verba dicta ſunt primo Beniamin. Gen. 49.

Sanguis impij de manu prælati requiretur.

e ¶ *Propheta.*] ex Ezechiel. 3. ſanguinẽ eius, ſcilicet impij, de manu tua requiram. extra de offic. ordi. irrefragabili. 1. reſpon. & dic ſanguinem, ideſt, peccatum, quod eſt ſanguine piandum, vt Leuit. 4. & Hebræ. 9.

† Vide extrauagãtem Sixti iiij. incip. Vices illi. titul. de treu. & pace. inter cõmunes.

f ¶ *Pacem inſerere.*] cum ſit vicarius regis pacifici, ideſt Chriſti, in procem. decret. ſic econtra inimicus homo, ideſt, dæmon zizania ſeminat. extra de elect. licet de vitanda.

g ¶ *Remouere ſcandala.*] extra 6. lib. de offi. lega. officij.

h ¶ *Iurgiorum amputare materiam.*] quę ex cupiditate procedit. extra in procem. decret.

i ¶ *Egenum.*] in Pſalmo. 40.

k ¶ *Sanè.*] hic proſequitur procemium ſpeciale recitans conſtitutionem, Super cathedram, quæ nominatur j. §. fin.

l ¶ *Conſtitutionem.*] quæ incipiebat: Super cathedram. & illa per iſtam reuocata, vt infra eod. in fin. eſt hodie approbata per Clementem quintum. patet in cap. 2. de ſepul. in clem. Iſta autẽ quæ eſt Benedicti xj. ibidẽ reuocatã.

m ¶ *Nodum ligaſſe videtur.*] extra de verbo. ſignif. cum olim.

n ¶ *Hydræ.*] hydra eſt ſerpens aquaticus, dictus ab hydros, quod eſt aqua, cui ſecundùm fabulas vno capite abſciſſo plura naſcebantur eidem. ſecũdùm ſenſum autem moralem vnum malè geſtum plura mala generat: quia vno principio illicito dato multa mala ſequuntur. authẽ. vt iudi. ſine quoquo ſuffrag. §. 1. coll. 2. & aqua cuius curſus obturatur, multos meatus facit.

Hydra quid ſit.

Vitium vnũ plura generat.

o ¶ *Pariunt nouitates diſcordiam.*] extra de cõſue. cũ cõſuetudinis.

p ¶ *Maiori.*] Nota ſtatum prælatorum maiorem ſtatu religioſorũ, at religioſi ad prælaturam aſcendere non debent. argu. 93. diſt. legimus. in fi. extra 6. lib. de elect. nullus. in fine.

Pſal. 40.

q ¶ *Superiori.*] Not. quòd exempti vt Prædicatores & Minores iure communi ſuperiores [1] epiſcoporũ eſſe cenſentur, & ſi ijdem exempti in pluribus caſibus prælatis ſubſunt. extra de hæret. ad abolendam. extra 6. lib. de præbẽ. c. 1. in fin. & aliquando ſunt ſedis Apoſtolicæ delegati legatione generali. extra 6. lib. de ſta. regul. c. vnico. §. & quoniam. ff. de conſtit. principium. l. 2.

1 Intellige ſano modo, quoniam in his, in quib⁹ ſunt exẽpti, epiſcopis nõ obtẽperant, & ita poſſunt dici ſuperiores.

r ¶ *Inuitis.*] dic inuitum qui non probatur conſenſiſſe. ff. de furt. qui vas. §. vetare. ff. de procurato. filiusfamilias. §. inuitus. & ff. de ſeru. vrb. præd. inuitũ. Arg. contra. ff. de manda. qui patitur.

Inuitus eſt qui non probatur conſenſiſſe.

ſ ¶ *Superioribus.*] ſuperiorem voco diœce-

† Prædicatio non ſemper retrahit audiētem à peccato.

ſanum, ſeu illum, qui habet ius diœceſeos. & concurrere poteſt cum rectore. extra 6. lib. de tempo.ordi. eos.& cap. cum nullus. vt eſt metropolitanus, cui non eſt ſuperior in prouincia ſua, niſi in certis caſibus not. extra de offi. ordin.paſtoralis.

Rom.10.

a ¶*Ad ſalutem.*] Roman.10.

b ¶*Concilij.*] extra de pœni.& remiſ.omnis.

c ¶*In morte.*] extra de offi.ordni.paſtoralis.§.1.extra 6.lib.de pœni. c. fi.§. præſenti.

d ¶*Pœnitentia.*] indicenda.50. diſt. in capite.26.q.6.c.1.

e ¶*Incurrerunt.*] quia idem factum eſt peccatum,& ipſum eſt pœna peccati, vt eſt clericidium, vel ablatio membri.55. diſt. ſi Euangelica. ſecus ſi ex diuerſis factis emergeret,vt excommunicatio,quę eſt pœna peccati, & irregularitas,quæ contraheretur propter immiſtionem excommunicatione, ſeu ſuſpenſione durante : & tunc poteſt fieri abſolutio à primo per prælatum, non diſpenſatio. exemplũ pone ex 6. lib. de ſentẽ.& re iudi. cum æterni.extra 6.lib. de ſent. excõ. cum medicinalis.

f ¶*Inconueniens.*] declarat quod præmiſerat dicens,exiſtimamus inconueniens, vt ſcilicet ille abſoluat à peccato,qui non poteſt imponere debitam pœnitentiam ei,ſcilicet peccatori, & qui non poteſt remouere irregularitatem,ſequelam peccati,& cætera.

† Scilicet Lateranẽ. ſub Innocẽtio iij. c. 21.

g ¶*Imponere.*]ſcilicet non poteſt, quod eſt infra: nam cum pœnitere ſit pœnam pro peccato tenere,& pœna ſit menſura culpæ.not.extra 6.lib. de pœn.c.fin. §.illud.& §.ſeq. vbi debita pœna non poteſt infligi per aliquē: ergo nec pęnitētia ſalutaris.

Pœnitere eſt pœnam pro peccato tenere.

h ¶*Sequelam.*] vt dicto c.ſi Euangelica.

i ¶*A iure.*] 17.q.4.ſi quis ſuadente.

k ¶*Quem.*]i.aliquem.

l ¶*Excludit.*] de iſtis excõicationibus maiori & minori habetur extra de ſent. excom.nuper.& c.penult.

† Vide doctrinam cõcilij Tridẽt. ſeſſio. 14. c. 7. de caſuũ reſeruatione.

m ¶*Mandatis.*] extra de ſent.excõ.decætero. & c.ea noſcit.& c.quis.

n ¶*Acrimonia.*] hoc

¶Sed † quia multotiens propoſitum verbum Dei audientem à peccato non retrahit,idcirco poſt prædicationem neceſſarium eſt pœnitentiæ ſacramentum, circa quod (niſi articulus neceſſitatis occurrat) ſacerdoti facienda oris cõfeſſio (prout ſcriptum eſt: Corde ad iuſtitiam creditur, ore autem fit confeſſio ad ſalutẽ[a]) exigitur: aliàs fruſtra eſſet in ſacramento eodem ſacerdotis (qui inter leprā & lepram debet diſcernere) miniſteriũ inſtitutum. Electi igitur ab eiſdẽ Fratribus ad audiendas confeſſiones,& pœnitẽtias iniungendas, liberè auctoritate Apoſtolica abſque licentia diœceſanorum,& aliorum prelatorum inferiorum exemptorũ,& non exemptorum, quibus ſubſunt, qui ad cõfitendum accedunt, audiant eis peccata ſua confiteri volentes: Non religioſos, qui ſecundùm ſtatuta ſuorum ordinum proprijs prælatis cõfiteri debent,aut ab eis, ne confiteantur alijs prohibentur, abſoluant: ipſiſque pœnitentias ſalutares iniungant, intra ſibi deſignatos terminos ad huiuſmodi exercendum officiũ conſtitutos. Excommunicationis verò, vel alias ſententias per prælatos latas contra hoc, vel in eius fraudem,denuntiamus irritas,& inanes, nec confeſſis ipſis Fratribus peccata illa, de quibus confeſſi ſunt eis & abſoluti pœnitentes, de illis ſacerdotibus proprijs teneantur (ſicut etiam non tenentur) iterum cõfiteri: non obſtante cõſtitutione generalis cõcilij[b] †, quæ ſano intellectu (ne ſequatur abſurdum,quòd per pœnitentiam dimiſſa peccata quis confiteri debeat,& quòd liberatus debitor adhuc ad ſoluendum remaneat obligatus) intelligenda eſt (vt ex ea patet) de illis, qui peccata ſua confiteri alijs neglexerunt. Sed ſacerdotes ipſis taliter confeſſis & abſolutis aſtricti ſint miniſtrare Euchariſtiæ, & extremæ vnctionis etiam ſacramẽtum. ¶Super confeſſione autem facta Fratribus memoratis, cum de confitentis ſolius præiudicio (ſi falſum dicat) agatur in iudicio animæ, ſeu pœnitentiæ foro, ſtabitur ſimplici verbo illius, qui ſacramenta petit prædicta, & dicit Fratribus ſe confeſſum. Duos † tamen caſus excipimus, ſcilicet ſi ſacerdos aſſerat eum excommunicatum, aut notoriè peccatorem. Sed videat, ne id dicat mendaciter, aut in dolum, vel in fraudem: quia ſi hoc egerit, à delicto tali niſi plenè ſatisfecerit (præterquam in[c] morte) abſolui nequeat, nec de illo ad pœnitentiā aliter admittatur. ¶Vt autem diœceſanis honor debitus reſeruetur, præcipimus, vt Prouinciales Priores Prædicatorum, & Miniſtri Minorum ordinum præfatorum, per ſe, vel alios verbo, vel ſcripto eis ſignificent, ſe Fratres ad huiuſmodi confeſſionum audiendarum & pœnitentiarum iniungendarum officium elegiſſe, & non nominando, aut coram ipſis ſiſtendo eos, nec illorum numerum exprimendo, petant humiliter à diœceſanis eiſdem, quòd ijdem electi Fratres de ipſorum beneplacito,& licentia dictum poſſint in eorum ciuitatibus & diœceſibus intra eis determinatos fines officium exercere. Quod ſi denegent,vel intra triduum non cõcedant, extunc ijdem Fratres nihilominus auctoritate eadem huiuſmodi officium exequantur. Datam verò licentiam per diœceſanorum mortem nolumus terminari. Per hoc autem non intendimus, quòd ſæpedicti Fratres, qui ad hoc eligentur officium exercendum, plus habeant in audiendis confeſſionibus & pœnitentijs iniungendis, quàm parochiales ſacerdotes noſcuntur habere. Sicque de caſibus epiſcopis & ſuperioribus, quos inferius annotamus, ac ſedi Apoſtolicæ reſeruatis, ſe nullatenus intromittant. ¶Obſeruent ergo ſollicitè dicti Fratres, ne ad cõfeſſiones recipiant criminoſos criminibus, pro quibus ſolennis eſt pœnitentia[d] indicenda: Modo eodem excommunicatos reſpuant, & clericos, qui propter delictum irregularitatem aliquam incurrerunt[e]. Inconueniens[f] enim exiſtimamus, vt à peccato abſoluat, qui pœnitentiā ei debitam imponere[g], aut irregularitatis pœnā peccati ſequelam[h], vel excommunicationem,quæ infligitur maximè à iure[i] quandoque pro crimine,quæúe quem[k] ab Eccleſia,& per conſequens à participatione eccleſiaſticorum ſacramentorum excludit[l], remouere non poteſt. ¶Incendiarios,eosq; qui tam enormibus ſunt irretiti peccatis, quòd ea rationabilis conſuetudo præſcripta canonicè in epiſcopatibus aliquibus reſeruauit epiſcopis, ſimiliter nõ admittant. quā conſuetudinem (ex cauſa, quæ iuſtè ad id animum noſtrum mouit) ſolummodo circa voluntarios homicidas,falſarios,eccleſiarum immunitatis,& libertatis eccleſiaſticæ violatores, & ſortilegos approbamus. Quòd ſi forſan antequam ab eo qui poteſtatem habet,abſolui poſſint,mors talium confiteri volentium veriſimiliter timeatur, etiam in prædictis caſibus ſæpefati Fratres eos confiteri volentes audiant, ipſiſq; beneficium abſolutionis impendant, ſed ſubeant iuramentum, quòd liberati ſe ſuis epiſcopis & excommunicatoribus præſentabunt: excommunicantium ſuper his pro quibus ab eis excommunicati erant, & epiſcoporum pro peccato huiuſmodi parituri mandatis[m]. ¶Verùm quia poſt baptiſmum inter cætera magis ad ſalutem neceſſaria † eſt propoſitio verbi Dei, quo audientes illud, qđ eſt victoria noſtra, inſtruuntur in fide, docentur fugienda fugere, & ſectanda ſectari, à quo per peccatum lapſi reſurgunt, pœnitentiæ ſacramentum perficiunt; Grandis nobis ſollicitudo incumbit, vt tales ad hæc promoueantur Fratres, qui oleo dulcedinis verbi eiuſdem noſtros foueant ſubditos,à peccatis prohibeant: increpationis vino peccatorum ſuorum mordeant vulnera, eosq; ad illa pœnitentiæ acrimonia[n] purgandũ & tergendum

† Verbi Dei ꝑpoſitio eſt ad ſalutem valde neceſſaria.

dum prouocent[a], & inducant. Ad id verò exequendum ſententia † diuinæ legis expoſcitur, deſideratur ordo, & vitæ integritas etiam poſtulatur. Scriptum[b] eſt enim: Tu ſcientiam repuliſti, & ego te repellam, ne ſacerdotio fungaris mihi: quia labia[c] ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem exquirunt ex ore eius: aliàs prout ad eũ pertinet inter peccatum & peccatum non poſſet diſcernere, nec peccator exiſtens Dei deberet narrare iuſtitias, & teſtamentum illius aſſumere per os ſuum. Nam cuius vita deſpicitur, cõſequens eſt vt eius prædicatio contemnatur. Quare decernimus, vt Priores, & Miniſtri Generales, & Prouinciales Prædicatorũ, & Minorum ordinum præfatorum, vel eorum vicarij, de diſcretorum conſilio ad tam ſalubre officium Fratres diuina ſcientia doctos, diſcretione vigentes, vita probatos, & expertos moribus (alioquin diſtrictam reddent in futuro examine rationem) eligant, & aſſumant: ſic enim quod prædicabunt, facient: quæ arguent, operari ceſſabunt: & in eis ædificabitur populus verbo pariter & exemplo. Cæterùm (licet ſicut prædicitur) de neceſſitate non ſit iterum eadem cõfiteri peccata: tamen quia propter erubeſcentiam, quæ magna eſt pœnitẽtiæ pars, vt eorundem peccatorum iteretur confeſſio, reputamus ſalubre: diſtrictè iniũgimus, vt Fratres ipſi confitentes attentè moneant, & in ſuis prædicationibus exhortentur, quòd ſuis ſacerdotibus ſaltem ſemel confiteantur in anno: aſſerendo id ad animarum profectũ proculdubio pertinere. ¶ Porrò vt circa ſepulturam apud loca eorundem Fratrum eligentium ſepeliri, & portionem canonicam de relictis eiſdẽ Fratribus minimè detrahendam, nequeat inpoſterum dubitari: iubemus, vt corpora defunctorum, qui apud eorundem Fratrum loca elegerint, dũ viuerent, ſepulturam, proceſſionaliter cum cruce, thuribulo, & aqua benedicta, cantando ſeu legendo officium mortuorum, vel pſalmos, & alienas ingredientes parochias, poſſint aſſumere, & ad ſuas deferre eccleſias tumulanda. De quibuſcunque verò relictis præfatis Fratribus in communi, vel ſingulis vltimis decedentium voluntatibus, ſiue apud eos ſepeliendi ſint, ſiue alibi: nulla per parochiales ſacerdotes morientium, à qua Fratres ipſos liberos eſſe volumus, canonica portio, vel multominus per epiſcopos epiſcopalis[d] quarta omnino, cum eis tanquã exempti non ſubſint, nec etiam debita iure parochiæ, ſi forſan cathedralis defunctorum eſſet parochialis eccleſia, detrahatur. De funeralibus autem medietatem, ſi commodè diuiſionem recipiant: aliàs eiuſdem medietatis æſtimationem ſoluant parochiali eccleſiæ, & ſacerdotibus antedictis. Funeralia verò intelliguntur hoc caſu, quæ cum funere deferuntur. De candelis verò, quas Fratres portant, portio non petatur. Moneant autẽ ijdem Fratres, & pro poſſe inducant confitẽtes ſibi, vt de proprijs bonis ſuis parochialibus eccleſijs, eorumque ſacerdotibus competenter relinquant, & quæ eis debẽt parochialia iura reddant. Ad hoc non murmuret quæſumus ſecularis clerus, non gerant moleſtè prælati, ꝙ circa præmiſſa ſic duximus prouidendum. Attendant quãta ex iis, quæ in primis duobus articulis ſtatuta ſunt, ſalus animarum proueniat. Aduertant quanta tollantur iurgia, & patenter conſiderent, ꝙ eorum onera cum alijs noſtro beneficio ſalubriter, & quaſi neceſſariò partiuntur. ¶ Circa tertium verò articulum diligenter intelligant, quòd Fratres ipſi hoc per priuilegia Romanorum Pontificum eis benignè conceſſa, ante conſtitutionem eandem hactenus habuerunt. Quodque ſunt pauperes, nil habentes ſinguli, in cõmuni ruſtica[e] prædia, imo nec vrbana, vel mobilia, eorum alteri, vel etiam vniuerſi mendicant victum, quærunt veſtitum, & eatenus ſuſtinere poſſunt quatenus vel viuorum pietas, aut morientium charitas eis neceſſaria ſubminiſtrat. Quis ergo non miſereatur[f] eorum qui omnia, voluntatem[g] habendi etiam reliquerunt? Quis non compatiatur eiſdem operãtibus tam vtiliter in agro prædicto? Certè nullus niſi qui triturantis[h] bouis os impiè alligare velit, aut eos ſubtractis alimẽtis necare[i]. Inopes[k], patrimonij onera ipſa nõ habẽdi neceſſitate non ſuſtinent, & à curialibus res eccleſijs, vel pijs locis donatas, à quartæ præſtatione, ſeu lucratiuorum inſcriptionibus lex facit immunes[l]. Relicta pauperibus non patiuntur Falcidiam[m]. Et legata ad fabricam, vel pro ornamentis eccleſiæ, aut ad diuinũ cultum perpetuum, ſolutioni non ſubiacent canonicæ portionis[n]. Pauperes autem (vt dictum eſt) ſunt Fratres: & quod eis relinquitur, aut in ſua alimenta erogant, aut in fabricam, ſiue in cultum diuinum, & eccleſiæ ornamenta conuertunt. Propter quod nos, qui debemus intelligere ſuper egenum & pauperẽ, & nõ obliuiſci eorum, cum humanitatis ſit etiam ſecularis principis proſpicere egenis, & dare operam vt pauperibus alimenta non deſint[o], non tam piè quàm quodammodo iuſtè in eodẽ articulo egimus, egenos eoſdem (vt præmittitur) reddendo ab onere canonicæ portionis exemptos. Hæc autem (dicta cõſtitutione, quæ incipit: Super cathedram. quam penitus reuocamus, alijſque quibuſcunque conſtitutionibus ſpecialibus, & generalibus ſtatutis, priuilegijs, indulgentijs, ſub quacunque forma verborum conceſſis, etiam ſi de ipſis de verbo ad verbum, vel aliquorum nominibus in noſtris literis oporteret fieri mentionem, conuentionibus, pactis, iuramentis, ſententijs, conſuetudinibus contrarijs, nequaquam obſtantibus[p]) inuiolabiliter obſeruari ſancimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum ſtatuti, denuntiationis, exemptionis, præceptorum, approbationis, iuſſionis, voluntatis, reuocationis, & ſanctionis infringere. Si quis autem, & cætera.

Funeralium nomine qd intelligatur

Falcidia nõ debetur de relictis pauperibus.

Pſal. 40.

Pauperibus ſubueniendum eſt.

Clemens quintus.

¶ *Rex Franciæ & regnicolę per Extrauagantem: vnam ſanctam. ſuprà de maio. & obedien. non amplius ſubijciuntur Eccleſię Romanę, quàm prius erant.*

verbum expoſiti extra 6. lib. de ſtatu reg. cap. vnico. §. fin.

†forte, ſcientia.

a ¶ *Prouocent.*] hic accipitur in bona parte, vt aliàs. ff. de ædil. edic. quod ſi nolit. §. qui mãcipia.

Oſeæ c.4.

b ¶ *Scriptum.*] Oſeæ 4. extra de renũ. c. niſi cũ pridem. §. pro defectu.

Malach. 2.

c ¶ *Labia.*] Malac. 2. & extra de hæret. cum ex iniuncto. verſi. licet.

Pſal. 94.

d ¶ *Epiſcopalis quarta.*] de qua habetur 12. q. 2. conceſſa. & tribus c. ſequentibus.

e ¶ *Ruſtica prædia.*] prædium ruſticum ab vrbano non loco, ſed qualitate ſecernitur. C. de præd. mino. l. ſi prędium.

f ¶ *Non miſereatur.*] argu. C. ne fil. pro pat. auth. habita.

g ¶ *Voluntatem.*] arg. extra de exceſ. præl. nimis. 1. reſponſo.

h ¶ *Triturantis.*] Deut. 26. extra de præb. extirpandæ. 1. reſpon. & 1. Timoth. 5.

i ¶ *Necare.*] ff. de alẽ. & exhib. li. necare.

k ¶ *Inopes.*] auth. de colla. §. nullus autem moleſtetur. coll. 9.

l ¶ *Immunes.*] C. de ſacroſan. eccle. ſancimus 2. auth. de eccle. tit. §. ſi quis verò res. coll. 9.

m ¶ *Falcidiam.*] C. ad leg. Falc. auth. ſimiliter. quæ ſumitur ex authẽ. de eccleſ. tit. §. ſi autem hæres.

n ¶ *Portionis.*] extra de teſta. c. fin.

o ¶ *Non deſint.*] C. de ſacroſan. eccl. priuilegia. in fine.

p ¶ *Nequaquam obſtantibus.*] de viribus iſtorum non obſtantiũ notatur in extrauaganti, rem non nouam. in fi. Ioan. Monac.

CAP. II.

MEruit chariſſimi filij noſtri Philippi regis Francorum illuſtris ſyncerę affectionis ad nos, & Eccleſiam Romanam integritas, & progenitorum ſuorum præclara merita meruerunt: Meruit inſuper regnicolarum puritas, ac deuotionis ſynceritas vt tam regem, quàm regnum fauore beneuolo proſequamur. Hinc eſt quòd nos regi, & regno per definitionem & declarationem bonæ memoriæ Bonifacij Papæ octaui prædeceſſoris noſtri, quæ incipit: Vnam ſanctam. nullum volumus, vel intendimus præiudicium generari. Ned quòd per illam rex, regnum, & regnicolæ prælibati amplius Eccleſiæ ſint ſubiecti Romanæ, quàm antea exiſtebant: Sed omnia intelligantur in eodem eſſe ſtatu, quo erant ante definitionem præfatam: tam quātum ad Eccleſiam, quàm etiam ad regem, regnum, & regnicolas ſuperius nominatos.

Regnū Franciæ Papa fauore proſequitur.

¶Eugenius quartus.

¶Ordinarii non poſſunt ferre cenſuras in ſuos ſubditos pro ſuis negotiis Romam euntes, ibi manentes, aut ab ea recedentes, nec illos priuare beneficiis: quod ſi fecerint, irritum eſt. Et ſi beneficia illorum aliis ſint collata, tam dantes quàm recipientes ipſo facto ſunt excommunicati, & à ſolo Papa abſoluendi.

CAP. III.

DIuina † in eminenti ſedis Apoſtolicæ ſpecula diſponente clementia conſtituti, ad ea libenter intendimus, per quæ officiales prædictæ ſedis obſequijs eius (ad quam veluti fidelium omnium matrē, pro animarum ſalute quærenda & iuſtitia proſequenda, de diuerſis mundi partibus confluit multitudo) tutius & quietius ſe promptiores valeant exhibere: Hinc eſt quòd nos ex certis rationabilibus cauſis moti, etiam nonnullorum prædeceſſorum noſtrorum veſtigijs inhærentes, diſtrictius inhibemus locorum ordinarijs, necnon cōmiſſarijs, & delegatis eorum, cæteriſque vniuerſis & ſingulis quacunque poteſtate & auctoritate præfulgeant, cuiuſcunque dignitatis, gradus, vel præeminentiæ fuerint, ne contra officiales præfatos quocunq; nomine nuncupentur, in noſtris & dictæ ſedis obſequijs nunc, & pro tempore exiſtentes, necnon quoſcunque alios pro ſuis, & eorum cauſis, vel negotijs proſequendis ad ſedem prædictam venientes, ac in ea (durante negotiorum & cauſarum huiuſmodi proſecutione) moram trahentes, & recedentes ab eadem, procedere, aut in eos excommunicationis, ſuſpenſionis, vel interdicti, aut priuationis officiorum, aut beneficiorum, ſeu quamuis aliam ſententiam promulgare præſumant. ¶Nos enim omnes & ſingulos proceſſus, & ſententias contra tenorem & mentem noſtræ inhibitionis huiuſmodi latas, & habitas, & in poſterum habendas, ac etiam promulgandas, & quæcunque inde ſecuta, declaramus nulla, irrita, & inania, nulliuſque extitiſſe, vel exiſtere roboris, vel momenti. Necnon quicquid in contrarium à quoquā, quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter attentatum forſan eſt hactenus, vel inpoſterū cōtigerit attentari, etiā decernimus irritum & inane. Et nihilominus in omnes, & ſingulos ordinarios, & officiales, cōmiſſarios, & delegatos eorum, qui ſe de dignitatibus ac beneficijs eccleſiaſticis quibuſcunq; officialium, aut negotia huiuſmodi apud dictā ſedem proſequentium prędictorum, eos illis forſan priuādo atq; priuatos decernendo, ſeu declarando, vel cuiuſcunq; priuationis prætextu illa perſonis alijs conferendo, ſeu de illis in eos quomodolibet ſe intromittendo, tam in dantes quàm in recipientes excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti latas ſententias promulgamus, quas volumus eos ipſo facto incurrere. A qua quidem excommunicationis ſentētia abſolui nequeant, niſi à nobis, vel per nos deputādis, præterquam in mortis articulo conſtituti. ¶Præmiſſa autem à die affixionis præſentium ad valuas baſilicæ principis Apoſtolorū de Vrbe, ex certa ſciētia quoſcunque ligare volumus & arctare. Non obſtantibus Apoſtolicis, & quibuſcunq; generalibus, aut prouincialibus, aut ſynodalibus concilijs, edictis, cōſtitutionibus, ordinationibus, & Apoſtolicis priuilegijs, per quæ effectus præſentiū impediri poſſet quomodolibet, vel differri, etiam ſi de illis eorumq; totis tenoribus habēda eſſet in præſentibus mentio ſpecialis: & quę pręſentibus volumus habere pro ſufficienter expreſſis, cæteriſq; contrarijs quibuſcūque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę inhibitionis, declarationis, conſtitutionis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ M. cccc.xxxij. octauo idus Martij, Pontificatus noſtri anno ſecundo.

† Vide conciliū Trid. ſeſſio.23. de reform. c. 1. circa finem. & ſeſſio. 24. de refor. c. 11. §. quę verò priuilegio.

Dātes & recipientes q̄doq; æqualiter puniuntur.

¶Ioannes xxij. Magiſtro & Fratribus hoſpitalis ſancti Ioannis Hieroſolymitani.

¶Præmiſſo tenore duarum conſtitutionum, dicit quòd hoſpitalarii ſancti Ioannis ex ſtatuto, conſuetudine, vel priuilegio habentes annalia beneficiorum vacantium, percipere debent portionem, quam haberent beneficia obtinentes, ſi in illis eſſent reſidentes.

CAP. IIII.

EXhibita [a] nobis ex parte veſtra petitio continebat, quòd dudum poſt conſtitutionem [b] per nos editam, qua ſpecialiter & expreſsè cauetur, q̄ habētes annalia in eccleſiis de conſuetudine, priuilegio, vel ſtatuto, qui ratione dictorum annalium fructus primi, vel ſecundi, vel alterius cuiuſcunq; ſequentis anni beneficiorum vacantiū ſibi hactenus in totum vendicauerāt, nihil exinde vltra ſummam, pro qua vnumquodque beneficiorum ipſorum conſueuit in decimę ſolutione taxari, prętextu cuiuſuis priuilegii, cōſuetudinis, vel ſtatuti, quouis modo perciperent; ſed ipſius ſummę perceptione duntaxat deberent eſſe contenti, totali reſiduo prędicta obtinentibus beneficia remanſuro: niſi forſan illi qui fructus illos ſoliti eſſent cum integritate percipere, mallent ipſum habere reſiduum, & obtinentibus beneficia dimittere ſummam memoratam: quo caſu percipiendi quod mallēt, erat eis optio derelicta. Quandam aliam declaratoriam conſtitutionem fecimus, in qua ſpecialiter cauebatur, quòd ſi huiuſmodi beneficium obtinentes in eccleſia, in qua ſpecialiter illud beneficium exiſteret, minimè reſiderent, ad debitum ſeruitium impendendum capitulo eiuſdem eccleſię nihil deberet accreſcere, cum ceſſante cauſa † ceſſare debeat pariter quod vigebat. Quodque ex verbis declarationis huius ſatis innui videbatur: quòd fructus beneficiorum nō reſidentium accreſcere debeant habentibus annalia memorata. Verùm ex eo quòd in declaratione dicta non continetur expreſsè de perceptione annalium beneficiorum vacantium vobis debitorum de prędictis conſuetudine, priuilegio, vel ſtatuto, quo ad fructus nō reſidentium in eiſdem, qui vobis accreſcere debēt, nullum adhuc commodum aſſequi potuiſtis, licet (vt prēmittitur) dicti fru-

a *Exhibita.*]

b *¶Conſtitutionem.*] quæ incipit: Suſcepti. & eſt vna de xx. gloſſatis per Zenzelinū, & poſita ſub tit. de elect. Et inter has reperitur cum gl. Gulielmi de monte Lauduno in titu. ne ſede vacante.

† l. adigere. §. quāuis. ff. de iure pat. c. cū ceſſante. de appel.

Annalium pceptio multiplici iure poteſt competere.

cti fructus capitulo non accreſcant. Quare nobis humiliter ſupplicaſtis, vt quod in huiuſmodi declaratione noſtra tacitè innuitur, declarare expreſſius digneramur. ¶ Nos itaque petitionem veſtram iuri conſonam, æſtimantes, ac propterea in hac parte quieti & indemnitati veſtræ prouidere volentes, præſenti oraculo declaramus, quòd fructus prædictæ eccleſiæ, vel beneficij vacantis, cuius annalia in quibus conſiſtunt; debentur vobis ex priuilegio, conſuetudine, vel ſtatuto, etiam pro ea parte, quæ obtinentibus præbendam, vel beneficium huiuſmodi (ſi in eccleſia vbi illa conſiſtunt perſonalem reſidentiam facerent) deberetur, ſi non reſideant ibidem verè, vel interpretatiuè, vtpote per ſpeciale priuilegium Apoſtolicum, vel aliàs ex cauſa rationabili ab huiuſmodi reſidentia legitimè excuſentur, cum dicta pars (vt præmittitur) capitulo non accreſcat, vobis accreſcere debet ſecundum intentionem, & mentem declaratoriæ memoratæ. Nulli ergo, & cætera, vt ſuprà. Si quis autem hoc, & cætera, vt ſuprà. Datum Auinione Calen. Martij, Pontificatus noſtri anno v.

Petitio iuri cõſona exaudiri meretur.

Beneficiat° à reſidentia faciēda qñque excuſatur,

De pœnis.

¶ Ioannes xxij.

¶ Epiſcopus Caturcen. propter varios exceſſus per ipſum perpetratos, præſertim quia ſedi Apoſtolicę ſuis ſubditis & ſibiipſi iniurioſus fuerat, varias pœnas incurrit, quoniam perpetuę depoſitionis ſententiam meruit, priuatuſque fuit pontificali, ſacerdotali, & alio quolibet officio, & ad perpetuum carcerem condemnatus. Doctrina vtilis hic nobis tribuitur, vt ſcilicet cognoſcamus crimina & exceſſus, quibus prelatus deponi poſſit. Facit ad hoc cap. veritatis. de dolo & contu. & cap. ex literis. & c. tanta eſt clauis Petri. ext. de exceſ. prel. Et niſi antiqui libri hoc capitulum ſub titulo, de pœnis, annotauiſſent, ſub titulo, De exceſſibus prelatorum. poſitum fuiſſet.

CAP. VNICVM.

Diuinis exemplis, quæ noſtrorum debent eſſe actuum regula, patenter inſtruimur, aures noſtras ſubditorum à ſuis præpoſitis oppreſſorum indebitè, & aggrauatorum iniuſtè, non obturare clamoribus, ſed ipſis ipſas potiùs compaſſiuis affectibus inclinare, vt ſi per ſolertis inquiſitionis indaginem clamores huiuſmodi opere † completos eſſe viderimus, liberationis opportunæ remedium ſollicitis ſtudijs apponamus, pœna nihilominus debita punituri in hanc patratorum qualitatem exceſſuum illicitos oppreſſores. Omnipotens etenim Dominus audito † clamore populi ſui propter duritiam eorum, qui operibus præerant, dolentis, ad liberandum eum deſcendit: Et ſummi templi propoſito, qui iuxta nominis interpretationem in vias prauas iniquè diuerterat cõminando, ſic ait †: Expellam te de ſtatione tua, & de tuo miniſterio te deponam. Dudum ſiquidem fama graui, clamore frequenti, & querela flebili ſubditorum deferentibus nobis Hugonem Geraldi olim Caturcenſem epiſcopum, de multiplicatis exceſſibus, oppreſſionibus grauibus, enormibuſque criminibus eſſe reum: nos mala huiuſmodi nolentes ante credere, quàm probare, ſuper illis inquiſitionem per nos & alios fieri fecimus diligentem. Et demum inquiſitionis ipſius viſo & examinato proceſſu, luculenter inuenimus, ꝙ eius fuerat vitioſus ingreſſus, cum per ambitionem nimiam & per abrupta ſimoniacę prauitatis ad pontificalem aſcendiſſet honorem. Progreſſus autem eius (vt execrando conueniret initio) iniurioſus extiterat quo ad tria: Primò videlicet quo ad Apoſtolicam ſedem cui (licet ipſum honoraſſet in multis, & tandem ad Epiſcopalis dignitatis apicem promouiſſet) terga vertens, non faciem, contemptum pro gratia, maleficium pro beneficio, & vituperum retulit pro honore: Appellationibus interdum ad ſedem ipſam ab eo, vel officialibus eius per ſubditos oppreſſos emiſſis nedum deferre contemptibiliter renuens, ſed eas verbo vilipendens, & facto ſuis præcipiendo miniſtris, quòd de appellationibus huiuſmodi non curarent, ac nihilominus appellantes (quibus contrà oppreſſiones debuerat eſſe appellatio ipſa remedium) nunc per captionis iniuriam, nunc per ſpoliationem beneficiorum, & aliàs indebitè affligendo multipliciter, non abſque vitio ingratitudinis violans iuramentum fidelitatis ab ipſo præſtitum dictæ ſedi: nec veritus matris Eccleſiæ tranſgreſſionem apertam, nonnullis quandoque per ſuas patentes literas de vacaturis mandauit beneficijs prouideri, vias ad vacationem eorum aperiens nimis illicitas, & ſuſpectas: pernicioſus etiam fuit & frequens literarum Apoſtolicarum abuſor. Secundò verò quantum ad ſubditos, erga quos non pij prælati, vel paſtoris peregit officium, quinimo tanquam fur improbus, crudeliſque tyrannus ſub pallio charitatiui ſubſidij incuſſis terroribus, violentijs, & iniurijs illatis, doloſis inductionibus, & fraudibus exquiſitis, veluti recurſor iniquus, extorſionibus eos intolerabilibus prægrauando, nunc binas in anno, nũc plures in die, nunc aliàs nimium exceſſiuas & eccleſijs importabiles, vtpotè multiplicato euectionum numero canonibus † diffinito, interdum per ſe, interdum per alios procurationes exigendo, pro libito viſitationis officio quandoque nullatenus, & regulariter non ad fructum correctionis, ſed ad ſaturandæ cupiditatis affectum impenſo, ad alios quęſtus illicitos, & damnatos ſuum exacuit frequenter ingenium, nec de modo, nec de cauſa curauit. Et cum inuenit ſubditos ſuis in hoc reprobandis affectibus non parentes, nec aliàs ab eis exigere potuit concupita, calumnioſas delationes fieri, contra eos lites moueri & diuerſa eis grauamina ſubdolè procurauit pluries inferri. Præterea non citatos legitimè, nec conuictos etiam, aut confeſſos ſuis priuauit beneficijs occaſionem pro cauſa confingēs, non rationem in his, ſed tyrannidem potius proſequens perſonalem. Multa falſa ſcienter inſtrumenta dictauit, per ſuos illa faciens notarios publicari: & vt illis qualem ipſe habuerat ad eccleſias præberet ingreſſum inſtituere ei præſentatos, ſeu inſtitutionis ſuæ eis concedere literas ſæpius renuit, niſi primitus certa ſibi & magna pecunia propter hoc exoluta. Multa eccleſiaſtica beneficia, nunc permutationis prætextu, nunc verò ſimpliciter in ſuis manibus reſignata, modò iure (vt prætendebat) ordinario, modò ſuper hoc (vt dicebat) Apoſtolico munimine indulto, de facto ſcienter contulit interuenientibus fraude, pacto, & ſimoniaca prauitate, ſubiectas ſibi eccleſias occupans, earum redditus vſurpauit: & ſic in ſuis fuit corruptus iudicijs proceſſum eorum & finem in pecuniarum commodum ordinando, quandoque iuſtificans impium, innoxiũ iniuſtè condemnans, ſic & alios corrumpere iudices, pro obtinēda ſuper oppreſſionibus inchoatis iniuſta victoria niſus fuit. Tertiò, quantum ad ſe, vt qui ſibi nequam exiſteret, nulli alij bonus eſſet: ſuæ nanque famæ prodigus ſe periurijs patenter inuoluit, irregula-

gula-

† Gen. 18.

† Exodi ca. 3.

† Eſa. 22.

Prælati nõ debent eſſe creduli.

Appellatio eſt remedium contra oppreſſiones.

Prælatus erga ſubditos paſtoris officium peragere dēt.

† Vide cõcilium Lateraň. ſub Alexandro iij. cap. 4. Concilium Later. ſub Innocentio iij. c. 33. Cõciliũ Oxonienſe cap. vt ſingula. & cõcilium Trid. ſeſſio. 24. de refor ma. c. 3.

gularitatisq; laqueis irretiuit, & (quod referre pudet) in corpus ſuum fornicando peccãs ꝑ continuatũ incõtinentię vitiũ, quo ſe dudũ fędauerat, põtificali poſtea decoratus honore, in ſua ponere gloria maculã, & fęmora ſua nõ erubuit mulierib. inclinare. In his quidem eius ſit reprehẽdi ingreſſus, ſic ſcãdaloſus, pernicioſus exẽplo progreſſus; vt vitio hmõi ſiue culpis neſcius finẽ imponere, & ꝑiculoſus egreſſus, cũ adeo foret in ipſo habituata malitia, ꝙ (remanente ſibi ad ſolita facultate) in iniquitatis opere voluntatis ſibi deficere minimè ſperaretur. Propter qđ ne prioribus peius committeret, illud ſolum æſtimamus ſalubre remedium, vt quod velle nõ poteramus auferre, eriperemus vel poſſe. ¶Nos itaque ſuper præmiſſis & pluribus alijs eius nefandis exceſſibus cum fratribus noſtris ex ſano conſilio deliberatione cohabita diligẽti, in præfatum Hugonem Geraldi, qui ſe omni honore, ac dignitate reddidit tam indignum, quique ob ſuas iniquitates ne præſit eſt abiectus à Deo, ſuis ligatum peccatis omnique honore ac dignitate põtificali iam priuatum à Domino, de conſilio omnium & ſingulorum fratrum ipſorum ꝑpetuæ depoſitionis ſentẽtiam duximus promulgandam: Põtificali eum & ſacerdotali, & alio quolibet officio priuantes, & ad perpetuum carcerem cõdemnantes: vt ibi committendis ceſſantibus, agat pęnitentiam de commiſſis. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtræ promulgationis, & condemnationis infringere, vel ei auſu temerario cõtraire. Si quis aũt hoc attentare præſumpſerit; indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Auinione xv. Calen. Iunij, Pontificatus noſtri anno ij.

De pœnitentijs, & remiſſ.

Bonifacius Octauus.

¶Centeſimo quoque anno viſitantibus baſilicas Petri, & Pauli Apoſtolorum pleniſſima peccatorum venia conceditur.

CAP. I.

ANtiquorum † habet fida relatio [a], quòd accedẽtibus ad honorabilẽ baſilicã [b] principis Apoſtolorum [c] de Vrbe [d], conceſſæ ſunt magnæ remiſſiones & indulgẽtiæ peccatorũ [e]. ¶Nos igitur qui iuxta officii noſtri debitum ſalutẽ appetimus, & procuramus libentius ſingulorum, huiuſmodi remiſſiones, & indulgentias omnes, & ſingulas ratas, & gratas habentes [f], ipſas auctoritate Apoſtolica confirmamus, & approbamus, & etiam innouamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. ¶Vt autẽ beatiſſimi Petrus & Paulus Apoſtoli eò amplius honorentur, quò ipſorum baſilicæ de Vrbe deuotius fuerint à fidelibus frequentatæ, & fideles ipſi ſpiritualium largitione munerum ex huiuſmodi frequentatione magis ſenſerint ſe refertos [g]: Nos de omnipotentis Dei miſericordia, & eorundẽ Apoſtolorum eius meritis, & auctoritate confiſi de fratrum noſtrorum conſilio, & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis, omnibus in præſenti anno milleſimo trecenteſimo à feſto Natiuitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti præterito proximè inchoato, & in quolibet anno centeſimo ſecuturo, ad baſilicas ipſas accedentibus reuerenter verè pœnitẽtibus & confeſſis [h]: vel qui verè pœnitebunt, & confitebuntur [i] in huiuſmodi præſenti, & quoli-

ANtiquorum. ¶Hæc epiſtola ſatis groſsè fuit compoſita. Et habet ſex partes. Primò, ſuper remiſſionibus & indulgentijs conceſſis accedentibus ad eccleſiam principis Apoſtolorum de Vrbe fidã antiquorum relationem commemorat. Secundò, §. *Nos igitur.* remiſſiones & indulgentias huiuſmodi confirmat, approbat, & innouat. Tertiò, §. *Vt autem.* accedẽtibus ad eccleſias beatorum Apoſtolorũ Petri & Pauli de Vrbe. verè pęnitentibus & cõfeſſis pleniſſimam indulgentiã peccatorum dat. Quartò, §. *Statuẽtes.* qđ pro indulgẽtia prædicta dictis verè pęnitentibus & confeſſis fieri oporteat ſtatuendo taxat. Quintò, §. *Vnuſquiſq; tamen.* antipophorizat. Sextò, §. *Nulli.* inhibẽs præmiſſa non infringi, vult, vt ſecus facientes maledictionem incurrant.

a ¶*Relatio.*] ad quam recurrendum eſt in antiquis. ff. de leg. 3. ſi chorus. §. 1. extra de proba. cap. cum cauſam.

Baſilica qđ eſt.

b ¶*Baſilicam.*] id eſt eccleſiam. extra de relig. dom. c. 1. 6. q. 7. omnes baſilicæ. Et propriè eſt domus regia, vel palatium regis: ſed modò per tranſlationẽ dicitur eccleſia: quia eſt palatium ſummi regis.

c *Apoſtolorum.*] id eſt beati Petri, qui primatum habuit, & ſucceſſores ſui in Eccleſia Dei 21. diſt. in nouo.

d ¶*De Vrbe.*] loquitur vulgariter: nam loquendum eſt vt plures. argu. extra de transla. epiſ. inter corporalia. §. ſed neque. nam re vera eccleſia ſancti Petri, non eſt in Vrbe, ſed in ciuitate Leonina. & minus eccleſia ſancti Pauli, de qua etiam dicitur, quòd non eſt in continẽtibus ædificijs. Quid autem importet hoc nomen, Vrbs, villa, ciuitas. not. extra lib. 6. de ſent. excõ. ſi ciuitas.

e ¶*Peccatorum.*] id eſt pęnarum pro peccatis debitarum. ſic ponitur 2. Machab. 12. in fi. ibi, ſancta & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis ſoluantur.

f ¶*Habentes.*] per hanc ratificationem & confirmationem non ratificantur niſi legitimè conceſſa. extra lib. 6. de reſcrip. ſi gratioſè. §. fin. extra de elect. dudum. 2. §. penult.

g ¶*Refertos.*] nõ refectos, quia refectio propriè eſt corporis, ſed refertio eſt propriè mentis; vñ dic refertos, id eſt plenos, benè fartos, obeſos, ſeu craſſos. Et deſcẽdit refertus de refercio, cis, quod componitur de re & farcio, cis. Ioan. Monachus.

h ¶*Et confeſſis*] qui eſt verè pęnitens & confeſſus, habet veniam culpæ, quam ſolus Deus in contritione remittit, quę nõ datur niſi correcto. extra lib. 6. de reg. iur. peccati venia. & pęna æterna debita pro culpa mortali commutatur à Deo in pęnam temporalem. Nam ſicut culpa reſpectu illius in quem commiſſa eſt, fuit infinita, ſic & pęna debet eſſe infinita, cuius infinitas tollitur per remiſſionem culpæ. Seu quãta remaneat, ignorat miniſter Dei, qui in pęnitentiæ ſacramẽto aliquam portionem illius pęnæ remittit. vnde miniſter Dei poſt præmiſſa arbitratur de pęna, quã credit ſupereſſe ad arbitrium ſuum, & ſic intelligitur ꝙ omnes pęnitentiæ ſunt arbitrariæ. 16. q. 7. tempora. extra de pęni. & remiſ. quęſitum. & c. ſeq. Tanta tñ poſſet eſſe cõtritio cõfitentis, ꝙ nedum culpa, ſed pęna prorſus tolleretur: verũ quia hoc eſt dubium apud homines, miniſter Dei præſertim vicarius Chriſti & ſucceſſor Petri iſtam pęnam certis de cauſis vt hic, & in voto vltramarino, & quibuſdam alijs commutat in certos act⁹ ſatisfactorios. Sed pone: iſte miniſter minus diſcretè, ſeu ſine cauſa legitima taxat: nunquid confeſſus ad plus tenebitur? Dic ꝙ ſic, vt ſuppleatur quod de iure deficit. ff. de re iud. l. 4. §. ſi quis condemnatus. & hoc requirit virtus diuinæ iuſtitiæ. manet ergo Petri iudicium, vbicunque ex ipſius æquitate fertur iudiciũ. 24. q. 1. manet. 11. q. 3. tũc vera. eſt enim ſibi commiſſum diſpenſare, 1 id eſt diſcretè penſare, non diſſipare. ff. de offic. procu. Cęſa. l. 1. nec nego, quin ſit abſolutus, ita ꝙ pęna æterna commutata eſt in temporalẽ, quia hoc video in eo qui non eſt miniſter. extra de elect. dudum 2. Et ibi eſt abſolutus non propter ſacramentum fidei, ſed propter fidem ſacramenti: ſed indiſcretio miniſtri in hoc ſe onerantis vel mei confitentis à debita pęna temporali me non releuat confitentẽ. Et dic, cõfeſſis ꝓpoſito & facto.

i ¶*Confitebuntur.*] facto. ſunt tamẽ confeſſi ꝓpoſito, aliàs nõ ſunt filij Dei, ſed inimici. Tu dic; cõfitebunt & ꝓpoſito & facto. Sed cũ opa viua ad vitã ęternã valeant, & mortificata viuificari poſſint, dic qualiter opera mortua vt labor itinerationis hic expſſus in mortali peccato fact⁹ poſſit ꝓdeſſe ad remiſſionẽ pęnarũ ꝓ peccatis debitarũ licet poſt laborẽ hmõi ſit verè pęnitẽs & cõfeſſus. Et notãdũ: 2 ꝙ ad hoc ꝙ indulgẽtiæ valeãt, quatuor principaliter reqrunt, & quintũ ẽt huic ꝓpoſito poteſt addi rõne materiæ. Requiruntur. n. auctoritas in cõcedente, idoneitas in recipiẽte. pietas in fine, vtilitas in opere, & quintum quod addi poteſt, congruitas in tẽpore.

Peccati pœna debet eſſe infinita.

Qualiter ĩtelligatur, qđ pœnitentiæ ſunt arbitrariæ.

† Vide doctores ſcholaſticos libro 4. ſen. diſt. 19. 20. & 21. inde enim ſient aperta, quæ tradũtur in textu & gl. adde Roffenſem contra Lutherum. ar. 17. & aliquot ſequentib.

1 Diſpenſare vnde dicitur.

2 Indulgentiæ vt valeant. quot requiſita exigantur, vid B. Thomã in quæſtionib. additis ad 3. par. q. 25. art. 2.

Primò ergo requiritur auctoritas in concedente, quæ typica eſt,& principalite r reſidet in ſummo Pontifice:ſicut enim videmus quòd in corpore naturali vnicum eſt caput,in quo poſiti ſunt omnes ſenſus,ſic in corpore myſtico quod eſt Eccleſia, eſt ponere caput vnum habens plenitudinem poteſtatis: Hoc enim ſic eſſe voluit ordinatio diuina. Et huic concordat ratio recta,voluit namque diuina ordinatio,quòd Eccleſia militans repreſentaret Eccleſiam triumphantem. de quibus not̄ s.6.lib.de elect. fundamenta. Vnde Ioan.in Apocaly. Vidi,inquit,Hieruſalem deſcendentem de cęlo:quia Hieruſalem terreſtris,hoc eſt Eccleſia militans, exemplificata eſt & formata ad inſtar cęleſtis Hieruſalem, quæ ſurſum eſt, quæ eſt mater noſtra: videlicet Eccleſiæ triumphantis. Ibi autem ſecundùm beatum Dionyſium nouem ſunt ordines angelorum ſub triplici hierarchia diſpoſiti. Et eſt ordo ſub ordine, & tandem omnes ſub vno capite quod eſt vnus Deus. & ſi ibi velimus ampli⁹ aſcendere, inueniemus qđ pluralitas diuinarū perſonarū reducitur ad vnitatem eſſentiæ, rationem illius ordinis diuina ſapientia in Eccleſia militante voluit exemplari. Vnde in Iob dicitur: nunquid noſti ordinem cæli,& ponis rationem eius in terra? Si autem in Eccleſia militante eſſet ponere duo capita de pari ſe habentia, quorum vnum alteri minimè ſubderet̄, non eſſet ratio cęleſtis ordinis congruēter in ea poſita. Sed tunc ratio cęleſtis ordinis propriè & perfectè in terra ponitur,ſi cuncti gradus prælationum & principatuum ſub vno capite collocentur,& ei obediant, & ſubdantur. huiuſmodi autem eſt ſolus Romanus Pontifex vicarius Chriſti, & ſucceſſor Petri: cui in huiuſmodi deſignationem dictum eſt à Domino, tu vocaberis Cephas, quod interpretatur caput.Huic etiam veritati concordat ratio recta. Nam ſecundùm Proculum,omnis multitudo reducitur ad vnitatem. Et ſecundùm Philoſophum, in vnoquoque genere eſt reperire vnum primum & ſupremum, quod eſt menſura & regula omnium aliorum in illo genere contentorum. Et alibi,monadem ſequitur dyas.Oportet igitur quòd multitudo hominū reducatur ad vnum, & in genere hominum ſit reperire vnum hominem primum,qui ſit ſupremū in illo genere, qui ſit menſura & regula omnium aliorum hominum: huiuſmodi autē eſt Romanus Pōtifex,qui eſt inter omnes homines ſupremus, exiſtens menſura & regula directiua omnium aliorū, cui plenè omnes catholici ſimpliciter ſunt ſubiecti. Ad vltimum autem intantum ſe extendit iſta ſubiectio, ꝙ quando plenitudo gentium intrauerit,vt omnis Iſrael ſaluus fiat, ſicut dicit Apoſtolus Ad Romanos 11.c. Tunc omnes nationes orbis terrarum huic vnico capiti ſubijcientur & obedient. Et tunc implebitur illud quod ait Saluator in Ioan. Erit vnum ouile, & vnus paſtor. Sicut ergo in corpore materiali eſt ponere caput vnum, in quo ſunt omnes ſenſus, ſeu plenitudo ſentiendi, ſic in Eccleſia militante (ne ſit tanquam corpus monſtruoſum ſi duo haberet capita) eſt tantum ponere vnum caput,videlicet Romanum Pontificem, in quo eſt plenitudo poteſtatis & auctoritatis, quam ſi quidem poteſtatem contulit ei Dominus quando beato Petro dixit, Quodcunque ligaueris ſuper terrā erit ligatum,&c.& quodcunque ſolueris,&c. Ipſe autem Romanus Pontifex eſt,qui conceſſit iſtam indulgentiā, & in ipſo (vt iam oſtenſum eſt) plenitudo reſidet poteſtatis. Et ſic patet primum,videlicet ꝙ eſt auctoritas in concedente. Secundum eſt idoneitas in recipiente.Nam ſecūdùm philoſophum, Actus actiuorum ſunt in patiente diſpoſito.Nam theſaurus Eccleſiæ non applicatur niſi ei qui eſt membrum Eccleſiæ.11.q.3.nihil ſic debet.23.q.4.ſi quis à catholica.Et certum eſt ꝙ remanente culpa nō remittitur pœna: quia ſecundū Auguſtinum non dimittit Deus dedecus culpæ ſine decore iuſtitiæ. Si autē manente culpa remitteretur pœna, eſſet dedecus culpæ ſine decore 1 iuſtitiæ,& ſic eſſet aliquid inordinatum in vniuerſo: qđ diuina ſapientia nō permittit.arg. in authen.de hæred. & falci. §.inordinatum.colla.1. Oportet ergo quòd capax indulgentiæ ſit purgatus à culpa, quod fit in contritione. ille ergo eſt habilis indulgentiam recipere, qui eſt verè pœnitens & confeſſus. Et hoc tangitur in forma indulgentiæ, cum dicitur quòd verè pœnitentibus & confeſſis:hæc indulgentia ſit conceſſa, non alijs. argumen. C.de re milit. cum allegatis.lib.12. extra de appella.paſtoralis.in fine. Tertiò requiritur pietas in fine, hoc eſt honor Dei & exaltatio fidei: in omni enim conceſſione indulgentiarum eccleſiaſticarum finaliter debet attendi,vt per hoc Deus honoretur, & fides exaltetur catholica. Quartum eſt vtilitas in opere,hoc eſt,quòd opus quod pro indulgentia obtinenda imponitur, ſit vtile & ordinabile ad finem prædictum, ſcilicet ad honorem Dei, & exaltationem fidei. Circa quod aduertendum eſt, quòd in conceſſione indulgentiæ non attenditur quantitas operis: indulgentia enim

Hieruſalem eſt & terreſtris & cęleſtis.

Cephas dicitur caput.

Indulgentia ſolis idoneis conceditur.

1 Aliàs, pudore.

Indulgentia eſt concedēda in honorē Dei & exaltationem fidei.

principaliter reſpicit gratiam, non meritum; aliàs non diceretur indulgentia. Si enim quis offendiſſet regem, vel principem, ita quòd propter offenſam huiuſmodi mereretur ſecundum legem patriæ manu, vel pede truncari,& vt liberaretur à tali pęna quam meruit,offerret principi duo,vel tria milia florenorum,talis liberatio remiſſio dici non mereretur,ſed potius redemptio & quædam commutatio. argu. ff. de contrahen. emptione. l.1. Si autem rex condonaret ei pęnam huiuſmodi liberaliter, vel ei pro pęna vitanda aliquid leue imponeret, tunc talis liberatio remiſſio vocaretur: ergo indulgentiæ eccleſiaſticæ principaliter reſpiciunt gratiam, non meritum; meritum dico proprium, reſpiciunt tamen meritum alienum,ſcilicet meritum Chriſti, imo ſuper illud fundantur, & ex illo ſumuntur. Paſſio namque Chriſti exceſſiua fuit, vnde & exceſſus vocatur in Luca: vbi dicitur quòd in transfiguratione Chriſti apparuerunt Moyſes & Helias cum eo, & dicebāt exceſſum,quem completurus erat in Hieruſalem,vnica enim gutta ſanguinis tā pretioſi ſuffeciſſet pro redemptione totius mundi. Nam propter coniunctionem humanitatis cum diuinitate, quantulacunque paſſio Chriſti, perpeſſa pro redemptione noſtra, habebat pretium infinitum. Noluit autē Chriſtus ꝙ exceſſus iſte fruſtra fuiſſet, & quòd de nihilo nobis ſeruiret: ſed voluit quòd eſſet theſaurus eccleſiæ per ſuum vicarium Romanum Pontificem pro fidelibus loco & tempore diſpenſandus.diſpenſatur autem cum eis,cum indulgentiæ conceduntur. Nam propter vnionem capitis & membrorum, meritū capitis attribuitur & applicatur membris, & quia ſic per alienum meritum non per proprium meritum liberantur à pœna, ideo quantùm ad ipſos talis liberatio dicitur remiſſio, ſeu indulgentia, licet quò ad Chriſtum qui hoc nobis meruit,vocetur redemptio copioſa.vnde in Pſalm. Apud Dominum miſericordia,& copioſā apud eum redemptio.Nec eſt timendum ſeu phantaſticè opinandum,quòd per talem diſpenſationem theſauri, quæ fit in collatione indulgentiarum,præfatus theſaurus in aliquo minuatur: Nam ſi omnes catholici vtriuſque ſexus per vniuerſum orbem diſperſi, in hoc anno centeſimo pro hac indulgentia obtinenda venirent ad vrbem, & perfectè præfatam indulgentiam obtinerent,tota omnium indulgentia in minori proportione ſe haberet ad theſaurum, ex quo ſumitur,quam ſit proportio vnius guttæ aquæ ad totū oceanum, vel vnius grani millij ad montem ſancti Bernardi. quia finiti ad finitum eſt proportio aliqua: finiti verò ad infinitum nulla: propter infinitatem enim ſuam præfatus theſaurus ex diſpenſatione ſua nō diminuitur,nec decreſcit. Verſus:

Mille licet ſumant,deperit inde nihil.

Quia ergo indulgentiæ reſpiciunt principaliter gratiam, non meritum proprium: ideo in indulgentijs conferendis non attenditur principaliter quantitas operis. vnde in præſenti indulgentia, Romanis, qui viſitando Apoſtolorum baſilicas ſatis parum laborant, pleniſſima conceditur indulgentia, ſicut eis qui de vltimis Galliæ, Angliæ, Scotiæ, Hiberniæ, Hiſpaniarumque finibus accedunt cum magnis laboribus & expenſis. Attenditur ergo in iſtis indulgentijs conferendis principaliter non quantitas operis, ſed genus operis: hoc eſt dictum, quòd opus quod pro dicta indulgentia obtinenda imponitur, ſit opus tale, quod ordinetur ad finem præfatum in collatione indulgentiarum intentum, qui eſt videlicet honor Dei, & exaltatio fidei, & primatus Eccleſiæ in vrbe exiſtens.

Peregrinatio veró ad præfatas beatorum Apoſtolorum baſilicas,ad honorem Dei,& exaltationem fidei,vt plurimum ordinatur: per hoc enim quòd ex tali peregrinatione ſancti Apoſtoli honorantur,Deus in ipſis ſe reputat honorari. ipſi enim pro Chriſti honore conſeruando & dilatando, ſeipſos expoſuerunt ſupplicijs in vita pariter & in morte: ipſe autem Dominus ſe honorantes honorare decreuit: vnde dicit in 1. lib. Regum 2. c.Quicunq; honorificauerit me, glorificabo eum: qui autem contemnunt me,erunt ignobiles.Ex hac enim peregrinatione fides catholica non modicum exaltatur,eo quòd ex omnibus Chriſtianitatis finibus fideles confluunt ad ortū fidei,ad baſilicam videlicet ſancti Petri, Nunc cernit apertiſſimè beatus Petrus orationem illam exauditam, quam Chriſtus ad patrem ſuum fudit pro eo dicens: Ecce rogaui pro te, vt non deficiat fides tua.videt.n.ꝙ vndique cateruatim ruunt fideles populi ad ipſius baſilicam,fidem catholicā profitentes, vnde fit videlicet ꝙ eius fides ſecundum Chriſti rogationem non deficit, ſed magis proficit manifeſtiſſimis incrementis. Olim verū eſſe poterat ꝙ Bernardus dicit. An nō limina Apoſtolorum magis ambitio q̄ deuotio terit? ſed tunc econtrario poteſt dici, ꝙ deuotio nō ambitio limina Apoſtolorū terit,& eorū baſilicas frequentat,ſeu frequētare facit.O q̄tum credendū eſt beatiſſimos Apoſtolos exultare cernētes ſuas baſilicas à

populo

Remiſſio differt à redemptione.

Indulgentia ſuper Chriſti meritum fundatur.

Theſaurus Eccleſię per diſpenſationem eius nō minuitur.

Indulgentia tanta conceditur Romanis quanta venientibus à remotis.

Fides Petri nō deficiet.

populo Chriſtiano cũ intenſo feruore fidei populoſius & frequentius quàm ſolerent,& vrgente deuotione populi accedẽtium ordine non ſeruato,impetuoſius frequentari, non fuit à diebus antiquis tanta deuotio , nec tantus fidei feruor in populo Chriſtiano,ex quo gaudent non ſoli Apoſtoli, ſed totus etiam cęleſtis exercitus,& cõfunditur diabolus & angeli eius. Sic igitur patet veritas & ſoliditas huiuſmodi indulgentię,in quam ſic excellentiſſimè confluunt quatuor cauſæ prædictæ : quæ ad hoc ꝙ indulgentiæ valeant principaliter requiruntur. Quintum quod poteſt adijci,eſt congruitas ex tempore conceſſa. Eſt enim hæc indulgentia in tempore congruo, videlicet in anno Iubileo.In Leuitico ſiquidẽ legitur,ꝙ annus qnquageſimus erat Iubileus,in quo ſecundùm legis præceptum clangebant tunc tubis,& remittebantur debita.hic legalis Iubileus typicus erat,& verum Iubileum , qui in aduentu Chriſti ſumpſit initium,figurabat. Ad hoc enim Chriſtus venit, vt remiſſionem & indulgentiam prædicaret ſpiritualium debitorum,videlicet peccatorum,vnde ipſe per Eſaiam dicit, Eſa. 61. c.Spiritus Dñi ſuper me:eo quòd vnxerit me: ad Euãgelizandum pauperibus miſit me. Et ſequitur, vt prædicarem captiuis indulgẽtiam.Ecce tuba prædicationis, Ecce indulgentia ſiue remiſſio debitorum. Et in exordio prædicationis ſuæ ſic orſus eſt : Pœnitentiam agite : appropinquabit enim regnum cœlorum. in quo verbo forma & efficacia præſentis indulgentiæ continetur. hæc enim indulgentia ſolis pœnitentibus & confeſſis conceditur : & eis regnum cœlorum propinquiſſimum eſſe facit. Et quia Chriſtus in ortu ſuo ſecundùm communẽ curſum humanæ naturæ fari nõ poterat;ideo in Iubileo iſto clangentes pręmiſit, vt dicitur in Luca ſecundo c.Facta eſt cum Angelo multitudo militiæ cæleſtis laudantium Deum & dicentiũ, Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus, &c. Quandiu enim eſt in peccato aliquis,non eſt ei pax cũ Deo:quia ſecundũ Eſaiam c.48. Nõ eſt pax impijs,dicit Dominns:remiſſa culpa,remanente pœnę debito, nondũ eſt pax perfecta:ſed vtroq; remiſſo pleniſſima pax hominibus habetur cum Deo: quod per iſtam indulgentiã obtinetur. A Natiuitate igitur Domini noſtri Ieſu Chriſti;in qua verus Iubileus incepit,quilibet ſequens annus quinquageſimus vocari põt rectiſſimè Iubileus. Quòd autem ſummus Pontifex non in anno quinquageſimo ſed in centeſimo indulgentiam iſtam concederet (ſicut ego ex ore ipſius audiui) duplex ratio mouit eum: Primò,quia vulgatum eſt,ꝙ talis indulgentia in annis centeſimis à natiuitate Chriſti olim concedi ſolebat. Et quia,vt dicit commentator, Sermo qui famatur ab omnibus,non eſt omnino falſus. Et quia iſtud ſic publicè famatum erat & vulgatum: noluit ſummus Pontifex ꝙ hoc anno centeſimo in tempore ſui regiminis ſecundùm curſum temporis accedẽte populus Chriſtianus hoc munere fruſtraretur. Alia cauſa fuit:quia ob fauorem indulgentiæ tranſmarinæ,quæ ſimilis huic extitit,hanc indulgentiã non in anno quinquageſimo,quia frequenter euenit, ſed in hoc centeſimo concedere voluit & deinceps in quolibet anno centeſimo ſecuturo, eo ꝙ periodus humanæ vitæ annum centeſimũ (niſi in pauciſſimis)non tranſcendit. Ad hoc etiã adduci poſſunt aliæ congruentiæ,ex quibus ſequẽtes aſſumo. Prima eſt, quia per iſtam indulgentiam,quæ verè pœnitentibus, & confeſſis conceditur,duplex indulgentia,culpæ videlicet & pœnę habetur:& ideo congruè non in quinquageſimo,qui ſimplicẽ remiſſionem denotat,ſed in centeſimo conceditur, qui duplicem continet Iubileum. Secunda congruentia eſt,quia ſecũdùm Bedam & Hieronymum numerus centeſimus tranſit à leua ad dexteram,ſicut etiam dicit glo.ſuper illud de parabola ſeminis: Aliud cecidit in terram bonam,& attulit fructum, aliud quidem triceſimum, aliud ſexageſimum, aliud centeſimum. Quando autem aliquis migrat ab hoc ſeculo purgatus à culpa,ſed non liberatus à pœna:non tranſit à leua ad dexteram, ſed à pœna præſenti tranſit ad pœnam purgatorij, ſed quãdo migrat liberatus à culpa & pœna,tranſit à leua ad dexteram. Et quia præſens indulgentia ſic diſponit hominem,vt ſi pœna adempta decedat, tranſeat abſq; medio à leua præſentis aduerſitatis ad dexteram æternę felicitatis;& idcirco in anno centeſimo congruè conceditur; qui quidem cẽteſimus eſt numerus tranſiens à leua ad dexteram,ſicut dixi. Tertia,quoniam ille Iubileus de quo agitur Leuit. 25. redire faciebat tẽporalia,ſed iſte ſpiritualia: & ideo nõ eſt mirum ſi duplicetur tempus. Quarta,hæc indulgentia pleniſſima per numerũ magis perfectum,vt eſt centenarius,debuit deſignari: pro tanto, quia vſque ad ipſum fit aſcenſus per continuam adiectionem vnitatis ad præcedentem numerum: & vltra ipſum tali modo non proceditur,ſed fit regreſſus ad principium numeri, ſcilicet ad vnitatem. Et vlterius tali modo vſque ad alium centenarium fit proceſſus, quod nõ eſt in aliquo numero. Quinta, quadrageſima. Eſt numerus abundans,reddens in ſua abundantia quinquageſimã.Et eſt duplex quadrageſima.vna deletiua mali , vt vulgaris: alia operatiua boni, vt illa quæ eſt inter Paſcha & Aſcenſionẽ Dñi. & per has duas quadrageſimas homo habens gratiam in duabus quinquageſimis abundat. Et per hanc in centeſimo abũdanter in gloria creſcit. Et dic arg. ꝙ iſte textus non dat liberationem puram, ſed ſub conditione: & quando aliquid eſt conceſſum ſub conditione, non reſpicit tempus ipſius conceſſionis,ſed conditionis exiſtentis.ff. de condi.& demonſt.l.eum qui. & ibi not. ff. de leg.2. l. non oportet.& ideo in hac conceſſione reſpiciam non tempus cõceſſionis ipſius,ſed conditionis exiſtentis. Et ꝙ hic ſit conditio,liquet ſic : quia hæc dictio, qui, iuncta cum verbo futuri temporis,conditionem importat.ff.de leg. 1. Stichum.ff.de auro & arg.leg. Quintus. Et tunc ad arg.hic non conſequitur quis indulgentiam ex operibus mortuis,vt concludit arg.ſed ex exiſtentia conditionis, vt eſt oſtenſum. vnde conſiderato opere,quod eſt virtuoſum de genere,& ab agente ſit pia & recta intentione ſecundùm dictamen rectæ rationis, quo ad bonũ homo naturaliter inclinatur: tale opus poteſt dici aliquo modo viuum & meritorium,licet non perfectè,ſaltem merito congrui, licet non merito condigni. Et pro tali opere dari poteſt indulgentia,cum fuerit diſpoſitus per pœnitentiã ſubſequentem. Sed ponamus ꝙ Papa alicui exiſtenti in gratia concedat indulgentiã ſine cauſa rationabili non facienti opus bonum,pro quo eſt indulgentia meritò cõcedenda,quæritur, vtrum valeat? Videtur ꝙ ſic: quia Papa habet plenitudinem poteſtatis,nec habet ſuperiorem,quem ſequi debeat,& à quo debeat regulari:ergo ſi det ſibi indulgentiam, tenet, & valet ei cui datur,quia capax eſt: ſed Papa qui oĩa & præcipuè maiora agere debet cum diſcretione & ſecundùm iudicium rectæ rationis,peccat in ſic concedendo. Sed dicendum ꝙ licet Papa habeat plenitudinem poteſtatis quantùm ad omnia bona eccleſiaſtica,temporalia & ſpiritualia, non habet tamen illam vt dominus, ſed vt miniſter & diſpenſator domini principalis: vnde licet non habeat ſuperiorem in terris, eum tamen habet in cœlis. Et ideo diſpenſatio talium bonorum ab eo non debet fieri niſi in illis caſibus,in quibus veriſimiliter apparet, quòd dominus,cuius ſunt huiuſmodi bona, conſenſum adhiberet,vt poteſtas ſuper ratione reſtringatur. 11.q.3.illa. Conſtat autem ꝙ Deo non placet, ꝙ tanta bona ſua ſine cauſa rationabili concedantur : & ideo talis conceſſio non valet. Quamuis ergo ille,qui eſt verus dominus alicuius rei,ſi illam det alicui ſine cauſa rationabili poteſt tenere talis donatio, quia fit de conſenſu domini: non meretur tamen donans,nec agit fructuosè,ſed potius peccat,quia cũ quilibet ea quæ agit, teneatur agere ſecundùm iudicium rectæ rationis: & qui ſic agit,fructuosè agit & meretur, oportet quòd quicunque agit contra iudicium rectę rationis,peccet. Item quæritur,quidam in bono ſtatu fecit partem iſtorum dierum: & ante completionem labitur in mortale peccatum:& tandem illis diebus completis ante annum confitetur, an habeat indulgentiam? Dic quòd non, quia dicta verba reſpiciunt peccata commiſſa non committenda. Nam indulgentia iſta completa dat remiſſionem pęnæ,ſi adſit vera commiſſio & pęnitentia intra hunc annum, quibus remittitur culpa effectiuè per ſolum Deum, ſacramentaliter per ſacramentum pœnitentiæ:& miniſterialiter per miniſterium debitum Eccleſiæ: & indultum non reſpicit futuras pęnas,ſed præteritas.arg.extra de conſue.cap.ex parte. Item hæc tota indulgentia per xv.dies facta commutat pęnas omnium peccatorum aliàs debitas in hũc laborem: & ſic hęc indulgentia non reſpicit culpas commiſſas poſt iter peregrinationis arreptum,ſed ante. Secus dicerem in tali caſu: Confiteor in ſpeciali quæcunque ſcio,& in generali de alijs:dolens ſuper eo,ꝙ alia quæ commiſſi neſcio reminiſci: tandem ſum memor vnius peccati grauis: iſte (vt habetur 4.ſententiarum) de iſto peccato poteſt habere purgationem poſt mortẽ,qđ nõ eſſet,ſi nõ eſſet verè cõfeſſus:& ſic vera confeſſio hoc caſu tollit pęnã. Nec obſtat ꝙ ſciens & memorans de peccato, illud tenetur confiteri: ergo non eſt plenè confeſſus. Dic ꝙ peccatum eſt remiſſum: ſed fit iteratò confeſſio ſpecialis, ne videatur contemptus. nam poſtquàm ſcit, nec confitetur: ex ſuo contemptu nouo ligatur. extra de ſent.excommu. per tuas.§. nos igitur. vnde ſicut verè contritus habet remiſſionem culpæ,habens propoſitum confitendi poſtea, & ſi non confiteatur cum poteſt peccat:ſic confitens in genere de neglectis, & poſtmodum reminiſcẽs, tenetur ad confeſſionem: primò tamen erat remiſſio culpæ,& per conſequens pęnæ per hanc indulgentiam. Item quæro: Aliquis fuit verè pęnitens & confeſſus ante iſtam indulgentiam, & multa fuerunt ſibi iniuncta

Annus Iubileus typicus verum iubileum figurauit.

Pax non eſt impijs.

Annus Iubileus non ſine cauſa fuit centeſimo quoque anno.

Vitæ humanæ periodus centum annos non trãſcendit, niſi in pauciſſimis.

Numerus cẽtenarius eſt perfectus.

Quadrageſima eſt duplex.

Indulgẽtia alicui conceſſa ſine cauſa an valeat.

Indulgẽtia anni iubilei per culpam ſequẽtem impeditur.

iuncta (nec loquor de iniunctis tangentibus partem, vt in furto : quia hoc hac indulgentia non remittitur. Nam licet Deus per veram contritionem & confeſſionem dimittat peccatum, damnum tamen vel iniuriam illatum ſeu illatam homini non dimittit. Sic enim Deus & quilibet alius gratiam debet facere, vt ius alterius non abſorbeat. arg. C. de emanci.lib.nec auus.ff.ne quid in lo.pu.l.2.§.ſi quis à principe,)nunquid iſta iniuncta tollentur per iſtam indulgentiam? Et videtur ꝙ ſic: Ponamus ꝙ iſte non fuiſſet confeſſus ante iſtam indulgentiam,conſtat ꝙ per iſtam indulgentiam omnia fuiſſent ablata:& conſtat quòd iſte tantũ expectando fuit fatuus, ſed in alio caſu confitendo fuit ſapiens:& fatuus non debet eſſe melioris cõditionis quàm peritus.ff.quod vi aut clam.l.ſeruus. extra lib.6.de præb. cum qui. Cum igitur ſecundo caſu pęna tollatur: multò magis & primo. Item hic remanet pęna pro peccato: ergo illa tollitur per indulgentiam, quæ eſt pleniſſima, vt hic dicit: quæ pleniſſima non poteſt dici quo ad cordis contritionem, nec oris confeſſionem, quæ hic ſupponuntur: ergo erit pleniſſima quo ad ſatisfactionem. Item in particularibus indulgentijs fit in tanto: ergo in plena, vt eſt hic,fiet remiſſio in toto.arg.ff.de rei vendi.l.quæ de tota. Sed contra ſpecialis obligatio per generalem abſolutionem non tollitur,cum ligatio & ſolutio ſibi inuicem reſpõdere debeãt. extra de pęnit.& remiſ.c.1.ergo iſte confeſſus ſpecialiter ſe ligans, non ſoluetur eius obligatio per ſolutionem generalem non facientem mentionem de ſpeciali obligatione. extra 6. lib.de conſt.c.1.extra de deci.c.ex multiplici.ff.de verb. obliga.l.doli clauſula.ff.de penis.l.ſãctio.& eſt ratio. ex quo enim iſte confitens ſpecialiter ſibi prouidet: generalis prouiſio non habet locum in eodem caſu,quia non prouiſo prouidetur, & prouiſo non prouidetur. C. de pact.conuen. tam ſuper dote quàm dona.propter nupt.l.vlti.vnde Papa hoc hic non exprimens pęnitentiam iam iniunctam & acceptam non ſuſtulit. nec dico quin Papa remittere potuerit: ſed non ſuſtulit quod non expreſſit. Item vt apparet ex hoc textu, qui ſunt,vel qui erunt intra centeſimum annum verè pęnitentes & confeſſi, habent hanc indulgentiam, facientes quod infra ſequitur & ſic non clauduntur confeſſi ante hanc indulgentiam, aliàs benè fuit diſpenſatum. Item dato quòd non eſſent verba illa: omnibus in præſenti anno, &c. adhuc idem videtur quòd verbum, verè pęnitentes & confeſſi, non importat qui fuerant,ſed qui ſunt dũtaxat: niſi fortè ex admiſto, 1 vt in hoc ſophiſmate, album fuit diſputandum,diſputent artiſtæ. Sed ad hoc vltimum poteſt reſpõderi, iſta non habere locum vbi adiectiuum non reſpicit certum tempus, vt cum dicitur homo albus. Nam inter adiectiuum tale & ſubſtantiuum, intelligitur, qui eſt, ſecundum Priſcianum. ſed ſecus in adiectiuo tempus diſcernente, vt in verbo, confeſſus. quod eſt præteriti temporis, & actus in eo deſignatus eſt præteritus: ſed terminus adhuc poteſt eſſe præſens, vel iam præteritus. Et ideo in ſuppletione præteriti, deponentis, vel paſſiui, ponitur,qui eſt, vel qui fuit. vnde ſi fui confeſſus ante hanc indulgentiam, ſi remanſi in gratia, eſt veritas quòd ſum confeſſus, id eſt remaneo in illa vera contritione. & dato ꝙ labar in peccatum, & poſtea verè confitear, adhuc illa confeſſio prima verè remanet, & opera prima reuiuiſcunt. Item datur particularis indulgentia verè pęnitentibus & confeſſis, pone vnius anni: ſi non daretur niſi illis, qui ſunt actu in confitendo, ridiculum eſſet: ergo extendetur ad illos qui confeſſi ſunt. Et Papa declarauit conſiſtorialiter,quòd pęnitentiæ antea iniunctæ etiam tolluntur per commutationem operis ſatisfactorij hic poſiti. Dixit etiam quòd vota (excepto Hieroſolymitano, & ingreſſu religionis) tolluntur per hanc indulgentiam. Et ego dixi hoc verum de votis, quæ eſſent propter commutationem pęnitentiæ, vel eſſent impoſita in ſatiſfactionem peccatorum. Secus videbatur de votis hoc non reſpicientibus: verbi gratia, Aliquis exiſtens in periculo maris, vouit ire ad ſanctum Iacobum, vel exiſtens infirmus: vnde tale votum cum non ſit propter pęnam peccati, quam tollit hæc indulgentia, qualiter tollitur per hanc indulgentiã ſatiſfactoriam de pęnis peccatorum? Reſpondit tamen mihi Papa,quòd etiam vult hoc totum tolli per hanc indulgentiã: quod poteſt Papa, licet verba indulgentiæ hoc non patiantur. & eſt ſecus quando peccatum,vel votum tangit tertium:quia hoc non tollitur per hanc indulgentiam, ſed quando proponitur ſancto, hoc eſt ordinatum in Deum: vnde tale votum per hanc indulgentiam tollitur. Declarauit etiam quòd ſui pęnitentiarij nihil debent iniungere vltra iniunctionem hic poſitam. aliàs (vt dicebat) indulgentia fruſtraretur: niſi confitens volens facere opera ſupererogationis, voluntariè pęnitentiam ſatisfactoriam aliam ab hac taxata reciperet:

Pęnitentia ꝓ peccatis iniuncta ante indulgẽtiam per illam an tollatur.

Stultus nõ debet eſſe melioris cõditiõis quã ſapiens.

1 Aliàs adiuncto.

Vota an tollantur per indulgẽtiã anni iubilei.

niſi ad alium finem iniungeretur: verbi gratia, Pęnitentia nedum eſt ad remiſſionem pęnarum pro commiſſis & omiſſis debitarum, ſed etiam ad cautelam futurorum: & quo ad iſtud forſan poteſt pęnitentia iniungi. Item quæro, monachus ab abbate humiliter requirit, vt veniat licentiatus ab abbate pro dicta indulgentia acquirenda. Quæritur an abbas iuſtè poſſit hanc licentiam ſibi concedere? Et videtur quòd ſic: nam monachus pro vtilitate monaſterij recedere poteſt abbate imperante. extra de poſt.cap.ex parte. 16.q.1. monachi 2. Contra, vouens votum peregrinationis celeberrimæ, & tandem religionem intrans, non videtur fractor voti: quia illud in melius cõmutat: extra de vo.& vo.red.ſcripturæ.extra de iureiur.peruenit 2. ergo melius eſt vouere religionem & proſequi, quàm proſequi dictam indulgentiam: ergo cum abbas de meliori debet proſpicere monacho ſuo, dictam licentiam propter maius bonum dimittendum concedere non debet. Reſpondeo quòd poteſt, vt concludit prima ratio. & eò efficacius recipit indulgentiam, quò magis eſt diſpoſitus interius per virtuoſa exercitia religionis. Ad arg. in oppoſitũ dicendum eſt,ꝙ actus peregrinandi compatitur ſecum omnia illa quæ ſunt eſſentialia religionis: & ideo cum vtrunque religio & peregrinatio ſit quid bonum,neceſſe eſt, quòd ambo ſimul ſint maius bonum quàm alterum tantùm: ſcilicet obſeruantia religionis tantùm: quia omne totum eſt maius ſua parte: & ideo ambo ſimul tanquàm maius bonum, magis diſponunt ad gratiam ſuſcipiendam, & bonum indulgẽtiarum. Ratio autem in oppoſitum procedit, ac ſi obſeruantia religionis & peregrinationis eſſent inuicem incompatibiles: quod non eſt verum.& facit.20.q.4.monachũ.§ fi.Sed contra, monachatus omnem maculam abſtergit: authen. de mo in prin. coll. 1. & abſterſum facit creſcere in opera virtuoſa: ſed per indulgentiam prædictam non habetur niſi primum: ergo monachatus melior. Sol. cum per tramites communes proceditur,bene arguis: ſed in hac indulgentia proceditur per ſemitam compendij,vt eſt præmiſſum. Sed quæro,aliquis verè pęnitens & confeſſus inchoauerat huiuſmodi indulgentiam, & firmiter proponebat eam perficere: ſed infirmitate ſuperueniente mortuus eſt. nunquid debet huiuſmodi indulgentia gaudere, ac ſi eam perfeciſſet? Videtur quòd non: quia hæc conceſſio non eſt pura, ſed conditionalis, vt ſuperius eſt probatum in glo. ſuper ver. confitebuntur. quæ conditio videtur defeciſſe, vt arg.ff.de condi. & demon. l. qui hæredi. §. fi. Contra videtur fauore indulgentiæ, quæ animam liberat à pœna: ſicut ſeruus cui legata eſt libertas, ſi per certum tempus ſeruierit, libertatem conſequitur: licet per aduerſam fortunam fuerit impeditus ſeruire. ff.de ſtatu li. cum hæres. §. Stichus 1. C. de con. inſer. l. fin. Dic, aut infirmus viuit vſque ad tempus quod peregrinari debuit, & ſic videtur liberatus, vt dicto §. Stichus, aut non, & tunc non eſt liberatus. Et eſt ratio: quia conceſſio indulgentiarum nedum eſt ſub conditione (vt eſt dictum) concepta, ſed in diẽ. vnde oportet vtrunque ſubeſſe. quia per infirmitatem non debet plus conſequi, quàm ſi in veritate dictã indulgentiam perfeciſſet, vt dicta l. cum hæres. §. ſeruire. & §. Stichus. & eo. tit. l.ſi hæreditas. 1.reſpon. ff. de verb. oblig. l. in illa ſtipulatione. & l. inſulam. extra de elect. 6. lib. commiſſa. 1. reſpon. Quicquid ſit de iure, Papa declarauit quòd illi qui inceperunt venire, licet non peruenerint morte, vel alio legitimo impedimento detenti; vel ſi venerint, nec compleuerint, habeant hanc indulgentiam. Item quæro cui ſufficit hoc caſu confiteri etiam in ijs quæ ſedi Apoſtolicæ, vel epiſcopis reſeruantur? Et videtur quòd ſimplici ſacerdoti: quia longè maiorem iniunctionem ſimplex ſacerdos poteſt facere quàm ſit pœna contenta. Contra dic, quia confitens eget diſcreto confeſſore, nedum propter pęnitentiam ſibi iniungendam, vt arguis: ſed etiam propter confitentis directionem,quæ melius fiet per maiorem quàm per minorem. Nam ſicut in foro iudicij maiores cauſæ requirunt maiores iudices: extra de appel. vt debitus. in fine. extra de bap. maiores. in princip. ſic in foro animæ maiora peccata maiores iudices requirunt. nec eſt veriſimile, quòd Papa vno verbo gradus confitentium voluerit abſorbere. extra de elect. eccleſia veſtra 2. §. denique. C. de inoffic. teſt. l. ſi quando. in princip. Eſt enim ordo eccleſiaſticus iſte: quia eſt ſummus ſacerdos, vt Papa, & magnus ſacerdos, vt epiſcopus, & eſt ſacerdos, vt curatus. & iſti in republica clericorum fundant intentionem ſuam de iure communi. ſummus ſacerdos in omnibus: magnus ſacerdos, & ſacerdos in ſuis territorijs, 21. diſtin. in nouo, extra de proba. cum cauſam. extra de paro. & alic. parochia. capit. ſignificauit. & cap. ſuper eo. Nec proſequor quid cuique iſtorum competat, &

Monachus an poſſit ab abbate licẽtiari, vt eat ad annũ Iubileum.

Indulgẽtia plenaria an concedatur illi qui peregrinationẽ requiſitam morte prę-uentus implère nõ potuit.

Reſponſio vera ad q̄ſtionem.

Confeſſor diſcret9 eſt valde vtilis.

bet centeſimo ſecuturo annis, non ſolùm plenam & largiorem, imo pleniſſimam [a] omnium ſuorum concedemus, & concedimus veniam [b] peccatorum [c]: Statuentes [d], vt qui voluerint huiuſmodi indulgentiæ à nobis conceſſæ fieri participes: ſi fuerint Romani, ad minus triginta diebus continuis [e] ſeu interpolatis [f], & ſaltem ſemel in die [g]: Si verò peregrini [h] fuerint, aut forenſes [i], ſimili [k] modo diebus xv. ad baſilicas eaſdem accedant. Vnuſquiſque tamen plus merebitur, & indulgentiam efficacius conſequetur [l] qui baſilicas ipſas amplius, & deuotius frequentabit. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ [m] confirmationis, approbationis, inuocationis, conceſſionis, [n] & conſtitutionis [o] infringere [p], &c. Datum Romæ apud ſanctum Petrum viij. Calen. Martij, Pontific. noſtri anno ſexto.

¶ Clemens ſextus Archiepiſcopo Tarraconeñ. eiuſque ſuffraganeis.

¶ *Annus Iubileus, ſiue plenaria remiſſio, quę olim dabatur quolibet centeſimo anno omnibus verè pęnitentibus, & confeßis viſitantibus baſilicas beatorum Petri & Pauli, per iſtam extrauagantem ad annum quinquageſimum reducitur.*

CAP. II.

VNigenitus Dei filius de ſinu patris in vterum di-

de hoc not. capit. ſuper cathedram. edito poſt publicationem Sexti lib. Nec dico confitendum diſcretiori ex præcepto, ſeu neceſſitate, ſed ex conſilio, ſeu congruitate.

a ¶ *Pleniſsimam.*] ſed quomodo iſta ſe compatiuntur plenam, largiorem, & pleniſſimam? Dico Papam interpretatum fuiſſe in cõſiſtorio me præſente hanc indulgentiam adeo plenam, prout clauium poteſtas ſe extendit, quod intelligo prout verba patiuntur.

b ¶ *Veniam.*] quot modis dicitur venia, not. extra lib. 6. de reg. iu. peccati.

c ¶ *Peccatorum.*] id eſt, pœnarum pro peccatis debitarum, vt s̃. eo. c. 1. reſpon.

d ¶ *Statuentes.*] conceſſit. s̃. eod. §. prox. nũc ſtatuit qui, & quando erunt participes huiuſmodi indulgentiæ.

e ¶ *Continuis.*] vt quia ſucceſſiuè triginta dies complent ſine interruptione. vnde continuum eſt vicinum ſine interpoſitione: qua ſimul teneatur.

Interpolo quid ſit.

f ¶ *Interpolatis.*] per vnum, l, ab inter, & polus, vnde interpolare eſt obſcurare & interrumpere, vt hic, vbi quis quia iuit prima feria, & interpolatè iuit, id eſt interrupit: quia ſecunda feria non iuit, ſed tertia.

g ¶ *Et ſaltem ſemel in die.*] hæc verba Papa in conſiſtorio ſic eſt interpretatus cum præcedentibus: vt continuatio ſeu interpolatio etiam proſit, ſi ſit ſemel facta in die in vna dictarum baſilicarum, verbi gratia, Semel in die vado ad vtranque baſilicam, & ſic eſt continuatio quo ad illam diem, ſiue ſit continuatio ſiue interpolatio quo ad dies præcedẽtes. poſſet etiam eſſe interpolatio vt ſemel in die vadam ad ſanctum Petrum duntaxat, & alia die continuè ſeu interpelatè ad ſanctum Paulum duntaxat, & tunc iſtæ duæ itinerationes erunt pro vna die.

h ¶ *Peregrini.*] de quibus habetur extra de peregrin. capit. vno. & extra de cleri. pere. per totum.

Curiales cũ non ſint peregrinãtes, an poſſint indulgẽtias mereri.

i ¶ *Forenſes.*] id eſt, qui venientes de foris non venerũt cauſa peregrinationis, videntes tamen hanc indulgentiam conſequuntur eandem. Quid de curialibus exiſtentibus in curia Papali? Reſpondet Sixtus Papa illos facere debere xxx. dies. Et eſt ratio, quia iſti nec verè peregrinantur, nec verè ſunt forenſes, ſed vt moraturi in curia accedunt, vt Cardinales, officiales curiæ, aduocati, procuratores, & in curia manentes, qui terminum ſui receſſus ignorant, cum legem Papæ imponere nequeant, vt cauſæ eorum finem accipiant. extra de appel. ex inſinuatione.

k ¶ *Simili.*] ſcilicet diebus continuis, ſeu interpolatis, & ſaltem ſemel in die, vnde ſimilis modus eſt vtrobique, licet terminus ex vna parte ſit reciſior.

Indulgẽtia an poſſit obtineri maior per vnũ, quàm per alium.

l ¶ *Conſequetur.*] aliàs aſſequetur. Sed quomodo hoc poteſt eſſe, cum iſti habeant pleniſſimam indulgentiam. s̃. eo. §. vt autem in fin. cum ſuperlatiuus dicat qualitatem intenſam in termino, vltra quem non contingit progredi, & comparatiuus eandem qualitatem dicat extenſam, tamen circa terminum, & poſitiuus eandem ſignificat abſolutè. Sol. ingredi aulam gloriæ recipit plus & minus. Nam ſi quis eſt in gratia per veram confeſſionem & veram pœnitentiam, & eſt ſine obligatione ad pœnam per hanc indulgentiam eo ſic mortuo ſtatim euolat, & ſic habet ſtatim pleniſſimam indulgentiam quantum ad ingreſſum domus cœleſtis. verum ſi iſte idem cum prædictis ſe ornaſſet, credo deuotius & efficacius tunc ingrederetur domum regni cœleſtis, melius intenſiuè, quia vt habetur in Ioan. In domo patris mei manſiones multæ ſunt. vnde dicit glo. illic, patris, diſpoſiti pro dignitate meriti. vnde dic quòd conſequi efficacius poteſt referri ad fructuum, quem quis ex indulgentia conſequitur. ſic videlicet quòd maioris pœnæ remiſſionem obtineat. Et ſic verba prædicta non poſſunt habere veritatem, quia ſuperlatiuus gradus, qui per ſuperabundantiam dicitur, omnium graduum conſummationem includit. Item iſta indulgentia per quam ſit totalis culpæ remiſſio & totius pœnæ, in quadam priuatione ſeu negatione conſiſtit: in priuatione autem & negatione non inuenitur magis & minus. Vnde quia ingredi in regnum cęlorum inquantum includit adeptionẽ gloriæ eſt quid poſitiuum, & in quo inuenitur magis & minus, poteſt dici quòd aliquis efficacius & perfectius poteſt ingredi regnum cęlorum. Item hoc aduerbium, efficacius, poteſt referri ad medium per quod aliquis meretur illud propter quod huiuſmodi indulgentiam conſequatur, quod eſt opus operatum & deuotio operantis, ſic videlicet intelligendo, quod agens ad hoc quòd indulgentię fructum determinatum inde conſequatur efficacius, agit ad hoc quòd illum valeat obtinere; quia ſi ageret pauciora opera, & cum minori deuotione, nihilominus verum fructum indulgentiæ conſequeretur. Cum autem plura opera, & ex maiori deuotione facta, quantum eſt de ſe, ſint efficaciora ad aliquid promerendum, quantò aliquis deuotius & frequentius agit opus dictæ peregrinationis, tantò efficacius fructum dictæ peregrinationis conſequitur.

m ¶ *Noſtræ confirmationis.*] approbatæ s̃. eo. §. nos igitur.

n ¶ *Conceſſionis.*] s̃. eo. §. vt autem.

o ¶ *Conſtitutionis.*] s̃. eo. §. ſtatuentes.

p ¶ *Infringere.*] vel ei auſu temerario contraire. Et hoc anno M.ccc. qui incipit à Natiuitate Domini, ſecundum vſum Eccleſiæ Romanæ, Papa fecit indulgentiam plenariam ter in anno: primo die Iouis ſancta his qui principaliter venerant propter hanc indulgentiam, etiam ſi non iuiſſent ad baſilicas dictorum Apoſtolorum niſi ſemel. Et die dedicationis baſilicarũ dictorum Apoſtolorum, quæ eſt die octaua poſt feſtum beati Martini hyemalis. Et die Natiuitatis ſequentis. Ioan. Mon. Cardin.

ADDITIO. Adde quædam notanda in ſimili indulgentia plenaria conceſſa crucem aſſumentibus contra infideles: examinata per Io. And. in nouella, in c. ad liberandam. de Iudæis. Adde etiam quædam pulchra deciſa ad propoſitum per Hoſt. in ſum. de remiſſionibus. poſt titulũ, de pœnitentijs. in §. quibus proſint. & in §. ad quid valent, & inquantũ. & alijs §§. ſeq. Adde ẽt nonnulla pulchra in ſimili per Card. Flor. in clem. ſi dñm. de reli. & vene. ſan. in fin. Et an verba, tertia vel quarta pars pęnitentiæ, quæ ponuntur in cle. 2. de pęnit. & remiſ. ponãtur exemplificatiuè tantũ, vide Old. in cõſ. 10. quod incipit: Factũ tale eſt, dñs Clemẽs, &c. in vlt. tit. dicti cõſilij. Et adde quod dñs Clemẽs vj. de anno M.cccl. reduxit Iubileũ ad annũ quinquageſimũ in perpetuũ, per bullam ſuam & decretalem, quæ incipit: Vnigenitus Dei filius, &c. Et addidit tertiã eccleſiã viſitãdã, videlicet ſancti Ioan. Lateranẽſis. vbi ẽt inter alia declarauit, quod accedentes ad indulgẽtiam huiuſmodi, poſt iter arreptum impediti legitimè quominus ad vrbem illo anno valeant peruenire, aut in via, vel dierum prætaxato numero non completo in vrbe deceſſerint, eãdem indulgentiam cõſequantur: & inſuper nihilominus oẽs & ſingulas indulgentias, tã per eum quam per prædeceſſores ſuos Romanos Pontifices tã præfatis tribus eccleſijs, quam alijs de dicta vrbe cõceſſas cõfirmauit & innouauit Pontificatus ſui anno 1. in Auinioñ. Quo deinde Martinus v. magis abbreuiauerit, Et Paulus ij. ẽt reduxit ad viceſimũquintũ. Et deinde Sixtus iiij. cõfirmauit cũ reuocatione omnium aliarum plenariarum indulgentiarũ: & plura alia examinaui ſuper gloſſis. quas feci ad dictam decre. vnigenitus, ſcilicet Clementis. 6. Et ibi poteris videre. vide etiam aliqua per Iac. de Zochis, in repetitione capituli, omnis vtriuſque ſexus. de pęnitent. & remiſſ. in vlt. parte. 1. Ioan. Fran.

gnatus

gnatus eſt deſcendere matris, in qua, & ex qua noſtrę mortalitatis ſubſtantiam diuinitati ſuæ in ſuppoſiti vnitate, ineffabili vnione coniunxit, id quod fuit permanens, & quod non erat aſſumens: vt haberet vnde hominem lapſum redimeret, & pro eo ſatisfaceret Deo patri. Vbi enim venit plenitudo temporis †, miſit Deus filium ſuum factum ſub lege, natum ex muliere, vt eos qui ſub lege erant redimeret, vt adoptionem reciperet filiorum. Ipſe namque factus † nobis à Deo ſapientia, iuſtitia, ſanctificatio, & redemptio non per ſanguinem hircorum, aut vitulorum, ſed per proprium † ſanguinem introiuit ſemel in ſancta, æterna redemptione inuenta. Non enim † corruptibilibus auro & argento, ſed ſuijpſius agni incontaminati & immaculati prætioſo ſanguine nos redemit: quem in ara crucis innocens immolatus, non guttam ſanguinis modicam, quæ tamen propter vnionem ad verbum pro redẽptione totius humani generis ſuffeciſſet, ſed copioſè velut quoddam profluuium noſcitur effudiſſe: ita vt à planta † pedis vſq; ad verticem capitis, nulla ſanitas inueniretur in ipſo. Quantum ergo exinde vt nec ſuperuacua, inanis, aut ſuperflua, tantæ effuſionis miſeratio redderetur, theſaurum militanti Eccleſiæ acquiſiuit. volens ſuis theſaurizare filijs pius pater, vt ſic ſit infinitus theſaurus hominibus, quo qui vſi ſunt, Dei amicitiæ participes ſunt effecti. Quem quidem theſaurum non in ſudario † repoſitum, non in agro † abſconditum, ſed per beatũ Petrũ cœli clauigerum, eiuſq; ſucceſſores ſuos in terris vicarios commiſit fidelibus ſalubriter diſpenſandum, & proprijs & rationabilibus cauſis, nunc pro totali, nunc pro partiali remiſſione pœnæ temporalis pro peccatis debitæ tam generaliter, quàm ſpecialiter (prout cum Deo expedire cognoſcerent) verè pœnitentibus & confeſſis miſericorditer applicandum. Ad cuius quidem theſauri cumulum, beatæ Dei genetricis, omnium electorum à primo iuſto vſque ad vltimum merita adminiculum præſtare noſcuntur: de cuius conſumptione, ſeu minutione non eſt aliquatenus formidandum, tam propter infinita Chriſti (vt prædictũ eſt) merita, quàm pro eo ꝙ quanto plures ex eius applicatione trahuntur ad iuſtitiam, tanto magis accreſcit ipſorum cumulus meritorum. Quod felicis recordationis Bonifacius Papa viij. prędeceſſor noſter piè (ſicut indubiè credimus) conſiderans, & attenta meditatione reuoluens, quantum apud homines glorioſi principes terræ Petrus & Paulus (per quos Euangelium Chriſti Romæ reſplenduit, & per quos Eccleſia religionis ſumpſit exordium, qui facti Chriſtiani populi per Euangelium genitores, gregis Dominici paſtores, fidei lucernæ, Eccleſiarum columnæ, præ cæteris Apoſtolis peculiari quadam prærogatiua in ipſo Saluatore fidei virtute præcellunt: Quorum vni, ſcilicet Apoſtolorum principi, ſicut bono diſpenſatori, claues regni cælorum commiſit: Alteri, tamquam idoneo doctori, magiſterium Eccleſiaſticæ eruditionis iniunxit) in ſpeciali veneratione haberi debeant, & debita honorificentia venerari, pro ipſorum memoria recolenda crebrius, & reuerentia à cunctis Chriſtifidelibus eis deuotius adhibenda, ipſorumque patrocinio fauorabilius aſſequendo, inconſumptibilem theſaurum huiuſmodi pro excitanda, & remuneranda deuotione fidelium voluit aperire: decernens de fratrum ſuorum conſilio, vt omnes qui in anno à Natiuit. Domini M. ccc. & quolibet anno centeſimo extunc ſecuturo, ad dictorum Apoſtolorum baſilicas de vrbe accederent reuerenter, ipſaſque ſi Romani, ad minus xxx. ſi verò peregrini aut forenſes fuerint, xv. diebus continuis, vel interpolatis, ſaltem ſemel in die, dum tamen verè pœnitentes & confeſſi exiſterent, perſonaliter viſitarent: ſuorum omnium obtinerent pleniſſimam veniam peccatorum. ¶ Nos autem attendentes, quòd annus quinquageſimus in lege Moſaica † (quam non venit Dominus ſoluere, ſed ſpiritualiter adimplere) Iubileus remiſſionis, & gaudij, ſacerque dierum numerus, quo lege fit remiſſio, cenſebatur: quodque ipſe quinquagenarius numerus in teſtamentis, veteri quidem ex legis datione, nouo ex viſibili Spiritus ſancti in diſcipulos miſſione, per quem datur peccatorum remiſſio, ſingulariter honoratur. Quòdque huic plura, & grandia diuinarum adaptantur myſteria ſcripturarum, & clamorem peculiaris populi noſtri, Romani videlicet hoc humiliter ſupplicantis, ac nos ad inſtar Moyſi & Aaron per proprios & ſolemnes nuntios ad hoc deſtinatos ſpecialiter orantis pro toto Chriſtiano populo, & dicentis: Domine aperi eis theſaurum tuum, fontem aquæ viuæ, deſiderantes benignius exaudire, non quidem vt ſicut illius Iſraëlitici populi indurati ceſſet murmuratio, ſed vt iſtius prædilecti populi, & cunctorum fideliũ augeatur deuotio, fides ſplendeat, ſpes vigeat, charitas vehementius incaleſcat: Volenteſque quamplurimos huiuſmodi indulgentiæ fore participes, cum pauci multorum reſpectu propter vitæ hominum breuitatem valeant ad annum cẽteſimum peruenire, de fratrum noſtrorum conſilio prædictã conceſſionem indulgentiæ ex ſupraſcriptis, & alijs iuſtis cauſis, ad annum quinquageſimum duximus reducendam: Statuentes de fratrum conſilio prædictorum, & Apoſtolicę plenitudine poteſtatis, vt vniuerſi fideles, qui verè pœnitentes & confeſſi in anno à Natiui. eiuſdem M.ccc.l. proximè futuro, & deinceps perpetuis futuris temporibus de quinquaginta in quinquaginta annis prædictas eorundem Petri & Pauli Apoſtolorum baſilicas, & Lateran. eccleſiam (quam † inclytæ recordationis Cõſtãtinus, poſtquam per beatũ Silueſtrum, ſicut per eoſdẽ Apoſtolos Deo reuelante cognouit, renatus fonte baptiſmatis fuerat, & à contagio lepræ mundatus in honorem Saluatoris conſtruxiſſe; quamque idem beatus Silueſter nouo ſanctificationis, & chriſmationis genere dedicaſſe legitur, & in cuius Eccleſiæ parietibus præfati Saluatoris imago depicta primũ toti populo Romano viſibiliter apparuit deuotius veneranda, quam ex his & alijs certis & rationabilibus cauſis, vt ipſa Eccleſia pariter indulgentiæ prædictæ priuilegio decoretur, & deuotius ab eodem Saluatore, qui in præfatis Apoſtolis mirabilis prędicatur, eorum meritis & precibus indulgentiæ mereatur percipere largitatem, in hoc cenſuimus venerandã,) cauſa deuotionis modo prædicto viſitauerint, pleniſſimã omnium peccatorum ſuorum veniam conſequãtur: ita videlicet vt quicunq; voluerint indulgentiam huiuſmodi aſſequi, ſi Romani, ad minus triginta: ſi verò peregrini, aut forenſes, modo ſimili quindecim diebus ad prædictas baſilicas, & eccleſias accedere teneantur. Adijcientes vt ij etiam qui pro ea conſequẽda ad eaſdem baſilicas, & eccleſias accedent, poſt iter arreptum impediti legitimè, quominus ad vrbẽ illo anno valeant peruenire, aut in via, vel dierum prætaxato numero non cõpleto in dicta vrbe deceſſerint, verè pęnitentes (vt præmittitur) & cõfeſſi, eã-

dem

† Ad Galat. 4.
† 1. Cor. 1.
† Ad Hebræos 9.
† 1. Pet. 1.
† Eſaię, c. 1.
† Lucæ 19.
† Math. 13.
Theſaurus eccleſiæ ex ſanctorum meritis adiuuatur nec conſumi poteſt.
Petri & Pauli laudes.
† Leuit. 25. cap. vbi pleniſſimè de anno quinquageſimo, ſiue Iubileo.
Vita hominum eſt breuis.
† Conſtantinus p̃ beatum Silueſtrũ baptizatus eccleſiam Lateranenſẽ cõſtruxit, vide Nicephorũ Calliſtũ li. 7. hiſtoriæ Eccleſiaſticę. c. 49.

dem indulgentiã conſequantur. Omnes nihilominus & ſingulas indulgentias per nos, vel prædeceſſores noſtros Romanos Pontifices tam prænominatis, quàm alijs baſilicis,& eccleſijs de dicta vrbe conceſſas,ratas & gratas habentes: ipſas auctoritate Apoſtolica confirmamus & approbamus, ac etiam innouamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ reductionis, conſtitutionis,&c. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & dictorum Petri & Pauli Apoſtolorum ſeſe nouerit incurſurum. Datum Auiñ.vj. Calend.Februarij, Põtificatus noſtri anno 1. ¶Quocirca fraternitati veſtrę per Apoſtolica ſcripta mandamus,quatenus ſinguli veſtrûm in ſingulis veſtris ciuitatibus, & diœceſibus,prædictas noſtras literas ſub ditis vobis clero, & populo publicetis, & intelligibiliter exponatis, vt annuente Domino ad promerendam huiuſmodi indulgentiam ſe diſponant. Cæterùm quia præſentes literæ, nequirent, forſitan propter viarum diſcrimina,vel alia legitima impedimẽta ſingulis veſtrûm commodè præſentari: volumus, quòd per te frater Archiepiſcope dictarum literarum tranſſumptum manu publica ſcriptum, tuoque munito ſigillo, vobis fratres ſuffraganei tranſmittatur: Cui velut originalibus literis adhiberi volumus plenam fidem. Datum, &c.

¶ Paulus Venetus Papa ſecundus.

¶Conſtitutio caſus Papę reſeruatos comprehendens, certis ex cauſis hic ponitur: à quibus nullus poteſt abſoluere ſine ſpeciali licentia ſedis Apoſtolicę.

CAP. III.

†Præter caſus hic Papæ reſeruatos, plures alios ſibi reſeruat Papa ſingulis annis in proceſſu bullæ in cęna Domini. Et vide conciliũ Trid ſeſſio. 14.ca.7. de caſuum reſeruatione.

ET ſi Dominici † gregis ſaluti ſemper intenti,ſingulis cum humilitate poſcentibus ea benignè concedere ſtudeamus, per quæ (peccatorum mole depoſita) ſalus ipſa ſuccedat,& ab hoſtis humani generis ſeruitute ereptas animas lucrifaciamus Altiſſimo, qui nobis eas ſua bonitate commiſit: id tamen propenſiori ſtudio præcauendum eſſe cenſemus,nec cuiuſuis indulgentiæ, remiſſionis, vel facultatis obtentu Chriſti fideles procliuiores ad illicita in poſterum committenda reddantur, aut veniæ facilitas † eis peccandi tribuat incentiuum. Hac itaque conſideratione habita, olim emanauit à nobis conſtitutio tenoris ſubſequentis, videlicet: Sanctiſſimus in Chriſto pater, & dominus noſter, dominus Paulus diuina prouidentia Papa ſecundus,qui pridem ſuper plenarijs remiſſionibus, quæ ſemel in vita, & ſemel in mortis articulo conceduntur,formam & normam inſtituit, ne paſſim ſine exceptione quoruncunque criminum procliuiores redderentur homines ad peccandum: per regulam in cancellaria Apoſtolica publicatam ſtatuit, & ordinauit, quòd in quibuſcunque conceſſionibus & facultatibus abſoluendi,caſus infraſcripti tanquam ſpeciales ſedi Apoſtolicæ reſeruati ſemper intelligerentur excepti: Videlicet offenſæ eccleſiaſticæ libertatis, Violationis interdicti ab eadem ſede impoſiti, Criminum hæreſis,Conſpirationis in perſonam, aut ſtatutum Romani Pontificis,ſeu cuiuſuis offenſæ, inobedientiæ, ſeu rebellionis eiuſdem Pontificis, vel ſedis Apoſtolicæ, Presbytericidij, Offenſæ perſonalis in epiſcopum, ſeu alium prælatum, Inuaſionis, Depredationis, Occupationis, aut deuaſtationis terrarum Romanæ Eccleſię mediatè vel immediatè ſubiectarum, ac etiam inuaſionis Romipetarum, ſeu quorumcunque aliorum ad Romanam curiam venientium, Prohibitionis deuolutionis cauſarum ad dictam curiam, Delationis armorum,& aliorum prohibitorum ad partes infidelium, Impoſitionis nouorum onerum realium, vel perſonalium,eccleſijs, vel eccleſiaſticis perſonis, Simoniæ ſuper ordinibus,vel beneficijs aſſequendis in eadem curia, vel extra contractæ: Et generaliter in caſibus contentis in bulla, quæ conſueuit in die cœnæ Domini per predeceſſores ſuos Romanos Põtifices publicari: Conſiderans quòd plerunq; contingit ſuam ſanctitatem huiuſmodi facultates,& cõfeſſionalia tam præſentibus quàm abſentibus, etiam oraculo viuæ vocis concedere (ne prætextu conceſſionis huiuſmodi vel pœnitentes, vel confeſſores in ſupraſcriptis caſibus fallantur & fallant) ſtatuit & decreuit ſuæ intentionis fuiſſe, & eſſe per quaſcunque conceſſiones, & facultates per ſuam ſanctitatẽ tam ſcripto, quàm verbo factas, & inpoſterum faciendas, nemini licere irretitos dictis caſibus abſoluere ſine ſpeciali ſuæ ſanctitatis licentia: quinimo conceſſiones, & indulta prædicta quo ad caſus exceptos huiuſmodi nulli penitus ſuffragari. ¶Vt autem ipſa conſtitutio (quæ dudum, ſcilicet quinto Calẽd. April. anni ab incarnatione Dñi noſtri Ieſu Chriſti M.cccc.lxvj. Pontificatus noſtri anno ſecundo, publicata fuit) eiſdem Chriſti fidelibus plenius innoteſcant, nulluſque illius ignorantiam prætendere valeat in futurum, præſentibus inſeri fecimus, vt ad maiorem omnium perueniat notionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum ſtatuti, ordinationis,& decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pręſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei,& beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorũ eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ M.cccc.lxviij. v.non. Mart.Pont.noſtri an.v.

†Venię facilitas incẽtiuum tribuit delinquendi. ca. vt clericorum. extra de vit.& hõneſtate clericor.

Caſus Papales.

¶ Sixtus quartus

¶Bulla confirmationis anni Iubilei, publicata apud ſanctum Petrum in die Natiuitatis Domini, in qua continetur quòd annus Iubileus eſt ad breuius tempus reductus, quàm olim eſſet, quoniam vigeſimoquinto quoque anno cunctis fidelibus baſilicas vrbis Romanę hic expreſſas viſitantibus illius indulgentię conceduntur: Et illo durante alię indulgentię vbique ceſſant.

CAP. IIII.

† Vide extrauag. Gregorij xiij. incip. Dominus ac redemptor. qua indicitur ſanctus Iubileus ꝑ anno 1575.

QVemadmodum † operoſi vigiliſque paſtoris ſolertia oues ſuæ cuſtodiæ deputatas curat à ferarum præſeruare incurſibus, & ad ſtatum proſperum fœtu multiplicato producere: ita quoque & nos (quibus diſpoſitione ſuperna vniuerſi gregis Dominici ſollicitudo commiſſa eſt) & ſupremis deſideramus affectibus, & ſtudijs nitimur indefeſſis, cunctos Chriſti fideles, quos à iuſtitiæ ſemita hoſtis humani generis diabolica fraude auertit, depoſita peccatorum ſarcina ſuo reconciliare auctori, vt æternæ felicitatis præmijs noſtri redemptoris inæſtimabili charitate media potiantur, fiatque noſtræ operationis miniſterio, vtilitate publica ſuadente, etiam per gratiarum ſuſceptionem qđ eorũ ſaluti conueniat, atq; noſtra & prædeceſſorum noſtrorum ordinationes ſalubres debitis effectibus mancipentur. Olim ſiquidem felicis recordationis Paulus Papa ij. prædeceſſor noſter, rationabilibus cauſis tunc expreſſis inductus, de venerabilium fratrum noſtrorum, tunc ſuorum,(de quorum numero tunc eramus) conſilio, annum Iubileum ad breuius tempus prouida moderatione reducens, illum ad ann. 25. Apoſtolica auctoritate reſtrinxit: ac voluit, ſtatuit, & decreuit

ex cauſis prædictis, quòd ſingulis xxv. annis Iubileus annus prædictus celebrari deberet: quodque ann. Domini M.cccclxxiiij. proximè futuro, videlicet à vigilia natiuit. Domini noſtri Ieſu Chriſti, idem annus Iubileus inciperet, & vt ſequitur finiretur: ac vniuerſi & ſinguli vtriuſque ſexus fideles, qui beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli baſilicas, Lateranenſem quoque, & ſanctæ Mariæ maioris almæ vrbis eccleſias ſtatutis diebus deuotè viſitarent, omnes & ſingulas indulgentias, & peccatorum remiſſiones conſequerentur, quas idem pontifex ſuique prædeceſſores anno Iubileo huiuſmodi baſilicas & eccleſiaſticas prædictas viſitantibus deuotè conceſſerant, per quaſdam primò, & deinde nos, qui (dicto prædeceſſore ſicut Domino placuit, ſublato de medio) fuimus diuina diſponente clementia ad apicem ſummi Apoſtolatus aſſumpti, & per noſtras literas eiuſdem Pauli prędeceſſoris ordinationem, voluntatem, & ſtatutum, ac omnia & ſingula in eiſdem ſuis literis contenta, de fratrum eorundem conſilio approbantes: Similiter ſtatuimus, & ordinamus, quòd annus Iubileus prædictus cum eiſdem indulgentijs, & remiſſionibus plenarijs peccatorum anno proximè futuro à vigilia Natiuitatis eiuſdem incipere, & vt ſequitur, continuari deberet, prout in ſingulis literis prædictis (quarum tenores præſentibus haberi volumus pro expreſſis) plenius continetur. ¶ Verùm quia poſtmodum tam nos, quàm idem Paulus prędeceſſor noſter dum in humanis ageret, animarum ſaluti fidelium intenti, multorum principum & aliorum Chriſti fidelium ac deuotarum perſonarum pulſati precibus, diuerſas indulgentias, & peccatorum remiſſiones plenarias nonnullis eccleſijs, monaſterijs, & pijs locis duximus concedendas, propter quas populorum forſan concurſus ad baſilicas & eccleſias antedictas retardari, aut ipſius anni Iubilei celebritas minui, vel intermitti poſſet, cùm animarum non modico detrimento: Nos qui vniuerſorum credentium profectibus, & ſaluti proſpicere ex debito miniſterij paſtoralis aſtringimur, (ne propter aliarum indulgẽtiarum hactenus à nobis, ſeu eodem Paulo, vel alijs prædeceſſoribus noſtris conceſſarum huiuſmodi effuſionem, hoc ſanctum opus ac remiſſionis, & gratiæ annus Iubileus intermittatur, aut fideles ipſi à tanto munere reddantur expertes) remedijs opportunis prouidere volentes, omnes & ſingulas plenarias, etiã ad inſtar Iubilei, ac etiam commutandi vota, aut ſuper eis, & malè ablatis incertis, aut per vſurariam prauitatem, vel alium illicitum modum extortis, diſpẽſandi & componendi, aut illa ſub certis modo & forma remittendi, & deputandi confeſſores cum poteſtate abſoluendi, etiam in caſibus ſedi Apoſtolicę reſeruatis, facultates, cõceſſiones, & indulta à nobis & eadem ſede, vel illius auctoritate quibuſcunque eccleſijs, monaſterijs, hoſpitalibus, & pijs locis, vniuerſitatibus, fraternitatibus quibuslibet, tam in perpetuum, quàm ad certum tempus, in vita, ſeu in mortis articulo, quouis modo, aut quauis cauſa quomodolibet conceſſas, & conceſſa, & inpoſterum forſitan cõcedendas, vel concedenda, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, vſque ad noſtrum & eiuſdem ſedis beneplacitum ſuſpendimus, illaſque durante beneplacito noſtro & ſedis prædictæ ſuſpenſas eſſe volumus, nec interim alicui ſuffragari: indulgentijs tamen baſilicarũ & eccleſiarum dictæ vrbis in ſuo plenario robore durantibus: Diſtrictius inhibentes alias indulgentias (præter iſtas duntaxat) in locis publicis, vel priuatis prædicari, aut nuntiari, earumque prætextu à quæſtoribus † aliquid exigi quoquo modo. Quinimò quæſtores & prædicatores quoſcunque per locorum ordinarios à prædicationibus, & quæſtis huiuſmodi faciendis, volumus & mandamus præſentium auctoritate arceri, ſub cenſuris & pœnis eccleſiaſticis, de quibus viſum fuerit opportunum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum ſuſpenſionis, inhibitionis, mandati & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Tybure anno incarnat. Domi. M.ccccxxliij.iiij.Sept.Pont.noſtri ann.iij.

Papa cunctorum credentium ſaluti proſpicere adſtringitur.

† Prędicatores quæſtuarios omnino aboleuit cõciliũ Triden. ſeſſ. 5. de reform. c. 2. §. vlt. & ſeſſio. 21. de reform. c. 9.

¶ Idem.

¶ *Sixtus tempore ſuo multas conceſſerat indulgentias, quas certis ex cauſis hic reuocat.*

CAP. V.

ETſi Dominici gregis ſaluti ſemper intenti, ſingulis humilitate poſcentibus ea benignè concedere ſtudeamus, per quæ (peccatorum mole depoſita) ſalus ipſa ſuccedat, & hoſtis humani generis ſeruitute ereptas animas lucrifaciamus Altiſſimo, qui nobis eas ſua bonitate commiſit: id tamen propenſiori ſtudio modò præcauendum eſſe cenſemus, ne cuiuſuis indulgentiæ, remiſſionis, vel facultatis obtentu, Chriſti fideles procliuiores ad illicita inpoſterum committenda reddantur, aut facilitas veniæ eis peccandi tribuat incentiuum. Cùm itaque (ſicut multorum fide dignorum teſtimonio accepimus) ob multitudinem facultatum per nos, vel auctoritate noſtra conceſſarum, tam verbo, quàm in ſcriptis confectis exinde literis, vel non, prælatis & perſonis eccleſiaſticis, etiam religioſis, & ſecularibus vtriuſque ſexus, capitulis, collegijs, conuentibus, hoſpitalibus confratrijs, & vniuerſitatibus, tam in genere quàm in ſpecie, ſub electione, vel deputatione confeſſorum, qui eligentes eoſdem, vel pro indulgentijs per nos conceſſis conſequendis ad eccleſias & alia pia loca confluentes, ſeu ad aliqua pia opera manus porrigentes adiutrices, earundemque confratriarum confratres, & ſorores, ac in hoſpitalibus prædictis decedentes, ſeu deſeruientes, aut eis piè aliquid relinquentes, vel aliqua alia meritorum miniſteria exhibentes, & in ordinibus profitentes, eorum confeſſione diligenter audita, in ſingulis etiam ſedi Apoſtolicæ reſeruatis caſibus ſemel in vita, & in alijs totiens quotiens, ac in morte plenariè, vel aliàs etiam ad effectum conſequendi quaſcunque indulgentias plenarias, vel non plenarias, abſoluere & pœnitentiam ſalutarem eis iniungere, emiſſa quoque vota per illos quæcunque in alia pietatis opera commutare liberè & licitè valeant, fideles præfati ad peccandum, & alia illicita committendum, nonnunquam procliuiores exiſtant, in non paruum periculum ſalutis animarum ſuarum: Nos qui Deo propitio eiuſdẽ gregis Dominici (meritis licet inſufficientibus) cauſam gerimus, & illum ſpiritualis theſauri elargitione cupimus ipſi Deo reddere acceptabilẽ: ne exinde clauium auctoritas deducatur in contemptum, ipſique ad peccandum procliuiores (vt dixi-

Humiliter poſcẽtibus mos gerendus eſt.

Animę ſunt à Deo Papę commiſſæ.

Indulgẽtiæ ob pia opera ſunt concedendæ.

Gregis dominici cauſã gerit Papa.

mus) liberius prolabantur: Ex præmiſſis, & alijs rationabilibus cauſis animum noſtrum mouentibus, motu proprio (non ad alicuius nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera voluntate & deliberatione) auctoritate Apoſtolica tenore præſentium ſtatuimus, & ordinamus, quòd decætero prætextu facultatum huiuſmodi conceſſarum à nobis, vel auctoritate noſtra, & quas concedi quomodolibet continget in poſterum verbo, literis, aut quauis alia ſcriptura etiam cum clauſula, quòd ſola ſignatura ſufficiat, etiam in fauorem fidei & cruciatæ, nullus confeſſorum eorundem quempiam cuiuſuis ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis exiſtat, & quacunque eccleſiaſtica, etiam epiſcopali, vel maiori, aut mundana, etiam regali & maiori dignitate præfulgeat, qui offenſæ eccleſiaſticæ libertatis, violationis interdicti ab eadem ſede impoſiti, ſeu hæreſis, poſtquam fuerint de ea ſententialiter condemnati, delati, ſeu publicè diffamati: conſpirationis in perſonam, aut ſtatum Romani Pontificis, ſeu cuiuſuis offenſæ, inobedientiæ, aut rebellionis eiuſdem Pontificis, vel dictæ ſedis, mutilationis membrorum, vel occiſionis cuiuſcunque in ſacris ordinibus conſtituti: offenſæ perſonalis in epiſcopum, ſeu alium prælatum: inuaſionis, deprædationis, occupationis, aut deuaſtationis terrarum Romanæ Eccleſiæ mediatè, vel immediatè ſubiectarum: ac etiam inuaſionis Romipetarum, ſeu quorumcunque aliorum ad Romanam curiam venientium: prohibitionis deuolutionum cauſarum ad dictam curiam: delationis armorum, & aliorum prohibitorum ad partes infidelium: impoſitionis nouorum onerum realium, vel perſonalium eccleſijs, vel eccleſiaſticis perſonis: ſimoniæ ſuper ordinibus, vel beneficijs conſequendis in dicta curia, vel extra eam contractæ, criminum quomodolibet reus foret: Et generaliter in caſibus contentis in literis, quæ conſueuerunt in die Cœnæ Domini publicari, prætextu huiuſmodi facultatum abſoluere, & per eos emiſſa peregrinationis vltramarinæ, & viſitationis liminum Apoſtolorum Petri & Pauli: in Compoſtella, & caſtitatis ac religionis vota: Niſi ex ſpeciali licentia & certa ſcientia noſtra, de qua demum conſtare cenſeatur, cum in ſignatura noſtra deſuper manu noſtra ſcriptum, aut in literis noſtris expreſſum fuerit, nos ex certa ſcientia & de ſpeciali gratia id concedere cum derogatione præſentis conſtitutionis illius de verbo ad verbum inſerto tenore: non autem per clauſulas id importantes, vel in articulo mortis conſtitutum: & tunc in caſibus, in quibus ſatisfactio fuerit impendenda, facta ſatisfactione, vel idonea præſtita cautione, commutare præſumant. ¶Et ſi aliqui confeſſorum prædictorum contra præſentem conſtitutionem quenquam abſoluere, aut excepta vota prædicta commutare attentauerint, abſolutio & commutatio huiuſmodi nullius ſit roboris, vel momenti. Et contrafacientes eo ipſo excommunicationis ſententiam incurrant, à qua (niſi in mortis articulo † conſtituti) ab alio quàm à Romano Pontifice abſolui non poſſint: Non obſtantibus literis, & conſtitutionibus huiuſmodi, ac conſtitutionibus, & ordinationibus, &c. ¶Et ne aliquis de præſentibus ignorantiam valeat allegare, mãdamus eas in cancellaria Apoſtolica, & audientia literarum contradictarum legi, & publicari, ac inter extrauagantes aliàs Apoſtolicas conſtitutiones in quaterno dictæ cancellariæ deſcribi, &c. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrarum ſuſpēſionis, inhibitionis, mandati, & voluntatis, &c. Datũ Spiræ, anno Domini M.cccclxxviij. †

Indulgētiæ vario modo conceduntur.

†Vide conciliū Trid. ſeſſio. 14. đ caſuū reſeruatione. capit. 7.

†aliàs, 1428

De ſententia excommunicationis.

¶Bonifacius octauus.

¶Excommunicati ſunt qui pactis, aut promiſſionibus iuſtitiã, vel gratiam à ſede Apoſtolica obtinent, & qui tales non reuelant, nec illis abſolutio facilè conceditur.

CAP. I.

Excommunicamus [a], † & anathematizamus [b] ex parte Dei omnipotentis, patris, & filij, & ſpiritus ſancti, auctoritate quoque beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, & noſtra, omnes clericos [c], religioſos, & laicos

†Hanc conſtitutionem cum ſuis cēſuris & pœnis omnib' innouauit Gregorius xiij. per extrauagantē incipientē, Ab ipſo pōtificatus noſtri principio. anno 1574. eãq; extendit ad audētes, auxiliãtes, cōſiliãtes vel fauentes.

Excommunicamus.] Hæc pronuntiatio reperitur in prouinciali cancellariæ. Et cum quidam ſcriptor Papæ diceretur incidiſſe in eam, Bonifacius Papa octauus hanc pronuntiationem innouauit, & eam publicari in audientia fecit. Et diuiditur in quinque partes. Nam primò Papa dantes & promittentes, acceptantes, & recipientes pro iuſtitia, vel gratia ſub quacunque forma verborum aſſequenda, excommunicat. Secundò. §. *Illos.* ad ſcientes hæc, & intra triduum non denuntiantes dictam excommunicationem prorogat. Tertiò, §. *Decernimus.* abſolutionem dictæ excommunicationis ſibi reſeruat, ſtatuens quid primitus ſit agendum pro huiuſmodi abſolutione aſſequēda. Quartò, §. *Iuſtitiam.* iuſtitiam obtentam poſt dictam excommunicationem incurſam caſſat, & irritat Quintò, §. *Sed & ſcienter.* vtentes ſcienter ſic obtentis, poſt dictam excommunicationem præmiſſis pœnis alligat.

a ¶*Excõicamus.* 1] nunquid per hoc verbum intelligitur excommunicatio maior, vel minor? Et videtur quòd minor. extra libr. 6. de regul. iur. in pœnis. & ibi not. extra libr. 6. de excep. pia. vbi proponendo excommunicationem, requiritur expreſſio ſpeciei excommunicationis. quod non eſſet neceſſe, ſi maior excommunicatio intelligeretur. Dic contra extra de ſentent. excommun. capitu. ſi quem. & eſt ratio, quia verbum, excommunicatio, de vi vocabuli importat maiorem, quæ excludit à fidelium communione, vt ibi. Item decret. pia. loquitur in proponendo, vbi impingitur parti, quæ non declarat propoſitum, hic in pronuntiando ſeu ſtatuendo, cuius interpretatio eſt intelligenda prout verba ſonant. extra. de ſpon. ex literis 1. Ioan. monachus.

1 Excōmunicatio quã profert de qua intelligitur.

b ¶*Anathematizamus.*] ſimile extra de hæret. excommunicamus 1. & 2. Et anathema eſt ſolemnis excommunicatio, de qua habetur 11. quæſtio. 3. cum aliquis. & capit. debent. & eſt idem quod ſuperna perditio ſeu maledictio. 11. quæſtio. 3. nemo epiſcoporum. & 24. quæſtio. 3. cum ſancti. & c. corripiantur. dicitur ab ana, quod eſt ſurſum, & thema, quadam figura quaſi rotunda, habente telum quaſi ex tranſuerſo, quæ conſueuit poni in frontibus damnatorum. Sed nunquid hæc pronuntiatio eſt conſtitutio, ſententia, ſeu mandatum? Hæc enim diuerſa dicuntur. extra libr. 6. eodem titul. capitu. quia. Et videtur eſſe conſtitutio. extra eodem titul. capitu. à nobis. & infrà eodem §. decernimus. Nam decretum eſt conſtitutio, & propriè poteſt dici ſanctio: quia hæc conſtitutio pœnæ adiectione firmatur. argumen. inſtitut. de rer. diuiſ. §. ſanctæ. & diſtinctione tertia in ſumma. Item quod nullo addito dicitur, ſimpliciter & perpetuò dicitur. ff. de dona. cauſ. mor. l. Seia. in fin. C. de pœn. l. ſi ſeruus. Item ad prohibitum perpetuò antea pœna hic adijcitur, quæ debet naturam principalis ſortiri. ff. de pact. do. l. inter ſocerum. §. cum inter. extra 6. libr. de regul. iur. acceſſorium. argumen. C. de vſu. l. eos. in princip. ff. ſi quis cau. l. 2. §. 1.

Anathema quid eſt.

c ¶*Clericos.*] Sed nunquid comprehenduntur hic epiſcopi? Videtur quòd non. extra 6. libr. de hæret. inquiſitores. & ibi not. Dic contra propter generalitatem verborum ſequentium. argum. 17. quæſtio. 4. ſi quis ſuadente. extra libr. 6. eod. tit. cap. quia periculoſum. Item pœnam hic inflictam omnes (niſi hic excipiantur expreſsè) incurrunt. argum. C. vbi ſen.

vel. cla.

vtriuſque ſexus, ſiue ſint familiares curiæ, ſiue alij vndecunque, qui aliquod pactum fecerint, ſeu aliquod paruum, vel magnum promiſerint, vel promiſſionem receperint, aut ex pacto, ſiue promiſſione occulta, vel manifeſta facta ſub generalibus [a], & plenariè non expreſſis, ſiue ſit ſub ſpecialibus & expreſſis apertè verbis, quicquam dederint, aut receperint magnum, vel paruum, vel promiſſionem de quacunque re, aut vtilitate propter hoc conſequenda fecerint, vel receperint pro aliqua iuſtitia ſiue gratia, pro ſe, aut pro alio in cauſis, vel iudicijs, ſeu aliàs per literas Aopſtolicas, & quibuſcunque modis apud ſedẽ Apoſtolicam obtinenda. ¶Et hanc ſententiam [b] ad promittentes, & acceptantes, dantes, & recipientes duximus extendẽdam. ¶Illos quoque qui aliquem ſciuerint culpabilem in prædictis, & nobis intra dierum triũ ſpatium non retulerint, vel alicui per quem ad nos verbum fideliter perferatur [c], ſimili decernimus ſententiæ ſubiacere. ¶Decernimus etiam, vt nullus hanc incurrens excommunicationis ſententiam pro prædictis, vel aliquo prædictorum, abſque ſpeciali mandato noſtræ abſolutionis beneficium valeat obtinere [d]: niſi forſan ad nos habere acceſſum non poſſet in mortis † articulo [e] conſtitutus; Nec etiam ad abſolutionis gratiam admittatur, niſi prius quantum dedit, vel recepit [f] integraliter pauperibus largiatur [g]. ¶Iuſtitiam verò, ſiue gratiam ſic obtentam

vel.cla.l. 1. & ff. de ritu nupt. Senatoris. cum vnumquenque criminoſum dignitas non debeat comitari. C. de decu. nequis officialium. libr. 10. C. de digni. l. iudices. libr. 12. Et hoc argumen. dico Cardinales ligari hac conſtitutione. Nec obſtat quod not. extra libr. 6. de ſchiſm. capitu. 1. §. omnem. quia alio caſu loquitur: & hoc nunquam fuit bonum exordium, ſed ibi ſecus. Et eſt ratio huius diſtinctionis, factũ quod eſt malum in ſe, quanto committẽs in illud eſt maior, tanto grauius peccat. 40. diſtinct. homo. Sed forſan. ibi nõ eſt mihi credendum, qui pro me dixi. Sed nunquid mediatores huius maledictionis tenentur hac pœna? Dic quòd ſic, ſaltem ex §. infrà eodem, illos. & hos credo comprehẽdi. j. eodem ver. & hanc. & quia participat in crimine criminoſo. extra eodem nuper. & capit. ſi concubinæ.

a ¶*Sub generalibus.*] verbi gratia: non intendo vobis eſſe ingratus, vel dicendo, decẽs eſt vt laborãs pro alio, recognoſcatur. Multa enim tacita tenẽt quæ expreſſa vitiant. argumen. ff. de hære. inſti. l. ſi quis Semproniũ. Sed quid ſi verbo non exprimit, ſed facto deponit: vel aliter rogat non ſolitus rogare aliàs niſi ſciat ſe munitum? Dic, talis dicit, quia facta loquuntur, vt ait Grego. argumen. 22. quæſtio. 5. cauere. & plus exprimitur facto, quàm verbo. ff. de ædil. edi. l. ſi tamen. §. 1. Sed quæ eſt ratio, quòd hic expreſſa, ſeu generaliter dicta vitient? Dic, quia quod iuſtum eſt, iuſtè exequaris, vt Deut. 21. & eſt caſus extra de ſimo. ſicut tuis. 14. quæſtio. 4. non ſanè. 1. quæſt. 1. non eſt putanda. ff. quod met. cau. l. extat. C. de act. & oblig. l. negantes. Inſti. vi bo. rap. §. ſed nedum talia. C. de re milit. contra publicam. in fin. libr. 12. quia ponẽs finem bonũ, habet illũ attingere per bona media, vt dictis iuribus, & cõpetenti tpe non agens, cũ teneat finẽ ponere & attingere illũ: illud attingere, cum ſit facti, debet intelligi arbitrio boni viri. ff. de verbor. oblig. l. continuus. §. cum ita. ff. de rei vendi. qui reſtituere. in fin. Sed nunquid aduocatus, procurator, vel tabellio petens ſalaria, & conueniens de eiſdem ligatur hac ſanctione? Dic quòd non. 11. quæſtio. 3. non licet. ſecus in iudice, vt ead. cau. & quæſt. qui rectè. & hic. Et eſt ratio, hic damnata generaliter non referuntur ad perſonas iuſtè ſecundum ius ſalaria recipientes. Notatur de hac materia extra de verbor. ſign. ſuper quibuſdam. & de vita & honeſt. cleric. cum ab omni. C. de iura. calum. authen. principales. Quid ſi tabellio plus debito acceperit, nunquid hac conſtitutione tenetur? Dic quòd non, quia non recipit pro iuſtitia ſeu gratia aſſequenda, quod requirit hæc conſtitutio: vnde dato quòd iudici daretur, vel alius det pecuniam pro iuſtitia differenda, aut auferenda, hac conſtitutione non ligatur, quæ in alio caſu loquitur. argumen. ff. de lib. & poſthu. l. commodiſſimè. extra lib. 6. de reſcrip. ſuſceptum. Item cum ſit pœnalis, eam non extendam. de pœni. diſtinct. 1. pœnæ. Sed nunquid ſine parabola præcedente poteſt dari aliquid promotori negotio completo? Videtur quòd ſic. argumen. ff. de orig. iur. l. 2. §. fi. ff. de don. Aquilius Regulus. & de var. & extraord. cog. l. 1. §. proinde. extra de ſimo. capit. dilectus 2. in fin. 1. quæſtio. 2. ſicut epiſcopum: Contra. 1. quæſtio. 1. eos. in fin. Sol. ibi ſpeciale propter magnitudinem criminis. 1. quæſtio. 7. capitu. fin. Item hic ligantur ſcientes tantùm. infrà eod. in fin. ſed ibi etiam ignorantes. extra de elect. cap. penul. & 1. quæſt. 5. præſentium. Item ibi quis ligatur pro peccato alterius, quod non eſt in pœna hic inflicta. 24. quæſtio. 3. §. 1. & cap. 1. Sed pone: neuter aliquid facto, vel verbo exprimit: & tamen mẽte vterque gerit, ſeu alter ſe daturum, nunquid ligatur hoc vinculo? Dic quòd non, quia hæc conſtitutio factum requirit, ſicut ille canon. 17. q. 4. ſi quis ſuadente.

Aduocatis & procuratoribus licet, qđ eſt iudicibꝰ vetitum.

b ¶*Et hanc ſententiam.*] ſed nunquid hæc ſunt dicta ſupra? Dic loquitur ſuprà cum ſunt dantes, recipientes, & acceptantes, ex verbis emiſſis, ſpecialiter vel generaliter ſe obligant? ſed hic loquitur quando parabola præceſſit per proxenetam, & commodum ad alium deuenit, ita quòd contractus ſuprà damnatur, ſed hic ſequela huius cõtractus proueniens ad alios ſcienter damnatur pœna conſimili. nec mirum, quia ſcientes & non denuntiantes eadem pœna ligantur. infrà §. proxi. vnde dic, ad promittentes, &c. ex ſequela præcedentium iam ſuperius damnatorum, & hoc innuunt verba ſequentis §. quæ copulant per verbum, quoq;, caſum ſequentem minus dubiũ præcedentibus in parilitate pœnæ, vt in 1. reſpon. huius cap. damnetur contractus: ſecũdò ver. & hanc. ſequela eiuſdem commodum continens. tertiò, §. illos. ſcientes & non denuntiantes, licet non habeant commodum directò, vel indirectò. Ioan. Mon.

†Vide conciliũ Trid. ſeſſio. 14. c. 7. de caſuũ reſeruatione.

c ¶*Perferatur.*] Nota aliquem teneri ad iudicandum, † vel denuntiandum. extra lib. 6. de reb. eccle. non alie. cap. 2. ver. clericos. 2. quæſt. 7. ſicut. & cap. ſeq. argum. contra. ff. de condi. ob turp. cau. l. idem & ſi. §. ſi tibi indicium. & forſan ſecundum canones ſecus, not. extra de fur. qui cum fure. Sed quẽ vocas hic ſcire? videtur ſi ab alio audiuit. 22. quæſtio. 5. hoc videtur. ff. de adminiſtra. tuto. l. quidam. §. vlt. ff. de pet. hære. l. item veniunt. §. quicunque ergo. Dic illum ſcire, qui hoc poteſt probare. 2. q. 7. plerique. & §. ſeq. & c. ſi quis epiſcopus. C. de prob. l. ſciant.

Denũtiare an qs teneatur.

† indicãdũ.

d ¶*Obtinere.*] aliàs Papa non reſeruante ſibi abſolutionem, alij poſſunt abſoluere. extra co. nuper.

e ¶*Mortis articulo.*] hoc eſt generale. extra lib. 6. de pœnis, cap. fin. §. præſenti. extra de offic. ordi. paſtoralis. §. 1.

f ¶*Recepit.*] quod ſi non habet, tunc luat in corpore. Nam in pœnis pecuniarijs, quæ ſurgunt ex delictis, quod non poteſt in burſa malè agens, in corpore luat. ff. de in ius voc. l. fin. ff. de pœn. l. 1. in fin. extra de do. & contu. finem. in fin. & not. extra de appel. reprehenſibilis.

Corpore det pœnas qui caret ęre malus.

g ¶*Largiatur.*] vt non fiat reſtitutio danti propter eius turpitudinem. nec recipiens commodo retentionis vtatur, licet vtrobique verſetur turpitudo. & eſt ratio, quia vterque incidit in factum meritò damnatum. ff. de cond. ob turp. cau. l. 1. in fi. extra de vita & hone. cleri. c. cum ab omni. & quia quod gratis fieri debuit, in pactum lucroſum non debet conuerti. ff. de cond. ob turp. cau. ſi veſtimẽta. & extra de ſimo. c. nemo. & c. de hoc. not. ſimile. vnde dans hoc caſu contra recipiẽtem agens, repellitur. ff. de cond. ob turp. cau. vbi autem. Iudex tamen qui habet purgare culpam, & illam in bonum pœnæ cõmutare. arg. de offi. pręſi. l. 2. & l. congruit. turpe lucrum à poſſeſſore extorquebit, & dabit pauperibus, vt hic. & ff. de iure fiſ. l. Lucius. Sed contra. C. de reli. & ſumpt. fu. & al. lu. alcarũ. Sed ibi non erat malum ſecundùm ſe, cum in certis caſibus bene poſſit fieri ludus, vt ibi. & ff. de aleato. l. ſolent. §. 1. hic ſecus. Dico eum ludum prohibitum regulariter clericis. extra de vita & hone. cler. clerici 2. extra de exceſ. præla. inter dilectos. authen. de ſanctiſ. epiſ. §. interdicimus. coll. 9. Item contra. ff. de colleg. illic. l. collegia. 1. reſpõ. Sed ibi erat res illicita propter carentiam ſolemnitatis, ſcilicet quia collegium non erat per principẽ approbatum: hic erat illicitum de ſe: & ideo hic maior pœna quàm ibi. Nec per remedium hic datum tolluntur antiqua. arg. ff. nau. cau. ſtab. l. & ita de facto. §. 1. ff. de act. & oblig. l. quotiens. C. de ſepul. vio. l. 3. extra lib. 6. de pœn. c. fi. §. per hoc quoque. & extra lib. 6. de re iud. cum æterni. de quorũ aliquibus habetur 14. q. 5. non ſanè. C. de pœn. iudi. qui ma. iud. per totum.

Lucrum turpe eſt extorquẽdum, & pauperibus dandum.

Ludus ẽ clericis prohibitus.

Remedium nouum non debet antiquũ tollere.

a ¶*Momenti.*] & ſic nota, quòd vitium partis, vel defectus facit gratiam, vel iuſtitiam nullam, vt hic. & extra de reſcript. cùm adeo. extra de æta. & qual. cum bonæ. extra 6. lib. de reſcript. capitu. 1. extra de fil. presbyt. capitu. 2. libr. 6. & l. canonizata. 2. quæſtio. 6. venales. Firmatur hic pœnæ excommunicationis adiectione. Idē de gratia, quæ gratis debet dari. 1. quæſtio. 1. ſunt nonnulli.

b ¶*Vtentes.*] & ſic not. quòd nedum faciens malum: ſed vtens malefactis ſcienter cōſimili pœna irretitur. extra de immu. eccle. aduerſus. extra de cri. fal. ad falſariorum. C. de cri. fal. l. ſi falſas. & l. maiorem.

Excōicatio ſiue iuſta ſiue iniuſta timenda eſt.

c ¶*Excommunicationis.*] quæ eſt timenda, ſiue fuerit iuſta, ſiue in iuſta, vt patet 11. quæſtio. 3. ſententia.

Prouidè attendētes.] ¶ Quod vnus nomine ſuo pro ſui intereſſe non poſſet eccleſiam ſubijcere interdicto, dudum prouiſum eſt extra de ijs quæ fi. à ma. par. capit. quæſiuit. Sed hic prouidetur generalius, vt infrà proxi. & præmiſſa intelligo vbi procedit à parte, vt dicto cap. quæſiuit. aut à iudice conuētione partis, vt hic. Sed quæro: archidiaconus qui ex conſuetudine excommunicare non poteſt, ſed bene eadem cōſuetudine poteſt interdicere, eccleſiā interdicit: nunquid poteſt? Dic quòd ſic: quia cū excommunicatio, interdictum, vel ſuſpēſio in poteſtate iudicis regulariter ſumuntur paria, extra eodem titu. cum medicinalis. §. & hæc eadem. ideo illam pœnam infliget, de qua ſibi videbitur, & quæ erit aptior negotio. extra vt lit. non conteſt. tuæ. & cap. ita quoniam. §. fin. Item poteſtas ſpecialiter non prohibita, ſtat. argumen. C. de appel. præcipimus. in fin. quia in tractatu prohibiti, vt eſt edictum de matrimonio, de procurationibus & ſimilibus, quod non eſt prohibitum expreſsè, eſt permiſſum. extra de ſpon. cum apud. ff. de procur. l. mutus. 2. reſpon. Et hæc decre. habet quinque dicta. Primò, procemium ad dicenda præmittit. Secundò, ver. *Præſentis.* iuxta præmiſſa ſtatuit. Tertiò, ver. *Nos enim.* factum contra ſtatutum huiuſmodi irritum decernit. Quartò, ver. *Non obſtantibus.* dicto ſtatuto obuiantia tollit. Quintò, ver. *Niſi à prædicto ſtatuto.* excipit.

Edictum de mrimonio eſt prohibitorium.

nullius prorſus eſſe momenti [a] volumus, omniq́ue ſtatuimus carere effectu, & robore firmitatis. ¶ Sed & ſcienter vtentes [b] ipſis, ſimili ſententia excommunicationis [c] aſtringimus: & reſeruantes nobis abſolutionem eorum cum præmiſſis in omnibus ad pœnas ſimiles obligamus.

¶Idem.

¶Præmiſſis damnis ex interdicto prouenientibus, ſtatuit, quòd propter dominum debita non ſoluentem eius terra, vel ciuitas ſine ſpeciali Papæ licentia non interdicatur.

CAP. II.

PRouidè attendentes, quòd vt frequentius, quāuis non ſine cauſa, ſine culpa [d] tamen multorum interdicti ſententiæ proferuntur [e]: quodq́ue ſunt nonnulli iudices nimis [f] prompti ad proferendas eaſdem etiā in negotijs, ſiue cauſis, quæ interdū plus ex cupiditatis, quā charitatis radice [g] perſpicuis indicijs [h] procedere arguuntur: quodq́ue interdicti tempore diuina organa ſuſpenduntur, & laudes [i], nec eccleſiaſtica ſacramenta miniſtrantur [k], vt ſolent: tolluntur mortuis, ſeu minuuntur ſuffragia [l], præſertim per oblationem frequētem Hoſtiæ ſalutaris: adoleſcētes & paruuli participantes rarius ſacramenta minus inflammantur & ſolidantur in fide: fidelium tepeſcit deuotio, hæreſes pullulant, & multiplicātur pericula animarum: Præſentis conſtitutionis prouidemus edicto, vt nulla prouincia, ciuitas, caſtrum, villa [m], locus [n], territorium [o], vel diſtrictus auctoritate ordinaria, vel delegata ſupponatur eccleſiaſtico interdicto pro pecuniario debito, vel pro cuiuſuis monetæ, vel pecuniæ [p] quantitate, quacunque occaſione, vel cauſa, ſeu quouis quæſito colore: pro eo maximè quòd ipſorum domini, rectores, ſeu officiales, quocunque nomine cenſeantur, aut incolæ, ſeu habitatores, aut ſingulares perſonæ ipſorum ſtatutis, vel ſtatuendis, ordinatis, vel ordinandis terminis huiuſmodi debitum, ſeu quantitatem non ſoluerunt hactenus, aut in antea non perſoluent. Nos enim exnūc decernimus irritum & inane, ſi ſecus hactenus extitit attentatū [q], vel contigerit attētari, illudq; reuocamus omnino. Non obſtātibus quibuſcunque contractibus [r],

d ¶*Sine culpa.*] de hoc not. extra de conſti. cognoſcentes.

e ¶*Proferuntur.*] extra de ſpon. non eſt. & not. 1. quæſtio. 4. in ſumma. Quid ſi hodie conſimilis ferretur ſentētia ſine ſcriptis: nunquid ferens eſſet ſuſpenſus? Argumen. pro & contra. extra lib. 6. de regul. iur. non præſtat. Dic quòd ſic. extra lib. 6. eodem tit. cū medicinalis. §. hæc eadem. Sed dices illud c. loquitur vbi ſententia eſt aliqua, vt dicto cap. §. ſi quis. & §. ſuperior. ſed hic eſt nulla. Sol. dictum cap. punit temeritatem iudicum, vt dicto. cap. §. ſi quis. quæ conuincitur, ſiue ſententia ſit nulla, ſiue aliqua, iniuſta tamen. Et quando iudex peccans iſta conſtitutione, & illa duplici maledictione dignus eſt, ſecundùm Philoſophum, & tranſgreſſor duarum conſtitutionum: nec pœna præſtat ſibi immunitatem. ff. de interd. & releg. relegatorum. §. fin. & pone quòd excommunicās eſſet excommunicatus, ſententia eſſet nulla. 24. q. 1. audiuimus. attamen pœna dicti §. locum haberet.

f ¶*Nimis prompti.*] id eſt, nimis feſtiui. contra iura. C. de ſen. ex breui. reci. l. 2. C. de appel. ne cauſas. 50. diſt. pōderet. 2. q. 1. in primis. Ioan. Monachus.

g ¶*Radice.*] vt ſunt contractus mercatorum, qui dederunt cauſam præſenti edicto.

h ¶*Indicijs.*] C. de rei vendi. l. indicia. C. de dolo. l. dolum.

i ¶*Laudes.*] extra de pœni. & remiſ. quod in te. extra de conſecra. eccle. vel alta. capit. fin.

k ¶*Miniſtrantur.*] vt dicto cap. quod in te. & extra 6. lib. eodem titu. cap. fin.

l ¶*Suffragia.*] 13. quæſtio. 2. pro obeuntibus. & cap. ſequenti. & ſeq.

m ¶*Villa.*] extra de verb. ſign. cap. cum in partibus. extra libr. 6. eodem tit. ſi ciuitas. notatur quid ſit.

n ¶*Locus.*] Multipliciter accipitur locus: vno modo pro quantitate menſurante rem extra, vt ſunt tempus & locus, ſecūdùm Philoſophum. Et ſic ponitur 13. quæſt. 2. vbicunque 1. & ff. de exerci. l. 1. Alio modo pro parte fundi. ff. de verbo. ſign. l. locus. Tertio modo pro efficacia argumenti, vt eſt locus maxima, vel differentia maximè, ſecundùm quod dicitur ab Artiſtis, locus eſt ſedes argumēti, vel illud à quo extrahitur argumentū. verſus:

Locus quinque modis accipitur.

Eſt locus atque loci ſunt artes, ſunt loca terræ.

Verſus.

Quarto modo pro cōuenienti ſtatu, vt dicto cap. cum in partibus. in fin. Et ſic accipit Horatius, cum dicit:

Singula quæque locum teneant ſortita decenter.

Horatius.

Quinto modo pro congregatione habitantium intra metas vnius loci, vt hic. & extra de cleri. excom. miniſt. c. poſtulaſtis. extra 6. lib. eod. titu. alma. 2. reſpon.

o ¶*Territorium.*] quid ſit, habes ff. de verb. ſig. l. pupillus. ver. territorium.

p ¶*Pecuniæ.*], appellatione pecuniæ omnis res continetur. 1. quæſtio. 3. capit. totum. ff. de verbor. ſignifi. l. pecuniæ verbum. & l. pecuniæ nomine. & C. de conſt. pec. l. 2. & hoc ait Philoſophus dicens, appellatione pecuniæ omnis res continetur, cuius dignitas, id eſt valor numiſmate menſuratur.

Pecuniæ appellatio omnes res continet.

q ¶*Attentatum.*] & ſic hæc conſtitutio trahitur ad præterita: nec mirum, quia hoc hic cauetur expreſsè. extra de conſti. capitu. fin. 3. quæſtio. 4. omnes. C. de ſacroſanct. eccle. l. fin. in fin. Et de materia attentatorum ante pœnam incurſam. verbi gratia, Ante iſtam conſtitutionem eſt eccleſia interdicta ſecūdùm vnum modum de hic reprobatis: aliquis celebrat in ea eccleſia, tandem fit hæc conſtitutio: non releuatur per hanc conſtitutionem. not. ſimile extra 6. libr. de regul. iur. capit. ratihabitionem. argumen. ff. de itin. actuque priua. l. 1. in fin. & l. ſeq. C. de ſen. paſ. l. fin. in princip. ff. de capt. & poſtli. reu. l. in bello. §. factæ. authen. vt cum de appell. cogno. circa princip. coll. 8. vbi not. quòd conſtitutio, quæ extenditur ad præterita, non comprehendit decisa per ſententiam. & extra libr. 6. de regu. iur. cap. factum. Ioan. monachus.

Cōſtitutio ad præterita quandoque extenditur.

r ¶*Contractibus. &c.*] & eſt ratio, quia innoxij tunc ligarentur per iſta, vt ſuprà in princip. extra eod. Romana. §. fin. propter hoc illicitum hic retractat. Et dic contractibus, vel quaſi, ſiue vltro citroque obligatorijs, vt emptio & venditio, & ſimiles:

Contractus ſunt duplices.

& ſimiles:vel ex parte vna, vt eſt donatio.C.de ſacroſanct.eccle.vt inter diuinum. Inſtitu. de oblig. quæ ex quaſi contrac. naſ.per totum.

Intereſſe eſt æſtimatio pecuniaria.

a ¶*Obligationibus.*] quæ ſunt iuris vinculum.Inſtit. de oblig.in princip. Sed quid ſi agatur ex obligatione ad intereſſe? Dic idem, cum intereſſe ſit æſtimatio pecuniaria. ff. de re iudi.l.ſi quis ab alio.

b ¶*Pactis.*] quid ſit pactum,& quæ conuētio habetur. ff. de pact. l.1.§.1. & §.adeo.

c ¶*Conuentionibus.*] ab initio.

d ¶*Compoſitionibus.*] ex poſt facto.Ioā.Monachus.

e ¶*Submiſſionibus.*] in iudices factis.

f ¶*Fideiuſſionibus.*] hoc eſt obligationibus non principalibus, ſed acceſſorijs.Inſtit.de fideiuſ.per totum.

g ¶*Conſenſibus.*] partium. Ioan. Monachus.

Interdictū quandoque directè quandoq; indirectè fertur.

h ¶*Proceſſibus.*] & ſententijs iudicū.Quid ſi non ſit lata ſententia interdicti directò, ſed ſolùm mandatur rectoribus locorum,in quibus morantur; vel veniunt excommunicati ex cauſis prædictis, q̄ quandiu morantur ibidem, ceſſent à diuinis, etiā tribus diebus poſt receſſum, prout frequenter fieri conſueuit? Videtur idem, cū eadem ſit ratio. ff. ad leg.Aquil.l.illud. nam aliàs præſens conſtitutio imponeretur verbis,& non rebus, & debito fraudaretur effectu.argumen.extra lib.6.de elect.commiſſa.§.porrò.C.commu. de lega.l.2.in fi.Dic diſtinguendum, aut agitur de delictò maiorum, ꝓpter quod terra poſſet directò interdici.extra eodem titul. libr.6. ſi ſententia.§.cæterùm. & ſic prædicto modo poſſet directè poni interdictum. extra de ſponſ.non eſt.aut non: & ſic reditur ad interdictum hic prohibitum: ſed primo modo reditur ad interdictum permiſſum.Sed quæro hoc caſu permiſſo,non interdicitur prouincia, vt dicto capitu.non eſt, ſed interdicitur curato ne celebret tali præſente,celebrat: nunquid eſt iſte celebrans irregularis? Argumen. quòd ſic.extra libr.6.eodem titu.capit.is qui. extra de cler.excom.ſi celebrat. Sed dices ad hoc. mitius agitur cum lege, quàm cum miniſtro legis.ff.de arb.l.Celſus.Sol.hoc caſu nedum requiro inhibitionem iuris vel hominis, ſed pœnam à iure inflictam,vt dicto capitu.is qui. & pœnalia non extendam. ff. de pœnis, interpretatione. & de pœni. diſtinct.1. pœnæ. & extra libr.6.de regul.iur. odia. & extra eodem libr. de fil. presbyt.capitu.1.in fin.Sed quæro,ex delicto quis condemnatur ad pœnam pecuniariam, nunquid huic conſtitutioni locus eſt?Et videtur quòd non, quia hic loquitur in contractibus: & ſic ad delicta non extendam, & etiam ratio originis eſt conſideranda. ff. de dona. qui id quod.& initium ſpectandum. ff. ad Maced.ſi tamen. not. de elect. dudum 1. Dic contra.ff. de pecul.l.3.§. idem ſcribit.& leuiter reuertor ad pœnam interdicti tollēdam propter rationes ſuprà eodem in principio tactas. Sed quid ſi omnes & ſinguli conſentirent? Videtur conuentio tenere.ff.de regul.iur.l.aliud.§.refertur.& ff.ad municip.l. quod maior. Dic contra, quia infantes ſe ad hoc obligare non poſſent,cum eorū ętas ignoret quid agat. C.de fal. mon.l.1. Idē in furioſo. ff. de rei vendi.l.quod infans. Item tunc ligarentur mortui ne commoda eccleſiæ militantis ad eos venirent, vt ſuprà eodem in princip. Sed contra per leg. quæ omnes adſtringit, hoc poteſt fieri. extra de conſtit. capitu.fin.ergo & per pactum. ff. de pact.l. non impoſſibile. & per conſuetudinem: ergo & per pactum. C. de fideiuſ. l. fin. Sol. pacta hæc non valent, quibus detrahitur honori Dei, & publicæ vtilitati animarum, & vbi contra animam hæreſes pullulant, vt ſuprà eodem in princip. argumen. extra de foro compet. ſi diligenti. & de fer. conqueſtus. ff. de pact. ius publicum. & malè adinuenta, vtpote contra prædicta,tempore non firmantur. authent. vt nul. iud. li. ha. lo. ſer. §.1. colla. 9. Item vbi agitur de electionibus, & ſimilibus, quod maior pars facit, omnes facere videntur, vt dicta l. quod maior. Item vbi factum omnium reſpiceret debitum, vel publicam vtilitatem: quia tunc ſufficeret maior pars. extra de ijs quæ fiunt à maio.par. cap. capit. fin.Sed vbi agitur tantùm de commodo, vel incommodo ſingulorum, conſenſus omnium eſt requirendus. extra de offic. archid. ad hæc. in fin. C. de aucto.præſt.l. fin. ff. de aqua plu.arcen. l. in concedendo. extra libr. 6. de regul. iur. quod omnes.

Pactum nō valet quod detrahit honori Dei.

Factū à maiori parte, an videatur factum ab omnibus.

obligationibus [a], pactis [b], conuentionibus [c], compoſitionibus [d], ſubmiſſionibus [e], fideiuſſionibus [f], conſenſibus [g], proceſſibus [h], & ſententijs ſuper hoc habitis, vel habendis iuramentorum [i], pœnarum ſpiritualium, & temporalium, ſeu mulctarum [k] appoſitione, vel quacunque alia firmitate vallatis: Niſi talis ſuppoſitio interdicti hactenus foret facta, vel in antea fieret de Apoſtolicæ ſedis ſpeciali [l] licentia, & expreſſa per ipſius ſedis patentes literas apparente [m].

Clemens quintus.

¶Andronicum Palæologum ſe Imperatorem Græcorum nominantem, & hæreſis ipſorum fautorem, excommunicatum denuntiat: omneſq; cum eo ſic manente ſocietatem cōtrahentes, ipſo facto dicit excommunicatos, & eorum terras eccleſiaſtico ſupponendas interdicto. Suntque priuandi bonis,quæ ab eccleſia tenent,& talis ſocietas, ſeu confœderatio nulla eſt. Facit cap. ad Apoſtolicæ. de ſent. & re iud.libr.6.

CAP. III.

AD certitudinem præſentium,& memoriam futurorum,Andronicum Palæologum, qui Græcorum Imperatorem ſe nominat, tanquam eorundem Græcorum antiquorum † ſchiſmaticorum, & in antiquato ſchiſmate conſtitutorum,& per † hoc hæreticorum, & hæreſis ipſorum ac ſchiſmatis antiqui fautorem, de fratrū noſtrorum conſilio denuntiamus excommunicationis ſententiam latam à canone incurriſſe, ac ipſius fore ſententiæ vinculo innodatum. Cæterùm vniuerſis, & ſingulis regibus,principibus,ducibus, marchionibus, comitibus, baronibus, & cæteris omnibus cuiuſcunque præeminentiæ, conditionis, ſtatus, necnon vniuerſitatis ciuitatum, caſtrorum, & aliorum locorum diſtrictius inhibemus,ne cum eodem Andronico Palæologo in huiuſmodi excommunicatione manente, ſocietatem, vel confœderationem aliquam contrahere ſub quouis ingenio, vel machinatione præſumant: vel ei aliàs in his, quibus excommunicatus eſt denuntiatus à nobis, præſtare conſilium, auxilium,vel fauorem publicum, vel occultum. Et ſi ſecus præſumptum fuerit, omnes ſingulares perſonas contrarium præſumentes (non obſtante qualibet indulgentia ſub quacunque forma verborum,vel expreſſione ipſis ab Apoſtolica ſede conceſſa, vel in poſterum concedenda, quam quo ad hoc viribus volumus omnino carere) ſententiam excommunicationis, quam exnunc in ipſos ferimus, incurrere volumus ipſo facto. Terras ipſorum, & vniuerſitates prædictas, quæ ſecus attentare præſumpſerint, prout expedire videbimus eccleſiaſtico curabimus ſubijcere interdicto. Ad priuationem omnium bonorum, quæ à quibuslibet tenent eccleſijs, & ad pœnas alias ſpirituales & temporales, prout vtile putabimus, proceſſuri. Et nihilominus ſocietatem, & confęderationem ipſas (etiam ſi pœnarum & iuramenti additione,vel quacunque fuerint alia firmitate vallatæ)decernimus irritas,& inanes. Datum Pictauis, iij. Nonas Iunij, anno ij.

†al. antiquatorum.

† Quia nullū ſchiſma eſt, q̄d non ſibi aliquā hereſim cōfingat, vt recte ab eccleſia receſſiſſe videatur. ita B.Thomas 2.2.q.39.artic.1. adde Turrecrematā in ſumma de Eccleſia, li. 4.c.1.& ſeq.

i ¶*Iuramentorum.*] nam ex quo non tenet contractus, nec confirmatio contractus valet.ff.de fideiuſſ.cum lex.not. extra lib.6.de regu.iur.non eſt obligatorium. Argum.contra C. de præd.mino.l.& ſi is. Sol.vt ibi.

k ¶*Mulctarum.*] de quibus habes.C.de mo.mul.& ff de verbor.ſign. ſi qua.

l ¶*Speciali.*] ſed qualiter ſedes Apoſtolica illicitum, vt hic, faciet licitum:quæ ait,quod eſt licitum approbantes, & illicitum reprobātes.extra de præb.dilectus 1? Sol.illicitum quandoque ex certis circunſtantijs toleratur,vt dicto titu.de præb. niſi eſſent.

Illicitū quandoque toleratur.

m ¶*Apparente.*] ſunt & quidem alij caſus,in quibus probare oportet per ſcripturam.not.extra libr.6. de cenſib. Roma.§. poſtquam. Ioan.Mona.

¶Idem.

† Ioãnes de Selua.ĩ tractã. debenefic.par.1.q.2.dũ meminit hui⁹ extrauagãtis, eam tribuit Clemẽtiſexto.

† Prouerb. cap.3.c.ne innitaris.extra de cõſt.

¶ Idem †.

¶Excommunicati ſunt, qui literas à Papa ante ſuam coronationem conceſſas impugnant.

CAP. IIII.

QVia † nonnulli (prout accepimus) contra doctrinam Apoſtoli ſuæ prudentiæ, quin potius imprudentiæ innitentes, ac diſceptare ſuper his, de quibus eis non expedit, ſatagentes, aſſerere non verentur, quòd ſummus Pontifex ante ſuæ coronationis † inſignia ſe non debet intromittere de prouiſionibus, reſeruationibus, diſpenſationibus, & alijs gratijs faciendis, nec ſe in literis epiſcopum ſimpliciter, ſed electum epiſcopum ſcribere: Nec etiam vti bulla, in qua nomen exprimatur ipſius: Nos talium temeritates compeſcere cupientes, ſingulos, qui occaſione huiuſmodi aliquas literas noſtras ſuper negotijs quibuſcunque confectas †, quæ à nobis ante donationis † noſtræ inſignia, emanarunt, auſi fuerint impugnare, excommunicationis ſententia innodamus. Datum apud Peſecum Burdegaleñ. diœceſis, anno ij.

† Videtextum inc. in noĩe Dñi. 23.diſt.ver. electus tñ. & ibi Gemin. & alios. & Ioannem de Selua tract. de benefi. par. 1.q.2.

† al. conceſſas.

† coronatonis.

F I N I S.

INDEX LOCVPLETISSIMVS

RERVM ET VERBORVM, QVAE IN SEXTO DECRETALIVM, CLEMENTINIS, ET EXTRAVAGANTIBVS HABENTVR.

Primus numerus columnam, ſecundus numeros in medio paginæ poſitos denotant. Verum quando ſolus primus apparet, in principio ipſius columnæ require.

A

Abbas plus conſequitur per benedictionem, quàm abbatiſſa. Clem. 238.70
Abbas debet eligi ad aliam abbatiam. 183.20
Abbas Cluniacen. ſubditos mediatos & immediatos viſitare poteſt. Ext. 335
Abbates exempti vices epiſcoporum gerunt. Clem. 194.70
Abbates eccleſias vnire non poſſunt. Clemen. 196.20
Abbates an poſſint benedicere calices, patenas veſtes ſacerdotales, cruces, & ſimilia. 729.80
Abbates de iure non benedicunt ſolenniter. 728.60
Abbatiſſa ſuſpendere poteſt, licet claues eccleſiæ non habeat. Extr. 268.10. & 273.60
Abbatiſſæ monaſterium egredi non debent. Extra. 336.40
Abbatiſſæ non omnes benedicuntur. Clemen. 238.60
Abbatiſſæ benedictionem multa impediunt. 239.40
Abbatiſſa electa cõtra quam minor pars ſe opponit, an poſſit ante confirmationem adminiſtrare. 201.20
Abbatiæ & prioratus principales monaſteriorum non dicuntur vacare in curia Romana. 468.60
Abeſſe quis dicatur. 29
Abolere quid eſt. Ext. 358.80
Abſens & præſens poteſt quis conſtitui procurator. 317.50
Abſentes non omnibus caſibus ſunt vocandi. 293.70
Abſoluere an poſſit epiſcopos ſuſpenſos à iure. 127.40
Abſoluere poteſt epiſcopus à qualibet excommunicatione iuris, ſi non ſit reſeruata Papæ. 298.40
Abſolutio & relaxatio differunt. 323
Abſolutio poteſt dari non petenti. 769.40
Abſolutio reſeruatur epiſcopo in multis caſibus, & qui ſunt caſus epiſcopo reſeruati. 761.70
Abſtinentia eſt continentiæ nutrix. Clemen. 229.20
Abſolutus in infirmitate ab inferiori, quando debet ſe repræſentare ſuperiori. Cle. 328
Abſque & ſine priuant. Extr. 43.50
Abuſus facit multa, etiam iuſta caſſari. 542
Abuſus in bonam, & malam partem ſumitur. 144.50
Acephali ſunt, qui nulli prælato ſubſunt. Extr. 80.50
Acceptare in malam partem ſumitur. Ext.
Acceptare dicitur quis beneficium eo ipſo, ꝙ petit illud ſibi conferri. 539
Acceſſoriè aliqua licent, quæ principaliter non licent. Ext. 215.50
Accreſcit alteri, quod ab alio ſubtrahitur. Cle. 72.20
Acceſſorij iure venit, quod principaliter non veniret. Clem. 180.40
Acceptare valens intra menſem, an poſt menſem acceptare poſſit. Cle. 190.80
Acceptatio beneficij ſine executoris præſentia fieri poteſt. Cle. 192.20
Actio alicui tripliciter attribuitur. Cle. 12.50
Actio popularis quãdoque intereſſe priuatum habet. Clem. 48.70
Actio in factum oritur ex ſententia definitiua. Clem. 167.70
Actorum quædam ſunt acta cauſæ, quędam iudicij. Clem. 372.50
Actionis nomen eſt curandum. Ext. 296.30
Accuſatus de ſimonia qualiter opponet teſtibus ſimoniam. 376.70
Accuſare non valens denũciare poteſt. 391.60
Acrimonia, id eſt excommunicatio. 636.20
Acta iudiciaria non requirunt teſtium inſcriptionem. 682.50
Actio de dolo tunc demum competit, vbi alia actio deficit. 640.80
Actio de dolo non datur pro modico. 47.60
Actio edita an & quando poſſit mutari. 162.60
Actio publiciana quãdo locum habeat. 415.50
Actio quandoque datur, vbi exceptio denegatur. 199.40
Actio realis an poſſit dari poſſidenti. Ext. 145.30
Actio realis non datur poſſidenti pro re corporali, ſed bene pro re incorporali. Extraua. 145.40
Actiones an nomine immobilium comprehẽdantur. Extra. 138.40
Actor forum rei ſequi debet. Ext. 152.70
Actor an poſſit recuſare iudicem. 45.20
Actor an poſſit conuenire reum ſuper pluribus actionibus realibus coram diuerſis iudicibus. 22.50
Actor, qui non reſpondet poſitioni, habetur pro confeſſo. 374.50
Actus eſt duplex. 155.30
Actus quidam ſunt publici, quidam ciuiles, & quidam communes. 392.60
Abeſſe liti ꝓdeſt intereſſenti in multis. 308.50
Aedificans in beneficio ſuo ipſius vtilitatem facit. Extra. 263
Adiectiuum neutrum de omni genere prædicatur. Extr. 358
Adminiſtratores ad voluntatem ſuperiorum, quandoque ſunt remouibiles. Ext. 286.30
Aduocatis & procuratoribus licet, quod eſt iudicibus vetitum. Ext. 389.50
Aduocatus debet primo ius ſuum firmare, deinde ius aduerſarij impugnare. 416.70
Aduocatus debet peregiſſe annum xvij. 313.30
Aduocatus dicitur militare. 582.40
Aduocati non admittuntur in cauſis ſummarijs. 699.50
Aduocatorum doloſitas circa teſtes remotos tripliciter repellitur. 53.20
Aduocatorum doloſitas & imperitia circa dilationes fruſtatorias ad teſtes vltra marinos, vel extra prouinciam tribus cautelis repellitur. eo.
Aduocandi officium eſt laudabile. 754.60
Adulterij cauſa an requirat ordinem iudiciarium. Clem. 98.30
Aequalitatem debere eſſe in iudicijs, qualiter intelligitur. Clem. 125.60
Aequitas ſimulata duplex eſt iniquitas. 98
Aeſtimatio quid eſt. Ext. 29.70
Aetas beneficiandi. 172.60
Aetas idonea in beneficijs obtinendis. 35.10
Aetas pupillaris quæ dicatur. 173.20
Aetates hominis ſunt ſex. 6.20
Affatim qualiter exponatur. 609.20
Affinitas in primo genere impedit, & dirimit matrimonium. 648.50
affirmatiuam geminata negatio ponit. Ext. 158
Affirmatiuã duplicata negatio põit. Ex. 132.60
Agere volens de nullitate ſententiæ, quid debet facere. Clem. 143.30
Agere quis cõpellitur in multis caſibus. 359
Album prætoris quid erat. Cle. 94.30
Aliàs, varie ſummitur. Ext. 357.60
Alienans bona eccleſiæ & alienata recipiens eadem pęna puniuntur. Ex. 302.40
alienationis variæ ſunt ſpecies. Ext. 302
alienationis nomine quid contineatur. 721.80
alienari poſſunt bona eccleſiæ cauſa incommoditatis. 383.10
alchimiſtæ varia incurrunt detrimenta. Extra. 360.40
alchimiſtæ ſunt infames. Ext. 360.70
alter alterius onera portare. Ext. 240.20
allegatio indeterminata eſt admittenda. Extra. 137.70
alternatiua eſt duplex. 257.70
alueus dupliciter ſumitur. Cle. 208.30
ambiguitas eſt triplex. Cle. 4.30
ambitio torquet omnes. Ext. 26.40
ambiguum quid ſit, & vnde dicitur. 333.70
anathema mucro eſt epiſcopalis. 705.60
anathema quid eſt. Extr. 388.50
anfractus quid notat. Clem. 208.60
aĩa qñ infunditur corpori humano. Clem. 8.40
anima eſt omnibus præferenda. Extra. 33
anima eſt triplex. Clem. 12
aĩa rõnalis eſt forma corporis humani. 12.20
animæ purgatorij ſunt Dei iudicio ſeruatæ. Clem. 337.10
anima de reb. mundanis ſatiari nõ poteſt. Ext. 259.50
anima viuit ex verbo Dei. Extr. 332.20
animæ ſunt à Deo papæ cõmiſſæ. Ext. 386.30
animarum periculis occurrere debent prælati. Extraua. 205.30
annalium perceptio multiplici iure poteſt cõpetere. Extr. 368.70
annus iubileus typicus verum Iubileum figurauit. Ext. 375.10
annus Iubileus non ſine cauſa fuit centeſimo quoque anno. Ext. ibid. 40
annus quinquageſimus in lege veteri erat Iubileus. Ext. 382.10
annus dicitur tempus breue. 460.50
anno probationis durante non poſſunt mẽdicantes aliquem ad profeſſionem recipere. 593.60
anni dñi à quo tpe ſunt computandi. Clem. 9
anticipatio vnde dicitur. Cle. 11.10
antidotum, & non antidorum dicendum eſt. Clem. 135.40
antiquior in eccleſia quis dicatur. 69.30
apes & apex differunt. clem. 129.50

* apoſtata

apoſtata an ſit ipſo iure excommunicatur.644.20
apoſtata an ſit excommunicatus. 228.20
apoſtoli domini fuerunt duodecim.in tex.629.60
apoſtoli qui ſint,& vnde dicantur. 429.80
apoſtoli ſunt multiplices. 427.40
apoſtolorum quinque ſunt ſpecies. 430
apoſtoli in iure qui dicuntur. Cle. 111.60
apoſtoli intra 30.dies ſunt petendi.Clem. 157.50
apoſtoli varia habent nomina. Clem. 158.40
apoſtolorum varia genera. Clem. 155.20
apoſtoli dantur vt iudex ad quem inſtruatur. Clem. 157.50
apoſtoli cuius expenſis ſunt tradendi. clemen. 159.30
appellare an liceat ante definitiuam ſententiã. Extrauag. 238.10
appellatio eſt remedium contra oppreſſiones. Extrauag. 370.10
appellari non poteſt in iudicio à grauamine futuro.Clem. 162
appellationis proſequendæ quando incipit tẽpus currere.Cle. 161
appellationis notitia quandoque eſt plena, & certa. Cle. 41.20
appellationi ſuper beneficijs tribus temporibus præſcribitur.cle. 40.60
appællans ab vno ex pluribus iudicibus,an bene appellet.Cle. 155.60
appellans ab interlocutoria quid exprimere debet.Cle. 164.60
appellans ante ſententiam, ſi poſtea appellat à ſententia non ob id appellationi renuntiat. Clem. 112.30
appellanti in cauſa beneficiali ſufficit ſolam appellationem appellato intimare.Cl. 156.50
appellatur à ſententijs auditorum curiæ. Cle. 120.60
appellari ad parem poteſt, ſi de hoc ſit cõſuetudo. 436.70
appellari an poſſit à ſnĩa arbitrorum. 262.30
appellari an poſſit p̃ ſcripturã priuatã. 429.50
appellari debet à ſubdelegato in totum ad primum delegantẽ,non ad delegatum.249.70
appellari nõ poteſt omiſſo medio regulariter. 435.40
appellari põt ad Papam, etiam omiſſo medio. 436.80
appellari poteſt à delegato officialis ad ipſum officialem,vel epiſcopum. 66.70
appellari p̃t ab archiepiſcopo ad ſynodum,licet illi præſit Archiepiſcopus. 455.30
appellari poteſt ſecundum canones à qualibet interlocutoria,& quolibet grauamine.456.70
appellatio ab interlocutoria non ſuſpendit iuriſdictionem iudicis à quo. 799.70
appellatio ab interlocutoria ſiue incontinenti, ſiue ex interuallo interponenda eſt in ſcriptis. 428.50
appellatio ad quid eſt inuenta. 443.30
appellatio alternatiua an valeat. 261.30
appellatio an poſſit interponi omiſſo medio. 261.30
appellatio an ſuſpendat effectum ſuſpenſionũ, vel interdictorum. 808.50
appellatio & excommunicatio ſi eadem die p̃ferantur, nec appareat de prioritate, præſumitur quod excommunicatio præceſſerit. 787.60
appellatio & recuſatio in quibus conueniant, & differant. 252.30
appellatio & recuſatio an ſint paria. 67.30
appellatio in multis caſibus prohibetur. 447
appellatio varios habet effectus. 424.70
appellatio quid ſit. 66.40
appellatio in multis caſibus eſt prohibita.439.70
appellatio an ſit ſemper coram iudice interponenda. 451.70
appellationis proſequendæ terminus à iure datus per iudicem à quo breuiari poteſt. 427.50
appellationi friuolæ nõ eſt deferendum. 442.50
appellatio non deuoluit ad curiam cauſas beneficiales,niſi multa concurrant.Cle.41.40
appellatio qualiter interponetur à duobus iudicibus qui etiam diuiſim haberi non poſſunt.Clem. 156
appellatio à diffinitiua ex nouis cauſis iuſtificari poteſt. Clem. 165.30
appellatio poteſt eſſe deſerta tacitè & expreſsè.Cle. 166.30
appellatio ab electione,&c. & appellans à ſententia definitiua diuerſimodè onerantur. Clem. 153.60
appellatio poteſt interponi abſente appellato. 154.30
appellare tertio non licet.Cle. 168.30
appellare ſecundo & ſuccumbere, tantum eſt quantum non appellare. ibid.50
appellare licet,quandoque etiam ſecundum leges ab interlocutoria.Cle. 294.50
appellans à definitiua in caſu prohibito, debet cauſam inſerere. 435.60
appellans à definitiua, nec cauſam exprimere, nec in ſcriptis appellare tenetur. 106.40
appellans à grauamine extraiudiciali,vel ab interlocutoria,debet in ſcriptis appellare.427.30
appellans à iudice in vna cauſa, an teneantur coram illo in alia cauſa reſpondere. 22.70
appellans ante diffinitiuam dicitur deponere querelam de iniquitate iudicis. 444.50
appellans an poſſit renuntiare appellationi ſuę inuito appellato. 108.10
appellans & impeditus vno die anni ad proſequendum appellationem, an habeat ſecundum annum integrum. 164.70
appellans ne certa perſona ad electionem admittatur, an teneatur ſeruare conſtitutionem,vt circa. 153.60
appellans non comparens,an debeat condemnari in expenſis appellato legitimè comparenti. 79
appellans qualiter debeat mittere procuratorem inſtructum. 430.10
appellans vna die & ſequenti die iurans, an ſatisfaciat conſtitutioni, vt circa. 93.60
appellandum eſt intra decem dies ab actibus extraiudicialibus. 450.10
appellatur verbo & facto. 429 30
approbatum ſemel non poteſt reprobari. 103.70
approbata per ſedem Apoſtolicam à nemine ſunt reprobanda.Extr. 330
arbor quæ inutiliter terram occupat, excidenda eſt,& in ignem mittenda. 703
arbitri poſſunt cognoſcere non ſolum de veritate ſuſpicionis propoſitę,ſed etiam de illius legitimitate. 432.40
arbitri ſunt eligendi in cauſa quam mouet epiſcopus contra ſubditum. 262.40
arbitri iuris quatuor habeãt qualitates. 432.50
archa Noe quantæ fuit altitudinis, longitudinis,& latitudinis.Extr. 224.70
archidiaconus quis eſſe non poteſt in vigeſimo anno.Clem. 73.60
archiepiſcopus viſitans quid primo facere debet. 616.10
archiepiſcopus poteſt concedere indulgentias. in tota ſua prouincia. 626.60
archiepiſcopus non poteſt tollere capitulo ius ſuum ſine cauſa, 226.40
archiepiſcopus de conſenſu partium an poſſit committere cauſam appellationis extra ſuã diœceſim. 288.60
archiepiſcopus poteſt delegare cauſam inter epiſcopum & clericum extra diœceſim ipſius epiſcopi. 289.60
archiepiſcopus non relaxat excommunicationem à ſubdito ſui ſuffraganei latam.775.40
archipresbyteri Bituricen.mutantur mutato p̃lato.Extra. 291.50.& 275.20
archipresbyteratus Bituricen. non ſunt perpetui.Extra. 261.70
archipresbyter ſi non ſit presbyter an poſſit ad mitti ad eligendum.Cle. 71
archiui ſunt armaria librorum.Cle. 138.30
argumentum ab abſurditate valet. 486.80
argumentum à contrario ſenſu eſt fortiſſimũ. 461.60
argumentum à contrario non ſemper procedit. 334
argumentum à contrario ſenſu quandoq; ceſſat.Clem. 340.50
argumẽtum à contrario ceſſat aliquando. Ext. 86.50
argumentum à contrario eſt fortiſſimum.Ext. 16.60
argumentum valet ſi dicitur, non eſt ita, quia iure cautum non reperitur. Extra. 74.10
arma & tela differunt.Cle. 233.70
arma clericorum ſunt lacrymæ. 779.10
armorum quædam ſunt offenſionis, quædam defenſionis.Extr. 85.50
articulus quid ſit. 17.40.& 381.30
articulus nouus fidei an per Papam poſſit fieri. Extra. 163.40
artificium per experientiam recipit incrementum. 99.10
adipis proprietas. 410
aſſaſſini qui dicuntur. 708.10
aſſeſſor habeat ſalarium licet partes concordẽt. 51.40
aſſeſſor vt ſuſpectus recuſari poteſt. 50.20
aſſignatio fit verbis, vel nutu. 452.30
aſtrictus ad aliquid faciendum, ad quid tenetur.Extrauag. 247
attentata poſt citationem, iudicis officio reuocantur.Cle. 118.10
atteſtationibus publicatis in principali, non licet in cauſa appellationis teſtes producere ſuper iiſdem capitulis. Clem. 127.70
auarus dicitur cæcus. 96.50
auarus quilibet cæcus eſt. Extra. 46.30
auarus eſt inſatiabilis. Extr. 26.50
auditor qualiter à Papa deputatur. Cleme.22.30
auditores quam iuriſdictionem habent. ibid.
aurum & argntum prohibetur à domino poſſideri.Clem. 357
auctorizans quandoque plus punitur quàm faciens.Cle. 312.40
auferri non dicitur quod differtur. 679.10
auctoritas Papæ eſt humana & diuina. Extra. 231.60

B

BAllivus qualis dictio & quid ſignificetur. Clemen. 327.20
Baptiſmus obligat etiam infantes ad fidem ſeruandam. 688
Baptiſmus quid facit.Extr. 224.40
baptiſmo tria ſunt neceſſaria. Clemen. 267.60
Baſes quid ſit. 143.10
Baſilica quid eſt. Ext. 371.30
Baſilicæ,meſquitæ, ſynagogæ differunt.Clem. 291
Benedictio ſolennis per quæ verba fit. Clem. 322.80
Benedictio abbatiſſæ an ſit iterabilis. Clemen. 239.10
Benedictio ſolennis qualiter fiat. 729.40
Beneficium abſenti poteſt conferri. 30.50
Beneficium collatum abſenti, an poſſit alteri conferri ſub conditione,ſi ille non acceptauerit. 493.40

Bene-

beneficium comprehendit dignitates, perſonatus, &c. 845.50
beneficium curatum non debet conferri minori. 33.70
beneficium curatum hñs, non ſemper tenetur ſe facere promoueri intra annum. 477.50
beneficium dicens ad ſe ſpectare qualiter debebit libellare. 534.70
beneficium impetrans an teneatur facere mentionem de commenda. 102.10
beneficum multis modis capitur. 844.20
beneficium non acquiritur mihi per conſanguineum ante acceptationem. 492.80
beneficium per violentiam intrare non licet. 494.30
beneficium primo vacans debetur, ſi de proximo vacaturo per Papam prouideri mandetur. 479.20
beneficium principis quid ſit. 16.50
beneficium religionem ingreſſi non vacat pendente probationis anno. 596.50
beneficium ſi abſenti ſit collatum, ſtatim, quòd ſciuit & acceptauit, ſibi ius in beneficio acquiſiuit. 492.20
beneficium in irregularitate acquiſitum, an illa purgata retineri poſſit. Extr. 358.10
beneficij collatio non impeditur per appellationem. Extr. 214.20
beneficio priuari non debet non citatus, non conuictus, nec confeſſus. Extra. 370.50
beneficia aliqua ſunt quæ perſonalem reſidentiam non requirunt. Extr. 323.40
beneficia multis modis vacare poſſunt. Extra. 205.80
beneficia plura obtinere an liceat. Ext. 263.70
beneficia aliqua ſunt de iure compaſſibilia. ext. 262.10
beneficia ſunt triplicia. Extr. 264.60
beneficiorum multiplex diuiſio. Extr. ibid.
beneficia ſimplicia an ſint incompaſſibilia. Ex. 265.10
beneficia permutata an dicantur vacare. extra. 293.80
beneficia per qd dicuntur affecta. extr. 289.60
beneficia incompaſſibilia an per conſuetudinē poſſint fieri compaſſibilia. ext. 265.70
beneficiorum taxæ. extr. 238.70
beneficiorum vacantium fructus an poſſunt menſæ, vel alij vſui applicari. ext. 294.10
beneficiorum tituli ſunt ſingulares. ext. 266.30
beneficiatus non reſidens ſatisfacit, dummodo bene expendat. ext. 264.50
beneficiatus à reſidentia facienda quandoque excuſatur. extr. 369.10
beneficijs vacantibus ſunt aſſumendi viri, qui illis præſint, & proſint. extra. 287
beneficium accipiens cum animo retrocedendi, tenetur omnes fructus ex illo perceptos reſtituere. Cle. 68.50
beneficium tempore datæ non creatum cum non debeatur impetranti, ſi data & creatio ſit eiuſdem diei, quis de prioritate probabit. Clemen. 26.40
beneficium idem ad duos ſpectare non poteſt. Clem. 117.30
beneficium ſine magna cauſa non eſt ſubtrahendum. clem. 334.50
beneficium perdens obtentum, non videtur inhabilitatus ad obtinendum. clem. 329.10
beneficij reſignatio facta per incarceratum, an teneat. ibid.40
beneficij reſtitutionem petens, an habeat probare titulum. clem. 109.70
beneficij ſequeſtratio impeditur duobus concurrentibus. cle. 120.70
beneficiorum incompatibilium pluralitatem habenti, an poſſit aliud tale conferri. clem. 182.30
beneficiorum mutationes gratæ non ſunt, cle. 186.70
bñficia de ſui natura ſunt perpetua. cle. 245.70
beneficia, à quibus petitur decima, quandoque ſunt taxata. cle. 220.60
beneficia confirmati in curia, an vacent in ipſa. 115.70
beneficiandi ſciant legere, cantare, & conſtruere. cle. 189.10
beneficium quodlibet reſidentiam exigit. Ext. 11.80
beneficium de facto tantum obtinens, ab epiſcopo expelli poteſt. Extra. 47.60
beneficium quid eſt. Extra. 27.30
beneficium ſi debeat dimitti verbaliter, qualiter à mutuo dimittitur. Extra. 42.70
beneficia plura incompatibilia, eſt contra ius commune. Ext. 27
beneficiorum pluralitas, animæ periculum inducit. Extr. 25.60
beneficiatus an fructus beneficij faciat ſuos. Extr. 11.60
beneficium ſufficiens obtinentes ad alia idonei non ſunt. 496.60
benefi. tertium recipiens facit duo prima vacare. 500.60
beneficij vacaturi promiſſio promittentem nō obligat. 542.10
beneficij appellatione quid contineatur. 569.
beneficij collatio conditionalis ſeu alternatiua, vel incerta, an valeat. 80.60
beneficij ſecundi adeptio facit primum incompatibile vacare. 494.50
beneficio vacaturo ſolus Papa poteſt ius tribuere. 217.70
beneficia ad ſedem deuoluta nullus confert, niſi papa. 520.60
beneficia debent eſſe perpetua. 611.70
beneficia extra diœceſim conferri poſſunt. 471.30
beneficia in curia vacantia conferuntur per ordinarios ſede Apoſtolica vacante. 519.60
beneficia non poſſunt conferri ad tempus. 612.50
beneficia plura an ſit licitum de iure tenere. 30.70
beneficiorum fructus ſunt dandi ſtudentibus. 726.70
beneficiatus beneficium ſine ſuperiore dimittere non poteſt. 214.70
beneficiatus ſi beneficio deſeruire non poſſit, epiſcopus prouidebit. 596.60
bigamus dicitur quis aliquando vere, aliquando interpretatiue. 241.60
bigamus nō eſt qui ducit, quam corrupit. 462.20
biſſextus vnde procedit. Cle. 272.40
bononia vnde dicitur. cle. 286.60
bona eccleſiaſtica ſunt diligentius diſponenda, quàm temporalia. Extra. 258.20
bonæ memoriæ poſt mortem dicuntur aliqui prælati. Extra. 356.10
bonum facere nō ſufficit, niſi id bene fiat. 880.10
bona eccleſiæ per coadiutorem alienari non poſſunt. 530.10
bona impiorum ſunt danda iuſtis. 704.30
bona in peccato facta proſunt ad multa. 835
bona, quæſita ex bello iuſto contra infideles geſto, efficiuntur capientis. 417.50
bonorum poſſeſſio perdita cui debetur. 150.40
bonifacius raro ius antiquum reuocat, niſi id exprimat. 814.10
bonum commune eſt priuato præferendum. Extrauag. 97
breuitas amatur. Extra. 123.60
brachium ſæculare poteſt quandoque ab eccleſia inuocari. c. 1. de ord. in ant. Extr. 331.40
bufones qui dicantur. 460.10
bulla aurea vti, periculoſum eſt. cle. 138.20

C

CAlendæ ſunt de proximis intelligendæ. Extr. 7.60
Calumnia quid eſt. Cle. 142
Calumnijs litigantiū eſt obuiandū. Cl. 142.60
Calumniæ probabilis excuſatio. in tex. 79.20
Camerarius Papæ & mareſcallus, an habeant ordinariam, vel delegatam. Cle. 33.50
Camerarij Apoſtolici officium. ibid.10
Canes & aues non habeāt epiſcopi. Cl. 258.40
Canon generalis à ſolo Papa conditur. Extra. 137.20
Canon multipliciter ſumitur. cle. 100.50
Canonica monitio quid ſit cle. 100.70
Canonicus in ſacris non conſtitutus, non eſt ab alijs expectādus, licet velit ordinari intra terminum iuris datum ad eligendum. Clem. 70.40
Canonicus non in ſacris, actus non collegiales exercere poteſt. 69.70
Canonici regulares ſunt in colore varij. Clem. 28.70
Canonicum ſufficit eſſe in ſacris tpe electionis ad hoc, vt eligere poſſit. Clem. 70.20
Canoniæ duæ an poſſunt ſine diſpenſatione teneri. Extra. 264.40
Canonia pro tpe pōt eſſe ſine p̄benda. 259.50
canoniam habens licet non petat primam præbendam, non ob id perdit ius ſuum. 480.60
canoniæ ius poteſt eſſe ſine præbenda. 525.70
canones editi in concilijs prouincialibus ligāt ſubditos totius prouinciæ. 776.30
canones ſeruandi ſunt etiam inter eos, qui ſunt de temporali iuriſdictione eccleſiæ. 697.70
canoni. eccleſiæ cathedralis exiſtens intra annū probationis, an debeat vocari ad electionem epiſcopi. 597.50
canonico ſufficit eſſe in ſacris tempore elect. clem. 70.30
canonicus creatus per Papam in eccleſia cathedrali an poſſit in iudicem delegari. Extr. 212.10
canonicus eccleſiæ nequit eſſe conſeruator. 267.70
canonicus impeditus, qui ad actum elect. procuratorem non legitimè conſtituit, an debeat iterum citari. 210.20
canonicus impubes an poſſit deputari delegatus à ſede apoſtolica. 40.20
canonicus minor 20. annis an poſſit deputari delegatus ab inferiori à Papa. ibidem.
canonici abſentes an debeant vocari in omnibus actibus capitularibus. 380.30
canonici nolentes eligere vnum de impetrantibus in data & præſentatione æqualib. qualiter debeant compelli. 59.70
canonicorum receptio ad quos ſpectat de iure communi. 57
canonizatio ſanctorum ſpectat ad Papam. 630.40
canonizatio ſanctorum qualiter debeat fieri, & quid debeat præcedere ipſam canonizationem. 631.30
cantus in eccleſia ad qd fuit inuētus. Extr. 235.
capa vnde dicitur. Cle. 230.70
capellani poſſunt operas ſuas locare. Extraua. 326.20
capere, in iure multipliciter ſumitur. Extr. 96
capitulum caret anima, & excommunicari nō poteſt. Extra. 20.20
capitis diminutio minima, quæ eſt. 555.60
capitulum ſede vacante poteſt confirmare electionem archidiaconi per ipſum capitulum electi. 225.20
capitulum, licet canon. in prioratibus habet locum. Clem. 235.50
capitulum ſede vacante, abſoluit excommunicatos. 298.10
capitulum, ſede vacāte, quæ beneficia confert. 839.60
cap. Paſtoralis, in quot & quibus titulis reperitur. extrauag. 348.20
capitulum ſede vacante poteſt permutationib. auctoritatem præſtare. Cle. 199.40
capitulum vtrum ſede vacāte poſſit viſitare, &

procurationem exigere. clem. 293.70
capitulum ſede vacante non lucratur emolumenta ratione iuriſdictionis obuenientia. 191.50
capitulo qualiter præſentabuntur litteræ apoſtolicæ. 548.60
captiuus ad iuramentum de redeundo relaxatus an redire teneatur. Cle. 150
carcer eſt inſtitutus ad cuſtodiam, aliquãdo ad pœnam. 292.30
carcer non eſt pœna. 802.30
cardinalis non expectatus tempore debito, an poſſit agere de contemptu. 84.70
cardinalis qui renuntiauit voto propter infirmitatem, an rediens debeat admitti. 86.30
cardinales, Papa mortuo non ſunt ſine capi. 705.40
cardinales nouem habent priuilegia. Extraua. 37.60
cardinales præſentes in electione Papæ, an debeant expectare per decem dies alios abſentes intra illos dies venire non valentes. 84.50
cardinales qualiter à Papa vocantur. 270.60
cardinalium collegium an fungatur iuriſdictione Papali ſede vacante. 705
cardinalis nullus eſt, niſi ſaltem ſit diaconus. clem. 69.10
cardinalium cętus an ſede vacante iuriſdictionem habeat. Ext. 8.70
cardinales quare ſic dicuntur. extr. 34.50
cardinales per Papam creati vbicunque, an dicantur Cardinales Ro. eccle. extr. 34.60
cardinales dicuntur fratres Papæ. extraua. 206.10
cardinales reſpectu Papæ ſunt liberi primi gradus. extra. 356.40
cardinalatus an ſit maior põtificatu. ext. 67.60
carnes licet comedere tempore prohibito propter neceſſitatem. Cle. 259.70
carnifex vnde dicitur. cle. 170.30
carolus frater regis Franciæ obtinuit regnum Siciliæ deuicta ſobole Friderici Imperato. 407.40
caſſatio confirmationis an inducat caſſationẽ electionis, ſi de cauſa caſſationis non apparet. 190.40
caſus ſunt triplices. 842.70
caſtitas depatat à carnis lubrico. ext. 29.40
caſtrum quid ſit. 804.70
caſus epiſcopis reſeruati. ext. 318.70
caſus multi ſunt Papæ reſeruati. extra. 387.10
caſus Papales. ext. 383.70
cathedra quid ſit, & vnde dicitur. Cle. 208.10. & extrauag. 311.20
catholicum quid eſt. extra. 223.70
cauillatio cauillatione repelli poteſt. 124.30
cauſa eadem diuerſis reſpectibus in diuerſis curijs tractari poteſt. extr. 238.40
cauſa criminalis poteſt delegari. cle. 77.20
cauſa ſuper proprietate eccleſiæ, non debet expediri ſummariè. Cle. 97.30
cauſa ſi cõmittatur ſimpliciter ſolum, vel ſimpliciter & de plano, an poſſit expediri ſine ordine iudiciario. cle. 368.40
cauere non, ſufficit habere ratum, quod legitimè fiet per procuratorem. clem. 81.70
cautio de iudicato ſoluendo tres clauſulas cõtinet. clem. 81.50
cautio idonea pignora, vel fideiuſſores cõprehendit, non nudam promiſſionem. 815.40
cautio idonea quid importat. 757.30
cautio non ſufficit vbi ius requirit reſtitutionem. 296.50
cautio non ſufficit vbi requiritur ſatisfactio. 640.20
cautio ſufficiens dicitur quando dantur pignora, vel fideiuſſores. 363.20
cautionis nomine quid contineatur. 718.50
cedens cenſetur mortuus. Cle. 33.70
celebrans præſente excommunicato non propterea efficitur irregularis. 738.70
celebrans pſente excõicato, vel interdicto, licet non efficiatur irregularis, tñ eſt vicinus irregularitati contrahendæ. 739
celeritas in quibuſdam caſibus reprobatur, & in alijs deſideratur. 213
Cella à celando & occultando dicitur. 839.60
cenſum ſoluentes non dicuntur ſerui eorum quibus habent ſoluere. 732
cenſeo pro iubeo, delibero, &c. ponitur. clem. 190.60
cenſemus multipliciter exponitur. ibi.
cephas dicitur caput. extra. 373.30
Certus vt homo, certioratur vt iudex, & certus ad cautelam certioratur. 885.10
ceſſatio à diuinis vt poſſit fieri nouem requirũtur. 294.50
ceſſatio à diuinis non debet fieri, niſi propter grauem iniuriam. 281.70
ceſſatio à diuinis nõ hẽt vim interdicti. 281.30
ceſſionarius an poſſit intẽtare actiones ſibi ceſſas ab excommunicato. 614.80
cęterorum bonorum appellatione veniũt mobilia & immobilia. 570.40
cœlum de ſe apertum quandoque clauditur. extra. 171.50
cœli apertio legalib. exẽplis declaratur. ibid.
charitas maxima eſt, animam pro ſuis ponere. extr. 84.30
charitas perfectiſſima in hac vita haberi non poteſt. cle. 302.10
charitas bene ordinata incipit à ſe. 296.60
charitatiuum ſubſidium quare, & à quibus peti poteſt. extra. 339.70
chorea vnde dicitur. cle. 263.30
Chriſtus an omnes humanos defectus aſſumpſerit. cle. 8.60
Chriſtus de Maria propter tres rationes voluit incarnari. clem. 9.60
Chriſtus quadruplici ratione crucis mortem elegit. 10.10
chriſmatio frontis fit à ſolo epiſcopo. 655.50
Chriſtus græcè, dicitur vnctus latinè. 635
Chriſtus loculos habuit. 827.60
Chriſtus & eius diſcipuli aliquid habuerunt proprij. extra. 160.10
chriſtus fuit ſacerdos & Rex. Ext. 234.50
chriſtus ad quid loculos habuit. Extr. 166.50
chriſtus vbi fuit natus, nutritus, & paſſus. extra. 85.80
chriſti facta fuerunt perfecta. extr. 175.60
chriſti actio eſt noſtra inſtructio. extra. 55.20
chriſti opera fuerunt patentia. extr. 155.20
chriſtiani omnes ſunt membra vnius corporis. extra. 222.20
chriſtiani opprobrium Chriſto illatum vindicare debent. extra. 351.70
circumſtantiæ ſeptẽ attendi debẽt. Ext. 250.70
citatio ad quod ius ſpectat. 250.30
citatio ad quid ſit. ibid. 50
citatio eſt principium iudiciorum. extr. 248.70
citatio eſt de iure naturali, & ea omiſſa non poteſt Papa contra aliquem procedere. extra. 251
citatione non præmiſſa an poſſit Papa contra aliquem procedere. extra. 249.30
citatio cõtra malefactores vbi fieri debet. Cle. 100.40
citatio ad caſum dẽt eſſe formata. Cle. 318.50
citatio prima firmat iudicium, & perpetuat iuriſdictionem. cle. 94
citatio perſonalis conſtituit aliquem verũ contumacem. Cle. 95.20
citatio an poſſit fieri die feriato. cle. 104.40
citatio non arctat, aſſignato loco notoriè non tuto. cle. 149.70
citatio vna peremptoria non ſufficit, vbi ius ternam requirit. clem. 170.60
citatio debet eſſe trina, vel peremptoria. clem. 372.60
citatio peremptoria, an ſit ad ſententiam audiendam neceſſaria. cle. 576
citatio interpretatiua qñ dicatur. 77.70
citatio ſola perpetuat iuriſdictionem. 254.50
citatus, de quo conſtat quòd non eſt de iuriſdictione citantis, an teneatur comparere. 437.60
citatio eſt de proceſſu. extr. 103.70
ciuitas eſt quid inanimatum. extra. 68.50
ciuitas quid ſit. 804.60.
ciuitas quid comprehendat. 41.50
claritas eſt propria legibus. extr. 55.50
claudere peccatum ſera dicitur vnica cœlum. extra. 173.10
clauis ſpiritualis quæ eſt. ext. 171.40
clauibus habens vti, dẽt eſſe ſciens. Ext. 175.10
clauſula, niſi pro alio &c. an intelligatur in litteris ad beneficia. 60.30
clauſula, & quidam alij, qualiter operetur. in tex. 20.10
clauſtri abuſiones ſunt duodecim. Cle. 233
clauſtralis curam populi gerere non debet. cle. 235.10
clemens v. quare tempore ſuo non edidit Clementinas. Cle. 2
clementinæ tres ante concilium emanauerũt. clem. 4.70
clementinæ nõ ſunt vocãdę ſeptimus liber. ibi.
clementinæ à quo tempore ligauerũt. cle. 5.50
clementinæ quando fuerunt factæ. Cle. 256.80
clericus aures habeat patentes. Cle. 174.20
clericus qui eſt ſacerdoti neceſſarius, an habeat partẽ oblationũ, & funeralium. Cle. 206.30
clericus eſt, qui primam tonſuram habet. clem. 172.50
clericum citatum ad curiam impediens, licet nõ animo iniurandi, excommunicationem incurrit. clem. 329.30
clerico pauperi non prouidetur de beneficio ſine examine. cle. 188.50
clericis ſæcularibus habitus certi coloris, vel formæ non eſt præfixus. cle. 29.60
clericus priuilegiatus, quia reſidet, ſi vagari incipiat, illud perdet. Extr. 31
clerici in veſtimentis decorem quærere non debent. Ext. 121.40
clerici mendicantes qui appellandi ſunt. extra. 30.20
clericalis habitus in duobus conſiſtit. 461.40
clericus occaſione cuius repræſaliæ fuerunt cõceſſæ, ſi capiatur ceſſat pœna. cap. 1. de iniur. 747.40
clericus vocans milites pro defenſione rerum eccleſiæ, an teneatur de morte inde ſecuta. 114.30
clerici non poſſunt contribuere ad tallias laicorum. 636.70
clerici pro rebus ſuis, vel eccleſiæ non tenentur ad tributa. 624.30
clerici ſunt immunes à tallijs, & exactionibus. 632.50
clerici ſunt immunes ab actionibus perſonarũ ſæcularium de iure diuino. 624.70
clericum detinens in carcere, incurrit excommunicationem. 801.80
clericorum bona an gaudeant eodem priuilegio, quo bona eccleſiarum. 624.70
clericatus quæſtio pertinet ad iudicem eccleſiaſticum. 796.40
coactio abſoluta quid ſit. 688.60
coactio eſt duplex. Cle. 282.50
coadiutor an detur inuito. 531.60
coadiutoris officium expirat p mortem illius, cui datus fuerat. 221.20
cętus, collegium, & gremiũ idẽ ſunt. cle. 32.20
cętus Cardinalium à papa hẽt ptãtem. clem. 32
codex quid ſignificat. cle. 311.40
cogitatio deliberata aliquando punitur. 704
cognatio ſpiritualis quid ſit. 655.10
cognatio ſpiritualis an contrahatur cum concubina leuãtis aliquẽ de ſacro fonte. 654.50
cognatio ſpiritualis pertinet ad paternitate, & filia-

ſiliationem, fraternitatem,ſeu compaternitatem,auos autem ſpirituales non habemus. 655.70
cognatio ſpiritualis ratione confirmationis, inter quot perſonas contrahatur.ibid. 60
cognationis ſpiritualis effectus. 653.80
collatio beneficij, vel prouiſio facta non ſeruata forma.cap.fi.de elect.an valeat. 214.30
collatio beneficiorũ ad quem ptinet. 844.40
collatio differt ab inſtitutione & prouiſione. 523.30
collatio, præſentatio, & inſtitutio differunt. 844.40
collatio quid ſit. 844.50
collatio ſola ius tribuit in beneficio. Extr.46.
collationes quandoque fiunt per vices.Clemẽ. 254.80
collegiata eccleſia qualiter cognoſcatur, & an deſinentibus perſonis collegij, deſinat eſſe collegium. 156.50
collegium ſi eſt numeratum, an poſſit aliquis recipi vltra numerum. 24.60
collegium vnde dicitur. 713.10
collegii ius in vno remanere poteſt. 156.60
commendare quid ſit. 119.70
commenda an impediat collationem. 120.20
commenda durante an vacet beneficium. 120
commenda prima finita an poſſit ordinarius iterum commendare. 120.70
commendas duas an ſit licitum habere. 120.40
commendare an poſſit ordinarius beneficium poſt lapſum tempus conferendi. 120.30
commenda de beneficijs facta, multorum eſt cauſa malorum.Ext. 257.70
commenda,& vicaria differunt. Cle. 74.80
commercium vnde dicitur.cle. 169.60
commiſſio in vno loco, an poſſit de conſenſu partium fieri in alio loco. 43.30
commiſtio ſexuum eſt periculoſa. 752.60
communicans cum excommunicato in diuinis incurrit maiorem excommunicationem quinque concurrentibus,aliàs non. 772.60
compago & ſandalia ſunt caligæ epi. 733.50
complices criminis quandoq; præmiãtur.Ext. 351.50
compulſio eſt multiplex. Cle. 343.70
compromiſſarius datus ad eligendum poteſt poſtulare. 185.70
compromiſſarius qui ſemel elegit, an iterum eligere poſſit. 187.40
concedere quid importat. 714.30
cõceptionis diuæ Virginis officium à quo fuit ordinatum.Ext. 344.70.
concertatio quandoque eſt inter Doctores 450
conceſſio principis intelligitur facta ſine præiudicio alterius. 54.70
concilium Lugdun. & alia quo tempore fuerunt celebrata. 119.40
concilia fieri exemptis non expedit.clem. 207.70
concilium generale non ſit ſine Papa. Extra. 225.60
concilium per c,& per ſ,differunt.Extr. 347.30
conclaue quid ſit. 85
cõcluſio in cauſa an ſit neceſſaria.Cle. 376.40
concluſio in cauſa beneficiali poteſt omitti. Clem. 109.40
concorditer an dicatur factum, quod ſit à maiori parte. 85.70
condictio ex lege quando datur. 282.10
conditio grauis an vitiet contractum. 562
conditio inhærens de ſui natura, an reddat actum conditionalem. 81
conditio quæ de iure ineſt,non facit rem conditionalem.extr. 212.60
confeſſio facta religioſo non eſt de neceſſitate iterum facienda proprio curato.Ext. 210
confeſſor diſcretus eſt valde vtilis.ext. 378.60
confeſſus religioſo Priuilegato an teneatur iterum confiteri proprio curato,clem. 212.20.
& extra. 316.50
cõfeſſor quem ordinem ſeruare debet antequã abſoluat.Clem. 206.60
confeſſus in iure an audiatur appellãs. 439.30
confeſſio iudicialis inducit notorium. 662.40
confeſſor poteſt eligi de licentia epi. 761.30
cõfirmatio electionis facta pẽdente appellõne ſuper negotio electionis,an valeat. 176.50
confirmatio electionis cuius ſententiæ vim habet. 213.60
confirmatio electionis petita per amicum electi, & ſine mandato, poteſt rata haberi per electum. 100.70
confirmatio præcedit conſecrationem. 205.40
confiteri quomodo poſſumus laico. 762.40
coniuratio quid ſit. 821.50
coniurare & conſpirare qd ſibi velint. 823.60
coniuncta pro diſiuncta ponitur, & econtra. Extra. 16.30
conſecratio nulla non vitiat electionem prius factam. 205.50
conſecratio epiſcopi contra iuris diſpoſitionẽ facta,an imprimat characterem. 205.60
conſenſus tacitus an operetur tantum quantũ expreſſus, & conſenſus tacitus quandoque ſufficit. cle. 376.60
conſenſus ſeu collaudatio quid ſit. 564.60
conſequitur quis per alium quod per ſe non poteſt. 554.60
conſeruator poteſt inuocare auxilium brachij ſecularis. 247.30
conſeruator põt defendere non tm̃ ab iniuria commiſſa, ſed ẽt à committenda.ibid. 40
conſeruator an poſſit, vt ſuſpectus recuſari.ibi. 30
conſeruatorum quot ſunt ſpecies. 246.70
conſeruatores, cognoſcunt ſolum de violẽtijs, & iniurijs manifeſtis. 247
conſeruatores & delegati ſimplices in multis differunt. 268.70
conſeruatores ſunt iudices delegati. 246.60
conſilium mutare ſapientis eſt.ext. 87.40
conſilium iuſtum licet vendere. 51.30
conſilium & conſenſus differunt. 561.50
conſilium an obliget conſulentem. 916
conſilio reuerentiæ parendum eſt.cle. 125.70
conſilium per c, & ſ, differunt.Extra. 347.30
conciliũ generale nõ ſit ſine Papa.ext. 225.60
conſilium Cardinalium an debeat Papa ſequi. extrauag. 332.60
concilium Lateranen. eſt generale, & econtra. clem. 280.10
concilia fieri ẽxẽptis non expedit. Cle. 207.80
conſcientia alicuius quandoq; per papam oneratur.clem.in text. 266.30
conſcientiam aliorum quandoque Papa onerat.extrauag. 284.40
conſiſtorium vnde dicitur.Cle. 149.80
conſpiratio quid ſit,& vnde dicatur. 821.50
conſpiratio in bonam & in malam partem ſumitur. extr. 102.70
conſuetudo in confirmatione attenditur. Ext. 24.60
conſtantinus per B. Syluestrum baptizatus. 144.30
conſtitutionem Papalem violans periculo ſe ſubijcit.Extrauag. 243.10
conſtitutio principis poſt duos menſes ligat à tempore publicationis.extra. 69.50
conſtitutio nouiter edita reſpicit futura. extra. 162.60
conſtitutio ſecunda primam reuocat,etiam nõ facta mentione. extra. 9.30
conſtitutio nõ ligat à tpe editionis.ext. 50.40
conſtitutio quando ligat.extra. 41.40
conſtitutio principis qualiter ſcribenda eſt.ex traua. 117.30
conſtitutio ſuper fide à ſolo Papa fieri poteſt. extrauag. 173.60
conſtitutio principis non debet eſſe ſublatiua alieni iuris. extrauag. 16.17
conſtantinus p B.Siluestrum baptizatus eccleſiam Lateran.conſtruxit.extr. 382.50
conſtitutio pœnalis non eſt extendenda.extra. 202.10
conſtitutio ẽt pęnalis quandoq; ampliatur ex identitate rationis.Extr. 337.40
conſtitutio ad pterita,vel pendentia non extenditur,niſi in ipſa caueatur.Ext. 292.20
conſtitutio ad præterita quandoque extenditur.extra. 392.60
conſtitutio antiq iuris declaratoria,an trahatur ad præterita,ſi cõſuetudo & communis opinio prudentum erat in contrarium. 73.40
conſtitutio auaritiæ an habeat locum in electo ad regimen cuiuſlibet eccleſiæ,& adminiſtrãte ante confirmationem,& quid de imperatore electo. 96.70.& 97.10
conſtitutio capitur dupliciter. 11.10
conſtitutio, cupientes. an habeat locum in eccleſia ſubiecta metropolitana ſchiſmatico, vel à Sarracenis capto. 125.60
conſtitutio, cupientes.non habet locum in cauſa pendẽte coram ordinario, quam Papa ad ſe reuocauit. 126.10
conſtitutio,cupientes.nõ hẽt locum in dignitatib. eccleſiarũ cathedralium,vel regularium q̃ ſunt ſub epo,abbate,vel priore. 120.40
conſtitutio & ſententia differunt. 774.30
conſtitutio generalis poſterior non tollit priorem ſpecialem. 684.70
conſtitutio generalis multipliciter cognoſcitur. 91.50
conſtitutio,licet canon.an habeat locum in dignitatibus. 116.40
conſtitutio, licet canon.an habeat locũ in vicariis ppetuis eccleſiarũ parochialium. 117.50
conſtitutio,licet canon.an habeat locum in eccleſia parochiali,quæ deſit habere parochianos. 116.50
conſtitutio noua an extendatur ad pendentia tempore publicationis. 116.80
conſtitutio pœnalis loquens in vno caſu, an extendatur ad alium caſum ſimilem, & cõmuniter parificatum. 176.50
cõſtitutio principis noua, an tollat ſtatutũ epi continens id,quod ius commune. 12.30
conſtit.publicata poſt duos mẽſes ligat. 536.70
conſtitutio vñ dr̃ 11.20.conſtitutio qd ſit. 11.10.
cõſtitutio,vt circa.an afficiat adhærẽtes. 94.40
conſtitutio pęnalis qñq; extendi põt. 176.40
conſtitutio pęnalis propter identitatem rationis eſt prorogabilis.extra. 6.60.& 70
conſtitutionem papalem violans periculo ſe ſubiicit.Extr. 243
conſtitutio eccleſiæ ligat occulta.Cle. 297.60
conſulens fraudulenter obligatur ei cõtra quẽ conſulit.cle. 103.70
conſuetudo contra ius,reprobans conſuetudinem,induci poteſt. cle. 57.70
conſuetudo quid eſt.cle. 146.30
conſuetudo de non reſidendo in prioratibus non valet. clem. 235.70
conſuetudo animarum ſaluti contraria, eſt reprobanda.ext. 199.30
conſuetudo immemorialis per quid cognoſcitur.extra. 303.50
conſuetudo dicitur ius vtentium moribus approbatum Ext. 305.50
cõſuetudo diuerſa nomina habet.Ext. 296.50
conſuetudo poteſt quandoque beneficia conditionare. Ext. 265.50
conſuetudo pauca crimina epiſcopis reſeruat. extrauag. 364.50
conſuetudo in confirmatiõne attenditur. Extrauag. 24.60
cõſuetudo dat iuriſdictionem. 289.60. 342.50
conſuetudo leges interpretatur. 445.50
conſuetudo quando debeat eſſe præſcripta. 69
conſuetudo quãdo dicetur rationabilis. 14.20
conſuetudo eccleſiæ Romanæ quando ſit ſequenda. 10.10

conſuetudinis deſcriptio. 67.70
conſuetudine de optando ſtante, an poſſit capitulum præfigere certos dies ad optandũ. 70.70
contemnere nõ dicitur qui non interpellatur. 134.40
contigua quę ſunt. 805.30
contigua quæ dicuntur. 628.60
contractus celebratus in eccleſia valet. 635.80
contractus in eccleſia celebrari non debent. ibid.
contractus ſunt duplices. extra. 392.80
contrarariorum non ſemper eſt eadem diſciplina.clem. 340.50
contumax non veniendo non appellat,ſecus ſi eſt contumax in non parendo.clem. 112.50
contumax verus & contumax fictus quis eſt. 113.10
contumax poteſt excommunicari, & contra eum ſententia diffinitiua ferri. 248.50
contumacem facit quandoque partis requiſitio etiam vnica.cle. 218.60
contumacia eſt triplex.cle. 112.60
